This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




DEPARTMENT OF
THE HISTORY OF ART
OXFORD





FIT LVX
EVNDO
BIBL. LÉOPOLD DOR

ΠΛΩΤΙΝΟΣ.

PLOTINI ENNEADES.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56

ΠΛΩΤΙΝΟΣ.

PLOTINI ENNEADES

CUM

MARSILII FICINI INTERPRETATIONE CASTIGATA

ITERUM EDIDERUNT

FRID. CREUZER ET GEORG. HENRICUS MOSER

PRIMUM ACCEDUNT

PORPHYRII ET PROCLI

INSTITUTIONES

ET

PRISCIANI PHILOSOPHI

SOLUTIONES

EX CODICE SANGERMANENSI EDIDIT ET ANNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

FR. DUBNER.

PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO

M DCCC LV

DEPT. OF HISTORY OF ART
OXFORD

AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO

VIRO CLARISSIMO

S. P. D.

D^r. FRIDERICUS CREUZER

LITERARUM GRÆCARUM ET LATINARUM

STUDIORUMQUE ANTIQUITATIS IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI PROFESSOR.

Etsi vel maxime inopinanti accidit, ut me nuper invitares ad Plotinum scriptorum græcorum a Te editorum corpori accommodandum: protinus tamen sine hæsitantia conditionem accipiendam putavi. Nam primum nominis Tui auctoritas apud omnes Literarum bonarum amantes maxima esse debet, qui Te videamus, Stephanorum illorum ad exemplum, veterum scripta non solum typis Tuis exornata multiplicare, verum etiam egregia scientia emendata in communem doctorum hominum usum commendare. Deinde non poterat me ab eo consilio absterrere hæc reputatio, a memet ipso hunc scriptorem jamjam editum in Britannia esse, quandoquidem, ut Oxoniensis Academiæ curatorum munificentiam laudare debeo, et libenter dilaudo, ita operarum rationem non satis accuratam vituperare cogor, præcipue quod in vocum sententiarumque interpunctione sexcenties peccatum est. Accedit quod Oxoniensia exempla propemodum iis tantum parabilia sunt, qui auro Britannico abundant: Parisiensia, quæ apud Te prodeunt, vel modice instructis pretio suo commendantur; neque vero utrarumque editionum consilium et institutum non usquequaque dispar est, quandoquidem Parisinæ quidquid est variæ lectionis, critici apparatus aut commen-

tariorum id omne excludunt, solam conversionem latinam admittunt. Jam vero cum Plotinianæ doctrinæ, quam denuo explicuit *Steinhartus* noster, ea præstantia sit, ut nihil optabilius censeri debeat, quam eam in plurimorum notitiam pervenire, dilaudandum vel maxime Tuum est propositum has Enneadas Tuis typis iterum accuratius describendi. — Quod ego in hac senectute præcipiti in ejus consilii partem venire non dubitavi, fecit *Moseri* mei amicitia, qui, ut in omni vita mihi non defuit, ita in hoc quoque stadio tam enixe adfuit, ut majorem operæ partem in se susciperet, lectoresque adeo ei plura referre debeant accepta, quam ipsi mihi.

Quod reliqüum est, etiam hoc nomine Tibi me obstrictum scito, quod *Guignialtii* V. Cl. meæ Symbolicæ superstructum opus *de religionibus antiquitatis* typis Tuis eleganter expressum ad umbilicum adducere voluisti. Itaque vale, Vir præstantissime, mihique fave.

Heidelberga, Kalendis Septembribus a. MDCCCL.

PROLEGOMENA AD PLOTINUM.

In Prolegomenis Oxoniensi editioni præmissis illud erat propositum, ut universam materiam sive silvam, quæ ad *Plotinum* emendandum explicandumque pertineret, collectam digestamque exhiberem : nunc, age, experiar, *hujus neoplatonicæ, quæ dicitur, rationis origines, intercapedines, vicissitudines inde a Platone ipso repetere et usque ad Plotinum ejusque sectatores summatim prosequi, priusquam de hujus philosophi rebus, scriptis, ratione et oratione, quæ maxime necessaria videantur, in medium proferam.*

§ 1. DE PLATONE.

Jam primum, ut hinc ordiar, quos philosophos hodie minus recte Alexandrinos dicunt, accuratius dicimus Neoplatonicos sive Platonicos recentiores, ii ipsi se simpliciter Platonicos appellari voluerunt (a). Cujus rei causam si quærimus, en respondet Numenius, philosophus Apameensis ; qui quidem cum Speusippum, tum hujus in cathedra Academiæ successorem, Platonis doctrinas non uno modo turbasse et extraneis opinionibus miscuisse conqueritur in libro, cujus haud pauca nobis conservavit Eusebius (b). Jam si de germanæ Platonicæ doctrinæ fontibus quærimus, sunt duplices : dialogi et ἄγραφα (c). E dialogis plurima hausisse, qui secuti sunt, philosophos omnes et ipsos Neoplatonicos, vel ex unius Plotini scriptis intelligi potest, ut qui universæ suæ philosophiæ principia et quasi semina aliunde non repeteret, nisi e dialogis. Exemplo sit hæc primaria disputatio Platonis libro sexto de Republica p. 508 sqq., unde solummodo hæc verba apponam (p. 509) : οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος, « cum Bonum essentia non sit, sed supra essentiam, dignitate ipsam et potentia superans (d). » Quibus in verbis totius Platonici systematis summa inest, quæ varie tractatur, præsertim in capitalibus dialogis reliquis, et qua doctrina sublimi hic philosophus promeruit, ut Ecclesiæ Patribus a Christianis sacris haud alienus videretur, græcis autem latinisque philosophis ad medium usque ævum plane divinus censeretur (e).

Videamus de ἀγράφοις, quæ nunc dogmata

(a) Augustinus de Civitate Dei VIII, 11 : « Recentiores tamen philosophi nobilissimi, quibus Plato sectandus placuit, nolnerunt se dici Peripateticos aut Academicos, sed Platonicos ; ex quibus valde sunt nobilitati Græci Plotinus, Iamblichus, Porphyrius. In utraque autem lingua Apuleius Afer exstitit Platonicus nobilis. » Cf. Prolegomena ad Plotinum p. XXI ed. Oxon., quibus nunc adjicio hæc Ciceronis de Finibus V, 3, 7 : « In qua (vetere Academia) non hi solum numerantur, qui Academici vocantur, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, ceterique, sed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Aristoteles. » Celerum de nomine Neoplatonicorum nuper optime disputavit V. C. Steinhart in Paulyi et Walzii *Real-Encyclopædie der classischen Alterthumswissenschaft* V, 2, p. 705 sqq., quos locos de *Neoplatonicis* et *de Plotino* deinde sæpius laudabo.

(b) In Præp. Evang. XIV, 5. Scripti titulum laudat hunc : Περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως, quem verto, De *discessu degenere* a Platone. Inest enim in græco vocabulo h. l. non solum discedendi notio, verum etiam degenerandi, *de la dégénération*, ut apud Proclum in Alcib. pr. § 18, p. 57 ed. Francof., de quo exposui in Annott. in Plotin. II, 9, 17, p. 131 : qui loci addendi sunt Stephani Thesauro ed. Didot. Numenii autem hos libros male ad *novam* Academiam trahi ab H. Rittero in Hist. Philosoph. IV, p. 527, continuo videbimus. Quod Numenio adversari videtur Cicero Acad. Quæst. I, 4, 18, et I, 4, 34, ad ethica tantummodo sive ad moralem solum disciplinam respicere videtur, nec audiendus Diogenes Laertius IV, 4, cum in Speusippo universe dicit : ἐμεινε μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν αὐτῶν Πλάτωνι δογμάτων, licet eum secutus sit Wyttenbach. Opuscull. II, p. 599. Qua de re proxime dispiciendum erit, nunc in antecessum laudo hos libellos : *Speusippi de primis Rerum Principiis placita qualia fuisse videntur ?* Ex Aristotele, auctore J. G. F. Ravaisson. Parisiis, ap. Firmin. Didot fratres 1838 ; et *De Speusippi Atheniensis vita*, Scriptio Academica, quam illustri ordini philosophorum Heidelbergensi offert Maximil. A. Fischer. Rastad. 1845.

(c) Quod Zellerus in Paulyi *Real-Encyclop.* V, p. 1694, doctrinam Platonis arcanam repudiat, nihil nunc refragari volo : ἄγραφα silentio premere non debebat.

(d) Quæ verba laudantem Ravaissonum nolim sibi excidere esse passum, de Speusippo p. 18 : « Quemadmodum quod Plato quasi prætereundo aut veluti per hyperbolen dixerat, Unum [Bonum] supra essentiam ensque ipsum esse ; » neque magis illa, quæ proxime de Neoplatonicis addit. Tu contra adhibe Plotini disputata, III, 8, 10, p. 649 sq. Oxon., et VI, 7., 37 sq, p. 1333 Oxon.

(e) Sic, ut hoc utar, Justinus Martyr p. 51 ed. Paris. ita pronuntiat : Οὐκ ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος δεδάγματα τοῦ

appellantur, nunc συνουσίαι, et extremæ ætatis scholas continebant, quas Plato habuerat, neque vero scripserat, sed per manus quasi tradita a veteris Academiæ alumnis Speusippo, Xenocrate, Hestiæo et ipso Aristotele certatim tractata erant (a). Atque has Platonis senescentis disputationes non solum de numeris doctrinam exhibuisse, quam ex Pythagoreorum congressu hauserat philosophus, verum etiam summa quævis inclusisse, et in ipsam omnis philosophiæ arcem usque contendisse probabile reddunt terni tituli, quos Commentario suo inscripserat Aristoteles, de *Ideis* et de *Bono* sive *Philosophia*. Quæ Platonis placita, a discipulis auditu tantum excepta et chartæ tradita, non una cum Academiis exaruisse, sed deinceps, scripto usque et usque prodita, non solum Numenii libris Περὶ τῶν Πλάτωνος ἀποῤῥήτων, itemque Περὶ ταγαθοῦ (Euseb. P. E. XIII, 5 et 15, 17) ansam præbuisse, sed etiam ipsi Plotino, qui omnia lectitaverat, varia disputandi argumenta suppeditasse mihi quidem veri est simillimum (b). — A Platone proclivis est transitus ad Academicos.

§ 2. DE VETERE ACADEMIA.

Ac primum *Speusippus*, Platonis ex sorore filius cathedræque heres, hujusque successor Xenocrates in doctrina numerorum certatim elaborarant; atque ille quidem librum, quem hac de re conscripserat, e Philolai scriptis maxime hausisse dicitur (c). Verum licet ab avunculo eruditus fuerit, nec ab ejus latere, ubi is in Academia docebat, fere discederet, summaque pietate eum ad fata usque coleret (d); nihilo secius tamen plurimis in rebus sententiam suam a magistri auctoritate paullatim segregavit. Nam primum Plato Unum Bonumque idem esse censebat : Speusippus Bonum ab Uno detraxit; deinde cum Plato Bonum omnium esse causam et fontem, ideasque esse numeros posuisset, Speusippus non solum ideales numeros, sed ideas omnino rejecit, adeoque idealem Platonis mundum prorsus abolevit (e). Quæ cum ita sint, uti ab altera parte Speusippus ad Pythagoreos sese adgregavit, ita ab altera ad Aristotelem (f), cujus in Physicis sectator plus minusve exstitit, in Ethicis autem magis magisque Peripateticorum similior factus est. Proinde vel vetus Academia jam in principe Speusippo a Platone magistro insigniter defecisse censenda est. — Speusippi in cathedra successor fuit *Xenocrates;* de cujus indole et moribus quæ multa apud veteres narrantur, ipse attigi (g). Hic non solum numerorum Pythagoricam doctrinam et ipse est persecutus; verum etiam animum numerum esse se ipsum moventem

Χριστοῦ. Naldus autem Nautius, Florentinus, hæc versibus inclusit :

Cum Deus æthereis hunc mittere vellet ab oris,
Qui supero nobis a Jove dona daret:
Divinum celsa demittit ab arce Platona,
Cui sacra tutelæ Philosophia foret, etc.

Quod medium ævum dixi, parum dixi, in mentem enim veniunt, quæ, ut alios taceam, *Pascalius* ille in Platonis laudem prodidit. Vid. Vict. *Cousin* in *Journal des Savants*, 1842, p. 642.

(a) Aristotelis Physic. IV, 2, post init. Proclus in Platonis Tim. p. 205, Suidas I, p. 17, ibique Kuster.

(b) De his libris Aristotelis v. Brandis., Diatriba de perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono sive Philosophia (quos libros ipse laudat Stagirita de Anima I, 2). Bonnæ 1823. Ravaisson. *Essai sur la Métaphysique d'Aristote*, Paris. 1837, et de Speusippo pag. 6 sq. K. Fried. Hermann, *Gesch. und System der Platonischen Philosophie*, Heidelberg. 1839. I, p. 556 et p. 594, et quæ ipse disputavi in Scriptis vernaculis (*Deutsche Schriften* III, 2, Darmst. et Lips. 1847, p. 373 sq.)

(c) Vid. Bœckh. in Philolao p. 137 sq. Cf. M. Fischer. de Speusippi vita p. 15 sqq. Hic, Platonis in tertio itinere Siculo comes, cum Pythagoreis familiaritatem contraxerat, itemque ex Dionis ore hanc doctrinam perceperat.

(d) Ut qui etiam distichon reverentiæ amorisque plenum sepulcro ejus inscripserat :

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
Ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

De quibus versibus ipse plura disputavi ad Porphyrii Vit. Plotini p. CXXX.

(e) Vid. Ravaisson. l. I. II, p. 4 sqq., 7 (ubi hæc leguntur n. 4 : « Post Platonem Platonicam scholam numerorum doctrina totam invasit. Itaque ait Aristoteles Metaph. I, cap. 8, p. 33, I, 4 Brandis. : γέγονε τὰ μαθήματα τοῖς νῦν ἡ φιλοσοφία »), III sqq. usque ab fin., ibique passim loci Aristotelis præcipue ex libris Metaph. Cf. et Ethic. Nicomach. I, 6, 9, p. 43 ed. Zell., denique quæ ipse disputavi de ideis in mea Introductione ad Plotin. V, 7, 1, p. 298 sq., et de numeris ad VI, 6, 1, p. 366 sq.

(f) Qui philosophus tantum abest ut Speusippi philosophiam despexerit, quæ H. Ritteri opinio erat, ut contra peculiarem de ea librum scripserit, ejus placita in Metaphysicis suis frequentaverit, ejusdemque scripta tribus talentis coemerit. V. Diogen. Laert. IV, 4, 45; cf. Zell. ad Aristot. Eth. Nicom. I, 6, p. 28, et Ravaison. de Speusippo p. 3. Quatenus autem Speusippus Neoplatonicis præluserit, Schœllius (Hist. litt. græc. II, p. 423) ipse viderit.

(g) In Daubii et Creuzeri *Studiis* II, p. 274, in Comment. de Sileno; cf. Diog. L. IV, 6, Ælian. V. H. II, et adde Athen. X, p. 437, B, et Timæi historici Fragg. n. 128, vol. I, p. 225 ed. Carol. Müller, itemque van de Wynpersse Diss. de Xenocrate Chalcedonio, et A. C. van Heusde, Diatribe de Consolatione, Traj. ad Rhen. 1840, p. 32 sq.

prodidit, quem tamen nec minus verisimile est immortalem posuisse (a). Idem docuit, tempus esse mensuram omnium, quæ genita sunt, et sempiternam motionem. Præterea pariter atque Hestiæus de mundi fabrica disputavit (b). Scripsit cum alia, tum de Diis libros duo, deorum numerum octonarium ponens (c). Nec minus scripsit de Dæmonibus eorumque natura, itemque de natura Animalium, utrobique Pythagoreos secutus, quorum rationem ita sequebatur Xenocrates, ut ex numerorum doctrina partim fabularem historiam, partim theologiam popularem effingeret, sicut etiam præcepta morum, ex idearum mundo Platonis devocata quasi in terras, ad communem vitæ usum explicabat, pariter atque fecerat Speusippus (d).

Quæ omnia ubi in unum colligimus, ita possumus decernere, fuisse quidem Xenocratem in multis placitis sequacem Platonis, sed in aliis tamen ab eodem discessisse, et, cum in doctrina et cultu deorum et dæmonum vulgaria sectaretur, ei rationi ansam præbuisse, quæ post Plotinum maxime a recentioribus Platonicis frequentata est.

Xenocratem in Academiæ præsidio excepit *Polemo* Atheniensis, cujus ex scriptis, quæ mature perierunt, hæc laudantur, quæ, *naturam sequi* (e) quid sit, explicant, idque facere præcipiunt; qua in re ei pressule se adgregarunt et discipulus successorque *Crates* et familiaris *Crantor*, ut qui singuli philosophiæ morali hoc tanquam fundamentum substruebant.

Magis inclaruit *Crantor* Solensis Ciliciæ, qui Polemonis non minus quam Xenocratis discipulus dicitur (f). De hoc Academiæ veteris magistro ultimo nuper certatim viri docti egerunt, maxime propter locum de luctu et Consolatione (g). Quorum qui fragmenta plurima collegit, Kayserus quatuor eorum genera numerat.

1. Commentariorum in Platonis Timæum (h) reliquias;

2. Consolationis, sive libri περὶ πένθους;

3. Incerti libri fragmentum;

4. Poeticas quasdam reliquias, quæ fortasse Crantori tribui possunt. Primus omnium Crantor commentarios in Platonem condidit, teste in eundem Timæum Proclo, qui quidem in peculiaribus Academici nostri animadversionibus referendis acquiescit: cum contra Plutarchus ea quæ Crantor ad *harmoniam mundi numerosque Platonicos* excogitaverat, in medium profert et explicat. Primum quod attinet, bini sunt apud Proclum in Timæum loci (p. 24 Basil.; p. 13 sq.) de Atlantide insula et finitimis earumque incolis, republica, religionibus, quorum prior sic incipit: Τὸν περὶ τῶν Ἀτλαντίνων σύμπαντα τοῦτον λόγον οἱ μὲν ἱστορίαν ψιλὴν εἶναί φασιν, ὥσπερ ὁ πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς Κράντωρ. Posteterioris loci extrema tantum apponam (p. 55 Basil.): Ταῦτα μὲν οὖν Μάρκελλος ἐν τοῖς Αἰθιοπικοῖς (i) γέγραφεν. Quod C. O. Müllerus (j) totam hanc narrationem de Atlantide et Atlantinis a Græcorum ingenio inventam opinatur, Marcelli testimonium pro nihilo habet, Crantoris auctori-

(a) Cic. Tuscul. I, 10, p 71 sq. ibique Moser.; Wyttenbach. Opuscull. II, p. 600; Annott. in Plotin. III, 6, 1, p. 174 ed. Oxon., et Wyttenbach. de Xenocrate p. 147.

(b) Stob. Eclog. I, p. 248 sqq. Heer. Cf. Annott. in Plotin. III, 7, 6, p. 191, et Ravaiss. de Speusippo p. 44.

(c) Quem recenset Cicero N. D. I, 13, pag. 58 sq., ubi vid. annot. meam et Moseri.

(d) De ethica Xenocratis et sodalium disciplina vid. Cic. Tuscull. V, 10-13, pag. 65-84 ed. Moser., et cf. Zeller. in loco de Academicis in Paulyi *Real-Encyclopædie*, V, 2, p. 1704. Cui nunc addo observationem Th. Bergkii, qui Academicæ scholæ historiam copiosius et diligentius elaboratam esse a Diogene Laertio dicit, quam ceteras ejus operis, quod etiam φιλοπλάτωνι feminæ dicaverat; unde et ipsum Platonicæ philosophiæ addictum fuisse conjicit, in Commentt. criticarum Spec. VI, n. 7. Vid. *Zeitschrift für die Alterthums-Wissenschaft* 1850, n. 45, p. 360.

(e) Περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου συντάγματα. Clemens Alex. Strom. 7, p. 849 Pott.; cf. Diog. l. IV, 16-20; Zeller. l. l. p. 1704, et Preller. ibid. p. 1795.

(f) Clemens Alex. Strom. I, p. 301; cf. Diog. L. IV, 16 et 24.

(g) M. H. E. Meier, ad indicenda funebria Guil. III Regis Boruss., Halis Saxon. 1840; Frid. Schneider, Vratislav., de libro Crantoris περὶ πένθους (in Zimmermanni *Zeitschr. f. Alterth.-Wissensch.* 1836, 8, p. 1836). Dissert liter. de Crantore Solensi ed. F. G. B. van Bleek van Rysewyk. Arnhem. 1837; denique: De Crantore Academico dissertatio, quam scripsit Fridericus Kayser, Philosophiæ doctor (Seminarii nostri philologici olim alumnus mihique percarus). Heidelbergæ 1841. A. C. van Heusdii Diatriben de Consolatione supra attigimus.

(h) In quibus quum Longino illi, qui item in Timæum commentatus est, præluserit, operæ pretium fuerit utrumvis interpretem comparare et dispicere, quomodo gravissimus philosophus et summus criticus in eodem argumento sese dederint.

(i) Adde nunc Schol. Platon. ad Tim. p. 525 (p. 426 Bekker.), ubi idem Marcellus laudatur de montis Atlantis altitudine referens. Ceterum hanc de Atlantinis et Atheniensibus narrationem attigit nuper in epistola ad me data Raoul-Rochette, *sur les représentations figurées du personnage d'Atlas*; Paris., 1835, p. 37 sq., ibid. laudd.

(j) De sacris Minervæ Poliadis p. 6 sqq. et in *Göttinger gelehrt. Anzeigen* 1838, p. 368 sqq.

tatem silentio prætermittit : recte obloquitur Kayserus (p. 14 sqq.), laudans Plutarchum in Solone (c. 26, 31), Proclum in Tim. p. 31, qui Atheniensium legislatorem hæc omnia ab Ægyptiorum sacerdotibus auditu percepisse testantur, unde nec Crantorem in dubitationem revocare esse ausum, atque gravissimam Alexandri ab Humboldt sententiam opponens (a). Unde facile est intellectu, quam bene huic Academico cum summo naturæ investigatore in rebus, quæ circa primordia populorum acciderant, recte æstimandis conveniat; quam prope idem in mythorum antiquorum indole judicanda ad Platonis vestigia accedat, Plotinoque vere Platonico viam aperiat, continuo intelligemus, ubi, quæ de mundo animaque mundana in illo commentario prodiderit, viderimus.

Hæc patefacit nobis idem Proclus fragmento secundo (in Timæum p. 85) : Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταί φασι γεννητὸν λέγεσθαι τὸν κόσμον κτλ.; ad quæ extrema tantum ipsis Kayseri verbis (p. 21) hæc adponam : « De *methodo* denique liquet quam vere Crantor et Xenocrates judicaverint, animæ mundanæ et ipsius mundi generationem eorum causa, qui philosophando nondum adsueti essent, ita describi, quasi successione temporum facta esset, cum Plato æternam esse probe cognitum habuerit. In qua docendi ratione, qua Plato novitios quasi initiare solebat, Plotinus ipsius μύθου, sive *historiæ fabularis*, germanam indolem agnoscit aperitque, quæ brevitatis causa latine adscribam, ubi ea ab incommodo Ficini additamento purgavero : « Oportet autem fabulas « (τοὺς μύθους), si modo futuræ sint fabulæ, tem« poribus, quæ narrant, dividere, multaque a « se invicem segregare, quæ simul sint tempore, « ordine vero et potentia discrepent; quando« quidem rationes atque sermones (οἱ λόγοι) in« ducere generationes ingenitorum consueverunt, « et quæ simul sunt, discernere, atque postquam « pro viribus docuerunt, intelligenti (τῷ νοή« σαντι) jam concedere solent, quæ diviserant, « connectere (b). » At vero quo magis ii mythologi, qui iidem philosophi sunt, hanc veterum in docendo sapientiam admirantur, et quo pluris faciunt Platonis, Academicorum, Plotini similiumque intelligentiam religionum mythorumque perspicacitatem : hoc magis literatores nostri, qui his in rebus mirifice cæcutiunt et sibi soli sapiunt, hos philosophos adspernantur et in mythologia tractanda a nullis impensius cavendum esse clamitant, quam a Platonicis (c). » Sequuntur p. 21 sqq. loci de harmonia mundi numerisque, quos Kayserus sua matheseos musicesque intelligentia expedire studuit (d). Quos locos excipiunt (p. 34 sqq.) libri de Luctu (περὶ πένθους) fragmenta; quo argumento tractando Crantor maxime unus omnium ad posteritatem celebratus est. Quem librum cum imitati sint et ex parte excerpserint Cicero, Plutarchus, Seneca, admirati autem permulti veterum tam propter argumenti gravitatem, quam orationis granditatem, Kayserus tamen sibi cavendum censuit, ne nimis multa ipsi Crantori tribuantur, eaque tantum inter ejus reliquias recepit, quæ vel Ciceronis vel Plutarchi disertis verbis ei philosopho adsignantur. In his vero, quæ pauca sunt, Crantor mitis exstitit consolator, qui dolorem non turpem habeat, non pro nihilo ducendum, indolentiam dilaudet (Cic. Tusc. III, 6; Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 102), sed ex ipsa hominis natura consequi agnoscat. Cum Platone autem hactenus fecit Crantor, ut animorum corruptionem ex corpo-

(a) Ille enim in *Examen critique de l'histoire du nouveau continent*, p. 163, ita pronunciat vers. germanicæ : « *Dieses Andenken an den Krieg der Atlanten auf dem Peplum der Panathenæen* (Proclus l. l. p. 26) *und dieses von Proclus aufbewahrte Fragment des Marcellus* [et Crantoris], *welches auf die Erinnerung einer physischen Katastrophe* (*das Vorhandensein einer Mythe von der Atlantis*) *jenseits der Sæulen des Hercules, vielleicht selbst in der Gruppe der canarischen Inseln hindeutet, verdient ernste Beachtung von Seiten derjenigen, welche in die Finsternisse der geschichtlichen Ueberlieferung einzudringen streben.*

(b) Ennead. III, 5, 9, p. 543 Oxon. Ad quæ in Annotationibus p. 173 hæc adposui : « Aurea sane verba, et quæ fabularum indolem universam earumque a doctrina et ratione (systemate) diversitatem penitus aperiunt. Quod vero λόγους dicit et ipsas generationes eorum, quæ genita non sunt, introducere, cogitanda sunt veterum philosophorum et ipsius Platonis, in Timæo maxime, cosmogoniæ, in quibus γενεαὶ et γενέσεις memorantur, in rebus adeo metaphysicis et moralibus. » Quibus verbis adjeci mentionem fabularum memorabilium in Platonis Politico p. 269 sqq.

(c) Exemplo sit locus de *Mythologia* in Paulyi Encyclopædia philol. V, 1, p. 336-371 ejus viri, qui ut se literatorem doctissimum probavit, ita a philosophia alienissimum.

(d) Quibus nunc adjice, quæ nuper attigit doctus Theologus in Oratione : *Von der Harmonie der Sphæren*, Ferd. *Piper*, Berolin. 1850.

reorum seminum contagione oriri dicat, itemque ut plurimas consolandi rationes ab animorum immortalitate repetat (a). Quod Sextus Empiricus (adv. Math. XI, 51 sqq.) conservavit egregium fragmentum, alii ad librum de luctu, alii ad ὑπομνήματα retulerunt, Kayserus (p. 49) incerti operis dicere maluit. Utut est, elegantissimum haberi debet, atque ex eo maxime intelligitur, melius et constantius a Crantore doctrinam de bonorum ordine expressam esse, quam ab Academicis prioribus (b). Ad calcem adjecta sunt (p. 55, nr. IV) « Fragmenta poetica, quæ fortasse Crantori tribui possint. » Inerat enim in eo poeseos sensus non vulgaris, Homeri itemque Euripidis summa admiratio. Ipse quidem non multa carmina conscripsisse videtur, sed, quæ soluta oratione scripsit, plena sunt venustatis poeticæ, quæque de aliis poetis judicia tulit, ea nobis sagacem et intelligentem judicem probant (p. 1 sqq.). Atque, ut summam faciamus, extremus ille veteris Academiæ philosophus in universum Platonis Platonicorumque placita retinuit, de nonnullis aliter sensit, philosophiam novis inventis auxit, ingenii sui dotibus ornavit, et in multis rebus ad Plotinum usque et posteriores philosophiæ facem prætulit (c).

Priusquam de Arcesila mediæ Academiæ auctore dico, apponam quæ Kayserus (p. 4 sq.) de horum veteris Academiæ philosophorum sodaliciis et familiaritatibus memorat : « Utque Crantor Polemonem ut præceptorem suum dilexit, sic eum Arcesilas amore atque admiratione prosecutus est; quod amicitiæ vinculum ab eo inde tempore ortum est, quo primum Crantor Arcesilam conspexit. Tum enim statim amore captus versibus Euripideis eum allocutus esse dicitur :

Ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν ;

ad quæ Arcesilam respondisse, quæ apud Euripidem sequuntur :

Ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις,
εἴτ' ἄλοχον, εἴτε δμωίδα (d).

Itaque ex eo tempore amici facti sunt, unaque habitabant. » In Cratetem et Polemonem itidem carmen exstat Antagoræ, qui, cum in magna familiaritate vixissent, eodem tumulo conditi sunt :

Μνήματι τῷδε Κράτητα θεουδέα καὶ Πολέμωνα
ἔννεπε, κρύπτεσθαι, ξεῖνε, παρερχόμενος κτλ. (e)

Sed quorsum hæc pertinent? Nimirum ut intelligatur, hos veteris Academiæ philosophos cum morum integritate tum docentium sanctitate Socraticum illud sodalicium familiaritatibus suis referre voluisse, neque vero absurdum erit hæc Academicorum veterum inter se contubernia comparare cum recentiorum Platonicorum Ammonii, Longini, Origenis, Plotini, Porphyrii, reliquorum amicitiis ac circulis.

§ 3. DE RELIQUIS ACADEMIÆ PHILOSOPHIS INDE A MEDIA USQUE AD QUINTAM.

Arcesilas, novæ sive mediæ Academiæ princeps, quomodo Crantori adjunctus sit, supra vidimus. Audivit vero etiam Theophrastum et Polemonem, neque tamen iis mancipatus fuit, ut qui in philosophando suus esse vellet. In primis ad veterem Socraticorum rationem se recepit, ita tamen, ut dialecticam maxime excoleret. Quod cum faceret, non tam ea placita spectabat, quæ Plato tanquam firma posuerat, quam ea, quæ in disceptationem dubitationemque vocaverat; ac proinde sensim eo pervenit, ut prorsus negaret esse quidquam quod sciri posset (Cic. Acad. I, 12, 45); cumque Stoici *visum* sive speciem rei in animo informatam ponerent, quam φαντασίαν καταληπτικὴν vocabant, Arcesilas iis objiciebat illam suam ἀκαταληψίαν, sive τὸ ἀκατάληπτον, animum ab omni assensione.

(a) Cf. Wyttenbachii Opuscull. II, p. 600.

(b) Cf. Carol. Hinkel, De variis formis doctrinæ moralis Peripateticorum. Marburgi 1839, p. 24.

(c) Matare autem mortem obiit Crantor, ante Polemonem et Cratetem. Vide Clinton. Fasti Hellen. ad ann. 278, Olymp. 125, 3, p. 199 ed. Krüger. Atque universe de Academicorum ætatibus a Platone inde usque ad Lacydem consule Apollodori Chronicorum Fragmm. p. 415, cum annott. Heynii; Clinton. F. H. Append. XXI, p. 366 sqq., 377 sqq. ed. Krüger. et Apollodori Fragm. nr. 89 sqq. in Historicor. Gr. Fragm. vol. I, p. 447 sqq. ed. Carol. Müller

(d) Diog. L. IV, 28; cf. Eurip. Fragmm. ex Androm. 5 et 6, et Herodian. Περὶ σχημάτων p. 58. « O virgo, an, si te salvam præstitero, gratiam mihi habebis? » — « Duc me, o hospes, sive ministram velis, sive conjugem, sive servam. » Quam ad famam etiam animadverterunt Antigonus Caryst. ap. Diog. L. IV. 22, et Numenius ap. Euseb. P. E. IV, 28 sq.

(e) Diog. L. IV, 21; cf. Jacobs Annott. ad Anthol. t. VII, p. 183.

Hoc Polemona situm tumulo sanctumque Cratetem,
Qui facis hac, narra, quisquis es, hospes iter. »

cohibendum esse inculcans. — Jam quum iisdem fere temporibus in Græcia exortus esset Pyrrho Elidensis, qui itidem partim a Socrate et Megaricis pendebat, partim a Democrito, et licet ejus discipuli, Pyrrhonii, appellari mallent Socratici, tamen magistri sui ad exemplum veritatem usquequaque tollerent summumque Bonum in ἀπαθείᾳ (Cic. de Orat. III, 17, de Fin. III, 4; IV, 16 et 18; Acad. II, 42) ponerent, cum contra Arcesilas in Ethicis τὸ εὔλογον agnosceret, h. e. iis in rebus, quæ officium exigeret, factitandis verisimilia sequenda esse diceret (Sext. Emp. adv. Math. VII, 158) : nihil tamen mirandum erat, *mediam Academiam*, adeoque *tertiam*, sæpiuscule cum *sceptica philosophia* confusam esse. Ceterum de Arcesilæ cum acumine ingenii, tum admirabili lepore dicendi prodit Cicero (Acad. II, 6, 16), de varia ejusdem doctrina item, aliique plures : sed nullum tamen librum scripsit : duo epigramata (ab Diog. Laert. IV, 30-32 conservata), exstant in Anthologia græca (tom. II, p. 61 sq. ed. Jacobs.) (a).

Carneades Cyrenæus, Hegesini discipulus, non solum Arcesilæ ejusque sectatorum rationem diu tenuit, verum etiam ampliavit. Nam primum Stoicos pariter impugnavit atque ille et qui eum secuti sunt, verum etiam verisimilitudinum, quas ille ad communem vitæ usum adhiberi jusserat, gradus quosdam accuratius constituit signaculaque indicavit; dubitationum autem limites ad Ethicen sive moralem adeo disciplinam promovit, neque cultui deorum divinationique magis pepercit. Ingenio autem valebat feraci et quod in omnes partes versari posset, in dialectica pollebat plurimum, eloquentia denique omnes in sui admirationem convertebat, ut Romanos etiam a philosophia alienos ejus amore imbueret. Unde factum est ut novæ sive *tertiæ* Academiæ principatus ei deferretur (b).

Sicut autem antecessores Carneadis Cicero loco supra laudato enumerat, ita ibidem ejusdem successores; pergit enim his verbis : « Sed ipse Carneades diu tenuit (scepticam eandemque Academicam rationem); nam nonaginta vixit annos; et, qui illum audiverant, admodum floruerunt; e quibus industriæ plurimum in Clitomacho fuit; declarat multitudo librorum : ingenii non minus in hoc homine, quam in Charmada eloquentiæ, in Melanthio Rhodio suavitatis. Bene autem nosse Carneadem Stratoniceus Metrodorus putabatur. Jam Clitomacho Philo vester operam multos annos dedit. Philone autem vivo patrocinium Academiæ non defuit (c). » — De hoc *Philone* Larissæo Thessalo alio loco Tullius (d) : « Nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum præcepta tradere, alio philosophorum ». De quo cum Wyttenbachius (e) dicit :

(a) Cf. R. Brodeisen, De Arcesila, philosopho Academico, Altonæ 1821; Thorbecke, Responsio ad Quæstionem, numquid inter Academicos et Scepticos interfuerit. Zwoll. 1820, itemque nunc consule Paulyi *Real-Encycl.* I, p. 675, et V, 2, p. 704. De reliquis *hujus* Academiæ philosophis acquiesco in classico loco Ciceronis laudando. Ita enim ille Acad. II, 6, 16 : « Cujus (Arcesilæ) primo non admodum probata ratio..., proxime a Lacyde solo retenta est : post autem confecta a *Carneade*, qui est quartus ab Arcesila · audivit enim Hegesinum, qui Evandrum audierat, Lacydi discipulum, cum Arcesilæ Lacydes fuisset; » quibus verbis proxima successio *Scepticorum* enumeratur. Sed de Carneade paullo amplius agendum est.

(b) Cic. Acadd. II, 6, 16; de N. D. II, 65; Tusc. V, 27; de Fin. V, 27; cf. Orelli Onomast. Tullian. p. 130. Sext. Empir. adv. Math. IX, 140 sqq., et consule A. F. Verburg, De Carneade Romam legato. Traj. ad Rhen. 1827, et præsertim : J. J. G. Roulez, Comment. de Carneade Cyrenæo, philosopho Academico. Gandavi 1825.

(c) Cic. Acad. II, 6, 16 sq.; cf. de *Clitomacho* II, 31, 98 : « ... a Clitomacho sumam, qui usque ad senectutem cum Carneade fuit, homo et acutus, ut Pœnus, et valde studiosus ac diligens; et quatuor ejus libri sunt *de sustinendis assensionibus*, » etc. Fuit autem Carthaginiensis patriaque lingua dictus Hasdrubal (Cic. Tusc. III, 22, ibique Bernald. et Moser. p. 163), ubi consolationem misisse dicitur ad captivos cives suos eversa Carthagine. Qua in re ille se quodammodo ad Crantorem applicuisse putari posset, nisi Cicero ibidem Carneadem memoraret, quem eundem secutum esse arguunt libri *de sustinendis assensionibus*, qui *scepticum novæ Academiæ* argumentum produnt. Scripsisse autem dicitur quadringentos libros, in quibus etiam de philosophorum sectis (Diog. L. IV, 67, ibique Menag.). *Charmadæ* non modo eloquentia laudata est, verum etiam rhetorices scientia (Cic. de Or. I, 18); quanta autem memoria fuerit, prodit idem (Tusc. I, 24, p. 197, ibique Moser.). *Melanthius* Rhodius, cujus suavitatem laudat Cicero, Carneadis discipulus, magister Æschinis Neapolitani, qui et ipse profitetur, se Carneadem tunc audivisse, « cum oratio ejus, contentione strepituque ob senectutem omissis, in utilia et communicationi idonea se contraxisset. » (Plutarch. An seni ger. sit respubl. p. 791, A; cf. Menag. ad Diog. L. II, 64); quæ verba mirificam senis Carneadis in dicendo remissionem et ad communem vitam conversionem arguunt. De *Metrodoro* denique, qui ab Epicuro ad Carneadem defecisse dicitur, et a Cicerone (de Or. I, 11) inter oratores cum laude numeratur, ipse plura monui ad Cic. de N. D. I, 31, p. 140, et I, 33, p. 153; de ejus ætate consule nunc Clinton. Fast. Hell. ad ann. 306, p. 187 ed. Krüger.

(d) Tusc. II, 3, ibiq. Bernald. et Moser. p. 432; cf. V, 57, p. 232, et de N. D. I, 3.

(e) Opuscull. II, p. 499. Nunc consulatur van Heusde, Cicero Φιλοπλάτων p. 73 sqq.

« Carneadem audivit Clitomachus, Clitomachum Philo, Ciceronis magister, qui multum ex illa dubitatione remisit propiusque ad antiquam Platonis rationem accessit; unde quarta numeratur ab eo Academia » ; illud *multum* haudquaquam præcise accipiendum est; nam cum Philo duobus libris scepticam Academiæ novæ rationem tuitus esset, Antiochus Ascalonita, ejus discipulus, stomachari cœpit, nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui Sosus inscribitur (a).

Idem non modo Peripateticorum placita, verum etiam Stoicorum cum Academicorum doctrina conciliare studuit; quod cum faceret, ad Stoicorum rationem tam prope accessit, ut Cicero ita pronuntiaret : « Cupio sequi Stoicos; licetne... per ipsum Antiochum? qui appellabatur Academicus; erat quidem, si perpauca mutasset, *germanissimus Stoicus* (b). » Erat autem Ciceronis, Luculli et Varronis magister et *quintæ* sive ultimæ Academiæ habebatur auctor.

Jam hoc mihi assecutus videor, ut ex hac brevi quinque Academiarum recensione intelligi possit, cum quæ *Platonem* ipsum inter et *veteres Academicos* fuerit differentia, tum quæ inter hos et *Academicos recentiores*. Ac primum quod attinet, juvenis ille Plato totus fuit in contemplatione *amoris* et *pulchri*, cum vixdum a poetica profectus esset. Deinde ad Megaricos concessit et Eleaticos, quorum in disputando subtilitate captus *verum* inquirere distinguendo studuit, scripsitque dialecticos sermones. Tum vero maturiore ætate, ad vitæ usum convertens studia, exploratis diligentius Ægyptiorum maximeque Pythagoreorum institutis, perfectam finxit rempublicam, quæ *justi bonique* referret exemplar, et vitam contineret optimam, unde tandem ad *rerum divinarum* disquisitionem escendit. Quæ singula tamen ab ipso Platone in docendo scribendoque communi *idearum* vinculo ita continebantur, ut Unum essent. Neque divellere voluerunt veteres Academici : verumtamen hanc unicam individuamque magistri doctrinam plus minusve separatim tractarunt, ut, si inde a Speusippo usque ad Crantorem singulos excutimus, alius alio in loco Platonicæ philosophiæ principatum constituere voluisse videretur; ita tamen, ut hi veteres omnes ex ipso hominis animo potissimum repeterent omnia ac, secundum *idearum* doctrinam, unice spectandum homini contenderent, quid pulchrum, quid bonum, quid justum, omninoque quid verum esset. Contra Arcesilas, *mediæ* auctor Academiæ, ejusque sectatores confuderunt Platonem ipsumque adeo Socratem cum istis philosophis, qui asseverare nihil, de omnibus dubitare solebant, idque crepabant unice, sensibus fidem non esse habendam; neque magis Stoici idearum doctrinam assequebantur, disquisitionibus certe de opinione et scientia non satis adhibebant. Unde nihil mirandum, Arcesilam novitiosque Academicos paullatim in extremam lapsos esse dubitandi audaciam ac temeritatem, adeo ut Cicero exclamet : « O volaticam Academiam, modo huc, modo illuc : » et alio loco : « Cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant, et quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt, quodcumque verisimile videatur (c). »

§ 4. DE RELIQUIS PLATONICIS IMPERATORUM ÆTATE.

Qui inde ab Augusti principatu secuti sunt Platonici non minus in varias abiere partes, quam qui illum præcesserunt; quos omnes persequi longum est; plures nominabimus, immorabimus in paucis, unde ad Plotinum usque insignior philosophandi varietas maxime dignosci possit.

(a) Cic. Acad. II, 4, 11 sq., quem librum in Academicis suis præcipue secutus videtur.

(b) Acad. II, 43, § 132; cf. II, 18 eqq., § 56, et de N. D. I, 7, de Fin. V, 9. — Antiochum perpetua in admiratione habuit Marcus ille Brutus, fratrem autem ejus *Aristum* amicum et contubernalem. Cui notitiæ cum hoc addat Plut. Brut. c. 2 (p. 1174) : Brutum novam et mediam Academiam non admodum probasse; solam veterem sectatum esse : vides hos fratres ad veterem illam quodam modo et ipsos se recepisse, certe recipere se videri voluisse. Ceterum Ciceronis quoque hospes et familiaris fuit hic Aristus (Cic. Brut. 97. Consule præterea ad Atticum V, 2; Acad. I, 3, de Fin. V, 3, Tuscull. V, 8, 21, ibique Davis., Boulnier. et Moser. p. 48 sq. tom. III).

(c) Cic. ad Att. XIII, 25; de Fin. II, 14; cf. Phil. Guil. van Heusde, Initia philosophiæ Platonicæ, ed. altera, Lugd. Bat. 1842, p. 42, 411, 454. De *Sceptica* autem ratione, quæ, posteaquam Antiochus ab Academia ad Porticum propemodum transierat, emortua per Ptolemæum et *Ænesidemum* maxime resuscitata erat, sigillatim non dicam : eos tantum Scepticos attingam, qui in *Platonicis* censentur; nam unice *Plotini* causa hos hactenus persequor, ut plurimos nominasse sufficiat, in paucis aliquantulum immorari sit propositum. De Scepticis vero universe post Stæudlinum, Tiedemannum, Tennemannumque nuper egerunt H. Ritter. in *Gesch. der Philosophie*, IV, p. 276 sqq., et Zeller. in Paulyi *Real-Encycl.* VI, 1. p. 858-862.

Agmen ducit *Thrasyllus* (a), qui imperante Tiberio multarum rerum scientia inclaruit, cum et astrologiam profiteretur, quam Pythagoreorum auctoritas Platonicis tunc commendaverat, qua ipsa vicissim illi Principi commendatus erat. Promeruerat vero etiam scriptis de astronomia, quam hodieque dicimus, itemque de musica, de historia, denique de Platonis dialogis, quos secundum tetralogias ordinavit. Quæ ratio apud veteres ita invaluerat, ut multa per sæcula summam auctoritatem obtineret; quod vel codices mss maxime probati et editiones arguunt, quæ Thrasylleum ordinem vel integrum vel paulum mutatum retinent (b). Ac licet hæc ratio recentioribus criticis haudquaquam probatur : verumtamen eadem insigni argumento est, jam tum Platonicos ad germana magistri sui monumenta rursus pedem retulisse et ex limpidis dialogorum illorum fontibus denuo scientiam suam haurire cœpisse. Noli vero hoc eam in partem accipere, quasi Thrasyllus, quæ pure hauserit, non commiscuerit : immo vero et novitia Pythagoreorum placita antiquis Platonicis adfudit (c), indulsit magicis artibus, astrologicamque divinationem factitavit. Scripta autem quod attinet, nihil proinde mirum est, ea a Longino critico, pariter atque aliorum scripta, Plotinianis longe inferiora censeri (d).

Jungendus Thrasyllo *Theon Smyrnæus*, qui medio altero, ut videtur, post Chr. n. sæculo, itidem Pythagorica Platonicis commiscuit et mathematicam ad Platonis philosophiam interpretandam adhibuit (e). Verum antequam de hujus sæculi Platonicis philosophis dicimus, verbo monendum est de *Philone Judæo*, qui superiore sæculo hanc familiam laudibus suis exornare visus est. Notissimum enim est illud apud Suidam in Φίλων : ἢ Φίλων πλατωνίζει ἢ Πλάτων φιλωνίζει. De quo argumento quæ multa ab aliis disputata sunt, nunc quidem omittere possum; nec magis repetere volo, quæ paucos ante annos de hoc scriptore et ipse disputavi et nuper admodum disputavit Steinhartus : illud faciam, ut ex his commentationibus insigniora quædam vernaculis verbis in annotatione adponam (f).

Priusquam ad alterum sæculum tam ferax Platonicorum descendo et de potioribus dico : in universum monendum est, inde a Trajani maximeque Hadriani imperio magnam animorum conversionem esse secutam, cui hic ipse Princeps suo exemplo præluserat, cum non contentus patriis religionibus, undequaque gentium diversissima sacra comportaret, peregrinorum populorum, Orientis maxime, ritus fabulasque colligeret, et universi orbis Romani mysteria sectaretur in iisque initiaretur. Quæ res magnam

(a) De eo vide præter Fabric. B. Gr. II, p 518; IV, p. 2, Sevin, *Recherches sur la vie et les ouvrages de Thrasylle*, in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* tom. X, Annott. meas in Porphyr. de Vita Plotini cap. 20 sq., p. cx sq. et p. cxxvi; C. Fr. Hermann. *Gesch. der Platon. Philosophie* p. 358 et p. 560; denique Car. Müller. ad Thrasylli fragg. Historicor. Græc. vol. III, p. 501 sq., qui eum pro eodem Mendesio habet, quem Pseudo-Plutarchus laudat de Fluminib. II. At in Musico certe, qui Phliasius dicitur Plutarcho de Music. cap. 21, dubius hæret Hermannus p. 560. Ceterum quæ de musico illo apud veteres traduntur, collegit C. Müller. p. 501 in fin., ubi idem nominis formas Θράσυλλος, Θράσυλος, Θρασύλαος memorat.

(b) C. Fr. Hermann. l. l. p. 560 sq., nott. 22-24.

(c) Recte observante C. Steinharto in loco de philosophia Platonica apud Paulyum (*Real. Encycl.* V, 2, p. 714 : *Platonische Philosophie*); quem virum jam supra ad partes vocavi et infra sæpius vocabo.

(d) Apud Porphyrium de Vita Plotini cap. 20 et 21, p. LXXII sq., de quibus locis infra iterum videbimus.

(e) De cujus scriptis nuper promeruerunt J. J. de Gelder, Leidæ, et Th. H. Martin, qui Theonis Smyrnæi, Platonici, librum de Astronomia primus edidit et illustravit. Paris. 1849, quo in libro mihi hoc loco dicendi otium fecit.

(f) Vide meam commentationem : *Zur Kritik der Schriften des Juden Philo*, in Ullmanni et Umbreitii *Theolog. Studien und Kritiken*, tom. I, p. 3-43, et nunc in *Deutsche Schriften* III, 2, p. 409 sqq.; ubi p. 431 hæc posui : « *Wie hætte aber auch ein Hebræer die ganz im griechischen Geiste gedachte Philosophie Plato's in ihrer eigenthümlichen Natur in sich aufnehmen kœnnen, zumal im Zeitalter der Rœmer, und unter den Einflüssen des Alexandrinischen Lebens? Dass aber Philo nicht einmal fæhig gewesen, das Ganze eines der grœssern platonischen Werke zu begreifen, und es in seiner Grundidee aufzufassen, davon gibt er in seinem Urtheil über das platonische Gastmahl einen merkwürdigen Beweis.... Es ist wahr, alle Werke Philo's sint mit platonischen Dogmen durchwebt. Aber wenn es irgend ein Zweck seiner allegorischen Gesetzesauslegung mit sich bringt, macht er sich nichts daraus, seinem Plato untreu zu werden; und ich mœchte Philo in gewissem Sinne eine philosophischen Partheigænger nennen*, etc. » — Steinhart (in voce *Philo*, ap. Paulyum *Real-Encycl.* V, 2, p. 1516) : « *So verknüpfte Philo durch den erhabenen aber abstracten Monotheismus des Judenthums die verschiedensten hellenischen und orientalischen Elemente* » etc. Idem (sub v. *Platonische Philosophie* ibid. p. 1712 sq.) : « *Der ælteste und bedeutendste Vorlæufer des Neu-Platonismus war der Jude Philo;... doch wusste er seine vielen tiefsinnigen, theils aus eigener Kraft geschœpften, theils aus den heiligen Büchern entlehnten, theils aus Plato, Aristoteles und den Stoikern zusam-*

vim habuit non solum in cultus et mores hominum, sed etiam in artes, literas et in philosophiam potissimum (a). Unde intelligitur, cur Apollonius ille Tyanensis aliique haud pauci æquales philosophi cum sacerdotum varia instituta dictataque miscuisse, tum placita philosophorum, Pythagoreorum inprimis et Platonicorum. Neque ea ratio cum Hadriano exaruit, potius invaluit cum Severo Alexandro (b) usque ad Julianum Apostatam.

Jam enumerandi sunt nobis philosophi Platonici, Pythagorei aut varie miscelli, qui inde ab ineunte primo sæculo usque ad tertii exitum plus minusve *Plotinum* prævertisse putantur. Sunt autem hi maxime :

Thrasyllus, Philo Judæus, Plutarchus Chæronensis, Sextus Chæronensis, Maximus Tyrius, Apollonius Tyanensis, Nicomachus Gerasenus, Secundus Atheniensis, Favorinus, Theo Smyrnæus, Albinus, Alcinous, Calvisius Taurus, Atticus, Athenagoras Atheniensis, Appuleius, Galenus, Numenius, Potamo Alexandrinus, Cronius, Moderatus, Severus. De Thrasyllo, Theone Smyrnæo et de Philone Judæo supra vidimus : de reliquis plurimis lectores brevitatis causa ad eos scriptores amando, quos in annotatione summatim designavi (c); ipse vero, priusquam ad ipsum Plotinum transeo, de paucis adhuc paullo accuratius agam. De *Plutarcho* quidem non est quod plura apponam, post ea quæ nuper admodum Steinhartus et Zellerus de eo monuerunt (d); illud addam, hunc amabilem philosophum, a nova sive sceptica ratione abhorrentem, sa uberrima germanæ Platonis doctrinæ placita imbibisse, et ad vitæ actionem adhibuisse. Idem, pie deditus patriis religionibus, majorum gentium deos in numero τῶν ἀϊδίων et ἀγεννήτων ponebat, in hoc quoque simillimus integrioribus Neoplatonicis, Plotino reliquisque, ut in causas et indolem græcarum religionum fabularumque altius inquireret, et sana interpretatione eas humanitati vindicaret (e). *Favorinus Arelatensis*, Trajani et Hadriani æqualis, discipulus Dionis Chrysostomi (f), amicus Frontonis, Herodis Attici, Plutarchi, aliorum, polyhistor, rhetor, historicus, philosophus (g), Peripateticus, uti prodit Plutarchus, imo Academicus, uti Galenus et Lucianus testantur, quibus adstipulatur Huetius (h). Et hoc unice verum esse arguunt libri, quos de philosophia scripsit Favorinus, præcipue hi : primum tres περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας, deinde Ἀλκιβιάδης, in quo dixerat : πιθανὸν ἑαυτῷ φαίνεσθαι, μηδὲν εἶναι καταλήπτον, cum alio in libro : Πλούταρχος, sive περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως, concedere videretur : εἶναί τι βεβαίως γνωστόν. De eadem quæstione alius insuper ejusdem liber erat : πρὸς Ἐπίκτητον. Præcipuum denique locum in Favorini scriptis obtinebant : Πυῤῥωνείων τρόπων βιβλία ι', quæ præter Philostratum laudat loco primario Gellius XI, 5; unde hæc apponam in annotatione subjecta (i).

Quæ omnia ubi in unum colligimus, de *Favorino* ita nobis videmur jure pronuntiare posse, ut *Favorinum Academicos et Pyrrhonios inter flu-*

mengelesenen Gedanken noch nicht mit selbstständiger Dialectik zu verknüpfen und zu beherrschen; auf der andern Seite liess der strenge sittliche Geist des Monotheismus keine dæmonologischen und theurgischen Phantasieen bei ihm aufkommen. »

(a) Hoc argumentum uberius illustrare studui in Epilogo ad Symbolicam et Mythologiam vol. IV, p. 668 sqq. ed. tert.

(b) Lampridius in Severo cap. 29, hunc Abrahamum, Orpheum, Christum, Apollonium aliasque « animas sanctiores » in larario suo posuisse testatur; et cap. 43 : « Christo templum facere voluisse eumque inter deos recipere (Severum); quod Adrianus cogitasse fertur. » Vide Heynii Prolus. : « Alexandri Severi religionee miscellas probantis judicium » in Opusc. Academ. vol. VI, p. 172. Idem Lampridius de eodem cap. 31 : « Idem Severus, Virgilium *Platonem poetarum* vocabat » : unde constat, quanti hunc philosophum fecerit; cf. Heyn. p. 215. — De Juliano imperatore vide Gibbon *Hist. of the Decl. of the Rom. Emp.* cap. 23 init.

(c) Nimirum omitto Bruckerum, Fabricium, Harlesium, Schœllium aliosque literatores : in iis me contineo, qui et qui philosophi de his philosophis nuper egerunt. Sunt autem hi tres : Heinrich Ritter in *Geschichte der Philosophie*, part. IV, lib. XII et XIII, cap. IV seqq., p. 240 sqq., p. 418 sqq. Steinhartus in Paulyi *Real-Encycl.*, voce *Philo*, et v. *Platonische Philosophie*. Zellerus eodem libro V, 2, p. 1499 sqq., p. 1704 sqq. — Complures autem horum philosophorum et ipse attigi in Annot. in Porphyrium de Vita Plotini, et Lud. Kayserus noster cum ad Philostratum de Vitis Sophistarum, tum in Proœmio ad Philostratorum opera.

(d) L. l. p. 1705, et p. 1714 sq.

(e) Vide Plutarch. Vit. Pelopid. cap. 16, et cf. *Symbolik et Mythol.* I, p. 51 sqq. ed. tert.

(f) Cujus quæ fertur oratio Corinthica, Favorini est. Vide Emperii Comment. de hac orat. Brunsv. 1832, et ejusdem Præfat. ad Dion. Chrysost. p. 21.

(g) Suidas in Φαβωρῖνος : Γέγραπται αὐτῷ φιλόσοφά τε καὶ ἱστορικά, ὧν πολὺς ἀριθμός. De historicis scriptis egit Carol. Müller. ad fragmenta nuper ab eo edita in Fragm. Historicor. Græcc. vol. III, p. 577.

(h) Vide Plutarch. Symposiac. IX, 10, 2; Galenus ad Favorin. I, 6; Lucian. Eunuch. §. 7, p. 356 ed. Wetst.; et cf. L. Kayser. de Vitis Sophistar. I, 8, p. 181 sqq.

(i) « Super qua re Favorinus quoque subtilissime argutissimeque decem libros composuit, quos Πυῤῥωνείων τρό-

ctuasse dicamus, ita tamen (quæ etiam Galeni sententia est) ut *Pyrrhonianæ sectæ valde addictus fuerit.* Tertio sæculo ineunte ab altera parte orbis Romani exstitit *eclectica* ratio, auctore *Potamone* Alexandrino (a). Hunc nimirum Diogenes Laertius prodit eclecticam sectam introduxisse (b), addens : « De singulis sectis, quæ sibi placuere, selegit. » Scripserat autem Στοιχείωσιν (c), unde pauca placita ibidem excerpsit Diogenes, logica et physica, unum morale. Ratio autem hujus viri, quæ et eclectica et Potamica vocabatur, neutiquam confundenda est cum neoplatonica, neque Ammonius Saccas, hujus auctor, dicendus est Potamonis rationem renovasse (d).

Eodem fere tempore Numenius e vicinis Imperii oris exorsus est. *Numenius* (e) Apamensis Syrus, Pythagoreus idemque Platonicus, cum nomine tum animo et placitis orientalium terrarum naturam referens. Legit enim sacra Judæorum oracula, Platonemque nonnisi Mosen atticissantem dixit. Quod rationem attinet, statuit Numenius Deum summum, nemini nisi sibimet ipsi cognitum, a mundo sejunctum, simplicem, in se complectentem omnis intelligentiæ semina, quæ ipse impertiat opifici mundi (τῷ δημιουργῷ), qui ea a patre accepta unicuique enti intelligenti transmittat. Mundi opifex, tanquam mens (νοῦς), se ipse contemplatur in supremo deo, inque ea contemplatione agit suam vitam spiritualem, acquiescens in illa Unitate latitantis patris; quodsi tamen in ea contemplatione usque et usque acquiesceret, neque mundum, quem creavit, contineret et conservaret, protinus omnia denuo relaberentur in pristinum istud Chaos; mundum denique ipsum pro tertio deo habuit Numenius. Quæ rudior ratio, cum reapse tres deos poneret, haudquaquam confundi debebat cum Trinitate illa Platonica et Plotiniana; ac proinde Longinus recte contra eos insurrexit, qui Plotinum dicebant Numenii placita sibi vindicasse, cum potius contenderet, Numenii aliorumque quorundam scripta, sicubi Plotinus de iisdem rebus agat, nulla ex parte ad hujus exactam diligentiam accedere eumque principia Pythagorica et Platonica multo clarius quam priores expressisse (f).

Ejusdem sæculi tertii initio vel paullo maturius (g) *Ammonius Saccas,* Alexandrinus, in urbe patria scholam aperuit et *recentioris philosophiæ*

των inscribit. Vetus autem quæstio et a multis scriptoribus græcis tractata est, *quid et quantum Pyrrhonios inter et Academicos philosophos intersit;* utrique enim σκεπτικοί, ἐφεκτικοί, ἀπορητικοὶ dicuntur, quoniam utrique nihil affirmant, nihilque comprehendi putant, sed ex omnibus rebus proinde visa fieri dicunt, quas φαντασίας appellant, non ut rerum ipsarum natura est, sed affectio animi corporisve est eorum, ad quos ea *visa* pervenuunt etc. »

(a) Quod vulgo tres numerant Potamones, Mytilenæum rhetorem, Alexandrinum philosophum, tertium Plotini alumnum, in causa est corruptela loci Porphyriani de Vita Plotini cap. 9, quæ et aliis fraudi fuit et Donello (*Daunou*) in *Biogr. universelle*, tom. XXXV, p. 503. Quodsi verum vidit Wyttenbachius, scribendum est Πολέμων pro Ποτάμων (uti in Annott. ad eum locum adprobasse videor p. cii), tertius iste expungendus est. De Mytilenæo rhetore eodemque historico nuper dixit Carol. Müller. ad hujus fragmenta historica, vol. III, p. 505.

(b) Proœm. § 21 : Ἔτι δὲ καὶ πρὸ ὀλίγου καὶ ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως, κτλ. Proinde falsus est Suidas, qui in αἵρεσις et in Ποτάμων eum Augusti æqualem facit, cum potius Caracallæ et sequentium imperatorum sit; unde corrigendus est Westermann in Paulyi *Real-Encycl.* V, 2. p. 1948.

(c) Id est : Institutionem sive Elementa. Vide Proœmium meum ad Procli στοιχειωσιν θεολογικήν p. xii, et adde Fabrottum in Annott. ad Theophili Proœm. Institutionum p. 7.

(d) Vid. G. J. Vossius, De philosophorum sectis et de historicis Grr. p. 233 ed. Westerm., et consule præsertim M. H. G. Gloeckner, de Potamonis Alexandrini philosophia electica, recentiorum Platonicorum disciplinæ admodum dissimili. Lips. 1745.

(e) *Benchodesch* syriace, græce Νουμήνιος, a νουμηνία, a nova luna. Vide Lindberg, De inscriptione Melitensi p. 71, et Letronnium, *Recueil des Inscriptions d'Égypte*, t. I, p. 345.

(f) Vide Porphyr. de Vita Plotini cap. 3, ibiq. annott. p. 94 sq.; cap. 14, p. 110; cap. 20 et 21, ibiq. annott. p. 126-128, et cf. quæ de Trinitate Platonicorum recentiorum disputavi in Ullmanni et Umbreitii *Theolog. Studien und Kritiken*, 1834, I, p. 337 sqq., et nunc in *Deutsche Schriften*, III, 2, p. 390 sqq. De scriptis Numenii περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως, περὶ τῶν Πλάτωνος ἀποῤῥήτων et περὶ τἀγαθοῦ supra vidimus § 1, in loco de Academia vetere. Recte autem hic Judæorum fautor inter Philonem Judæum et Neoplatonicorum parentem Ammonium medium locum tenere censetur.

(g) Commodo imperante, uti prodit Theodoretus in Therapeut. VI, p. 869 ed. Schulz. Vide Annott. in Porphyr. de Vita Plotini cap. 3, p. 92-94. Quod H. Ritterus in *Gesch. der Philos.* IV, p. 540, Ammonii reditum ad patria sacra, vel Christianismum ejus, negatum it, et Porphyrii fidem infringere studet : nunc quidem eum amandare possum ad ea, quæ Car. Müllerus nuper ad hujus fragmenta congessit, Historicorum Gr. vol. III, p. 688 sqq. Ita autem Porphyrius ap. Euseb. Hist. eccl. VI, 19 : Ἀμμώνιος μὲν γὰρ Χριστιανὸς ἐν Χριστιανοῖς ἀνατραφεὶς τοῖς γονεῦσιν, ὅτε τοῦ φρονεῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας ἥψατο, εὐθὺς πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν μετεβάλετο, et idem ibidem de Origenis Adamantii conversione ad sacra Christiana : Ὠριγένης δὲ Ἕλλην ἐν Ἕλλησι παιδευθεὶς λόγοις πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα. Ad quæ ego hæc disputavi in *Deutsche Schriften* (III, 2, p. 377), quæ vernacule adscribere liceat. Igitur ad quæstionem, cur Plotinus Christiana sacra non amplexus sit, respondeo : *Einmal, weil er ein speculativer Geist war, und in den reinen Lehren*

Platonicæ fundamenta jecit, postearquam Christianis parentibus natus ad Ethnicorum sacra græca redierat. Doctrinam ejus quod attinet, dicitur contendisse : primariis in decretis Platonem inter et Aristotelem nihil prorsus differentiæ aut discordiæ fuisse (a). De reliquis placitis, quod quidem ipsius verba attinet, nihil constat, quia nihil scriptum reliquit; illa vero conservarunt et tradiderunt discipuli, Plotinus maxime. Est enim probabile, et ita hodieque fieri videmus, ab initio Plotinum nihil fere aliud tradidisse, quam quod ab Ammonio acceperat; postea vero sua quoque cum Ammonianis docuisse (b); quæ ratio paullatim ita invaluit, ut hæc recens philosophia Platonica diceretur Plotini philosophia (ἡ Πλωτίνου φιλοσοφία). — Quod vero Ammonius nunquam dogmata sua scripto tradebat, Erennius, Origenes et Plotinus sero, et hi quidem ex pacto inter ipsos inito, ea in re sequebantur antiqua Pythagoreorum instituta (c), quorum etiam aliis in rebus tenaces erant hi Platonici. Ceterum ille Ammonii discipulus Erennius non confundi debet cum aliis Erenniis sive Herenniis, quos l. l. enumeravimus. *Origenes* autem, qui cum Herennio et Plotino pactus esse dicitur, est is, quem Proclus in Platonis Theolog. II, 4, p. 90, his verbis memorat : Ὠριγένην τὸν τῷ Πλωτίνῳ τῆς αὐτῆς μετασχόντα παιδείας, probe ille distinguendus ab Origene Adamantio, Christiano, de quo supra testimonium Porphyrii apud Eusebium (H. E. VI, 19) attulimus (d). Docuisse autem ipse videtur primum Alexandriæ, ubi Longinus fortasse eo magistro usus est; deinde Romam venit, ubi lectiones habentem Plotinum et ipsum audiit, unde intelligi videtur posse, cur Porphyrius ejus condiscipulus dicatur (e). Scripta ejus enumerantur tria, ut argumento haud contemnenda, ita ab orationis veneribus vacua, primum Commentarius in Platonici Timæi proœmium, alterum περὶ δαιμόνων, tertium hoc titulo : ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς, de quo quæ plurima disputata sunt longum est commemorare : illud probabile est, argumentum libri fuisse philosophicum, et ad locum de Deo et de mundo pertinuisse (f).

De *Longino*, ut grammatico et critico (g), h. l. dicere nihil attinet : de philosopho videamus. Qui quidem, posteaquam ætatis suæ philosophos plurimos, Platonicos, Peripateticos, Stoicos adierat, in his Ammonium Saccam, Origenem atque Plotinum, nemini eorum addictus, se ipse ad scribendum dedit commentatusque est in Platonis Timæum et Phædonem, nec minus libros composuit philosophos : περὶ ἀρχῶν, περὶ τέλους,

des Evangeliums keinen Raum fand, um seine metaphysische Richtung zu verfolgen, gerade wie sein Lehrer Ammonios, als er mit der Philosophie in Berührung gekommen, sich vom Christenthum abgewendet hatte; und Beispiel und Einfluss dieses Lehrers mussten ebenfalls mæchtig auf ihn einwirken. Sodann aber und hauptsæchlich, weil Plotin im Systeme Plato's vollkommene Befriedigung aller seiner geistigen und sittlichen Bedürfnisse fand; sich, obwohl in Ægypten geboren, nicht anders, wie der Tyrier Malchos-Porphyrios, nach Religion und Vaterland als Hellene fühlte, ja, wie alle diese Philosophen, sich als zum Geschlecht des gœttlichen Plato gehœrig betrachtete, oder als ein Glied jener Hermæischen Kette, wie sie sagten, deren letzter Ring in Plato's Person aufwœrts gegeben war. Von der Hellenen Sitte und Glauben, von Plato's Gœttern zu lassen, dünkte ihm frevelnde Treulosigkeit. — Zum Christenthum zurückzukehren, war ihnen ein barbarisches Unterfangen. » Cf. ibid. p. 369.

(a) Hierocles apud Phot. cod. 214, p. 283 sqq. cod. 251, p. 750.

(b) Vid. Annott. in Porphyr. de Vita Plotini cap. 3, p. 94, ibique Hieroclem ap. Phot. cod. 214; Proclus in Theolog. Platon. I, 1; I, 10, et Augustin. adv. Academicos III, 18, et de Civ. Dei IX, 10.

(c) Neanthes ap. Diog. L. VIII, 55, et ap. Eudociam p. 169; cf. et Porphyr. de Vita Plotini cap. 3, et Annott. meas p. 93. — Ceterum de Ammonio commentatus est Dehaut, *Essai historique sur la vie et la doctrine d'Ammonius Saccas*, Bruxell. 1836. H. Ritter autem, in *Gesch. der Philosoph.* IV, p. 543, putat a Porphyrio distingui arcanam Ammonii doctrinam a publica, nec tamen verisimile esse, probatos discipulos vel illam esse celatam.

(d) Quod enim nuper G. A. Heigl, in commentatione : *Der Bericht des Porphyrius über Origenes.* Regensb. 1835, unum tantum Origenem, Ammonii discipulum Adamantium cognomine eundemque Christianum, agnoscere rursus voluit, et ipse improbavi cum in Addendis ad Plotinum vol. III, p. 511 ed. Oxon., tum in *Deutsche Schriften*, III, 2, p. 363; cf. p. 369 et 376, et postea redarguit Redepennig., Bonn. 1841, p. 422 sqq.

(e) Porphyr. de Vita Plotini cap. 3, 14, p. 52, 64 ed. Oxon., cum annott. p. 93 sqq. Eunap. in Porphyr. p. 10 ed. Boisson., ibiq. Wyttenb. Annott. p. 40.

(f) Vid. Annott. meas in Porphyr. de Vita Plotini p. 93 sq., et cf. Addenda vol. III, p. 500 ed. Oxon., itemque, quæ nuper admodum collecta exhibentur in Paulyi *Real-Encycl.* V, 1, p. 978. Posuit autem Origenes fundamentum omnium rerum in mente, supra quam Unum esse negavit. De *Olympio* Alexandrino, qui post Ammonium principatum philosophiæ sibi vindicare Plotinumque fascinare voluit, egi ad Porphyr. Vit. Plotini cap. 10, p. 103 ed. Oxon.

(g) Ibid. cap. 20 : (Λογγίνου) τοῦ καθ' ἡμᾶς κριτικωτάτου γενομένου. Cf. Annott. p. 121 ed. Oxon. Et Longinus τῶν γραμματικῶν φιλοσοφώτατος ferebatur : quem tamen Plotinus φιλόλογον esse judicabat, φιλόσοφον vero nequaquam.

περὶ ὁρμῆς τῶν ἰδεῶν, περὶ ψυχῆς; in quibus sæpiuscule Plotini, Amelii aliorumque æqualium placita impugnavit (a).

Jam universa hæc Neoplatonicorum familia, cujus pater censetur Ammonius, si principum philosophorum patriam indolemque respicimus, commode potest tres in classes sive scholas distribui. Quarum prima sit Alexandrino-Romana, *Ammonii* et *Plotini;* altera Syriaca, Iamblichi; tertia Atheniensis, Plutarchi junioris hujusque discipuli Procli. Prima mera erat Hellenica et Platonica, Aristotelem pariter impugnans atque Gnosticos, ab orientalium hominum superstitionibus alienior; altera contra, licet et ipsa doctrinam suam a Platone repetebat, attamen ad dæmologiam theurgiamque propensior, ita ut hellenica illa ratio magis magisque obscuraretur; tertia denique, uti ad Platonem denuo redux, ita eundem cum Aristotele conciliare annixa, neque tamen ex orientalis theologiæ vinculis se expedire valebat. Proinde primi illi Platonem explicabant ethice, alteri theologice et mystice, tertii dialectice, ita tamen, ut theologicæ interpretationis fautores exsisterent (b).

§ 5. DE VITA ET REBUS PLOTINI.

Præmonitum. Quando vita Plotini a Porphyrio conscripta olim cum Commentario editioni Oxoniensi adjecta est, et nuper Vitis Sophistarum in hoc ipso Scriptorum Græcorum etiam corpore: ego in hac nova Enneadum editione me hactenus cohibendum duxi, ut rerum Plotini summa tantum capita attingerem iisque annotationes aliquot historico-criticas subjicerem.

Jam primum, quod Plotinus (Πλωτῖνος) natales suos continuo silentio pressit, de nomine anquirendum videatur, quod latinam originem prodit et Plotinæ admonet, uxoris Hadriani, quorum libertini variis muneribus fungebantur etiam per Ægyptum. Neque vero hoc necesse; quandoquidem multi Romanorum civium domicilium rerum suarum collocaverant in Ægypto; neque denique, quod uno tantum nomine appellatur, propterea libertina origo ei tribuenda est. Natus autem est anno p. Chr. 205, Septimio Severo imperante a. 13, et quidem Lycopoli in Ægypto (c). Unde venit proverbium (d) Plotino perquam honorificum: « Non multos Ægyptus (parit): sicubi autem pepererit, magnum parit. » Non minus, quam hoc dictum, commentandi argumentum mihi nuper præbuit illud, quod continuo adjicit Porphyrius (De vita Plotini cap. 1 post init.): Plotinum corporis corporearumque rerum contemptorem, imaginem suam

Porphyr. de Vita Plotini cap. 14, p. 84 Oxon. Cf. Ruhnkenii Disputationem de Longino § VI, p. 502 ed. Bergmann., et consule insuper Addenda ad Plotini ed. Oxon. vol. III, p. 501.

(a) Vide Porphyr. de Vita Plotini cap. 14, 19, 20 et 21, ibiq. Annott. p. 121 sqq., et cf. Addenda ad Plotin. vol. III, p. 501 sq. ed. Oxon.

(b) Vide C. Steinhart. in Paulyi *Real-Encycl.* V, §2, p. 716 sqq., ubi etiam de *Porphyrio*, de quo ipso plura disputavit Lucas Holstenius de Vita et scriptis Porphyrii; cf. Steinhart. ibidem p. 717 et p. 1917 sqq. Fuit non solum Plotini discipulus, sed etiam Longini hujus quodammodo similior, quam illius; quocirca etiam τῶν φιλοσόφων γραμματικώτατος dicebatur. De ejus Polyhistoria nuper monitum est ad ejus scripta historica, vol. III, p. 688 sqq. in Fragg. Historicorr. Grr.; philosopha quod attinet, consule Annotationes in Porphyr. de Vita Plotini p. 100 sqq., 114-122 ed. Oxon. et ad Plotin. II, 9, p. 119 et vol. III, p. 501 in Addendis, et Procem. meum ad Procli Inst. Theolog. p. x. De *Plutarcho juniore*, qui ineunte sæculo quinto Athenis docuit senex, et a quo Proclus juvenis Platonis placita hausit, vide Marini Vitam Procli § 12, et cf. Suidam et Eudociam p. 362.

(c) Eunap. et Suidas in Πλωτῖνος. Cf. Conspectum chronologicum Vitæ Plotini p. XLVII tom. I ed. Oxon. Quod simpliciter Lycopolis memoratur, haud dubie nobilior urbs indicatur in Thebaide, neque vero illa altera inferioris Ægypti in nomo Sebennytico ad mare. Vid. Steph. Byz. in Λύκων πόλεις. Hodie *Sioouth* vel *Osiouth*, *Asiouth*. Cf. Baunou in *Biographie Universelle*, tom. XXXV, p. 79, *Symbolik und Mythol.* meam II, p. 554 ed. tert., et præsertim Annott. meas in Porphyr. de Vita Plotini p. LXXXVI.

(d) Apud Davidem Armen. philosophum in codd. Monacc. et Pariss.: εἰς ὃν (Πλωτῖνον) καὶ ἐλέχθη,

οὐ πολλοὺς Αἴγυπτος (τίκτει), ἐπὰν δὲ τέκῃ, μέγα τίκτει.

Vid. easdem Annott. ibid. Quod vero scholiastes codicis Heidelbergensis ad Catulli Epithalamium n. 62 Ægyptium philosophum in Romanum rhetorem transformat, et Catulli æqualem facit, animi causa h. l. repetam. Ita enim iste homuncio: « Valerius Catullus, scriptor lyricus, Veronæ nascitur Olympiade centesima sexagesima tertia, anno ante natum Sallustium Crispum, ducis Marii Sullæque temporibus, *quo die Plotinus latinam rhetoricam primus Romæ docuit.* » Ac, ne dubites Lycopolitam designari, pergit scholiastes in sequentibus: « Plotinus secundum Macrobium inter philosophiæ professores cum Platone princeps, de quo Augustinus libro nono capite decimo (de Civitate Dei), Plotinus, inquit, nostræ memoriæ vicinis (*al.* vicinus) temporibus Platonem ceteris excellentius intellexisse laudatur. » Quid quæris? Olympiadis mentio videtur e chronologia aliqua græci scriptoris hausta: reliqua mirifice conturbavit stupor Latini magistelli, qui, cum Plotini nomen Latini hominis esse opinaretur, Latinam ipsum rhetoricam Romæ docentem facit, itemque cum Gallieni Imperatoris, quem alterum Catullum aulici dictitaverunt (cf. Eckhel in Doctr. Num. Vett. VII, p. 407), æqualem Plotinum fuisse audisset, hunc philosophum ipsius Catulli die natali Romæ scholam aperuisse sibi persuasit, neque has ineptias Catulliano carmini adpingere dubita-

effingi noluisse, sed tamen Amelii discipuli procuratione Carterium pictorem Plotino nesciente simulacrum ipsius in tabula exhibuisse simillimum (a). Post narrationem de morte Plotini, quam, ut conjunctam cum antecedentibus, Porphyrius (cap. 2) anticipavit reliquis rebus, progreditur ad octavum annum, quo puer jam in grammatici ludum ventitare cœperat. Quod vero inde ab hoc anno usque ad vigesimum octavum Plotini, quo Ammonium Saccam audire cœpit, nihil prorsus rerum illius memoratur, in eo recte sibi magnam viginti annorum lacunam deprehendere visi sunt Bruckerus atque Donellus (b). Nam si dicas, universum illud temporis spatium commode expleri studiis aliis Musices, Geometriæ, Arithmeticæ, Mechanicæ et Opticæ, quibus omnibus Plotinum operam dedisse Enneades arguunt, hoc tamen responso impeditam quæstionem haudquaquam expedias. Potius spectandum est Porphyrii in ea Vita adumbranda consilium, quod nihil simile habet Vitarum Plutarchi: plurimum contra earum, quales conscripserant Philostratus, Iamblichus, Marinus, alii, quibus ipsi Apollonium, Pythagoram, Proclum, tanquam heroas, immortalitati commendatos volebant. Ita, ut hoc exemplo utar, Marinus non dubitavit, magistri sui Procli vitam ad quatuor cardinalium, quæ dicuntur, virtutum normam specimenque describere. Atque ut Porphyrius Philostratum imitatus quodammodo esse videtur, sic ipse Iamblicho et Marino scribendi ansam et exemplum præbuit. Utut est, hæc scriptio Porphyrii de Plotino nihil minus est, quam justa Vita, sigillatim ac plene per annos descripta: est potius partim Apologia, qua ille philosophus ab obtrectatorum calumniis vindicaretur, partim monumentum pietatis, quod magistro suo, cui omnia summa debebat discipulus, sacrum esse volebat, partim quasi quædam Apotheosis, quo Plotini genius divinus ad posteritatis memoriam commendabatur.

Revertor eo, unde digressus sum; reliqua autem, quæ nuper admodum, eodem auctore Porphyrio, paullo uberius persecutus est Steinhartus, ego ita duntaxat delibabo, ut hinc inde de meis copiis aliquot locos expleam. Igitur Plotinus anno ætatis suæ 38, Gordiani Imperatoris 5, cum hoc ipso Ammonii, quem per decennium audierat, schola relicta, proficiscitur in Persiam (c). Gordiano circa Mesopotamiam interempto, Plotinus Antiochiam evadit, atque inde venit Romam et docere cœpit, in ædibus Geminæ (d) commoratus, anno ætatis 40, Imp. Philippi a. 1. — Amelius Plotinum frequentare incipit, cum Lysimachum adhuc auscultasset et Numenii dogmata imbibisset, anno Plotini 42, Philippi Imp. 3 (e). — Ad scribendum se confert Plotinus anno ætatis suæ 48, Galli Imperatoris 1 (Porphyr. cap. 4). Anno Plotini 58, Gallieni Imp. a. 6, gravis pestilentia Romæ grassatur, qua Plotinus laboravit. Anno Plotini 59, Gallieni a. 7, Porphyrius triginta annos natus cum Antonio Rhodio e Græcia venit Romam, atque inde Plotino per sexennium adhæret. Tum jam libros XXI Plotinus scripserat. (Porphyr. cap. 4 sq.) Gallienum rogat Plotinus incassum, ut Platonopolin

vit. Vide Addenda mea ad vol. III Plotini ed. Oxon. p. 500 et cf. meas *Deutsche Schriften* IV, 1, p. 86. Sed de Gallieno, Plotini studiorum consiliorumque fautore, infra videbimus.

(a) Εἰκόνα αὐτοῦ ἡ αὐφνία τοῦ Καρτερίου παρέσχεν ὁμοιοτάτην. Ad quæ verba hæc posui in Addendis ad Plotin. vol. III, p. 500 ed. Oxon: « Ex hac Canterii (Carterii) tabula expressus videri possit Plotini vultus, qui nuper admodum comparuit inscalptus in carneolo orientali, inter reliquas gemmas dactyliothecæ Viri Illustris. (Vid. *Catalogue des pierres gravées de S. A. le Prince Stanislas Poniatowsky*, Romæ 1831). » Noli credere! Est mangonium opus scalptoris nostri sæculi. Qua de re plura dixi in libro vernaculo, qui inscribitur *Zur Gemmenkunde*, Lips. et Darmstad. 1834, p. 16 sq. et p. 144 sq. Adde nunc meas *Deutsche Schriften zur Archæologie* III, p. 358 sq.

(b) Daunou, in *Biogr. Univers.* XXXV, p. 79 sq. Cf. Conspect. chronol. p. XLVII, unde constat, octavum Plotini annum, quo γραμματοδιδάσκαλον frequentavit, congruere cum anno 20 imperii Septimii Severi: vigesimum vero octavum, quo primum Ammonium Alexandriæ adiit, cum Severi Alexandri Imperatoris anno 11.

(c) Vide Conspectum chronologicum Vitæ Plotini p. XLVIII ed. Oxon., itemque ad sequentia, et cf. Steinhart. in Paulyi *Real-Encycl.* sub voc. *Plotinus* V, 2, p. 1753-1755.

(d) Porphyr. de Vita Plotini cap. 3-9, cum annott. p. XC sqq. ed. Oxon., ubi cap. 7 familiares et auditores Plotini enumerantur; cap. 9 autem mulieres discipulæ itemque pupilli utriusque sexus, a nobilibus viris matronisque ejus curæ et disciplinæ commissi. Qua de re disputavi in *Deutsche Schriften* IV, 1, p. 99-102. Nunc addo mentionem Arriæ, cui feminæ φιλοπλάτωνι paullo antehac Diog. L. opus suum nuncupaverat. Vide Menag. ad Procem. et ad III, 47.

(e) De *Amelio* vide Porphyr. cap. 3-7 et annott. p. XCVI sqq.; cf. Steinhart. l. l. in *Neoplatonismus* p. 1717. Quæ tamen ibidem de Proclo Amelii et Theodori Asinæi contemptore memorantur, ea ex parte moderanda sunt: cf. Prolegomena mea in Plotin. p. XIX ed. Oxon.

condat (Porphyr. cap. 12) [a]. Longinus librum περὶ τέλους scribit contra Plotinum et Amelium (Porphyr. cap. 20), Plotini anno 61, Gallieni a. 9. — In Siciliam a Plotino mittitur Porphyrius valetudinis causa [b], postquam sexennium apud magistrum exegerat, quo tempore ille XXIV libros composuit (Porphyr. 56 et 11), anno 64 Plotini, a. 12 Gallieni. — Amelius Plotinum frequentare desiit, et Apameam Syriæ se contulit. Libros quinque a se scriptos Plotinus misit ad Porphyrium in Siciliam, ipse in Campaniam se contulit, cum Romæ ad XXIV annos versatus fuisset, anno Plotini 65, Claudii Imperat. a. 1. (Porphyr. cap. 2, 3, 6 et 9.) — Plotinus obiit in Campania, præsente Eustochio, cum libros alios quatuor ad Porphyrium in Siciliam misisset et discipuli ejus Paulinus et Zoticus jam obiissent, Plotini anno ætatis 66, Claudii Imp. a. 2, post Chr. a. 270 (Porphyr. cap. 2, 6, 7).

§ 6. DE PLOTINI LIBRORUM RECENSIONIBUS.

In Præfatione ad editionem Oxoniensem p. IX hæc posueram : « Duplex autem exstitit Plotinianorum operum recensio : altera Eustochii, Porphyrii altera. Nam, etsi antiquitus plura circumferebantur apographa illorum librorum, tertiam recensionem fuisse Amelii si quis forte opinetur, is legat mihi disertum de hoc homine Longini testimonium [c]; et quartam exstitisse, Procli, qui in Plotinum commentatus erat, nihil est quod credibile faciat. Jam cum hodie Porphyriana recensio regnet per libros mss., quos novi, omnes, supersunt tamen etiam alterius, sive Eustochianæ, haud ambigua vestigia; unde conjicere possis, hanc alteram quoque ad medii usque ævi priora sæcula perdurasse. Indidem hoc recte colligere nobis videmur posse : indulsisse sibi nonnihil Porphyrium in Plotinianis libris redigendis, neque tamen tantum, quantum aliquot viri docti nuper suspicati sunt. Neque enim, si vel maxime volebat, quod ipsum non constat, poterat insigniter vel detruncare vel interpolare libros magistri, quando sciebat, quod et ipse memorat, exstare eorundem alia insuper exempla, quæ alii Plotiniani alumni possiderent, cum aliis communicarent et per manus traderent [d]. »

His obloquendum sibi esse nuper admodum

[a] Ibique annott. p. CVI-CIX; ubi videbis Gallienum Imperatorem defensum contra Historiæ Augustæ scriptorum, Tillemontii, Ruhnkenii, Gibbonii, aliorum calumnias a D. Jac. a Lennep in Disputatione pro Imperatore Gallieno. Amstelod. 1818; Saloninam Augustam, uxorem ejus, a me ipso, potissimum auxilio scriptorum græcorum nuper ab Ang. Maio editorum. Unde etiam emendari potest iniquum judicium H. Ritteri in *Gesch. d. Philosophie* IV, p. 545; cf. nunc comment. meam : *Gallienus u. Salonina, zur Kritik der ræm. Kaisergeschichte*, in *Deutsche Schriften* IV, 1, p. 79-131, ubi etiam monui Plotinum pythagorissantem Pythagoreorum in Italia civitates haud dubie imitari voluisse.

[b] Nimirum Porphyrius, ut ipse narrat in Vita Plotini cap. 11, aliquando se interimere cogitaverat, quod cum persensisset magister et melancholian in causa esse intellexisset, discipulum in Siciliam amandaverat, quo ibi malum illud depelleret. Namque Plotinus longissime aberat ab eorum sententia philosophorum, qui cum Plinio opinabantur : « Namque Deus nec sibi potest mortem consciscere, si velit, quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis » (H. N. II, 7 fin., et XXVIII, 1 fin.; cf. H. E. Dirksen, *von den Pflichten der Pietæt gegen die Person des regierenden ræm. Kaisers*. Berolin. 1849, p. 25), et mortem voluntariam acerrime damnabat. Vide Ennead. I, 9, ibiq. Marsil. Ficin. vol. I, p. 166-162 ed. Oxon., et cf. Baumhauer, Veterum philosophorum doctrina de morte voluntaria. Traj. ad Rhen. 1842. Sed eo infra revertar : hoc loco adponam effatum Plotini, ad quod in Addendis ad Plotinum (vol. III, p. 502, ad Enn. I, p. 67, Annott. p. 24) hæc verba adjeci : « αὐτὸς δὲ εἰ τυθείη, κακον οἰησεται αὐτῷ τὸν θάνατον ... τῆς μικρολογίας. Non memor erat hujus loci Victor Cousin, Vir illustr., cum hæc poneret in censura Olympiodorei Commentarii in Platonis Gorgiam (in *Journal des savants* 1832, p. 746) : *Voici sur Plotin une anecdote, qui ne se trouve ni dans Porphyre, ni dans Eunape, et qui est très-conforme à ce que nous savons du mépris de ce philosophe pour la vie.* Præf. 18. *Le philosophe Plotin, comme on lui disait que quelqu'un étoit mort d'une mort violente et non d'une mort naturelle, s'écria : O faiblesse de l'homme qui s'imagine qu'une pareille mort soit mauvaise.* Hæc Cusinus. Desumsit autem hæc, ut plurima alia, Olympiodorus ex Procli Commentariis, et hæc quidem ex *Commentariis in Plotinum*, qui hæc ipsa ad hujus Plotiniani loci explicationem adposuisse videtur. David Armen. *in quinque voces Porphyrii* (in cod. Paris. n. 1939; cf. Prolegg. ad Plotin. p. XXXI, not. 2 ed. Oxon.) : Τέταρτον ἐπιχείρημα Πρόκλου τοῦ ὑπομνηματίσαντος Πλωτῖνον. Καὶ γὰρ Πλωτῖνος ὁ φιλόσοφος ἐρωτηθείς, εἰ ἄρα εὐδαίμων ἐστὶν ὁ ἀνὴρ ὁ ζῶν ἐναρέτως μὲν, Πριαμικαῖς δὲ τύχαις περιεμπεσὼν (Vid. supra I, 4, 5, p. 32, F, ibique annott. nostr.) καὶ Ἰλιακῶν περιβεβλημένος κακῶν, καὶ μετὰ θάνατον ἐρριμμένος ἄταφος ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν ἕτερον ἀπεκρίνατο, εἰ μὴ ὅτι Ἄπαγε τοῖς μικρολόγοις (Fort. τῆς μικρολογίας), τοῦτ' ἐστιν ὅτι ταῦτα πάντα τό τε σῶμα καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα περιττὰ ὄντα οὐδὲ συμβάλλονται τῇ ἀρετῇ τῆς ψυχῆς. »

[c] Apud Porphyrium de Vita Plotini cap. 19, p. 125 (p. LXIX Oxon.), ubi ille Criticus de mendosis Plotinianorum librorum exemplaribus conqueritur, et Amelio alia magis curæ fuisse, quam sedulitatem emendandi.

[d] Vide quæ hac de re præterea cum in Prolegomenis tum ad Vitam Plotini, tum in Annotatione p. 85, 140, A; 361, A; 364, D; 423, B; 463, C, posuimus.

putavit Kirchhoff [a], qui ita exorditur : « Quo in loco commemoranda mihi est nuperi editoris Creuzeri, V. C., opinio; qui mixtum esse textum, quem nunc habemus, ac conflatum e Porphyriana et alia quadam diversa, quam Eustochianam dictitat, editione certis sibi visus est deprehendisse indiciis. » Ad quæ ego, posteaquam monueram multa me omittere, quæ iste temere jecerit, hæc regessi : 1) Vixdum bene Plotinus ad scribendum se dederat, cum ab ejus alumnis exemplaria singulorum librorum per manus traderentur, hoc magis, quo cupidius ea a viris clarissimis expetebantur. Sic videmus Longinum illum a Gentiliano Amelio exemplum accipere. 2, Certis testimoniis constat, unum alterumque Plotini librum cum Porphyrio communicatum esse, priusquam hic ad omnes redigendos se converterit; atque hoc etiam sub finem vitæ magistri esse factum perquam est probabile [b]. 3) En vero! Pluribus in codd. mss. Plotini superest Scholion luculentum, in quo disertis verbis docemur, existitisse Byzantinorum adhuc ævo duplicem Enneadum recensionem, Eustochianam unam et alteram Porphyrianam; quæ in distributione singulorum discrepabant [c]. 4) Discrepasse vero easdem, et fortasse quoque alias recensiones, aliis in rebus, et quidem gravioribus, maximo argumento est libellus, sive caput dixerim, sive potius fragmentum : Περὶ ἐξαγωγῆς [d], *de eductione animæ e corpore;* sic enim contractum vel potius detruncatum comparet in nostris Enneadibus, ut in editionibus unius tantum paginæ spatium expleat, cum tamen in Plotiniano exemplo justi libri formam habuerit; in quo philosophus copiose, ut solebat, hoc universum argumentum exhauserat. Docent Excerpta, quæ inde nuper lucrati sumus, cum ex Olympiodoro tum ex Davide, aliis; unde constat, eo in libro non solum Stoicorum disputationes super hac quæstione expositas fuisse, verum etiam exempla allata ex poetis et ex historia fabulari; quæ paullo accuratius persecutus sum loco commemorato Actorum

[a] In deproperata editione, cui titulus *Plotini de Virtutibus et adversus Gnosticos libellos*, Specimen editionis novæ operum Plotinianorum, edidit A. Kirchhoff, phil. Dr. Berolini 1847, pag. IX. Cujus temerario judicio quæ ego in Actis Eruditorum Monacensibus reposui (Vide *Münchner gelehrte Anzeigen* 1848, n. 22, 23, 25, p. 183 sqq. et p. 204 sqq.), hic eo magis excerpta præstabo, quo eximam dubitationem, quam nunc ipsum sibi excidere passus est in hac causa doctissimus Steinhart in Paulyi et Walzii *Encyclop.* V, 2, p. 1756; ut qui nondum norat hæc argumenta, quæ recens in medium protuleram.

( ) Vide Eunap. in Porphyrio p. 8 sq. ed. Boisson.; cf. Annott. in Plotin. I, 9 init., vol. III, p. 79, et adde nunc Baumhauer, Vett. Philosophorum doctrina de morte voluntaria, p. 306.

[c] Vide Annott. crit. ad Plotin. IV, 4, 29, p. 786 ed. Oxon., ubi ad librum secundum de dubiis animæ pluribus in codd. mss. hæc adscripta leguntur : Ἕως τούτου ἐν τοῖς Εὐστοχίου τὸ δεύτερον περὶ ψυχῆς· καὶ ἤρχετο τὸ τρίτον. Ἐν δὲ τοῖς Πορφυρίου συνάπτεται τὰ ἑξῆς τῷ δευτέρῳ. Id est : « Hactenus in exemplaribus *Eustochii* secundus de anima, atque incipiebat tertius; in exemplaribus *Porphyrii* vero, quæ sequuntur, secundo conjuncta sunt. » De aliis vestigiis hujus duplicis recensionis cf. Fabric. B. Gr. p. 696 ed. Harles., et Ritter in *Gesch. der Philosophie* IV, p. 548.

[d] Plotin. I, 9, p. 163 ed. Oxon. Vide Annott. vol. III, p. 79-83. Porphyr. de Vita Plotini cap. 4 : περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς· cap. 24 : περὶ τῆς ἐκ τοῦ βίου εὐλόγου ἐξαγωγῆς, « De rationali exitu e vita. » Olympiodorus in Platonis Phaedon. ed. Ch. E. Finckh. Heilbronn. 1847, ibiq. not. 2, p. 5 sq. Cramer. Anecd. Paris. IV, p. 405 : Πλωτῖνον ἐν μονοβίβλῳ περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς. David in Quinque vocc. Porphyr. in Cod. Paris. n. 1939, fol. 117 : Ὁ μέντοι Πλωτῖνος περὶ εὐλογου ἐξαγωγῆς γράφων, κτλ. Atque hoc loco haud alia re erit paucis admonere eorum, quæ nuper admodum C. Fr. Hermannus attigit ad Plotinum pertinentia in Disputatione *de partibus animæ immortalibus* secundum Platonem, Gotting. 1850; ubi ille et alia et hæc posuit p. 3 sq. : « Neque inanem frivolamve hanc disceptationem esse illustrissimorum in antiquitate *Platonicorum* exempla docent, qui, quum unanimo consensu Platonem magistrum atque auctorem sequerentur, de hac tamen quæstione in diversissimas partes discesserunt; quumque rationalis animæ immortalitatem uno ore omnes profiterentur, de irrationali alii ancipites hæserunt, alii claris verbis mortalem prædicaverunt; quumque Neoplatonicæ sectæ principes *Plotinus* et *Numenius* non modo brutorum, sed ne plantarum quidem animas immortalitate privare ausi essent, mox insequentes in alia omnia digressi aut plane perire irrationales partes affirmarunt, aut media quadam via ingressi quamvis corporum fato exemptis mortalitatem tamen et ipsi tribuerunt. » De Numenio laudat Jo. Philoponum ad Aristotelem De anima p. 5; de Plotino, Enn. IV, 7, 14 (nimirum *de animi immortalitate* p. 870 ed. Oxon.), ad quem locum ego in Annott. vol. III, p. 257 cum alia tum hæc adposui : « Christiani philosophi longissime ab ea sententia recesserunt, quæ gradu tantum brutorum animas ab humanis differre poneret. » Quibus verbis adjeci locum Basilii Magni in Hexaem. homil. VIII, p. 99, ubi in hac ipsa quæstione Platonem Plotinumque manifesto vehementer tangit, h. e. idem Basilius, qui alias Plotini scrinia fortiter expilare non dubitat; uti egregie commonstravit Albertus Jahn, Helvetius Bernas, in doctissima Commentatione quæ inscribitur : *Basilius Magnus Plotinizans*, supplementum editionis Plotini Creuzerianæ, Basilii Garnerianæ. Bernæ 1838, quo ipso anno ego universum hoc argumentum accuratius tractavi, quam in illis Annotationibus, videlicet in Censura, cui titulus *Schriften christlicher Philosophen über die Seele*, in *Deutsche Schriften*, III, 2, p. 459 sqq., ubi in exordio monstravi, quæ in cod. nostro Heidelbergensi membranaceo n. 281 sæc. XI leguntur, Δόξαι περὶ ψυχῆς, nonnisi Excerpta ex Joannis Philoponi Commentario esse.

Monacensium. — Quæ cum ita sint, rationem nostram ita concludere nobis videmur posse, ut dicamus, istud libelli *fragmentum* aliunde in plenum Enneadum corpus et quidem in locum *justi libri* intrusum esse, et jure me pronuntiasse : nostram earundem Enneadum editionem non *miscellam* esse ex recensionibus Eustochii et Porphyrii conflatam, ut adversarius calumniatur, *sed non pure esse Porphyrianam*, quandoquidem disparia vestigia in eadem manifesto compareant.

§ 7. DE CODICIBUS MANUSCRIPTIS ET EDITIONIBUS.

De Codicibus manuscriptis et Editionibus latius disputare cum non sit ex harum, quas Bibliotheca hæc græca complectitur, editionum consilio necessarium, in Plotino eo magis supersedere huic labori licebit, cum, præter conversionem latinam Marsilii Ficini, quæ ter prodiit sola cum argumentis (Florentiæ, 1492 f. m.; Saligniaci ap. Jo. Soterem, a. 1540 f. m., et Basileæ ap. Petrum Pernam 1559 f. m.), una tantum, ante nostram Oxoniensem (1835), prodierit Græco-latina, Basileæ 1580 f. m. ex officina Petri Pernæ; Codices autem quos quotque nos vel contulerimus vel conferri curaverimus, satis, quantum id quidem fieri potuit, disputaverimus in Prolegomenis literariis editionis Oxoniensis pag. XLII-XLVI. Quæ quidem disputatio cur ita instituta fuerit, ut factum est, facile ex ipsa nostra expositione apparebit unicuique, qui non livida obtrectandi cupiditate occæcatus reprehendendi ansam qualemcumque arripere gaudet; quod fecit is, qui nuper, præpropera satis opera, quasi « specimen editionis novæ opp. Plotinianorum » edidit « Plotini de virtutibus et adversus Gnosticos libellos » (Berolini 1847, 4) A. Kirchhoff. Qui, qua est humanitate et modestia, scripsit : « Dixit ea de re obiter Creuzerus : verum et falsa posuit plurima, nec distincte satis et accurate disputavit de singulis (p. XIV). »

Quos vero errores Creuzero tribuit vir humanissimus idemque κριτικώτατος, meos esse (si qui sunt) jam monuit Creuzerus in Actis Eruditorum Monacensibus (*Gelehrte Anzeigen*, 1848, n. 22, 23, 25, p. 183 sqq. et p. 204 sqq.), ubi satis responsum videbitur ei, qui discere velit, quid dignum tanto hic promissor hiatu præstiterit, qui ipse quam injuste judicaverit de opera nostra conjuncta minimeque festinata, non hujus loci est nec nostrum probare, cum satis id factum sit ab aliis viris idoneis incorruptisque harum rerum judicibus. Unum addo, quod ad « Indicem Apparatus Critici » a me conscriptum pertinere videtur; non latuisse nos præstantiam Codicis Medicei A, sæculo XIII scripti, quo ipse usus est Marsilius Ficinus, quippe qui ipsi hoc p. XLVI significaverimus. Significavimus item, non quasi ex tripode respondentes, tres nobis videri esse librorum manu scriptorum classes, vel, quas dicunt, familias, et quo potissimum discrepent : monuimus denique de origine collationum nostrarum, de viris quibus eas debeamus, et, cum plerosque libros nobis ipsis inspicere non licuerit, quid nobiscum communicaverint ii, quibus codices manibus tractare suisque oculis usurpare licuit. Quodsi nostris subsidiis innixi et usi alii potuerint in tanta lectionum copia, posteaquam multa millia locorum a nobis emendata sunt, spicilegium haud exiguum rerum vel omissarum vel commissarum in medium proferre, non indignabimur, neque alios veriora nonnulla, multa etiam, videre potuisse negabimus, modo id ita fiat, ut abstineant ab ea ratione, qua id factum est ab eo viro juvene, quem supra nominavimus, neque ultra morabimur. G. H. M.

§ 8. DE PLOTINI INGENIO, RATIONE, ORATIONE (*).

« Primum Plotinus is est scriptor, qui, dum cogitata sua uno quasi impetu effundat, ab alia-

(*) Quod in Epistola ad Wyttenbachium, libro Plotini *de Pulchritudine*, Heidelbergæ 1814 a me edito, præmissa et in Præfatione p. VI-VIII ed. Oxon., contra contemptores hujus philosophi ejusque rationem orationemque disputaveram p. XL sqq., hoc notandi ansam præbuerat Schœllio, qui in *Histoire de la Littérature Grecque*, V, p. 125-172, posteaquam eum locum excerpserat, ceteroqui cum honorifica mei mentione, hæc addit : « *Ainsi, tout en convenant que la diction de Plotin est même tarbare (?), M. Creuzer pense que la lecture de cet écrivain est utile pour l'intelligence de la philosophie de Platon, dont il présente souvent la doctrine avec plus de concision que le chef de l'Académie. Si M. Creuzer préfère la mâle philosophie de Plotin à la philosophie attique* entourée des Grâces, *son goût ne sera pas celui de tout le monde.* » Scripserami autem : « Non dico, ne quis calumnietur, germanam esse vetustæ illius philosophiæ Atticæ ornatæ ingenuarum artium quasi Venerum Gratiarumque multo splendidoque comitatu. Masculam (Virilem) esse dico et dignam ho

rum rerum omnium notitia mentem segregatam cohibeat, qui doctrinæ speciem tantopere aspernetur, ut in summa lectionis ubertate perpauca eum legisse dicas. Unde Bruckerus etiam pronuntiare ausus est, illum ab elegantioribus literis minus paratum fuisse, cum tamen et Enneades loquantur, et magis etiam familiares, Longinus et Porphyrius, testentur, eum antiquam philosophiam universam complexum, in reliquis etiam disciplinis omnibus eruditum fuisse, neque a poetarum lectione et musices honesto delinimento alienum. Deinde, ut de altera causa, cur plus justo neglectus sit, videamus, duplex est scriptorum genus Πλατωνιζόντων; alterum eorum, qui oratoriæ studiosi prioribus p. Chr. n. sæculis Sophistarum honesto tunc rursus nomine per orbem Romanum claruere, qui in diversissimo sæpe argumento Attici Dialogi formulas et Platonicæ orationis flosculos aucupantur; alteri solis rebus intenti et id unum spectantes, quomodo in Platonicæ philosophiæ adyta ingrediantur, indeque ea reportent, quæ ad rerum divinarum humanarumque summam pertineant. Horum est Plotinus, impense securus earum rerum, quæ ad ornatum faciant, et lenociniis similiora quam veritati severitatique videantur. Ac quoniam mentionem feci dialogorum Platonis, mirari subit, quî factum sit, ut, cum Plotinus alumnis suis in ludo interrogandi potestatem fecerit, et in respondendo se nimis etiam facilem præstiterit, non etiam libros suos ad hanc diverbiorum varietatem suavitatemque composuerit.

Ansam scriptionis præbuisse huic magistro alumnorum amicorumque interrogationes problemataque cum res ipsa docet, quam modo attigimus, tum vero illud, quod disputationes suas et incipit utplurimum et prosequitur interrogando respondendoque. Verum, uti eum facere accepimus, ut inter familiarium sermones et in aliorum quoque hominum frequentia secum meditaretur et scriptitaret, non aliter ac si solitarius esset, sevocata mente ab omnibus quæ extra mentem et quasi foris essent; ita etiam in his perscriptis scholis se ipse interrogat, sibi ipse respondet Plotinus. Sunt eæ μονολογίαι (li-

ceat hoc vocabulo uti), non διάλογοι. In dialogo plus minusve in scenam producitur argumentum, et exsistit quasi quædam actio; quam formam dramaticam dicas. Contra, sicut lyricorum poetarum princeps secum ipse conversatur, in animum suum inspicit, animum suum nonnunquam alloquitur: ita Alexandrinorum princeps philosophorum lyrice quodammodo meditari meditataque componere reperitur.

Quod Alexandrinum dico hominem, hæc ipsa appellatio magnam partem causarum continet, e quibus hæc disputandi scribendique mutatio enata est. Cogitanda enim terra patria Ægyptus, Ægyptiorum indoles, instituta, mores, Ammonii Saccæ schola, Pythagoreorum exempla, ad quorum modum multis in rebus se adstringere solebant hi Platonici recentiores; hæc singula, inquam, sunt reputanda et in unum colligenda ei, qui hanc novam, antiquæ illius prorsus dissimilem, docendi rationem cognoscere et commode explicare velit. Insunt tamen aliæ causæ in ipso ingenio Plotini. Erat in ipsius animo summa quædam copia rerum, more imaginum in illis Silenis Alcibiadis apud Platonem. Quæ velut signa quo plura erant et confertim constipata, eo difficilius explicabantur, disponebantur, et velut ordine collocabantur ante oculos spectantium. Et insuper persuaserat sibi Plotinus, quæ res summæ sint in philosophia et maxime abditæ, eas augustiores esse et sanctiores, quam quæ multorum verborum ambagibus explicari et possint et debeant. Sicut enim uno quasi contemplationis ictu ferienda sint divina spectacula, ita eadem uno, si fieri possit, vocis sono proferenda esse, et uno quasi typo seu signaculo exprimenda. Quapropter, sicut aliquo Enneadum loco sacerdotalem veterum Ægyptiorum doctrinam scriptionemque dilaudat, ita et sibi ipse placebat in jaciendis ejusmodi dictis sive apophthegmatis, quæ in summa verborum paucitate quam maximam sententiæ ubertatem comprehenderent. Quæ partim a familiaribus perscripta et per manus quasi tradita effatorum instar ferebantur, partimque ab ipso in Enneadibus consignata sunt, partim a posterioribus philosophis conservata.

mine argumentum sectanti, in quo ingenium ad altitudinem extollat. » Ac quo magis judicia mea consiliaque probaveram summis Criticis Philosophisque, hoc minus ista Schœlii vocula ab instituto meo me avertere poterat; neque nunc dubito ea, quæ postea in Præfatione ad editionem Oxoniensem de hoc argumento copiosius explicavi, huc loco repetere. Quæ vero nuper *de universæ hujus neoplatonicæ philosophiæ gravitate et vario usu* disputavi (in *Deutsche Schriften* III, 2, p. 363 sqq. et V, 1, p. 122 sqq.), ea h. l. repetere nihil attinet.

Eo accedit, quod cum Plato aliique philosophi multa eorum, quæ maxime retrusa involutaque essent, paucis admodum a se tradenda reservassent [a]; hæc Alexandrina gens philosophorum, ætatis suæ morem secuta, reseratis cancellis, omnes qui serio philosophari instituissent altiusque spectare viderentur, intro vocabat, neque quemquam eorum ab intimis sapientiæ penetralibus arceri volebat. Unde consequens erat, ut in docendo scribendoque nihil non admittere cogeretur ex impeditissimis Plotinus, et in extremos etiam physicæ et metaphysicæ recessus lectores suos perducere. Multa etiam excolere et consummare annititur hic philosophus, quæ Plato reliquique veteres philosophi inchoaverant, multa, quæ illi conjectando tantum posuerant, firmamentis suis fulcire, expedire multos nodos, quos Scepticorum subtilitas connexuerat, satisfacere novis quæstionibus, quas intulerat nascens philosophia Christianorum.

Hæc subtilis adstrictaque ratio et oratio non pariter arridere potest elegantioribus hominibus, atque antiqua illa Attica, ornata Venerum quasi Gratiarumque multo splendidoque comitatu. Hæc concisa, virilis adeoque severa disputatio non æque retinere potest Grammaticos Rhetoresque, atque illa Platonis facundia per dialogorum vicissitudines vario periodorum jucundoque meatu explicata. — Pone tibi ante oculos Platonem, per amœna Academiæ spatia deambulantem inter discipulos, nunc subsistentem sub umbraculo arborum, nunc in exhedra residentem : habes quodammodo dialogorum exordia, moras, deverticula, terminos. Contra pone Plotinum, sicubi meditatur, solitarium, sive versetur in palmetis Ægypti, sive rusticetur Romæ in suburbano, aut in villa Campaniæ vel inter familiarium circulos sermonesque sæpiuscule in cogitando defixum; et protinus agnosces hæc quasi tacita soliloquia Enneadum.

Explicasse mihi videor, quomodo ex ejus philosophiæ natura itemque ex hujus philosophi ingenio enata sit hujus ratio et oratio, et quo modo utraque horum librorum quodam modo finxerit fortunam. De eorundem compositione orationisque sono ac stilo hoc judicium facit severus scriptorum censor Longinus in epistola ad Porphyrium : « Sed formam orationis sententiarumque hujus viri densitatem et philosophiam in quæstionibus rationem vehementer admiror et amo [b]. »

§ 9. ADUMBRATIO RATIONIS PLOTINI UNIVERSÆ SIVE SCIAGRAPHIA SYSTEMATIS PLOTINIANI.

Ita inscripseram hunc locum, quem integrum adposui cum in Præparatione ad Plotini librum de Pulchritudine, tum in Prolegomenis ad Opera omnia p. XXVI-XXX; hîc me contineo in adumbrandis doctrinæ hujus lineis extremis, quæ istic in clausula ducuntur, quibus aliquid Annotationis adjiciam.

Est Plotinus ex eo genere philosophorum, qui tria rerum principia ponunt. Quod ipse disertis verbis profitetur in exordio libri adversus Gnoticos [c]. Hæc autem, ut summam doctrinæ faciam, tamquam primaria tradiderat hic philosophus :

[a] Quibus finibus hæc circumscribenda sint, nunc recens monstravimus supra § 1 *de Platone*.

[b] Apud Porphyrium de Vita Plotini cap. 19 fin., p. 125 Fabric., p. LXX ed. Oxon. : « Τὸν δὲ τύπον τῆς γραφῆς καὶ τὴν τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς πυκνότητα καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς τῶν ζητημάτων διαθέσεως ὑπερβαλλόντως ἄγαμαι καὶ φιλῶ. »

[c] Pag. 199, A, C, p. 358 sq. ed. Oxon. Quo de loco ego hoc sum præfatus in *Deutsche Schriften* III, 2, p. 391 sq. : « *So sucht sich Plotinus gleich vornherein seine Stellung dadurch zu sichern, dass er im ersten und zweiten Capitel den Beweis zu führen sich bemüht wie es durchaus nur 3 oberste Principien, das Gute, den Geist und die Seele (Weltseele), und nicht mehr und nicht weniger, geben kænne. — Diese unumwundene Vorerklærung ist nun eins der deutlichsten Zeugnisse für die sogenannte platonisch-alexandrinische Trinitæt. — Wer die verschiedenen Ansichten dieser Alexandriner von den Principien, sowie die verschiedenen Auslegungen die sie demgemæss den Sæzen der ælteru Philosophen, namentlich Plato's, gaben, kennen lernen will, findet eine gute Uebersicht bei Proclus über den Platonischen Timæus* (p. 92 sqq.). — *Natürlich haben auch die gelehrten Kirchenlehrer diese platonische und neuplatonische Trinitæt einer grossen Aufmerksamkeit gewürdigt; aber, wie man denken wird, auch in einem verschiedenen Sinne, wie z. B. Cyrillus gegen den Julian* (VIII, p. 384 *Spanh.*). *Am merk würdigsten sind darüber die Aeusserungen Theodorets* (IV, p. 750 *Schulz.*) — *So haben z. B. Plotinos sowohl als Numenios die Vorstellung Plato's entfaltet, und sagen, er habe drei überzeitliche und ewige Wesen behauptet, das Gute* (τὸ ἀγαθόν), *die Intelligenz* (νοῦν) *und die Seele des Universums* (ψυχὴν τοῦ παντός), *indem er den, welchen wir Vater nennen, das Gute benennet, Geist aber, den wir als Sohn und* λόγος *bezeichnen; und indem er die Alles beseelende und Lebendiges hervorbringende Kraft Seele nannte, welche die gœttlichen Schriften den heiligen Geist nennen.* » Has similesque sententias cum Indorum philosophorum placitis jam Bruckerus comparare cœperat, et postea plures; ve-

1. Unum esse summumque, unde omnia manarent; quod, licet ipsum proprie non posset *essentiæ entisque* cogitatione nomineque satis apte declarari, omnium tamen essentiarum atque adeo ipsius etiam *esse* fons esset atque origo.

2. Quidquid ibi Unum esset, illud in *mente* et per *mentem* jam reddi *duplex*. Etenim *intellectus*, ad illud *Unum* conversus idque intuens, differentiam ponit, gignit ideas, et definite cogitandi habet primordia.

3. Ad intellectum porro conversa *anima mundi* eumque intuens, rerum, quotquot in hoc mundo sensibili sunt, diversitatem multitudinemque procreat. Quarum quidem universitas, dempta Mente, nunquam pro Unitate haberi possit, sive tanquam Unum cogitari, neque mens unum sibi informare possit sine Uno et Bono, id est sine ipsius mentis rerumque omnium auctore et genitore adeoque *summo Deo*.

Neque tamen intelligendo aut ratiocinando consectari et assequi homo deum potest, sed hic ipse ei adest, seque ipsi quasi impertit, si quidem homo purgando se et assimilando hoc naviter egit, παρουσία (præsentia, p. 760, D, E, F, Enn. VI, p. 392 Oxon.). Unde nemo non intelligit, universæ philosophiæ Plotinianæ quasi radicem ex Ethica enasci, sive moralem doctrinam universæ *hujus rationis arcem* esse.

rum hac in causa non temere agendum esse monuit me Silvestre de Sacy, qui in epistola ad me data Parisiis m. Mart. 27, a. 1821 (vide *Deutsche Schriften* V, 1, p. 219), ita, « *Je pense*, inquit, *que l'on pourroit ajouter beaucoup à ce qu'en (du mysticisme des Sofis) a dit Brucker et dans ces derniers temps MM. Malcolm et Graham; mais il faudrait approfondir la matière et remonter aux sources; puis ne pas se hâter d'établir un parallèle entre cette doctrine et celle des Platoniciens, de crainte de se faire illusion à soi même par des analogies prématurément admises, avant d'avoir bien établi les faits,* » etc. Ego in Prolegomenis ad Plotinum p. xx ipse laudavi Malcolmum et, qui ipsi obloquitur, Tholuckium, nec omisi, quæ postea a Colebrookio et aliis accuratius de Persarum Indorumque doctrina explicata sunt; e quibus b. l. laudasse sufficiat Wilh. v. Humboldt *über den Bhagavadgita*. Berolin. 1826, p. 32 sqq.; Lassen Gymnosophista, sive Indicæ philosophiæ documenta. Bonnæ, 1832. Cf. H. Ritter, *Geschichte der Philosophie*, in loco de *Sankhya* et *Yoga*, IV, p. 358. A. W. Schlegel, *Indische Bibliothek* II, p. 253 sqq. Cf. et *Symbolik* I, p. 545 sqq., ubi Platonis et Platonicorum locos comparavi; et Steinhart in Pauly et Walzii *Real-Encycl.* V, 2, p. 1716 et 1766. Unde p. 1772 hoc judicium de Plotini philosophia universa in hoc Prolegomenorum exitu ipsius verbis germanicis adjicere liceat : « *Plotin's Philosophie war der letzte und kühnste Versuch des griechischen Geistes das Räthsel der Welt und des Daseins zu lösen; sie suchte Plato's Ideeenwelt mit der von Aristoteles gelehrten immanenten Zweckbestimmung nach vernünftigen Begriffen durch die Idee des höchsten Gutes zu verschmelzen, das sie nicht, wie Plato, als ein Postulat des Denkens, sondern als die über allen Zweifel erhabene Urquelle alles Seyns glæubig voraussetzte und in den Mittelpunct ihrer Betrachtung stellte. Indem sie sich nun sogar über das Denken erhob und in ganz neuer Weise eine reinere Quelle der Wahrheit in dem begeisterten Schauen des Gœttlichen fand, ging sie scheinbar über die Grenzen der menschlichen Vernunft hinaus und œffnete der Schwærmerei und dem Fanatismus eine weite Thüre; auch ist sie in diesem Sinne nicht bloss von ihren Gegnern, sondern auch von ihren Anhængern missverstanden worden; aber indem sie bis in die Tiefen des Geistes vordrang, wo das menschliche Bewusstsein sich zum Gottesbewusstsein erweitert, und in dem Lichte dieses Gottesbewusstseins, das sie auf das Engste an das Schœne, an die Tugend und an das vernünftige Denken anknüpfte, Natur und Menschenleben betrachten lehrte, eræffnete sie dem denkenden Geiste eine bis dahin in der abendlændischen Welt noch nicht betretene Bahn, und deutete prophetisch auf die christliche Philosophie hin, deren hœchste Fragen sie anticipirt, und, in ihrer Weise, zuweilen phantastisch, oft in den Schranken der alten Welt befangen, aber immer tiefsinnig und geistvoll und zu reinerer Auffassung emporstrebend, zu beantworten gesucht hat. Alle Fæden der altgriechischen Philosophie, Anaxagoras' νοῦς, Parmenides' in sich beschlossenes Seyn und der Pythagoræer ewige Ureinheit, dann die Idee des Guten bei Socrates und Platon, die unbewegt alle Dinge bewegende Vernunft des Aristoteles, und die gœttliche Natur der Stoiker liefen in der Theologie Plotin's zusammen, und erschienen dort in der gœttlichen Dreiheit* [Trias. Vid. quæ supra not. c ipse monui] *als Momente und wirkende Kræfte wieder.* »

PROŒMIUM

AD PORPHYRII ΑΦΟΡΜΑΣ ΠΡΟΣ ΤΑ ΝΟΗΤΑ.

Harum Institutionum mentionem facit Lucas Holstenius (*a*) his verbis : « Sententiarum libellum, ex Plotino ferme collectum, quas ἀφορμὰς πρὸς τὰ νοητὰ vocant. » Accuratius de iisdem idem egit alio loco (*b*), quem integrum apponere convenit. In Porphyrianorum enim Scriptorum classibus recensendis hæc ille : « In *Theologicis* primo loco constituo libellum Τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν, *Sententiarum quæ ad intelligibilia ducunt,* vel, ut Marsilius Ficinus vertit : *De occasionibus sive causis ad intelligibilia nos ducentibus* (*c*). In manuscripto Loliniano inscribitur Ἔφοδος εἰς τὰ νοητά, hoc est *aditus* sive *accessus ad intelligibilia.* Illum triplo nunc auctiorem habes ex Vaticana bibliotheca (*d*), ubi hactenus delituit. Sed ne sic quidem integrum esse, arguunt ea quæ Stobæus in eclogas suas inde retulit, quorum tamen pleraque in Lolini codice postea reperi. Est autem hic libellus στοιχείωσις θεολογική, seu prima quædam Institutio theologica, brevibus aliquot aphorismis (*e*) animum ad pleniorem rerum divinarum contemplationem excitans. Et ut Arrianus ex prolixioribus Epicteti dissertationibus enchiridium suum composuit, καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα vitæ præcepta continens : ita Porphyrius hasce sententias ex Plotini ferme libris excerpsit; quibus non male, mea quidem sententia, εἰσαγωγῆς loco præfigerentur. »

Extrema hæc ego dudum adhibui ad Procli Στοιχείωσιν θεολογικήν (Institutionem (*f*) theologicam), ubi scripsi : « Et quodammodo comparari potest hic libellus Procli cum *Porphyrii* libello Sententiarum, quem eodem nomine appellat, quo hoc *Procli* opusculum in codicibus inscribitur :

(*a*) In epistola ad Peirescium p. 47, ed. Boissonad. Paris. 1817.

(*b*) In dissertatione *de Vita* et *Scriptis Porphyrii*, cap. IX, p. 52 seq. ed. Cantabrig. 1655.

(*c*) Quæ *Ficini* conversio primum prodierat in ejus operibus, deinde ad calcem Iamblichi de mysteriis Ægypti conversionis Ficinianæ; unde insigniora hujus libelli excerpsit, et ad Kantianæ rationis normam exegit Tennemannus in *Geschichte der Philosophie* vol. VI, p. 208-215; quæ Selecta tamen nemini satisfacere possunt, cum quia excerptor Græca non vidit, tum quod ne integra quidem hæc Latina sunt.

(*d*) Exstat etiam in codice Veneto-Marciano, itemque in Florentino-Mediceo. Græce primum lucem vidit ad calcem librorum περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, Florent. 1548 fol. curante Petro Victorio; græce et latine ed. Franc. Fogerolles Lugd. 1620. 8; postea cum meliore conversione Lucæ Holstenii, Romæ 1630, et Cantabrigiæ 1655. 8. Vid. Fabricius et Harles. in Biblioth. Gr. tom. V, p. 733.

(*e*) Quod Schœllius in *Hist. de la Littér. grecque*, vol. V, p. 139, has Sententias ita designat : « Aphorismes *sur ce qui est intelligible*, Ἱερὸς τὰ νοητὰ Ἀφορισμοί, » egregie fallitur In omnibus enim libris mss., excepto uno, ubi est Ἔφοδος εἰς τὰ νοητά (vid. supra), constanter scribuntur Ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά. Hujus autem vocabuli vis latissime patet. Nam, ut hinc ordiar, quod apud Athenæum XII, p. 515, E, legitur : καὶ Ἡροδότῳ τὰς ἀφορμὰς δεδωκότος (ansam et *occasionem* vertit Wesselingius), hoc et similia non solum Valckenario (de Aristobulo Judæo p. 65) de hac locutione docte disputandi, sed mihi etiam, in Historicor. Grr. antiqq. Fragg. p. 142 sq. pro viribus agendi et ipsa ansam præbuerunt; quibus accedunt plurima alia, a Wyttenbachio s. v. Ἀφορμή, in Indice Plutarcheo p. 302 sq. collecta. Unde nihil mirum est, alios aliter harum sententiarum inscriptionem latine vertisse : Ficinum, de *occasionibus sive causis;* quem Gesnerus ad Stobæum sequitur, alios : *de Gradibus;* Holstenium : *Sententiæ;* quæ postrema appellatio hactenus accommodata est, quatenus revera Theses sunt, maximam partem ex Plotini scriptis excerptæ.

(*f*) Vid. Initia philosophiæ ac theologiæ ex Platonicis fontibus ducta, part. III, Francof. ad Mœn. Procem. § 1, p. x. De vi ac potestate hujus inscriptionis jam supra ad Plotinum laudavi Fabrottum ad Theophili Proœmium Institutionum p. 7 ed. Reitz, ubi ille ita : « *Institutiones* sunt cujusque scientiæ prima cunabula et elementa, προοίμια, στοιχεῖα, στοιχείωσις; ejusmodi est Procli στοιχείωσις θεολογική, κατήχησις. »

στομείωσις θεολογική Lucas Holstenius. » Deinde, ubi ille has *Sententias Enneadibus* præmitti vult, adjeci : « Hoc faciam in editione Plotini. »

His ego promissis quoniam non steti in priore editione Enneadum, ubi Selecta tantum hujus libri exhibui (*a*), nunc standum putavi in hac altera, non solum ut tandem aliquando nomen solverem, verum etiam quia postea demum deprehendi, nec Holstenium nec Heerenium ad emendanda hæc Porphyriana ipsas Plotini Enneadas adhibuisse (*b*). Quas medelas priusquam hujus opusculi locis pro viribus, et quantum sine novis codicum subsidiis fieri potest, sigillatim adhibeo, universe disquirendum videtur, quænam hujus libelli origo, ratio et auctoritas sit.

Ac primum, ipsum Porphyrium ejus auctorem esse credidisse Holstenium, hujus verba arguunt in loco, quem supra integrum adposui, unde hæc tantum repeto : « ita *Porphyrius* has sententias ex Plotini ferme libris excerpsit. » Nec aliter sensit J. A. Fabricius (*c*), Heerenius item loco proxime laudato, ut alios omittam. At vero nemo horum criticorum reputasse videtur, Porphyrium de Vita Plotini pluribus locis, præcipue sub finem, consulto et accurate exponere, quanta et quam varia fuerint sua studia laboresque circa opera illius magistri sui (*d*) ; neque tamen vel uno verbo Ἀφορμῶν ullam facere mentionem, nisi forte hæ ipsæ sub titulo Ἐπιχειρήματα latent, qui extremo loco ponitur. Et vero reapse latere haudquaquam dubito. Nam primum ἐπιχείρημα idem est quod ὁρμητήριον, i. e. locus unde profectus hostem invadit bellator, ac proinde, unde in disputando, ratiocinando, argumentando proficiscuntur orator, mathematicus, philosophus ; deinde ratiocinatio, argumentatio ipsa, atque adeo syllogismus, denique certa quædam sententiæ comprehensio, θέσις, sive quæstio, propositio, propositum (*e*). Quæ singula, quatenus ad dialecticum et philosophicum usum pertinent, qui cum hoc Ἀφορμῶν opusculo comparaverit, is nullo modo ambiget, ea in hujus argumentum pariter ac formam usquequaque cadere ; ac proinde Porphyrium ipsum eidem Ἐπιχειρημάτων nomen indere potuisse ; quod postea demum in synonymum fere Ἀφορμῶν abierit.

Alia omnia *Steinhartus*, qui hæc *Sententiarum* capita pro misellis reliquiis, sive pro exili et arida Epitome philosophiæ Plotinianæ habet (*f*). Quod iniquum judicium certo non tulisset vir præstan-

(*a*) Quæ haud pauca Annotationibus interposita sunt. Vid. Prolegomena Literaria de Plotino vol. I, p. XXXII, not. *e*, ed. Oxon.

(*b*) Holstenius de augendis his Sententiis egregie promeritus, tamen ne Stobæum quidem satis diligenter consuluit ; Heerenius, qui ceteroqui Stobæi Eclogas ex uberrimo codicum mss. apparatu satis adjuvit, in his tamen Excerptis Plotinum neglexit, et de his ipsis minus accurate pronuntiat, cum dicit in Comment. de fontib. Eclogarum Stobæi II, 2, p. 211 et 214 : « præter Sententias, ἀφορμὰς πρὸς τὰ νοητά, *quæ hodie adhuc leguntur.* » Itemque : « De ultimo denique *Porphyrii libro*, quo usus est Stobæus, cum illud *integrum* ex Vaticano codice editum sit ab Holstenio, nihil dicendum habeo, » cum tamen Holstenius ipse conqueratur, necdum integrum esse hunc libellum, et alia loquantur, misere mutilatum esse. Nec Cantabrigiensi editione usus est Heerenius.

(*c*) Ad Porphyrium de Vita Plotini cap. 26, p. CXXXVII ed. Oxon. : « Porro ἀφορμὰς *Porphyrii* πρὸς τὰ νοητὰ Holstenius, qui eas auctiores ex cod. Vaticano edidit, pridem observavit, nihil aliud esse, quam introductionem quandam in Plotini scripta. »

(*d*) Porphyr. de Vita Plotini cap. 26, ubi memorat in aliquot libros ὑπομνήματα (commentaria), porro in omnes κεφάλαια, secundum editionis librorum tempora, itemque ἐπιχειρήματα, ἃ ὡς κεφάλαια συναριθμεῖται. Cf. cap. 5. Quibus de verbis quæ nuper sigillatim disputavi in Actis literariis Monacensibus (*Münchner gelehrten Anzeigen*), 1848, n. 22, p. 182-184, ea nunc quidem omitto : in eo me contineo, quod ad hunc *Sententiarum* librum pertinet.

(*e*) Appian. De bello Mithrid. LII, p. 200 ed. Didot. : τὴν Συρίαν προβολήν τε οὖσαν Αἰγύπτου καὶ ἐπιχείρημα κατὰ Κύπρου (*point de départ*) ; deinde ratiocinatio, argumentatio (neque vero argumentum, ut Ficinus vertit : ὑπόθεσις, quod legitur de Vit. Plotin. cap. 5). Vid. Quintil. Inst. or. V, 10, 4 : « *Epicherema* Valgius *aggressionem* vocat... Ideoque propria ejus appellatio et maxime in usu posita est, qua significatur *certa quædam sententiæ comprehensio*, » etc. — Porro in Tragœdia est σπουδή, finis, propositum (Plato Gorg. p. 502, ibiq. Heindf.). Denique ἐπιχείρημα διαλεκτικὸν καὶ φιλόσοφον, δεικνύναι διὰ ἐπιχειρημάτων (Olympiodor. in Platon. Phædon. p. 1 sqq. Finckh., Ernesti Clav. Cic. in ἐπιχειρήματα. Ernesti jun. Lex. technol. Græc. rhetor. p. 133, 179 ; et Wyttenb. Indic. Plutarch. p. 672). Quod ab eodem Olympiodoro ad verba Platonis in Phædone p. 62, B, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι Porphyrius ἐν τῷ ὑπομνήματι ibidem p. 66 Finckh. laudatur, noluit Cousin V. Cl. de Porphyrii commentario in *Phædonem* cogitari, sed de hujus philosophi tractatu de anima adversus Boethum (vid. Finckh. ibid. p. XI.) Sed quid, si Olympiodorus Porphyrii commentarios in *Plotinum* respexit, aut ejusdem Ἀφορμὰς his commentariis latiore sensu accensuit? Nam reapse hic idem locus in his *Sententiis* legitur, sed aliquanto est lacunosus. Vid. cap. XI.

(*f*) Steinh. in Paulyi *Real-Encyclop.* V, 2, p. 1918 in *Porphyrius* : « *Auch seine, wie wir aus einzelnen Proben bei Proklos schliessen kœnnen, reichhaltigen und gelehrten Interpretationem des Platon, Aristoteles und Plotinus* (von *letzteren ist ein Ueberbleibsel der magere Auszug der plotinischen Geistesphilosophie*, αἱ πρὸς τὰ νοητὰ

tissimus, si omnes hos locos legisset quotquot exstant, quatuor et quadraginta numero. Nam, ut dicam quod sentio, videtur mihi hic libellus, quamvis exiguus et ex pleniore Porphyrii opere excerptus atque injuria temporum varie mutilatus, nihilo secius cum argumento tum forma commendabilis esse. Utrumque quod attinet, complectitur ille ut plurimum paucorum verborum ambitu, et pressa densaque oratione, insigniorum locorum Plotinianæ doctrinæ ubertatem, hinc inde ipsis Plotini verbis consignatam, ita ut illius magistri ingenium plane agnoscas. Ex altera parte retinet idem Porphyriani ingenii haud ambigua vestigia. Insunt enim locutiones, formulæ, similitudines, quas in Enneadibus frustra quæras, utpote ex germanis hujus philosophi ἐπιχειρήμασι vel ὑπομνήμασι depromptas. — Quid quæris? Ejusmodi est libellus, ut eorum consiliis studiisque vel maxime inserviat, qui alte spectare et sublime tendere adsueverint, adeoque academicis philosophorum lectionibus hodieque accommodatus sit.

Restat ut, quoad ejus fieri potest, expleam quod omisit Holstenius, qui has Sententias universe cum Enchiridio Plotiniano comparavit, neque vero singulos Enneadum locos indicavit, unde potiora saltem excerpta essent. Hoc ego faciam, simulque ea capita designabo, quæ vicissim Stobæus ex hoc libro est mutuatus. Nec omittam eos locos reliquorum Neoplatonicorum, qui ad illustranda hæc Porphyriana facere videantur; atque ita spero fore, ut emendationum quoque, quas hinc inde periclitatus sum, causas momentaque lectores expendere possint.

Sect. I — IV. Ad universum hoc initium adhibendi sunt Plotinus IV, 3, 1 sq., p. 687 seqq. ed. Oxon. et Proclus in Institutione theologica cap. 129, p. 191 ed. Francof., et quæ plura ad utrosque collegi in Annott. p. 201 ed. Oxon. — Ad ῥοπὴν sect. III consulendus Plotinus II, 3, 4, et quæ laudavi ad Proclum in Platonis Alcib. pr. pag. 24 ed. Francof.

Sect. V. Excerpsit Stobæus Eclogg. I, 52, p. 814 sqq. ed. Heeren. Cui loco adhibendus est Proclus in Inst. theolog. cap. 190, p. 282 sqq.

Sect. VII. Vid. Stob. Eclogg. nr. 14, l. l. p. 814 Heer.

Sect. VIII. Vid. Plotin. III, 9, 2.

Sect. IX. Vid. Plotin. I, 4, 7, I; 6, 6.

Sect. XIV. XV. Excerpsit Stobæus Eclogg. I, 51, p. 778–784 Heer. Fluxerunt autem hæc maxime ex Plotini Ennead. V, 3, p. 496 sqq., 922 ed. Ox., ad quæ adhibe Annott. vol. III, p. 291 sqq. Ox. Ad sequentia hujus sectionis adhibendus est Plotinus II, 8, περὶ δράσεως, p. 343 sqq., et IV, 6, περὶ αἰσθήσεως καὶ μνήμης, p. 836 sqq. Ox.; et ad extrema consulendum est Cudworthi System. intellect. p. 1020 ed. Moshem.

Sect. XVII. XVIII sq. Vid. Stobæi Eclogg. I, 52, p. 816–818 Herr. et cf. Plotin. III, 6 1-4 cum Annott. vol. III, p. 551, 560, 173, 177; item Plotin. V, 6, 16, cum Annott. p. 375 Oxon., porro cf. infra cap. XL; denique consule Cudworthi Syst. intell. p. 1020 sq. Moshem.

Sect. XXI. Vid. Plotin. περὶ ὕλης, II, 4, 1: cf. III, 6, 7; VI, 1, 1, cum Annott. p. 104 seqq., p. 179 sqq., 343 sq.; item consule Ficinum, qui Porphyriana hæc laudat p. 565-583 ed. Oxon.; denique Galeum ad Iamblich. De myster. Ægyptt. p. 277, et ad sequentia usque ad hujus sectionis finem, consule Plotin. περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων, præsertim cap. 7-16 cum Annott. p. 173 sqq. Oxon.

Sect. XXIV sq. Habet Stobæus Eclogg. I, 52, p. 820; cf. Plotin. περὶ φύσεως καὶ θεωρίας καὶ τοῦ ἑνός, III, 8, præsertim cap. 7, item Plotin. de Primo et Uno V, 4, I sqq. cum Annott. p. 287 sqq. Oxon. et cf. Wyttenbach. ad Platonis Phædon. p. 284.

ἀφορμαί, *in* 28 *Sxtzen, abgedruckt in der* vita Pythagoræ *von Holstenius*) *sind noch nirgends aufgefunden.* » Hæc nolim eum virum sibi excidere esse passum. Nam primum Porphyrius non in omnes Plotini libros commentatus est, sed in nonnullos tantummodo, idque sine ordine (ἀτάκτως), instantibus amicis, qui sibi ab illo explicari vellent quæ ipsis obscura essent (Porph. de Vit. Plotin. cap. 26). Deinde non est verisimile, has Sententias ex his suis Commentariis a Porphyrio esse excerptas, et rectius censere videtur Holstenius, ex *Plotini* libris selectas esse; porro non sunt duodetriginta numero, neque quadraginta quinque, ut produnt Fabricius, Harles., Schœll., seducti vitio operarum in Latinis ed. Cantabrigiensis, quam Steinhart. non novisse videtur, verum quadraginta quatuor, denique, non *in* Vita Pythagoræ edita ab Holstenio, sed ad ejus calcem.

Sect. XXVI-VIII. Conf. Plotin. de Primo et Uno V, 4, 1 sqq. et adhibe Cudworth. Syst. intellect. p. 1016 Moshem, et Wyttenb. ad Plutarch. Moral. p. 797 ed. Oxon. min.

Sect. XXIX sq. Cf. infr. cap. xxxix, et consule Plotin. περὶ ψυχῆς ἀποριῶν IV, 3, præsertim cap. 18, cum Annott. p. 215 sqq. Oxon. et cf. Gal. ad Iamblich. De myster. p. 191.

Sect. XXXI. Vid. Plotin. de Ente, Uno et Toto VI, 5, 4, et de Libertate et Voluntate Unius VI, 8, 4, et cf. Procli Στοιχ. θεολογ. cap. 172 sqq., p. 256 sqq. ed. Francof.

Sect. XXXII. Habet Stobæus Eclogg. I, 52, p. 1038. Conf. Plotin. de Animæ descensu in corpora IV, 8, et VI, 4, de Numeris, præsertim cap. 16, et adhibe Iamblich. ap. Stob. Eclogg. I, 52, p. 926, item Procli Στοιχ. θεολ. cap. 206, p. 308, ibiq. Annot.; denique consule Cudworth. Syst. intell. p. 1026 et 1055 Mosh. et Brucker. Histor. crit. Philosoph. tom. II, pag. 415 sq., itemque sub finem lin. 35 ad τεθολωμένον vid. Annott. in Plotin. vol. III, p. 157 Ox. et ad proxima γεῶδες ὄστρεον lin. 38 Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. p. 857.

Sect. XXXIII. Habet Stobæus Eclogg. I, 43, p. 716 sqq.

Sect. XXXIV. Habet Stobæus Florileg. Tit. I, Περὶ ἀρετῆς, p. 23-26 ed. Gesner. Francof., p. 54 sqq. ed. Gaisford. Tu vide Plotinum περὶ ἀρετῶν I, 2, et Annott. vol. III, p. 6 sqq. Ox. Ad verba Porphyrii lin. 19 sqq. δικαιοσύνη — οἰκειοπραγία κτλ. cf. Stob. l. l. p. 55 Gaisf. et vid. Annott. in Plotin. p. 11 Oxon, ubi tamen falso scriptum est οἰκοπραγία.

Ibidem, pag. XXXIX supr. consule Annott. in Plotin. de Pulchritudine p. 353 sq. ed. Heidelb., p. 57 sq. ed. Oxon. — Ibid. lin. 19 ad παραδειγματικῶν, ut ex Stobæo correxi pro παραδειγμάτων, cf. Finckh. ad Olympiodori Schol. in Platon. Phædon. p. 37, 1. — Ibid. p. XL, l. 7, dedi ex Stob. πείσματος pro πιέσματος, uti etiam correxerat Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. p. 721, quem confer. Ad proxima iterum adhibendus est Plotinus de Virtutibus I, 2, 5, p. 29 sqq. Oxon.

Sect. XXXV. Vid. Plotin. περὶ οὐσίας ψυχῆς IV, 2, et consule Annott. ad hunc librum vol. III, p. 202 sqq. Ox. Ibid. p. XL, l. 22, ad verba: δεῖ τοίνυν ἐν ταῖς σκέψεσι—μὴ ἐπαλλάττειν, consule Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. p. 885, et ad argumentum adhibe Cudworth. Syst. intell. p. 1020 Mosh.

Sect XXXVI. Vid. Plotin. III, 8, cum Annott. p. 194 sqq. Ox., itemque Plotin. IV, 7; V, 3; VI, 2; 6, 9, et confer Procli Στοιχ. θεολ. cap. 86 sqq., p. 130 sqq.; cap. 176, p. 262 sq., et consule Cudworth. Syst. intell. p. 1018 sq.

Sect. XXXVIII. Vid. Plotin. de Ente, Uno et Toto VI, 4, 13.

Sect. XXXIX. Habet Stobæus Eclogg. I, 52, p. 820 sqq. Desumpsit autem hæc Porphyrius ex libris Plotini περὶ οὐσίας ψυχῆς IV, 1; IV, 2; IV, 3. Adde: Εἰ πᾶσαι ψυχαὶ μία, IV, 9, ubi vid. Introduct. meam vol. III, p. 266 sq. Oxon. Confer etiam Plotin. περὶ νοῦ V, 9, 6; denique consule Procli Στοιχ. θεολ. c. 84, p. 128, ibiq. Annot., et ad sequentia eandem c. 196, p. 294 sqq. ed. Francof. Quæ pagina XLIV Porphyrii lin. 2 sequuntur habet Stobæus Eclogg. I, 52, p. 824 seqq. Denique quod in fine ejusdem sectionis lin. 33 scripsi: τὴν μὲν εἰκότως Πενίαν, τὴν δὲ Πόρον (pro Κόρον) οἱ τοῦτο πρῶτον γνόντες τὸ πάθος (pro τὸ πλῆρες) ἠνίξαντο, illud feci, quod in extremis verbis haud dubie ad Platonis Convivium p. 203 adluditur. Nam licet Porphyrius alibi et in hoc ipso libello Κόρου mentionem faciat, tamen ignorare non poterat differentiam, quam Plotinus inter κόρον et πόρον statuit (IV, 6, 14, ubi vid. Annott. p. 183 Ox.; cf. infr. Porphyr. cap. 41, p. XLVI, itemque Annott. ad Plotin. III, 5, 2 et 8, vol. III, p. 168 Oxon.). Verbum autem penultimum πάθος rescripsi ex Stobæo p. 826 Heerenii.

Sect. XL. Conf. supra laudata ad § XIX: Plotin. περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων cum Annott. vol. III, p. 173 Oxon.; add. Iamblich. in Stobæi Eclogg. I, 17, p. 184; itemque Hermes ibid. I, 43, p. 750 Heeren. Ad finem hujus sectionis confer Plotin. VI, 8, 3, p. 1347 Ox., itemque Olympiodor. in Alcib. pr. § 6, p. 61 ed. Francof., ubi est: φαντασίας... ἀναπλάττουσι.

Sect. XLI. Ad argumentum vid. Plotin. II, 6, cum Annott. p. 112 sqq.; III, 7 et 8. Cf. ad ea Ficinum p. 161, 567, et 617 sqq. ed. Oxon.; itemque Proclum in Alcib. pr. § 83, p. 248 sq. et præ-

sertim Eundem in Στοιχ. cap. 15 sqq. Περὶ ἀσωμάτων οὐσίας p. 265 sqq. Ad vocem ἀέννaον init. capitis vid. annot. in Cic. de Republ. II, 5, itemque ad Procli Στοιχ. c. 152, p. 227; denique Stob. Ecl. I, p. 294. — Ad sequentia p. XLV conf. Plotin. III, 7, 3, cum Annott. p. 189 Oxon., itemque III, 8, 9, et vid. Porphyrium ipsum cap. 44 hujus opusculi. — Porro ad finem hujus sectionis p. XLVI, l. 14; ὡς ἔν τινι φρουρᾷ [ἐσμέν] vid. Platonis Phædon. p. 62, B, ibiq. Wyttenb. p. 136; cf. Plotin. IV, 8, 1 et Annott. p. 233 et p. 260 sq. Adde Olympiodor. Schol. in Phædon p. 66 et p. xi Finckh., et denique quæ nuper ad Plotinum περὶ ἐξαγωγῆς I, 9 disputavi in Actis Eruditorum Monacc. 1848, n. 25, p. 205-207. Denique ibid. lin. 22 Holstenius verba : καὶ οὕτω πάλιν ἐν ἰδιοπραγίᾳ ὀρθῶς εἴρηται εὑρίσκεσθαι τὸ δίκαιον, ita accepit quasi ἰδιοπραγία h. l. idem esset atque οἰκειοπραγία (vid. Wyttenb. Indic. Plutarch. p. 791, et conf. hunc libellum supr. capite 34). At vero si Porphyrius h. l. respexit verba Platonis de Legg. IX, p. 875, B : ἀλλ' ἐπὶ πλεονεξίαν καὶ ἰδιοπραγίαν ἡ θνητὴ φύσις αὐτον ὁρμήσει ἀεὶ κτλ., Porphyrius fortasse ita corrigendus est : καὶ οὐδέποτε πάλιν κτλ. « neque unquam vicissim recte dictum est, in *privata commoditate* justum reperiri. » Cui rationi favere videntur sequentia : ἐν δὲ ἀπονεμήσει—δικαιοσύνης.

Sect. XLII, sub fin. Vid. Platonis Conviv. p. 219, A; de Legg. p. 364 Bekk., et cf. Plotin. II, 5, 3; III, 6, 5, cum Annott. p. 178 sq.

Sect. XLIII. Cf. hunc libellum supra cap. 19-21 et Ficinum ad Plotin. vol. I, p. 546 sqq. Oxon. Ibid. sub fin. ad verba οἱ ἀπὸ Ζήνωνος, l. 10, vid. Diog. Laert. VII, 140, ibiq. Menag. et Stob. Eclogg. I, p. 382 sq. Heer.

Sect. XLIV. Cf. supra c. 15, ibiq. laudd. Adde Plotin. V, 3, 3 sqq.; V, 4, 2; V, 5, 1; V, 8, 3; V, 9, 2, 3; VI, 7, 41. — Ibid. lin. 36 sqq., vid. Plotin. περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου III, 7, cum Annott. p. 186 sqq., et περὶ φύσεως κτλ. III, 8, et Annott. p. 194 seqq. et Ficinum p. 591 sqq. et p. 625 sqq. Oxon. — Ibid. pag. XLVIII cf. Plotin. III, 7, 10, pag. 618 Oxon. — Denique sub fin. vid. Geminus Isagog. cap. 6, Censorin. de Die nat. cap. 18, et cf. Jo. Laur. Lydus de Mensib. I, 16, p. 18 et p. 86, et III, 11, p. 110 ed. Rœther., et adhibe Plotin. I, 6, 4, cum Annott. p. 43 Oxon., et II, 3, 5, ubi bis est ἑῷος.

DEPT. HISTORY OF ART OXFORD

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΦΟΡΜΑΙ

ΠΡΟΣ ΤΑ ΝΟΗΤΑ.

Α'. Πᾶν σῶμα ἐν τόπῳ· οὐδὲν δὲ τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀσωμάτων, ἤ τι τοιοῦτον, ἐν τόπῳ.

Β'. Τὰ καθ' ἑαυτὰ ἀσώματα, αὐτὸ ὃ κρεῖττον παντός ἐστι σώματος καὶ τόπου, πανταχῇ ἐστιν· οὐ διαστατῶς, ἀλλ' ἀμερῶς.

Γ'. Τὰ καθ' ἑαυτὰ ἀσώματα, οὐ τοπικῶς παρόντα τοῖς σώμασι, πάρεστιν αὐτοῖς, ὅταν βούληται, πρὸς αὐτὰ ῥέψαντα, ἤ καὶ πέφυκε ῥέπειν. ἀλλὰ τοπικῶς αὐτοῖς οὐ παρόντα, τῇ σχέσει πάρεστιν αὐτοῖς.

Δ'. Τὰ καθ' ἑαυτὰ ἀσώματα ὑποστάσει μὲν καὶ οὐσίᾳ οὐ πάρεστιν· οὐ γὰρ συγκιρνᾶται τοῖς σώμασι· τῇ δὲ ἐκ τῆς ῥοπῆς ὑποστάσει τινὸς δυνάμεως μεταδίδωσι προσεχοῦς τοῖς σώμασιν· ἡ γὰρ ῥοπὴ δευτέραν τινὰ δύναμιν ὑπέστησε, προσεχῆ τοῖς σώμασιν.

Ε'. Ἡ μὲν ψυχὴ τῆς ἀμερίστου καὶ περὶ τὰ σώματα μεριστῆς οὐσίας μέσον τί [ἐστιν]· ὁ δὲ νοῦς ἀμέριστος οὐσία μόνον· τὰ δὲ σώματα μεριστὰ μόνον. αἱ δὲ ποιότητες καὶ τὰ ἕνυλα εἴδη, περὶ τὰ σώματα μεριστά.

Ϛ'. Οὐ τὸ ποιοῦν εἰς ἄλλο πελάσει καὶ ἁφῇ ποιεῖ ἃ ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ τὰ πελάσει καὶ ἁφῇ τι ποιοῦντα, κατὰ συμβεβηκὸς τῇ πελάσει χρῆται.

Ζ'. Ψυχὴ καταδεῖται πρὸς τὸ σῶμα τῇ ἐπιστροφῇ τῇ πρὸς τὰ πάθη τὰ ἀπ' αὐτοῦ· καὶ λύεται δὲ πάλιν διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ ἀπαθείας.

Η'. Ὃ ἔδησεν ἡ φύσις, τοῦτο καὶ φύσις λύει. καὶ ὃ ἔδησεν ἡ ψυχή, τοῦτο αὐτὴ λύει. ἔδησεν μὲν ἡ φύσις σῶμα ἐν ψυχῇ· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν ἐν σώματι. φύσις μὲν ἄρα λύει σῶμα ἐκ ψυχῆς· ψυχὴ δὲ ἑαυτὴν λύει ἐκ τοῦ σώματος.

Θ'. Ὁ γοῦν θάνατος διπλοῦς· ὁ μὲν συνεγνωσμένος λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ ψυχῆς· ὁ δὲ τῶν φιλοσόφων, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ οὐ πάντως ἕτερος ἑτέρῳ ἕπεται.

Ι'. Οὐχ ὁμοίως μὲν νοοῦμεν ἐν πᾶσιν, ἀλλ' οἰκείως τῇ ἑκάστου οὐσίᾳ. ἐν νῷ μὲν γὰρ νοερῶς· ἐν ψυχῇ δὲ λογικῶς· ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς σπερματικῶς· ἐν δὲ σώμασιν εἰδωλικῶς· ἐν δὲ τῷ ἐπέκεινα, ἀνεννοήτως τε καὶ ὑπερουσίως.

ΙΑ'. Αἱ ἀσώματοι ὑποστάσεις ὑποβαίνουσαι καὶ μειζονται καὶ πληθύνονται εἰς τὰ κατὰ ἄτομον ὑφέσει δυνάμεως· ὑπερβαίνουσαι δὲ ἑνίζονται, καὶ εἰς τὸ ὁμοῦ ἀντιχωροῦσι δυνάμεως περιουσίᾳ.

ΙΒ'. Οὐ μόνον ἐν τοῖς σώμασι τὸ ὁμώνυμον, ἀλλὰ καὶ ἡ ζωὴ τῶν πολλαχῶς. ἄλλη γὰρ ζωὴ φυτοῦ, καὶ

PORPHYRII PHILOSOPHI

SENTENTIÆ

AD INTELLIGIBILIA DUCENTES.

I. Omne corpus est in loco: nullum autem incorporeum per se, aut aliquid hujusmodi, est in loco.

II. Incorporea per se, eo ipso quod omni corpore et loco sunt præstantiora, sunt ubique: non distensive, sed individue.

III. Incorporea per se, quæ non adsunt corporibus præsentia locali, adsunt eis quandocunque volunt; vergendo ad illa, quatenus scilicet naturæ instinctu vergunt: sed cum locali præsentia eis non adsunt, adsunt tamen habitudine seu affectu.

IV. Incorporea per se subsistentia quidem et essentia corporibus non adsunt; neque enim cum iis commiscentur. verumtamen inclinationis subsistentia vim quandam propinquam corporibus communicant: inclinatio enim secundam quandam vim, corporibus vicinam, substituit.

V. Anima quidem inter individuam et dividuam in corpora substantiam medium quiddam est: mens autem substantia est tantum individua: corpora vero sunt dividua solum; sed qualitates et formæ materiales divisibiles sunt secundum corpora.

VI. Quicquid agit in aliud, non appropinquatione et contactu facit, quod facit: sed et ea quæ propinquitate et contactu agunt, per accidens propinquitate utuntur.

VII. Anima alligatur corpori convertendo se ad passiones corporis: rursumque solvitur, ubi nullo erga corpus affectu tangitur.

VIII. Quod natura colligavit, id natura quoque solvit: et quod anima ligavit, id ipsa solvit. Natura quidem corpus illigavit animæ: anima vero semetipsam devinxit corpori. Natura igitur exsolvit corpus anima: anima vero semetipsam exsolvit corpore.

IX. Mors duplex: altera quidem æque omnibus nota, ubi corpus solvitur ab anima: altera vero philosophorum, quum anima solvitur a corpore: nec semper altera alteram sequitur.

X. Non eodem modo intelligimus in omnibus, sed secundum propriam cujusque substantiam. nam in intellectu intellectualiter: in anima rationaliter: at in plantis seminative: in corporibus imaginarie: in eo quod super hæc omnia est, supra citraque intellectum atque supersessentialiter.

XI. Incorporeæ substantiæ descendentes dividuntur et multiplicantur, cum imminutione virium circa singula individua: ascendentes vero uniuntur, atque in unum invicem coeunt, virtutis sive facultatis abundantia.

XII. Non in corporibus solum ejusdem nominis ambiguitas est: sed et vita ex iis quæ vario significatu accipiun-

δὲ τῷ μουσικῷ, διὰ τὸ εἶναί τι ἐναρμόνιον. τὰ δὲ πάθη ὄντα σώματα διὰ πάθος αἰσθητικὸν τοῖς ἡρμοσμέναις χορδαῖς. καὶ γὰρ ἐκεῖ οὐχ ἡ ἁρμονία πέπονθεν ἡ χωριστή, ἀλλ' ἡ χορδή. καὶ κινεῖ μὲν ὁ μουσικὸς κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ ἁρμονίαν· οὐ μὴν ἐκινήθη ἂν ἡ χορδὴ μουσικῶς, εἰ καὶ ὁ μουσικὸς ἐβούλετο, μὴ τῆς ἁρμονίας τοῦτο λεγούσης.

Κ'. Ἡ τῶν ἀσωμάτων προσηγορία οὐ κατὰ κοινότητα ἑνὸς ταὐτοῦ γένους οὕτω προσηγόρευται, καθάπερ τὰ σώματα· κατὰ δὲ ψιλὴν τὴν πρὸς τὰ σώματα στέρησιν· ὅθεν τὰ μὲν αὐτῶν ὄντα, τὰ δὲ οὐκ ὄντα εἶναι οὐ κεκώλυται· καὶ τὰ μὲν πρὸ σωμάτων, τὰ δὲ μετὰ σωμάτων· καὶ τὰ μὲν χωριστὰ σωμάτων, τὰ δὲ ἀχώριστα· καὶ τὰ μὲν καθ' ἑαυτὰ ὑφεστηκότα, τὰ δὲ ἄλλων εἰς τὸ εἶναι δεόμενα· καὶ τὰ μὲν ἐνεργείαις τὰ αὐτὰ καὶ ζωαῖς αὐτοκινήτοις, τὰ δὲ ταῖς ζωαῖς παρυφιστάμενα ταῖς ποιαῖς ἐνεργείαις. κατὰ γὰρ ἀπόφασιν, ὧν οὐκ ἔστιν· οὐ κατὰ παράστασιν, ὧν ἔστι, προσηγόρευται.

ΚΑ'. Τῆς ὕλης τὰ ἴδια κατὰ τοὺς ἀρχαίους τάδε· ἀσώματος, ἑτέρα γὰρ σωμάτων· ἄζωτος, οὔτε γὰρ νοῦς, οὔτε ψυχή, οὐ ζῶν καθ' ἑαυτό· ἀνείδεος, ἀλλοῖος, ἄπειρος, ἀδύναμος. διὸ οὐδὲ ὄν, ἀλλ' οὐκ ὄν. οὐχ ὅπερ κίνησις, μὴ ὄν· ἀλλ' ἀληθινὸν μὴ ὄν. εἴδωλον καὶ φάντασμα ὄγκου· ὅτι τὸ πρώτως ἐν ὄγκῳ, τὸ ἀδύναμον, καὶ ἔφεσις ὑποστάσεως, καὶ ἑστὼς οὐκ ἐν στάσει· καὶ τὸ ἐναντίον ἀεὶ ἐφ' ἑαυτοῦ φανταζόμενον· μικρὸν, καὶ μέγα· καὶ ἧττον, καὶ μᾶλλον· ἐλλεῖπον καὶ ὑπερέχον· ἀεὶ γινόμενον, καὶ οὐ μένον, οὐδ' αὖ φεύγειν δυνάμενον· ἔλλειψις παντὸς τοῦ ὄντος. δι' ὃ πᾶν ὃ ἐπαγγέλλεται, ψεύδεται· κἂν μέγα φαντασθῇ, μικρόν ἐστιν· οἷον γὰρ παίγνιόν ἐστι, φεῦγον εἰς τὸ μὴ ὄν. ἡ γὰρ φυγὴ οὐ τόπῳ, ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολείψει. ὅθεν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ εἴδωλα, ἔστιν ἐν εἰδώλῳ χείρονι. ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὸ ἀλλαχοῦ ἱδρυμένον, ἀλλαχοῦ φανταζόμενον. καὶ πιμπλάμενον, ὡς δοκεῖ, καὶ ἔχον οὐδέν, καὶ δοκοῦν τὰ πάντα.

ΚΒ'. Τὰ πάθη περὶ τοῦτο πάντα, περὶ ὃ καὶ ἡ φθορά· ὁδὸς γάρ ἐστιν εἰς φθορὰν ἡ παραδοχὴ τοῦ πάθους· καὶ τούτου τὸ φθείρεσθαι, οὗ καὶ [τούτῳ — ᾧ Plotin.] τὸ πάσχειν ἐστίν· φθείρεται δὲ οὐδὲν ἀσώματον. τινὰ δὲ αὐτῶν ἢ ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν, ὥστε πάσχειν οὐδέν. τὸ γὰρ πάσχον οὐ τοιοῦτον εἶναι δεῖ, ἀλλ' οἷον ἀλλοιοῦσθαι, καὶ φθείρεσθαι ταῖς ποιότησι τῶν ἐπεισιόντων, καὶ τὸ πάσχειν ἐμποιούντων. τῷ γὰρ ἐνόντι ἀλλοίωσις οὐ παρὰ τοῦ τυχόντος. οὔτε οὖν ἡ ὕλη πάσχει· ἄποιος γὰρ καθ' ἑαυτήν· οὔτε τὰ ἐπ' αὐτῆς εἴδη εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα· ἀλλὰ τὸ πάθος περὶ τὸ συναμφότερον, καὶ ᾧ τὸ εἶναι ἐν τῷ συναμφότερον· τοῦτο γὰρ ἐν ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσι, καὶ ποιότησι τῶν ἐπεισιόντων καὶ τὸ πάσχειν ἐμποιούντων ὑπομένον θεωρεῖται. δι' ὃ καὶ ὧν τὸ ζῆν ἔζωθεν, καὶ οὐ παρ' ἑαυτῶν, ταῦτα τὸ ζῆν καὶ τὸ μὴ ζῆν παθεῖν οἵάτε. οἷς δὲ τὸ εἶναι ἐν ζωῇ ἀταθεῖ, κατὰ ζωὴν μένειν ἀνάγκη· ὥσπερ τῇ ἀζωίᾳ

praeditum. Simile autem quodammodo est musico, quia et ipsum harmoniam quandam obtinet. Sed corpora passioni sensili mota, similia sunt fidibus recte attemperatis. Nam et illic harmonia separata nihil patitur, sed fides. Et musicus quidem movet secundum harmoniam qua pollet: nec tamen fides musice moveretur, etiam volente musico, nisi harmonia id ipsum dictitaret.

XX. Appellatio incorporeorum non secundum unius ejusdemque generis communitatem sic dicitur, quemadmodum corpora: sed secundum nudam privationem respectu corporum. Quocirca non impedit, eorum alia entia, alia autem non entia esse: item alia ante corpora, alia vero cum corporibus: praeterea, alia separata a corporibus, alia nequaquam separata: tum, alia per semet subsistentia, alia opis alienæ ad subsistendum indiga: item alia quidem cum actionibus vitisque ex semetipsis motum habentibus eadem esse, alia autem una cum vitis certis quibusdam actionibus existere. Nam secundum negationem eorum quæ non sunt; non secundum affirmationem eorum quæ sunt, appellantur.

XXI. Materiæ proprietates secundum antiquos hæ sunt: quod sit incorporea; diversa enim a corporibus est: quod vitæ expers; neque enim intellectus, nec anima, nec aliquid per se vivens: quod informis, variabilis, infinita, impotens. Propterea neque ens, sed non ens. Neque ita non ens, sicuti motus: sed verum non ens. Simulachrum et phantasma molis: quia id est, quod primo subest moli: impotens, et appetitio subsistentiæ: consistens non in statu, semperque contrarium in se ipso apparens: parvum et magnum, item minus et majus: deficiens et excedens: quod semper fit, nec unquam permanet, neque tamen effugere elabique potest: defectus omnis entis. Ideoque quicquid promittit, mentitur: et si magnum esse videatur, parvum est: nam instar rei ludicræ fugit et evanescit in non ens; fuga enim ejus non fit loco, sed dum esse desinit. Quapropter et simulacra quæ in ea sunt, deteriori simulacro insunt: quemadmodum in speculo res alibi posita alibi apparet. Et repletum, uti quidem videtur, nihil tamen habens, cum omnia habere videatur.

XXII. Omnes passiones circa idem versantur, circa quod et interitus. Via enim ad interitum susceptio passionis; et ejusdem est interire, cujus est et pati. Nihil autem incorporeum interit. Quædam vero illorum aut sunt, aut non sunt, adeo ut nihil quidquam patiantur. Quicquid enim patitur, non ejusmodi esse debet; sed tale quod ab ingredientium et passionem inferentium qualitatibus alterari corrumpique possit. Nam quod illi inest non promiscue a quovis alteratur. Quare nec materia patitur: est enim secundum seipsam qualitatis expers: nec formæ rerum in eam ingredientium atque egredientium patiuntur. Sed passio circa id quod ex utroque compositum, et cujus esse in utriusque conjunctione consistit: hoc enim inter contrarias potentias qualitatesque, quæ materiam subeunt, et passiones inducunt, sustinere passiones conspicitur. Quocirca quibus vita extrinsecus, non autem a semetipsis obvenit, ea et vivere et non vivere pati possunt. Quibus autem essentia in vita passionis experte consistit, ea secundum vitam permanere necesse est. Sicuti vita caren-

γὰρ τοῦ θεάσασθαι τὰς ἑαυτοῦ ἐνεργείας, καὶ ὄμμα εἶναι τῶν αὐτοῦ ἐνεργειῶν, οὐσιῶν τε ὅραμα [leg. οὐσῶν τὸ ὅραμα], οὐδὲν ἂν νοήσειεν. ὡς μὲν οὖν ἦν αἰσθησίς τε καὶ [τὸ] αἰσθητὸν, οὕτως ἐστὶ νοῦς τε καὶ νοητόν. θεωρεῖ δὲ ἡ μὲν ἐκτεινομένη εἰς τὸ ἔξω, εὑρίσκουσα τὸ αἰσθητὸν ἐν τῇ ὕλῃ κείμενον. ὁ δὲ νοῦς εἰς αὐτὸν συναγόμενος οὐδαμῆ ἔξω ἐκτεινόμενος· ὅπερ [καὶ] ἐδόκει τισὶν, ὀνόματος διαφορᾶς προστεθείσης τῇ τοῦ νοῦ ὑποστάσει, καὶ τῆς φαντασίας· ἡ γὰρ ἐν λογικῷ ζώῳ φαντασία δέδοκτο αὐτοῖς νόησις. ἀλλ' [εἰ] ἐκείνοις μὲν πάντα ἀπαρτήσασιν ἀπὸ τῆς ὕλης καὶ τῆς σωματικῆς φύσεως ἀκόλουθον ἦν, καὶ τὸν νοῦν τούτων ἀναρτᾶν. ὁ δ' ἡμέτερος [νοῦς] σωμάτων καὶ ἑτέρων θεωρὸς οὐσιῶν. ποῦ τοίνυν κειμένας καταλήψεται αὐτάς. ἔξω δὲ ὄντων ὕλης, οὐδαμοῦ ἂν εἴη ταῦτα. δῆλον οὖν, ὡς νοερὰ καὶ νοήσει συναχθήσεται. καὶ τοίνυν εἰ νοερὰ εἰς τὸν νοῦν, καὶ τὸ νοητὸν καὶ ἑαυτὸν θεωρήσει, νοῶν τὰ νοητά· καὶ χωρῶν εἰς ἑαυτὸν, νοεῖ διὰ τὸ εἰς ἐκεῖνα χωρεῖν. εἰ δὲ πολλὰ καὶ τὰ νοητά· πολλὰ γὰρ ὁ νοῦς νοεῖ, καὶ οὐχ ἕν· πολλὰ ἂν εἴη [καὶ] ἐξ ἀνάγκης καὶ αὐτός. κεῖται δὲ πρὸ τῶν πολλῶν τὸ ἕν, ὥστε ἀνάγκη πρὸ τοῦ νοῦ εἶναι τὸ ἕν.

IϚ'. Ἡ μνήμη οὐκ ἔστι φαντασιῶν σωτηρία, ἀλλὰ τῶν μελετηθέντων προβάλλεσθαι ἐκ νέας προβλήματα.

IZ'. Ἡ ψυχὴ ἔχει μὲν πάντων τοὺς λόγους, ἐνεργεῖ δὲ κατ' αὐτοὺς ἢ ὑπ' ἄλλου εἰς προχείρησιν ἐκκαλουμένη, ἢ ἑαυτὴν εἰς αὐτοὺς ἐπιστρέφουσα εἰς τὸ εἴσω. καὶ ὑπ' ἄλλου μὲν ἐκκαλουμένη ὡς πρὸς τὰ ἔξω τὰς αἰσθήσεις [εἰσάγειν] δίδωσιν· εἰς δὲ ἑαυτὴν εἰσδῦσα πρὸς τὸν νοῦν [ὡς] ἐν ταῖς νοήσεσι γίνεται. οὔτε οὖν αἰσθήσεις ἔξω φαντασίας, οὔτε αἱ νοήσεις, εἴπῃ τις [l. καὶ οὔτε αἰσθησις, οὔτε νόησις ἄλλη. Ἔτι δὲ] ὡς τῷ ζώῳ οὐκ ἄνευ πάθους τῶν αἰσθητικῶν ὀργάνων αἱ αἰσθήσεις, οὕτω καὶ αἱ νοήσεις οὐκ ἄνευ φαντασίας· εἰ μὴ [l. ἵν' ᾖ] τὸ ἀνάλογον, ὡς τύπος παρακολούθημα ζώου αἰσθητικοῦ, οὕτω τὸ φάντασμα ψυχῆς ζώου ἑπόμενον νοήσει.

IH'. Ἡ ψυχὴ, οὐσία ἀμεγέθης, ἄϋλος, ἄφθαρτος, ἐν ζωῇ παρ' ἑαυτῆς ἐχούσῃ τὸ ζῆν, κεκτημένη τὸ εἶναι.

IΘ'. Ἄλλο τὸ πάσχειν τῶν σωμάτων, ἄλλο τῶν ἀσωμάτων. τῶν μὲν γὰρ σώματων σὺν τροπῇ τὸ πάσχειν. τῆς δὲ ψυχῆς αἱ οἰκειώσεις καὶ τὰ πάθη ἐνέργειαι· οὐδὲ ἐοικυῖαι θερμάνσεσι καὶ ψύξεσι σωμάτων. διὸ ὅπερ τὸ πάσχειν τῶν σωμάτων ἀεὶ σὺν τροπῇ, ῥητέον ἀπαθῆ πάντα τὰ ἀσώματα. τὰ μὲν γὰρ ὕλης κεχωρισμένα καὶ τῶν σωμάτων, ἐνεργείᾳ ἦν τὰ αὐτά· τὰ δὲ ὕλῃ πλησιάζοντα καὶ σώμασιν, αὐτὰ μὲν ἀπαθῆ· τὰ δὲ ἐφ' ὧν θεωρεῖται, πάσχει. ὅταν γὰρ τὸ ζῶον αἰσθάνεται, ἔοικεν ἡ μὲν ψυχὴ ἁρμονίᾳ χωριστῇ, ἐξ ἑαυτῆς τὰς χορδὰς κινούσῃ ἡρμοσμένας· τῇ δὲ ἐν ταῖς χορδαῖς ἁρμονίᾳ ἀχωρίστῳ, τὸ σῶμα. τὸ δ' αἴτιον τοῦ κινῆσαι τὸ ζῶον, διὰ τὸ εἶναι ἔμψυχον. ἀνάλογον

enim extra sese, ad proprias functiones considerandas, et ut ipsa oculi vicem præstet ad proprias operationes, quæ spectaculum sunt, nihil quidquam intelliget. Quocirca ut se habent sensus et sensibile, ita et intellectus et intelligibile. Verum ille quidem ad exteriora se extendens contemplatur, inveniens rem sensibilem in materia positam. Sed intellectus in semetipsum collectus, nec ad exteriora diffusus, contemplatur : ut et nonnullis visum fuit, intellectus subsistentiæ imaginationis quoque appellationem solo nomine diversam attributam esse : nam animalis rationalis imaginationem intellectum esse censebant. Sed isti siquidem omnia a materia et natura corporea dependere volunt, consequens est, ut mentem quoque eodem referant. At noster intellectus tam corpora, quam alias substantias contemplatur. Aliquo ergo loco positas eas comprehendet. At si extra materiam sint, neutiquam id fieri poterit. Manifestum ergo, intellectualia cum intellectu conjungenda. Quod si intellectualia in intellectu, contemplabitur et intellectuale et semetipsum, dum intellectualia intelligit ; et recedens in seipsum intelligit, eo quod in illa ingreditur. At si multa sunt intellectualia : quoniam multa, non unum, intellectus intelligit : necessario et ipse multa erit. Sed ante multa est unum : ut necessario ante mentem sit unum.

XVI. Memoria non est conservatrix imaginationum : sed ut ea quæ animo meditatus fueras, proferre denuo possis.

XVII. Anima quidem omnium rerum rationes continet : operatur autem secundum eas, vel ab alio ad opus excitata, vel semetipsam introrsus ad eas convertens. Et ab alio quidem provocata sensus ad exteriora quasi emittit, sed intra semetipsam ad mentem ingrediens, intelligentiis occupatur. Ergo nec sensus extra imaginationem sunt, dicet aliquis, nec intelligentiæ : quemadmodum animanti nec sensus absque organorum sensibilium passione : ita nec intelligentiæ absque imaginatione. Nisi forte servata proportione, ut impressio sive figura consequens aliquod est animalis sensibilis, sic phantasma consequens sit intellectus animæ in animante.

XVIII. Anima est essentia magnitudinis atque materiæ expers, incorruptibilis, in vita per semetipsam vitali esse suum obtinens.

XIX. Aliter patiuntur corpora, aliter incorporea. Corporum passio fit cum mutatione : animæ vero affectiones atque passiones actus sive operationes quædam sunt ; nequaquam similes calefactionibus et frigefactionibus corporum. Quocirca si corporum passio fit semper cum mutatione, dicendum incorporea omnia passionis esse expertia. Nam quæ a materia corporibusque sunt separata, actu sunt eadem : quæ vero materiæ corporibusque appropinquant, ipsa quidem impassibilia sunt ; sed illa in quibus conspiciuntur patiuntur. Nam dum animans sentit, anima quidem similis esse videtur harmoniæ separatæ, ex semetipsa fides congrue aptatas moventi ; corpus autem simile harmoniæ inseparabili in ipsis fidibus. Causa vero motus ipsum animans esse videtur, eo quod sit anima

ὁρᾶται· ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ φανερὰ ἡ παρουσία αὐτοῦ γίνεται.

ΚΘ'. Τὸ ἀσώματον ἂν ἐν σώματι κατασχεθῇ, οὐ συγκλεισθῆναι δεῖ, ὡς ἐν ζωγρείῳ θηρία· συγκλεῖσαι γὰρ αὐτὸ οὐδὲν οὕτω δύναται καὶ περιλαβεῖν σῶμα. οὐδ' ὡς ἀσκὸς ὑγρόν τι ἔλκει ἢ πνεῦμα· ἀλλ' αὐτὸ δεῖ ὑποστῆσαι δυνάμεις ῥεπούσας ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτὸ ἑνώσεως εἰς τὸ ἔξω· αἷς δὴ κατιὸν συμπλέκεται τῷ σώματι. δι' ἐκτάσεως οὖν ἀῤῥήτου ἡ εἰς σῶμα σύνερξις. διὸ οὐδ' ἄλλο αὐτὸ καταδεῖ, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτό· οὐδὲ λύει τοίνυν Θραυσθὲν τὸ σῶμα καὶ φθαρέν· ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτὸ στραφὲν ἐκ τῆς προσπαθείας.

Α'. Τῶν μὲν ὅλων καὶ τελείων ὑποστάσεων οὐδεμία πρὸς τὸ ἑαυτῆς γέννημα ἐπέστραπται. πᾶσαι δὲ αἱ τέλειαι ὑποστάσεις πρὸς τὰ γεννήσαντά εἰσιν ἀνηγμέναι ἄχρι καὶ τοῦ κοσμικοῦ σώματος. τέλειον γὰρ ὂν ἀνῆκται πρὸς τὴν ψυχήν, νοερὰν οὖσαν· καὶ κύκλῳ διὰ τοῦτο κινούμενον. ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοῦ πρὸς τὸν νοῦν· νοῦς δὲ πρὸς τὸ πρῶτον. διήκει τοίνυν ἅπαντα ἐπὶ τοῦτο, ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου ἀρξάμενον, καθ' ὃ δύναται ἕκαστον. ἡ δὲ πρὸς τὸ πρῶτον ἀναγωγὴ προσεχὴς μέντοι ἢ πόῤῥωθέν ἐστι· διὸ ταῦτα οὐκ ἐφίεσθαι μόνον τοῦ θεοῦ λέγοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ἀπολαύειν κατὰ δύναμιν· ἐν δὲ ταῖς μεριστὰῖς ὑποστάσεσι, καὶ πρὸς πολλὰ ῥέπειν δυναμέναις, ἔνεστι καὶ πρὸς τὰ γεννήματα ἐπιστρέφειν. ὅθεν καὶ ἐν ταύταις ἦν ἡ ἁμαρτία, ἐν ταύταις ἡ λελοιδορημένη ἀπιστία. ταύτας οὖν κακοῖ ἡ ὕλη, τῷ ἐπιστρέφεσθαι ἐπ' αὐτὴν δύνασθαι, δυναμένας ἐστράφθαι καὶ πρὸς τὸ θεῖον. ὥσθ' ἡ μὲν τελειότης ὑφίστησι τὰ δεύτερα ἀπὸ τῶν προτέρων, τηροῦσα αὐτὰ ἐπεστραμμένα πρὸς τὰ πρῶτα· τὸ δ' ἀτελὲς στρέφει καὶ πρὸς τὰ ὕστερα τὰ πρῶτα, καὶ φιλεῖν ταῦτα ποιεῖ τὰ πρὸ αὐτῶν ἀποστραφέντα.

ΛΑ'. Ὁ θεὸς πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ· καὶ ὁ νοῦς πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ· καὶ ἡ ψυχὴ πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ. ἀλλ' ὁ θεὸς μὲν πανταχοῦ καὶ οὐδαμοῦ τῶν μετ' αὐτὸν πάντων· αὐτοῦ δὲ ἔστι μόνον ὡς ἔστι καὶ ἐθέλει. νοῦς δὲ ἐν θεῷ μέν, πανταχοῦ δὲ καὶ οὐδαμοῦ τῶν μετ' αὐτόν. καὶ ψυχὴ ἐν νῷ τε καὶ θεῷ πανταχοῦ, καὶ οὐδαμοῦ ἐν σώματι· σῶμα δὲ καὶ ἐν ψυχῇ, καὶ ἐν θεῷ. καὶ ὡς πάντα τὰ ὄντα καὶ μὴ ὄντα ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ ἐν θεῷ, καὶ οὐκ αὐτὸς τὰ ὄντα καὶ οὐκ ὄντα καὶ ἐν αὐτοῖς· εἰ μὲν γὰρ μόνον ἦν πανταχοῦ, αὐτὸς ἂν ἦν τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν· ἐπεὶ δὲ καὶ οὐδαμοῦ, τὰ πάντα γίνεται δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ, ὅτι πανταχοῦ ἐκεῖνος· ἕτερα δὲ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς οὐδαμοῦ. οὕτω καὶ νοῦς πανταχοῦ ὢν καὶ οὐδαμοῦ, αἴτιος ψυχῶν καὶ τῶν μετ' αὐτάς. καὶ οὐκ αὐτὸς ψυχή, οὔτε τὰ μετὰ ψυχήν, οὐδὲ ἐν τούτοις· ὅτι οὐκ ἦν μόνον πανταχοῦ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ οὐδαμοῦ· καὶ ἡ ψυχὴ οὐ σῶμα, οὔτε ἐν σώματι, ἀλλ' αἰτία σώματος· ὅτι πανταχοῦ οὖσα τοῦ σώματος ἔστιν οὐδαμοῦ. καὶ ἔστι γε ἡ πρόοδος τοῦ παντὸς εἰς τὸ μήτε πανταχοῦ ἅμα μήτε μηδαμοῦ εἶναι δυνάμενον, ἀλλ' ἀνὰ μέρος ἑκατέρων μετέχον.

non conspicitur; sed præsentia ejus ex ipsius operibus apparet.

XXIX. Incorporeum si in corpore contineatur, non ita concludi necesse est, quemadmodum feræ in roborario : (nullum enim corpus id ipsum tali modo concludere complectique potest;) neque ut uter humorem aliquem aut flatum cohibet : sed ipsum incorporeum facultates seu potentias quasdam a sui cum ipso corpore conjunctione exterius vergentes substituat oportet, quibus descendens corpori connectitur. Itaque per ineffabilem sui ipsius extensionem fit ut corpore coerceatur. Ideoque nec aliud quidquam, sed ipsum sese alligat : quapropter nec corpus vulneratum corruptumque, sed ipsum sese avertendo ab affectu corporeo, exsolvit.

XXX. Universalium perfectarumque substantiarum nulla ad progeniem suam convertitur : sed omnes perfectæ substantiæ ad auctores suos reducuntur, etiam usque ad corpus mundanum. Cum enim perfectum sit, ad animam intellectu præditam subrectum est; ideoque movetur in orbem : anima autem ejus ad mentem; mens vero ad primum principium subrigitur. Ad hoc itaque omnia, exordio inde ab ultimo ducto, pro suis quodque viribus perveniunt. Reductio autem illa ad primum vel ex propinquo vel ex longinquo fit. Hæc ergo non appetere solummodo deum, sed et frui illo pro viribus dici possunt. Particularibus autem seu divisis substantiis, et quæ vergere ad multa possunt, innatum quoque est ut ad progenies suas se convertant. Unde et in hisce delictum existit; in hisce probrosa perfidia. Hasce ergo materia malo inficit, ideo quod in ipsam deflecti possunt, cum ad deum quoque converti queant : adeo ut perfectio quidem secunda primis substituat, conservans ea conversa ad prima; imperfectio vero prima quoque ad postrema deflectit, et efficit ut ament ea, quæ ante ipsa deflexerunt.

XXXI. Deus ubique est, quia est nusquam : et mens ubique, quia nusquam : et anima ubique, quia nusquam. Sed deus quidem ubique et nusquam eorum omnium quæ post ipsum sunt : sed istic tantum est quemadmodum est atque vult : mens autem in Deo quidem, sed ubique, et nusquam eorum quæ sunt post ipsum : et anima in mente et in Deo ubique, et nusquam in corpore : corpus autem in anima, et in mente, et in Deo. Et ut omnia entia et non entia ex Deo, et in Deo; nec tamen ipse entia vel non entia, nec in iis. Nam si solummodo ubique esset, ipse utique omnia, et in omnibus esset : at quia idem etiam nusquam est, omnia fiunt per ipsum, et in ipso, quia ipse est ubique. Sunt autem diversa ab ipso, quia ipse nusquam est. Ita etiam mens ubique existens et nusquam, causa est animarum, et eorum quæ post animas sequuntur : nec ipse est anima, nec ea quæ sunt post animam, nec in illis. Quia non tantum ubique est eorum quæ sunt post ipsum; sed et nusquam. Et anima nec corpus est, nec in corpore; sed causa corporis : quia dum ubique per corpus est diffusa, est nusquam. Atque hic progressus universi procedit usque ad illud quod nec ubique simul, nec nuspiam esse potest; sed ex parte utriusque particeps est.

ΛΒ'. Ὥσπερ τὸ ἐπὶ γῆς εἶναι ψυχῇ [l. ψυχῆς] ἐστιν, οὐ τὸ γῆς ἐπιβαίνειν, ὡς τὰ σώματα· τὸ δὲ προεστάναι σώματος, ὃ γῆς ἐπιβαίνει· οὕτω καὶ ἐν ᾅδου εἶναι ἐστὶ ψυχῇ, ὅταν προεστήκει εἰδώλου, φύσιν μὲν ἔχοντος εἶναι ἐν τόπῳ, σκότει δὲ [l. σκοτώδη, σκοτώδει] τὴν ὑπόστασιν κεκτημένου. ὥστε εἰ ὁ ᾅδης ὑπόγειός ἐστι τόπος σκοτεινὸς, ἡ ψυχὴ καίπερ οὐκ ἀποσπωμένη τοῦ ὄντος, ἐν ᾅδου γίγνεται, ἑφελκομένη τὸ εἴδωλον. ἐξελθούσῃ γὰρ αὐτῇ τοῦ στερεοῦ σώματος τὸ πνεῦμα συνομαρτεῖ, ὃ ἐκ τῶν σφαιρῶν συνελέξατο. ἐκ δὲ τῆς πρὸς τὸ σῶμα προσπαθείας τὸν λόγον ἔχουσα τὸν μερικὸν προβεβλημένον, καθ' ὃν σχέσιν ἔσχε πρὸς τὸ τοῖον σῶμα ἐν τῷ βιῶν, ἐκ τῆς προσπαθείας ἐναπομόργνυται τύπος τῆς φαντασίας εἰς τὸ πνεῦμα, καὶ οὕτως ἑφέλκεται τὸ εἴδωλον· ἐν ᾅδου δὲ λέγεται, ὅτι τῆς ἀϊδοῦς φύσεως ἐτύγχανε τὸ πνεῦμα, καὶ σκοτεινῆς. ἐπεὶ δὲ διήκει τὸ βαρὺ πνεῦμα καὶ ἔνυγρον ἄχρι τῶν ὑπογείων τόπων, οὕτω καὶ αὕτη λέγεται χωρεῖν ὑπὸ γῆν· οὐχ ὅτι ἡ αὐτὴ οὐσία μεταβαίνει τόπους, καὶ ἐν τόποις γίνεται· ἀλλ' ὅτι τῶν πεφυκότων σωμάτων τόπους μεταβαίνειν, καὶ εἰληχέναι τόπους, σχέσεις ἀναδέχεται, ἐχομένων αὐτὴν κατὰ τὰς ἐπιτηδειότητας τῶν τοιούτων σωμάτων ἐκ τῆς κατ' αὐτὴν ποιᾶς διαθέσεως. ὡς γὰρ ἂν διατέθῃ, εὑρίσκει σῶμα, τάξει καὶ τοῖς οἰκείοις ὡκειωμένον. διὸ καθαρώτερον μὲν διακειμένῃ σύμφυτον τὸ ἐγγὺς τοῦ ἀΰλου σῶμα, ὅπερ ἐστὶ τὸ αἰθέριον· προελθούσῃ δὲ ἐκ λόγου εἰς φαντασίας προβολὴν, σύμφυτον τὸ ἡλιοειδές· θηλυνθείσῃ δὲ καὶ παθαινομένῃ πρὸς τὸ εἶδος, παράκειται τὸ σεληνοειδές. πεσούσης δὲ εἰς σώματα, ὅταν κατὰ τὸ αὐτῆς ἄμορφον στῇ εἶδος ἐξ ὑγρῶν ἀναθυμιάσεων συνεστηκότα, ἄγνοια ἕπεται τοῦ ὄντος τελεία, καὶ σκότωσις, καὶ νηπιότης. καὶ μὴν καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ, ἔτι κατὰ τὴν δίυγρον ἀναθυμίασιν τὸ πνεῦμα ἔχουσα τεθολωμένον, σκιὰν ἑφέλκεται, καὶ βαρεῖται· χωρεῖν σπεύδοντος τοῦ τοιούτου πνεύματος εἰς μυχὸν τῆς γῆς φύσει, ἂν μὴ ἄλλη τις αὐτὸ αἰτία ἀνθέλκῃ. ὥσπερ οὖν τὸ γεῶδες ὄστρεον περικειμένῃ ἀνάγκη ἐπὶ γῆς ἐνίσχεσθαι· οὕτω καὶ ὑγρὸν πνεῦμα ἑφελκομένῃ, εἴδωλον περικεῖσθαι ἀνάγκη. ὑγρὸν δὲ ἐφέλκεται, ὅταν συνεχῶς μελετήσῃ ὁμιλεῖν τῇ φύσει, ἧς ἐν ὑγρῷ τὸ ἔργον, καὶ ὑπόγειον μᾶλλον· ὅταν δὲ μελετήσῃ ἀφίστασθαι φύσεως, αὐγὴ ξηρὰ γίνεται, ἄσκιος καὶ ἀνέφελος. ὑγρότης γὰρ ἐν ἀέρι νέφος συνίστησι· ξηρότης δὲ ἀπὸ τῆς ἀτμίδος αὐγὴν ξηρὰν ὑφίστησιν.

ΛΓ'. Τὰ κατηγορούμενα τοῦ αἰσθητοῦ καὶ ἐνύλου ἀληθῶς ἐστὶ ταῦτα· τὸ πάντη εἶναι διαπεφορημένον, τὸ μεταβλητὸν εἶναι, τὸ ὑφεστάναι ἐν ἑτερότητι, τὸ σύνθετον εἶναι, τὸ καθ' ἑαυτὸ αὐτὸ [l. οὐχ] ὑπάρχειν, τὸ ἐν τόπῳ, τὸ ἐν ὄγκῳ θεωρεῖσθαι, καὶ οἷα [l. ὅσα] τούτοις παραπλήσια· τοῦ δὲ ὄντως ὄντος, καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότος αὐτοῦ, τὸ εἶναι ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ἱδρυμένον, ὡσαύτως τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχειν, τὸ ἐν ταυτότητι [l. αὐτότητι] οὐσιῶσθαι, τὸ

XXXII. Quemadmodum hoc est animæ esse in terra, non sic in terris versari sicuti corpora; sed præcesse corpori in terris versanti: ita esse in inferno est animæ, quando simulacro præest, quod naturam quidem talem habet ut sit in loco, subsistentiam vero in tenebris obtinet. Quare si infernus subterraneus et tenebrosus locus est, anima licet non abstracta et divulsa ab ente in inferno existit, attrahens sibi simulacrum. Exeuntem enim eam ex solido corpore comitatur etiam spiritus, quem ex sphæris collectum habebat. Sed cum ex affectu erga corpus rationem partialem objectam habeat, secundum quam habitudinem quandam erga istiusmodi corpus obtinebat dum viveret, ex affectu illo propenso figura imaginationis imprimitur spiritui, atque ita simulacrum attrahitur. In inferno autem esse dicitur, quoniam informem obscuramque naturam nactus est spiritus. Et quoniam gravis humidusque spiritus usque ad subterranea loca pertingit, hac ratione et ipsa terram subire dicitur: non quod ipsa illa substantia de loco in locum transeat, et in locis existat; sed quia transeuntium sua natura per loca et loca obtinentium corporum habitudines susolpit; suscipientibus ipsam hujusmodi corporibus pro cujusque aptitudine, ex certa quadam dispositione erga illam. Nam prout disposita fuerit, ita corpus suo ordini, proprietatibusque definitum invenit. Ideoque purius dispositæ corpus quam proxime ad immateriale accedens, ætherium scilicet, adjunctum est: progressæ autem a ratione ad objectum imaginationis, corpus solare adnascitur: sed effeminatæ et formarum amore captæ adjungitur corpus lunare. Delapsam vero in corpora, cum secundum informem ejus speciem ex humidis vaporibus composita exsistant, perfecta entis ignorantia et caligo atque infantia sequitur. Et sane in ipso egressu, gerens adhuc spiritum ob humidam evaporationem turbatum, umbram attrahit, et prægravatur, spiritu ejusmodi sua natura in terræ fundum contendente, nisi alia quædam causa ipsum in contrariam partem retrahat. Quemadmodum igitur terrena hac testa circumtectam in terra degere necessum est; ita etiam humidum spiritum attrahens, simulacrum necessario adjunctum habet. Attrahit autem humorem, cum perpetuo adesse studet naturæ, cujus operatio in humore consistit, et quæ subterranea potius est. Ubi autem operam dederit ut a natura secedat, splendor siccus existit, nulla umbra ac nube obscuratus. Humiditas enim nebulam in aere constituit: siccitas vero ex halitione splendorem siccum sudumque producit.

XXXIII. Hæc de sensibili et materiali vere affirmantur. esse omnino extensum seu diffusum, esse mutabile, subsistere in alteratione, esse compositum, ipsum per semetipsum [non] existere; in loco, et mole corporea conspici: aliaque his similia. At de vero ente et per semetipsum subsistente hæc prædicantur: semper in semetipso situm esse, eodem modo atque secundum idem se habere, ipsa substantia in identitate consistere, esse immutabile

ἀμετάβλητον εἶναι κατ' οὐσίαν, τὸ ἀσύνθετον, τὸ μήτε λυτὸν, μήτε ἐν τόπῳ εἶναι, μήτε εἰς ὄγκον διαπεφορῆσθαι, τὸ μήτε γινόμενον, μήτε ἀπολλύμενον εἶναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὧν ἐχομένους δεῖ μηδ' ἐπ' ἄλλων τὰς [l. μηδὲν ἐπαλλάττοντας] περὶ τῆς διαφόρου αὐτῶν φύσεως, καὶ αὐτοὺς λέγειν, καὶ ἄλλων λεγόντων ὑπακούειν.

secundum substantiam, non compositum, nec dissolubile, nec in loco, nec mole distensum : nec ortum esse, nec interire : et quæ his sunt similia. Quam regulam sequentes, nihil immutatum vel alienum de diversa ipsorum natura, nec nosmetipsos loqui, nec alios loquentes audire convenit.

ΛΔ'. Ἄλλαι ἀρεταὶ [add. αἱ] τοῦ πολιτικοῦ, καὶ ἄλλαι [add. αἱ] τοῦ πρὸς θεωρίαν ἀνιόντος καὶ διὰ τοῦτο λεγομένου θεωρητικοῦ, καὶ ἤδη θεατοῦ. καὶ ἄλλαι αἱ τοῦ νοῦ, καθὸ νοῦς, καὶ ἀπὸ ψυχῆς καθαρός. αἱ μὲν τοῦ πολιτικοῦ ἐν μετριοπαθείᾳ κείμεναι, τὸ ἕπεσθαι [l. ἐν μετριοπαθείᾳ τοῦ ἀλόγου κείμεναι, τῷ ἕπ.] καὶ ἀκολουθεῖν τῷ λογισμῷ τοῦ καθήκοντος κατὰ τὰς πράξεις. διὸ πρὸς κοινωνίαν βλέπουσαι τὴν ἀβλαβῆ τῶν πλησίον, ἐκ τοῦ συναγελασμοῦ [add. καὶ] τῆς κοινωνίας πολιτικαὶ λέγονται. καὶ ἔστι φρόνησις μὲν περὶ τὸ λογιζόμενον· ἀνδρία δὲ περὶ τὸ θυμούμενον· σωφροσύνη δὲ ἐν ὁμολογίᾳ καὶ συμφωνίᾳ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς λογισμόν· δικαιοσύνη δὲ ἑκάστῳ [l. ἡ ἑκάστου] τούτων ὁμοῦ οἰκειοπραγία, ἀρχῆς πέρι καὶ ἄρχεσθαι. αἱ δὲ τοῦ πρὸς θεωρίαν προκόπτοντος ἐν ἀποστάσει κεῖνται τῶν ἐντεῦθεν [f. ἐνταῦθα]· διὸ καὶ καθάρσεις αὖται λέγονται, ἐν ἀποχῇ θεωρούμεναι, τῶν μετὰ [l. τῶν τοῦ] σώματος πράξεων, καὶ συμπαθειῶν τῶν πρὸς αὐτό. αὗται μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς ἀφισταμένης πρὸς τὸ ὄντως ὄν. αἱ δὲ πολιτικαὶ τὸν θνητὸν ἄνθρωπον κατακοσμοῦσαι· καὶ πρόδρομοί τε αἱ πολιτικαὶ τῶν καθάρσεων. δεῖ γὰρ κοσμηθέντα κατ' αὐτὰς ἀποστῆναι τοῦ σὺν τοῖς σώμασι [l. τοῦ σὺν σώματι] πράττειν τι προηγουμένως. διὸ ἐν ταῖς καθάρσεσι τὸ μὲν μὴ δοξάζειν [l. συνδοξάζειν] τῷ σώματι, ἀλλὰ μόνον [l. μόνην] ἐνεργεῖν ὑφίστησι τὸ φρονεῖν· δ διὰ τοῦ καθαρῶς νοεῖν τελειοῦται. τὸ δέ γε μὴ ὁμοπαθεῖν συνίστησι τὸ σωφρονεῖν. τὸ δὲ μὴ φοβεῖσθαι ἀφισταμένην τοῦ σώματος, ὡς εἰς κενόν τι καὶ μὴ ὄν, τὴν ἀνδρίαν. ἡγουμένου δὲ λόγου καὶ νοῦ, καὶ μηδενὸς ἀντιτείνοντος, ἡ δικαιοσύνη. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὰς πολιτικὰς ἀρετὰς διάθεσις ἐν μετριοπαθείᾳ θεωρεῖται, τέλος ἔχουσα τὸ ζῆν ὡς ἄνθρωπον κατὰ φύσιν. ἡ δὲ κατὰ τὰς θεωρητικὰς ἐν ἀπαθείᾳ· ἧς τέλος ἡ πρὸς θεὸν ὁμοίωσις. ἐπεὶ δὲ [καὶ] κάθαρσις, ἡ μέν τις ἦν καθαρεύουσα [l. καθαίρουσα], ἡ δὲ κεκαθαρμένων· αἱ καθαρτικαὶ ἀρεταὶ κατ' ἄμφω θεωροῦνται τὰ σημαινόμενα τῆς καθάρσεως. καθαίρουσί τε γὰρ τὴν ψυχὴν, καὶ καθαρθείσῃ σύνεισι. τέλος γὰρ τὸ κεκαθάρθαι τοῦ καθαίρειν. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ καθαίρειν καὶ κεκαθάρθαι ἀφαίρεσις ἦν παντὸς τοῦ ἀλλοτρίου, τὸ ἀγαθὸν ἕτερον ἂν εἴη τοῦ καθαίροντος. ὡς εἴγε πρὸ τῆς ἀκαθαρσίας ἀγαθὸν ἦν τὸ καθαιρόμενον, ἡ κάθαρσις ἥρκει. ἀλλ' ἀρέσκει [l. ἀρκέσει] μὲν ἡ κάθαρσις, τὸ δὲ καταλειπόμενον ἔσται τὸ ἀγαθὸν, οὐχ ἡ κάθαρσις. ἀλλ' ἡ ψυχῆς φύσις οὐκ ἦν ἀγαθὸν, ἀλλ' ἀγαθοῦ μετέχειν δυνάμενον, καὶ ἀγαθοειδές. οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο ἐν κακῷ. τὸ οὖν ἀγαθὸν αὐτῇ ἐν τῷ συνεῖναι τῷ γεννήσαντι· κακία δὲ τὸ τοῖς ὑστέροις

XXXIV. Aliæ sunt virtutes politici; aliæ tendentis ad contemplationem; quem et contemplativum idcirco, vel etiam contemplantem vocant : et aliæ mentis, qua mens, et ab animæ consortio pura. Virtutes politici in moderatione passionum positæ, hæ sunt : rationis ductum in vitæ officiis actionibusque sequi, et illi obtemperare; ideoque cum eo spectent, ne proximus ex conversatione nostra aliquid damni capiat, ex civilis conversationis congregatione politicæ vocantur. Et prudentia quidem circa partem rationalem versatur : fortitudo circa irascentem : temperantia autem in consensu atque concentu partis concupiscibilis cum ratione : justitia vero, ut singulæ harum proprio suo officio fungantur in imperando et obtemperando. At virtutes hominis ad contemplationem contendentis consistunt in abscessu ab inferioribus hisce : ideo et purgationes eædem appellantur; quæ in abstinentia ab actionibus quæ corporis ministerio fiunt, et ab affectionibus erga corpus, spectantur. Hæ enim virtutes sunt animæ ad verum ens sese elevantis. At civiles hominem mortalem exornant, et præcedunt more anteambulonum purgationes. Hisce enim exornatum abstinere oportet ab actionibus, quæ primo et præcipue corporis opera fiunt. Ideoque in purgationibus prudentia est, non sequi opiniones corporis, sed per se solum operari : quod pure intelligendo perficitur. At ne iisdem cum corpore affectionibus abripiatur, id temperantia præstat. Fortitudo autem, ne metuatur discessus a corpore, quasi in inane et non-ens. Si vero ratio et mens principatum obtineat, nullo reluctante, ea justitia est. Quocirca habitus secundum politicas virtutes in moderatione passionum spectatur : finem hunc sibi propositum habens, ut hominem decet secundum naturam vivere. At habitus secundum virtutes theoreticas, in carentia seu vacuitate affectionum, cujus finis est similitudo cum Deo. Quoniam vero purgatio alia quidem est purgans, alia purgatorum; purgativæ virtutes secundum utramque purgationis significationem spectantur. Nam et animam expurgant, et adsunt purgatæ. Finis enim purgandi est purum evadere. Cumque et purgatio et puritas quasi ablatio quædam sit omnis alieni, utique bonum aliud quid erit a purgante. Adeo ut si ante contractam impuritatem bonum fuerit quod purgatur, sufficiat ipsa purgatio. Verum purgatio quidem sufficiet; quod autem post eam reliquum quæritur, bonum erit, non purgatio. At natura animæ non est bonum, sed quod particeps boni fieri potest, et boniforme alias non incideret in malum. Bonum ergo ejus consistit in eo, si auctori suo conjungatur : malum autem ejus, si rebus inferioribus Et duplex quidem malum : primum

ΛΒ'. Ὥσπερ τὸ ἐπὶ γῆς εἶναι ψυχῇ [l. ψυχῆς] ἐστιν, οὐ τὸ γῆς ἐπιβαίνειν, ὡς τὰ σώματα· τὸ δὲ προεστάναι σώματος, ὃ γῆς ἐπιβαίνει· οὕτω καὶ ἐν ᾅδου εἶναι ἐστὶ ψυχῇ, ὅταν προεστήκει εἰδώλου, φύσιν μὲν ἔχοντος εἶναι ἐν τόπῳ, σκότει δὲ [l. σκοτώδη, σκοτώδει] τὴν ὑπόστασιν κεκτημένου. ὥστε εἰ ὁ ᾅδης ὑπόγειός ἐστι τόπος σκοτεινὸς, ἡ ψυχὴ καίπερ οὐκ ἀποσπωμένη τοῦ ὄντος, ἐν ᾅδου γίγνεται, ἑφελκομένη τὸ εἴδωλον. ἐξελθούσῃ γὰρ αὐτῇ τοῦ στερεοῦ σώματος τὸ πνεῦμα συνομαρτεῖ, ὃ ἐκ τῶν σφαιρῶν συνελέξατο. ἐκ δὲ τῆς πρὸς τὸ σῶμα προσπαθείας τὸν λόγον ἔχουσα τὸν μερικὸν προβεβλημένον, καθ' ὃν σχέσιν ἔσχε πρὸς τὸ τοῖον σῶμα ἐν τῷ βιῶν, ἐκ τῆς προσπαθείας ἐναπομόργνυται τύπος τῆς φαντασίας εἰς τὸ πνεῦμα, καὶ οὕτως ἑφέλκεται τὸ εἴδωλον· ἐν ᾅδου δὲ λέγεται, ὅτι τῆς ἀϊδοῦς φύσεως ἐτύγχανε τὸ πνεῦμα, καὶ σκοτεινῆς. ἐπεὶ δὲ διήκει τὸ βαρὺ πνεῦμα καὶ ἔνυγρον ἄχρι τῶν ὑπογείων τόπων, οὕτω καὶ αὕτη λέγεται χωρεῖν ὑπὸ γῆν· οὐχ ὅτι ἡ αὐτὴ οὐσία μεταβαίνει τόπους, καὶ ἐν τόποις γίνεται· ἀλλ' ὅτι τῶν πεφυκότων σωμάτων τόπους μεταβαίνειν, καὶ εἰληχέναι τόπους, σχέσεις ἀναδέχεται, ἐχομένων αὐτὴν κατὰ τὰς ἐπιτηδειότητας τῶν τοιούτων σωμάτων ἐκ τῆς κατ' αὐτὴν ποιᾶς διαθέσεως. ὡς γὰρ ἂν διετέθη, εὑρίσκει σῶμα, τάξει καὶ τοῖς οἰκείοις ὡρισμένον. διὸ καθαρώτερον μὲν διακειμένῃ σύμφυτον τὸ ἐγγὺς τοῦ ἀύλου σῶμα, ὅπερ ἐστὶ τὸ αἰθέριον· προελθούσῃ δὲ ἐκ λόγου εἰς φαντασίας προβολὴν, σύμφυτον τὸ ἡλιοειδές· θηλυνθείσῃ δὲ καὶ παθαινομένῃ πρὸς τὸ εἶδος, παράκειται τὸ σεληνοειδές. πεσούσης δὲ εἰς σώματα, ὅταν κατὰ τὸ αὐτῆς ἄμορφον στῇ εἶδος ἐξ ὑγρῶν ἀναθυμιάσεων συνεστηκότα, ἄγνοια ἕπεται τοῦ ὄντος τελεία, καὶ σκότωσις, καὶ νηπιότης. καὶ μὴν καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ, ἔτι κατὰ τὴν ὑγρὸν ἀναθυμίασιν τὸ πνεῦμα ἔχουσα τεθολωμένον, σκιὰν ἑφέλκεται, καὶ βαρεῖται· χωρεῖν σπεύδοντος τοῦ τοιούτου πνεύματος εἰς μυχὸν τῆς γῆς φύσει, ἂν μὴ ἄλλη τις αὐτὸ αἰτία ἀνθέλκῃ. ὥσπερ οὖν τὸ γεῶδες ὄστρεον περικειμένῃ ἀνάγκη ἐπὶ γῆς ἐνίσχεσθαι· οὕτω καὶ ὑγρὸν πνεῦμα ἑφελκομένῃ, εἴδωλον περικεῖσθαι ἀνάγκη. ὑγρὸν δὲ ἐφέλκεται, ὅταν συνεχῶς μελετήσῃ ὁμιλεῖν τῇ φύσει, ἧς ἐν ὑγρῷ τὸ ἔργον, καὶ ὑπόγειον μᾶλλον· ὅταν δὲ μελετήσῃ ἀφίστασθαι φύσεως, αὐγὴ ξηρὰ γίνεται, ἀσκιος καὶ ἀνέφελος. ὑγρότης γὰρ ἐν ἀέρι νέφος συνίστησι· ξηρότης δὲ ἀπὸ τῆς ἀτμίδος αὐγὴν ξηρὰν ὑφίστησιν.

ΛΓ'. Τὰ κατηγορούμενα τοῦ αἰσθητοῦ καὶ ἐνύλου ἀληθῶς ἐστὶ ταῦτα· τὸ πάντη εἶναι διαπεφορημένον, τὸ μετάβλητον εἶναι, τὸ ὑφεστάναι ἐν ἑτερότητι, τὸ σύνθετον εἶναι, τὸ καθ' ἑαυτὸ αὐτὸ [l. οὐχ] ὑπάρχειν, τὸ ἐν τόπῳ, τὸ ἐν ὄγκῳ θεωρεῖσθαι, καὶ οἷα [l. ὅσα] τούτοις παρατάξια· τοῦ δὲ ὄντως ὄντος, καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότος τούτῳ, τὸ εἶναι ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ἱδρυμένον, ὡσαύτως τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχειν, τὸ ἐν ταυτότητι [l. αὐτότητι] οὐσιοῦσθαι, τὸ

XXXII. Quemadmodum hoc est animæ esse in terra, non sic in terris versari sicuti corpora; sed præcesse corpori in terris versanti: ita esse in inferno est animæ, quando simulacro præest, quod naturam quidem talem habet ut sit in loco, subsistentiam vero in tenebris obtinet. Quare si infernus subterraneus et tenebrosus locus est, anima licet non abstracta et divulsa ab ente in inferno existit, attrahens sibi simulacrum. Exeuntem enim eam ex solido corpore comitatur etiam spiritus, quem ex sphæris collectum habebat. Sed cum ex affectu erga corpus rationem partialem objectam habeat, secundum quam habitudinem quandam erga istiusmodi corpus obtinebat dum viveret, ex affectu illo propenso figura imaginationis imprimitur spiritui, atque ita simulacrum attrahitur. In inferno autem esse dicitur, quoniam informem obscuramque naturam nactus est spiritus. Et quoniam gravis humidusque spiritus usque ad subterranea loca pertingit, hac ratione et ipsa terram subire dicitur: non quod ipsa illa substantia de loco in locum transeat, et in locis existat; sed quia transeuntium sua natura per loca et loca obtinentium corporum habitudines suscipit; suscipientibus ipsam hujusmodi corporibus pro cujusque aptitudine, ex certa quadam dispositione erga illam. Nam prout disposita fuerit, ita corpus suo ordini, proprietatibusque definitum invenit. Ideoque purius dispositæ corpus quam proxime ad immateriale accedens, ætherium scilicet, adjunctum est: progressæ autem a ratione ad objectum imaginationis, corpus solare adnascitur: sed effeminatæ et formarum amore captæ adjungitur corpus lunare. Delapsam vero in corpora, cum secundum informem ejus speciem ex humidis vaporibus composita exsistant, perfecta entis ignorantia et caligo atque infantia sequitur. Et sane in ipso egressu, gerens adhuc spiritum ob humidam evaporationem turbatum, umbram attrahit, et prægravatur, spiritu ejusmodi sua natura in terræ fundum contendente, nisi alia quædam causa ipsum in contrariam partem retrahat. Quemadmodum igitur terrena hac testa circumtectam in terra degere necessum est; ita etiam humidum spiritum attrahens, simulacrum necessario adjunctum habet. Attrahit autem humorem, cum perpetuo adesse studet naturæ, cujus operatio in humore consistit, et quæ subterranea potius est. Ubi autem operam dederit ut a natura secedat, splendor siccus existit, nulla umbra ac nube obscuratus. Humiditas enim nebulam in aere constituit: siccitas vero ex halitione splendorem siccum sudumque producit.

XXXIII. Hæc de sensibili et materiali vere affirmantur. esse omnino extensum seu diffusum, esse mutabile, subsistere in alteratione, esse compositum, ipsum per semetipsum [non] existere; in loco, et mole corporea conspici: aliaque his similia. At de vero ente et per semetipsum subsistente hæc prædicantur: semper in semetipso situm esse, eodem modo atque secundum idem se habere, ipsa substantia in identitate consistere, esse immutabile

ἀλόγου παθήτικῆς κινήσεως· πῶς δ' ἂν γένοιτο καὶ μέχρι τίνος, ῥητέον.

Πρῶτον μὲν οἷον θεμέλιος καὶ ὑποβάθρα τῆς καθάρσεως, τὸ γνῶναί ἑαυτὸν, ψυχὴν ὄντα ἐν ἀλλοτρίῳ πράγματι καὶ ἑτερουσίῳ συνδεδεμένην.

Δεύτερον, τὸ ἀπὸ τούτου ὁρμώμενον τοῦ πιέσματος [l. πείσματος] συνάγειν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ τοῖς οἷον τόποις, πάντως γε μὴν ἀπαθῶς πρὸς αὐτὸ διατιθέμενον. ἐνεργῶν μὲν γάρ τις συνεχῶς κατ' αἴσθησιν, κἂν μὴ μετὰ προσπαθείας καὶ τῆς τοῦ ἥδεσθαι ἀπολαύσεως τοῦτο ποιεῖ· ἀλλ' οὖν ἐσκέδασται [δ] περὶ τὸ σῶμα, συναφὴς αὐτῷ κατ' αὐτὴν γινόμενος· προσπάσχομεν δὲ ταῖς τῶν αἰσθητῶν ἡδοναῖς ἢ λύπαις σὺν προθυμίᾳ καὶ ἐπινεύσει συμπαθεῖ. ἀφ' ἧς δὴ μάλιστα διαθέσεως αὐτὸν προσήκει καθαίρειν· τοῦτο δ' ἂν γένοιτο, εἰ καὶ τὰς ἀναγκαίας τῶν ἡδονῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις, ἰατρείας ἕνεκα μόνον τις παραλαμβάνει, ἢ ἀπαλλαγὴν πόνων, ἵνα μὴ ἐμποδίζοιτο. ἀφαιρετέον δὲ καὶ τὰς ἀλγηδόνας. εἰ δὲ μὴ οἷόντε εἴη, πρᾴως οἱστέον ἐλάττους τιθέντα τῷ μὴ συμπάσχειν. τὸν δὲ θυμὸν, ὅσον οἷόντε, ἀφαιρετέον· καὶ μὴ μελετητέον πάντη. εἰ δὲ μὴ, μὴ αὐτῷ γοῦν συναναμιγνύναι τὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἄλλου εἶναι τὸ ἀπροαίρετον. τὸ δ' ἀπροαίρετον ἀσθενὲς καὶ ὀλίγον. τὸν δὲ φόβον, πάντη· περὶ οὐδενὸς γὰρ φοβήσεται. τὸ δ' ἀπροαίρετον, καὶ ἐνταῦθα. χρηστέον δὲ ἄρα καὶ θυμῷ καὶ φόβῳ ἐν νουθετήσει. ἐπιθυμίαν δὲ παντὸς φαύλου ἐξοριστέον. σιτίων δὲ καὶ ποτῶν οὐκ αὐτὸς ἕξει, ἥπερ αὐτός. ἀφροδισίων δὲ τῶν φυσικῶν, οὐδὲ τὸ ἀπροαίρετον· εἰ δ' ἄρα ὅσον μέχρι φαντασίας προπετοῦς, τῆς κατὰ τοὺς ὕπνους. ὅλως δὲ αὐτὴ μὲν πάντων ἡ ψυχὴ, ἡ νοερὰ τοῦ καθαιρομένου τούτων ἔστω καθαρά. βουλέσθω δὲ καὶ τὸ κινούμενον πρὸς τὸ ἄλογον τῶν σωματικῶν παθῶν ἀσυμπαθῶς κινεῖσθαι καὶ ἀπροσέκτως· ὥστε καὶ τὰς κινήσεις εὐθὺς λύεσθαι τῇ γειτνιάσει τοῦ λογιζομένου. οὐκ ἔσται τοίνυν μάχη προκοπτούσης τῆς καθάρσεως· ἀλλὰ λοιπὸν παρὼν ὁ λόγος ἀρκέσει. ὃν τὸ χεῖρον αἰδέσεται, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χεῖρον δυσχεραῖναι, ἂν ὅλως κινηθῇ· ὅτι μὴ ἡσυχίαν ἦγε παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ ἀσθένειαν ἑαυτῷ [l. αὐτῷ] ἐπιτιμῆσαι. καὶ αὗται μὲν ἔτι μετριοπάθειαι, ἐπίτασιν εἰς ἀπάθειαν λαμβάνουσαι. ὅταν δὲ παντελῶς τὸ συμπαθὲς ἐκκαθαρθῇ, σύνεστι τούτῳ τὸ ἀπαθές· ὅτι καὶ τὸ πάθος τὴν κίνησιν ἐλάμβανε, τοῦ λογισμοῦ τὸ ἐνδόσιμον διὰ τῆς ῥοπῆς παρεσχηκότος.

ΛΕ'. Ἕκαστον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔστι που, εἰ ὅλως ἔστι που, οὐ μήν τοι παρὰ τὴν φύσιν. σώματι μὲν οὖν ἐν ὕλῃ καὶ ὄγκῳ ὑφεστῶτι τὸ εἶναί που ἔστι τὸ ἐν τόπῳ εἶναι· διὸ καὶ τῷ σώματι τοῦ κόσμου ἐνύλῳ καὶ ἐνόγκῳ ὄντι, τὸ πανταχοῦ εἶναι ὑπῆρξεν ἐν διαστάσει τε καὶ τόπῳ διαστάσεως· τῷ δὲ νοητῷ κόσμῳ, καὶ ὅλως τῷ ἀΰλῳ καὶ καθαυτὸ ἀσωμάτῳ, ἀόγκῳ ὄντι καὶ ἀδιαστάτῳ, οὐδ' ὅλως τὸ ἐν τόπῳ πρόσεστιν. ὥστε τὸ εἶναι πανταχοῦ τῷ ἀσωμάτῳ οὐκ ἦν τοπικόν.

motu. Quomodo autem et quatenus obtingat, nunc dicendum.

Primo quidem veluti fundamentum et basis purgationis est, noscere semetipsum animam esse in re aliena substantiæ prorsus diversæ devinctam.

Secundo, quod ab hoc fundamento exsurgit [*corr.* quod ab hac persuasione proficiscitur]: colligere semetipsum a corpore et quasi e diversis locis, ita ut omnino liber sis ab ejus affectionibus. Nam dum quis frequenter secundum sensum operatur, licet non cum propensione affectus, et voluptatis perceptione id faciat, distrahitur nihilominus corporis cura, dum per sensum cum eo conjungitur. Sed et sensibilium voluptatibus doloribusve cum animi quadam inclinatione et affectus propensione afficimur. Ab hujusmodi autem dispositione vel inprimis se purgare oportet. Id autem fiet, si necessarias etiam voluptates sensusque medelæ tantum causa admittat, aut doloribus propulsandis, ne impediatur. Tollendi autem et dolores. Aut si id fieri non possit, æquanimiter ferendi erunt, minores reddendo, eo quod sensu eorum non afficimur. Ira autem, quantum fieri poterit, tollenda; nec ullo modo meditato consilio agitanda. Id si nequeat, saltem non admiscendum ei animi propositum; ut alterius sit subita nec præmeditata commotio. Quicquid autem absque animi proposito fit, id invalidum et exiguum est. Metus vero omnis tollendus: nihil enim metuet. Sed et hic animi propositum absit. Verum enimvero utendum et ira et metu in admonendo. Omnis etiam mali cupiditas exterminanda. Cibo autem et potui non ipse, qua ipse, indulgebit. At rerum venerearum naturalium ne subitos quidem et involuntarios motus sentiat: aut saltem cum levissima imaginatione, qualis per somnum animo obversatur. At ipsa intellectualis anima hominis purgati ab omnibus hisce prorsus sit pura. Studeat quoque, ut corporalium affectionum motus ad irrationale voluntate nec consentiente nec advertente moveantur: adeo ut motus isti rationis vicinia statim elanguescant. Non ergo erit pugna, proficiente purgatione, sed porro ratio præsens sufficiet. Quam sequior illa pars verebitur: adeo ut indignetur ipsa pars deterior, si omnino commota fuerit, eo quod præsente domino non quieverit; et impotentiam sibimetipsi exprobret. Et hæ quidem adhuc moderatæ passiones sunt, quæ tandem in vacuitatem affectuum proficiunt. Nam ubi omnis compassio demum expurgata fuerit, tum vacuitas passionum adest: quia hinc affectus motum accipiebat, quod ratio sua propensione quasi frænum laxaret.

XXXV. Unumquodque secundum naturam suam alicubi est; si modo sit alicubi, non præter naturam. Corpori igitur in materia et mole subsistenti esse alicubi est esse in loco; ideoque corpori mundano, utpote materiali et mole prædito, esse ubique consistit in intervallo et loco intervalli: mundo autem intellectuali, et omni omnino rei immateriali, utpote nulla mole prædito, nec ullo intervallo extenso, nullo quoque modo adest esse in loco. Adeo ut esse ubique incorporeo non sit locale.

καὶ διπλῆ γε κακία· τό, τε τούτοις συνεῖναι, καὶ μετὰ παθῶν ὑπερβολῆς· διὸ πᾶσαι αἱ πολιτικαὶ ἀρεταὶ, μιᾶς γοῦν αὐτὴν κακίας ἀπαλλάττουσαι, ἀρεταὶ ἐκλήθησαν καὶ τίμιοι. αἱ δὲ καθαρτικαὶ, τιμιώτεραι, καὶ τῆς ὡς ψυχὴν κακίαν [l. ὡς ψυχικῆς κακίας] ἀπαλλάττουσαι. δεῖ τοίνυν καθηραμένην αὐτὴν συνεῖναι τῷ γεννήσαντι. καὶ ἀρετὴ ἄρα αὐτῆς μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτὴ πάρεστιν [l. αὕτη, ἥπερ ἐστὶν] ἐν γνώσει καὶ εἰδήσει τοῦ ὄντος· οὐχ ὅτι οὐκ ἔχει παρ' αὑτῇ ταύτην, ἀλλ' ὅτι ἄνευ τοῦ πρὸ αὐτῆς οὐχ ὁρᾷ τὰ αὐτῆς. Ἄλλο οὖν γένος τρίτον ἀρετῶν μετὰ τὰς καθαρτικὰς καὶ πολιτικὰς, νοερῶς τῆς ψυχῆς ἐνεργούσης. σοφία μὲν καὶ φρόνησις ἐν θεωρίᾳ ὧν νοῦς ἔχει· δικαιοσύνη δὲ, οἰκειοπραγία ἐν τῇ πρὸς τὸν νοῦν ἀκολουθίᾳ καὶ τὸ [l. τῷ] πρὸς τὸν νοῦν ἐνεργεῖν. σωφροσύνη δὲ, ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφή. ἡ δὲ ἀνδρία, ἀπάθεια, καθ' ὁμοίωσιν τοῦ πρὸς ὃ βλέπει, ἀπαθὲς ὂν τὴν φύσιν. καὶ ἀνταπολουθοῦσί γε αὗται ἀλλήλαις, ὥσπερ καὶ ἄλλαι. Τέταρτον δὲ εἶδος ἀρετῶν, τὸ τῶν παραδειγματικῶν, αἵπερ ἦσαν ἐν τῷ νῷ· κρείττους οὖσαι τῶν ψυχικῶν, καὶ τούτων παραδείγματα· ὧν καὶ τῆς ψυχῆς ἦσαν ὁμοιώματα. νοῦς μὲν ἐν ᾧ ἅμα πάντα, ὥσπερ παραδείγματα. ἐπιστήμη δὲ, ἡ φρόνησις. σοφία δὲ γινώσκων ὁ νοῦς· τὸ δὲ πρὸς αὐτὸν, ἡ σωφροσύνη. τὸ δὲ οἰκεῖον ἔργον [δικαιοσύνη] ἡ οἰκειοπραγία. ἡ δὲ ἀνδρία, ἡ ταυτότης, καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν καθαρὸν, διὰ δυνάμεως περιουσίας. Τέτταρα τοίνυν ἀρετῶν γένη πέφηνεν· ὧν αἱ μὲν ἦσαν τοῦ νοῦ, αἱ παραδειγματικαὶ, καὶ σύνδρομοι αὐτοῦ τῇ οὐσίᾳ· αἱ δὲ ψυχῆς πρὸς νοῦν ἐνορώσης ἤδη, καὶ πληρουμένης ἀπ' αὐτοῦ· αἱ δὲ [ὡς] ψυχῆς ἀνθρώπου, καθαιρομένης τε καὶ καθαρθείσης ἀπὸ σώματος καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν· αἱ δὲ ψυχῆς ἀνθρώπου κατακοσμούσης τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὸ μέτρα τῇ ἀλογίᾳ ἀφορίζειν, καὶ μετριοπάθειαν ἐνεργάζεσθαι. καὶ ὁ μὲν ἔχων τὰς μείζους, ἐξ ἀνάγκης ἔχει καὶ τὰς ἐλάττους· οὐ μὴν τοὔμπαλιν· οὐκέτι μέντοι τῷ ἔχειν καὶ τὰς ἐλάττους ὁ ἔχων τὰς μείζους ἐνεργήσει κατὰ τὰς ἐλάττους προηγουμένως, ἀλλὰ μόνον κατὰ περίστασιν τὴν τῆς γενέσεως. ἄλλοι γὰρ οἱ σκοποὶ, ὥσπερ εἴρηται, καὶ κατὰ γένος διαφέρονται. τῶν γὰρ πολιτικῶν, μέτρον ἐπιθεῖναι τοῖς πάθεσι πρὸς τὰς πρακτικὰς τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας. τῶν δὲ καθαρτικῶν, τελέως τῶν παθῶν ἀποστῆσαι· τῶν δὲ πρὸς νοῦν ἐνεργῆσαι, μηδὲ τοῦ ἀποστῆσαι ἐκ τῶν παθῶν εἰς ἔννοιαν ἀφικνουμένους· τῶν δὲ λοιπῶν ἀναλόγως τοῖς εἰρημένοις· διὸ καὶ ὁ μὲν κατὰ τὰς πρακτικὰς ἐνεργῶν, σπουδαῖος ἦν ἄνθρωπος. ὁ δὲ κατὰ τὰς καθαρτικὰς, δαιμόνιος ἄνθρωπος, ἢ καὶ δαίμων ἀγαθός. ὁ δὲ κατὰ μόνας τὰς πρὸς νοῦν, θεός. ὁ δὲ κατὰ τὰς παραδειγματικὰς, θεῶν πατήρ. ἐπιμελητέον οὖν μάλιστα τῶν καθαρτικῶν ἡμῖν, σκεψαμένοις ὅτι τούτων μὲν ἡ τεῦξις ἐν τῷ βίῳ τούτῳ· διὰ τούτων δὲ, καὶ ἡ εἰς τὰς τιμιωτέρας ἄνοδος. διὸ θεωρητέον, ἐφ' ὅσον τίνος καὶ ἐπὶ πόσον οἵατε παραλαμβάνεσθαι ἡ ἀφαρσις· ἔστι μὲν γὰρ ἀπόστασις σώματος καὶ τῆς

quod inferioribus conjungatur : tum quod cum nimia passionum vehementia id fiat. Ideoque omnes politicæ virtutes, quæ ab uno eam malo liberant, virtutum nomen pretiumque meruerunt. Purgativæ autem præstantiores, liberantes eam a malo, quatenus anima est. Quapropter purgatam cum auctore suo conjungi oportet : quare et virtus ejus post conversionem consistit in cognitione atque scientia veri entis ; non quod ea destituta sit, sed quod sine eo quod ipsam antecedit non videt quæ in se habet. Restat ergo aliud quoddam tertium genus virtutum post purgativas ac politicas, animæ intellectualiter operantis. Ille sapientia et prudentia in contemplatione eorum quæ mens habet. Justitia proprii muneris functio, dum mentem sequitur, et secundum mentem operatur. Temperantia autem, conversio intrinsecus ad mentem. Fortitudo, passionum carentia, ad similitudinem ejus ad quod respicit, quod natura sua est impassibile. Et hæ quidem semet invicem sequuntur, ut et cæteræ. Quartum genus virtutum est exemplarium, quæ in mente existunt, et animæ virtutibus longe antestant : suntque hæ illarum exemplaria, sicuti et animæ virtutes harum erant similitudines. Et mens quidem est in qua simul sunt omnia, velut exemplaria : scientia vero prudentiæ instar est : sapientia autem intellectus cognoscens. Quod autem ad semetipsum convertitur, temperantia. Quod proprio munere fungitur, id proprium justitiæ officium. Fortitudo autem, quod in eodem semper statu et pura in semetipsa ob virium præstantiam permanet. Quattuor ergo virtutum genera ostendimus, quarum aliæ quidem erant mentis, exemplares scilicet, quæ cum ipsa substantia ejus concurrunt : aliæ vero animæ, ut animæ jam ad mentem respicientis, et ab ea repletæ : aliæ autem animæ hominis in purgando occupatæ, aut jam a corpore brutisque passionibus purgatæ : aliæ vero animæ hominis exornantis hominem, eo quod terminos modumque irrationali facultati præstituit, et passionum moderationem inducit. Et is quidem qui majores obtinet, obtinet etiam necessario minores : sed non vice versa. Neque enim majoribus instructus, quia et minores possidet, ideo primo et præcipue secundum minores operabitur ; sed tantum secundum mortalis conditionis circumstantiam. Scopi enim, uti dictum est, secundum genera differunt. Scopus enim politicarum est modum adhibere affectibus, ad actiones ex naturæ præscripto obeundas : purgativarum vero, affectuum penitus memoriam delere : aliarum vero, consentanea intellectui agere, ac ne quidem de affectibus descrendis cogitare. Cæterarum autem scopi, pro ratione illorum quæ diximus. Ideoque qui secundum practicas virtutes operatur, vir probus est : qui secundum purgativas, homo dæmonius, sive divinus, seu genius bonus. Qui vero secundum solas intellectuales, deus. At qui secundum exemplares, deorum pater. Inprimis ergo purgativis nos studere oportet, id nobiscum considerantes, eas in hac vita obtineri posse : et per eas deinde gradus patere ad excellentiores. Ideoque videndum quousque et in quantum purgatio percipi possit. Est enim divortium a corpore et ab irrationali passionum

χις τὸ αὐτῶν ἐλάττωμα τῆς φύσεως ἐκείνῳ καταψεύδεσθαι· καὶ ἀπορεῖν γε περὶ τῆς οὐσίας ἀπὸ τῆς αὐτῆς εἰωθυίας ἡ εἰς τὴν ἐκείνης μετάβασιν.

ΛΖ'. Τὸ ὄντως ὂν οὔτε μέγα οὔτε μικρόν ἐστι· τὸ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν, κυρίως ὄγκου ἴδια. ἐκβεβηκὸς δὲ τὸ μέγα καὶ μικρὸν καὶ ὑπὲρ τὸ μέγιστον, καὶ ὑπὲρ τὸ ἐλάχιστον, ταυτὸ καὶ ἓν ἀριθμῷ ὄν· εἰ καὶ εὑρίσκεται ἅμα ὑπὸ παντὸς μεγίστου, καὶ ὑπὸ παντὸς ἐλαχίστου μετεχόμενον. μήτε ἄρα ὡς μέγιστον αὐτὸ ὑπονοήσεις· εἰ δὲ μὴ, ἀπορήσεις, πῶς μέγιστον ὂν τοῖς ἐλαχίστοις ὄγκοις πάρεστι, μὴ μειωθὲν ἢ συσταλέν. μήτε ὡς ἐλάχιστον· εἰ δὲ μὴ, πάλιν ἀπορήσεις, πῶς ἐλάχιστον ὂν τοῖς μεγίστοις ὄγκοις πάρεστι, μὴ πολλαπλασιασθὲν ἢ αὐξηθὲν, ἢ παραταθέν. ἀλλὰ τὸ ἐκβεβηκὸς τὸν μέγιστον ὄγκον εἰς τὸ μέγιστον, καὶ τὸν ἐλάχιστον εἰς τὸ ἐλάχιστον ἅμα λαβὼν, ἐπινοήσεις πῶς ἅμα καὶ ἐν τῷ τυχόντι καὶ ἐν ἀπείροις θεωρεῖται πλήθεσί τε καὶ ὄγκοις, τὸ αὐτὸ ὂν, καὶ ἐν ἑαυτῷ μένον. σύνεστι γὰρ τῷ μεγέθει τοῦ κόσμου κατὰ τὴν αὐτοῦ ἰδιότητα ἀμερῶς τε καὶ ἀμεγέθως· καὶ φθάνει τὸν ὄγκον τοῦ κόσμου καὶ πᾶν μέρος τοῦ κόσμου περιλαβὸν τῇ ἑαυτοῦ ἀμερείᾳ. ὥσπερ αὖ ὁ κόσμος τῇ ἑαυτοῦ πολυμερείᾳ πολυμερῶς αὐτῷ σύνεστι, καὶ καθ' ὅσον οἷόστε, καὶ οὐ δύναται αὐτὸ περιλαβεῖν, οὔτε καθόλου, οὔτε κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν· ἀλλ' ἐν πᾶσιν αὐτῷ ὡς ἀπείρῳ καὶ ἀδιεξιτήτῳ ἐντυγχάνει· κατά τε ἄλλα, καὶ καθ' ὅσον ὄγκου παντὸς καθαρεύει.

ΛΖ'. Τὸ ὄγκῳ μεῖζον, δυνάμει ἔλαττον, συγκρινόμενον οὐ πρὸς τὰ ὅμοια γένη, πρὸς δὲ τὰ κατ' εἴδος ἐξηλλαγμένα, ἢ δι' ἑτερότητα οὐσίας· οἷον γὰρ ἔκβασις ἦν ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ ὄγκος, καὶ κατακερματισμὸς τῆς δυνάμεως· τὸ ἄρα δυνάμει ὑπερέχον ὄγκου παντὸς ἀλλότριον. πεπλήρωται γὰρ ἑαυτῆς ἡ δύναμις εἰς ἑαυτὴν κεχωρηκυῖα, καὶ ἑαυτὴν δυναμοῦσα τὸ οἰκεῖον κέκτηται κράτος· διόπερ τὸ σῶμα προελθὸν εἰς ὄγκον τοσοῦτον ἀφέστηκεν ἐν ἐλαττώσει δυνάμεως τῆς τοῦ ἀσωμάτου ὄντως ὄντος δυνάμεως, ὅσον τὸ ὄντως ὂν ἐν ὄγκῳ οὐκ ἐκενώθη, μένον ἐν μεγέθει τῆς αὐτῆς διὰ τὸ ἄογκον δυνάμεως. ὡς οὖν τὸ ὄντως ὂν πρὸς ὄγκον ἀμέγεθες καὶ ἄογκον· οὕτω τὸ σωματικὸν πρὸς τὸ ὄντως ὂν ἀσθενὲς καὶ ἀδύνατον. τὸ μὲν γὰρ μεγέθει δυνάμεως μέγιστον, ὄγκου λειπόμενον. ὥστε πανταχοῦ ὢν ὁ κόσμος, πανταχοῦ ὄντος [l. ὄντως] τῷ ὄντι ὡς [l. ὃ] λέγεται πανταχοῦ εἶναι ἐντυγχάνων, περιλαβεῖν τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως οὐ δύναται. ἐντυγχάνει δὲ, οὐ μεριστῶς συνόντι, ἀλλ' ἀμεγέθως καὶ ἀορίστως. ἡ οὖν παρουσία, οὐ τοπικὴ, ἐξομοιωτικὴ δὲ, καθόσον οἷόντε σῶμα ὁμοιοῦσθαι ἀσωμάτῳ, καὶ ἀσώματον θεωρεῖσθαι ἐν σώματι ὁμοιωμένου [l. ὁμοιωμένῳ] αὐτῷ. καὶ οὐ πάρεστιν οὖν τὸ ἀσώματον, καθόσον ὁμοιοῦσθαι τὸ ἔνυλον τῷ καθαρῷ ἀΰλῳ οὐχ οἷόντε· καὶ πάρεστι καθόσον ὁμοιοῦσθαι δύναται τὸ σωματικὸν τῷ ἀσωμάτῳ· οὐ μὴν ἔτι καὶ διὰ τῆς καταδοχῆς· ἐφθάρη γὰρ ἂν ἑκάτερον· τὸ μὲν ἔνυλον δεξάμενον τὸ ἄϋλον, διὰ τῆς εἰς αὐτὸ μεταβολῆς

turæ defectu alterius naturam mentiantur : quin et dubitent de substantia, quæ a propria sua in illius videtur transiisse.

XXXVI. Verum ens nec magnum nec parvum est. Nam magnum et parvum molis corporeæ propria sunt. Verum excedit et magnum et parvum, supra utrumque, imo et supra maximum, ac minimum unum idemque numero; licet simul ab omni maximo minimoque participatione perceptum deprehendatur. Quocirca nec ut maximum animo cogites : alias enim dubitabis, quomodo illud quod est maximum, rebus minimæ magnitudinis adsit, non imminutum vel contractum : nec cogites ut minimum; iterum enim dubitabis, quomodo id quod est minimum, rebus maximæ molis adsit, non multiplicatum, vel auctum vel extensum. Verum id quod maximam molem intervallo maximo, et minimam minimo excedit simul sumens, cogitabis quomodo et in quacunque re obvia, et in quavis alia, et in infinitis multitudinibus et magnitudinibus conspiciatur, idem existens et in seipso manens. Nam et magnitudini mundi secundum ejus proprietatem adest absque divisione et magnitudine; et excedit molem mundi omnemque mundi partem indivisa sua unitate comprehendens. Ut vice versa mundus partium suarum multitudine divisus partium diversitate divisim quantumque fieri potest illi adest : neque comprehendere id valet, nec universim, nec secundum omnem suam potentiam. Sed adest ipsi in omnibus utpote infinito et impenetrabili; cum secundum alia, tum in quantum ab omni corporea mole purum existit.

XXXVII. Quod mole corporea majus est, minus virium obtinet, si comparetur non cum iis quæ simili genere conveniunt, sed quæ specie differunt, sive ob substantiæ diversitatem. Nam moles corporea quasi excessus seu egressio quædam est extra semetipsum et potentiæ in minimas particulas divisio. Idcirco quod viribus seu potentia maxime excellit, ab omni corporea magnitudine alienum est. Virtus enim ejus in semetipsam coiens plenior perfectiorque evadit, et semetipsam corroborans proprias vires obtinet. Quapropter corpus mole extensum virium diminutione in tantum ab incorporei verique entis virtute recedit, in quantum verum ens corporea mole non consumitur aut evacuatur, permanens in ejusdem virtutis magnitudine, eo quod omni mole incorporea caret. Sicuti ergo verum ens respectu molis corporeæ omni magnitudine moleque caret : ita corporeum respectu veri entis infirmum et virtute viribusque destitutum. Quod enim virtutis magnitudine est maximum, omni mole corporea caret. Adeo ut mundus ubique existens, et vero enti vere et reipsa ubique existenti ubique præsens, magnitudinem virtutis ejus complecti nequeat. Præsens autem est, non divisim et per partes, sed citra magnitudinem atque indefinite, præsenti. Præsentia ergo non localis, sed adsimulativa, in quantum corpus incorporeo adsimilari, et incorporeum in corpore sibi adsimilato contemplando percipi potest. Non adest igitur incorporeum, in quantum immateriale pure immateriali adsimilari nequit : et adest in quantum corporeum incorporeo potest adsimilari : neque id sane per comprehensionem [*corr.* receptionem] : corrumperetur enim utrumque : quando quidem materiale suscipiens immateriale in illud transmu-

οὔτε ἄρα μέρος μέντοι ἔσται αὐτοῦ τῇδε, μέρος δὲ τῇδε. οὐκέτι γὰρ ἐκτὸς ἔσται τόπου, οὐδὲ [ἀ]διάστατον· ἀλλ' ὅλον ἐστίν, ὅπου καὶ ἐστίν. οὔτε ἐνθάδε μέν ἐστιν, ἀλλαχοῦ δὲ οὔ. κατειλημμένον γὰρ ἔσται ὑπὸ τόπῳ τῇδε· ἀφεστηκὸς δὲ τοῦ ἐκεῖσε. οὐδὲ πόῤῥω μὲν τοῦδε, ἐγγὺς μέντοι τοῦδε. ὡς τὸ πόῤῥω καὶ ἐγγὺς τῶν ἐν τόπῳ πεφυκότων εἶναι λέγεται, κατὰ μέτρα διαστημάτων. ὅθεν ὁ μὲν κόσμος τῷ νοητῷ διαστατικῶς πάρεστι· τὸ δὲ ἀσώματον τῷ κόσμῳ, ἀμερῶς καὶ ἀδιαστάτως· τὸ δ' ἀμερὲς ἐν διαστατῷ ὅλον γίνεται κατὰ πᾶν μέρος, ταυτὸν ὂν καὶ ἓν ἀριθμῷ. τῷ μὲν ἄρα πεπληθυσμένῳ φύσει, καὶ μεμεγεθυσμένῳ, τὸ ἀμερὲς καὶ ἀπλήθυντον μεμεγέθυνται καὶ πεπλήθυνται· καὶ οὕτως αὐτοῦ ἀπολαύει ὡς αὐτὸ πέφυκεν, οὐχ ὡς ἐκεῖνό ἐστι. τῷ δ' ἀμερεῖ καὶ ἀπληθύντῳ φύσει ἀμερές ἐστι καὶ ἀπλήθυντον τὸ μεριστὸν καὶ πεπληθυσμένον, καὶ οὕτως αὐτῷ πάρεστι· τουτέστιν, αὐτὸ ἀμερῶς πάρεστι καὶ ἀπληθύντως, καὶ ἀτόπως, κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, τῷ μεριστῷ καὶ πεπληθυσμένῳ φύσει, καὶ ὄντι ἐν τόπῳ· τὸ δὲ μεριστὸν, πεπληθυσμένον καὶ ἐν τόπῳ πάρεστι θατέρῳ τούτων ἐκτὸς ὄντι μεριστῶς καὶ πεπληθυσμένως καὶ τοπικῶς. δεῖ τοίνυν ἐν ταῖς σκέψεσι κατακρατοῦντας τῆς ἑκατέρου ἰδιότητος, μὴ ἐπαλλάττειν τὰς φύσεις· μᾶλλον δὲ τὰ προσόντα τοῖς σώμασιν ἢ τοιαῦτα μὴ φαντάζεσθαι καὶ δοξάζειν περὶ τὸ ἀσώματον. οὐ γὰρ ἂν τὰ ἴδιά τις τοῦ καθαρῶς ἀσωμάτου προσγράψειε τοῖς σώμασι. τῶν μὲν γὰρ σωμάτων ἐν συνηθείᾳ πᾶς· ἐκείνων δὲ μόλις ἐν γνώσει γίνεται, ἀοριστῶν περὶ αὐτὰ, οὐχ ὅτι καὶ αὐτόθεν ἐπιβάλλων, ἕως ἂν ὑπὸ φαντασίας κρατῆται. οὕτως οὖν ἐρεῖς· εἰ τὸ μὲν ἐν τόπῳ καὶ ἔξω ἑαυτοῦ, ὅτι εἰς ὄγκον προελήλυθε· τὸ νοητὸν οὔτε ἐν τόπῳ, καὶ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι οὐκ εἰς ὄγκον προελήλυθεν. εἰ τὸ μὲν εἰκών, τὸ δὲ ἀρχέτυπον· τὸ μὲν πρὸς τὸ νοητὸν κέκτηται τὸ εἶναι· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ. πᾶσα γὰρ εἰκὼν νοῦ ἐστιν εἰκών. καὶ ὡς μεμνημένον δεῖ τῆς ἀμφοῖν ἰδιότητος, μὴ θαυμάζειν τὸ παρηλλαγμένον ἐν τῇ συνόδῳ· εἰ δεῖ ὅλως σύνοδον λέγειν· οὐ γὰρ δὴ σωμάτων σύνοδον σκοπούμεθα, ἀλλὰ πραγμάτων παντελῶς ἐκβεβηκότων ἀπ' ἀλλήλων, κατ' ἰδιότητα ὑποστάσεως. διὸ καὶ ἡ σύνοδος ἐκβεβηκυῖα τῶν θεωρεῖσθαι εἰωθότων ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων. οὔτε οὖν κρᾶσις, ἢ μῖξις, ἢ σύνοδος, ἢ παράθεσις· ἀλλ' ἕτερος τρόπος· φαντάζων μὲν παρὰ τὰς ὁπωσοῦν γινομένας ἄλλων πρὸς ἄλλα κοινωνίας τῶν ὁμοουσίων, πασῶν δὲ ἐκβεβηκὸς τῶν πιπτουσῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν. ἐν ἀπείροις μέρεσιν εἰ τύχοι τοῦ διαστατοῦ παρὸν ὅλον τὸ ἀδιάστατον· οὔτε μερισθὲν πάρεστι, τῷ μέρει διδὸν μέρος· οὔτε πληθυνθὲν τῷ πλήθει παρέσχεν ἑαυτὸ πολλαπλασιασθέν. ἀλλ' ὅλον πᾶσί τε τοῖς μέρεσι τοῦ ὠγκωμένου, ἑνί τε ἑκάστου τοῦ πλήθους καὶ παντὶ ὄγκῳ, τῷ καὶ παντὶ τῷ πλήθει πάρεστιν ἀμερῶς καὶ ἀπληθύντως, καὶ ὡς ἓν ἀριθμῷ. τὸ δὲ μερικῶς καὶ διῃρημένως ἀπολαύειν αὐτοῦ προσῆν τοῖς εἰς μέρη [ἑτέρῳ] δύναμιν ἐσκεδασμένοις· οἷς συνέβαινε πολλάκις

Quare nec pars ejus erit hic, pars vero istic. Neque enim extra locum erit, nec intervallo extensum : sed totum est, ubicunque est. Neque hic quidem est, alibi vero non est. Ita enim hoc quidem loco foret comprehensum; ab isto autem loco disjunctum. Nec procul quidem ab hoc, prope vero istum : quemadmodum procul et prope dicitur de iis quæ sua natura in loco existunt, secundum spatia intervallorum. Unde mundus quidem intellectuali adest per modum extensionis seu intervalli; incorporeum autem mundo nec partibus nec spatiis divisum. Indivisum autem in disjuncto seu spatiis extenso totum existit secundum quamlibet partem, unum idemque numero existens. Ei autem quod natura multiplex et magnitudine extensum, id quod impartibile est et immultiplicabile magnitudine extenditur et multiplicatur : et ita eo fruitur prout illius fert natura, non autem quale hoc existit. Impartibili autem et immultiplicabili sua natura id quod divisum et multiplex, indivisum est nec multiplicatum; atque ita adest ei : hoc est, adest nec divisum, nec multiplicatum, nec loco circumscriptum secundum propriam suam naturam, ei quod divisibile est et sua natura multiplex, et loco comprehensum. Sed illud quod divisibile et multiplex et loco comprehensum, adest alteri horum exterius existenti divisibiliter, et multipliciter, et localiter. Quocirca in disquirendo oportet nos utriusque proprietatem servantes non confundere naturas : quin imo nec ea quæ corporibus adsunt, aut simile quid, de incorporeo imaginando concipere vel opinari. Neque enim quisquam rei pure incorporeæ proprietates corporibus adscripserit. Corporibus enim omnes assuevimus : sed in illorum cognitionem vix quisquam penetrat, dubius incertusque circa ea fluctuans, tantum abest ut pertingat atque ea comprehendat, quamdiu imaginationi est obnoxius. Sic ergo dices : si id quod est in loco, etiam extra semetipsum est, eo quod in molem corpoream processit; id quod mente percipitur, nec in loco est, et in semetipso, quia nulla mole diffusum. Si illud quidem imago, hoc vero exemplar primarium : illud quidem esse suum obtinet juxta id quod mente percipitur; hoc autem in semetipso. Omnis enim imago, mentis imago est. Sed meminisse oportet proprietatis utriusque, nec mirari eam in mutuo concursu permutationem fieri : si modo concursus sive conjunctio dicenda. Neque enim corporum concursum spectamus, sed rerum quæ omnino se invicem excedunt, secundum subsistentiæ proprietatem Ideoque conjunctio hæc excedit omnia ea, quæ de ejusdem substantiæ rebus considerari solent. Quapropter nec temperamentum, vel mixtio, vel conjunctio, vel appositio est; sed modus diversus : apparens quodammodo in omnibus rerum consubstantialium ad se invicem communionibus; at excedens omnia quæ sub sensum cadunt : totum in omnibus spatio extensi partibus, licet infinitæ fuerint, præsens, ipsum nullo spatio diffusum. Nec in partes divisum adest, parti partem communicans; nec multiplicatum multitudini semetipsum multipliciter præbet. Sed totum et omnibus mole-distenti partibus et singulæ cuique uniuscujusque multitudinis, et universæ moli atque universæ multitudini indivisum, nec multiplicatum, adest, et velut unum numero. Sed particulatim divisimque eo perfrui, id iis proprium erat, quorum virtus in partes diversas distracta. Quibus sæpenumero accidit, ut propriæ na-

των· εἰ γὰρ ἐπ' αὐτῆς οἷον τομή, ἑτερότης ἦν μενούσης τῆς ταυτότητος· εἰ δ' ἐπὶ τῶν σωμάτων, ἐφ' ὧν ἡ ἑτερότης ἐκράτει μᾶλλον τῆς ταυτότητος, οὐδὲν ἐπεισελθὸν ἀσώματον διέκοψε τὴν ἕνωσιν, μένει δὲ πάντα ἡνωμένα μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν, ταῖς δὲ ποιότησι καὶ τοῖς ἄλλοις εἴδεσι διειλημμένα· τί χρὴ καὶ λέγειν καὶ ὑπονοεῖν ἐπὶ τῆς εἰδικῆς ἀσωμάτου ζωῆς, ἐφ' ἧς ἡ ταυτότης μᾶλλον κεκράτηκε τῆς ἑτερότητος, καὶ οὐδὲν ὑπόκειται ἀλλοῖον παρὰ τὸ εἶδος· ἀφ' ἧς καὶ τοῖς σώμασιν ἑνότης· οὐδὲ σῶμα συνεμπεσὸν ἀποκόπτει τὴν ἕνωσιν, καίπερ πρὸς τὰς ἐνεργείας ἐν πολλοῖς ἐμποδίζον. αὐτὴ δὲ δι' αὐτὴν ἡ ταυτότης αὐτῆς πάντα ποιεῖ καὶ εὑρίσκει, διὰ τῆς ἐπ' ἄπειρον εἰδικῆς [l. εἰδητικῆς] ἐνεργείας· τοῦ τυχόντος μέρους πάντα δυναμένου, ὅταν σωμάτων καθαρεύῃ· ὡς τὸ τυχὸν μέρος τοῦ σπέρματος τὴν τοῦ παντὸς σπέρματος ἔχει δύναμιν. ὥσπερ δὲ κρατηθὲν ἐν ὕλῃ τὸ σπέρμα καθέκαστον ὃν [l. ὧν] ἠδύνατο λόγον [l. λόγων] ἐν τοῖς σπέρμασι [l. μέρεσι] τῆς ὕλης κρατεῖται· καὶ πᾶν [l. πάλιν] συναχθὲν εἰς τὴν [add. τοῦ] σπέρματος δύναμιν καθ' ἕκαστον τῶν μερῶν ἔχει τὴν πᾶσαν δύναμιν· οὕτω καὶ ψυχῆς ἀΰλου τὸ ὡς μέρος ἐπινοούμενον τῆς πάσης ψυχῆς ἔχει τὴν δύναμιν. τὸ δὲ πρὸς ὕλην ῥέψαν, κρατῆσαι μὲν, καθ' ὃ εἶδος ἔῤῥεψε, καὶ ἐπιτηδείως ἔσχε προσομιλεῖν ἀΰλῳ εἴδει, εἰ καὶ ἐντυγχάνει οὖσῃ ἐν αὐτῷ, ὅταν ἀπὸ [leg. τὸ δὲ πρὸς ὕλην ῥέψαν κεκράτηται μὲν καθ' ὃ εἶδος ῥέψαν ἐπιτηδείως ἔσχε προσομιλεῖν ἐνύλῳ. ἔχει δὲ τὴν τῆς ὅλης δύναμιν ἤδη, καὶ ἐντυγχάνει οὖσῃ ἐν αὐτῷ, ὅταν ὑπὸ] τοῦ ἐνύλου ἀποστὰν ἐν ἑαυτῷ γένηται. ἐπεὶ δὲ πρὸς μὲν ὕλην ῥέπον ἴσχει ἀπορίαν πάντων, καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως κένωσιν· εἰς δὲ τὸν νοῦν ἀναγόμενον τὸ πλῆρες ἑαυτῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἔχειν τῆς πάσης ηὑρίσκετο· τὴν μὲν εἰκότως Πενίαν, τὴν δὲ κόρον [l. Πόρον] οἱ τοῦτο πρῶτον γνόντες τῆς ψυχῆς τὸ πλῆρες [l. πάθος] ἠνίξαντο.

Μ'. Παραστῆσαι βουλόμενοι ὡς ἐνδέχεται διὰ λόγου τὴν τοῦ ὄντος ἀσωμάτου ἰδιότητα οἱ παλαιοὶ, ὅταν αὐτὸ ἓν εἴπωσι, προστιθέασιν εὐθὺς πάντα, καθὸ ἕν τι τῶν κατ' αἴσθησιν συνεγνωσμένων. ὅταν δὲ ἀλλοῖον τὸ ἓν τοῦτο ὑπονοήσωμεν, οὐχ ὁρῶντες ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ τὸ ὅλον τοῦτο ἕν, πάντα καθὸ ἕν, τῷ πάντα αὐτὸ ἓν εἶναι, συνῆψαν τὸ ἓν καθὸ ἕν· ἵνα ἀσύνθετόν τι νοήσωμεν τὸ πάντα εἶναι ἐπὶ τοῦ ὄντος, καὶ σωρείας ἀποστῶμεν. καὶ ὅταν πανταχοῦ αὐτὸ εἶναι εἴπωσι, προστιθέασιν ὅτι οὐδαμοῦ· ὅταν δὲ ἐν πᾶσιν εἶναι, καὶ ἐν παντὶ οὐδαμοῦ· ὅταν δὲ ἐν πᾶσιν εἶναι, καὶ ἓν παντὶ τῷ ἐπιτηδείως αὐτὸ δέχεσθαι δυναμένῳ μεριστῷ, προστιθέασιν ὅτι ἐν ὅλῳ ὅλον. καὶ ὅλως διὰ τῶν ἐναντιωτάτων αὐτὸ δεδηλώκασιν· ἅμα ταύτας λαμβάνοντες, ἵνα τὰς ἀναπλαστικὰς ἀπὸ σωμάτων ἐξορίσωμεν ἀπ' αὐτοῦ ἐπινοίας· αἳ παρασκιάζουσι τὰς γνωριστικὰς ἰδιότητας τοῦ ὄντος.

ΜΑ'. Ὅταν λάβῃς ἀένναον οὐσίαν ἐν ἑαυτῇ κατὰ δύναμιν ἄπειρον, καὶ νοεῖν ἀρξῃ ὑπόστασιν ἀκάματον,

illis existens. Si enim in ipsa esset quasi dissectio, foret diversitas manente identitate. Si vero in corporibus, ubi diversitas potius obtinet quam identitas, nihil incorporeum superaccedens unitatem dissolvit, permanent autem omnia unita quidem quoad substantiam, sed qualitatibus cæterisque speciebus divisa: quid dicendum atque sentiendum erit de speciali incorporea vita, ubi identitas potior est diversitate, nec quidquam a specie diversum subjicitur: ex qua et corporibus unitas. Neque corpus accedens unionem dissolvit, licet operationes ejus in multis impediat. Sed identitas ejus ipsa per semetipsam agit atque invenit omnia, per operationem specificam in infinitum progredientem; quum una quælibet ejus pars possit omnia, quando a corporibus libera et exsoluta est; quemadmodum quævis seminis particula totius seminis virtutem habet. Verum proinde ut semen sigillatim in materia comprehensum, eam vim habet atque potestatem quam in omnibus seminibus obtinebat; atque universum semen contracta in unum sua virtute, sigillatim in unaquaque partium universam virtutem obtinet: ita etiam in anima materiæ experte, quicquid veluti ejus pars cogitatur, totius animæ vim obtinet: quicquid autem in materiam vergit, eam quidem obtinere formam in quam vergit, et immaterialis speciei consortio frui potest, licet materiam sibi conjunctam habeat: ubi a materiali sese abducens ad semetipsum convertitur. Quoniam vero in materiam quidem devergens omnium rerum inopiam patitur, et virium quoque propriarum defectum sive exinanitionem; sursum vero ad mentem elevata, totius animæ virium plenitudinem experitur: illam quidem jure merito inopiam, hanc autem satietatem appellaverunt, qui primi omnium hanc animæ plenitudinem subindicarunt [*corr.* Peniam (*paupertatem*) Porum (*affluentiæ deum*) hanc animæ affectionem subindicarunt].

XL. Veteres entis incorporei proprietatem oratione quantum fieri potest explicaturi, cum id ipsum unum esse dicunt, statim addunt, esse etiam omnia: sicuti unum aliquid eorum, quæ sensu cognoscuntur. Sed cum unum hoc diversum esse cogitaverimus, eo quod non videmus in illo quod sensibus expositum est, universum hoc unum quatenus unum, esse omnia; eo quod omnia ipsum unum sint: ideo adjunxerunt, unum quatenus unum: ut incompositum aliquid intelligamus esse omnia in ente, neve coacervationem cogitemus. Et dum ubique illud esse aiunt, addunt esse nullibi: et cum dicunt esse in omnibus, addunt esse nusquam in omni: et cum dicunt esse in omnibus, et in omni particulari, quod ad illud suscipiendum aptum est; addunt quod sit totum in toto. Et proprietatibus omnino contrariis illud exprimunt: quas eo fine conjungunt, ut fictitias corporum cogitationes ab eo removeamus: quæ proprietates illas quibus ens cognoscitur obumbrant.

XLI. Ubi substantiam in semetipsa infinita potentia inexhaustam animo conceperis, et cogitare cœperis sub-

τὸ δὲ ἄϋλον, γεγονὸς ἔνυλον· ὁμοιώσεις οὖν καὶ μετοχαὶ ἀπὸ τῶν δυνάμεων καὶ ἀδυναμιῶν εἰς τὰ οὕτως ἑτεροούσια φοιτῶσι παρ' ἀλλήλων εἰς ἄλληλα. πολὺ ἄρα τὸ ἀπὸν τῷ μὲν κόσμῳ τῆς δυνάμεως τοῦ ὄντος, τῷ δὲ ὄντι τῆς ἀδυναμίας τοῦ ἐνύλου. τὸ δ' ἐν μέσῳ ὁμοιοῦν καὶ ὁμοιούμενον, καὶ συνάπτον τὰ ἄκρα, ταυτὶ γέγονεν αἴτιον τῆς περὶ τὰ ἄκρα ἀπάτης, διὰ τὸ τῇ ὁμοιώσει προστιθέναι τῷ ἑτέρῳ τὰ ἕτερα.

ΑΗ'. Τὸ ὄντως ὂν πολλὰ λέγεται, οὐ τόποις διαφόροις, οὐδὲ ὄγκου μέτροις, οὐ σωρείᾳ, οὐ μερῶν μεριστῶν ὑπογραφαῖς, ἢ διαλήψεσιν· ἀλλ' ἑτερότητι ἀΰλῳ, καὶ ἀόγκῳ, καὶ ἀπληθύντῳ κατὰ πλῆθος διῃρημένον. διὸ καὶ ἕν· οὐχ ὡς ἓν σῶμα, οὐδὲ ὡς ἑνὶ τόπῳ· οὐδ' ὡς εἷς ὄγκος· οὐδ' ὡς ἓν πολλά. ὅτι καθὸ ἕν, ἕτερον· καὶ ἡ ἑτερότης αὐτοῦ, διῄρηται καὶ ἥνωται. οὐ γὰρ ἔξωθεν ἐπίκτητος, οὐδὲ ἐπεισοδιώδης αὐτοῦ ἡ ἑτερότης, οὐδὲ ἄλλου μεθέξει, ἀλλ' ἑαυτῷ πολλά. ταῖς γὰρ πάσαις ἐνεργείαις ἐνεργεῖ, μένον· ὅτι τὴν πᾶσαν ἑτερότητα διὰ τῆς ταυτότητος ὑπέστησεν· οὐκ ἐν διαφορότητι ἑτέρου πρὸς τὸ ἕτερον θεωρούμενον, καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων. ἐπὶ τούτων μὲν γὰρ ἀνάπαλιν, καὶ ἡ ἑνότης ἐν ἑτερότητι. ὡς ἂν προηγουμένης μὲν ἐν αὐτοῖς τῆς ἑτερότητος· ἔξωθεν δὲ καὶ ἐπεισοδιωδῶς τῆς ἑνότητος ἐγγενομένης. ἐπὶ γὰρ τοῦ ὄντος ἡ μὲν ἑνότης προηγεῖται καὶ ἡ ταυτότης· ἡ δὲ ἑτερότης ἐκ τοῦ ἐνεργετικὴν εἶναι τὴν ἑνότητα γέγονε. διόπερ ἐκεῖνο μὲν ἐν ἀμερεῖ πεπλήθυνται· τοῦτο δὲ, ἐν πλήθει καὶ ὄγκῳ ἥνωται. κἀκεῖνο μὲν ἐν ἑαυτῷ ἵδρυται, καθ' ἓν ὂν ἐν ἑαυτῷ· τὸ δὲ οὐδέποτε ἐν ἑαυτῷ, ὡς ἂν ἐν ἐκστάσει λαβὸν τὴν ὑπόστασιν. τὸ μὲν ἄρα ἓν παντενέργητον· τὸ δὲ πλῆθος ἐνιζόμενον. πιέζειν οὖν δεῖ, πῶς ἓν ἐκεῖνο καὶ ἕτερον· καὶ πῶς πάλιν τοῦτο, πλῆθος καὶ ἕν· καὶ μὴ ὑπολλάττειν τὰ τοῦ ἑτέρου ἴδια εἰς τὰ θατέρῳ προσόντα.

ΑΘ'. Οὐ διὰ τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων δεῖ νομίζειν [τὸ] πλῆθος τῶν ψυχῶν γενέσθαι· πρὸ δὲ τῶν σωμάτων εἶναι καὶ πολλὰς, καὶ μίαν, [καὶ] οὔτε τῆς μιᾶς καὶ ὅλης κωλυούσης τὰς πολλὰς ἐν αὐτῇ εἶναι, οὔτε τῶν πολλῶν τὴν μίαν εἰς αὐτὰς μεριζουσῶν. διέστησαν γὰρ, οὐκ ἀποκοπεῖσαι, οὐδὲ ἀποκερματίσασαι εἰς ἑαυτὰς τὴν ὅλην· καὶ πάρεισιν ἀλλήλαις, οὐ συγκεχυμέναι, οὐδὲ σωρὸν ποιοῦσαι τὴν ὅλην· οὔτε γὰρ πέρασίν εἰσι διειλημέναι· οὔτε πάλιν ἀλλήλαις συγκεχυμέναι· ὥσπερ οὐδὲ αἱ ἐπιστῆμαι συνεχύθησαν αἱ πολλαὶ ἐν ψυχῇ μιᾷ. καὶ πάλιν οὐκ ἔγκειται, ὡς τὰ σώματα, τῇ ψυχῇ ἑτεροουσίως. ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ποιαὶ ἦσαν ἐνέργειαι· ἀπειροδύναμος γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς φύσις, καὶ καθ' ἕκαστον τὸ τυχὸν αὐτῆς, ψυχή· καὶ αἱ πᾶσαι, μία· καὶ πάλιν ἡ ὅλη ἄλλη παρὰ πᾶσας. ὡς γὰρ τὰ σώματα ἐπ' ἄπειρον τεμνόμενα οὐ καταλήγει εἰς ἀσώματον, κατ' ὄγκον μόνον λαμβάνοντα τῶν τμημάτων τὴν διαφοράν· οὕτω ψυχὴ εἶδος οὖσα ζωτικὸν, ἐπ' ἄπειρα κατὰ τὰ εἴδη συνείληπται. παραλλαγὰς γὰρ ἔχουσα εἰδικὰς [l. εἰδητικὰς], καὶ ἡ ὅλη σὺν ταύταις οὖσα ἢ ἄνευ τούταρετur; immateriale autem evaderet materiale. Quæ ergo tanta substantiæ diversitate dissident, adsimilationes et participationes virium atque imbecillitatum inter se invicem alterum alteri transfundunt. Quocirca mundus quidem longissime distat a potentia entis; ens autem a materiali impotentia. Quod autem intermedium est, adsimilans et adsimilatum, et extrema conjungens, id erroris causam circa extrema præbuit, adsimilatione alterum alteri conjungendo.

XXXVIII. Verum ens multa dicitur: non locis diversis, nec molis corporeæ dimensionibus; non coacervatione, non partium divisibilium circumscriptionibus aut comprehensionibus: sed immateriali, molisque experte et immultiplicabili diversitate secundum multitudinem divisum. Ideoque et unum est: non ut unum corpus, aut uno in loco, neque ut una moles: neque ut unum quod multa constituunt. Quia in quantum unum, diversum: et diversitas ejus divisa et unita est. Neque enim extrinsecus accessoria, neque adscitia ejus diversitas; neque alterius participatione, sed semetipso multa. Omnibus enim potentiis operatur, unum existens: quia omnem diversitatem per identitatem exserit; non alterius ad alterum differentia consideratum, quemadmodum in corporibus. In hisce enim contrario modo se res habet, et unitas in diversitate consistit. Quippe cum prima et præcipua in iis sit diversitas; extrinsecus autem et accessoria adveniat unitas. Nam in vero ente unitas atque identitas præcedit: accessit autem diversitas, eo quod unitas varias operationes exserit. Ideoque ens quidem in unitate indivisibili multiplicatur: corpus autem in multitudine et mole unitur. Et illud quidem in semetipso situm est, existens in seipso secundum unum: hoc autem nequaquam in semetipso subsistit, utpote progressu subsistentiam adeptum. Unum ergo illud in omnibus operans: hæc autem multitudo unita. Quocirca pressius perscrutandum, quomodo illud unum et diversum; rursumque quomodo hoc multitudo et unum: nec propria unius cum alterius proprietatibus permutanda.

XXXIX. Non existimandum est, propter corporum multitudinem animarum multitudinem produci; sed ante corpora eas et multas et unam existere. It aut nec una illa et tota prohibeat, quominus multæ in ipsa existant; nec multæ unam illam in se dividant. Divisæ enim ab invicem sunt, non desectæ, nec integram illam in semet ipsas, ut minutas particulas, dirimunt. Et conjunguntur invicem, nec confusæ inter se, nec per modum cumuli aut acervi totum efficientes: neque enim terminis ab invicem sunt disjunctæ, nec rursum inter se confusæ; quemadmodum nec multæ diversæ scientiæ in una eademque anima confunduntur. Neque rursus in eadem subsistunt quasi diversæ substantiæ, quemadmodum corpora subsistunt per animam: verum certæ quædam animæ functiones sunt. Nam natura animæ infinitæ cujusdam potentiæ et quævis ejus pars singulatim per se est anima: et universæ simul una; rursumque tota alia est præter cæteras omnes. Etenim quemadmodum corpora secta in infinitum non desinunt in incorporeum, cum in sola magnitudine segmentorum differant: sic et anima, forma quædam vitalis existens, in infinita per species dispescitur. Utpote differentias specificas habens, et tota cum illis aut absque

ροῦσιν αὐτοῖς, πάρεστι καὶ τὸ ὄν. ὅσοι δ' ἂν παρεξέλθωσιν ἀπὸ τοῦ εἶναι ἑαυτῶν πρὸς τὰ ἄλλα, ἀποῦσιν ἑαυτοῖς [l. ἑαυτῶν, αὐτοῖς] ἄπεστι καὶ τὸ ὄν. εἰ δ' ἡμεῖς ἐπεφύκειμεν ἱδρῦσθαι ἐν τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ καὶ πλουτεῖν ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ μὴ ἀπέρχεσθαι πρὸς ὃ μὴ ἦμεν, καὶ πένεσθαι ἑαυτῶν, καὶ διὰ τούτων πάλιν τῇ πενίᾳ συνεῖναι, καίπερ παρόντος αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ τοῦ ὄντος οὐ τόπῳ, οὐκ οὐσίᾳ κεχωρισμένοι, οὐδ' ἄλλῳ τινὶ ἀποτετμημένοι, τῇ πρὸς τὸ μὴ ὂν στροφῇ χωριζόμεθα· δίκην ἄρα ταύτην ἀποτίνομεν, τῇ τοῦ ὄντος ἀποστροφῇ αὐτοὺς ἀποστρεφόμενοι καὶ ἀγνοοῦντες. καὶ τῇ πάλιν ἐν τῇ αὐτῶν φιλίαν ἑαυτούς τε ἀπολαμβάνοντες, καὶ τῷ θεῷ συναπτόμενοι. καὶ ὀρθῶς ἄρα εἴρηται, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ * *

* * *

ἀποδιδράσκοντα. λύειν δὲ ἐκ τῶν δεσμῶν πειρᾶσθαι· ὡς ἂν τοῦ πρὸς τὰ τῇδε ἐστραμμένου, καὶ ἑαυτὸν θεῖον ὄντα καταλελοιπότος, ὡς φησί, φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης. ὥστε πᾶς φαῦλος βίος δουλείας πλήρης· καὶ διὰ τοῦτο ἄθεός τε καὶ ἄδικος· ἐν αὐτῷ πνεῦμα πλῆρες ὑπάρχον τῆς ἀσεβείας· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀδικίας. καὶ οὕτω πάλιν ἐν ἰδιοπραγίᾳ ὀρθῶς εἴρηται εὑρίσκεσθαι τὸ δίκαιον. ἐν δὲ ἀπονεμήσει τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστου τῶν συζώντων εἰκόνα κεῖσθαι καὶ εἴδωλον τῆς ἀληθινῆς δικαιοσύνης.

MB'. Τὸ ἐν ἄλλῳ ἔχον τὸ εἶναι, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ χωριστῶς ἀπὸ ἄλλου μὴ οὐσιωμένον, ἐὰν εἰς ἑαυτὸ στρέφηται εἰς τὸ γνῶναι ἑαυτὸ ἄνευ ἐκείνου ἐν ᾧ οὐσίωται, ἀπολαμβάνον ἑαυτὸ ἀπ' ἐκείνου, νοήσει [l. νοησίει] γὰρ καὶ φθείρεται αὐτό· τοῦ εἶναι χωρίζον ἑαυτό. τὸ δὲ γινώσκειν ἑαυτὸ δυνάμενον ἄνευ ἐκείνου ἐν ᾧ ἐστιν, ἀπολαμβάνον ἑαυτὸ ἀπ' ἐκείνου, καὶ οἷόντε ὂν ἄνευ τῆς ἑαυτοῦ φθορᾶς τοῦτο ποιεῖν, ἀμήχανον οὐσιῶσθαι ἐν ἐκείνῳ, ἀφ' οὗ στρέφειν ἑαυτὸ εἰς ἑαυτὸ ἀπ' ἐκείνου, ἄνευ φθορᾶς, καὶ γινώσκειν ἑαυτὸ ἄνευ ἐκείνου ἐδύνατο. εἰ δὲ ὅρασις μὲν καὶ πᾶσα αἰσθητικὴ δύναμις, οὔτε ἑαυτῆς ἐστιν αἴσθησις, οὔτε χωρίζουσα ἑαυτὴν τοῦ σώματος ἑαυτῆς ἀντιλαμβάνεται, ἢ σώζεται· νοῦς δὲ χωρίζων ἑαυτὸν ἀπὸ σώματος, τότε μάλιστα νοεῖ, καὶ εἰς ἑαυτὸν στρέφεται, καὶ οὐ φθείρεται· δῆλον, ὡς αἱ μὲν αἰσθητικαὶ δυνάμεις διὰ σώματος κέκτηνται τὸ ἐνεργεῖν· ὁ δὲ νοῦς οὐκ ἐν σώματι, ἐν ἑαυτῷ δὲ κέκτηται τὸ ἐνεργεῖν τε καὶ εἶναι.

MΓ'. Ἀσώματα μὲν κατὰ στέρησιν σώματος λέγεται, καὶ ἐπινοεῖται κυρίως· ὡς ἡ ὕλη, κατὰ τοὺς ἀρχαίους, καὶ τὸ εἶδος τὸ ἐπὶ ὕλης, ὅταν ἐπινοῆται ἀποληφθὲν ἀπὸ τῆς ὕλης, καὶ αἱ φύσεις, καὶ αἱ δυνάμεις· οὕτως δὲ καὶ ὁ τόπος, καὶ ὁ χρόνος, καὶ τὰ πέρατα. τὰ γὰρ τοιαῦτα πάντα κατὰ στέρησιν σώματος λέγεται. ἤδη δὲ ἦν ἄλλα καταχρηστικῶς λεγόμενα ἀσώματα, οὐ κατὰ στέρησιν σώματος, κατὰ δὲ ὅλως μὴ πεφυκέναι γεννᾶν σῶμα. διὸ τὰ μὲν κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον πρὸς τὰ σώματα ὑφίσταται· τὰ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον, χωριστὰ τέλεον σωμάτων, καὶ

uniuntur. Et hisce sibimetipsis præsentibus, ens quoque ipsum est præsens. Sed qui a propria sua essentia ad alia digrediuntur, cum absint a seipsis, ens quoque ipsum ab eis abest. Verum si nobis in eadem essentia per naturam subsistere liceat, et nostris pollere opibus, nec descendere ad illud quod non sumus, et egere nobismetipsis, ac propterea entis quoque ipsius licet præsentis inopia laborare : et ab ente, a quo nec loco nec essentia separati, nec alia aliqua re sejuncti sumus, conversione ad non-ens separamur : justam sane hanc pœnam luimus, quod aversione ab ente nosmetipsos aversamur, et ignoramus : ut vice versa nostri amore nosmetipsos recuperamus, et deo conjungimur. Quapropter recte dictum fuit veluti in quodam carcere [*inclusum animum in corpore : et vinculis istic adstrictum teneri, ut solent mancipia*] fugitiva. Illi vero omni studio tentandum, ut istis vinculis se exsolvat. Quippe qui conversus ad hæc inferiora, seipsum divino genere satum deseruit, ut ait ille, *a numine profugus errans*. Adeo ut omnis improba vita plena sit servitutis et impietatis : ideoque profana et injusta : cum in ea spiritus sit plenus impietatis; ac proinde etiam injustitiæ. Hinc etiam recte dictum fuit, jus et æquum reperiri in eo, dum quisque facit quod sui muneris est : et veræ justitiæ imaginem atque exemplar in eo consistere, dum iis, quibuscum vivimus, id quod cuique convenit tribuitur.

XLII. Quod in alio essentiam obtinet, nec seorsim ab alio in seipso subsistit, si ad cognoscendum se in seipsum convertatur, absque eo in quo subsistit, abducens se ab illo, ipsum quoque perit et corrumpitur; separans seipsum a suo esse. Sed quod seipsum cognoscere potest sine eo in quo existit, abducendo seipsum ab illo; et quod sine proprio interitu id ipsum facere valet, id nullo modo substantiam suam habere potest in illo, a quo se convertere in semetipsum sine proprio exitio, et cognoscere seipsum sine illo poterat. Si ergo visus, atque omnis sensibilis facultas, seipsam nec sentit, nec comprehendit, nec incolumis permanet, semetipsam a corpore separans : mens autem cum seipsum a corpore sejungit, tunc intelligit maxime, et in seipsum convertitur, neque corrumpitur : manifestum est, potentias sensibiles corporis beneficio operationes suas obtinere; mentem vero non in corpore, sed in semetipso et operationes et essentiam obtinere.

XLIII. Incorporea præcipue quidem dicuntur ac intelliguntur secundum privationem corporis; quemadmodum materia, secundum antiquos, et species quæ est in materia, cum abstracta a materia cogitatur; tum naturæ, et facultates; item locus, et tempus, ac termini. Omnia enim istiusmodi secundum privationem corporis dicuntur. Sunt autem et alia incorporea abusive sic dicta : non quod corpore careant; sed quod nullum omnino corpus generare possint. Quamobrem illa prioris significatus existunt circa corpora : sed secunda ista separata penitus a corporibus, et ab illis incorporeis quæ circa corpora existunt.

ἄτρυτον, οὐδαμῆ μὲν ἐλλείπουσαν, ὑπερεξαίρουσαν δὲ
τῇ ζωῇ τῇ ἀκραιφνεστάτῃ, καὶ πλήρη ἐφ' ἑαυτῆς, ἐν
αὐτῇ τε ἱδρυμένην, καὶ κεχορεσμένην ἐξ ἑαυτῆς, καὶ
ὠδ' ἑαυτὴν [l. οὐδὲν πλὴν ἑαυτῆς] ζητοῦσαν· ταύτῃ ἐάν
περ τὸ ποῦ ἐπιβάλῃς, ἢ τὸ πρός τι· ἅμα τῷ ἠλαττῶσθαι
ἐξ ἐνδείας τόπου ἢ πρός τι, εὐθὺς ἐκείνην μὲν οὐκ ἠλάτ-
τωσας· ἑαυτὸν δὲ ἀπέστρεψας, κάλυμμα λαβὼν τὴν ὑπο-
δραμοῦσαν τῆς ὑπονοίας φαντασίαν· οὐ γὰρ δὴ ὑπερβήσῃ
παρελθὼν τὴν τοιαύτην, οὐδ' αὖ στήσεις, οὐδ' ἀπαρτή-
σεις, οὐδὲ καταλήξεις [l. καταλλάξεις] εἰς μικρὸν, ὡς
οὐκέτι ἐχούσης διδόναι ἐν τῷ κατὰ μικρὸν ἐπιλείπειν.
ἀδιάλειπτος γὰρ μᾶλλον ἢ πᾶς πηγῶν τὸ ἀεὶ χεόμενον
νοῶν καὶ ἀδιάλειπτον· ᾗ συνθέειν οὐ δυνηθείς, καὶ τῷ
παντὶ ὁμοιωθῆναι, τοῦ ὄντος οὐδὲν ἐπιζητήσεις. ἢ ζητῶν
παρεκβήσῃ εἰς ἄλλο βλέψαι· εἰ δ' οὐδὲν ἐπιζητήσεις,
στὰς ἐπὶ σαυτοῦ καὶ τῆς σαυτοῦ οὐσίας, τῷ παντὶ
ὁμοιώθης· καὶ οὐκ ἐνεσχέθης ἔν τινι τῶν ἀπ' αὐτοῦ. οὐδ'
εἶπας οὐδὲ σὺ, τοσοῦτος εἶ· μὴ ἀφεὶς τοσοῦτος, γέγονας
πᾶς· καίτοι καὶ πρότερον ἦσθα πᾶς· ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι
προσῆν σοι μετὰ τοῦ πᾶς· καὶ ἐλάττων ἐγίγνου τῇ προσ-
θήκῃ· ὅτι μὴ ἐκ τοῦ ὄντος ἦν ἡ προσθήκη. οὐδὲν γὰρ
ἐκείνῳ προσθήσεις. ὅταν οὖν τις καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος
γένηται τόπος τῇ πενίᾳ σύνοικος, καὶ ἐνδεὴς πάντων.
ἀφεὶς οὖν τὸ μὴ ὄν, τότε πᾶς κόρος αὐτὸς ἑαυτοῦ.
ὥστε * * * ἀπολαμβάνει δὲ αὐτὸ [l. ἑαυτὸν], ἀφεὶς τὰ
ταπεινώσαντα καὶ κατασμικρύναντα· καὶ μάλιστα ὅταν
ἐκεῖνα εἶναι αὐτὸν τὰ σμικρὰ τῇ φύσει, καὶ οὐχ ὅστις
ἐστὶν αὐτὸς τῇ ἀληθείᾳ δοξάζῃ. ἀπέστη ἀφ' ἑαυτοῦ
ἅμα, καὶ ἀπέστη τοῦ ὄντος· καὶ ἔστι τις ἐν αὐτῷ παρὼν
παρόντι, τότε πάρει καὶ τῷ ὄντι πανταχοῦ ὄντι· ὅταν
δὲ ἀφεὶς αὐτὸν, ἀπέστης κἀκείνου. τοιαύτην γὰρ ἀξίαν
εἴληφε παρεῖναι τῷ αὐτῷ παρόντι, καὶ ἀπεῖναι τῷ αὐ-
τοῦ ἐκστάντι. εἰ δὲ πάρεστι μὲν ἡμῖν τὸ ὄν, ἄπεστι δὲ
τὸ μὴ ὄν, μετὰ δὲ ἄλλων οὖσιν οὐ πάρεστιν· οὐκ ἦλθεν
ἵνα παρῇ, ἀλλ' ἡμεῖς ἀπήλθομεν ὅτε οὐ πάρεστιν. καὶ
τί θαυμαστόν; αὐτὸς γὰρ σὺ παρὼν οὐκ ἀπῆς αὐτοῦ.
καὶ οὐ πάρει σαυτῷ [l. αὐτῷ], καίπερ παρών· καὶ αὐ-
τὸς ὢν ὁ παρών τε καὶ ἀπών, ὅταν πρὸς ἄλλα βλέ-
πῃς, παρεὶς σαυτὸν βλέπειν. εἰ δ' οὕτως αὐτῷ παρὼν
οὐ πάρει, καὶ διὰ τοῦτο σαυτὸν ἀγνοεῖς, καὶ πάντα
μᾶλλον οἷς πάρει, καὶ πόῤῥω σου ὄντα εὑρίσκῃς [l. εὑ-
ρίσκεις], ἢ αὐτὸν σαυτῷ φύσει παρόντα· τί θαυμάζεις,
εἰ τὸ οὐ παρὸν πόῤῥω σου ἐστὶ, τοῦ πόῤῥω αὐτοῦ, διὰ
τὸ καὶ σαυτοῦ πόῤῥω γεγονότος; ὅσῳ γὰρ ἑαυτῷ πρόσ-
ει καίτοι παρόντι καὶ ἀναποστάτῳ (ὄντι αὐτὸς γὰρ
ὅσῳ πρόσεισι), τόσῳ κἀκείνῳ πρόσει, ὃ δὴ οὕτω σου
ἐστὶν ἀναπόσπαστον κατ' οὐσίαν, ὡς σὺ σαυτοῦ. ὥστε
καὶ πάρεστί τι [l. σοι] καθόλου γινώσκειν, τί τε πάρεστι
τῷ ὄντι, καὶ τί ἄπεστι τοῦ ὄντος· παρόντος πανταχοῦ,
καὶ πάλιν ὄντος οὐδαμοῦ. τοῖς μὲν γὰρ δυναμένοις
χωρεῖν εἰς τὴν αὐτῶν οὐσίαν νοερῶς, καὶ τὴν αὐτῶν
γινώσκειν οὐσίαν, ἐν αὐτῇ τῇ γνώσει, καὶ τῇ εἰδήσει
τῆς γνώσεως αὐτοὺς ἀπολαμβάνειν, καθ' ἑνότητα τὴν
τῷ γινώσκοντος καὶ γινωσκομένου· καὶ τούτοις πα-

sistentiam indefessam ac insuperabilem, nunquam quidem deficientem, sed præditam præ aliis omnibus vita purissima, et semetipsa plenam, positam in se, et semetipsa satis contentam, nihilque extra se quærentem: ei si locum et relationem ad aliud superaddas, statim eo ipso, quod loci et relationis ad aliud indigentia aliquid decedit, illam quidem non imminuis; sed teipsum a vera cognitione avertis, dum subeuntem cogitationis imaginationem veli instar tibi obducis. Neque enim surpergredi et excedere eam poteris, neque sistere, nec imperfectiorem reddere, nec vel minimum mutare: quippe quæ nec minimum deficere potest. Indeficiens enim est, multo magis quam ullus fons semper et indeficienter scaturiens cogitari possit. Eam si assequi nequeas, nec universo assimilari, nihil quod ipsius entis sit quæres: aut si quæsieris, digredieris ad aliud quid contemplandum. Sed si nihil præter ipsum quæsieris, persistens in temetipso et tua substantia, assimilaberis universo; nec hærebis in ulla re quæ sit post ipsam. Ergo nec ipse dicas, tantus sum. Omittens illud tantus, fies universalis: cum et antea fueras universalis. Sed et aliud quid tibi aderat una cum eo universali: et minor evasisti illa appositione: cum non ex ente appositio illa provenerit. Nihil enim illi apponere poteris. Ubi igitur ex non ente aliquid additur, comitatur paupertas et omnium rerum egestas. Relinque ergo non ens, tunc tibi ipsi omnium eris sufficientissimus. * * recuperat autem semetipsum, dimissis illis quæ abjectiorem et viliorem aliquem faciunt: præsertim ubi quis se eorum aliquid quæ natura sua exigua sunt, non eum qui revera est, esse putat. Simul enim et a seipso et ab ente recessit. Et ubi quis præsens adest illi, qui est præsens in ipso; tum etiam adest enti, quod ubique est: sed ubi temetipsum negligis, recedis etiam ab illo. Tanti enim momenti est, hominem adesse illi quod ipsi est præsens; et abesse ab illo quod est extra ipsum. Si quidem vero ens nobis adest, abest autem non-ens; non adest nobis ens, dum nos adsumus rebus aliis. Non accedit illud ut adsit; sed nos ab illo recedimus, cum non adest. Et quid mirum? nam tu ipse præsens, non abes ab ipso: nec tamen ei ades, quamquam ades: esque simul et præsens et absens, ubi alia respiciens teipsum inspicere negligis. Si ergo adeo tibi ipsi præsens, tibi tamen non ades; ideoque teipsum ignoras; et omnia potius, tam vicina quam longius abs te remota invenis, quam teipsum, qui natura tibi ipsi es præsens: quid miraris, si id quod non est præsens, procul absit a te, qui longius ab illo abes; eo quod et longius abes a temetipso? quantum enim tibi ipsi, licet præsenti et inseparabiliter conjuncto, præsens aderis; tantum et illi præsens eris: quod sua substantia minus a te disjungi ac separari potest, quam tu a temetipso. Adeo ut omnino cognoscere possis, et quid adsit enti, et quid ab eodem absit: licet ipsum ubique sit præsens, et idem quoque sit nusquam. Nam qui in propriam suam substantiam intellectu sese penetrare, eamque cognoscere possunt, ea ipsa cognitione, et cognitionis scientia semetipsos recuperare queunt: illa scilicet unione qua cognoscens et cognitum

τῶν δευτέρων· ἀλλὰ τὰ μὲν ὥσπερ ἀπελήλυθε, καίπερ μένοντα ἐν αὐτῇ· τὰ δ' ὥσπερ ἀλλαχόθεν ἔπεισιν. ἀφίκατο δ' οὐκ ἀλλαχόθεν, ἀλλ' αὐτῆς καὶ αὐτόθεν εἰς ἑαυτὴν κινουμένης, καὶ τὸ ὄμμα φερούσης εἰς ἃ ἔχει κατὰ μέρος. πηγῇ γὰρ ἔοικεν οὐκ ἀπορρύτῳ, ἀλλὰ κύκλῳ εἰς ἑαυτὴν ἀναβλυζούσῃ ἃ ἔχει. τῇ μὲν οὖν ταύτης κινήσει παρυφίσταται χρόνος· τῇ δὲ τοῦ νοῦ μονῇ τῇ ἐν ἑαυτῷ, ὁ αἰών· οὐ διῃρημένος ἀπ' αὐτοῦ, ὥσπερ ὁ χρόνος ἐκ ψυχῆς. ὅτι καὶ αἱ παρυποστάσεις ἥνωνται ἐκεῖ. διαψεύδεται δὲ τὸ κινούμενον αἰὼν [l. ἀεὶ πρὸς τὸν αἰῶνα], δι' αὐτοῦ τὸ ἄμετρον τῆς κινήσεως εἰς ἔννοιαν λαμβανόμενον αἰῶνος· καὶ τὸ μένον πρὸς τὸ κινούμενον· χρόνον ἑαυτοῦ ὥσπερ τὸ νῦν αὐτοῦ καὶ διεξοδεῦον καὶ πολλαπλασιάζον κατὰ πάροδον τοῦ χρόνου. διὸ καὶ ἐν στάσει τὸν χρόνον τινὲς οὐχ ἧττον ἢ ἐν κινήσει θεωρεῖσθαι ὑπελάμβανον, καὶ τὸν αἰῶνα, ὡς ἔφαμεν, τὸν ἄπειρον χρόνον. ὡς ἑκατέρου τὰ πάθη τὰ ἑαυτοῦ τῷ ἑτέρῳ προστιθέντος. τοῦ μὲν κινουμένου ἀεὶ ἀπὸ τοῦ ἑστῶτος κατὰ ταυτότητα τῷ ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ τὸν αἰῶνα ἀπεικονίζοντος· καὶ τοῦ ἑστῶτος ἐν ταυτότητι ἐνεργείας τὸν χρόνον τῇ ἑαυτοῦ μονῇ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας προσάπτοντος. λοιπὸν δὲ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὁ διῃρημένος χρόνος ἄλλος ἄλλου. οἷον, ἄλλος Ἡλίου, ἄλλος Σελήνης, ἄλλος Ἑωσφόρου, καὶ ἐφ' ἑκάστου ἄλλος. διὸ καὶ ἄλλου ἐνιαυτὸς ἄλλος· καὶ ὁ τούτους περιέχων ἐνιαυτὸς κεφαλαιούμενος εἰς τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν, ἧς κατὰ μίμησιν κινουμένων τούτων. ἀλλοίας δὲ τῆς ἐκείνης κινήσεως οὔσης, καὶ ἀλλοίας τῆς τούτων· ἀλλοῖος καὶ ὁ χρόνος ἐκείνης τῆς τούτων. διαστηματικὸς μὲν οὖτος καὶ ταῖς κατὰ τόπον κινήσεσι καὶ μεταβάσεσι,

secundi aliunde subeant : sed priores isti quasi transierunt, licet in ea permaneant; hi vero quasi aliunde succedunt. Succedunt autem non aliunde : sed dum ipsa ex sese in semetipsam movetur, et oculum ad ea dirigit quæ per partes ipsi adsunt. Similis enim est fonti, non eforas emananti, sed aquas suas per orbem refundenti in seipsum. Hujus ergo motui convenit tempus; ut mentis in semetipsa stabilitati, ævum : idque non divisum ab ea, ut tempus ab anima. Nam istic duo illa simul subsistentia unita sunt. Sed id quod in perpetuo motu est, mentitur speciem æternitatis, ob immensam motus longitudinem æternitatis opinionem gignens. Et ævum quod fixum permanet mentitur speciem temporis moti : quasi suum illud instans secundum temporis decursum percurrat et multiplicet, Ideo nonnulli non minus in statu seu quiete, quam in motu tempus considerari existimabant : et ævum, sicuti dixi, esse tempus infinitum. Ac si alterum alteri proprias suas affectiones tribuat. Cum tempus semper motum, eo quod stabile idemque est, sempiternitate sua æternitatem referat : et æternitas in uno eodemque actu persistens, suo statu actuque ad tempus accedere videatur. Cæterum in rebus sensibilibus tempus distinctum in diversis diversum est. Ut, aliud tempus Solis, aliud Lunæ, aliud Luciferi, et aliud in unoquoque alio. Ideoque diversus diversorum annus. Et annus cæteros complectens consummatus perfectusque secundum motum animæ, ad cujus imitationem cætera moventur. Sed cum animæ motus diversus sit a motu cæterorum; tempus quoque illius a cæterorum tempore diversum; idque momentis, et motus localis ac transitivi intervallis distinctum.

PROŒMIUM

IN

PROCLI INSTITUTIONEM THEOLOGICAM.

Ad Plotinum intelligendum hic liber sane quam plurimum facit. Neque tamen propterea *Commentarium* dixerim ad Plotini placita illustranda compositum, cum Tennemano (in *Grundriss der Geschichte der Philosophie*, ed. tert. § 220, p. 270). *Compendium* dixerim *Plotinianæ Theologiæ*, sive enchiridium, quo quæ plurima Plotinus de deo rebusque divinis disputat, ex multarum Enneadum argumento collecta ordine dialectico disponuntur, brevibusque capitibus inclusa ponuntur ante oculos lectorum, qui ratione ac via edoceri cupiant de rebus ad theologiæ summam pertinentibus. Et quodammodo comparari potest hic libellus Procli cum Porphyrii libello *Sententiarum*; quem eodem nomine appellat, quo hoc Procli opusculum in codicibus inscribitur (Στοιχείωσις Θεολογική), Lucas Holstenius. Qui quidem de Porphyrii libro illo ita pronuntiat (in egregia disputatione de vita et scriptis Porphyrii, cap. IX, p. 53 ed. Cantabrig.): « Est autem hic libellus στοι-« χείωσις Θεολογική, seu prima quædam institutio theologica, brevibus aliquot aphorismis animum « ad pleniorem rerum divinarum contemplationem excitans. Et ut Arrianus ex prolixioribus Epi-« cteti dissertationibus enchiridium suum composuit, καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα vitæ præcepta « continens : ita Porphyrius hasce sententias ex Plotini ferme libris excerpsit, quibus non male, « mea quidem sententia, εἰσαγωγῆς loco præfigerentur. » — Hoc jam facio in hac editione Enneadum Plotini.

Sed tamen a Porphyrio hac in causa eatenus distat Proclus, quod ille magis ea exsecutus videtur, quæ ex hoc loco de deo ad disciplinam morum vel necessaria vel utilia ducuntur; etsi in libro tantopere mutilato de scriptoris consilio pronuntiare velle anceps et lubricum est. Proclus hanc doctrinam theologiæ, tanquam a nemine antea institutam, suis ipsam fundamentis superstruit. Nam sicut Euclides, exorsus ab aliquo axiomate, nexis inter se argumentationibus evicta præstat ea, quæ inde concludi adeoque cogi possunt : ita Proclus, profectus ab eo quod *Unum* est, via et ratione ad præscriptum regularum dialecticarum deinceps necessario efficit omnia, quibuscumque subtilior Theologiæ ratio maxime continetur. Et vero quam acutum sit hoc disputandi genus, quam item densum copiosumque; oratio autem, quam nuda, quam recta et argute brevis, nemo paullo eruditior est, quin protinus intelligat. Neque vero quisquam mirabitur difficultatem libri, ut qui refertus sit rebus ab ipsa natura involutis et a vita communi remotissimis. Verum turpe sit, et vel Philosophi vel Theologi nomine prorsus indignum, subterfugere velle discrimina semitæ, qua eundum sit ei, qui in gravissimæ sanctissimæque doctrinæ arcem contendere velit, aut dumeta reformidare, quibus remotis certo scias oblatum iri monumenta tibi perennibus saluberrimarum literarum characteribus inscripta. Ac fremant licet omnes, qui theologiæ principia de triviis repeti et ostiatim quodammodo corrogari posse opinantur : nemo tamen, arbitror, infitias iverit, quin homo theologus tunc demum vere doctus censeri queat, quum etiam Platonicæ philosophiæ decreta accurate perceperit, eorumque vim in universam religionum disciplinam recte judicare didicerit. Atqui ab hac parte hic ipse Procli libellus dici non potest quam gravis sit. Nam sive rem ipsam spectamus, quæ explicatur, sive rationem et argumentationis indolem : vertitur in his ducentis et

undecim capitibus cardo totius philosophiæ Platonicæ; insistitque philosophus eo in limite, unde ex veteris Græcæ philosophiæ spatiis continuo transitur ad ipsa sacraria sapientiæ Christianæ.

Quod ducenta et undecim capita memoravi : consignatus est hic numerus σια′ in limine codicum, qui integriores censentur : qui iidem in exitu adscriptum habent : Τέλος. Alii libri manuscripti plus minusve curtati reperiuntur. Jam si quæras, an ille numerus CCXI plenus sit, ut nihil amplius deesse videatur : ego præcise decernere nolim ; sed tamen ab altera parte, cum, quæ de *Anima* explicanda erant, explicuerit Proclus, non video equidem quid ad ejusmodi libri integritatem magnopere desiderari posse videatur.

Codicum hujus libelli, qui sat magno numero in bibliothecis reperiuntur, et translationum latinarum, hic non repetam recensum quem in Francofurtensi editione (a. 1822) institui, pag. XII sqq. Græce Æmilius Portus ediderat, Hamburgi a. 1618, ex codice bibliothecæ Gottorpianæ. Duæ autem sunt codicum familiæ, quarum deteriorem refert is quo usus est Portus. Per Schweighæuserum igitur nactus exemplum familiæ melioris, quantivis pretii codicem bibliothecæ Argentinæ, item duos codices Leidenses, novam editionem parare aggressus sum. Quæ cum prælo subjecta esset, alia succreverunt subsidia, Vaticani codicis apographum Hamburgense ab Luca Holstenio factum, doctissimi Taylori translatio Anglica, alia quæ in *Epimetro* editioni sero adjicienda erant. Nunc ea omnia suo quo decebat loco in usum converti, ut hanc recensionem olim edita multo esse accuratiorem haud temere affirmem. Porti quoque interpretatio latina, cum hic adnotationis nihil subjicere liceret, nunc severius quam olim castigata et correcta est.

ΠΡΟΚΛΟΥ
ΔΙΑΔΟΧΟΥ ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ
ΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ ΘΕΟΛΟΓΙΚΗ.

Α'. Πᾶς πλῆθος μετέχει πη τοῦ ἑνός· εἰ γὰρ μηδαμῇ μετέχοι, οὔτε τὸ ὅλον ἓν ἔσται, οὐθ' ἕκαστον τῶν πολλῶν, ἐξ ὧν τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἔσται καὶ ἓκ τινων ἕκαστον πλῆθος, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον, καὶ τῶν ἀπείρων τούτων ἕκαστον ἔσται πάλιν πλῆθος ἄπειρον. Μηδενὸς γὰρ ἑνὸς μηδαμῇ μετέχον, μήτε καθ' ὅλον ἑαυτὸ, μήτε καθ' ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ· πάντῃ ἄπειρον ἔσται καὶ κατὰ πᾶν.

Τῶν γὰρ πολλῶν ἕκαστον, ὅπερ ἂν λάβῃς, ἤτοι ἓν ἔσται ἢ οὐχ ἕν, ἤτοι πολλὰ ἢ οὐδέν. Ἀλλ' εἰ μὲν ἕκαστον οὐδὲν, καὶ τὸ ἐκ τούτων οὐδέν· εἰ δὲ πολλὰ, ἐξ ἀπειράκις ἀπείρων ἕκαστον.

Ταῦτα δὲ ἀδύνατα. Οὔτε γὰρ ἐξ ἀπειράκις ἀπείρων ἐστί τι τῶν ὄντων· τοῦ γὰρ ἀπείρου πλέον οὐκ ἔστι· τὸ δὲ ἐκ πάντων, ἑκάστου πλέον· οὔτε ἐκ τοῦ μηδενὸς συντίθεσθαί τι δυνατόν. Πᾶν ἄρα πλῆθος μετέχει πη τοῦ ἑνός.

Β'. Πᾶν μετέχον τοῦ ἑνὸς, καὶ ἕν ἐστι καὶ οὐχ ἕν. Εἰ γὰρ μή ἐστιν αὐτοέν (μετέχει γὰρ τοῦ ἑνὸς ἄλλο τι ὂν παρὰ τὸ ἕν), πέπονθε τὸ ἓν κατὰ τὴν μέθεξιν, καὶ ὑπέμεινεν ἓν γενέσθαι. Εἰ μὲν οὖν μηδέν ἐστι παρὰ τὸ ἕν, μόνον ἐστὶν ἕν, καὶ οὐ μεθέξει τοῦ ἑνὸς, ἀλλ' αὐτοέν ἔσται· εἰ δέ ἐστί τι παρ' ἐκεῖνο, ὃ μή ἐστιν ἕν, τὸ μετέχον τοῦ ἑνὸς, καὶ ἕν ἐστι καὶ οὐχ ἕν, οὐχ ὅπερ ἓν ὄν, ὡς μετέχον τοῦ ἑνός.

Τοῦτο ἄρα οὐχ ἕν ἐστιν, οὐδ' ὅπερ ἕν· ἓν δὲ ὂν ἅμα καὶ μετέχον τοῦ ἑνὸς καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἓν καθ' αὐτὸ ὑπάρχον, ἕν ἐστι καὶ οὐχ ἕν, παρὰ τὸ ἓν ἄλλο τι ὄν· ᾧ μὲν ἐπλεόνασεν, οὐχ ἕν· ᾧ δὲ πέπονθεν, ἕν. Πᾶν ἄρα τὸ μετέχον τοῦ ἑνὸς, καὶ ἕν ἐστι, καὶ οὐχ ἕν.

Γ'. Πᾶν τὸ γινόμενον ἕν, μεθέξει τοῦ ἑνὸς γίνεται ἕν. Καθ' ὃ δὲ πέπονθε τὴν μετοχὴν τοῦ ἑνὸς, ἕν ἐστιν. Εἰ γὰρ γίνοιτο ἕν, ἃ μή ἐστιν ἕν, καθ' αὑτὰ συνιόντα ὁπόσα καὶ κοινωνοῦντα ἀλλήλοις, γίνεται ἓν καὶ ὑπομένει τὴν τοῦ ἑνὸς παρουσίαν, οὐκ ὄντα, ὅπερ ἕν. Μετέχει ἄρα τοῦ ἑνὸς ταύτῃ, ᾗ πάσχει τὸ ἓν γενέσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἤδη ἐστὶν ἕν, οὐ γίνεται ἕν· τὸ γὰρ ὄν, οὐ γίνεται, ὃ ἤδη ἐστίν. Εἰ δὲ γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ἑνὸς πρότερον, ἕξει τὸ ἕν, ἐγγενομένου τινὸς ἐν αὐτοῖς ἑνός.

Δ'. Πᾶν τὸ ἡνωμένον ἕτερόν ἐστι τοῦ αὐτοενός. Εἰ γάρ ἐστιν ἡνωμένον, μετέχοι ἄν πη τοῦ ἑνὸς ταύτῃ, ᾗ καὶ ἡνωμένον λέγεται. Τὸ δὲ μετέχον τοῦ ἑνὸς, καὶ ἕν ἐστι καὶ οὐχ ἕν· τὸ δὲ αὐτοεν οὐχὶ καὶ ἕν ἐστι καὶ οὐχ ἕν. Εἰ γὰρ καὶ τοῦτο, ἕν τε καὶ οὐχ ἕν, καὶ τὸ ἓν αὐτῷ πάλιν ἕν, τὸ συναμφότερον ἕξει, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον, μηδενὸς ὄντος αὐτοενος, εἰς ὃ στῆναι δυνατόν. Ἀλλὰ παντὸς ἑνὸς καὶ οὐχ ἑνὸς ὄντος· ἔστιν

PROCLI
SUCCESSORIS PLATONICI
INSTITUTIO THEOLOGICA.

I. Omnis multitudo particeps est aliquo modo ipsius Unius. Si enim nullo modo particeps sit *Unius*, nec ipsum Totum Unum erit, nec unumquodque multorum, ex quibus ipsa multitudo *conflatur* : sed etiam ex aliquibus *entibus* unumquodque erit multitudo, et hoc in infinitum *progredietur*, et horum infinitorum unumquodque erit rursus infinita multitudo. Si enim *ipsa multitudo* nullius Unius ullo modo sit particeps, neque per se totam neque per singulas *partes* in ipsa *comprehensas*, ubique et in omni *re multitudo* erit infinita.

Multorum enim unumquodque, quodcumque sumpseris, vel Unum erit, vel non Unum, vel multa, vel nihil. Sed si unumquodque *multorum* est nihil, id etiam, quod ex his *fiet*, *est* nihil. Si vero *multorum unumquodque est* multa, ex infinite infinitis unumquodque *constabit*.

Hæc autem impossibilia *sunt*. Nec enim ex infinite infinitis est ullum Ens : ipso enim infinito non est *ullum Ens majus ac* amplius; quod vero *conflatum est* ex omnibus, *illud est* unoquoque *singulisque rebus* amplius. Neque ex Nullo aliquid componi potest. Omnis igitur multitudo particeps est Unius aliquo modo.

II. Omne, quod particeps est Unius, est et Unum et non Unum. Si enim non est per se Unum (particeps enim est Unius, aliud aliquid exsistens præter ipsum Unum), patitur Unum per participationem *et communionem*, et sustinet *se* Unum fieri. Si igitur nihil est præter ipsum Unum, est solum Unum, neque particeps erit Unius, sed per se Unum erit. Si vero est aliquid præter illud, quod non est Unum, quod particeps est Unius, et Unum est et non Unum, non quod *sit* Unum Ens, sed ut particeps ipsius Unius.

Hoc igitur non Unum est, neque quod Unum. Si vero simul sit Unum et particeps sit Unius et propter hoc non Unum per se sit, Unum est et non Unum, quod aliud aliquid sit præter ipsum Unum. Quatenus enim abundavit *et multiplicatum est*, *eatenus est* non Unum : quatenus vero passum est *multiplicationis privationem*, *eatenus est* Unum. Omne igitur, quod particeps est Unius, et Unum et non Unum est.

III. Omne, quod fit Unum, participatione Unius fit Unum. Quatenus enim patitur ipsam Unius participationem, *eatenus* est Unum. Si enim fiant Unum *ea*, quæ non sunt Unum, per se coeuntia profecto et per communionem inter se conjuncta, fiunt Unum et sustinent Unius præsentiam, quamvis non sint *id*, quod *est* Unum. Participant igitur Unum eatenus, quatenus patiuntur *se* Unum fieri. Si enim jam sunt Unum, non fiunt Unum. Quod enim est, non fit *illud*, quod jam est. Si vero fiunt *unum* ex eo, quod non unum erat prius, habebunt Unum, quando Unum aliquod in ipsis innatum fuerit.

IV. Omne, quod est unitum, diversum est ab eo, quod est per se Unum. Si enim est unitum, participabit aliquo modo ipsum Unum eatenus, quatenus etiam unitum dicitur. Quod vero particeps est Unius, et Unum est et non Unum : sed quod est per se Unum, non etiam Unum est et non Unum. Si enim et hoc, et Unum et non Unum, *est*, et illud, quod in ipso *est*, rursus Unum *est*, utrumque simul habebit, et hoc in infinitum *procedet*, si nihil sit, quod sit per se Unum, in quo subsistere possit. Sed si omne sit Unum et non Unum, erit igitur aliquid, quod est uni-

ἄρα τι τὸ ἡνωμένον τοῦ ἑνὸς ἕτερον. Ταὐτὸν γὰρ ὂν τῷ ἡνωμένῳ τὸ ἕν, πλῆθος ἄπειρον ἔσται, καὶ ἕκαστον ὡσαύτως ἐκείνων, ἐξ ὧν ἐστι τὸ ἡνωμένον.

Ε'. Πᾶν πλῆθος δεύτερόν ἐστι τοῦ ἑνός· εἰ γὰρ ἔστι πλῆθος πρὸ τοῦ ἑνός, τὸ μὲν ἓν μεθέξει τοῦ πλήθους, τὸ δὲ πλῆθος, τὸ πρὸ τοῦ ἑνός, οὐ μεθέξει τοῦ ἑνός· εἴπερ πρὶν γένηται ἕν, ἔστιν ἐκεῖνο πλῆθος. Τοῦ γὰρ μὴ ὄντος οὐ μετέχει· διότι τὸ μετέχον τοῦ ἑνός, καὶ ἕν ἐστιν, ἅμα καὶ οὐχ ἕν. Οὔπω δ' ὑπέστη ἕν, τοῦ πρώτου πλήθους ὄντος. Ἀλλ' ἀδύνατον εἶναί τι πλῆθος μηδαμῇ ἑνὸς μετέχον. Οὐκ ἄρα πρὸ τοῦ ἑνὸς τὸ πλῆθος. Εἰ δὲ δὴ ἅμα τῷ ἑνὶ, καὶ σύστοιχα ἀλλήλοις τῇ φύσει. Χρόνῳ γὰρ οὐδὲν κωλύει, οὔτε τὸ ἓν καθ' αὑτὸ πολλὰ εἶναι, οὔτε τὸ πλῆθος ἕν, ὡς ἀντιδιῃρημένα ἅμα ὄντα τῇ φύσει, εἴπερ μηδέτερον θατέρου πρότερον ἢ ὕστερον. Τὸ οὖν πλῆθος καθ' αὑτὸ οὐχ ἓν ἔσται, καὶ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ οὐχ ἕν, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον, ὅπερ ἀδύνατον.

Μετέχει ἄρα τοῦ ἑνὸς κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ οὐδὲν ἔσται αὐτοῦ λαβεῖν, ὃ μή ἐστιν ἕν· μὴ ἓν γὰρ ὂν, ἐξ ἀπείρων ἔσται, ὡς δέδεικται.

Πάντῃ ἄρα μετέχει τοῦ ἑνός. Εἰ μὲν οὖν τὸ ἓν, τὸ καθ' αὑτὸ ἓν ὄν, μηδαμῇ μετέχει πλήθους, ἔσται τὸ πλῆθος πάντῃ τοῦ ἑνὸς ὕστερον, μετέχον μὲν τοῦ ἑνὸς, οὐ μετεχόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ ἑνός· εἰ δὲ καὶ τὸ ἓν μετέχει πλήθους, κατὰ μὲν τὴν ὕπαρξιν, ὡς ἓν ὑφεστὼς, κατὰ δὲ τὴν μέθεξιν, οὐχ ἕν, πεπληθυσμένον ἔσται τὸ ἕν, ὥσπερ τὸ πλῆθος ἡνωμένον διὰ τὸ ἕν. Κεκοινώνηκεν ἄρα τό τε ἓν τῷ πλήθει, καὶ τὸ πλῆθος τῷ ἑνί· τὰ δὲ συνιόντα καὶ κοινωνοῦντά πῃ ἀλλήλοις, εἰ μὲν ὑπ' ἄλλου συνάγεται, ἐκεῖνο πρὸ αὐτῶν ἔστιν, εἰ δὲ αὐτὰ συνάγει ἑαυτά, οὐκ ἀντίκειται ἀλλήλοις.

Ἀντικείμενα γὰρ οὐ σπεύδει εἰς ἄλληλα. Εἰ οὖν τὸ ἓν καὶ τὸ πλῆθος ἀντιδιήρηται, καὶ τὸ πλῆθος, ᾗ πλῆθος, οὐχ ἕν, καὶ τὸ ἕν, ᾗ ἕν, οὐ πλῆθος, οὐδ' ἕτερον, ἐν θατέρῳ γενόμενον, ἓν ἅμα καὶ δύο ἔσται. Ἀλλὰ μὴν εἴ ἔσται τι πρὸ αὐτῶν τὸ συνάγον, ἢ ἕν ἐστιν ἢ οὐχ ἕν.

Ἀλλ' εἰ οὐχ ἕν, ἢ πολλὰ ἢ οὐδέν· οὔτε δὲ πολλὰ, ἵνα μὴ πλῆθος ᾖ πρὸ ἑνός, οὔτε οὐδέν. Πῶς γὰρ συνάξει τὸ οὐδέν; Ἕν ἄρα μόνον· οὐ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τὸ ἓν πολλὰ, ἵνα μὴ εἰς ἄπειρον· ἔστιν ἄρα τὸ αὐτοέν, καὶ πᾶν πλῆθος ἀπὸ τοῦ αὐτοενός.

Περὶ ἑνάδος.

Ϛ'. Πᾶν πλῆθος ἢ ἐξ ἡνωμένων ἔστιν ἢ ἐξ ἑνάδων. Ἕκαστον γὰρ τῶν πολλῶν ὅτι μὲν οὐκ ἔσται καὶ αὐτὸ πλῆθος μόνον καὶ τούτου πάλιν ἕκαστον πλῆθος, δῆλον. Εἰ δὲ μή ἐστι πλῆθος μόνον, ἤτοι ἡνωμένον ἐστὶν ἢ ἑνάδες. Καὶ εἰ μὲν μετέχον τοῦ ἑνὸς, ἡνωμένον. Εἰ δὲ ἐξ ὧν τὸ πρώτως ἡνωμένον, ἑνάδες. Εἰ γάρ ἐστι τὸ αὐτοέν, ἔστι τὸ πρώτως αὐτοῦ μετέχον καὶ πρώτως ἡνωμένον.

tum, ab Uno diversum. Si enim ipsum Unum sit idem cum eo, quod est unitum, erit infinita multitudo, et pariter unumquodque eorum, ex quibus *conflatum* est unitum, *erit infinitum.*

V. Omnis multitudo posterior est ipso Uno. Si enim multitudo est ante Unum, Unum quidem particeps erit multitudinis, illa vero multitudo, quæ fuerit ante Unum, non erit particeps Unius : siquidem priusquam fuit Unum, illud est multitudo. Non participat enim id, quod non est. Quia quod particeps est Unius, etiam Unum est, simul et non Unum. Nondum vero subsistit Unum, cum prima multitudo subsistit. Sed fieri non potest, ut ulla sit multitudo, quæ nullo modo particeps sit Unius. Multitudo igitur non *est* ante Unum. Si vero *multitudo est* simul cum Uno, *ergo hæc erunt* etiam inter se cognata per naturam, *et arctissimo naturalis conjunctionis vinculo inter se constringentur.* Tempore enim nihil impedit, quominus Unum per se multum *sive multitudo* sit, et *quominus* ipsa multitudo *sit* Unum, quoniam *hæc*, quæ in ipsa divisione sunt inter se opposita, natura simul sunt, si quidem neutrum est altero prius vel posterius. Ipsa igitur multitudo per se non Unum erit, et unumquodque eorum, *quæ sunt* in ipsa *multitudine*, non Unum erit, et hoc in infinitum *progredietur* : quod *est* impossibile.

Ergo *unumquodque eorum, quæ sunt in multitudine*, particeps est Unius per suam naturam, nec ullum ipsius *multitudinis membrum* sumi poterit, quod non sit Unum. Si enim Unum non sit, ex infinitis infinitum erit, ut demonstratum est.

Ubique igitur *multitudo* particeps est Unius. Si igitur Unum, quod est per se Unum, nullo modo particeps est multitudinis, ubique multitudo erit Uno posterior, participans quidem Unum, non participata vero ab Uno. Si vero et Unum participat multitudinem, per essentiam quidem, ut Unum exsistens, per participationem vero, non Unum, ipsum Unum multiplicatum erit, ut ipsa multitudo unita propter Unum. Per communionem igitur inter se sunt conjuncta et Unum cum multitudine et multitudo cum Uno. Quæ vero coeunt *in unum*, et aliquo modo per communionem inter se conjunguntur, si quidem ab alio coguntur *in unum*, illud est ante ipsa; si vero ipsa se ipsa cogunt *in unum*, inter se non opponuntur.

Opposita enim non festinant (*non inclinant*) ad se invicem. Si igitur Unum et multitudo in divisione sunt inter se opposita, et multitudo, quatenus *est* multitudo, *est* non Unum, et Unum, quatenus *est* Unum, non *est* multitudo : neutrum, si fuerit in altero, Unum simul et duo erit. Verum si quid fuerit ante ipsa, quod *in unum ea* cogat, vel Unum est, vel non Unum.

Sed si non Unum *est*, *illud est* vel Multa vel nihil. Sed neque Multa *illud est*, ne multitudo sit ante ipsum Unum, neque nihil. Quomodo enim illud, quod est Nihil, cogat *in unum ea, quæ sunt aliquid aut multa* ? Unum igitur solum *est*. Neque enim hoc Unum *est* Multa, ne in infinitum *res procedat*. Est igitur ipsum per se Unum, et omnis multitudo *manans* ab eo, quod est per se Unum.

De unitate.

VI. Omnis multitudo vel ex unitis est vel ex Unitatibus. Unumquodque enim multorum quod non sit futurum et ipsa multitudo solum, et rursus hujus *multitudinis* unumquodque *non sit futurum* multitudo, *cuivis est* perspicuum. Si vero non est multitudo sola, vel unitum est vel *sunt* Unitates. Et si quidem est particeps Unius, *est* unitum. Si vero *est ex iis*, ex quibus *conflatum est* quod primo unitum est, *sunt* Unitates. Si enim est ipsum per se Unum, est id, quod primo participat ipsum *Unum*, et quod primo est unitum.

Τοῦτο δὲ ἐξ ἑνάδων. Εἰ γὰρ ἐξ ἡνωμένων, πάλιν τὰ ἡνωμένα ἔκ τινων, καὶ εἰς ἄπειρον. Δεῖ δὲ εἶναι τὸ πρώτως ἡνωμένον ἐξ ἑνάδων. Καὶ εὕρομεν τὸ ἐξ ἀρχῆς ***.

Hoc vero *conflatum est* ex Unitatibus. Si enim *conflatum esset* ex unitis, rursus unita *conflarentur* ex aliquibus *aliis*, et *sic* in infinitum. Oportet autem id, quod primo unitum est, ex Unitatibus *esse conflatum*. Et *sic* invenimus id, quod a principio *manat* ***.

Περὶ παραγόντων καὶ παραγομένων.

Ζ'. Πᾶν τὸ παρακτικὸν ἄλλου κρεῖττόν ἐστι τῆς τοῦ παραγομένου φύσεως. Ἤτοι γὰρ κρεῖττόν ἐστιν ἢ χεῖρον ἢ ἴσον.

Τὸ τοίνυν ἀπὸ τούτου παραγόμενον ἢ δύναμιν ἔχει καὶ αὐτὸ παρακτικὴν ἄλλου τινός, ἢ ἄγονον ὑπάρχει παντελῶς. Ἀλλ' εἰ μὲν ἄγονον εἴη, κατ' αὐτὸ τοῦτο τοῦ παράγοντος ἠλάττωται, καὶ ἔστιν ἄνισον ἐκείνῳ, γονίμῳ ὄντι καὶ δύναμιν ἔχοντι τοῦ ποιεῖν, ἀδρανὲς ὄν. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸ παρακτικόν ἐστιν ἄλλων, ἢ καὶ αὐτὸ ἴσον ἑαυτῷ παράγει, καὶ τοῦτο ὡσαύτως ἐπὶ πάντων, καὶ ἔσται τὰ ὄντα πάντα ἴσα ἀλλήλοις, καὶ οὐδὲν ἄλλου ἄλλο κρεῖσσον, ἀεὶ τοῦ παράγοντος ἴσον ἑαυτῷ τὸ ἐφεξῆς ὑφιστάντος, ἢ ἄνισον, καὶ οὐκέτ' ἂν ἴσον εἴη τῷ αὐτὸ παράγοντι.

Δυνάμεων γὰρ ἴσων ἔστι τὸ τὰ ἴσα ποιεῖν· τὰ δὲ ἐκ τούτων ἄνισα ἀλλήλοις, εἴπερ τὸ μὲν παραγαγὸν τῷ πρὸ αὐτοῦ ἴσον, αὐτῷ δὲ τὸ μετ' αὐτὸ ἄνισον. Οὐκ ἄρα ἴσον εἶναι δεῖ τῷ παράγοντι τὸ παραγόμενον· ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἔλασσον ἔσται ποτὲ τὸ παραγάγον.

Εἰ γὰρ αὐτὸ τὴν οὐσίαν τῷ παραγομένῳ δίδωσιν, αὐτὸ καὶ τὴν δύναμιν αὐτῷ χορηγεῖ κατὰ τὴν οὐσίαν.

Εἰ δὲ αὐτὸ παρακτικόν ἐστι τῆς δυνάμεως τῷ μετ' αὐτὸ πάσης, κἂν ἑαυτὸ δύναιτο ποιεῖν τοιοῦτον, οἷον ἐκεῖνο. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ποιήσειεν ἂν ἑαυτὸ δυνατώτερον· οὔτε γὰρ τὸ μὴ δύνασθαι κωλύει παρούσης τῆς ποιητικῆς δυνάμεως, οὔτε τὸ μὴ βούλεσθαι.

Πάντα γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ὀρέγεται κατὰ φύσιν· ὥστε εἰ ἄλλο δύναται τελειότερον ἀπεργάσασθαι, κἂν αὐτὸ πρὸ τοῦ μετ' αὐτὸ τελειώσειεν. Οὔτε ἴσον ἄρα τὸ παραγόμενον τῷ παράγοντί ἐστιν, οὔτε κρεῖττον. Πάντῃ ἄρα τὸ παράγον κρεῖττον τῆς τοῦ παραγομένου φύσεως.

De producentibus et productis.

VII. Omne, quod alius producendi vim habet, præstantius est natura rei, quæ producitur *ab eo*. Vel enim præstantius est vel deterius vel par.

Quod igitur ab hoc producitur, et ipsum vel habet facultatem alicujus alius rei producendæ, vel infœcundum *et sterile* prorsus est. Sed si quidem infœcundum *et sterile* fuerit, per hoc ipsum est inferius eo, quod producit *aliquid*, et est impar illi, quod est fœcundum et *quod* faciendi vim habet, quoniam est infirmum *et nihil facere potest*. Si vero et ipsum aliorum producendorum vim habet, vel et ipsum producit *aliquid aliud* par sibi ipsi; et hoc pariter in omnibus *Entibus observatur*, et omnia Entia erunt paria alia aliis, nec ullum aliud erit alio præstantius, quoniam id, quod *aliud* producit, semper par sibi ipsi constituit id, quod deinceps *est et quod ipsum sequitur*, vel impar *producit*, nec amplius *id, quod producitur*, par erit ipsi ipsum producenti.

Facultatum enim parium est ipsum paria facere. Quæ vero ex his [*imparibus*] *prodeunt*, imparia *sunt* inter se, si quidem illud quidem, quod *rem aliquam* produxit, par *est* illi, quod est ante ipsum : ipsi vero illud, quod est post ipsum, *est* impar. Non igitur par esse oportet ipsi producenti id, quod *ab eo* producitur. Quin etiam ne minus quidem unquam erit id, quod *rem aliquam* produxit.

Si enim ipsum *producens* dat essentiam ei, quod *ab eo* producitur, ipsum etiam facultatem ipsi suppeditat secundum essentiam.

Si vero ipsum, *quod aliquid producit*, vim habet producendæ omnis facultatis, *quam suppeditat* illi, quod est post ipsum *producens*, et se ipsum facere poterit tale, quale *est* illud, *quod ab eo productum fuerit*. Si vero hoc *est*, etiam se ipsum potentius faciet. Neque enim ipsum non posse (*virium imbecillitas*) *hoc* impedit, cum effectrix facultas adsit, neque ipsum non velle (*voluntatis defectus*).

Omnia enim secundum naturam appetunt ipsum Bonum. Quare si, *quod res aliquas produxit*, aliud potest perfectius efficere, etiam *illud* ipsum perficiet *se ipsum* ante illud, quod est post ipsum. Neque igitur id, quod producitur, par est producenti, neque præstantius *eo*. Ubique igitur producens præstantius *est* naturâ rei, quæ producitur.

Περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, ὃ καὶ τάγαθὸν καλεῖται.

Η'. Πάντων τῶν ὑπωσοῦν τοῦ ἀγαθοῦ μετεχόντων ἠγεῖται τὸ πρώτως ἀγαθὸν, καὶ ὃ μηδέν ἐστιν ἄλλο ἢ τἀγαθόν· εἰ γὰρ πάντα τὰ ὄντα τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται, δῆλον ὅτι τὸ πρώτως ἀγαθὸν ἐπέκεινά ἐστι τῶν ὄντων. Εἰ γὰρ ταὐτόν τινι τῶν ὄντων, ἢ ταὐτόν ἐστιν ὂν καὶ τἀγαθὸν, καὶ τοῦτο τὸ ὂν οὐκέτι ἂν ἐφιέμενον εἴη τοῦ ἀγαθοῦ, αὐτὸ τἀγαθὸν ὑπάρχον· τὸ γὰρ ὀρεγόμενόν του, ἐνδεές ἐστιν, οὗ ὀρέγεται, καὶ τοῦ ὀρεκτοῦ ἕτερον· ἢ τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο. Καὶ τὸ μὲν μεθέξει τὸ ὦ, τὸ δὲ ἔσται μετεχόμενον ἐν τούτῳ τὸ ἀγαθόν.

Τί ἄρα ἀγαθόν ἐστιν ἕν τινι τῶν μετεχόντων ὄν,

De primo bono, quod etiam τἀγαθόν, ipsum bonum, appellatur.

VIII. Omnia, quæ quomodocumque Bonum participant, antecedit id, quod primo Bonum *vocatur*, et quod nihil aliud est, quam ipsum Bonum. Si enim omnia Entia Bonum appetunt, perspicuum *est*, quod illud primo Bonum est ante ipsa Entia. Si enim Idem alicui Entium *esse dicitur*, vel idem est Ens et ipsum Bonum, et si sit hoc *ipsum*, non amplius erit appetens ipsius Boni, cum ipsum sit ipsum Bonum. Quod enim appetit aliquid, est indigens ejus, quod appetit, et *est* diversum ab eo, quod appetitur : vel hoc quidem *est* aliud, illud vero aliud. Et aliud quidem particeps erit ipsius Entis, aliud vero erit participatum in hoc ipsum Bonum.

Aliquod igitur Bonum est in aliquo eorum, quæ parti-

καὶ οὗ τὸ μετασχὸν ἐφίεται μόνον, ἀλλ' οὐ τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν, καὶ οὗ πάντα τὰ ὄντα ἐφίεται.

Τοῦτο μὲν γὰρ κοινόν ἐστι πάντων τῶν ὄντων ἐφετόν. Τὸ δὲ ἕν τινι γενόμενον, ἐκείνου μόνον ἐστὶ τοῦ μετασχόντος· τὸ ἄρα πρώτως ἀγαθὸν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀγαθόν· ἂν γάρ τι ἄλλο προσθῇς, ἠλάττωσας τῇ προσθέσει τὸ ἀγαθὸν, τι ἀγαθὸν ποιήσας, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ ἁπλῶς. Τὸ γὰρ προστεθὲν, οὐκ ὂν τὸ ἀγαθὸν ἀλλ' ἔλασσον ἢ ἐκεῖνο, τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ τὸ ἀγαθὸν ἠλάττωσεν.

Περὶ αὐτάρκους.

Θ'. Πᾶν τὸ αὔταρκες ἢ κατ' οὐσίαν ἢ κατ' ἐνέργειαν, κρεῖττόν ἐστι τοῦ μὴ αὐτάρκους, ἀλλ' εἰς ἄλλην αἰτίαν ἠρτημένου τὴν τῆς τελειότητος αἰτίαν. Εἰ γὰρ ἅπαντα τὰ ὄντα τοῦ ἀγαθοῦ κατὰ φύσιν ὀρέγεται, καὶ τὸ μὲν ἑαυτῷ παρεκτικόν ἐστι τοῦ εὖ, τὸ δὲ ἐπιδεὲς ἄλλου· τὸ μὲν παροῦσαν ἔχει τὴν τοῦ ἀγαθοῦ αἰτίαν, τὸ δὲ χωρὶς οὖσαν· ὅσῳ δὴ οὖν ἐγγυτέρω τοῦτο τῆς τὸ ὀρεκτὸν χορηγούσης, τοσούτῳ κρεῖττον ἂν εἴη τοῦ τῆς κεχωρισμένης αἰτίας ἐνδεοῦς ὄντος, καὶ ἀλλαχόθεν ὑποδεχομένου τὴν τελειότητα τῆς ὑπάρξεως ἢ τῆς ἐνεργείας. Ἐπεὶ ὅτι καὶ ὅμοιον, καὶ ἠλαττωμένον, καὶ ὁμοιότερόν ἐστιν αὐτῷ τῷ ἀγαθῷ τὸ αὔταρκες.

Ἠλαττωμένον τὸ μετέχειν τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ μὴ αὐτὸ εἶναι τὸ ἀγαθὸν πρώτως συγγενές πώς ἐστιν ἐκείνῳ, καθόσον παρ' ἑαυτοῦ δύναται τὸ ἀγαθὸν ἔχειν. Τὸ δὲ μετέχειν καὶ δι' ἄλλου μετέχειν μειζόνως ἀφέστηκε τοῦ πρώτως ἀγαθοῦ καὶ ὃ μηδέν ἐστιν ἄλλο ἢ ἀγαθόν.

Ι'. Πᾶν τὸ αὔταρκες τοῦ ἁπλῶς ἀγαθοῦ καταδεέστερόν ἐστι. Τί γάρ ἐστιν ἄλλο τὸ αὔταρκες ἢ τὸ παρ' ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν κεκτημένον; τοῦτο δὲ ἤδη πλῆρες τοῦ ἀγαθοῦ καὶ μετέχον, ἀλλ' οὐχὶ αὐτὸ τὸ ἁπλῶς ἀγαθόν.

Ἐκεῖνο γὰρ καὶ τοῦ μετέχειν καὶ τοῦ πλῆρες εἶναι κρεῖττον, ὡς δέδεικται. Εἰ οὖν τὸ αὔταρκες πεπλήρωκεν ἑαυτὸ τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ, ἀφ' οὗ πεπλήρωκεν ἑαυτὸ, κρεῖττον ἂν εἴη τοῦ αὐτάρκους καὶ ὑπὲρ αὐτάρκειαν· καὶ οὔτε ἐνδεές τινος τὸ ἁπλῶς ἀγαθόν.

Οὐ γὰρ ἐφίεται ἄλλου· εἴη γὰρ ἂν ἐλλειπὲς ἀγαθοῦ κατὰ τὴν ἔφεσιν, οὔτε αὔταρκες· εἴη γὰρ ἂν πλῆρες ἀγαθοῦ, καὶ οὐ τἀγαθὸν πρώτως.

Περὶ αἰτίου.

ΙΑ'. Πάντα τὰ ὄντα πρόεισιν ἀπὸ μιᾶς αἰτίας, τῆς πρώτης· ἢ γὰρ οὐδενός ἐστιν αἰτία τῶν ὄντων, ἢ κύκλῳ τὰ αἴτια πεπερασμένων τῶν πάντων, ἢ ἐπ' ἄπειρον ἡ ἄνοδος, καὶ ἄλλου ἄλλο αἴτιον, καὶ οὐδαμοῦ στήσεται ἡ τῆς αἰτίας προϋπόστασις.

Ἀλλ' εἰ μὲν μηδενὸς εἴη τῶν ὄντων αἴτιον, οὔτε

cipant, exsistens, et quod illud tantum, quod ipsius est particeps, appetit, non autem illud simpliciter *et generaliter dictum* Bonum, et quod omnia Entia appetunt.

Nam hoc quidem commune est omnium Entium optabile. Quod vero est in aliquo, est illius tantum, quod *ipsius* est particeps. Ipsum igitur primo Bonum nihil aliud est, quam Bonum. Si quid enim aliud addideris, hac additione ipsum Bonum minues, aliquod Bonum faciens, loco Boni simpliciter *dicti*. Quod enim additum fuerit, cum non sit ipsum Bonum, sed *aliquid* minus quam illud *ipsum Bonum*, sua essentia ipsum Bonum minuit.

De eo, quod sufficit sibi.

IX. Omne quod sufficit sibi, vel per essentiam vel per actionem, præstantius est eo quod sibi non sufficit [et quod aliena desiderat], et *suæ* perfectionis causam in alia causa positam habet, unde pendet. Si enim omnia Entia secundum naturam expetunt ipsum Bonum, et alterum quidem sibi ipsum suppeditat, quod bene est, alterum vero *est* indigens alius; alterum quidem ipsius Boni præsentem causam habet, alterum vero separatim exsistentem (*separatam ac absentem*). Quanto igitur hoc *Bonum* propius accedit ad illam *facultatem*, quæ suppeditat ipsum expetendum, tanto præstantius erit eo, quod indiget separata causa, et quod aliunde suscipit perfectionem suæ essentiæ *et naturæ*, vel actionis. Quoniam et simile et imminutum, et similius est ipsi Bono illud, quod est sibi sufficit nec alienis opibus et auxilio indiget.

Imminutum *autem censetur* ipsum participare Bonum, et non esse ipsum Bonum primo cognatum est quodammodo illi *Bono*, quatenus *hoc* a se ipso potest Bonum habere. Ipsum vero participare *Bonum*, et per aliud participare, ab ipso primo Bono magis (*longius*) abest et *ab eo*, quod nihil aliud est, quam Bonum.

X. Omne quod *modo* sufficit sibi, est inferius ipso simpliciter Bono. Quid enim aliud est illud, quod αὔταρκες vocatur, quam illud, quod possidet ipsum Bonum a se ipso *manans* et in se ipso *situm et permanens?* Hoc vero jam plenum *est* Boni, et particeps *ejus*; sed non *est* ipsum simpliciter Bonum.

Illud enim *Bonum* præstantius *est* (ut demonstratum est) et ipso participare *Bonum* et ipso plenum esse *Boni*. Si igitur ipsum αὔταρκες replevit se ipsum Bono, illud, ex quo replevit se ipsum, præstantius erit eo, quod est αὔταρκες (*sibi sufficiens suisque bonis contentum*), et erit supra eam vitæ conditionem. Et ipsum simpliciter Bonum nullius *rei est* indigens.

Haud enim expetit aliud *quidquam*. Per ipsum enim Boni desiderium esset imperfectum, nec *esset* αὔταρκες. Esset enim Boni plenum, et non ipsum primo Bonum.

De causa.

XI. Omnia entia ab una prima causa progrediuntur. Aut enim nullius Entium est causa, aut in orbem *feruntur* omnium *rerum* finitarum causæ, aut in infinitum *est ipse rerum progressus et* ascensus, et alia *est rei* alius causa, nec usquam subsistet causæ prohypostasis, *primaque rerum natura semper in infinitum progredietur*.

Sed si quidem nullius Entium causa fuerit, neque se-

τάξις ἔσται δευτέρων καὶ πρώτων, τελειούντων καὶ τελειουμένων, κοσμούντων καὶ κοσμουμένων, γεννώντων καὶ γεννωμένων, ποιούντων καὶ πασχόντων, οὔτε ἐπιστήμη τῶν ὄντων οὐδενός.

Ἡ γὰρ τῶν αἰτίων γνῶσις ἐπιστήμης ἐστὶν ἔργον· καὶ τότε λέγομεν ἐπίστασθαι, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν τῶν ὄντων. Εἰ δὲ κύκλῳ περίεισι τὰ αἴτια, τὰ αὐτὰ πρότερα ἔσται καὶ ὕστερα, δυνατώτερά τε καὶ ἀσθενέστερα. Πᾶν γὰρ τὸ παράγον κρεῖττόν ἐστι τῆς τοῦ παραγομένου φύσεως. Διαφέρει δὲ οὐδὲν τὸ διὰ πλειόνων ἢ δι' ὀλιγοστῶν μέσων συνάπτειν τῷ αἰτιατῷ τὸ αἴτιον, καὶ ποιεῖν ἀπ' ἐκείνου.

Καὶ γὰρ τῶν μεταξὺ πάντων ἔσται κρεῖττον, ὧν ἐστιν αἴτιον. Καὶ ὅσῳ ἂν πλείω τὰ μέσα, τοσούτῳ μειζόνως αἴτιον· εἰ δ' ἐπ' ἄπειρον ἡ τῶν αἰτίων πρόθεσις, καὶ ἄλλο πρὸ ἄλλου ἀεὶ πάλιν, οὐδενὸς ἐπιστήμη ἔσται. Τῶν γὰρ ἀπείρων οὐδενός ἐστι γνῶσις· τῶν δ' αἰτίων ἀγνοουμένων οὐδὲ τῶν ἐξῆς ἐπιστήμη ἔσται. Εἰ οὖν καὶ αἰτίαν εἶναι δεῖ τῶν ὄντων, καὶ διώρισται τὰ αἴτια τῶν αἰτιατῶν, καὶ οὐκ εἰς ἄπειρον ἡ ἄνοδος, ἔστιν αἰτία πρώτη τῶν ὄντων, ἀφ' ἧς οἷον ἐκ ῥίζης πρόεισιν ἕκαστα, τὰ μὲν ἐγγὺς ὄντα ἐκείνης, τὰ δὲ πορρώτερον· ὅτι γὰρ μίαν εἶναι δεῖ τὴν ἀρχὴν, δέδεικται, οὐ‌ὸτι πᾶν πλῆθος δεύτερον ὑφέστηκε τοῦ ἑνός.

ΙΒ'. Πάντων τῶν ὄντων ἀρχὴ καὶ αἰτία πρωτίστη τὸ ἀγαθόν ἐστιν. Εἰ γὰρ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας πάντα πρόεισιν, ἐκείνην τὴν αἰτίαν ἢ τἀγαθὸν χρὴ λέγειν ἢ τἀγαθοῦ κρεῖττον. Ἀλλ' εἰ μὲν κρεῖττον ἐκείνη τοῦ ἀγαθοῦ, πότερον ἧκει τι καὶ ἀπ' ἐκείνης εἰς τὰ ὄντα καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων, ἢ οὐδέν; καὶ εἰ μὲν μηδέν, ἄτοπον· οὐ γὰρ ἂν ἔτι φυλάττοιμεν αὐτὴν ἐν αἰτίας τάξει· δέον πανταχοῦ παρεῖναί τι τοῖς αἰτιατοῖς ἐκ τῆς αἰτίας, καὶ διαφερόντως ἐκ τῆς πρωτίστης, ἐξ ἧς πάντα ἤρτηται, καὶ δι' ἣν ἐστιν ἕκαστα τῶν ὄντων.

Εἰ δὲ ἔστι μετουσία κἀκείνης τοῖς οὖσιν, ὥσπερ καὶ τἀγαθοῦ, ἔσται τι τῆς ἀγαθότητος κρεῖσσον ἐν τοῖς οὖσιν, ἐφῆκον ἀπὸ τῆς πρωτίστης αἰτίας. Οὐ γάρ που, κρεῖσσον οὖσα καὶ ὑπὲρ τἀγαθὸν, καταδεέστερόν τι δίδωσι τοῖς δευτέροις, ὧν τὸ μετ' αὐτὴν δίδωσι.

Καὶ τί ἂν γένοιτο τῆς ἀγαθότητος κρεῖσσον; ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ κρεῖσσον τὸ μειζόνως ἀγαθοῦ μετειληφὸς εἶναι λέγομεν. Εἰ οὖν οὐδὲ κρεῖσσον λέγοιτο τὸ μὴ ἀγαθὸν, τοῦ ἀγαθοῦ πάντως δεύτερον· εἰ δὲ καὶ τὰ ὄντα πάντα τοῦ ἀγαθοῦ ἔφιεται, πῶς ἔτι πρὸ τῆς αἰτίας ταύτης εἶναί τι δυνατόν; εἴτε γὰρ ἔφιεται κἀκείνου, πῶς τοῦ ἀγαθοῦ μᾶλιστα; εἴτε μὴ ἔφιεται, πῶς τῆς πάντων αἰτίας οὐκ ἔφιεται, προελθόντα ἀπ' αὐτῆς; εἰ δὲ ἀγαθόν ἐστιν, ἀφ' οὗ πάντα ἤρτηται τὰ ὄντα, ἀρχὴ καὶ αἰτία πρωτίστη τῶν πάντων ἐστὶ τἀγαθόν.

ΙΓ'. Πᾶν ἀγαθὸν ἑνωτικόν ἐστι τῶν μετεχόντων αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἕνωσις ἀγαθὸν, καὶ τἀγαθὸν τῷ ἑνὶ ταὐτόν. Εἰ γὰρ τὸ ἀγαθόν ἐστι σωστικὸν τῶν ὄντων ἁπάντων (διὸ καὶ ἐφετὸν ὑπάρχει πᾶσι), τὸ δὲ σωστικὸν

cundorum et primorum *ullus* erit ordo, perficientium et eorum quæ perficiuntur, ordinantium et eorum quæ ordinantur, generantium et eorum quæ generantur, agentium et patientium, nec *erit* scientia ullius Entium.

Ipsa enim causarum cognitio est scientiæ opus. Et tunc dicimus *nos aliquid* scire, cum ipsa Entium causas cognoscimus. Si vero causæ circumeant in orbem, eadem erunt et priora et posteriora, et potentiora et infirmiora. Omne enim quod *res aliquas* producit, præstantius est ipsa natura ejus quod producitur. Nihil autem interest, utrum per plura, an vero per pauciora media conjungamus causam cum causato, et ab illo effectum præstemus.

Etenim *ipsa causa* præstantior erit omnibus interjectis, quorum est causa. Et quo plura *fuerint* ipsa media, tanto magis causa *dicetur rerum causatarum causa*. Si vero causarum redditio *progrediatur* in infinitum, et aliud ante aliud semper *sit* rursus, *rei* nullius erit scientia. Nullius enim infinitorum est cognitio. Si vero causæ *rerum* ignorentur, ne eorum quidem, quæ *causas* sequuntur, scientia erit. Si igitur etiam entium causam oportet esse, et causæ a causatis distinctæ sunt, et ascensus *ad causas* non *fit* in infinitum, est causa prima Entium, a qua tanquam a radice progrediuntur singula. Quorum alia quidem sunt prope illam *causam;* alia vero procul *ab ea sunt*. Quod enim unum oportet esse *rerum* principium, demonstratum est, quoniam omnis multitudo posterior est ipso Uno.

XII. Omnium Entium principium et prima causa est ipsum Bonum. Si enim ab una causa omnia progrediuntur, illam causam vel ipsum Bonum oportet dicere vel *aliquid* ipso Bono præstantius. Sed si quidem illa *causa est* præstantior ipso Bono, utrum manat aliquid etiam ab illa *causa* in Entia et *in* Entium naturam, an nihil? Et si quidem nihil *illinc ad alia manare dicas, hoc erit* absurdum. Non enim amplius ipsam in causæ ordine servabimus, *nec inter causas ponemus:* quoniam oportet ubique causatis aliquid adesse, *quod manat* a causa, et præcipue a prima, ex qua omnia pendent, et propter quam singula Entia sunt.

Si vero illius etiam *primæ causæ* communio est ipsis Entibus, ut et ipsius Boni, erit aliquid ipsa Bonitate præstantius in Entibus, manans a prima causa. Nullo enim modo, si sit præstantior et supra Bonum *sita*, deterius aliquid dat secundis, quam ea sunt, quæ id, quod post ipsam (*primam causam*) est, dat.

Et quidnam fuerit Bonitate præstantius? quoniam et illud ipsum, quod est præstantius, majorem in modum Boni particeps esse dicimus. Si vero ne præstantius quidem dicatur id, quod non est Bonum, prorsus *hoc erit* ipso Bono posterius. Si vero etiam omnia Entia ipsum Bonum expetunt, quomodo etiam ante causam istam aliquid esse potest? Sive enim *Entia* expetunt illud *quod est ante causam istam*, quomodo ipsum Bonum maxime *expetunt?* sive non expetunt, quomodo non expetunt illam omnium causam, cum ab ipsa sint progressa? Si igitur bonum est illud, ex quo omnia Entia pendent, ipsum Bonum est omnium principium et causa prima.

XIII. Omne Bonum vim habet uniendi ea, quæ participant ipsum. Et omnis Unio Bonum *est*, et ipsum Bonum *est* idem cum ipso Uno. Si enim ipsum Bonum omnium conservandorum vim habet (quam ob rem etiam est omnibus optabile); id vero, quod conservandi vim habet, et

κὸν καὶ συνεκτικὸν τῆς ἑκάστων οὐσίας ἔστι τὸ ἕν (τῷ γὰρ ἑνὶ σώζεται πάντα, καὶ ὁ σκεδασμὸς ἕκαστον ἐξίστησι τῆς οὐσίας), τὸ ἀγαθὸν, οἷς ἂν παρῇ, ταῦτα ἓν ἀπεργάζεται καὶ συνέχει κατὰ τὴν ἕνωσιν. Καὶ εἰ τὸ ἓν συναγωγόν ἐστι καὶ συνεκτικὸν τῶν ὄντων, ἕκαστον τελειοῖ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν.

Καὶ ἀγαθὸν ἄρα ταύτῃ ἐστὶ τὸ ἡνῶσθαι πᾶσιν. Εἰ δὲ καὶ ἡ ἕνωσις ἀγαθὸν, καὶ καθ' αὑτὸ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἑνοποιὸν, τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ τὸ ἁπλῶς ἓν ταὐτὸν, ἑνίζον ἅμα καὶ ἀγαθῦνον τὰ ὄντα. Ὅθεν δὴ καὶ τὰ ταγαθοῦ τρόπον τινὰ ἀποπεσόντα καὶ τῆς τοῦ ἑνὸς ἅμα στέρεται μεθέξεως. Καὶ τὰ τοῦ ἑνὸς ἄμοιρα γινόμενα, διαστάσεως ἀναπιμπλάμενα, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ στέρεται κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. Ἔστιν ἄρα καὶ ἡ ἀγαθότης ἕνωσις, καὶ ἡ ἕνωσις ἀγαθότης, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἓν, καὶ τὸ ἓν πρώτως ἀγαθόν.

Περὶ ἀκινήτου καὶ αὐτοκινήτου ἀρχῆς ἢ αἰτίας.

ΙΔ'. Πᾶν τὸ ὂν ἢ ἀκίνητόν ἐστιν ἢ κινούμενον· καὶ εἰ κινούμενον, ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ ἢ ὑπ' ἄλλου· καὶ εἰ μὲν ὑφ' ἑαυτοῦ, αὐτοκίνητόν ἐστιν· εἰ δὲ ὑπ' ἄλλου, ἑτεροκίνητον. Πᾶν ἄρα ἢ ἀκίνητόν ἐστιν ἢ αὐτοκίνητον ἢ ἑτεροκίνητον.

Ἀνάγκη γὰρ τῶν ἑτεροκινήτων ὄντων εἶναι καὶ τὸ ἀκίνητον, καὶ μεταξὺ τούτων τὸ αὐτοκίνητον. Εἰ γὰρ πᾶν τὸ ἑτεροκίνητον ὑπ' ἄλλου κινούμενον κινεῖται, ἢ κύκλῳ αἱ κινήσεις, ἢ ἐπ' ἄπειρον· ἀλλ' οὔτε κύκλῳ, οὔτε ἐπ' ἄπειρον, εἴπερ ὥρισται τῇ ἀρχῇ τὰ ὄντα πάντα, καὶ τὸ κινοῦν τοῦ κινουμένου κρεῖττον.

Ἔσται τι ἄρα ἀκίνητον πρῶτον κινοῦν· ἀλλ' εἰ ταῦτα, ἀνάγκη καὶ τὸ αὐτοκίνητον εἶναι. Εἰ γὰρ σταίη τὰ πάντα, τί ποτε ἔσται τὸ πρώτως κινούμενον;

Οὔτε γὰρ τὸ ἀκίνητον (οὐ γὰρ πέφυκεν) οὔτε τὸ ἑτεροκίνητον (ὑπ' ἄλλου γὰρ κινεῖται)· λείπεται ἄρα τὸ αὐτοκίνητον εἶναι τὸ πρώτως κινούμενον· ἐπεὶ καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τῷ ἀκινήτῳ τὰ ἑτεροκίνητα συνάπτον, μέσον πῶς ὄν, κινοῦν τε ἅμα καὶ κινούμενον. Ἐκείνων γὰρ τὸ μὲν κινεῖ μόνον, τὸ δὲ κινεῖται μόνον.

Πᾶν ἄρα τὸ ὂν ἢ ἀκίνητόν ἐστιν ἢ αὐτοκίνητον ἢ ἑτεροκίνητον· ἐκ δὴ τούτων κἀκεῖνο φανερὸν, ὅτι τῶν μὲν κινουμένων τὸ αὐτοκίνητον πρῶτον· τῶν δὲ κινούντων, τὸ ἀκίνητον.

Περὶ ἀσωμάτου οὐσίας, καὶ τί ἴδιον αὐτῆς.

ΙΕ'. Πᾶν τὸ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν ἀσώματόν ἐστιν. Οὐδὲν γὰρ τῶν σωμάτων πρὸς ἑαυτὸ πέφυκεν ἐπιστρέφειν· εἰ γὰρ τὸ ἐπιστρέφον πρός τι συνάπτεται ἐκείνῳ, πρὸς ὃ ἐπιστρέφει, δῆλον δὴ, ὅτι καὶ τὰ μέρη

singulorum essentiam *naturamque* continere potest, est ipsum Unum (per ipsum enim Unum omnia conservantur et ipsa dissipatio unumquodque expellit ex *sua* essentia *et natura*) : *ergo* ipsum Bonum, quibus adfuerit, hæc Unum efficit et continet per Unionem. Et si ipsum Unum vim habet congregandorum et continendorum Entium, unumquodque *eorum* per suam præsentiam perficit.

Bonum igitur etiam est hoc modo unitum esse cum omnibus (*pro : Unio igitur, quæ res cum omnibus unit, est Bonum*). Si vero et ipsa Unio Bonum *est* per se, et ipsum Bonum *est* Unificum (*i. e. res in unum cogit, ac ex multis Unum facit*), *ergo* illud, quod est simpliciter Bonum, et ipsum simpliciter Unum *est* Idem, quoniam et unit simul et bona facit Entia. Quamobrem etiam ea, quæ quodam modo ex ipso Bono exciderunt, ipsa quoque Unius communione simul privantur. Et ea, quæ sunt Unius expertia, quod intervallo repleantur, etiam ipso Bono privantur eodem modo. Est igitur et ipsa Bonitas Unio, et ipsa Unio Bonitas, et ipsum Bonum Unum, et ipsum Unum primo Bonum.

De immobili et per se mobili principio vel causa.

XIV. Omne Ens vel immobile est vel mobile. Et si mobile est, vel a se ipso vel ab alio *movetur* : si a se ipso, est αὐτοκίνητον (*per se mobile*) ; si vero ab alio, ἑτεροκίνητον (*ab altero motum*). Omne igitur *Ens* vel immobile est vel per se mobile vel ab altero motum.

Necesse enim *est*, si sint ea, quæ ab altero moventur, esse et illud, quod est immobile, et inter ista illud, quod est per se mobile. Si enim omne quod ab altero movetur, *tunc* movetur, cum ab alio movetur, vel in orbem *fiunt* hæ motiones, vel in infinitum *progrediuntur*. Sed nec in orbem *fiunt*, nec in infinitum *progrediuntur*, si quidem ipso principio omnia Entia terminantur *et definiuntur*, et id quod movet, *est* præstantius eo quod movetur.

Erit igitur aliquid immobile primum *alia* movens. Sed si hæc *nobis concedantur*, necesse *est* illud etiam esse, quod per se movetur. Etenim si starent omnia *immota*, quidnam tandem erit, quod primo movetur?

Neque enim ipsum immobile *erit id quod primo movetur* (haud enim naturâ comparatum est, *ut tale quid fiat*), neque id, quod ab altero movetur (ab alio enim movetur) : restat igitur, ut illud, quod per se movetur, sit id, quod primo movetur. Quoniam hoc est illud, quod cum immobili conjungit ea, quæ ab altero moventur, quia quodammodo medium est, dum simul et movet et movetur. Illorum enim alterum quidem movet tantum; alterum vero movetur tantum.

Omne igitur Ens vel immobile est vel per se mobile vel ab altero motum. Ex his igitur et illud *est* manifestum, quod illorum quidem quæ moventur, primum *est illud* quod per se movetur; illorum vero quæ movent *res alias*, *primum est illud* quod est immobile.

De incorporea essentia, et quodnam sit ipsius proprium.

XV. Omne quod rerum ad se convertendarum *ac reducendarum* (*vel* ad se revertendi) facultatem habet, incorporeum est. Nullum enim corpus ad se *res* convertere *et reducere* (*vel* ad se reverti) naturaliter solet. Si enim id, quod ad aliquid se convertit cum illo conjungitur, ad quod se convertit : perspicuum sane *est*, quod et omnes

τοῦ σώματος πάντα πρὸς πάντα συνάψει τοῦ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστραφέντος.

Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέψαι, ὅταν ἓν γένηται ἄμφω, τό τε ἐπιστραφὲν, καὶ πρὸς ὃ ἐπιστράφη. Ἀδύνατον δὲ ἐπὶ σώματος τοῦτο, καὶ ὅλως τῶν μεριστῶν πάντων.

Οὐ γὰρ ὅλον ὅλῳ συνάπτεται αὐτῷ τὸ μεριστὸν διὰ τὸν τῶν μερῶν χωρισμὸν, ἄλλων ἀλλαχοῦ κειμένων. Οὐδὲν ἄρα σῶμα πρὸς ἑαυτὸ πέφυκεν ἐπιστρέφειν, ὡς ὅλον ἐπεστράφθαι πρὸς ὅλον.

Εἴ τι ἄρα πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικόν ἐστιν, ἀσώματόν ἐστι καὶ ἀμερές.

ΙϚ'. Πᾶν τὸ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν χωριστὴν οὐσίαν ἔχει παντὸς σώματος. Εἰ γὰρ ἀχώριστον εἴη σώματος οὑτινοσοῦν, οὐχ ἕξει τινὰ ἐνέργειαν σώματος χωριστόν· ἀδύνατον γὰρ ἀχωρίστου τῆς οὐσίας σωμάτων οὔσης, τὴν ἀπὸ τῆς οὐσίας ἐνέργειαν εἶναι χωριστήν. Ἔσται γὰρ οὕτως ἡ ἐνέργεια τῆς οὐσίας κρείττων· εἴπερ ἡ μὲν ἐπιδεής ἐστι σωμάτων, ἡ δὲ αὐτάρκης ἑαυτῆς οὖσα, καὶ οὐ σωμάτων. Εἰ οὖν τι κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἀχώριστον, καὶ κατ' ἐνέργειαν ὁμοίως ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον ἀχώριστον. Εἰ δὲ τοῦτο οὐκ ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτὸ (ἐπιστρέφον, ἄλλο ὂν σώματος, ἐνέργειαν ἔχει χωριζομένην σώματος, καὶ οὐ διὰ σώματος, οὐδὲ μετὰ σώματος, εἴπερ ἥ τε ἐνέργεια καὶ τὸ, πρὸς ὃ ἡ ἐνέργεια, οὐδὲν δεῖται τοῦ σώματος), χωριστὸν ἄρα πάντῃ σωμάτων ἐστὶ τὸ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφον.

ΙΖ'. Πᾶν τὸ ἑαυτὸ κινοῦν πρώτως, πρὸς ἑαυτό ἐστιν ἐπιστρεπτικόν· εἰ γὰρ κινεῖ ἑαυτὸ καὶ ἡ κινητικὴ ἐνέργεια αὐτοῦ πρὸς ἑαυτό ἐστι, καὶ ἓν ἅμα τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον· ἢ γὰρ μέρει μὲν κινεῖ, μέρει δὲ κινεῖται, [ἢ ὅλον κινεῖ καὶ κινεῖται,] ἢ ἐμπαλιν. Ἀλλ' εἰ μέρος μὲν ἄλλο ἐστὶ τὸ κινοῦν, μέρος δὲ ἄλλο τὸ κινούμενον, οὐκ ἔσται καθ' ἑαυτὸ αὐτοκίνητον, ἐκ μὴ αὐτοκινήτων ὑφεστὼς, ἀλλὰ δοκοῦν μὲν αὐτοκίνητον, οὐκ ὂν δὲ κατ' οὐσίαν τοιοῦτον.

Εἰ δὲ ὅλον κινεῖ, μέρος δὲ κινεῖται, ἢ ἐμπαλιν, ἔσται τι μέρος ἐν ἀμφοτέροις, καθ' ἓν ἅμα κινοῦν καὶ κινούμενον. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πρώτως αὐτοκίνητον· εἰ δὲ ἓν καὶ αὐτὸ κινεῖ καὶ κινεῖται, τὴν τοῦ κινεῖν ἐνέργειαν πρὸς ἑαυτὸ ἕξει, κινητικὸν ἑαυτοῦ ὄν· πρὸς ὃ δὲ ἐνεργεῖ, πρὸς τοῦτο ἐπέστραπται· πᾶν ἄρα τὸ ἑαυτὸ κινοῦν πρώτως, πρὸς ἑαυτό ἐστιν ἐπιστρεπτικόν.

ΙΗ'. Πᾶν τὸ τὸ εἶναι χορηγοῦν ἄλλοις, αὐτὸ πρώτως ἐστὶ τοῦτο, οὗ μεταδίδωσι τοῖς χορηγουμένοις· εἰ γὰρ αὐτὸ τὸ εἶναι δίδωσι, καὶ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας ποιεῖται τὴν μετάδοσιν, ὃ μὲν δίδωσιν, ὑφειμένον ἐστὶ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ὃ δέ ἐστι, μειζόνως ἐστὶ καὶ τελειοτέρως· εἴπερ πᾶν τὸ ὑποστατικόν τινος κρεῖττόν ἐστιν τῆς τοῦ ὑφισταμένου φύσεως· τοῦ δοθέντος ἄρα τὸ ἐν αὐτῷ τῷ δεδωκότι κρειττόνως ἐστί· καὶ ὅπερ ἐκεῖνο μέν ἐστι, ἀλλ' οὐ ταὐτὸν ἐκείνῳ· πρώτως γὰρ ἐστι·

corporis partes conjunget cum omnibus *partibus* illius, quod ad se ipsum convertitur.

Hoc enim est ad se reverti, cum ambo fiunt unum, et illud, quod *conversum ac* reversum est, et illud, ad quod *aliquid se convertit ac* reversum est. Hoc autem in corpore *est* impossibile, et generaliter *in* omnibus dividuis *rebus*.

Haud enim ipsum totum dividuum cum ipso toto conjungitur propter partium divisionem, quod aliæ *partes* alibi sitæ sint. Nullum igitur corpus ad se reverti naturaliter solet, ita ut totum ad totum revertatur.

Si quid igitur rerum ad se convertendarum *ac reducendarum* vim habet, est incorporeum et individuum.

XVI. Omne quod ad se revertendi facultate præditum est, essentiam ab omni corpore separatam habet. Si enim a quovis corpore inseparabile esset, non haberet aliquam actionem a corpore separatam. Fieri enim non potest, ut, si essentia sit inseparabilis a corporibus, actio ab essentia *manans, a corporibus* sit separabilis. Sic enim actio præstantior esset essentiâ : siquidem hæc quidem (*essentia*) indigens est corporum, hæc vero (*actio*) sua sorte est contenta, nec *indiget* corporum. Si quid igitur per essentiam est inseparabile, *illud* etiam per actionem pariter, vel etiam multo magis *est* inseparabile. Si vero hoc non revertitur ad se (quod enim ad se revertitur, cum aliud *diversumque* sit a corpore, actionem habet a corpore separatam, neque per corpus *agentem*, neque cum corpore *conjunctam, neque simul agentem* : si quidem et ipsa actio et *illud* ad quod actio *fertur, et in quod agit,* corpore non indiget) : quod igitur ad se revertitur, ubique (*vel* prorsus) a corporibus est separatum.

XVII. Omne quod se ipsum primo movet, ad se ipsum revertendi facultate præditum est. Si enim movet se ipsum, et illa motrix ipsius actio apud semet ipsum est, *ergo* et unum simul *est illud* quod movet, et illud quod movetur. Vel enim parte quidem movet, parte vero movetur, [vel totum movet et movetur], vel contra. Sed si pars quidem alia est quæ movet, pars vero alia quæ movetur, non erit per se id, quod per se movetur, quia subsistet *conflatum* ex iis quæ non sunt per se mobilia ; sed videbitur quidem per se mobile, non erit tamen tale per essentiam.

Si vero totum movet, pars vero movetur, aut contra, erit aliqua pars in utroque, quæ in uno *eodemque subjecto* simul movet et movetur. Et hoc est illud primo per se mobile. Si vero unum et idem movet et movetur, ipsam movendi actionem apud se habebit, quia sui ipsius movendi facultatem habet. In quod vero agit, ad illud revertitur. Omne igitur, quod se ipsum primo movet, ad se ipsum revertendi facultate præditum est.

XVIII. Omne quod Esse suppeditat aliis, ipsum est primo id, quod impertit iis, quibus hoc *Esse* suppeditatur. Si enim illud ipsum Esse dat *illis*, et de sua essentia facit illam communicationis suppeditationem, quod quidem dat, *id* subjectum est ipsius essentiæ (*sive* eâ inferius *s.* deterius est) : quod vero est, *illud* magis et perfectius est. Siquidem omne, quod aliquid constituendi facultatem habet, præstantius est natura ejus (*s.* eo) quod constituitur. Proinde quam id quod detur, hoc quidem (*s.* alterum quidem) in ipso quod dedit, præstantiore modo est, et *est*, quod illud est, neque tamen idem atque illud. Primo enim

τὸ δὲ δευτέρως· ἀνάγκη γὰρ ἢ τὸ αὐτὸ εἶναι ἑκάτερον καὶ ἕνα λόγον ἀμφοτέρων, ἢ μηδὲν εἶναι κοινὸν, μηδὲ ταὐτὸν ἐν ἀμφοῖν, ἢ τὸ μὲν πρώτως εἶναι, τὸ δὲ δευτέρως. Ἀλλ' εἰ μὲν ὁ αὐτὸς λόγος, οὐκ ἂν ἔτι τὸ μὲν αἴτιον εἴη, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα. Οὐδ' αὖ τὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ, τὸ δὲ ἐν τῷ μετασχόντι· οὐδὲ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ γινόμενον. Εἰ δὲ μηδὲν ἔχει ταὐτὸν, οὐκ ἂν τῷ εἶναι θάτερον ὑφίσταιτο τὸ λοιπὸν, μηδὲν πρὸς τῷ εἶναι τὸ ἐκείνου κοινωνοῦν. Λείπεται ἄρα τὸ μὲν εἶναι πρώτως, ὃ δίδωσι· τὸ δὲ δευτέρως, ὃ τὸ διδόμενόν ἐστιν· ἐν οἷς αὐτῷ τῷ εἶναι ἐκ θατέρου χορηγεῖται.

ΙΘ'. Πᾶν τὸ πρώτως ἐνυπάρχον τινὶ φύσει τῶν ὄντων πᾶσι πάρεστι τοῖς κατ' ἐκείνην τὴν φύσιν τεταγμένοις καθ' ἕνα λόγον καὶ ὡσαύτως· εἰ γὰρ μὴ πᾶσιν ὡσαύτως, ἀλλὰ τοῖς μὲν, τοῖς δ' οὔ, δῆλον, ὡς οὐκ ἦν ἐν ἐκείνῃ τῇ φύσει πρώτως, ἀλλ' ἐν ἄλλοις μὲν πρώτως, ἐν ἄλλοις δὲ δευτέρως, τοῖς ποτε μετέχουσιν· τὸ γὰρ ποτὲ μὲν ὑπάρχον, ποτὲ δὲ μὴ, οὐ πρώτως οὐδὲ καθ' αὑτὸ ὑπάρχει· ἀλλ' ἐπεισοδιῶδές ἐστι καὶ ἀλλαχόθεν ἐφῆκον, οἷς ἂν οὕτως ὑπάρχει.

Κ'. Πάντων σωμάτων ἐπέκεινά ἐστιν ἡ ψυχῆς οὐσία, καὶ πασῶν ψυχῶν ἐπέκεινα ἡ νοερὰ φύσις, καὶ πασῶν τῶν νοερῶν ὑποστάσεων ἐπέκεινα τὸ ἕν. Πᾶν γὰρ σῶμα κινητόν ἐστιν ὑφ' ἑτέρου, κινεῖν δὲ ἑαυτὸ οὐ πέφυκεν, ἀλλὰ ψυχῆς μετουσίᾳ κινεῖται ἐξ αὐτοῦ, καὶ ζῇ διὰ ψυχὴν, καὶ παρούσης μὲν ψυχῆς αὐτοκίνητόν πώς ἐστιν, ἀπούσης δὲ ἑτεροκίνητον, ὡς ταύτην ἔχον καθ' αὑτὸ τὴν φύσιν, καὶ ὡς ψυχῆς αὐτοκίνητον οὐσίαν λαχούσης.

Ὃ γὰρ ἂν παραγένηται, τούτῳ μεταδίδωσιν αὐτοκινησίας. Οὗ δὲ μεταδίδωσιν αὐτῷ τῷ εἶναι, τοῦτο πολλῷ πρότερον αὗτη ἐστίν. Ἐπέκεινα ἄρα σωμάτων ἐστὶν, ὡς αὐτοκίνητος κατ' οὐσίαν, τῶν κατὰ μέθεξιν αὐτοκινήτων γινομένων. Πάλιν δὲ ἡ ψυχὴ κινουμένη ἀφ' ἑαυτῆς δευτέραν ἔχει τάξιν τῆς ἀκινήτου φύσεως καὶ κατ' ἐνέργειαν ἀκινήτου ὑφεστώσης.

Διὸ πάντων μὲν τῶν κινουμένων ἡγεῖται τὸ αὐτοκίνητον, πάντων δὲ τῶν κινούντων τὸ ἀκίνητον. Εἰ οὖν ἡ ψυχὴ κινουμένη ὑφ' ἑαυτῆς τὰ ἄλλα κινεῖ, δεῖ πρὸ αὐτῆς εἶναι τὸ ἀκινήτως κινοῦν. Νοῦς δὲ κινεῖ, ἀκίνητος ὤν, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐνεργῶν. Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ διὰ νοῦν μετέχει τοῦ ἀεὶ νοεῖν, ὥσπερ σῶμα διὰ ψυχὴν τὸ ἑαυτὸ κινεῖν.

Εἰ γὰρ ἦν ἐν ψυχῇ τὸ ἀεὶ νοεῖν πρώτως, πάσαις ἂν ὑπῆρχε ψυχαῖς, ὥσπερ καὶ τὸ ἑαυτὴν κινεῖν. Οὐκ ἄρα ψυχῇ τοῦτο ὑπάρχει πρώτως· δεῖ ἄρα πρὸ αὐτῆς εἶναι τὸ πρώτως νοητικόν· πρὸ τῶν ψυχῶν ἄρα ὁ νοῦς.

Ἀλλὰ μὴν καὶ πρὸ τοῦ νοῦ τὸ ἕν, νοῦς γὰρ εἰ καὶ ἀκίνητος, ἀλλ' οὐχ ἕν· νοεῖ γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἐνεργεῖ περὶ ἑαυτὸν, καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς πάντα μετέχει τὰ ὁπωσ-

est. Hoc vero secundo. Necesse enim *est* vel utrumque esse idem, et unam *ac eandem* rationem *ac definitionem* utriusque, vel nihil esse commune, neque idem in utroque, vel alterum quidem primo esse, alterum vero secundo. Sed si quidem *utriusque est* eadem ratio *et definitio*, non amplius alterum quidem erit causa efficiens, alterum vero effectum. Neque alterum quidem *erit* per se, alterum vero in eo, quod particeps *ejus* fuerit. Neque alterum quidem *erit* faciens, alterum vero id quod fit. Si vero nihil habet, *quod sit* idem, nequaquam eo, quod sit alterum, constituetur id quod est reliquum, quod præter ipsum Esse nihil habet quod ipsi cum illo sit commune. Restat igitur, ut illud quidem primo sit, quod *alteri* dat *ipsum Esse* : illud vero secundo *sit*, quod est id quod datur. In quibus per ipsum Esse alteri ab altero suppeditatur.

XIX. Omne quod primo inest alicui naturæ Entium, omnibus adest, quæ sunt secundum illam naturam collocata, secundum unam rationem et pariter. Nisi enim omnibus pariter *adesset*, sed aliis quidem *adesset pariter*, aliis vero non, perspicuum *est*, quod non esset primo in illa natura; sed in aliis quidem primo, in aliis vero secundo, quæ aliquando participant *illam naturam*. Quod enim aliquando quidem exsistit, aliquando vero non, *illud* neque primo neque per se exsistit; sed adventitium est et aliunde *manans atque* perveniens *ad ea*, quibus sic inest.

XX. Animæ essentia est supra omnia corpora, et intellectualis natura est supra omnes animas, et ipsum Unum est supra omnes intellectuales hypostases *atque naturas*. Omne enim corpus est ab altero mobile, se ipsum vero movere naturaliter non potest, sed per animæ communionem *atque præsentiam* movetur ab ipso et propter animam vivit, et præsente quidem anima quodammodo per se mobile est, absente vero *anima est* ab altero motum, quod *corpus* hanc habeat naturam per se, et quod anima per se mobilem essentiam sit sortita.

Ad quod enim accesserit, huic impertit ipsam per se motionem, *ut non ab alio, sed per se moveatur*. Quod vero impertit ipsi propter ipsum Esse, hoc multo prius est hæc *ipsa anima*. Est igitur supra *et ante* corpora, ut per se mobilis propter *suam* essentiam : quia *corpora* per communionem *cum anima* fiunt per se mobilia. Rursus autem anima, quæ a se ipsa *et per se* movetur, secundum habet ordinem immotæ *vel immobilis* naturæ et illius, quæ per actionem immota subsistit *ac immobilis manet*.

Propterea omnia quidem quæ movetur, antecedit illud quod est per se mobile, omnia vero quæ movent, *antecedit* illud, quod est immotum *ac immobile*. Si igitur anima, quæ a se ipsa *et per se* movetur, alia movet, oportet ante ipsam esse illud, quod immobiliter movet (*i. e. quod alia quidem movet, sed ipsum manet immotum ac immobile, dum ea movet*). Mens vero movet *alia*, exsistens immobilis *ac immota* et semper eodem modo agens. Etenim anima propter Mentem particeps est *facultatis* semper cogitandi *et intelligendi*, ut corpus propter animam *habet* illam facultatem, qua se ipsum movet.

Si enim esset in anima ipsum semper cogitare, *sive intelligere*, primo, *hoc* omnibus animabus inesset, ut et ipsum se ipsam movere. Non igitur animæ hoc est primo. Oportet igitur ante ipsam esse illud, quod intelligendi facultate primo præditum est, *vel ipsam primo intelligendi facultatem*. Mens igitur *est* ante ipsas animas.

Quinetiam et ante mentem *est* ipsum Unum. Mens enim, quamvis *sit* immobilis, non tamen *est* Unum. Percipit enim *et intelligit* se ipsam, et circa se ipsam *et in se ipsa* agit. Et ipsum quidem Unum participant omnia,

οὖν ὄντα, τοῦ δὲ νοῦ οὐ πάντα. Οἷς γὰρ παρῇ νοῦς μετουσίᾳ, ταῦτα γνώσεως ἀνάγκη μετέχειν· διότι ἡ νοερὰ γνῶσίς ἐστιν ἀρχὴ καὶ αἰτία πρώτη τοῦ γινώσκειν· ἐπέκεινα ἄρα τὸ ἓν τοῦ νοῦ. Καὶ οὐκέτι τοῦ ἑνὸς ἄλλο ἐπέκεινα. Ταὐτὸν γὰρ ἓν καὶ ἀγαθόν· ἀγαθὸν δὲ ἀρχὴ πάντων, ὡς δέδεικται.

Περὶ τοῦ ὅτι οὐ πρῶτον αἴτιον ὁ νοῦς.

ΚΑ'. Πᾶσα τάξις ἀπὸ μονάδος ἀρχομένη πρόεισιν εἰς πλῆθος τῇ μονάδι σύστοιχον, καὶ πάσης τάξεως τὸ πλῆθος εἰς μίαν ἀνάγεται μονάδα. Ἡ μὲν γὰρ μονὰς, ἀρχὴς ἔχουσα λόγον, ἀπογεννᾷ τὸ οἰκεῖον ἑαυτῇ πλῆθος. Διὸ καὶ μία σειρὰ καὶ μία τάξις ἡ ὅλη παρὰ τῆς μονάδος ἔχει τὴν εἰς τὸ πλῆθος ὑπόβασιν. Οὐ γὰρ ἔτι τάξις οὐδὲ σειρὰ, τῆς μονάδος ἀγόνου μενούσης καθ' αὑτήν· τὸ δὲ πλῆθος ἀνάγεται πάλιν εἰς μίαν τὴν κοινὴν τῶν ὁμοταγῶν πάντων αἰτίαν.

Τὸ γὰρ ἐν παντὶ πλήθει ταὐτὸν οὐκ ἀφ' ἑνὸς τῶν ἐν τῷ πλήθει τὴν πρόοδον ἔσχε· τὸ γὰρ ἀφ' ἑνὸς μόνου τῶν πολλῶν οὐ κοινὸν πάντων, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου μόνης ἰδιότητος ἐξαίρετον. Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην τάξιν ἔστι τις καὶ κοινωνία καὶ συνέχεια καὶ ταυτότης, δι' ἣν καὶ τάδε μὲν ὁμοταγῆ λέγεται, τάδε δὲ ἑτεροταγῆ, δῆλον, ὡς ἐπὸ μιᾶς ἀρχῆς πάσῃ τῇ τάξει τὸ ταὐτόν. Ἔστιν ἄρα μονὰς μία πρὸ τοῦ πλήθους καθ' ἑκάστην τάξιν τὸν ἕνα λόγον καὶ εἱρμὸν τοῖς ἐν αὐτῇ τεταγμένοις παρεχομένη πρός τε ἄλληλα καὶ πρὸς τὸ ὅλον.

Ἄλλο μὲν γὰρ ἄλλου αἴτιων ἔστω τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν σειράν· τὸ δὲ, ὡς τῆς μιᾶς σειρᾶς αἴτιον, ἀνάγκη πρὸ τῶν πάντων εἶναι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ πάντα ὡς ὁμοταγῆ γεννᾶσθαι, μὴ ὡς τόδε τι ἕκαστον, ἀλλ' ὡς τῆσδε τῆς τάξεως ὑπάρχον.

Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι καὶ τῇ φύσει τοῦ σώματος ὑπάρχει τό τε ἓν καὶ τὸ πλῆθος, καὶ ἥτε μία φύσις τὰς πολλὰς ἔχει συνηρτημένας, καὶ αἱ πολλαὶ φύσεις ἐκ μιᾶς τῆς τοῦ ὅλου φύσεως, καὶ τῇ τάξει τῶν ψυχῶν πάρεστιν, ἐκ μιᾶς τε ἀρχεσθαι ψυχῆς τῆς πρώτης καὶ εἰς πλῆθος ψυχῶν ὑποβαίνειν καὶ τὸ πλῆθος εἰς τὴν μίαν ἀνάγειν, καὶ τῇ νοερᾷ οὐσίᾳ μονάδα τε εἶναι νοερὰν καὶ νόων πλῆθος ἐξ ἑνὸς νοῦ προελθὸν καὶ εἰς ἐκείνην ἐπιστρέφον, καὶ τῷ ἑνὶ τῷ πρὸ τῶν πάντων τὸ πλῆθος τῶν ἑνάδων, καὶ ταῖς ἑνάσι τὴν εἰς τὸ ἓν ἀνάτασιν. Μετὰ τὸ ἓν ἄρα τὸ πρῶτον ἑνάδες, καὶ μετὰ νοῦν τὸν πρῶτον νόες, καὶ μετὰ τὴν ψυχὴν τὴν πρώτην ψυχαὶ, καὶ μετὰ τὴν ὅλην φύσιν φύσεις.

ΚΒ'. Πᾶν τὸ πρώτως καὶ ἀρχικῶς ὂν καθ' ἑκάστην τάξιν ἓν ἐστι, καὶ οὔτε δύο οὔτε πλείω δυοῖν, ἀλλὰ μονογενὲς πᾶν. Ἔστω γὰρ (εἰ δυνατὸν) δύο· τὸ γὰρ αὐτὸ ἀδύνατον καὶ πλειόνων ὄντων. Εἰ οὖν ἑκάτερον τούτων, ὃ λέγεται πρώτως, ἢ τὸ ἐξ ἀμφοῖν. Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ἓν ἂν εἴη πάλιν καὶ οὐ δύο τὰ πρῶτα.

quomodocumque sunt : mentem vero non omnia *participant*. Quibus enim adfuerit Mens per communionem, hæc necesse *est* cognitionem participare : quoniam intellectualis cognitio est principium et prima causa cognoscendi. Ergo ipsum Unum est supra *et ante* Mentem. Nec amplius *est* aliud *quidquam, quod sit* supra *et ante* Unum. Unum enim et ipsum Bonum est idem. Ipsum vero Bonum omnium est principium, ut demonstratum est.

De eo, quod ipsa mens non sit prima causa.

XXI. Omnis ordo ab Unitate ducens initium progreditur in multitudinem Unitati cognatam, et omnis ordinis multitudo ad Unitatem reducitur. Nam Unitas, habens principii rationem *et proportionem*, propriam *ac convenientem* sibi multitudinem procreat. Quamobrem etiam una series et unus ordo totus ab Unitate *suam* descensionem *et progressionem* habet in multitudinem. Non enim amplius *ullus* ordo vel *ulla* series *erit*, si Unitas infœcunda *et sterilis* maneat per se *sola*. Ipsa vero multitudo reducitur rursus ad unam communem omnibus, quæ sunt ejusdem ordinis, causam.

Quod enim *est* idem in omni multitudine, non ab Uno eorum, quæ sunt in ea multitudine, progressum habet. Quod enim ab uno solo multorum *manat, illud* non omnibus *est* commune, sed illius solius proprietatis eximium *est* (*vel* ex illius sola proprietate exemptum). Quoniam igitur in unoquoque ordine est quædam et communio et cohærentia et identitas, propter quam etiam alia quidem dicuntur ὁμοταγῆ (*ejusdem ordinis*); alia vero ἑτεροταγῆ (*alterius ordinis*), *hinc illud est* perspicuum, quod ab uno principio per omnem ordinem *manat* ipsum idem, *vel identitas*. Unitas igitur una ante multitudinem in unoquoque ordine unam rationem *sive proportionem* et connexionem *sive seriem rebus* in ipso *comprehensis et* collocatis præbens et mutuam inter se et cum ipso toto *consentientem*.

Nam alii quidem alia causa esto *rerum* illarum, quæ *sunt* sub eadem seria : illam vero, ut unius seriei causam, necesse *est* esse ante omnes *alias causas*, et ab illa *ceteras* omnes ut ejusdem ordinis *causas* generari, non unamquamque *causam* ut hanc aliquam, sed ut eam, quæ est hujus ordinis.

Ex his igitur perspicuum est, quod et in corporis natura inest et Unum et multitudo, et una natura multas habet *ex se* simul pendentes, et multæ naturæ *pendent* ex una ipsius totius natura, et *hoc* ipsi animarum ordini adest, ut et ab una prima anima ducat initium, et in animarum multitudinem succedat et multitudinem ad unam *Unitatem* reducat, et ut *in* intellectuali essentia sit intellectualis Unitas et Mentium multitudo ex una Mente progrediens et in illam *Unitatem* revertens, et *in* Uno, quod est ante omnia, *contineatur* ipsa Unitatum multitudo, et his Unitatibus ad ipsum Unum sit contentio. Post illud igitur primum Unum *sunt* Unitates, et post illam primam Mentem *sunt* Mentes, et post illam primam animam *sunt* animæ, et post universalem naturam *sunt particulares* naturæ.

XXII. Omne, quod primo et per principii naturam *vel principaliter* est in unoquoque ordine, Unum est, et neque duo *sunt* neque plura duobus, sed unigenitum *et unicum est* omne. Sint enim (si fieri potest) duo : eadem enim *emergit* absurditas, etiam si plura sint. Si igitur utrum horum, quod dicitur primo, vel *est illud*, quod ex utroque *conflatum est*. Sed si quidem *concedamus illud*, quod ex utroque *conflatum est*, unum erit

Εἰ δὲ ἑκάτερον, ἢ ἑκατέρου θάτερον, [καὶ οὐ πρῶτον ἑκάτερον ὄν], ἢ ἐπίσης ἄμφω.

Ἀλλ' εἰ ἐπίσης, οὐδέτερον ἔτι ἔσται πρώτως. Εἰ γὰρ τὸ ἕτερον πρώτως, τοῦτο δὲ οὐ ταὐτὸν τῷ ἑτέρῳ, τί ἔσται τῆς τάξεως ἐκείνης; ὃ γὰρ μηδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ὃ λέγεται, τοῦτό ἐστι πρώτως· τούτων δὲ ἑκάτερον ἕτερον ὄν, ἔστι τε ἅμα, καὶ οὐκ ἔστιν, ὃ λέγεται.

Εἰ οὖν ταῦτα διαφέρει μὲν ἀλλήλων, οὐ καθόσον δὲ ἔστιν, ὃ λέγεται, πρώτως διαφέρει. Τοῦτο γὰρ πρώτως ταὐτὸν πέπονθεν. Οὐκ ἄμφω ἔσται πρώτως, ἀλλ' ἐκεῖνο, οὗ ἄμφω μετασχόντα πρώτως εἶναι λέγεται. Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι τὸ πρώτως ὄν, ἕν ἐστι μόνον, ἀλλ' οὐ δύο τὰ πρώτως ὄντα ἢ πλείω.

Καὶ ὁ πρώτιστος νοῦς εἷς μόνος, ἀλλ' οὐ δύο οἱ πρῶτοι νόες. Καὶ ἡ πρωτίστη ψυχὴ μία, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν εἰδῶν, οἷον τὸ πρώτως καλὸν, τὸ πρώτως ἴσον. Καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως· οὕτω δὲ καὶ τὸ τοῦ ζώου εἶδος, ἓν τὸ πρῶτον, καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου. Ἡ γὰρ αὐτὴ ἀπόδειξις.

rursus *tantum* et non duo prima. Si vero *dicas* utrumque *esse*, vel utriusque alterum, [et non primum utrumque esse], vel ex æquo *et pariter esse dices* utrumque.

Sed si quidem *pariter et* ex æquo *utrumque esse dicas*, neutrum amplius erit primo. Si enim alterum primo *dicas esse*, hoc vero non idem *sit* alteri, quidnam erit illius ordinis? *Quidnam in illo ordine ponendum dices?* Quod enim nihil aliud est, quam *illud ipsum*, quod *esse* dicitur, hoc est primo. Horum vero si utrumque sit alterum, *et diversum alterum ab altero*, estque simul, et non est *id*, quod dicitur.

Si igitur hac differunt quidem alia ab aliis, non tamen quatenus *aliquid eorum* est *id*, quod dicitur, *hæc igitur inter se* differunt primo. Hoc enim primo passum est ipsum idem (*Hoc enim primo accidit ei, quod est idem*). *Ergo* non ambo erunt primitus, sed illud *erunt*, quod ambo participantia primo case dicitur. Ex his igitur perspicuum *est*, quod illud, quod est primo, est Unum tantum, non autem duo primo existentia vel plura.

Et prima Mens *est* una sola, non autem duæ primæ Mentes. Et prima anima una *est*, et in unaquaque formarum *est idem* (*de unaquaque idem sentiendum*,) ut *cum dicimus*, Id quod primo Pulchrum *est*, *et*, Quod primo par *est*. Et in omnibus *aliis* similiter *fit et dicitur*. Sic autem et ipsius animalis forma una prima *dicitur*, et hominis item. Eadem enim *est horum omnium* demonstratio.

Περὶ τοῦ ἀμεθέκτου.

ΚΓ'. Πᾶν τὸ ἀμέθεκτον ὑφίστησιν ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ μετεχόμενα. Καὶ πᾶσαι αἱ μετεχόμεναι ὑποστάσεις εἰς ἀμεθέκτους ὑπάρξεις ἀνατείνονται.

Τὸ μὲν γὰρ ἀμέθεκτον, μονάδος ἔχον λόγον, ὡς ἑαυτοῦ ὄν, καὶ οὐκ ἄλλου, καὶ ἐξῃρημένον τῶν μετεχόντων, ἀπογεννᾷ τὰ μετέχεσθαι δυνάμενα. Εἰ γὰρ ἄγονον, ἑστήξεται καθ' αὑτὸ, καὶ οὐδὲν ἂν ἔχοι τίμιον, ἢ δώσει τι ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ τὸ μὲν λαβὸν μετέσχε, τὸ δὲ δοθὲν ὑπέστη μετεχομένως. Τὸ δὲ μετεχόμενον πᾶν τινος γενόμενον ὑφ' οὗ μετέχεται, τινὸς γενόμενον δεύτερόν ἐστι τοῦ πᾶσιν ὁμοίως παρόντος καὶ πάντα ἀφ' ἑαυτοῦ πληρώσαντος· τὸ μὲν γὰρ ἐν ἑνὶ ὄν, ἐν τοῖς ἄλλοις οὐκ ἔστιν.

Τὸ δὲ πᾶσιν ὡσαύτως παρὸν, ἵνα πᾶσιν ἐλλάμπῃ, οὐκ ἐν ἑνί ἐστιν, ἀλλὰ πρὸ τῶν πάντων. Ἡ γὰρ ἐν πᾶσίν ἐστιν, ἢ ἐν ἑνὶ τῶν πάντων, ἢ πρὸ τῶν πάντων. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν πᾶσιν ὄν, μερισθὲν εἰς πάντα, πάλιν ἄλλου ἂν δέοιτο τοῦ τὸ μερισθὲν ἑνίζοντος. Καὶ οὐκέτ' ἂν τοῦ αὐτοῦ μετέχοι πάντα· ἀλλὰ τὸ μὲν ἄλλου, τὸ δὲ ἄλλου, τοῦ ἑνὸς μερισθέντος.

Εἰ δὲ ἐν ἑνὶ τῶν πάντων, οὐκέτι τῶν πάντων ἔσται, ἀλλ' ἑνός· εἰ οὖν καὶ κοινὸν τῶν μετέχειν δυναμένων, καὶ τὸ αὐτὸ πάντων, πρὸ τῶν πάντων ἔσται· τοῦτο δὲ ἀμέθεκτον.

ΚΔ'. Πᾶν τὸ μετέχον τοῦ μετεχομένου καταδεέστερον, καὶ τὸ μετεχόμενον τοῦ ἀμεθέκτου. Τὸ γὰρ

De imparticipabili (quod a nullo participari potest vel participatur).

XXIII. Omne imparticipabile constituit a se ipso *manantia ea* quæ participantur. Et omnes hypostases *et naturæ* quæ participantur, ad imparticipabiles essentias *naturasque* contendunt.

Nam illud quidem, quod est imparticipabile, rationem Unitatis habens, ut id, quod est sui ipsius, et non alius, et quod exemptum est ex ipsis participantibus *alterius naturam et facultates*, procreat ea quæ participari possunt. Si enim infœcundum *esset*, staret per se, et nihil bonorati haberet, vel aliquid a se *manans* daret, et illud quidem quod *ab eo aliquid* accepisset, participaret *ipsum*; illud vero, quod *ab* eo datum fuisset, subsisteret per participationem. Quidquid vero participatum alicujus fuerit redditum, a quo participatur, *id* posterius est eo quod omnibus pariter adest, et quod omnia a se ipso replet. Nam id quidem quod est in Uno *tantum*, in aliis non est.

Quod vero pariter omnibus adest, ut omnibus illucescat, *et omnia suo lumine collustret*, *illud* non est in Uno, sed *est* ante omnia. Vel enim in omnibus est, vel in uno omnium, vel ante omnia. Sed illud quidem, quod est in omnibus, cum sit in omnia partitum, rursus alio indiget, eo *scilicet*, quod uniat *et in unum contrahat* id quod est partitum. Et *hoc modo* non amplius idem omnia participabunt: sed hoc quidem *particeps erit* alius, illud vero alius, si ipsum Unum partitum *et in plures partes divisum* fuerit.

Si vero *sit* in Uno *tantum* omnium, non amplius erit omnium, sed Unius *tantum*. Si vero commune *sit* etiam iis quæ *naturam et facultates alterius* participare possunt, et idem *sit commune* omnibus, *id* erit ante omnia. Hoc vero *est* imparticipabile.

XXIV. Omne quod participat *aliquid*, *illud est* inferius eo quod participatur *ab ipso*. Et quod participatur, *est inferius* eo, quod est imparticipabile. Quod enim

μετέχον, πρὸ τῆς μεθέξεως ἀτελὲς ὄν, τέλειον δὲ τῇ μεθέξει γενόμενον, δεύτερόν ἐστι πάντως τοῦ μετεχομένου, καθὸ τέλειόν ἐστι μετασχόν. Ἡ γὰρ ἀτελὲς ἦν, καὶ τοῦτο τοῦ μετασχεθέντος, ὃ ποιεῖ τέλειον αὐτό, καταδεέστερον.

Τὸ δὲ μετεχόμενον τινὸς ὄν, καὶ οὐ πάντων, τοῦ πάντων ὄντος, καὶ οὐ τινός, πάλιν ὑφειμένην ἔλαχεν ὕπαρξιν. Τὸ μὲν γὰρ τῷ πάντων αἰτίῳ συγγενέστερον· τὸ δὲ ἧττον συγγενές.

Ἡγεῖται ἄρα τὸ μὲν ἀμέθεκτον τῶν μετεχομένων· ταῦτα δὲ τῶν μετεχόντων. Ὡς γὰρ συνελόντι φάναι, τὸ μέν ἐστιν ἓν πρὸ τῶν πολλῶν· τὸ δὲ μετεχόμενον ἐν τοῖς πολλοῖς, ἓν ἅμα καὶ οὐχ ἕν· τὸ δὲ μετέχον πᾶν οὐχ ἕν, ἅμα καὶ ἕν.

Περὶ τελείου.

ΚΕ'. Πᾶν τὸ τέλειον εἰς ἀπογεννήσεις πρόεισιν, ὧν δύναται παράγειν, αὐτὸ μιμούμενον τὴν μίαν τῶν ὅλων ἀρχήν. Ὡς γὰρ ἐκείνη διὰ τὴν ἀγαθότητα τὴν ἑαυτῆς πάντων ἐστὶν ἑνιαίως ὑποστατικὴ τῶν ὄντων· (ταὐτὸν γὰρ τἀγαθὸν καὶ τὸ ἕν· ὥστε καὶ τὸ ἀγαθοειδῶς τῷ ἑνιαίως ταὐτόν·) οὕτω καὶ τὰ μετ' ἐκείνην διὰ τὴν τελειότητα τὴν ἑαυτῶν ἄλλα γεννᾶν ἐπείγεται καταδεέστερα τῆς ἑαυτῶν οὐσίας· ἥ τε γὰρ τελειότης τἀγαθοῦ μοῖρά τίς ἐστι, καὶ τὸ τέλειόν, ἢ τέλειον, μιμεῖται τἀγαθόν. Ἐκεῖνο δὲ πάντων ἦν ὑποστατικόν.

Ὥστε καὶ τὸ τέλειον, ὧν δύναται, παρακτικόν ἐστι κατὰ φύσιν. Καὶ τὸ μὲν τελειότερον, ὅσῳ περ ἂν ᾖ τελειότερον, τοσούτῳ πλειόνων αἴτιον· τὸ γὰρ τελειότερον μᾶλλον τἀγαθοῦ μετέχει. Τοῦτο δὲ ἐγγυτέρω τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦτο δὲ συγγενέστερον τῷ πάντων αἰτίῳ, τοῦτο δὲ πλειόνων αἴτιον· τὸ δὲ ἀτελέστερον, ὅσῳ περ ἂν ἀτελέστερον ᾖ, τόσῳ δὲ μᾶλλον ἐλασσόνων αἴτιον. Πορρώτερον γὰρ ὂν τοῦ παντὸς παράγοντος, ἐλασσόνων ἐστὶν ὑποστατικόν.

Τῷ γὰρ πάντα ὑφιστάνειν, ἢ κοσμεῖν, ἢ τελειοῦν, ἢ συνέχειν, ἢ ζωοποιεῖν, ἢ δημιουργεῖν, τὸ μὲν ἐπὶ πλειόνων ἕκαστα τούτων ὁρᾷν συγγενές· τὸ δ' ἐπὶ ἐλασσόνων ἀλλοτριώτερον. Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι τὸ πορρώτατον τῆς ἀρχῆς τῶν πάντων ἄγονόν ἐστι καὶ οὐδενὸς αἴτιον· εἰ γάρ τι γεννᾷ, καὶ ἔχει τι μεθ' ἑαυτὸ, δῆλον, ὡς οὐκέτ' ἂν εἴη πορρώτατον, ἀλλ' ὃ παρήγαγε, πορρωτέρω ἐκείνης, αὐτὸ δὲ ἐγγύτερον τῷ παραγαγεῖν· καὶ, ὅτι ἄλλο μιμούμενον τὴν πάντων παρακτικὴν τὴν τῶν ὄντων αἰτίαν.

ΚϚ'. Πᾶν τὸ παρακτικὸν αἴτιον ἄλλων, μένον αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ, παράγει τὰ μετ' αὐτὸ καὶ τὰ ἐφεξῆς· εἰ γὰρ μιμεῖται τὸ ἕν, ἐκεῖνο δὲ ἀκινήτως ὑφίστησι τὰ μετ' αὐτὸ, καὶ πᾶν τὸ παράγον ὡσαύτως ἔχει τὴν τοῦ παράγειν αἰτίαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἓν ἀκινήτως ὑφίστησιν· εἰ γὰρ διὰ κινήσεως ἦ ἐν αὐτῷ ἡ κίνησις, καὶ κινούμενον οὐδὲ ἓν ἔτι ἔσται, μεταβάλλον ἐκ τοῦ ἕν·

participat *aliquid*, ante participationem cum sit imperfectum, perfectum vero fiat per ipsam participationem, posterius est prorsus eo quod participatur, quatenus *tunc* perfectum est, cum participavit *id cujus participatio perfectum ipsum fecit*. Quatenus enim imperfectum erat, hoc etiam eo, quod *ab ipso* participatum fuit, quod ipsum facit perfectum, *est* inferius.

Quod vero ab aliquo (*i. e. ab uno*), non autem ab omnibus participatur, eo, quod est omnium, non autem alicujus (*i. e. quod omnia, non autem unum tantum participat*), rursus inferiorem essentiam est sortitum. Nam alterum quidem *est* cognatione conjunctius cum illa *prima* omnium causa, alterum vero minus *est ei* cognatum.

Illud igitur, quod est imparticipabile, antecedit ea quæ participantur. Hæc vero *antecedunt ea* quæ participant *aliorum naturam et facultates*. Ut enim summatim dicamus, alterum quidem est Unum ante multa; alterum vero *est* id, quod inter multa participatur, Unum simul et non Unum. Omne vero quod *aliquid* participat, *est* non Unum, simul et Unum.

De perfecto.

XXV. Omne perfectum in procreationes progreditur *eorum* quæ producere potest, ipsum *rerum* universarum unum principium imitans. Ut enim illud propter suam bonitatem omnium Entium est singulariter causa fundatrix (idem enim *est* ipsum Bonum et ipsum Unum; quamobrem etiam id, quod Boni forma *vel specie* præditum est, idem *est* ei, quod singulariter *est*); sic etiam illa quæ *sunt* post illud *primum rerum principium*, propter suam perfectionem alia generare properant inferiora sua essentia; nam et perfectio est quædam ipsius Boni pars, et ipsum perfectum, quatenus *est* perfectum, imitatur ipsum Bonum. Illud vero *Bonum* omnia *creat et* constituit.

Quamobrem etiam ipsum perfectum ea, quæ potest, secundum naturam producit. Et illud quidem, quod est perfectius, quo perfectius est, eo plurium *rerum est* causa. Quod enim est perfectius, id magis participat ipsum Bonum. Hoc etiam propius ad ipsum Bonum *accedit eique propinquius est*, hoc etiam cognatione conjunctius *est* cum illa *prima rerum omnium* causa, hoc etiam *est rerum* plurium causa. Quod vero *est* imperfectius, quo imperfectius est, eo vero longe pauciorum *rerum est* causa. Cum enim sit remotius ab omni *res alias* producente *causa*, pauciora *creat atque* constituit.

Illi enim facultati, quæ omnia constituit, vel disponit, vel perficit, vel continet, vel vivificat, vel fabricat, illa quidem facultas, quæ horum singula facit in pluribus, *est* cognata. Quæ vero facultas *hæc singula facit* in paucioribus, alienior *atque remotior est ab altera*. Ex his igitur *est* perspicuum, quod illud, quod est remotissimum ab ipso *rerum* omnium principio, est infœcundum et nullius *rei* causa. Si quid enim generat, et si quid habet post se, perspicuum *est*, quod non amplius est remotissimum *a primo rerum principio;* sed quod produxit, *est quidem* remotius ab illo *primo rerum principio*, ipsum vero *producens alia, est* propinquius ipsi producendi actui. Et *perspicuum est*, quod *est* aliud *quiddam*, quod imitatur illam omnium Entium productricem causam.

XXVI. Omnis aliarum *causarum rerumque* productrix causa, ipsa manens in se ipsa, producit ea quæ post ipsam sunt, et *ea* quæ deinceps *sequuntur*. Si enim imitatur ipsum Unum, illud vero immobiliter constituit ea, quæ sunt post ipsum, *ergo* et omne, quod *aliquid* producit, pariter habet ipsam producendi causam. Atqui etiam ipsum Unum *res* immobiliter *creat atque* constituit. Si enim per motionem sit in ipso *Uno* ipsa motio, et id, quod movetur, ne Unum quidem amplius erit, quoniam ex eo quod est Unum, mutabitur *in aliam natu-*

ἢ εἰ μετ' αὐτὸ ἡ κίνησις, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἔσται, καὶ ἡ ἐπ' ἄπειρον, ἢ ἀκινήτως παράξει τὸ ἓν, καὶ πᾶν τὸ παράγον μιμήσεται τὸ ἓν καὶ τὴν παρακτικὴν τῶν ὅλων αἰτίαν.

Ἐκ γὰρ τοῦ πρώτως πανταχοῦ τὸ μὴ πρώτως· ὥστε καὶ ἐκ τοῦ πάντων παρακτικοῦ τὸ τινῶν παρακτικόν. Καὶ ἅπαν ἄρα τὸ παραγόμενον ἐφ' ἑαυτοῦ παράγει τὰ ἐφεξῆς· ἀνελαττώτων ἄρα τῶν παραγόντων μενόντων, τὰ δεύτερα παράγεται ὑπ' αὐτῶν· τὸ γὰρ ὀπωσοῦν ἐλαττούμενον μένειν ἀδύνατον, οἷόν ἐστιν.

ΚΖ'. Πᾶν τὸ παράγον διὰ τελειότητα καὶ δυνάμεως περιουσίαν παρακτικόν ἐστι τῶν δευτέρων. Εἰ γὰρ μὴ διὰ τὸ τέλειον, ἀλλ' ἐλλεῖπον κατὰ τὴν δύναμιν παρήγαγεν, οὐδ' ἂν τὴν ἑαυτοῦ τάξιν ἀκίνητον ἠδύνατο φυλάττειν.

Τὸ γὰρ δι' ἔλλειψιν καὶ ἀσθένειαν ἄλλῳ τὸ εἶναι παρεχόμενον, τῇ ἑαυτοῦ τροπῇ καὶ ἀλλοιώσει τὴν ὑπόστασιν ἐκείνῳ παρέχεται. Μένει δὲ, οἷον ἔστι, πᾶν τὸ παράγον. Καὶ μένοντος, τὸ μετ' αὐτὸ πρόεισι. Πλῆρες ἄρα καὶ τέλειον ὑπάρχον, τὰ δεύτερα ὑφίστησιν ἀκινήτως καὶ ἀνελαττώτως, αὐτὸ ὂν, ὅπερ ἔστι, καὶ οὔτε μεταβάλλον εἰς ἐκεῖνα, οὔτε ἐλαττούμενον.

Οὐ γὰρ ἀπομερισμός ἐστι τοῦ παράγοντος τὸ παραγόμενον· οὐδὲ γὰρ γενέσει τοῦτο προσῆκεν, οὐδὲ τοῖς γεννητικοῖς αἰτίοις· οὐδὲ μετάβασις· οὐ γὰρ ὕλη γίνεται τοῦ προϊόντος· μένει γὰρ, οἷον ἔστι. Καὶ τὸ παραγόμενον ἄλλο παρ' αὐτό ἐστιν. Ἀναλλοίωτον ἄρα τὸ γεννῶν ἵδρυται καὶ ἀνελάττωτον, καὶ διὰ γόνιμον δύναμιν ἑαυτὸ πολλαπλασιάζον, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ δευτέρας ὑποστάσεις παρεχόμενον.

ΚΗ'. Πᾶν τὸ παράγον τὰ ὅμοια πρὸς ἑαυτὸ πρὸ τῶν ἀνομοίων ὑφίστησιν. Ἐπεὶ γὰρ κρεῖττον ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ τοῦ παραγομένου τὸ παράγον, τὰ αὐτὰ μὲν καὶ ἴσα ἁπλῶς καὶ ἴσα κατὰ δύναμιν οὐκ ἂν ποτε εἴη ἀλλήλοις. Εἰ δὲ μή ἐστι ταὐτὰ καὶ ἴσα, ἀλλ' ἕτερά τε καὶ ἄνισα, ἢ πάντῃ διακέκριται ἀλλήλων, ἢ καὶ ἥνωται καὶ διακέκριται.

Ἀλλ' εἰ μὲν πάντα διακέκριται, ἀσύμβατα ἔσται, καὶ οὐδαμῇ τῷ αἰτίῳ τὸ ἀπ' αὐτοῦ συμπαθές. Οὐδὲ μεθέξει τοίνυν θάτερον, πάντῃ ἕτερα ὄντα. Τὸ γὰρ μετεχόμενον κοινωνίαν δίδωσι τῷ μετασχόντι πρὸς τὸ, οὗ μετέσχεν· ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη τὸ αἰτιατὸν τοῦ αἰτίου μετέχειν, ὡς ἐκεῖθεν ἔχον τὴν οὐσίαν.

Εἰ δὲ πῇ μὲν διακέκριται, πῇ δὲ ἥνωται τῷ παράγοντι τὸ παραγόμενον, εἰ μὲν ἐπίσης ἑκάτερον πέπονθεν, ἐπίσης ἂν αὐτοῦ μετέχοι τε, καὶ οὐ μετέχοι· ὥστε καὶ ἔχοι ἂν τὴν οὐσίαν παρ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔχοι τὸν αὐτὸν τρόπον· εἰ δὲ μᾶλλον εἴη διακεκριμένον, ἀλλότριον ἂν μᾶλλον εἴη τοῦ γεννήσαντος, ἢ οἰκεῖον τὸ γεννηθὲν, καὶ ἀνάρμοστον μᾶλλον πρὸς ἑαυτὸ, ἥπερ ἡρμοσμένον, καὶ ἀσυμπαθὲς μᾶλλον, ἢ συμπαθές. Εἰ οὖν καὶ συγγενῆ τοῖς αἰτίοις κατ' αὐτὸ τὸ

ram. Vel si post ipsum motio, etiam ex ipso Uno erit *aliquid, quod ab eo manabit*, et vel *motus* in infinitum *progredietur*, vel ipsum Unum *res* immobiliter producet, et omne, quod *res alias* producit, imitabitur Unum et ipsam *rerum* universarum productricem causam.

Ex eo enim, quod est primo, ubique *manat id* quod non primo *est*. Quamobrem etiam ex eo, quod omnia producit, *manat* illud, quod aliqua *tantum* producit. Ergo et omne quod per se producitur, *propter insitam producendi facultatem* ex se producit ea quæ *sunt* deinceps. Si igitur illa quæ *res alias* producunt, non imminuta maneant, ab ipsis secunda producuntur. Quod enim quomodocumque minuitur, illud nullo modo manere potest *tale*, quale *sua natura* est.

XXVII. Omne quod *alia* producit, propter *suam* perfectionem et facultatis abundantiam secundorum producendorum vim habet. Si enim non propter ipsam perfectionem, sed *propter* ipsum in facultate defectum *res* produceret, ne suum quidem ordinem immotum servare posset.

Quod enim propter *virium* defectum et roboris infirmitatem alii ipsum esse præbet, propter suam versionem, *immutationem* et alterationem illi *suam* hypostasin præbet, *et naturam ejusdem mutationis et alterationis participem et suppeditat*. Manet autem *tale*, quale est, omne, quod *alia* producit. Et *eo sic* manente, prodit id, quod est post ipsum. Cum igitur plenum et perfectum sit, secunda constituit immobiliter et sine ulla imminutione, manens illud ipsum, quod est, et neque mutatur in illa, neque minuitur.

Quod enim *ab altero* producitur, non est pars ab ipso producente detracta. Haud enim hoc generationi conveniret neque generatricibus causis. Neque *est natura unius in alteram* transitio. Neque enim materia fit illius, quod *alicunde* prodit : manet enim *tale*, quale est. Et quod *ab aliquo* producitur, est aliud ab ipso *producente*. Ergo, quod *alia* generat, firmiter manet alterationis et imminutionis expers, et propter fœcundam facultatem se ipsum multiplicat, et a se *manantes* secundas hypostases *naturasque* præbet *atque suppeditat*.

XXVIII. Omne quod *alia* producit sibi similia, ante dissimilia *procreat atque* constituit. Quoniam enim id, quod *aliquid* producit, necessario præstantius est eo, quod *ab ipso* producitur, eadem quidem et paria simpliciter et viribus paria nunquam *hæc* erunt inter se. Si vero non sunt eadem et paria, sed et diversa et imparia, vel ubique *prorsusque* discreta sunt inter se, vel et unita sunt et discreta sunt.

Sed si quidem omnia discreta sunt, inter se concifiari et consentire non poterunt, et nunquam id, quod a causa *procreatur*, cum ipsa consentiet *neque per naturæ cognationem causatum cum causa conjungetur*. Ergo ne alterum quidem alterius erit particeps, quoniam prorsus diversa sunt. Id enim, quod *ab aliquo* participatur, communionem impertit ei, quod *ipsum* participat in eo, cujus est particeps. Verumtamen nec esse *est* causatum particeps esse causæ, quod illinc *suam* essentiam habeat.

Si vero alicubi quidem discretum est, alicubi vero unitum est cum ipso producente id quod producitur, si pariter quidem utrumque patitur *et afficitur*, pariter etiam ejus erit particeps, et non particeps *ejusdem*. Quamobrem etiam habebit essentiam ab ipso *manantem*, et non habebit eodem modo. Si vero magis discretum fuerit, magis alienum erit ab eo, quod *ipsum* generaverit, quam familiare id, quod *ab ipso* fuerit generatum, et secum *erit* magis inconcinnum, quam concinnum, et magis expers sympathiæ, quam particeps sympathiæ (*i. e. a naturæ cognatione consensuque magis alienum et remotum* ei, *quam propinquum*). Si igitur ea, quæ *manant* a causis, magis etiam cognata sunt ipsis propter ipsum Esse, et si

εἶναι, καὶ συμπαθῇ τὰ ἀφ' αὑτῶν, καὶ ἐξήρτηται αὐτῶν κατὰ φύσιν, καὶ ὀρέγεται τῆς πρὸς αὐτὰ συναφῆς, ὀρεγόμενα τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τυγχάνοντα διὰ τῆς αἰτίας τοῦ ὀρεκτοῦ, δῆλον δή, ὅτι μᾶλλον ἥνωται τοῖς παράγουσι τὰ παραγόμενα, ἢ διακέκριται ἀπ' αὐτῶν.

Τὰ δὲ μᾶλλον ἡνωμένα ὅμοιά ἐστι μᾶλλον, ἢ ἀνόμοια τούτοις, οἷς μάλιστα ἥνωται. Τὰ ὅμοια ἄρα πρὸ τῶν ἀνομοίων ὑφίστησι πᾶν τὸ παρακτικὸν αἴτιον.

ΚΘ'. Πᾶσα πρόοδος δι' ὁμοιότητος ἀποτελεῖται τῶν δευτέρων πρὸς τὰ πρῶτα. Εἰ γὰρ τὸ παράγον τὰ ὅμοια πρὸ τῶν ἀνομοίων ὑφίστησιν, ἡ ὁμοιότης ἀπὸ τῶν παραγόντων ὑφίστησι τὰ παραγόμενα. Τὰ γὰρ ὅμοια δι' ὁμοιότητος ὅμοια ἀποτελεῖται, ἀλλ' οὐ διὰ ἀνομοιότητος. Εἰ οὖν ἡ πρόοδος ἐν τῇ ὑφέσει σώζει τὸ ταὐτὸν τοῦ γεννηθέντος πρὸς τὸ γεννῆσαν, καὶ οἷον ἐκεῖνο πρώτως, τοιοῦτον ἐκφαίνει τὸ μετ' αὐτὸ δευτέρως, δι' ὁμοιότητος ἔχει τὴν ὑπόστασιν.

Λ'. Πᾶν τὸ ἀπό τινος παραγόμενον ἀμέσως μένει τε ἐν τῷ παράγοντι καὶ πρόεισιν ἀπ' αὐτοῦ. Εἰ γὰρ πᾶσα πρόοδος μενόντων τε γίνεται τῶν πρώτων, καὶ δι' ὁμοιότητος ἀποτελεῖται, τῶν ὁμοίων πρὸ τῶν ἀνομοίων ὑφισταμένων, μένει πῃ καὶ τὸ παραγόμενον ἐν τῷ παράγοντι. Τὸ γὰρ πάντῃ προϊὸν οὐδὲν ἂν ἔχοι ταὐτὸν πρὸς τὸ μένον, ἀλλ' ἔστι πάντῃ διακεκριμένον· εἰ δὲ ἕξει τι κοινὸν καὶ ἡνωμένον πρὸς αὐτὸ, μένοι ἂν καὶ αὐτὸ ἐν ἐκείνῳ, ὥσπερ κἀκεῖνο ἐφ' ἑαυτοῦ μένον ἦν· εἰ δὲ μένον μόνον μὴ προϊόν, οὐδὲν διοίσει τῆς αἰτίας, οὐδὲ ἔσται, μενούσης ἐκείνης, ἄλλο γεγονός· εἰ γὰρ ἄλλο διακέκριται, καὶ ἔστι χωρίς.

Εἰ δὲ χωρὶς, μένει δὲ ἐκείνη, προῆλθε τοῦτο ἀπ' αὐτῆς, ἵνα διακριθῇ μενούσης. Ἦ μὲν ἄρα ταὐτόν τι πρὸς τὸ παράγον ἔχει, τὸ παραγόμενον μένει ἐν αὐτῷ· ἢ δὲ ἕτερον, πρόεισιν ἀπ' αὐτοῦ. Ὅμοιον δὲ ὄν, ταὐτόν πῃ ἅμα καὶ ἕτερόν ἐστι· μένει ἄρα καὶ πρόεισιν ἅμα, καὶ οὐδέτερον θατέρου χωρίς.

ΛΑ'. Πᾶν τὸ προϊὸν ἀπό τινος κατ' οὐσίαν ἐπιστρέφεται πρὸς ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ πρόεισιν. Εἰ γὰρ προέρχοιτο μὲν, μὴ ἐπιστρέφοιτο δὲ πρὸς τὸ αἴτιον τῆς προόδου ταύτης, οὐκ ἂν ὀρέγοιτο τῆς αἰτίας· πᾶν γὰρ τὸ ὀρεγόμενον ἐπέστραπται πρὸς τὸ ὀρεκτόν· ἀλλὰ μὴν πᾶν τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται, καὶ ἡ ἐκείνου τεῦξις διὰ τῆς προσεχοῦς αἰτίας ἑκάστοις.

Ὀρέγεται ἄρα καὶ τῆς ἑαυτῶν αἰτίας ἕκαστα· δι' οὗ γὰρ τὸ εἶναι ἑκάστῳ, διὰ τούτου καὶ τὸ εὖ· δι' οὗ δὲ τὸ εὖ, πρὸς τοῦτο ἡ ὄρεξις πρῶτον· πρὸς ὃ δὲ πρῶτον ἡ ὄρεξις, πρὸς τοῦτο ἡ ἐπιστροφή.

ΑΒ'. Πᾶσα ἐπιστροφὴ δι' ὁμοιότητος ἀποτελεῖται τῶν ἐπιστρεφομένων, πρὸς ὃ ἐπιστρέφεται. Τὸ γὰρ ἐπιστρεφόμενον πᾶν πρὸς πᾶν συνάπτεσθαι σπεύδει, καὶ ὀρέγεται τῆς πρὸς αὐτὸ κοινωνίας καὶ συνδέσεως. Συνδεῖ δὲ πάντα ἡ ὁμοιότης, ὥσπερ διακρίνει ἡ ἀνο-

cum ipsis sunt conjuncta naturæ cognatione, et pendent ex ipsis *causis* propter naturam, et cum ipsis conjunctionem expetunt, quoniam expetunt Bonum, et per ipsam causam consequentur id, quod est expetitum *ab ipsis* : profecto perspicuum *est*, quod magis unita sunt cum ipsis producentibus ea quæ producuntur *ab ipsis*, quam discreta sunt ab ipsis.

Quæ autem magis unita sunt, similia sunt magis quam dissimilia illis, quibuscum maxime sunt unita. Similia igitur ante dissimilia constituit omnis *rerum* productrix causa.

XXIX. Omnis progressus per similitudinem secundorum cum primis perficitur. Si enim ipsum producens constituit similia ante dissimilia, ipsa similitudo ab ipsis producentibus *manans* constituit ea, quæ producuntur *ab ipsis*. Nam similia per similitudinem perficiuntur, non autem per dissimilitudinem. Si igitur progressus in *sua* remissione servat identitatem rei generatæ cum ipso quod generavit eam, et quale *est* illud primo, tale in lucem profert id quod post ipsum est secundo, per similitudinem habet *suam* hypostasin *atque naturam*.

XXX. Omne quod ab aliquo producitur immediate, et manet in ipso producente, et prodit ab ipso. Si enim omnis progressus fit manentibus iis, quæ prima sunt, et per similitudinem perficitur, similibus ante dissimilia constitutis, *ergo* manet aliquo modo etiam id, quod producitur, in ipso producente. Quod enim in omnes partes progreditur, nihil habet, quod sit idem cum eo quod *in eodem loco firmum* manet, sed est ubique discretum. Sin vero quid commune et conjunctum cum ipso habebit, manebit et ipsum in illo, quemadmodum et illud in se ipso manens erat (*manebat*). Si vero *semper in eodem loco statuque* solum maneat neque progrediatur *alio*, nihil ab ipsa causa differet, neque illa manente erit aliud, quod fiat *ac producatur ab ea*. Si enim aliud *ab ea* discretum est, *id* separatim est.

Si vero separatim *est ab ipsa causa*, ipsa vero manet, hoc ab ipsa prodiit, ut discerneretur *ea* manente. Quatenus igitur aliquid habet, quod cum producente est idem, id, quod producitur, in ipso *producente* manet : quatenus vero diversum *est*, ab ipso prodit. Cum vero sit *ei* simile, idem quodammodo simul et diversum est. Manet igitur et progreditur simul *utrumque*, et neutrum *est* sine altero.

XXXI. Omne quod progreditur ab aliquo per essentiam, revertitur ad illud, a quo progreditur. Si enim progrediatur quidem, non revertatur vero ad ipsam causam hujus progressus, non expetet causam. Omne enim quod expetit *aliquid*, revertitur ad ipsum expetitum. Atqui omne expetit ipsum Bonum, et illius adeptio *fit* per causam singulis proximam.

Expetunt igitur etiam singula suam ipsorum causam. Per quod enim ipsum Esse *datur* uniculque, propter hoc et ipsum Bene (*bonum*). Per quod vero ipsum Bene, ad hoc *fertur* primum desiderium *et appetitus*. Ad quod vero primum *fertur* desiderium, ad hoc *fit conversio et* reversio.

XXXII. Omnis *ad aliquid conversio et* reversio per similitudinem perficitur eorum, quæ *convertuntur ac* revertuntur *ad illud* ad quod ipsa *conversio et* reversio fit. Omne enim quod *convertitur et* revertitur, cum omni conjungi properat, et expetit cum ipso communionem et conjunctionem. Omnia vero conjungit similitudo, quem-

μοιότης καὶ διίστησιν. Εἰ οὖν ἡ ἐπιστροφὴ κοινωνία τίς ἐστι καὶ συναφή, πᾶσα δὲ κοινωνία καὶ συναφὴ πᾶσα δι' ὁμοιότητος, πᾶσα ἄρα ἐπιστροφὴ δι' ὁμοιότητος ἀποτελοῖτο ἄν.

ΛΓ'. Πᾶν τὸ προϊὸν ἀπό τινος καὶ ἐπιστρέφον, κυκλικὴν ἔχει τὴν ἐνέργειαν. Εἰ γὰρ, ἀφ' οὗ πρόεισιν, εἰς τοῦτο ἐπιστρέφει, συνάπτει τῇ ἀρχῇ τὸ τέλος, καὶ ἔστι μία καὶ συνεχὴς ἡ κίνησις· τῆς μὲν ἀπὸ τοῦ μένοντος, τῆς δὲ πρὸς τὸ μεῖναν γενομένης. Ὅθεν δὴ πάντα κύκλῳ πρόεισιν ἀπὸ τῶν αἰτίων ἐπὶ τὰ αἴτια. Μείζους δὲ κύκλοι καὶ ἐλάττους τῶν μὲν ἐπιστροφῶν πρὸς τὰ ὑπερκείμενα συνεχῶς γινομένων, τῶν δὲ πρὸς τὰ ἀνωτέρω, καὶ μέχρι τῆς πάντων ἀρχῆς. Ἀπὸ γὰρ ἐκείνης πάντα, καὶ πρὸς ἐκείνην.

ΛΔ'. Πᾶν τὸ κατὰ φύσιν ἐπιστρεφόμενον πρὸς ἐκεῖνο ποιεῖται τὴν ἐπιστροφὴν, ἀφ' οὗ καὶ τὴν πρόοδον ἔσχε τῆς οἰκείας ὑποστάσεως. Εἰ γὰρ κατὰ φύσιν ἐπιστρέφεται, τὴν κατ' οὐσίαν ὄρεξιν πρὸς ἐκεῖνο κέκτηται, πρὸς ὃ ἐπιστρέφεται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ εἶναι αὐτοῦ πᾶν εἰς ἐκεῖνο ἀνήρτηται, πρὸς ὃ τὴν οὐσιῶδη ποιεῖται ἐπιστροφὴν, καὶ ὅμοιόν ἐστιν ἐκείνῳ κατ' οὐσίαν. Διὸ καὶ συμπαθὲς ἐκείνῳ κατὰ φύσιν, ὡς τῇ οὐσίᾳ συγγενές. Εἰ δὲ τοῦτο, ἡ ταὐτόν ἐστι τὸ εἶναι ἀμφοτέρων, ἢ ἐκ θατέρου θάτερον, ἢ ἄμφω ἐξ ἑνός του ἄλλου τὸ ὅμοιον ἔλαχεν. Ἀλλ' εἰ μὲν ταὐτὸν τὸ εἶναι ἀμφοτέρων, πῶς κατὰ φύσιν θάτερον πρὸς θάτερον ἐπέστραπται; Εἰ δὲ ἐξ ἑνὸς ἄμφω, πρὸς ἐκεῖνο ἂν εἴη τὸ κατὰ φύσιν ἐπιστρέφειν ἀμφότερον.

Λείπεται ἄρα ἐκ θατέρου θάτερον τὸ εἶναι ἔχειν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἡ πρόοδος ἀπ' ἐκείνου, πρὸς ὃ ἡ κατὰ φύσιν ἐπιστροφή. Ἐκ δὲ τούτων φανερὸν, ὅτι καὶ ὀρεκτὸν πᾶσι νοῦς, καὶ πρόεισιν ἀπὸ νοῦ πάντα, καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἀπὸ νοῦ τὴν οὐσίαν ἔχει, κἂν ἀΐδιος ᾖ. Καὶ διὰ τοῦτο οὐχὶ πρόεισιν ἀπὸ νοῦ, διότι ἀΐδιος· οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπέστραπται, διότι ἀεὶ τέτακται, ἀλλὰ καὶ πρόεισιν ἀεὶ, καὶ ἀΐδιος κατ' οὐσίαν, καὶ ἐπέστραπται ἀεὶ, καὶ ἄλυτος κατὰ τὴν τάξιν.

ΛΕ'. Πᾶν τὸ αἰτιατὸν καὶ μένει ἐν τῇ αὐτοῦ αἰτίᾳ, καὶ πρόεισιν ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς αὐτήν· εἰ γὰρ μένει μόνον, οὐδὲν διοίσει τῆς αἰτίας ἀδιάκριτον ὄν· ἅμα γὰρ διακρίσει πρόοδος· εἰ δὲ προΐοι μόνον, ἀσύναπτον ἔσται πρὸς αὐτὴν καὶ ἀσυμπαθὲς, μηδαμῶς τῇ αἰτίᾳ κοινωνοῦν.

Εἰ δὲ ἐπιστρέφοιτο μόνον, πῶς τὸ μὴ τὴν οὐσίαν ἀπ' αὐτῆς ἔχον κατ' οὐσίαν ποιεῖται τὴν πρὸς τὸ ἀλλότριον ἐπιστροφήν; εἰ δὲ μένοι μὲν καὶ προΐοι, μὴ ἐπιστρέφοιτο δὲ, πῶς ἡ κατὰ φύσιν ὄρεξις ἑκάστῳ πρὸς τὸ εὖ καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἡ ἐπὶ τὸ γεννῆσαν ἀνάτασις; εἰ δὲ προΐοι μὲν καὶ ἐπιστρέφοιτο, μὴ μένοι δὲ, πῶς ἀποστὰν μὲν τῆς αἰτίας συνάπτεσθαι σπεύδει πρὸς αὐτήν;

Ἀσύναπτον δὲ ἦν πρὸ τῆς ἀποστάσεως· εἰ γὰρ συνῆπτον, κατ' ἐκεῖνο πάντως ἔμενεν· εἰ δὲ μένοι

admodum dissimilitudo *omnia* discernit atque disjungit. Si igitur *conversio et* reversio est quædam communio et conjunctio, omnis vero communio et omnis conjunctio per similitudinem *fit*, omnis igitur *ad aliquid conversio et* reversio per similitudinem perficietur.

XXXIII. Omne quod ab aliquo progreditur et *ad id* revertitur, circularem habet actionem. Si enim, a quo progreditur, ad illud revertitur, cum principio finem conjungit, et est unus et continuus motus. Nam unus quidem a manente fit, alter vero *progreditur* ad illud, quod *in suo loco firmiter* mansit. Quamobrem etiam omnia circulariter *et in orbem* progrediuntur a causis ad causas. Majores vero et minores circuli *sunt* reversionum, quarum aliæ quidem fiunt continenter ad supra sita, aliæ vero ad superiora et usque ad ipsum *rerum* omnium principium. Ab illo enim omnia *manant*, et ad illud *revertuntur*.

XXXIV. Omne quod secundum naturam *ad aliquid* revertitur, ad illud reversionem facit, a quo progressum etiam habuit suæ naturæ. Si enim secundum naturam revertitur, secundum *suam* essentiam habet desiderium *eundi* ad illud ad quod *convertitur ac* revertitur. Si vero *concedatur* hoc, etiam totum ipsius Esse ex eo pendet, ad quod essentialem facit reversionem, et illi simile est secundum essentiam. Quamobrem etiam secundum naturam, ut ipsi essentiæ cognatum, cum illo consentiens *est et eodem afficitur affectu*. Si vero *concedatur* hoc, vel idem est ipsum Esse utriusque, vel alterum ex altero *manat*, vel ambo ex uno aliquo alio ipsum simile sunt sortita. Sed si *est* idem ipsum Esse utriusque, quomodo secundum naturam alterum ad alterum revertitur? Si vero ex uno ambo *manant*, ad illud pertinebit ipsum secundum naturam convertere utrumque *et ad suum principium reducere*.

Restat igitur, *ut dicamus* alterum ex altero *suum* Esse habere. Si vero *detur* hoc, et ipse progressus *fiet* ab illo, ad quod ipsa reversio *fit* secundum naturam. Ex his igitur *est* perspicuum, quod et Mens *est quiddam* omnibus expetendum, et a Mente progrediuntur omnia, et totus Mundus a Mente *suam* essentiam habet, quamvis sit æternus. Et propterea non progreditur a Mente, quoniam *est* æternus. Neque enim propter hoc non revertitur *Mundus ad aliquod principium, quod fuerit ante ipsum*, quia semper in ordine collocatus manet; sed etiam progreditur semper, et per *suam* essentiam *est* æternus, et semper *ad idem* revertitur, et per ordinem indissolubilis *est*, *in eodem ordine semper manens*.

XXXV. Omne causatum et manet in sua causa, et progreditur ab ipsa, et revertitur ad ipsam. Si enim manet tantum, nihil ab ipsa causa differet, quia erit indiscretum. Nam cum discretione *fit* progressus. Si vero progrediatur tantum, cum ipsa non erit conjunctum, et expers ejusdem affectionis [et conservationis a naturæ cognatione manantis], quia nullo modo communionem cum causa habebit.

Si vero *convertatur et* revertatur tantum, quomodo quod essentiam ab ipsa non habet, per essentiam ad id, quod est alienum, reversionem facit? Si vero maneat quidem et progrediatur, non revertatur vero, quomodo illud secundum naturam desiderium *erit* unicuique ad ipsum Bene et *quomodo fiet ad* ipsum Bonum et ad id, quod generavit, excitatio? Si vero progrediatur quidem et revertatur, non maneat vero, quomodo recedens quidem *atque deficiens* a causa, cum ipsa conjungi properat?

Conjunctionis autem expers erat ante recessum *et defectionem ab ea factam*. Si enim *causa cum causato* conjuncta esset, in illo prorsus maneret. Si vero ma-

καὶ ἐπιστρέφοιτο, μὴ προέρχοιτο δὲ, πῶς τὸ [μὴ] διακριθὲν ἐπιστρέφειν δυνατόν; τὸ γὰρ ἐπιστρέφον πᾶν ἀναλύοντι ἔοικεν εἰς ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ διήρηται κατ' οὐσίαν.

Ἀνάγκη δὲ ἢ μένειν μόνον, ἢ ἐπιστρέφειν μόνον, ἢ προϊέναι μόνον, ἢ συνδεῖν τὰ ἄκρα μετ' ἀλλήλων, ἢ τὸ μεταξὺ μεθ' ἑκατέρων τῶν ἄκρων, ἢ τὰ σύμπαντα. Λείπεται ἄρα καὶ μένειν πᾶν ἐν τῷ αἰτίῳ, καὶ προϊέναι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέφειν πρὸς αὐτό.

ΛϚ'. Πάντων τῶν κατὰ πρόοδον πληθυνομένων τὰ πρῶτα τελειότερα τῶν δευτέρων ἐστὶ, καὶ τὰ δεύτερα τῶν μετ' αὐτὰ, καὶ ἐφεξῆς ὡσαύτως. Εἰ γὰρ αἱ πρόοδοι διακρίνουσιν ἀπὸ τῶν αἰτίων τὰ παραγόμενα, καὶ ὑφέσεις εἰσὶ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων, τὰ μὲν πρῶτα προελθόντα συνῆπται μᾶλλον τοῖς αἰτίοις, ἀπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐκβλαστάνοντα.

Τὰ δὲ δεύτερα πορρώτερα τῶν αἰτίων εἰσὶ, καὶ ἑξῆς ὁμοίως· τὰ δὲ ἐγγυτέρω καὶ τὰ συγγενέστερα τοῖς αἰτίοις, τελειότερα· καὶ γὰρ τὰ αἴτια τῶν αἰτιατῶν· τὰ δὲ πορρώτερον, ἀτελέστερα, ἀνομοιούμενα τοῖς αἰτίοις.

ΑΖ'. Πάντων τῶν κατ' ἐπιστροφὴν ὑφισταμένων τὰ πρῶτα ἀτελέστερα τῶν δευτέρων, καὶ τὰ δεύτερα τῶν ἑξῆς· τὰ δὲ ἔσχατα τελεώτατα. Εἰ γὰρ ἐπιστροφαὶ γίνονται κατὰ κύκλον, καὶ ἀφ' οὗ ἡ πρόοδος, εἰς τοῦτο ἡ ἐπιστροφὴ, ἀπὸ δὲ τοῦ τελειοτάτου ἡ πρόοδος, ἡ ἐπιστροφὴ ἄρα εἰς τὸ τελειότατον. Καὶ εἰ, ἐφ' ὃ ἡ πρόοδος ἔσχατον, ἀπὸ τούτου πρώτη ἡ ἐπιστροφὴ, ἡ δὲ πρόοδος εἰς ἔσχατον τὸ ἀτελέστατον, καὶ ἡ ἐπιστροφὴ ἀπὸ τοῦ ἀτελεστάτου. Πρῶτα μὲν ἄρα ἐν τοῖς κατ' ἐπιστροφὴν τὰ ἀτελέστατα, ἔσχατα δὲ τὰ τελεώτατα.

ΑΗ'. Πᾶν τὸ προϊὸν ἀπό τινων πλειόνων αἰτίων, δι' ὅσων πρόεισι, διὰ τοσούτων καὶ ἐπιστρέφεται. Καὶ πᾶσα ἐπιστροφὴ διὰ τῶν αὐτῶν, δι' ὧν καὶ ἡ πρόοδος· ἐπεὶ γὰρ δι' ὁμοιότητος ἑκάτερα γίνεται, τὸ μὲν ἀμέσως ἀπό τινος προελθὸν καὶ ἐπίστραπται ἀμέσως πρὸς αὐτό· ἡ γὰρ ὁμοιότης ἄμεσος ἦν.

Τὸ δὲ μεσότητος ἐν τῷ προϊέναι δεόμενον μεσότητος δεῖται καὶ κατὰ τὴν ἐπιστροφήν. Δεῖ γὰρ πρὸς τὸ αὐτὸ ἑκάτερα γίνεσθαι· ὥστε πρὸς τὸ μέσον ἐπιστραφήσεται πρῶτον, ἔπειτα πρὸς τὸ τοῦ μέσου κρεῖττον. Δι' ὅσων ἄρα τὸ εἶναι, διὰ τοσούτων καὶ τὸ εὖ εἶναι ἑκάστοις, καὶ ἔμπαλιν.

ΑΘ'. Πᾶν τὸ ὂν ἢ οὐσιωδῶς ἐπιστρέφει μόνον, ἢ καὶ ζωτικῶς ἢ καὶ γνωστικῶς· ἢ γὰρ τὸ εἶναι μόνον ἀπὸ τῆς αἰτίας κέκτηται, ἢ τὸ ζῆν μετ' αὐτοῦ τοῦ εἶναι, ἢ καὶ γνωστικὴν ἐκεῖθεν ὑπεδέξατο δύναμιν. Ἢ μὲν οὖν ἔστι μόνον, οὐσιώδη ποιεῖται τὴν ἐπιστροφὴν, ἢ δὲ καὶ ζῇ, καὶ ζωτικήν· ἢ δὲ καὶ γινώσκει, καὶ γνωστικήν.

Ὡς γὰρ προῆλθεν, οὕτως ἐπέστραπται, καὶ τὰ μέτρα τῆς ἐπιστροφῆς ὥρισται τοῖς κατὰ τὴν πρόοδον

neat et revertatur, non progrediatur vero, quomodo quod non discretum est, reverti potest? Omne enim, quod *rem aliquam ad suum principium* reducit, simile est ei, quod *rem aliquam* resolvit in illud, a quo per essentiam *res illa* separata est.

Necesse igitur *est, ipsum causatum* vel manere tantum *in eadem causa*, vel *ad eam* reverti tantum, vel *ab ea* progredi tantum, vel ipsas extremitates inter se conjungere, vel id, quod est medium, cum utraque extremitate *conjungere*, vel hæc omnia *simul fieri necesse est*. Restat igitur, *ut dicamus* et omne *causatum* manere in *sua* causa, et progredi ab ipsa, et ad ipsam reverti.

XXXVI. Omnium eorum quæ per progressum multiplicantur, prima sunt perfectiora secundis, et secunda iis quæ sunt post ipsa, et deinceps eodem modo. Si enim progressus discernunt a causis ea quæ producuntur *ab iis*, et remissiones sunt secundorum ad prima, ipsa quidem prima progressa cum causis magis conjuncta sunt, ab illis ipsis *procreata et quasi* germinantia.

Secunda vero a causis sunt remotiora, et deinceps similiter *ita res habet*. Quæ vero causis sunt propinquiora et arctiore cognationis vinculo cum iis conjuncta, *sunt* perfectiora. Etenim causæ *sunt perfectiores* causatis. Quæ vero remotiora *sunt a causis*, *illa sunt* imperfectiora, quia dissimilia sunt causis.

XXXVII. Omnium eorum quæ per reversionem subsistunt, prima *sunt* imperfectiora secundis, et secunda sequentibus. Extrema vero *sunt* perfectissima. Si enim reversiones fiunt per circulum *et in orbem*, et a quo *fit* progressus, in illud *etiam fit* reversio, ab illo vero, quod est perfectissimum, *fit* progressus, reversio igitur ad perfectissimum *fit*. Et si, in quod extremum *fit* progressus, ab hoc prima *fit* reversio, progressus vero *fit* in extremum, quod est maxime imperfectum, *ergo* et reversio *fiet* ab eo, quod est imperfectissimum. Prima quidem igitur in iis, quæ per reversionem *fiunt*, *sunt ea*, quæ sunt imperfectissima : extrema vero *sunt ea*, quæ perfectissima *sunt*.

XXXVIII. Omne quod ab aliquibus pluribus causis progreditur, per quot *causas* progreditur, per totidem etiam *ad eas* revertitur. Et omnis reversio per easdem *causas fit*, per quas et progressio. Quoniam enim utraque (*et progressio et reversio*), per similitudinem fit, quod quidem immediate ab aliquo progressum est, *illud* etiam ad ipsum immediate revertitur. Nam ipsa similitudo est immediata (*medii expers*).

Quod vero in ipsa progressione indiget medietatis *sive mediis*, *illud* indiget etiam medietatis in ipsa reversione. Oportet enim utraque (*progressionem et reversionem*) ad idem fieri. Quare primum ad medium revertetur, deinde ad illud, quod est ipso medio præstantius. Per quot igitur *causas est* ipsum Esse, per totidem etiam ipsum Bene esse singulis *est*, et contra.

XXXIX. Omne Ens vel essentialiter tantum *ad suum principium* revertitur, vel etiam vitaliter, vel etiam per cognitionem. Vel enim ipsum Esse solum a causa *manans* habet, vel ipsum vivere una cum ipso Esse, vel etiam cognitionis vi præditam facultatem illinc *manantem* suscepit. Quatenus igitur *omne Ens* est tantum, essentialem facit reversionem : quatenus vero etiam vivit, etiam vitalem *facit reversionem* : quatenus vero *res* etiam cognoscit, etiam cognitionis vi præditam *reversionem facit*.

Ut enim progressum est, sic etiam *ad suum principium* revertitur, et ipsæ mensuræ reversionis terminatæ sunt illis mensuris, *quæ fiunt et sunt* secundum ipsum

μέτροις. Καὶ ἡ ὄρεξις οὖν τοῖς μέν ἐστι κατ' αὐτὸ τὸ εἶναι μόνον, ἐπιτηδειότης οὖσα πρὸς τὴν μέθεξιν τῶν αἰτίων· τοῖς δὲ κατὰ τὴν ζωὴν, κίνησις οὖσα πρὸς τὰ κρείττονα· τοῖς δὲ κατὰ τὴν γνῶσιν, συναίσθησις οὖσα τῆς τῶν αἰτίων ἀγαθότητος.

M'. Πάντων τῶν ἀφ' ἑτέρας αἰτίας προϊόντων ἡγεῖται τὰ παρ' ἑαυτῶν ὑφιστάμενα, καὶ τὴν οὐσίαν αὐθυπόστατον κεκτημένα· εἰ γὰρ πᾶν τὸ αὔταρκες ἢ κατ' οὐσίαν, ἢ κατ' ἐνέργειαν κρεῖττον τοῦ εἰς ἄλλην αἰτίαν ἀνηρτημένου· τὸ δὲ ἑαυτὸ παράγον ἑαυτῷ τοῦ εἶναι παρεκτικὸν ὑπάρχον, αὔταρκες πρὸς οὐσίαν· τὸ δὲ ἀπ' ἄλλου μόνον παραγόμενον οὐκ αὔταρκες· τῷ δὲ ἀγαθῷ συγγενέστερον τὸ αὔταρκες· τὰ δὲ συγγενέστερα καὶ ὁμοιότερα ταῖς αἰτίαις πρὸ τῶν ἀνομοίων ὑφέστηκεν ἐκ τῆς αἰτίας· τὰ ἄρα παρ' αὐτῶν παραγόμενα καὶ αὐθυπόστατα πρεσβύτερά ἐστι τῶν ἀφ' ἑτέρου μόνον εἰς τὸ εἶναι προελθόντων. Ἢ γὰρ οὐδὲν ἔσται αὐθυπόστατον, ἢ τὸ ἀγαθὸν τοιοῦτον, ἢ τὰ πρῶτα ἐκ τἀγαθοῦ ὑποστάντα. Ἀλλ' εἰ μὲν μηδὲν αὐθυπόστατον, ἐν οὐδενὶ τὸ αὔταρκες ἔσται κατ' ἀλήθειαν. Οὔτε γὰρ ἐν τἀγαθῷ κρεῖσσον αὐταρκείας [ἔσται] ἓν ὂν ἐκεῖνο· καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐχὶ ἔχον ἀγαθὸν, οὔτε ἐν τοῖς μετὰ τἀγαθόν· πάντα γὰρ ἐνδεὲς ἄλλου ἔσται, τοῦ πρὸ αὐτοῦ μόνου. Εἰ δὲ τἀγαθὸν αὐθυπόστατον, αὐτὸ ἑαυτὸ παράγον, οὐχ ἓν ἔσται. Τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς προϊὸν οὐχ ἕν· ἑαυτοῦ γὰρ πρόεισιν, εἴπερ αὐθυπόστατον· ὥστε ἓν ἅμα, καὶ οὐχ ἓν τὸ ἕν. Ἀνάγκη ἄρα τὸ αὐθυπόστατον εἶναι μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ δῆλον, ὡς πρὸ τῶν ἀφ' ἑτέρας αἰτίας μόνον προελθόντων. Κυριώτερον γὰρ ἐκείνων καὶ τἀγαθῷ συγγενέστερον, ὡς δέδεικται.

MA'. Πᾶν μὲν τὸ ἐν ἄλλῳ ὂν ὑπ' ἄλλου μόνον παράγεται· πᾶν δὲ τὸ ἐν αὑτῷ ὂν αὐθυπόστατόν ἐστι. Τὸ μὲν γὰρ ἐν ἄλλῳ ὂν καὶ ὑποκειμένου δεόμενον, ἑαυτοῦ γεννητικὸν οὐκ ἄν ποτε εἴη· τὸ γὰρ γεννᾶν ἑαυτὸ πεφυκὸς ἕδρας ἄλλης οὐ δεῖται, συνεχόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ σωζόμενον ἐν ἑαυτῷ, τοῦ ὑποκειμένου χωρίς. Τὸ δὲ ἐν αὑτῷ μένειν καὶ ἱδρῦσθαι δυνάμενον ἑαυτοῦ παρακτικόν ἐστιν, αὐτὸ εἰς ἑαυτὸ προϊὸν, καὶ ἑαυτοῦ συνεκτικὸν ὑπάρχον καὶ οὕτως ἐν ἑαυτῷ ὄν, ὡς ἐν αἰτίῳ τὸ αἰτιατόν· οὐ γὰρ ὡς ἐν τόπῳ, οὐδὲ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ· καὶ γὰρ ὁ τόπος τοῦ ἐν τόπῳ ἕτερος, καὶ τοῦ ὑποκειμένου τὸ ἐν ὑποκειμένῳ ὄν· τοῦτο δὲ ἐν αὑτῷ ταὐτόν· αὐθυπόστατον ἄρα, καὶ ὡς ἐν αἰτίᾳ τὸ ἀπ' αἰτίας, οὕτως ἐν ἑαυτῷ ἐστιν.

MB'. Πᾶν τὸ αὐθυπόστατον πρὸς ἑαυτό ἐστιν ἐπιστρεπτικόν. Εἰ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πρόεισι, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ποιήσεται πρὸς ἑαυτό. Ἀφ' οὗ γὰρ ἡ πρόοδος ἑκάστοις, εἰς τοῦτο καὶ ἡ τῇ προόδῳ σύστοιχος ἐπιστροφή. Εἰ γὰρ πρόεισιν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον, μὴ ἐπιστρέφοιτο δὲ προϊὸν εἰς αὐτὸ, οὐκ ἄν ποτε τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ ὀρέγοιτο· καὶ ὃ δύναται ἑαυτῷ παρέχειν,

progressum. Ergo et ipsum desiderium aliis quidem est tantum secundum ipsum Esse, quod sit accommodatus habitus (*q. d. aptitudo*) ad participationem causarum; aliis vero secundum vitam, quod sit motus ad præstantiora; aliis vero secundum cognitionem, quod sit conscientia *communisque sensus et communis cognitio* bonitatis causarum.

XL. Omnia, quæ ab alia causa progrediuntur, antecedunt ea quæ a se ipsis *et per se ipsa* subsistunt, et quæ essentiam per se exsistentem habent. Si enim id omne quod sibi sufficit, vel per *suam* essentiam vel per actionem *est* præstantius eo quod ex alia causa pendet: id vero quod se ipsum producit, quoniam promptum idoneumque est ad suppeditandum sibi ipsum essentiam, per *suam* essentiam *est* sibi sufficiens: quod vero ab alio tantum producitur, non *est* sibi sufficiens: quod vero per cognationem ad ipsum Bonum propius accedit, id *est* sibi sufficiens: quæ vero per cognationem et similitudinem ad causas propius accedunt, ante dissimilia subsistunt, ex causa *manantia*: quæ igitur a se ipsis producuntur, et quæ per se subsistunt, antiquiora sunt illis quæ ab altero tantum ad ipsum Esse sunt progressa. Vel enim nihil erit per se subsistens, vel ipsum Bonum *est* tale (*per se subsistens*), vel ipsa prima propter ipsum Bonum subsistentia. Sed si quidem nihil *est* per se subsistens, in nullo *prorsus* erit vere id, quod sibi sufficit. Neque enim in ipso Bono *erit* præstantius autarciâ (*i. e. quam conditio sibi plane sufficiens*), quod est Unum illud. Et *illa est* ipsum per se Bonum, non autem id quod habet ipsum Bonum, neque *illud quod est* inter illa *quæ sunt* post ipsum Bonum. Omnibus enim *in rebus et prorsus* indigens alius erit, illius *scilicet* quod est tantum ante ipsum. Si vero ipsum Bonum *est* per se subsistens, ipsum se ipsum producens, non erit Unum. Quod enim ab Uno progressum est, non *est* Unum: nam a se ipso progreditur, si *est* per se subsistens. Quamobrem ipsum Unum *est* simul Unum et non Unum. Necesse igitur *est*, id quod per se subsistit, esse post illud quod est primum, et perspicuum *est*, quod *hoc primum est* ante ea quæ tantum ab altera causa sunt progressa. Est enim auctoritate gravius, quam illa, et ipsi Bono cognatione propinquius *est*, ut demonstratum est.

XLI. Omne quidem, quod in alio est, ab alio tantum producitur: omne vero, quod est in se ipso, per se subsistens est. Nam illud quidem, quod est in alio, et quod subjecto indiget, nunquam sui ipsius generandi vim habebit. Quod enim se ipsum generare naturaliter solet, alia sede non indiget, quoniam a se ipso continetur et in se ipso conservatur sine subjecto. Quod vero in se ipso manere et collocari *firmumque stare* potest, *id* sui ipsius producendi vim habet, quod ipsum in se ipsum progrediatur, et sui continendi facultatem habeat, et sic in se ipso sit, ut causatum in causa. Non enim ut in loco, nec ut in subjecto *continetur*. Etenim locus diversus *est* ab eo, quod est in loco, atque id quod est in subjecto *diversum est* ab ipso subjecto. Hoc autem in ipso *est* Idem. Ergo per se subsistens *est*, et ut *est* in causa id quod a causa *manat*, *et causatum vocatur*, sic *etiam hoc* in se ipso est *et manet*.

XLII. Omne, quod est per se subsistens, ad se ipsum revertendi facultate præditum est. Si enim a se ipso progreditur, ipsam quoque reversionem ad se ipsum faciet. A quo enim singulis *rebus est* progressus, ad hoc etiam ipsa progressui cognata reversio *fit*. Si enim prodit a se ipso tantum, neque vero ad ipsum revertatur, cum *ex se ipso* progressum est, nunquam suum Bonum expetet. Et quod sibi ipsi suppeditare potest *ea*, *quæ vitam sua*

δύναται δὲ πᾶν τὸ αἴτιον τῷ ἀπ' αὐτοῦ διδόναι μετὰ τῆς οὐσίας, ἣν δίδωσι, καὶ τὸ εὖ τῆς οὐσίας, ἧς δίδωσι, συζυγές· ὥστε καὶ αὐτὸ αὑτῷ· τοῦτο ἄρα τὸ οἰκεῖον τῷ αὐθυποστάτῳ ἀγαθῷ. Τούτου δὲ οὐκ ὀρέγεται τὸ [μὴ] ἐπιστρέφον πρὸς ἑαυτό.

Μὴ ὀρεγόμενον δὲ, οὐδ' ἂν τύχοι, καὶ μὴ τυγχάνον, ἀτελὲς ἂν εἴη καὶ οὐκ αὔταρκες· ἀλλ' εἴπερ τῳ ἄλλῳ προσήκει, καὶ τῷ αὐθυποστάτῳ αὐτάρκεια καὶ τελείῳ εἶναι. Καὶ τεύξεται ἄρα τοῦ οἰκείου καὶ ὀρέξεται, καὶ πρὸς ἑαυτὸ στραφήσεται.

ΜΓ'. Πᾶν τὸ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν αὐθυπόστατόν ἐστιν· εἰ γὰρ ἐπέστραπται πρὸς ἑαυτὸ κατὰ φύσιν, καὶ ἔστι τέλειον ἐν τῇ πρὸς ἑαυτὸ στροφῇ, καὶ τὴν οὐσίαν [ἂν] παρ' ἑαυτοῦ ἔχοι.

Πρὸς ὃ γὰρ ἡ κατὰ φύσιν ἐπιστροφὴ, ἀπὸ τούτου καὶ ἡ πρόοδος ἡ κατ' οὐσίαν ἑκάστοις. Εἰ οὖν ἑαυτῷ τὸ εὖ εἶναι παρέχοι, καὶ τὸ εἶναι δήπου ἑαυτῷ παρέξει, καὶ ἔσται τῆς ἑαυτοῦ κύριον ὑποστάσεως. Αὐθυπόστατον ἄρα ἐστὶ τὸ πρὸς ἑαυτὸ δυνάμενον ἐπιστρέφειν.

ΜΔ'. Πᾶν τὸ κατ' ἐνέργειαν πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν, καὶ κατ' οὐσίαν ἐπέστραπται πρὸς ἑαυτό. Εἰ γὰρ τῇ μὲν ἐνεργείᾳ δύναιτο ἐπιστρέφεσθαι πρὸς ἑαυτὸ, τῇ δὲ οὐσίᾳ ἀνεπίστροφον ὑπάρχοι, κρεῖττον ἂν εἴη κατὰ τὴν ἐνέργειαν μᾶλλον, ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν, τῆς μὲν ἐπιστρεπτικῆς οὔσης, τῆς δὲ ἀνεπιστρόφου.

Τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ὂν, κρεῖττον ἢ τὸ ἄλλου μόνον· καὶ τὸ ἑαυτοῦ σωστικὸν τελειότερον, ἢ τὸ ὑπ' ἄλλου μόνον σωζόμενον. Εἰ ἄρα τι κατ' ἐνέργειάν ἐστι τὴν ἀπὸ τῆς οὐσίας πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν, καὶ τὴν οὐσίαν ἐπιστρεπτικὴν ἔλαχεν, ὡς μὴ ἐνεργεῖν πρὸς ἑαυτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ εἶναι, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ συνέχεσθαι καὶ τελειοῦσθαι.

ΜΕ'. Πᾶν τὸ αὐθυπόστατον ἀγέννητόν ἐστιν· εἰ γὰρ γεννητὸν, διότι μὲν γεννητὸν, ἀτελὲς ἔσται καθ' ἑαυτὸ, καὶ τῆς ὑπ' ἄλλου τελειώσεως ἐνδεές.

Διότι δὲ αὐτὸ ἑαυτὸ παράγει, τέλειον καὶ αὔταρκες· πᾶν γὰρ γεννητὸν ὑπ' ἄλλου τελειοῦται, τοῦ παρέχοντος αὐτῷ γένεσιν οὐκ ὄντι· καὶ γὰρ ἡ γένεσις ὁδός ἐστιν ἐκ τοῦ ἀτελοῦς εἰς τὸ ἐναντίον τέλειον.

Εἰ δ' ἑαυτό τι παράγει, τέλειον ἀεί ἐστιν, ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ αἰτίᾳ συνὸν, μᾶλλον δὲ ἐνυπάρχον πρὸς τὸ τῆς οὐσίας τελειωτικόν.

ΜϚ'. Πᾶν τὸ αὐθυπόστατον ἄφθαρτόν ἐστιν· εἰ γὰρ φθαρήσεται, ἀπολείψει ἑαυτὸ, καὶ ἔσται ἑαυτοῦ χωρίς. Ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον· ἓν γὰρ ὂν ἅμα καὶ αἴτιόν ἐστι καὶ αἰτιατόν.

Πᾶν δὲ τὸ φθειρόμενον, ἀποστὰν τῆς ἑαυτοῦ αἰτίας, φθείρεται. Ἐν ὅσῳ γὰρ ἂν ἐξέχεται τοῦ συνέχοντος αὐτὸ καὶ σώζοντος ἕκαστον, συνέχεται καὶ σώζεται.

Οὐδέποτε δὲ ἀπολείπει τὴν αἰτίαν τὸ αὐθυπόστατον, ἅτε ἑαυτὸ οὐκ ἀπολεῖπον· αἴτιον γὰρ αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστιν. Ἄφθαρτον ἄρα ἐστὶ το αὐθυπόστατον πᾶν.

ΜΖ'. Πᾶν τὸ αὐθυπόστατον ἀμερές ἐστι καὶ ἁπλοῦν·

sorte contentum faciunt, omnis vero causa dare potest *hæc* ei, quod ab ipsa *manat*, una cum ipsa essentia, quam dat: *ergo* et ipsum Bene, *vel ipsum Bonum*, cum essentia, quam dat, *est* conjunctum. Quamobrem etiam ipsum sibi ipsi. Hoc igitur *est* illud, quod proprium est ipsi per se subsistenti Bono. Hoc vero non expetit illud, quod ad se ipsum non revertitur.

Si vero non expetat *Bonum*, neque adipiscetur *ipsum*, et nisi *Bonum* adipiscatur, imperfectum erit, neque sibi ipsum sufficiens. Sed si cui alii convenit autarcia (*vitæ genus sua sorte contentum*), et ipsum perfectum esse (*perfectio*), *profecto hæc conveniunt* etiam ipsi per se subsistenti. Ergo et adipiscetur, quod ipsi affine est, et expetet, et ad se ipsum revertetur.

XLIII. Omne quod ad se ipsum revertendi facultate præditum est, per se subsistens est. Si enim revertitur ad se ipsum secundum naturam, et perfectum est in ipsa ad se ipsum reversione, etiam ipsam essentiam a se ipso habebit.

Ad quod enim ipsa secundum naturam reversio *fit*, ab hoc etiam progressus secundum essentiam *fit* singulis. Si igitur *hoc* sibi ipsi ipsum Bene esse præbet, et ipsum Esse profecto sibi ipsi præbebit, et erit suæ hypostaseos *et naturæ* dominus. Est igitur per se subsistens illud, quod ad se ipsum reverti potest.

XLIV. Omne quod per actionem ad se ipsum reverti potest, *illud* etiam per essentiam ad se ipsum revertitur. Si enim per actionem quidem possit ad se ipsum reverti, per essentiam vero sit expers reversionis, longe præstantius erit per actionem, quam per essentiam, quod illa quidem (*actio*) *ad se ipsam* revertendi facultate prædita sit, hæc vero (*essentia*) *sit* expers reversionis.

Quod enim est sui ipsius (*quod est sui juris et ex se ipso tantum pendet*), præstantius *est*, quam quod *est* alius tantum (*quod ex alio tantum pendet*). Et quod sui conservandi vim habet, perfectius *est*, quam illud, quod ab alio tantum servatur. Proinde si quid secundum actionem est, quæ ab essentia nascitur, reversus ad se ipsum, illud etiam essentiam revertendi facultate præditam est sortitum, ut non solum apud se ipsum agat, sed etiam sui ipsius (*sui juris*) sit, et a se ipso contineatur et perficiatur.

XLV. Omne quod *est* per se subsistens, non generatum est; *sed generationis et ortus est expers*. Si enim generatum *esset, et ab alio suum ortum haberet*, quoniam quidem generatum *esset*, imperfectum esset per se ipsum, et perfectionis ab alio *manantis esset* indigens.

Quoniam vero ipsum se ipsum producit, *est* perfectum et sibi ipsum sufficiens. Omne enim generatum ab alio perficitur, quod generationem *et ortum* præbet ipsi non exsistenti. Etenim generatio est via ab eo quod est imperfectum, ad illud, quod est *imperfecto* contrarium, *ad ipsum scilicet* perfectum.

Si quid vero se ipsum producit, perfectum est semper, quoniam semper est cum sui ipsius causa, vel potius quoniam inest ei, ut essentiæ perficiendæ vim habeat.

XLVI. Omne quod *est* per se subsistens, est corruptionis expers. Si enim corrumperetur, se ipsum desereret, et esset sine se ipso. Sed hoc *est* impossibile. Cum enim sit Unum, simul est et causa et causatum.

Omne vero, quod corrumpitur, quoniam a sui ipsius causa recessit, *ideo* corrumpitur. Quatenus enim pendet ex eo quod continet ipsum et servat unumquodque, *eatenus et ipsum* continetur et servatur.

Nunquam vero illud, quod est per se subsistens, deserit *suam* causam, quippe quod se ipsum non deserit. Ipsum enim est sui ipsius causa. Ergo omne quod est per se subsistens, est corruptionis expers.

XLVII. Omne quod est per se subsistens, est indivi-

εἰ γὰρ μεριστὸν, αὐθυπόστατον ὄν, ὑποστήσει μεριστὸν ἑαυτὸ, καὶ ὅλον αὐτὸ στραφήσεται πρὸς ἑαυτὸ, καὶ πᾶν ἐν παντὶ ἑαυτῷ ἔσται· τοῦτο δὲ ἀδύνατον· ἀμερὲς ἄρα τὸ αὐθυπόστατον· ἀλλὰ μὴν καὶ ἁπλοῦν· εἰ γὰρ σύνθετον, τὸ μὲν χεῖρον ἔσται ἐν αὐτῷ, τὸ δὲ βέλτιον, καὶ τό, τε βέλτιον ἐκ τοῦ χείρονος ἔσται, καὶ τὸ χεῖρον ἐκ τοῦ βελτίονος, εἴπερ ὅλον ἀφ' ὅλου ἑαυτοῦ πρόεισιν· ἔτι δὲ οὐκ αὔταρκες, προσδεὲς ὂν τῶν ἑαυτοῦ στοιχείων, ἐξ ὧν ὑφέστηκεν. Ἁπλοῦν ἄρα ἐστὶ πᾶν, ὅπερ [ἂν] αὐθυπόστατον ᾖ.

Περὶ ἀϊδίου, πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι ἀΐδιος ὁ κόσμος.

ΜΗ'. Πᾶν τὸ μὴ ἀΐδιον ἢ σύνθετόν ἐστιν, ἢ ἐν ἄλλῳ ὑφέστηκεν· ἢ γὰρ διαλυτόν ἐστιν εἰς ταῦτα, ἐξ ὧν ἐστι, καὶ πάντως σύγκειται ἐξ ἐκείνων, εἰς ἃ διαλύεται, ἢ ὑποκειμένου δεόμενον, καὶ ἀπολεῖπον τὸ ὑποκείμενον, οἴχεται εἰς τὸ μὴ ὄν· εἰ δὲ ἁπλοῦν εἴη καὶ ἐν ἑαυτῷ, ἀδιάλυτόν τε ἔσται καὶ ἀσκέδαστον.

ΜΘ'. Πᾶν τὸ αὐθυπόστατον ἀΐδιόν ἐστι. Δύο γάρ εἰσι τρόποι, καθ' οὓς ἀνάγκη τι μὴ ἀΐδιον εἶναι· ὅ, τε ἀπὸ τῆς συνθέσεως, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν ἄλλῳ ὄντων· τὸ δὲ αὐθυπόστατον οὔτε σύνθετόν ἐστιν, ἀλλ' ἁπλοῦν, οὔτε ἐν ἄλλῳ, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ· ἀΐδιον ἄρα ἐστίν.

Ν'. Πᾶν τὸ χρόνῳ μετρούμενον ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν ἢ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, γένεσίς ἐστι ταύτῃ, ᾗ μετρεῖται κατὰ χρόνον· εἰ γὰρ ὑπὸ χρόνου μετρεῖται, προσῆκον ἂν αὐτῷ τὸ κατὰ χρόνον εἶναι ἢ ἐνεργεῖν, καὶ τὸ ἦν καὶ τὸ ἔσται διαφέροντα ἀλλήλων· εἰ γὰρ ταὐτὸν κατὰ ἀριθμὸν τὸ ἦν καὶ τὸ ἔσται, οὐδὲν ὑπὸ χρόνου πέπονθε πορευομένου, καὶ ἀεὶ ἄλλο τὸ πρότερον ἔχοντος καὶ ὕστερον.

Εἰ οὖν ἄλλο τὸ ἦν, καὶ ἄλλο τὸ ἔσται, γινόμενον ἄρα ἐστὶ καὶ οὐδέποτε ὄν, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ συμπορεύεται, ὑφ' οὗ μετρεῖται ἐν τῷ γίνεσθαι ὄν, καὶ οὐχ ἱστάμενον ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι, ἀλλ' ἀεὶ δεχόμενον τὸ εἶναι ἄλλο καὶ ἄλλο, ὡς τὸ νῦν κατὰ τὸν χρόνον ἄλλο ἀεὶ καὶ ἄλλο διὰ τὴν τοῦ χρόνου πορείαν. Οὐχ ἅμα ἄρα ὅλον ἐστὶν ἐν τῷ σκιδναμένῳ τῆς χρονικῆς παρατάσεως ὂν καὶ συνεκτεινόμενον. Τοῦτο δέ ἐστιν ἐν τῷ μὴ εἶναι τὸ εἶναι ἔχειν. Τὸ γὰρ γινόμενον, ὃ γίνεται οὐκ ἔστι· γένεσις ἄρα ἐστὶ τὸ οὕτως ὄν.

ΝΑ'. Πᾶν τὸ αὐθυπόστατον ἐξῄρηται τῶν ὑπὸ χρόνου μετρουμένων κατὰ τὴν οὐσίαν· εἰ γὰρ ἀγέννητόν ἐστι τὸ αὐθυπόστατον, οὐκ ἂν ὑπὸ χρόνου κατὰ τὸ εἶναι μετροῖτο· γένεσις γὰρ περὶ τὴν ὑπὸ χρόνου μετρουμένην φύσιν ἐστίν· οὐδὲν ἄρα τῶν αὐθυποστάτων ἐν χρόνῳ ὑφέστηκεν.

ΝΒ'. Πᾶν τὸ αἰώνιον ὅλον ἅμα ἐστὶν, εἴτε τὴν οὐσίαν ἔχον μόνον αἰώνιον, ὅλην ἅμα παροῦσαν αὐτὴν ἔχον, καὶ οὐ τὸ μὲν αὐτῆς ὑποστὰν ἤδη, τὸ δὲ εἰσαῦθις ὑποστησόμενον, ὃ μήπω ἐστὶν, ἀλλ' ὁπόσον εἶναι δύναται· ἀΐδιον γὰρ τὸ τοιοῦτον.

dunm et simplex. Si enim dividuum *esset*, cum sit per se subsistens, constituet dividuum se ipsum, et ipsum totum revertetur ad se ipsum, et omne in se ipso omni erit. Hoc autem fieri nullo modo potest. Ergo quod per se subsistit, est individuum, quinetiam simplex. Si enim compositum *esset*, alterum quidem in ipso pejus esset, alterum vero melius, et ipsum melius ex pejori esset, et ipsum pejus ex meliori, siquidem totum a toto se ipso progreditur. Præterea vero non *esset* sibi ipsum sufficiens, quia indigeret suis elementis, ex quibus *conflatum* subsistit. Simplex igitur est omne quodcumque per se subsistens est.

De Æterno, ad demonstrandum, mundum esse æternum.

XLVIII. Omne quod non *est* æternum, vel compositum est, vel in alio subsistit. Vel enim dissolubile est *et dissolvi potest* in ea ex quibus est *conflatum*, et omnino compositum est ex illis, in quæ dissolvitur, vel indiget subjecto, et cum deserit subjectum, abit in illud, quod non est. Si vero simplex sit in se ipso, erit et indissolubile et indissipabile.

XLIX. Omne quod per se subsistit, est æternum. Duo enim sunt modi, secundum quos necesse *est* aliquid non æternum esse. Quorum unus est ille, qui a compositione manat; alter, qui manat ab illis quæ sunt in alio Id vero quod per se subsistit, neque compositum est, sed simplex, neque in alio est, sed in se ipso. Est igitur æternum.

L. Omne quod tempore mensuratur vel secundum essentiam vel per actionem, est generatio eatenus, quatenus per ipsum tempus mensuratur. Si enim a tempore mensuratur, conveniat ipsi ipsum in tempore esse vel agere, et ipsum Erat et ipsum Erit, quæ differunt inter se. Si enim idem *esset* numero ipsum Erat et ipsum Erit, nihil ab ipso tempore *quidquam mutationis* pateretur, progrediente et semper habente aliud posterius et *aliud* prius.

Si igitur aliud *est* ipsum Erat, et aliud ipsum Erit, est igitur id, quod fit, neque unquam ens, sed cum ipso tempore progreditur, a quo mensuratur in ipso Fieri exsistens, et non stans in eodem Esse, sed semper suscipiens ipsum Esse aliud et aliud, ut ipsum Nunc secundum tempus *est* aliud semper et aliud propter ipsum temporis iter *et varium progressum*. Non igitur simul est Totum in dissipatione temporalis extensionis exsistens, dumque simul extenditur. Hoc autem est habere ipsum Esse in ipso non Esse. Quod enim fit, non est *adhuc illud ipsum*, quod fit. Generatio igitur est id, quod sic est.

LI. Omne quod per se subsistit, exemptum est ex iis, quæ a tempore mensurantur, secundum essentiam. Si enim id quod per se subsistit, est non generatum, nequaquam a tempore mensurabitur, secundum Esse. Generatio enim est circa naturam, quæ a tempore mensuratur. Nullum igitur eorum quæ per se subsistunt, in tempore subsistit

LII. Omne quod est æternum, Totum simul est, sive *suam* essentiam tantum habet æternam, ita ut ipsam totam simul præsentem habeat, non autem partem quidem ipsius jam constitutam, partem vero postea constituendam, *illam scil.* quæ nondum est, sed quæ, quanta esse potest,

ται, τοσοῦτον ὅλον ἤδη κεκτημένον, ἀνελαττώτως καὶ ἀνεπιτάτως· εἴτε τὴν ἐνέργειαν πρὸς τῇ οὐσίᾳ, καὶ ταύτην ἀθρόαν ἔχον ἐν τῷ αὐτῷ μέτρῳ τῆς τελειότητος ἑστηκυῖαν, καὶ οἷον παγεῖσαν καθ' ἕνα τὸν αὐτὸν ὅρον ἀκινήτως καὶ ἀμεταβάτως. Εἰ γὰρ αἰώνιόν ἐστιν (ὡς καὶ τοὔνομα ἐμφαίνει τὸ ἀεὶ ὄν), τὸ δὲ εἶναι καὶ τὸ γίνεσθαι ἕτερον τοῦ ἀεὶ ὄντος, οὐ δεῖ τὸ μὲν πρότερον εἶναι, τὸ δὲ ὕστερον.

Γένεσις γὰρ ἔσται, καὶ οὐκ ὄν· ὅπου δὲ μήτε τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, μήτε τὸ ἦν καὶ τὸ ἔσται, ἀλλὰ τὸ εἶναι μόνον, ὅ ἐστιν ὅλον, ἅμα ἐστὶν ἕκαστον, ὅ ἔστιν. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνεργεῖν· ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι τοῦ ὅλους εἶναι ὁ αἰὼν αἴτιος, εἴπερ πᾶν τὸ αἰώνιον ἢ κατ' οὐσίαν ἢ κατ' ἐνέργειαν, ὅλην ἅμα τὴν οὐσίαν ἢ τὴν ἐνέργειαν ἔχει παροῦσαν αὐτῷ.

Περὶ τοῦ αἰῶνος καὶ τῶν αἰωνίων.

ΝΓ'. Πάντων τῶν αἰωνίων προϋπάρχει ὁ αἰὼν, καὶ πάντων τῶν κατὰ χρόνον ὁ χρόνος προϋφέστηκεν. Εἰ γὰρ πανταχοῦ πρὸ τῶν μετεχόντων ἐστὶ τὰ μετεχόμενα, καὶ πρὸ τῶν μετεχομένων τὰ ἀμέθεκτα, δῆλον, ὅτι ἄλλο μὲν τὸ αἰώνιον, ἄλλο δὲ ὁ ἐν τῷ αἰωνίῳ αἰὼν, ἄλλο δὲ ὁ καθ' αὑτὸν αἰών· τὸ μὲν ὡς μετέχον, τὸ δὲ ὡς μετεχόμενον, ὁ δὲ ὡς ἀμέθεκτος.

Καὶ τὸ ἐν χρόνῳ ἄλλο· μετέχει γάρ· καὶ ὁ ἐν τούτῳ χρόνος ἄλλο· μετεχόμενος γάρ· καὶ ὁ πρὸ τούτου χρόνος ἀμέθεκτος ὤν· καὶ τούτων μὲν ἑκάτερος τῶν ἀμεθέκτων, πανταχοῦ καὶ ἐν πᾶσιν ὁ αὐτός· ὁ δὲ μετεχόμενος ἐν ἐκείνοις μόνον, ὑφ' ὧν μετέχεται.

Πολλὰ γὰρ καὶ τὰ αἰώνια, καὶ τὰ ἔγχρονα, ἐν οἷς πᾶσιν αἰών ἐστι κατὰ μέθεξιν, καὶ χρόνος διῃρημένως, ὁ δὲ, ἀδιαίρετος ὤν. Καὶ ὁ εἷς χρόνος πρὸ τούτων, καὶ ὁ μὲν αἰὼν αἰώνων, ὁ δὲ χρόνος χρόνων, τῶν μετεχομένων ὄντες ὑποστάται.

ΝΔ'. Πᾶς αἰὼν μέτρον ἐστὶ τῶν αἰωνίων· καὶ πᾶς χρόνος τῶν ἐν χρόνῳ· καὶ δύο ταῦτα μέτρα μόνον ἐστὶν ἐν τοῖς οὖσι τῆς ζωῆς καὶ τῆς κινήσεως. Πᾶν γὰρ τὸ μετροῦν ἢ κατὰ μέρος μετρεῖ, ἢ ὅλον ἅμα ἐφαρμοσθὲν τῷ μετρουμένῳ. Τὸ μὲν οὖν καθόλου μετροῦν αἰών ἐστι· τὸ δὲ κατὰ μέρη χρόνος· δύο ἄρα μόνα τὰ μέτρα, τὸ μὲν τῶν αἰωνίων, τὸ δὲ τῶν ἐν χρόνῳ ὄντων.

ΝΕ'. Πᾶν τὸ κατὰ χρόνον ὑφεστὼς ἢ τὸν ἀεὶ χρόνον ἐστὶν, ἢ ποτὲ ἐν μέρει χρόνου τὴν ὑπόστασιν κεκτημένον· εἰ γὰρ αἱ πρόοδοι πᾶσαι δι' ὁμοιότητός εἰσι, καὶ πρὸ τῶν πάντῃ ἀνομοίων συνεχῆ τοῖς πρώτοις ὑφίσταται τὰ ὅμοια πρὸς αὐτὰ μᾶλλον ὄντα, ἢ ἀνόμοια, τοῖς δὲ αἰωνίοις συνάπτειν τὰ ἐν μέρει χρόνου γινόμενα ἀδύνατον (καὶ γὰρ ὡς γινόμενα, ἐκείνων ὄντων, καὶ ὡς ποτὲ τῶν ἀεὶ ὑφεστηκότων διέστηκε,

tantum ipsum Totum jam possidet, sine imminutione et sine intensione : sive ipsam actionem præter essentiam, eamque totam habeat in eadem perfectionis mensura stantem, et quodammodo fixam in uno et eodem fine, immobiliter et sine transitione. Si enim æternum est (ut et ipsum nomen αἰών aperte significat id, quod semper est, ἀεὶ ὄν), ipsum vero Esse et ipsum Fieri diversum *est* ab eo quod semper est, *ergo* non oportet alterum quidem prius esse, alterum vero posterius.

Erit enim generatio, non autem Ens : ubi vero neque Prius et Posterius *est*, neque ipsum Erat et ipsum Erit, sed ipsum Esse solum *illud*, quod est Totum, simul est unumquodque, quod est. Idem autem et in ipso agere *vel in actione considerandum*. Ex hoc igitur perspicuum *est*, quod ipsum Ævum *rebus* auctor *et causa* est ut totæ exsistant, siquidem omne æternum vel secundum essentiam vel secundum actionem totam simul *suam* essentiam vel actionem habet sibi *vel in se ipso* præsentem.

De ævo et æternis.

LIII. Ante omnia æterna exsistit Ævum, et ante omnia quæ fiunt in tempore, tempus exsistit. Si enim ubique *et semper* ante ea quæ *res aliquas* participant, sunt ea quæ participantur *ab iis*, et ante ea quæ participantur, *sunt* ipsa imparticipabilia (*quæ a nullo participantur*), *hinc est* perspicuum, quod aliud quidem *est* ipsum Æternum, aliud vero Ævum in ipso Æterno *comprehensum*, aliud vero ipsum Ævum per se *consideratum*. Illud quidem, ut participans, hoc vero, ut id quod participatur, hoc vero, ut imparticipabile.

Et quod in tempore *continetur*, *est* aliud : participans enim *est*. Et ipsum in isto *comprehensum* tempus *est* aliud : *est* enim participatum (*ab alio participatur*). Et ipsum tempus, quod est ante hoc : est enim imparticipabile, *vel a nullo participatum*. Et horum quidem alterum utrum *tempus constat* ex imparticipabilibus *nec non participatis* ubique [*semper*] et in omnibus idem. Illud vero *tempus*, quod participatur, in illis solum *est*, a quibus participatur.

Multa enim *sunt* et æterna et in tempore comprehensa, in quibus omnibus Ævum est per participationem, et tempus divisim, aliud vero, quod individuum est. Et unum tempus *est* ante hæc, et unum quidem est Ævum Ævorum, aliud vero tempus *est* temporum, quæ sunt eorum, quæ participantur, fundatores *et sustentatores*.

LIV. Omne Ævum est *rerum ac naturarum* æternarum mensura. Et omne tempus *est mensura rerum* illarum, quæ *fiunt et sunt* in tempore. Et hæ duæ mensuræ tantum vitæ et motus sunt in ipsis Entibus. Omne enim, quod *res aliquas* metitur, vel per partes *eas* metitur, vel ipsum totum *est* simul accommodatum ei, quod mensuratur. Quod igitur *res* in universum metitur, est Ævum : quod vero per partes *eas metitur*, *est* tempus. Duæ igitur solæ *sunt* mensuræ, una quidem *rerum et naturarum* æternarum, altera vero *rerum* illarum quæ sunt in tempore.

LV. Omne quod in tempore subsistit, vel *per* omne tempus est *et semper durat*, vel aliquando *tantum est* in temporis parte *suam* hypostasin *et naturam* habens. Si enim omnes progressus per similitudinem sunt, et ante ea, quæ prorsus sunt dissimilia, proxima sunt primis ea quæ magis similia sunt ipsis quam dissimilia, cum æternis vero *naturis* conjungi non possunt ea quæ in temporis parte fiunt; (etenim, quia fiunt, cum illa *jam* sunt, et quia distant aliquando ab illis quæ semper subsistunt, media vero sunt inter hæc ipsa et illa, quæ

μέσα δὲ τούτων τε καὶ ἐκείνων ἐστὶ τὰ πῇ μὲν ὅμοια ἐκείνοις, πῇ δὲ ἀνόμοια), οὐκοῦν τῶν ποτὲ γινομένων καὶ τῶν ἀεὶ ὄντων μέσον ἡ τὸ ἀεὶ γινόμενον, ἢ τὸ ποτὲ ὄν, ἢ τὸ οὐκ ὄντως, ἢ τὸ ποτὲ ὄντως ὄν· ἀλλὰ τὸ ποτὲ ὄντως ὂν ἀδύνατον εἶναι.

Τὸ δὲ ποτὲ οὐκ ὄντως ὂν τῷ γινομένῳ ταὐτόν· οὐκ ἄρα μέσον τὸ ποτὲ ὄν. Λείπεται ἄρα τὸ ἀεὶ γινόμενον εἶναι τὸ μέσον ἀμφοῖν· τῷ μὲν γίνεσθαι συνάπτον τοῖς χείροσι, τῷ δὲ ἀεὶ μιμούμενον τὴν αἰώνιον φύσιν· ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι διττὴ ἦν ἡ ἀϊδιότης αἰώνιος μὲν ἄλλη, κατὰ χρόνον δὲ ἄλλη· ἡ μὲν ἑστῶσα ἀϊδιότης, ἡ δὲ γινομένη· καὶ ἡ μὲν ἠθροισμένον ἔχουσα τὸ εἶναι, καὶ ὁμοῦ πᾶν· ἡ δὲ ἐκχυθεῖσα καὶ ἐξαπλωθεῖσα κατὰ τὴν χρονικὴν παράτασιν· καὶ ἡ μὲν ὅλη καθ' αὑτὴν, ἡ δὲ ἐκ μερῶν, ὧν ἕκαστον χωρὶς ἐστι κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον.

NÇ'. Πᾶν τὸ ὑπὸ τῶν δευτέρων παραγόμενον, καὶ ἀπὸ τῶν προτέρων καὶ αἰτιωτέρων παράγεται μειζόνως, ἀφ' ὧν καὶ τὰ δεύτερα παρήγετο. Εἰ γὰρ τὸ δεύτερον ὅλην ἔχει τὴν οὐσίαν ἀπὸ τοῦ πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἡ δύναμις αὐτῷ τοῦ παράγειν ἐκεῖθεν (καὶ γὰρ αἱ δυνάμεις παρακτικαὶ κατ' οὐσίαν εἰσὶν ἐν τοῖς παράγουσι, καὶ συμπληροῦσιν αὐτῶν τὴν οὐσίαν)· εἰ δὲ τὴν τοῦ παράγειν δύναμιν ἀπὸ τῆς ὑπερκειμένης αἰτίας ἔλαχε, παρ' ἐκείνης ἔχει τὸ εἶναι αἴτιον, ὧν ἐστιν αἴτιον, μετρηθὲν ἐκεῖθεν κατὰ τὴν ὑποστατικὴν δύναμιν.

Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὰ ἀπ' αὐτοῦ προϊόντα αἰτιατά ἐστι διὰ τὸ πρὸ αὐτοῦ. Τὸ γὰρ θάτερον ἀποτελέσαι αἴτιον, καὶ θάτερον αἰτιατὸν ἀποτελεῖ· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ αἰτιατὸν ἐκεῖθεν ἀποτελεῖται τοιοῦτον· ἀλλὰ μὴν, ὅτι καὶ μειζόνως ἐκεῖθεν, δῆλον.

Εἰ γὰρ τὴν αἰτίαν τοῦ παράγειν αὐτὸ τῷ δευτέρῳ δέδωκεν, εἶχεν ἄρα πρώτως ταύτην τὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ δεύτερον ἐγέννα, τὴν τοῦ δευτέρου γεννᾶν δύναμιν ἐκεῖθεν λαβόν.

Εἰ δὲ τὸ μὲν κατὰ μέθεξιν ἐγένετο παρακτικὸν, τὸ δὲ κατὰ μετάδοσιν καὶ πρώτως, μειζόνως αἴτιον ἐκεῖνο, τὸ καὶ ἄλλῳ τῆς γεννητικῆς τῷ ἐφεξῆς δυνάμεως μεταδεδωκός.

NZ'. Πᾶν αἴτιον καὶ πρὸ τοῦ αἰτιατοῦ ἐνεργεῖ, καὶ μετ' αὐτὸ πλειόνων ἐστὶν ὑποστατικόν· ἦ γάρ ἐστιν αἴτιον, τελειότερόν ἐστι καὶ δυνατώτερον τοῦ μετ' αὐτό· καὶ εἰ τοῦτο, πλειόνων αἴτιον.

Δυνάμεως γὰρ μείζονος πλείω παράγειν· ἴσης δὲ τὰ ἴσα, καὶ τῆς ἐλάσσονος ἐλάσσω. Καὶ ἡ μὲν τὰ μείζονα ἐν τοῖς ὁμοίοις δυναμένη δύναμις καὶ τὰ ἐλάσσονα δύναται· ἡ δὲ τὰ ἐλάσσονα δυναμένη οὐκ ἐξ ἀνάγκης τὰ μείζω δυνήσεται.

nunc quidem *sunt* illis similia, nunc vero dissimilia:) ergo inter ea, quæ aliquando fiunt, et ea, quæ semper sunt, medium *est* vel id quod semper fit, vel id, quod aliquando est, vel id quod non vere, vel id quod aliquando vere est. Sed fieri non potest, ut *vere* sit id quod aliquando est vere.

Quod vero aliquando non vere est, idem est ac id quod fit. Non igitur medium est id quod aliquando est. Restat igitur, ut id quod semper fit, sit amborum medium; quod propter ipsum quidem Fieri cum deterioribus conjungitur, propter ipsum vero semper imitatur æternam naturam. Ex his igitur perspicuum *est*, quod duplex erat æternitas, una quidem æterna, altera vero secundum tempus *et in tempore, et* una quidem *est* stans *et constans* æternitas, altera vero quæ fit *adhuc, et ad suæ perfectionis plenitudinem contendit*. Et una quidem habet ipsum Esse congregatum *atque confertum in se*, et simul omne *et ipsum totum Esse continet:* altera vero *est* diffusa et explicata per temporalem extensionem. Et una quidem *est* tota per ipsam *constans:* altera vero *constat* ex partibus, quarum unaquæque separatim est secundum prius et posterius.

LVI. Omne quod a secundis producitur, etiam majorem in modum producitur a prioribus et principalioribus causis, a quibus et secunda producebantur. Si enim id quod est secundum, totam *suam* essentiam habet ab eo quod est ante ipsum (*a primo*), et ipsa producendi facultas illinc ad ipsum *manat* (etenim facultates per essentiam *rerum* productrices sunt in iis quæ producunt *res aliquas*, et ipsarum *rerum* essentiam complent). Si igitur ipsum *secundum* ipsam producendi facultatem sortitum est a superiore causa, ab illa habet ipsum Esse causam *eorum* quorum est causa, mensuratum illinc secundum hypostaticam facultatem (*id est, illinc suam mensuram ac dimensionem accipiens pro facultate quam habet ejus natura*).

Si vero *detur* hoc, etiam ea quæ progrediuntur ab ipso, causata sunt propter id quod est ante ipsum *secundum*. Ipsum enim alterum perficiendi *est* causa, et alterum perficit ipsum causatum. Si vero *detur* hoc, et ipsum causatum illinc perficitur tale. Verum quod etiam majorem in modum *hoc perficiatur* illinc, *est* manifestum.

Si enim causam producendi ipsum secundo dedit, ergo *primum* hanc ipsam causam *in se ipso* primo habebat, et propterea et ipsum secundum generabat, illinc (*a primo*) accipiens ipsam secundi facultatem generandi.

Si vero alterum quidem per participationem producendi facultate præditum est, alterum vero per communicationem, et primo *tale est, profecto* majorem in modum *illud est rerum producendarum* causa, quod et alteri, *scilicet* ipsi sequenti, generatricem facultatem impertit.

LVII. Omnis causa etiam ante ipsum causatum agit, et post ipsum plurium constituendorum vim habet. Qualenus enim est causa, est perfectior eo quod est post ipsam (*i. e. ipso causato*). Et si hoc *est, est rerum* plurium causa.

Nam plura producere majoris *est* facultatis *et potestatis:* paris vero *potestatis est producere* paria; et minoris, minora. Et illa quidem facultas, quæ majora *præstare* potest in iis quæ sunt similia, *eadem* etiam minora *præstare potest:* quæ vero minora *præstare* potest, non necessario majora *etiam* præstare poterit.

Εἰ οὖν δυνατώτερον τὸ αἴτιον, πλειόνων ἐστὶ παρατικτικόν. Ἀλλὰ μὴν ὅσα δύναται τὸ αἰτιατὸν, μειζόνως ἐκεῖνο δύναται. Πᾶν γὰρ τὸ ὑπὸ τῶν δευτέρων παραγόμενον ὑπὸ τῶν προτέρων καὶ αἰτιωτέρων παράγεται μειζόνως.

Συνυφίστησιν ἄρα αὐτῷ πάντα, ὅσα πέφυκε παράγειν· εἰ δὲ καὶ αὐτὸ πρότερον παράγει, δῆλον δήπουθεν, ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἐνεργεῖ κατὰ τὴν παρακτικὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν. Ἅπαν ἄρα αἴτιον καὶ πρὸ τοῦ αἰτιατοῦ ἐνεργεῖ, καὶ σὺν αὐτῷ καὶ μετ' αὐτὸ ἄλλα ὑφίστησιν. Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι ὅσων μὲν αἰτία ψυχὴ, καὶ νοῦς αἴτιος.

Οὐχ ὅσων δὲ νοῦς, καὶ ψυχὴ αἰτία· ἀλλὰ καὶ πρὸ ψυχῆς ἐνεργεῖ. Καὶ ἃ δίδωσι ψυχὴ τοῖς δευτέροις, δίδωσι καὶ νοῦς μειζόνως· καὶ μηκέτι ψυχῆς ἐνεργούσης νοῦς ἐλλάμπει τὰς ἑαυτοῦ δόσεις, οἷς μὴ δέδωκε ψυχὴ ἑαυτήν. Καὶ γὰρ τὸ ἄψυχον, καθόσον εἶδους μετέσχε, νοῦ μετέχει καὶ τῆς τοῦ νοῦ ποιήσεως.

Καὶ δὴ καὶ ὅσων νοῦς αἴτιος, καὶ τὸ ἀγαθὸν αἴτιον· οὐκ ἔμπαλιν δέ· καὶ γὰρ αἱ στερήσεις τῶν εἰδῶν ἐκεῖθεν. Πάντα γὰρ ἐκεῖθεν· νοῦς δὲ στερήσεως ὑποστάτης οὐκ ἐστὶν, εἶδος ὤν.

ΝΗ'. Πᾶν τὸ ὑπὸ πλειόνων αἰτίων παραγόμενον συνθετώτερόν ἐστι τοῦ ὑπ' ἐλασσόνων παραγομένου. Εἰ γὰρ τῶν αἴτιον δίδωσι τῷ ἀπ' αὐτοῦ προϊόντι, τὰ μὲν πλείονα αἴτια πλείονας ποιήσεται τὰς δόσεις, τὰ δὲ ἐλάσσονα ἐλάσσους. Ὥστε καὶ τῶν μετασχόντων τὰ μὲν ἐκ πλειόνων ἔσται, τὰ δὲ ἐξ ἐλασσόνων, ὧν ἑκάτερα μετέσχε, τὰ μὲν διὰ τὴν ἐκ πλειόνων αἰτίων πρόοδον, τὰ δὲ διὰ τὴν ἐκ τῶν ἐλασσόνων.

Τὰ δὲ ἐκ πλειόνων συνθετώτερα, τὰ δὲ ἐξ ἐλασσόνων τῶν αὐτῶν ἁπλούστερα. Πᾶν ἄρα τὸ ὑπὸ πλειόνων αἰτίων παραγόμενον συνθετώτερον· τὸ δὲ ὑπὸ ἐλασσόνων ἁπλούστερον· ὧν γὰρ θάτερον μετέχει, καὶ θάτερον· ἀλλ' οὐκ ἔμπαλιν.

ΝΘ'. Πᾶν τὸ ἁπλοῦν κατ' οὐσίαν ἢ κρεῖττόν ἐστι συνθέτων ἢ χεῖρον. Εἰ γὰρ τὰ ἄκρα τῶν ὄντων ὑπὸ ἐλασσόνων καὶ ἁπλουστέρων παράγεται, τὰ δὲ μέσα ὑπὸ πλειόνων, ταῦτα μὲν ἔσται σύνθετα, τὰ δὲ ἄκρα τὰ μὲν κατὰ τὸ κρεῖττον ἁπλούστερα, τὰ δὲ κατὰ τὸ χεῖρον.

Ἀλλὰ μὴν ὅτι τὰ ἄκρα ὑπὸ ἐλασσόνων παράγεται, δῆλον, διότι τὰ ἀνωτέρω καὶ ἄρχεται πρὸ τῶν κατωτέρων, καὶ ὑπερεκτείνεται αὐτῶν, ἐφ' ἃ μὴ πρόεισιν ἐκεῖνα δι' ὑφεσιν δυνάμεως.

Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ ἔσχατον τῶν ὄντων ἁπλούστατον, ὥσπερ τὸ πρῶτον, ὅτι ἀπὸ μόνου πρόεισι τοῦ πρώτου. Ἀλλ' ἡ ἁπλότης ἡ μὲν κατὰ τὸ κρεῖττόν ἐστι πάσης συνθέσεως, ἡ δὲ κατὰ τὸ χεῖρον· καὶ ἐπὶ πάντων ὁ αὐτὸς λόγος ἐστί.

Ξ'. Πᾶν τὸ πλειόνων αἴτιον κρεῖσσόν ἐστι τοῦ πρὸς ἐλάσσονα τὴν δύναμιν λαχόντος καὶ μέρη παράγοντος·

. Si igitur causa potentior *est causato*, *ergo* plurium producendorum facultatem habet. Atqui quæcumque *præstare* potest causatum, ea majorem in modum illa *causati causa præstare* potest. Omne enim quod a secundis producitur, *id* a prioribus et principalioribus causis majorem in modum producitur.

Constituit igitur *ipsa causa* cum ipso *causato* omnia, quæcumque naturaliter producere solet. Si vero et ipsa *causa* prius *et ante causatum res* producit, perspicuum *est* profecto, quod ante ipsum *causatum* agit secundum suam producendi facultate præditam efficacitatem. Omnis igitur causa etiam ante causatum agit, et cum ipso et post ipsum alia constituit. Ex his igitur perspicuum *est*, quod quorum quidem ipsa anima *est* causa, *eorum* etiam Mens *est* auctor *et causa*.

Non tamen quorum Mens *est causa*, *eorum* etiam anima *est* causa. Sed *Mens* etiam ante animam agit. Et quæ dat anima secundis, Mens *ipsis ea* dat etiam majorem in modum. Et quum anima non amplius agit, Mens sua dona collustrat *ac illuminat in iis* quibus anima se ipsam non dedit. Etenim id, quod *est* inanimum, quatenus formæ particeps est, Mentis est particeps et ipsius effectionis Mentis.

Quinetiam quorum Mens *est* auctor, et ipsum Bonum *eorum omnium est* auctor. Non tamen etiam contra *res ita se habet*. Etenim ipsæ formarum privationes illinc *manant*. Illinc enim omnia *manant*. Mens vero privationis fundatrix *et auctor* non est, quia species est.

LVIII. Omne quod a pluribus causis producitur, est magis compositum quam quod a paucioribus producitur. Si enim omnis causa dat *aliquid* ei quod ab ipsa progreditur, plures quidem causæ plures donationes facient (*plura dona conferent*), pauciores vero *causæ* pauciores *donationes facient*. Quamobrem et illorum, quæ *res aliquas* participant, alia quidem ex pluribus erunt, alia vero ex paucioribus *erunt conflata*, quorum utraque participationem habent, alia quidem propter ipsum ex pluribus causis progressum, alia vero propter ipsum ex paucioribus *causis progressum*.

Alia vero ex pluribus *conflata sunt* magis composita, alia vero ex iisdem, *sed* paucioribus *conflata*, *sunt* simpliciora. Omne igitur, quod a pluribus causis producitur, *est* magis compositum : quod vero *producitur* e paucioribus *causis*, *id etiam est* simplicius. Quorum enim alterum est particeps, *eorum* et alterum *est particeps* : sed non contra.

LIX. Omne quod secundum essentiam est simplex, vel præstantius est ipsis compositis, vel deterius. Si enim ipsa summa Entia a paucioribus et simplicioribus producuntur, ipsa vero media a pluribus, hæc quidem erunt composita, summa vero *erunt* partim quidem simpliciora secundum præstantiorem conditionem, partim vero *simpliciora* secundum deteriorem conditionem.

Atqui summa a paucioribus produci perspicuum *est*, quia, quæ superius *sunt*, et initium capiunt ante ipsa inferiora, et super ipsa extenduntur *ad ea* ad quæ non progrediuntur illa propter potestatis summissionem *et virium imbecillitatem*.

Propter hoc enim et ipsum extremum *omnium* Entium, *quod est summum*, *est* simplicissimum, ut illud quod est Primum, quoniam a solo Primo progreditur. Verum simplicitas partim quidem propter ipsam præstantiorem conditionem est omnis compositionis (*i. e. ad omnem compositionem facit*), partim vero propter deteriorem conditionem *simplicitas dicitur*. Et in omnibus est eadem ratio.

LX. Omne quod plurium est causa, præstantius est eo quod ad pauciora *procreandum* facultatem est sortitum,

ὧν θάτερον ὅλων ὑποστατικόν ἐστιν. Εἰ γὰρ τὸ μὲν ἐλασσόνων, τὸ δὲ πλειόνων αἴτιον, μέρη δὲ [τὰ] ἕτερα τῶν ἑτέρων, ἃ μὲν ποιεῖ θάτερον, καὶ τὸ λοιπὸν ποιήσει, τὸ τῶν πλειόνων ὑποστατικόν· ἃ δὲ τοῦτο παράγει, τούτων οὐ πάντων ἐστὶν ἐκεῖνο παρακτικόν. Δυνατώτερον ἄρα καὶ περιληπτικώτερον· ὡς γὰρ προελθὸν πρὸς τὸ προελθόν, οὕτω καὶ τὸ παραγαγὸν πρὸς τὸ παραγαγόν, κατ' ἄλληλα ληφθέντα· τὸ δὲ πλεῖω δυνάμενον μείζονα δύναμιν ἔχει καὶ ὁλικωτέραν. Τοῦτο δὲ ἐγγυτέρω τῆς πάντων αἰτίας· τὸ δὲ ἐγγυτέρω ταύτης μειζόνως ἐστὶν ἀγαθόν, εἴπερ αὕτη τὸ ἀγαθόν· τὸ ἄρα πλειόνων αἴτιον κατ' οὐσίαν κρεῖττον ὑπάρχει τοῦ τὰ ἐλάσσονα παράγοντος.

ΞΑ'. Πᾶσα δύναμις ἀμέριστος μὲν οὖσα μείζων ἐστὶ, μεριζομένη δὲ ἐλάσσων. Εἰ γὰρ μερίζεται, πρόεισιν εἰς πλῆθος· εἰ δὲ τοῦτο, πορρωτέρω γίνεται τοῦ ἑνός· εἰ δὲ τοῦτο, ἐλάσσω δυνήσεται τοῦ ἑνὸς, καὶ τοῦ συνέχοντος αὐτὴν ἀφισταμένη καὶ ἀτελὴς, εἴπερ ἑκάστου τὸ ἀγαθὸν ὑπάρχει κατὰ τὴν ἕνωσιν.

ΞΒ'. Πᾶν πλῆθος ἐγγυτέρω τοῦ ἑνὸς ὂν ποσῷ μέν ἐστι τῶν πορρωτέρω ἔλασσον, τῇ δυνάμει δὲ μεῖζον· ὅμοιον γὰρ τῷ ἑνὶ μᾶλλον τὸ ἐγγύτερον· τὸ δὲ ἓν πάντων ἦν ὑποστατικὸν ἁπληθύντως. Τὸ ἄρα ὁμοιότερον αὐτῷ, πλειόνων αἴτιον ὑπάρχον, εἴπερ ἐκεῖνο πάντων, ἑνοειδέστερον ἔσται καὶ ἀμεριστότερον, εἴπερ ἐκεῖνο ἕν. Ὡς μὲν οὖν ἑνὶ τὸ ἧττον πεπληθυσμένον μᾶλλον συγγενές, ὡς δὲ πάντων αἰτίῳ τὸ πλειόνων παρακτικὸν, τοῦτο δὲ δυνατώτερον, ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι πλείους μὲν αἱ σωματικαὶ φύσεις τῶν ψυχῶν, πλείους δὲ αὖται τῶν νόων· οἱ δὲ νόες πλείους τῶν θείων ἑνάδων· καὶ ἐπὶ πάντων ὁ αὐτὸς λόγος ἐστί.

ΞΓ'. Πᾶν τὸ ἀμέθεκτον διττὰς ὑφίστησι τῶν μετεχομένων τὰς τάξεις, τὴν μὲν ἐν τοῖς ποτὲ μετέχουσι, τὴν δὲ ἐν τοῖς ἀεὶ καὶ συμφυῶς μετέχουσι. Τῷ γὰρ ἀμεθέκτῳ τὸ ἀεὶ μετεχόμενον ὁμοιότερον, ἢ τὸ ποτὲ, πρὶν ἄρα ὑποστῇ.

Τὸ ποτὲ μεθεκτὸν τὸ ἀεὶ μεθεκτὸν ὑποστήσεται· τῷ μὲν μετέχεσθαι τοῦ μετ' αὐτὸ διενεγκὸν, τῷ δὲ ἀεὶ συγγενέστερον ὂν τῷ ἀμεθέκτῳ καὶ ὁμοιότερον· καὶ οὔτε μόνα ἐστὶ τὰ ποτὲ μετεχόμενα (πρὸ γὰρ τούτων τὰ ἀεὶ μετεχόμενα, δι' ὧν καὶ ταῦτα συνδεῖται κατά τινα πρόοδον εὔτακτον τοῖς ἀμεθέκτοις), οὔτε μόνα τὰ ἀεὶ μετεχόμενα.

Καὶ γὰρ ταῦτα δύναμιν ἔχοντα ἄσβεστον, εἴπερ ἀεί ἐστιν, ἄλλων ἐστὶν οἱστικὰ τῶν ποτὲ μετεχομένων, καὶ μέχρι τούτων ἡ ὕφεσις· ἐκ δὲ τούτων φανερὸν, ὅτι καὶ αἱ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἑνώσεις ἐλλαμπόμεναι τοῖς οὖσιν, αἱ μὲν ἀεὶ μετέχονται, αἱ δὲ ποτέ.

Καὶ αἱ νοεραὶ μεθέξεις διτταὶ ὡσαύτως, καὶ αἱ τῶν ψυχῶν ψυχώσεις, καὶ αἱ τῶν ἄλλων εἰδῶν ὁμοίως. Καὶ γὰρ τὸ κάλλος, καὶ ἡ ὁμοιότης, καὶ ἡ στάσις, καὶ ἡ ταυτότης, ἀμέθεκτα ὄντα, ὑπό τε τῶν ἀεὶ μετεχόντων καὶ ποτὲ μετεχόντων προάγεται.

et quod partes producit. Quorum alterum universorum constituendorum vim habet. Si enim alterum quidem pauciorum, alterum vero plurium *est* causa, partes vero *sunt* alteræ alterarum, quæ quidem alterum faciunt, et reliquum facient, id *scilicet*, quod plurium constituendorum vim habet : quæ vero hoc producunt, horum non omnium producendorum illud facultatem habet. Potentius igitur *est*, et majorem comprehendendi vim habet. Ut enim quod progressum est, *refertur* ad id quod est progressum, sic etiam id quod *res aliquas* produxit, *refertur* ad id quod *res aliquas* produxit, si per mutuam alterorum ad altera relationem. *Ista* sumantur. Quod autem plura *præstare* potest, illud majorem et universaliorem potestatem habet. Hoc vero propius *accedit* ad omnium *rerum* causam. Quod vero propius ad hanc *accedit*, est magis Bonum, siquidem hæc *causa est* ipsum Bonum. Quod igitur plurium *rerum est* causa, secundum *suam* essentiam est præstantius eo quod pauciores *res* producit.

LXI. Omnis facultas *ac potestas* individua quidem exsistens major est, divisa vero minor *est*. Si enim dividitur, progreditur in multitudinem. Si vero *fiat* hoc, longius ab Uno recedit. Si vero *detur* hoc, pauciora *præstare* poterit, quam Unum, quoniam recedet etiam ab eo, quod ipsam continet, et imperfecta *erit*, siquidem uniuscujusque Bonum exsistit secundum Unionem.

LXII. Omnis multitudo, quæ propius Unum est, quantitate quidem minor *est* iis, quæ longius *ab Uno distant*, potestate vero major *est*. Quod enim Uni propinquius *est*, *id etiam est Uni* magis simile. Ipsum vero Unum omnia constituit sine multiplicatione. Quod igitur ipsi similius *est*, cum plurium sit causa, siquidem illud *Unum est causa* omnium, Uni similius erit, et minus dividuum, siquidem illud *est* Unum. Quia igitur Uni magis *sit* cognatum illud, quod minus est multiplicatum, quia etiam omnium causæ *cognatum sit*, quod plura producit, hoc vero *sit aliis* potentius, ex his igitur manifestum *est*, quod plures quidem *sunt* corporeæ naturæ, quam animæ, hæ vero plures, quam mentes : mentes vero plures *sunt*, quam ipsæ divinæ Unitates. Et in *aliis* omnibus eadem est ratio.

LXIII. Omne quod est imparticipabile, duplices constituit eorum, quæ participantur, ordines, unum quidem in iis quæ *rem aliquam* aliquando participant, alterum vero in iis quæ semper et per naturæ cognationem *aliquid* participant. Ipsi enim imparticipabili quod semper participatur, *est* similius, quam quod aliquando *participatur*, priusquam constitutum sit *firmumque maneat*.

Quod *autem* aliquando participabile *est* (*s. participatur*), constituet illud quod semper *est* participabile (*s. participatur*) : propter quidem ipsum participari (*s. quia participatur*) differens ab eo quod est post ipsum, propter vero ipsum Semper ipsi imparticipabili magis cognatum et similius exsistens. Et neque sola sunt ea quæ aliquando participantur (nam ante ista *sunt* ea quæ semper participantur, per quæ conjunguntur et ista per quendam bene ordinatum progressum cum ipsis imparticipabilibus), neque sola *sunt* ea quæ semper participantur.

Etenim hæc potentiam habentia inexstinctam *ac invictam*, siquidem semper sunt, feracia sunt aliorum, quæ aliquando participantur, et ad hæc usque *extenditur* ipsa remissio. Ex his igitur perspicuum *est*, quod et illæ ab Uno per illuminationem immissæ Uniones, *vel Unitates*, in ipsa Entia partim quidem semper participantur, partim vero aliquando.

Et ipsæ intellectuales participationes *atque communiones* eodem modo *sunt* duplices, et ipsæ animarum animationes, et aliarum formarum similiter *se habent*. Etenim pulchritudo et similitudo et status et identitas, cum sint imparticipabilia, et ab illis quæ semper *alia*

των μετέχεται, καὶ ὑπὸ τῶν ποτὲ δευτέρως κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν.

ΞΔ'. Πᾶσα ἀρχικὴ μονὰς διττὸν ὑφίστησιν ἀριθμὸν, τὸν μὲν αὐτοτελῶν ὑποστάσεων, τὸν δὲ ἐλλάμψεων ἐν ἑτέροις τὴν ὑπόστασιν κεκτημένων. Εἰ γὰρ καθ' ὕφεσιν ἡ πρόοδος διὰ τῶν οἰκείων τοῖς ὑποστατικοῖς αἰτίοις, καὶ ἀπὸ τῶν παντελείων τὰ τέλεια, καὶ διὰ τούτων μέσων τὰ ἀτελῆ πρόεισιν εὐτάκτως, ὥστε αἱ μὲν ἔσονται αὐτοτελεῖς ὑποστάσεις, αἱ δὲ ἀτελεῖς· καὶ αὗται μὲν γίνονται ἤδη τῶν μετεχόντων· ἀτελεῖς γὰρ οὖσαι δέονται τῶν ὑποκειμένων εἰς τὴν ἑαυτῶν ὕπαρξιν, αἱ δὲ ἑαυτῶν ποιοῦσι τὰ μετέχοντα.

Τέλειαι γὰρ οὖσαι πληροῦσι μὲν ἑαυτῶν ἐκεῖνα, καὶ ἑδράζουσιν ἑαυταῖς· δέονται δὲ οὐδὲν τῶν καταδεεστέρων εἰς τὴν ὑπόστασιν τὴν ἑαυτῶν. Αἱ μὲν οὖν αὐτοτελεῖς ὑποστάσεις, διὰ τὴν εἰς πλῆθος διάκρισιν, ἠλαττωμέναι τῆς ἀρχικῆς αὐτῶν μονάδος, διὰ δὲ τὴν αὐτοτελῆ ὕπαρξιν ὁμοιοῦνται πῃ πρὸς ἐκείνην.

Αἱ δὲ ἀτελεῖς καὶ τῷ ἐν ἄλλοις εἶναι τῆς καθ' αὑτὴν ὑφεστώσης, καὶ τῷ ἀτελεῖ τῆς πάντα τελειούσης ἀφεστήκασιν. Αἱ δὲ πρόοδοι διὰ τῶν ὁμοίων ἄχρι τῶν πάντῃ ἀνομοίων.

Διττὸν ἄρα ὑφίστησιν ἀριθμὸν ἑκάστη τῶν ἀρχικῶν μονάδων. Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι καὶ ἑνάδες αἱ μὲν αὐτοτελεῖς ἀπὸ τοῦ ἑνὸς προῆλθον, αἱ δὲ ἐλλάμψεις ἑνώσεων καὶ νόος· αἱ μὲν οὐσίαι αὐτοτελεῖς, αἱ δὲ τῶν ψυχουμένων ἐνδάλματα μόνον οὖσαι ψυχῶν. Καὶ οὕτως οὔτε πᾶσα ἕνωσις θεὸς, ἀλλ' ἡ αὐτοτελὴς ἑνὰς, οὔτε πᾶσα νοερὰ ἰδιότης νοῦς, ἀλλ' οὐσιώδης μόνος, οὔτε πᾶσα ψυχῆς ἔλλαμψις ψυχὴ, ἀλλ' ἔστι καὶ τὰ εἴδωλα τῶν ψυχῶν.

ΞΕ'. Πᾶν τὸ ὑπωσοῦν ὑφεστὼς ἢ κατ' αἰτίαν ἐστὶν ἀρχοειδῶς, ἢ καθ' ὕπαρξιν, ἢ κατὰ μέθεξιν εἰκονικῶς· ἢ γὰρ ἐν τῷ παράγοντι τὸ παραγόμενον ὁρᾶται, ὡς ἐν αἰτίῳ προϋπάρχον, διότι πᾶν τὸ αἴτιον ἐν ἑαυτῷ τὸ αἰτιατὸν προείληφε, πρώτως ὄν, ὅπερ ἐκεῖνο δευτέρως, ἢ ἐν τῷ παραγομένῳ τὸ παράγον.

Καὶ γὰρ τοῦτο, μετέχον τοῦ παράγοντος, ἐν ἑαυτῷ δείκνυσι δευτέρως, ὃ τὸ παράγον ὑπάρχει πρώτως· ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τάξιν ἕκαστον θεωρεῖται, καὶ οὔτε ἐν τῷ αἰτίῳ, οὔτε ἐν τῷ ἀποτελέσματι.

Τὸ μὲν γὰρ ἔστι κρειττόνως, ἢ ἔστι· τὸ δὲ χειρόνως, ἢ ἔστι. Δεῖ δήπου εἶναι καὶ ὃ ἐστιν· ἔστι δὲ καθ' ὕπαρξιν ἐν τῇ ἑαυτοῦ τάξει ἕκαστον.

ΞϚ'. Πάντα τὰ ὄντα πρὸς ἄλληλα ἢ ὅλα ἐστὶν, ἢ μέρη, ἢ ταὐτὰ, ἢ ἕτερα· ἢ γὰρ περιέχει θάτερα, περιέχεται δὲ τὰ λοιπὰ, ἢ οὔτε περιέχει, οὔτε περιέχεται. Καὶ ἢ ταὐτόν τι πέπονθεν, ὡς ἑνὸς μετέχοντα, ἢ διακέκριται ἀλλήλων. Ἀλλ' εἰ μὲν περιέχει, ὅλα ἂν εἴη, εἰ δὲ περιέχοιτο, μέρη· εἰ δ' ἑνὸς τὰ πολλὰ μετέχοι, ταῦτά ἐστι κατὰ τὸ ἕν· εἰ δὲ πλείω μόνον εἴη, ἕτερα ἀλλήλων ταύτῃ, καθὸ πολλά ἐστιν.

ΞΖ'. Πᾶσα ὁλότης ἢ πρὸ τῶν μερῶν ἔστιν, ἢ ἐκ τῶν μερῶν, ἢ ἐν τῷ μέρει. Ἡ γὰρ ἐν τῇ αἰτίᾳ τὸ

participant, participantur, et ab illis quæ *participant* aliquando secundo, secundum eundem ordinem.

LXIV. Omnis principalis Unitas duplicem constituit numerum, unum quidem perfectarum hypostaseon, (*i. e. naturarum*); alterum vero collustrationum *vel illustrationum*, in aliis hypostasin *suamque naturam* habentium. Si enim per remissionem *ita* progressus per ea quæ propria sunt causis *res aliquas* constituentibus, et ab ipsis omnino perfectis perfecta *manant*, et per hæc media imperfecta progrediuntur ordinate: ergo aliæ quidem hypostases *et naturæ* erunt perfectæ, aliæ vero imperfectæ. Et hæ quidem jam accensentur iis, quæ participant *aliquid:* cum enim imperfectæ sint, subjectis indigent ad suam essentiam; aliæ vero sua faciunt ea quæ participant *ipsa*.

Cum enim perfectæ sint, illa quidem se ipsis replent, et se ipsis stabiliunt. Nullo autem modo indigent inferioribus ad suam constitutionem (*ut constituantur et stabiliantur*). Perfectæ igitur hypostases *vel naturæ* propter discretionem in ipsam multitudinem *sunt* imminutæ sua principali Unitate, propter vero perfectam essentiam illi aliquo modo assimilantur.

Imperfectæ vero et propter ipsum in aliis esse ab illa *Unitate*, quæ per se ipsam subsistit, *remotæ sunt* et propter *suam* imperfectionem ab illa (*eadem Unitate*) omnia perficiente remotæ sunt. Ipsi vero progressus per similia usque ad prorsus dissimilia *progrediuntur*.

Unaquæque igitur principalium Unitatum duplicem numerum constituit. Ex his igitur perspicuum *est*, quod et ipsæ Unitates, illæ quidem, quæ sunt perfectæ, ab Uno sunt progressæ, aliæ vero *sunt* illuminationes Unitatis et Mentis. *Et* aliæ quidem *sunt* essentiæ perfectæ, aliæ vero sunt tantum simulacra animarum, quæ animantur. Et ita neque omnis Unitas *est* Deus, sed perfecta Unitas, neque omnis intellectualis proprietas est Mens, sed essentialis sola *Mens, est vere Mens*, neque omnis animæ illuminatio *est* anima, sed sunt et ipsa animarum simulacra.

LXV. Omne quod quomodocumque subsistit, vel per causam est per principii speciem *sive per id quod principii formam habet*, vel per substantiam, vel per communionem et per similitudinem. Vel enim in producente cernitur id quod producitur, ut in ipsa causa præexsistens, quoniam omnis causa in se ipsa ipsum causatum primo sumpsit *atque comprehendit*, quia *ipsa causa* est primo *illud*, quod illud *causatum est* secundo, vel in eo, quod producitur, *cernitur* ipsum producens.

Etenim hoc *quod producitur*, cum particeps sit ipsius producentis, in se ipso demonstrat secundo *illud*, quod ipsum producens exsistit primo. Vel unumquodque in suo ordine conspicitur, et neque in ipsa causa neque in ipso *causæ* effecto *cernitur*.

Nam alterum quidem est præstantiore modo, quatenus est; alterum vero deteriore modo, quatenus est. Oportet nimirum profecto esse et *illud*, quod est. Unumquodque vero per *suam* substantiam est in suo ordine.

LXVI. Omnia entia sunt inter se vel tota, vel partes, vel eadem, vel diversa. Vel enim continent altera, reliqua vero continentur *ab ipsis;* vel neque continent neque continentur. Et vel idem ipsis accidit atque iis quæ participant Unum, vel alia ab aliis discreta sunt. Sed si quidem continent, erunt tota; si vero contineantur, *erunt* partes. Si vero multa participent Unum, hæc sunt secundum Unum *et in Uno*. Si vero plura tantum sint, alia sunt ab aliis diversa eatenus, quatenus multa sunt.

LXVII. Omnis *q. d.* Totitas, *id est integritas*, vel est ante partes, vel ex partibus *est conflata*, vel in parte

ἑκάστου θεωροῦμεν εἶδος, καὶ ὅλον ἐκεῖνο πρὸ τῶν μερῶν λέγομεν, τὸ ἐν τῷ αἰτίῳ ὑποστὰν, ἢ ἐν τοῖς μετέχουσιν αὐτοῦ μέρεσι. Καὶ τοῦτο διχῶς· ἢ γὰρ ἐν ἅπασιν ὁμοῦ τοῖς μέρεσι, καὶ ἔστι τοῦτο ἐκ τῶν μερῶν ὅλον, οὗ καὶ ὁτιοῦν μέρος ἀπὸν ἐλασσοῖ τὸ ὅλον· ἢ ἐν ἑκάστῳ τῶν μερῶν, ὡς καὶ τοῦ μέρους κατὰ μέθεξιν τοῦ ὅλου γεγονότος· ὃ καὶ ποιεῖ τὸ μέρος εἶναι ὅλον μερικῶς. Καθ' ὕπαρξιν μὲν οὖν ὅλον τὸ ἐκ τῶν μερῶν· κατ' αἰτίαν δὲ τὸ πρὸ τῶν μερῶν· κατὰ μέθεξιν δὲ τὸ ἐν τῷ μέρει. Καὶ γὰρ τοῦτο κατὰ τὴν ἐσχάτην ὕφεσιν ὅλον, ἢ μιμεῖται τὸ ἐκ τῶν μερῶν ὅλον, ὅταν μὴ τὸ τυχὸν ἓν μέρος, ἀλλὰ τῷ ὅλῳ δυνάμενον ἀφομοιοῦσθαι, οὗ καὶ τὰ μέρη ὅλα ἐστίν.

ΞΗ'. Πᾶν τὸ ἐν τῷ μέρει ὅλον, μέρος ἐστὶ τοῦ ἐκ τῶν μερῶν ὅλου. Εἰ γὰρ μέρος ἐστὶν, ὅλου τινός ἐστι μέρος, καὶ ἤτοι τοῦ ἐν αὐτῷ ὅλου, καθὸ λέγεται ἐν τῷ μέρει ὅλον· (ἀλλ' οὕτως αὐτὸ ἑαυτοῦ μέρος, καὶ ἴσον τῷ ὅλῳ τὸ μέρος ἔσται, καὶ ταὐτὸν ἑκάτερον·) ἢ ἄλλου τινὸς ὅλου. Καὶ εἰ ἄλλου, ἢ μόνον ἐστὶν ἐκείνου μέρος, καὶ οὕτως οὐδὲν ἂν πάλιν τοῦ ὅλου διαφέροι, ἑνὸς ὄντος ἓν ὂν μέρος, ἢ μεθ' ἑτέρου.

Παντὸς γὰρ ὅλου τὰ μέρη πλείω ἑνὸς, κἀκεῖνο ἔσται ἐκ πλειόνων· ὂν ὅλον ἐκ τῶν μερῶν, ἐξ ὧν ἔστι· καὶ οὕτω τὸ ἐν τῷ μέρει ὅλον τοῦ ἐκ τῶν μερῶν ἔστι μέρος.

ΞΘ'. Πᾶν τὸ ἐκ τῶν μερῶν ὅλον μετέχει τῆς πρὸ τῶν μερῶν ὁλότητος. Εἰ γὰρ ἐκ μερῶν ἔστι, πεπονθός ἐστι τὸ ὅλον· τὰ γὰρ μέρη ἓν γενόμενα τὸ ὅλον διὰ τὴν ἕνωσιν πέπονθε, καὶ ἔστιν ὅλον ἓν μὴ ὅλοις τοῖς μέρεσι· παντὸς δὲ τοῦ μετεχομένου προϋφέστηκε τὸ ἀμέθεκτον· ἡ ἄρα ἀμέθεκτος ὁλότης προϋπάρχει τῆς μετεχομένης.

Ἔστιν ἄρα τι εἶδος ὁλότητος πρὸ τοῦ ἐκ τῶν μερῶν ὅλου, ὃ οὐ πεπονθός ἐστι τὸ ὅλον, ἀλλ' αὐτοολότης, ἀφ' ἧς ἡ ἐκ τῶν μερῶν ὁλότης· ἐπεὶ καὶ τὸ μὲν ἐκ τῶν μερῶν ὅλον πολλαχοῦ καὶ ἐν πολλοῖς ἐστιν, ἐν ἄλλοις καὶ ἐν ἄλλοις ἐκ μερῶν οὖσι, τοῖς μὲν ἄλλων, τοῖς δὲ ἄλλων. Δεῖ δὲ εἶναι τὴν μονάδα πασῶν τῶν ὁλοτήτων καθ' αὑτήν.

Οὔτε γὰρ εἰλικρινὲς ἕκαστον τῶν ὅλων τούτων, ἐπιδεὲς ὂν τῶν μερῶν, ἐξ ὧν ἔστιν οὐχ ὅλων ὄντων· οὔτε ἔν τινι γεγονὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἴτιον εἶναι δύναται τοῦ εἶναι ὅλοις.

Τὸ ἄρα τοῦ ὅλοις εἶναι τοῖς ὅλοις ἅπασιν αἴτιον πρὸ τῶν μερῶν ἔστιν. Εἰ γὰρ καὶ τοῦτο ἐκ τῶν μερῶν, τί ὅλον ἔσται, καὶ οὐχ ἁπλῶς ὅλον; καὶ πάλιν τοῦτο ἐξ ἄλλου, καὶ ἡ εἰς ἄπειρον ἢ διὰ τὸ πρώτως ὅλον οὐκ ἐκ μερῶν ὅλον, ἀλλ' ὅ ἐστιν ὁλότης ὄν.

Ο'. Πᾶν τὸ ὁλικώτερον ἐν τοῖς ἀρχηγικοῖς, καὶ πρὸ τῶν μερικῶν εἰς τὰ μετέχοντα ἐλλάμπει· καὶ δευτέρας ἐκείνων ἀπολείπει τι μετασχόν. Καὶ γὰρ ἄρχεται πρὸ τοῦ μετ' αὐτὸ τῆς ἐνεργείας τῆς εἰς τὰ δεύτερα, καὶ σὺν τῇ ἐκείνου παρουσίᾳ πάρεστι· καὶ ἐκείνου μηκέτι ἐνεργοῦντος ἔτι πάρεστι καὶ ἐνεργεῖ τὸ αἰτιώτερον· καὶ οὐκ ἐν διαφόροις μόνοις ὑποκειμένοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκά-

continetur. Vel enim in ipsa causa cujusque rei formam contemplamur, et totum illud ante partes *esse* dicimus, quod in ipsa causa subsistit, vel quod *est* in ipsis partibus, quæ ipsam (*causam*) participant. Hoc autem bifariam *fit*. Vel enim in omnibus partibus simul *est*, et hoc est illud ex partibus *conflatum* totum, cujus vel quælibet pars absens minuit ipsum totum; vel *est* in singulis partibus, quòd et ipsa pars propter participationem ipsius totius existat. Quod etiam facit ipsam partem esse totum particulariter, *quando ex pluribus partibus in unum collectis ipsum totum conflatur*. Secundum substantiam igitur Totum *vocatur illud*, quod ex partibus *est conflatum*. Secundum causam vero *Totum id vocatur*, quod *est* ante partes. Secundum participationem vero *Totum appellatur id*, quod in ipsa parte *continetur*. Etenim hoc secundum extremam remissionem *dicitur* Totum, quatenus imitatur ipsum ex partibus *conflatum* Totum, cum non est *aliqua* fortuita pars, sed ea, quæ ipsi Toti potest assimilari, cujus et ipsæ partes *separatim* sunt Tota.

LXVIII. Omne Totum, quod in parte *continetur*, pars est illius Totius, *quod conflatum est* ex partibus. Si enim pars est, Totius est alicujus pars, et vel ejus Totius, quod in ipso *est*, secundum quod dicitur in parte Totum; (sed ita ipsum *Totum* sui ipsius pars, et ipsi Toti æqualis erit, et utrumque *erit* idem;) vel *erit pars* alicujus alius Totius. Et si alius *est*, vel tantum ejus est pars, et ita rursus nihil ab ipso Toto differet, unius Entis una pars existens, vel *erit* cum altero *Toto*.

Omnis enim Totius partes plures Uno *sunt*, et illud *Unum* erit *Totum* ex pluribus *conflatum*, exsistens Totum ex partibus ex quibus est *conflatum*. Et ita illud Totum quod est in parte, est pars illius *Totius* quod ex partibus *in unum collectis et conjunctis constat*.

LXIX. Omne Totum, quod ex partibus *est conflatum*, particeps est illius integritatis, quæ est ante partes. Si enim est ex partibus, patitur *aliquid* Totum (*aliquid accidit Toti*). Nam partes Unum factæ Totum passæ sunt propter unionem, et est Totum in non totis partibus. Id autem quod est imparticipabile, exsistit ante omne id quod participatur. Ergo imparticipabilis integritas exsistit ante illam, quæ participatur.

Est igitur quædam integritatis forma ante illud Totum, quod ex partibus *est conflatum*, quæ *forma* non est passa ipsum Totum: sed *est* per se constans integritas, a qua *manat* illa ex partibus *constans* integritas; quoniam et illud Totum quod ex partibus *est conflatum*, sæpe et in multis *locis et rebus* est, in aliis et in aliis, quæ sunt ex partibus *conflata*; in his quidem *quæ sunt rerum* aliarum, in illis vero, *quæ sunt rerum* aliarum. Oportet autem Unitatem omnium integritatum esse per se.

Neque enim parum *neque perspicuum est* unumquodque horum Totorum, cum sit indigens partium, ex quibus est *conflatum*, quæ partes non sunt *ipsa* Tota; neque si *Totum hoc* in aliquo fuerit, aliis omnibus esse potest causa, ut sint tota.

Ergo quod omnibus Totis est causa, ut sint Tota, est ante ipsas partes. Si enim et hoc *esset conflatum* ex partibus, quodnam esset Totum, et non simpliciter Totum? Et rursus hoc ex alio *constaret*; et vel *res progrederetur* in infinitum; vel propter illud primo *exsistens* Totum non ex partibus *constabit* Totum, sed *erit* id, quod est integritas.

LXX. Omne quod est universalius, inter principalius est, et ante particulares in illa translucet, quæ participant *aliquid*. Et illis *prioribus causis alias* posteriores relinquit aliquid participans. Etenim initium facit ante id quod est post ipsum, actionis in secunda, et cum illius præsentia adest. Et illo non amplius agente, adhuc adest et agit illud, quod est principalior causa, neque in soli diversis subjectis, sed etiam in unoquoque eorum, qui aliquando participant *aliquid*. Oportet enim (si fort

σιν τῶν ποτὲ μετεχόντων. Δεῖ γὰρ (εἰ τύχοι) γενέσθαι πρῶτον ὄν, εἶτα ζῶον, εἶτα ἄνθρωπον.

Καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἔτι ἔστιν ἀπολιπούσης τῆς λογικῆς δυνάμεως· ζῶον δ' ἔστιν ἐμπνέον καὶ αἰσθανόμενον· καὶ τοῦ ζῆν πάλιν ἀπολιπόντος μένει τὸ ὄν· καὶ γὰρ, ὅταν μὴ ζῇ, τὸ εἶναι πάρεστι· καὶ γὰρ ἐπὶ πάντων ὡσαύτως.

Αἴτιον δὲ, ὅτι δραστικώτερον ὑπάρχον τὸ αἰτιώτερον, πρότερον εἰς τὸ μετέχον ἐνεργεῖ. Τὸ γὰρ αὐτὸ ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου προτέρου πάσχει· καὶ τοῦ δευτέρου πάλιν ἐνεργοῦντος κἀκεῖνο συνεργεῖ. Διότι πᾶν, ὅπερ ἂν ποιῇ τὸ δεύτερον, συναπογεννᾷ τοῦτο καὶ τὸ αἰτιώτερον.

Καὶ ἀπολιπόντος ἐκείνου τοῦτο ἔτι πάρεστιν· ἡ γὰρ τοῦ δυνατωτέρου μετάδοσις, δρῶσα μειζόνως, ὑστέρα τὸ μετασχὸν ἀπολείπει. Καὶ γὰρ διὰ τῆς τοῦ δευτέρου μεταδόσεως τὴν ἑαυτῆς ἔλλαμψιν ἐδυνάμωσεν.

ΟΑ'. Πάντα τὰ ἐν τοῖς ἀρχηγικοῖς αἰτίοις ὁλικωτέραν καὶ ὑπερτέραν τάξιν ἔχοντα ἐν τοῖς ἀποτελέσμασι, κατὰ τὰς ἀπ' αὐτῶν ἐλλάμψεις ὑποκείμενά πως γίνεται ταῖς τῶν μεριικωτέρων μεταδόσεσι· καὶ αἱ μὲν ἀπὸ τῶν ἀνωτέρων ἐλλάμψεις ὑποδέχονται τὰς ἐκ τῶν δευτέρων προόδους.

Ἐκεῖναι δὲ ἐπὶ τούτων ἑδράζονται. Καὶ οὕτω προηγοῦνται μεθέξεις ἄλλαι ἄλλων, καὶ ἐμφάσεις ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις ἀνωθεν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτῶσιν ὑποκείμενον, τῶν ὁλικωτέρων προενεργούντων, τῶν δὲ μερικωτέρων ἐπὶ ταῖς ἐκείνων ἐνεργείαις τὰς ἑαυτῶν μεταδόσεις χορηγούντων τοῖς μετέχουσιν.

Εἰ γὰρ τὰ αἰτιώτερα πρὸ τῶν δευτέρων ἐνεργεῖ, διὰ περιουσίαν δυνάμεως καὶ τοῖς ἀτελεστέραν ἔχουσι τὴν ἐπιτηδειότητα παρόντα, καὶ ἐλλάμποντα κἀκείνοις· τὰ δὲ ὑφειμένα κατὰ τὴν τάξιν δεύτερα χορηγεῖται ἀπ' αὐτῶν· δῆλον, ὡς αἱ τῶν ὑπερτέρων ἐλλάμψεις προκαταλαμβάνουσαι τὸ μετέχον ἀμφοτέρων, ἐπερείδουσι τὰς τῶν ὑφειμένων μεταδόσεις· αἱ δὲ ταῖς ἀπ' ἐκείνων ἐμφάσεσιν ὑποδάθραις χρῶνται, καὶ δρῶσιν εἰς τὸ μετέχον, προεργασμένων ἐκείνων.

ΟΒ'. Πάντα τὰ ἐν τοῖς μετέχουσιν ὑποκείμενον ἔχοντα λόγον ἐκ τελειοτέρων πρόεισι καὶ ὁλικωτέρων αἰτίων. Τὰ γὰρ πλειόνων αἴτια δυνατώτερά ἐστι καὶ ὁλικώτερα καὶ ἐγγυτέρω τοῦ ἑνὸς, ἢ τὰ τῶν ἐλασσόνων. Τὰ δὲ τῶν προϋποκειμένων ἄλλοις ὑποστατικὰ, πλειόνων αἰτιά ἐστιν, ὁφιστάντα καὶ τὰς ἰδιότητας πρὸ τῆς τῶν εἰδῶν παρουσίας. Ὁλικώτερα ἄρα ταῦτα καὶ τελειότερά ἐστιν ἐν τοῖς αἰτίοις. Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, διότι ἡ μὲν ὕλη, ἐκ τοῦ ἑνὸς ὑποστᾶσα, καθ' αὑτὴν εἶδους ἐστὶν ἄμοιρος.

Τὸ δὲ σῶμα καθ' αὑτὸ, εἰ καὶ τοῦ ὄντος μετέσχε, ψυχῆς ἀμέτοχόν ἐστιν· ἡ μὲν γὰρ ὕλη, ὑποκείμενον οὖσα πάντων, ἐκ τοῦ πάντων αἰτίου προῆλθε· τὸ δὲ σῶμα, ὑποκείμενον τῆς ψυχώσεως, ἐκ τοῦ ὁλικωτέρου τῆς ψυχῆς ὑφέστηκε, τοῦ ὄντος ὁποσῶν μετασχόν.

res hoc tulerit) esse primum Ens, deinde Animal, deinde Hominem.

Et Homo non amplius est, si ratiocinandi facultas deficiat *et omnino desit*. Animal vero est spirans et sentiens. Et rursus, quamvis ipsum vivere deficiat (*quamvis in aliquibus rebus nulla sit vita*), *tamen* manet ipsum Ens. Etenim, quamvis *aliquid* non vivat, ipsum Esse *tamen* adest. Etenim in omnibus eodem modo *fit*.

Causa vero est, quia majorem agendi vim habens (*s.* efficacior exsistens), principalior causa, prius agit in id quod participat. Idem enim ab eo, quod est potentius, priore patitur *et eo afficitur*; et secundo rursus agente, etiam illud simul agit. Quoniam omne, quod facit ipsum secundum (*vel* potentius), simul procreat hoc et illud quod est principalior causa.

Etiamsi illud defecerit, hoc adhuc adest. Ipsa enim potentioris communicatio potentius agens, posterior deserit id quod *ipsam* participavit. Nam per ipsam secundi communicationem suam illuminationem confirmare solet.

LXXI. Omnia quæ *sunt* in principalibus causis, cum universaliorem et superiorem ordinem tenent in ipsis *causarum* effectis, propter illuminationes ab ipsis *manantes*, subjecta quodammodo fiunt *rerum* particulariorum communicationibus. Et illæ quidem a superioribus *manantes* illuminationes suscipiunt ipsas ex secundis progressiones.

Illæ vero in his collocantur. Et ita participationes *atque communiones* antecedunt aliæ alias, et emphases *apertæque significationes* aliæ post allas superne veniunt in idem subjectum, ipsis universalioribus prius agentibus, particularioribus vero, propter illorum *universaliorum* actiones, suas communicationes suppeditantibus iis quæ participant *illas actiones*.

Si enim ipsæ principaliores causæ ante secundas *causas* agunt, propter potentiæ abundantiam et illis, quæ imperfectiorem habent *ad res peragendas* aptitudinem, adsunt, et illucent etiam illis: quæ vero remissa sunt per ipsum ordinem secunda suppeditantur ab ipsis; *hinc est* perspicuum, quod superiorum illuminationes, anticipantes id quod utrorumque particeps est, fulciunt *atque firmant* eorum, quæ sunt remissa, communicationes: hæ vero significationibus illis *manifestis*, *quæ manant* ab illis, *tanquam firmis rerum* fundamentis utuntur, et agunt in id quod particeps est *ipsarum communicationum*, illis prius agentibus.

LXXII. Omnia quæ rationem subjectam habent in iis quæ participant *aliquid*, ex perfectioribus et universalioribus causis progrediuntur. Quæ enim *sunt* plurium causæ, potentiora sunt et universaliora, et propinquiora ipsi Uni, quam ea *quæ sunt causæ* pauciorum. Quæ vero constituunt ea quæ sunt ante subjecta aliis, plurium causæ sunt, quandoquidem constituunt etiam proprietates ante præsentiam formarum (*sive* specierum). Proinde universaliora hæc et perfectiora sunt in ipsis causis. Ex his igitur perspicuum *est*, quod ipsa quidem materia ex Uno constituta per se formæ est expers.

Ipsum vero corpus per se, quamvis Entis sit particeps, est animæ expers. Nam materia quidem, cum sit subjectum omnium, ex omnium causa prodiit: corpus vero, *cum sit* ipsius animationis subjectum, subsistit *progressum* ex eo, quod est universalius ipsa anima, quod Entis quomodocumque particeps est.

ΟΓ'. Πᾶν μὲν ὅλον ἅμα ὄν τί ἐστι, καὶ μετέχει τοῦ ὄντος, οὐ πᾶν δὲ ὂν ὅλον τυγχάνει ὄν· ἢ γὰρ ταὐτόν ἐστιν ὂν καὶ ὅλον, ἢ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον. Ἀλλ' εἰ καὶ τὸ μέρος, ἧ μέρος, ὂν μέν ἐστιν (ἐκ γὰρ μερῶν ὄντων ἔστι τὸ ὅλον), οὐ μέντοι καὶ ὅλον καθ' αὑτό. Οὐκ ἄρα ταὐτόν ἐστιν ὂν καὶ ὅλον· εἴη γὰρ ἂν τὸ μέρος οὐκ ὄν. Εἰ δὲ τὸ μέρος οὐκ ὄν, οὐδὲ τὸ ὅλον ἔστι· πᾶν γὰρ ὅλον, μερῶν ἐστιν ὅλον, ἢ ὡς πρὸ αὐτῶν ὄν, ἢ ὡς ἐν αὐτοῖς.

Μὴ ὄντος οὖν τοῦ μέρους, οὐδὲ τὸ ὅλον εἶναι δυνατόν. Εἰ δὲ τὸ ὅλον πρὸ τοῦ ὄντος, ἔσται πᾶν ὂν ὅλον εὐθύς· οὐκ ἄρα ἔσται πάλιν τὸ μέρος. Ἀλλὰ ἀδύνατον· εἰ γὰρ τὸ ὅλον ἐστὶν ὅλον, μέρους ὂν ὅλον, καὶ τὸ μέρος ἔσται μέρος ὅλου, μέρος ὄν. Λείπεται ἄρα πᾶν μὲν εἶναι τὸ ὅλον ὄν, οὐ πᾶν δὲ τὸ ὂν ὅλον.

Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι τὸ πρώτως ὂν ἐπέκεινα τῆς ὁλότητός ἐστιν· εἴπερ τὸ μὲν πλείοσι πάρεστι, τὸ ὄν· καὶ γὰρ τοῖς μέρεσιν, ἧ μέρη, τὸ εἶναι ὑπάρχει· τὸ δὲ ἐλάττοσι. τὸ γὰρ πλειόνων αἴτιον, κρεῖσσον· τὸ δὲ ἐλασσόνων, καταδεέστερον, ὡς δέδειχται.

ΟΔ'. Πᾶν μὲν εἶδος ὅλον τί ἐστιν· ἐκ γὰρ πλειόνων ὑφέστηκεν, ὧν ἕκαστον συμπληροῖ τὸ εἶδος· οὐ πᾶν δὲ ὅλον εἶδος.

Καὶ γὰρ τὸ τί καὶ ἄτομον ὅλον μέν ἐστιν, ἧ ἄτομον, εἶδος δὲ οὐκ ἔστι· πᾶν γὰρ ὅλον ἐστὶ τὸ ἐκ μερῶν ὑφεστὼς, εἶδος δὲ, τὸ εἰς πλείω τὰ καθέκαστα εἴδη τεμνόμενον. Ἄλλο ἄρα τὸ ὅλον, καὶ ἄλλο τὸ εἶδος· καὶ τὸ μὲν ὑπάρχει πλείοσι, τὸ δὲ ἐλάττοσιν. Ὑπὲρ τὰ εἴδη ἄρα τῶν ὄντων ἐστὶ τὸ ὅλον· ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅ, τι τὸ ὅλον· ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι τὸ ὅλον μέσην ἔχει τάξιν τοῦ τε ὄντος καὶ τῶν εἰδῶν. Ὃ ἕπεται τὸ καὶ πρὸ τῶν εἰδῶν ὑφεστάναι τὸ ὂν καὶ τὰ εἴδη ὄντα εἶναι, μὴ μέντοι πᾶν ὄν, εἶδος. Ὅθεν καὶ ἐν τοῖς ἀποτελέσμασιν αἱ στερήσεις ὄντα μέν πώς εἰσιν, εἴδη δ' οὐκέτι εἰσὶ, διὰ τὴν ἐνιαίαν τοῦ ὄντος δύναμιν, καὶ αὖται καταδεξάμεναί τινα ἀμυδρὰν ἔμφασιν.

ΟΕ'. Πᾶν τὸ κυρίως αἴτιον λεγόμενον ἐξῄρηται τοῦ ἀποτελέσματος· ἐν αὐτῷ γὰρ ὄν, ἢ συμπληρωτικὸν αὐτοῦ ὑπάρχον, ἢ δεόμενόν πως αὐτοῦ πρὸς τὸ εἶναι, ἀτελέστερον ἂν εἴη ταύτῃ τοῦ αἰτιατοῦ. Τὸ δὲ ἐν τῷ ἀποτελέσματι ὄν, συναίτιόν ἐστι μᾶλλον, ἢ αἴτιον, ἢ μέρος ὂν τοῦ γινομένου, ἢ ὄργανον τοῦ ποιοῦντος· τό τε γὰρ μέρος ἐν τῷ γινομένῳ ἐστὶν ἀτελέστερον ὑπάρχον τοῦ ὅλου, καὶ τὸ ὄργανον τὸ ποιοῦν τι πρὸς τὴν γένεσιν, τὰ μέτρα τῆς ποιήσεως ἀφορίζειν ἑαυτῷ μὴ δυνάμενον· ἅπαν ἄρα τὸ κυρίως αἴτιον, εἴγε καὶ τελειότερόν ἐστι τοῦ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ μέτρον αὐτὸ τῇ γενέσει παρέχεται, καὶ τῶν ὀργάνων ἐξῄρηται, καὶ τῶν στοιχείων, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν καλουμένων συναιτίων.

ΟϚ'. Πᾶν μὲν τὸ ἀπὸ ἀκινήτου γινόμενον αἰτίας ἀμετάβλητον ἔχει τὴν ὕπαρξιν· πᾶν δὲ τὸ ἀπὸ κινουμένης, μεταβλητήν. Εἰ γὰρ ἀκίνητόν ἐστι πάντῃ τὸ

LXXIII. Omne quidem totum, simul et quoddam Ens et particeps est ipsius Entis; non tamen omne Ens est etiam Totum. Vel enim idem est Ens et Totum, vel alterum quidem *est* prius, alterum vero posterius. Sed quamvis et ipsa pars, quatenus *est* pars, sit quidem Ens (ex partibus enim existentibus est Totum), non tamen etiam *ipsum* Totum *est* per se. Non igitur idem est Ens et Totum. Nam ipsa pars esset non Ens. Si vero pars non *est* Ens, ne ipsum quidem Totum est. Omne enim Totum est partium Totum, vel ut ante *partes* ipsas existens, vel ut in ipsis *existens*.

Non existente vero parte, ne ipsum quidem Totum esse potest. Si vero Totum *est* ante Ens, omne Ens erit statim Totum. Non igitur erit rursus pars: sed *hoc est* impossibile. Si enim Totum est Totum, cum sit partis Totum, et ipsa pars erit pars Totius, quia pars est. Restat igitur, omne quidem Totum esse Ens, non omne vero Ens *esse* Totum.

Ex his igitur perspicuum *est*, quod ipsum primo Ens supra est *et ante* integritatem, *quæ Totum constituit*; siquidem alterum quidem, *scilicet* Ens, pluribus adest. Etenim partibus, quatenus *sunt* partes, ipsum Esse adest *et suppetit*. Alterum vero paucioribus *suppetit*. Quod enim *est* plurium causa, *est* præstantius: quod vero paucorum *est causa*, deterius, ut demonstratum est.

LXXIV. Omnis quidem forma Totum quiddam est. Ex pluribus enim constat, quorum unumquodque complet ipsam formam. Non tamen omne Totum *est* forma.

Nam et ipsum Aliquid et Individuum Totum quidem est, quatenus *est* Individuum, forma vero non est. Omne enim Totum est illud, quod ex partibus constat: forma vero *dicitur et est*, quæ in plures singulares formas *et in singula formarum individua* dividitur. Aliud igitur *est* Totum, et aliud forma. Et alterum quidem suppetit pluribus, alterum vero paucioribus. Supra formas igitur Entium est ipsum Totum. Ex his igitur perspicuum *est*, quidnam *sit* Totum. Ex his *etiam* perspicuum *est*, quod Totum medium tenet ordinem inter Ens et formas. Quare sequitur *et per præcedentium consequentiam colligitur*, et ipsum Ens esse ante formas, et formas esse Entia, non tamen omne Ens *esse* formam. Quamobrem etiam ipsæ privationes in *causarum* effectis Entia quidem quodammodo sunt, formæ vero non amplius sunt, propter unicam *et singularem* Entis potestatem, et quando istæ *privationes* quandam obscuram significationem susceperunt.

LXXV. Omnis causa, quæ proprie *causa* dicitur, exempta est ex *suo* effecto. Quando enim in ipso (*sc. effecto*) est, vel ipsum complet, vel quodammodo ipso indiget, ut sit, hac in parte (*eatenus*) erit imperfectior ipso causato. Quod vero est in ipso effecto, est potius adjuvans causa, quam *principalis* causa, quod sit vel pars ejus quod fit, vel instrumentum ejus quod facit *aliquid*. Nam et ipsa pars, quæ est in eo quod fit, est imperfectior ipso Toto, et instrumentum *existens* quod faciet aliquid ad generationem, neque tamen valens effectionis mensuras sibi ipsi separatim, *adeoque libere*, determinare. Omnis igitur causa, quæ proprie *causa dicitur*, si modo etiam perfectior est eo, quod ab ipsa *manat* (*i. e. suo causato*), et ipsa mensuram generationi præbet, et ex instrumentis et elementis et denique ex omnibus, quæ adjuvantes causæ vocantur, est exempta.

LXXVI. Omne quidem, quod ab immobili causa manat, immutabilem habet substantiam: omne vero, quod a mobili *causa manat*, *essentiam habet* mutabilem. Si enim illud, quod *aliquid* facit, est prorsus immobile, non per motum,

ποιῶν, οὐ διὰ κινήσεως, ἀλλ' αὐτῷ τῷ εἶναι παράγει τὸ δεύτερον ἀφ' ἑαυτοῦ· εἰ δὲ τοῦτο, σύνδρομον ἔχει τῷ ἑαυτοῦ εἶναι τὸ ἀπ' αὐτοῦ· εἰ δὲ τοῦτο, ἕως ἂν ᾖ, παράγει· ἀεὶ δέ ἐστιν, ἀεὶ ἄρα ὑφίστησι τὸ μετ' αὐτό· ὥστε καὶ τοῦτο ἀεὶ γίνεται ἐκεῖθεν, καὶ ἀεί ἐστι τῷ ἐκείνου ἀεὶ κατὰ τὴν ἐνέργειαν συνάψαν τὸ ἑαυτοῦ κατὰ τὴν πρόοδον ἀεί· εἰ δὲ δὴ κινεῖται τὸ αἴτιον, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ γινόμενον ἔσται μεταβλητὸν κατ' οὐσίαν· ᾧ γὰρ τὸ εἶναι διὰ κινήσεως, τοῦτο τοῦ κινουμένου μεταβάλλοντος μεταβάλλει τὸ εἶναι. Εἰ γὰρ ἐκ κινήσεως παραγόμενον ἀμετάβλητον αὐτὸ μένοι, κρεῖττον ἔσται τῆς ὑποστησάσης αἰτίας. Ἀλλ' ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα ἀμετάβλητον ἔσται.

Μεταβάλλον ἄρα, καὶ κινήσεται κατ' οὐσίαν, τὴν ὑποστήσασαν αὐτὸ κίνησιν μιμούμενον.

ΟΖ'. Πᾶν τὸ δυνάμει ὂν ἐκ τοῦ κατ' ἐνέργειαν ὄντος· ὃ τοῦτο δυνάμει ἐστίν, εἰς τὸ ἐνεργείᾳ πρόεισι· τὸ μὲν τῇ δυνάμει ἐκ τοῦ πῃ κατ' ἐνέργειαν, ᾗ αὐτὸ δυνάμει.

Τὸ δὲ πάντα δυνάμει ὂν ἐκ τοῦ πάντα κατ' ἐνέργειαν ὄντος. Αὐτὸ μὲν γὰρ ἑαυτὸ δυνάμει προάγειν εἰς ἐνέργειαν οὐ πέφυκεν, ἀτελὲς ὄν· εἰ γὰρ ἀτελὲς αἴτιον ἑαυτῷ γίνοιτο τοῦ τέλους καὶ κατ' ἐνέργειαν, τὸ αἴτιον ἔσται τοῦ ἀπ' αὐτοῦ γεγονότος ἀτελέστερον. Οὐκ ἄρα τὸ δυνάμει, ᾗ δυνάμει, ἑαυτῷ τοῦ κατ' ἐνέργειαν αἴτιον ἔσται γάρ, ᾗ ἀτελές, τοῦ τέλους αἴτιον, εἴπερ τὸ δυνάμει πᾶν, ᾗ δυνάμει, ἀτελές, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ τέλειον. Εἰ ἄρα ἔσται τὸ δυνάμει κατ' ἐνέργειαν, ἀπ' ἄλλου τινὸς ἕξει τὸ τέλειον, καὶ ἤτοι καὶ αὐτὸ δυνάμει.

Ἀλλ' ἔσται καὶ οὕτω πάλιν ἀτελὲς τοῦ τελείου γεννητικόν· ἢ ἐνεργείᾳ, καὶ ἤτοι ἄλλο τι, ἢ τοῦτο, ὃ δυνάμει τὸ κατ' ἐνέργειαν γιγνόμενον ἦν. Ἀλλ' εἰ μὲν ἄλλο τι ἐνεργείᾳ ὂν ποιεῖ, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἰδιότητα ποιοῦν, οὐ τὸ δυνάμει τὸ ἐν θατέρῳ ποιήσειεν ἐνεργείᾳ, οὐδὲ τοῦτο τοίνυν ἔσται κατ' ἐνέργειαν, εἰπερ μὴ, ᾗ δυνάμει ἐστί, ταύτῃ γίνοιτο. Λείπεται ἄρα, ἐκ τοῦ κατ' ἐνέργειαν ὄντος, ὃ δυνάμει τί ἐστιν, εἰς τὸ ἐνεργείᾳ μεταβάλλειν.

ΟΗ'. Πᾶσα δύναμις ἢ τελεία ἐστὶν, ἢ ἀτελής. Ἡ μὲν γὰρ τῆς ἐνεργείας οἱστικὴ τελεία δύναμις. Καὶ γὰρ ἄλλα ποιεῖ τέλεια διὰ τῶν ἑαυτῆς ἐνεργειῶν· τὸ δὲ τελειωτικὸν ἄλλων, μειζόνως, ὡς αὐτοτελειότερον· ἡ δὲ ἄλλου του δεομένη τοῦ κατ' ἐνέργειαν προϋπάρχοντος, καθ' ἣν δυνάμει τι ἐστὶν, ἀτελής. Δεῖ γὰρ τοῦ τέλους ἐν ἄλλῳ ὄντος, ἵνα μετασχοῦσα ἐκείνου τελεία γένηται. Καθ' αὐτὴν ἄρα ἀτελές ἐστιν ἡ τοιαύτη δύναμις· ὥστε τελεία μὲν ἡ τοῦ κατ' ἐνέργειαν δύναμις ἐνεργείας οὖσα δύναμις γόνιμος, ἀτελὴς δὲ ἡ τοῦ δυνάμει παρ' ἐκείνου κτωμένη τὸ τέλειον.

ΟΘ'. Πᾶν τὸ γινόμενον ἐκ τῆς διττῆς γίνεται δυνάμεως· καὶ γὰρ αὐτὸ δεῖ ἐπιτήδειον εἶναι, καὶ δύναμιν ἀτελῆ ἔχειν. Καὶ τὸ ποιοῦν κατ' ἐνέργειαν, οὗτω δυνάμει ἐστὶν ὑπάρχον, δύναμιν προειληφέναι

sed per ipsum Esse producit ipsum secundum ex se ipso. Si vero *detur* hoc, cum suo ipsius Esse concurrens habet ipsum *secundum* a se *manans*. Si vero *concedatur* hoc, donec erit, producet. Semper autem est, semper igitur constituit id quod *est* post ipsum. Quamobrem etiam hoc illinc semper manat, et semper cum ipso illius Semper, *quod est* per actionem, conjungit suam vim per progressum semper. Quodsi vero ipsa causa movetur, etiam id quod ab ea fit, erit mutabile secundum essentiam. Cui enim *est* ipsum Esse per motum, hoc eo, quod movetur, mutato mutat ipsum Esse. Si enim id, quod a motu *vel per motum* producitur, immutabile ipsum maneat, præstantius erit ipsâ causâ, quæ constituerit *ipsum*. Sed *hoc est* impossibile. Non igitur erit immutabile.

Mutabile igitur *erit*, et movebitur secundum *suam* essentiam, imitans illum motum, qui constituit ipsum.

LXXVII. Omne quod est potentia *sive potestate vel facultate*, ab eo *manat* quod est actu. Quod *autem* est potentia, ad id, quod actu est, progreditur. Illud quidem quod aliquo modo potentia *exsistit*, *manat* ab eo quod aliquo modo *exsistit* actu, quatenus *est illud* ipsum potentia.

Quod vero potentia est omnia, *manat* ab eo quod actu est omnia. Ipsum enim se ipsum potentia in actum producere non solet naturaliter, quia est imperfectum. Si enim causa, quæ est imperfecta, sibi ipsi esset *causa sui* finis, et actu *talis esset*, ipsa causa esset imperfectior eo quod ab ipsa factum est (*i. e. suo causato*). Non igitur quod *est* potentia, quatenus *est* potentia, sibi ipsi *est* causa illius quod est actu. Erit enim, quatenus *est* imperfectum, ipsius finis causa; siquidem omne, quod *est* potentia, quatenus *est* potentia, *est* imperfectum, quod vero *est* actu, *est* perfectum. Si igitur id quod *est* potentia, erit actu, ab aliquo alio *suum* finem habebit; et profecto vel *illud* ipsum *erit* potentia.

Sed ita quoque rursus, id quod est imperfectum, perfecti generandi vim habebit. Vel *erit* actu, et vel aliquid aliud *erit*, vel *erit* hoc ipsum, quod potentia erat id quod actu fit *et est*. Sed si quidem aliquid aliud, quod est actu, facit *aliquid* secundum suam proprietatem *id* faciens, neque potentia faciet id quod in altero est actu, neque hoc *ipsum* igitur erit actu, si non, quatenus est potentia, eatenus sit. Restat igitur, ex eo, quod est actu, *illud* quod potentia aliquid est, in id mutari quod *exsistit* actu.

LXXVIII. Omnis facultas vel perfecta est vel imperfecta. Nam illa quidem actionis ferax *et productrix* facultas *est* perfecta. Et enim alia facit perfecta per suos actus *et per suas actiones*. Quod vero *rerum* aliarum perficiendarum facultate præditum est, *illud* majorem in modum *perfectum est*, ut quod per se perfectius est. Illa vero *facultas*, quæ indiget aliquo alio, quod actu præexsistat, secundum quam aliquid est potentia, *est* imperfecta. Indiget enim illo fine, qui est in alio, ut illius facta particeps, perfecta fiat. Per se igitur imperfecta est hujusmodi facultas. Quare perfecta quidem *est* illa facultas rei, quæ actu est, quod sit actus *vel actionis* facultas ferax: illa vero *facultas*, quæ perfectionem habet illius, quod potentia *manat* ab illo *fine qui est in alio, est* imperfecta.

LXXIX. Omne quod fit, ex duplici facultate fit. Etenim ipsum oportet aptum esse *ad naturam suscipiendam, quam est habiturum*, et imperfectam facultatem habere. Et quod facit actu, cujuscumque facultate est exsistens, facultatem ante sumpsisse *oportet* perfectam.

τελείαν. Πᾶσα γὰρ ἐνέργεια ἐκ δυνάμεως τῆς ἐνούσης πρόεισιν· εἴτε γὰρ τὸ ποιοῦν μὴ ἔχοι δύναμιν, πῶς ἐνεργήσῃ καὶ ποιήσῃ εἰς ἄλλο; εἴτε τὸ γινόμενον μὴ ἔχοι τὴν κατ' ἐπιτηδειότητα δύναμιν, πῶς ἂν γένοιτο; τὸ γὰρ ποιοῦν εἰς τὸ παθεῖν δυνάμενον ποιεῖ πᾶν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ τυχόν, καὶ ὃ μὴ πέφυκεν ὑπ' αὐτοῦ πάσχειν.

Omnis enim actio ab insita facultate progreditur. Sive enim id quod facit *aliquid*, non habet *insitam ejus faciendi* facultatem, quomodo aget et faciet, *suamque actionem et effectionem exerceret* in aliud? sive id quod fit, non habet facultatem *insitam* per aptitudinem (*per quam fit, ut aptum sit ad recipiendam illam qualitatem et naturæ conditionem, quam est habiturum*), quomodo fiet? Quod enim facit *et agit*, facit *et agit* in omne quod pati potest, non autem in fortuitum quidlibet, et *in illud* quod ab ipso naturaliter pati non solet.

Π'. Πᾶν σῶμα πάσχειν καθ' αὑτὸ πέφυκε· πᾶν δὲ ἀσώματον ποιεῖν. Τὸ μὲν ἐνδρανὲς ὂν καθ' αὑτό· τὸ δὲ ἐμπαθές. Πάσχει δὲ καὶ τὸ ἀσώματον διὰ τὴν πρὸς σῶμα κοινωνίαν· ὡς δύναται, ποιεῖ καὶ τὰ σώματα διὰ τὴν τῶν ἀσωμάτων μετουσίαν.

LXXX. Omne corpus pati per se naturaliter solet: omne vero incorporeum facere *vel agere solet*. Siquidem alterum efficax est per se: alterum perturbationi obnoxium. Patitur tamen et ipsum incorporeum propter communionem quam habet cum corpore. Ut *tamen* possunt, faciunt (*agunt*) et ipsa corpora propter incorporeorum participationem.

Τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ᾗ σῶμα, διαιρετόν ἐστι μόνον, καὶ ταύτῃ παθητόν, πάντῃ ὂν μεριστόν, καὶ πάντῃ εἰς ἄπειρον. Τὸ δὲ ἀσώματον, ἁπλοῦν ὄν, ἀπαθές ἐστιν· οὔτε γὰρ διαιρεῖσθαι δύναται τὸ ἀμερές, οὔτε ἀλλοιοῦσθαι τὸ μὴ σύνθετον.

Corpus enim, quatenus *est* corpus, dividuum est tantum, et eatenus *est* patibile, *quatenus* omnino est dividuum (*q. d.* partibile) et *quidem* omnino in infinitum. Incorporeum vero, quoniam simplex est, passionis expers est, *neque quidquam pati potest*. Neque enim dividi potest id quod est partium expers *et individuum*, neque immutari *potest* illud quod non est compositum.

Ἢ οὖν οὐδὲν ἔσται ποιητικὸν, ἢ τὸ ἀσώματον, εἴπερ τὸ σῶμα, καθὸ σῶμα, οὐ ποιεῖ, πρὸς τὸ διαιρεῖσθαι μόνον καὶ πάσχειν ἐκκείμενον.

Vel igitur nihil erit *rerum aliarum* efficiens, vel ipsum incorporeum *hoc præstabit*, siquidem corpus, quatenus *est* corpus, non facit (*non agit*), quoniam ad dividendum tantum et patiendum est expositum (*quoniam ea est corporis natura, ut tantum dividi patique possit*).

Ἐπεὶ καὶ πᾶν τὸ ποιοῦν δύναμιν ἔχει ποιητικήν· ὥστε οὐ καθὸ σῶμα ποιήσει, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ ποιεῖν ἐν αὐτῷ δύναμιν· ἄποιον δὲ καὶ ἀδύναμον τὸ σῶμα καθ' αὑτό· μεθέξει ἄρα δυνάμεως ποιεῖ, ὅταν ποιῇ. Καὶ μὴν καὶ τὰ ἀσώματα παθῶν μετέχει, ἐν σώμασι γενόμενα, συνδιαιρούμενα σώμασι, καὶ ἀπολαύοντα τῆς μεριστῆς ἐκείνων φύσεως, ἀμερῆ ὄντα κατὰ τὴν ἑαυτῶν οὐσίαν.

Quia et omne quod facit *et agit*, facultatem habet *rerum* effectricem; quare *corpus*, non quatenus *est* corpus, faciet *et aget*, sed propter ipsam faciendi facultatem *insitam* in ipso. Ipsum vero corpus per se actionis et facultatis est expers. Per communionem igitur *facultatis* facit, cum facit. Quin etiam ea quæ sunt incorporea, passiones *et effectiones varias* participant, cum sunt in corporibus, quia cum ipsis corporibus dividuntur, et illorum dividua natura fruuntur, cum individua sunt secundum suam essentiam.

ΠΑ'. Πᾶν τὸ χωριστῶς μετεχόμενον, διά τινος ἀχωρίστου δυνάμεως, ἣν ἐνδίδωσι, τῷ μετέχοντι πάρεστιν. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸ χωριστὸν ὑπάρχει τοῦ μετέχοντος καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐκείνῳ, ὡς τὴν ὑπόστασιν ἐν αὐτῷ κεκτημένον· δεῖ δή τινος αὐτοῖς μεσότητος, συνεχούσης θάτερον πρὸς θάτερον, ὁμοιοτέρας τῷ μετεχομένῳ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ τῷ μετέχοντι οὔσης.

LXXXI. Omne, quod separatim *et dividue* participatur, per aliquam inseparabilem *et individuam* facultatem, quam indit *ac inserit*, ipsi participanti adest. Si enim et ipsum separabile est ab ipso participante et non est in illo, ut id quod hypostasin in se ipso possidet *et continet*, opus est ipsis aliqua medietate, quæ contineat alterum cum altero *conjunctum*, et sit similior ei, quod participatur, et quæ sit in ipso participante.

Εἰ γὰρ ἐκεῖνο χωριστόν ἐστι, πῶς τοῦτο μετέχει, μήτε αὐτὸ ἐκεῖνο ἔχον, μήτε ἄλλο ἀπ' αὐτοῦ; Δύναμις ἄρα καὶ ἔλλαμψις, ἀπ' ἐκείνου εἰς τὸ μετέχον προελθοῦσα, συνάψει ἄμφω, καὶ τὸ μὲν ἔσται, δι' οὗ ἡ μέθεξις, τὸ δὲ μετεχόμενον, τὸ δὲ μετέχον.

Si enim illud est separabile, quomodo hoc participat, cum nec ipsum illud habeat, nec aliud ab ipso *manans*? Facultas igitur et illuminatio, ab illo in ipsum participans progressa, conjunget ambo. Et unum quidem erit *illud*, per quod *fit* ipsa participatio *et communicatio*, alterum vero id, quod participatur, tertium vero ipsum participans.

ΠΒ'. Πᾶν ἀσώματον, πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν ὄν, ὑπ' ἄλλων μετεχόμενον, χωριστῶς μετέχεται· εἰ γὰρ ἀχωρίστως, ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ οὐκ ἔσται χωριστὴ τοῦ μετέχοντος, ὥσπερ οὐδὲ ἡ οὐσία. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς ἑαυτό. Ἐπιστρέψαν γὰρ ἔσται τοῦ μετέχοντος χωρὶς, ἄλλου ὄντος τὸ αὐτὸ ἄλλο ὄν· εἰ ἄρα δύναται πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφειν, χωριστῶς μετέχεται, ὅταν μετέχηται ὑπ' ἄλλων.

LXXXII. Omne incorporeum, cum ad se ipsum revertendi facultate præditum sit, cum ab aliis participatur, separabiliter *atque dividue* participatur. Si enim inseparabiliter *et individue participaretur*, ipsius actio non esset separabilis *atque dividua* ab ipso participante, quemadmodum ne ipsa quidem essentia. Si vero *detur* hoc *ipsum incorporeum* non revertetur ad se ipsum. Nam si revertatur, erit separatim, ab ipso participante, et idem erit aliud *ac diversum* ab eo quod est aliud *et diversum*. Si igitur potest ad se ipsum reverti, separabiliter participatur, cum ab aliis participatur.

ΠΓ'. Πᾶν τὸ ἑαυτοῦ γνωστικὸν, πρὸς ἑαυτὸ πάντῃ ἐπιστρεπτικόν ἐστιν· ὅτι μὲν γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ πρὸς ἑαυτὸ

LXXXIII. Omne quod sui ipsius cognoscendi facultatem habet, ad se ipsum omnino revertendi facultate præditum est. Quod enim ipso actu ad se ipsum revertatur, ut

πιστρέφει, γινῶσκον ἑαυτὸ, δῆλον· ἓν γάρ ἐστι τὸ γινῶσκον, καὶ τὸ γινωσκόμενον. Καὶ ἡ γνῶσις ἑαυτοῦ πρὸς ἑαυτὸ ὡς γνωστόν· ὡς μὲν γινώσκοντος, ἐνέργειά τις οὖσα. Αὐτοῦ δὲ πρὸς αὐτὸ, διότι ἑαυτοῦ γνωστικόν ἐστιν· ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ τῇ οὐσίᾳ, εἰ τῇ ἐνεργείᾳ, δέδεικται. Πᾶν γὰρ τὸ τῷ ἐνεργεῖν πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν καὶ οὐσίαν ἔχει πρὸς ἑαυτὴν συννεύουσαν, καὶ ἐν ἑαυτῇ οὖσαν.

ΠΔ'. Πᾶν τὸ ἀεὶ ὂν ἀπειροδύναμόν ἐστιν· εἰ γὰρ ἀνέκλειπτός ἐστιν αὐτῆς ἡ ὑπόστασις καὶ ἡ δύναμις, καθ' ἣν ἐστιν, ὅ ἐστι καὶ εἶναι δύναται, ἄπειρός ἐστι. Πεπερασμένη γὰρ οὖσα ἡ κατὰ τὸ εἶναι δύναμις, ἀπολίποι ἄν ποτε· ἀπολιποῦσα δὲ, καὶ τὸ εἶναι τοῦ ἔχοντος αὐτὴν ἀπολίποι καὶ οὐκέτ' ἂν ἀεὶ ὂν ὑπάρχοι. Δεῖ ἄρα τὴν τοῦ ὄντος ἀεὶ δύναμιν τὴν συνέχουσαν αὐτὸ κατὰ τὴν οὐσίαν ἄπειρον εἶναι.

ΠΕ'. Πᾶν τὸ ἀεὶ γινόμενον ἄπειρον τοῦ γίνεσθαι δύναμιν ἔχει· εἰ γὰρ ἀεὶ γίνεται, ἀνέκλειπτός ἐστιν ἡ τῆς γενέσεως ἐν αὐτῷ δύναμις. Πεπερασμένη γὰρ οὖσα ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ παύσεται· παυσαμένης δὲ τῆς τοῦ γίνεσθαι δυνάμεως παύσαιτο ἂν καὶ τὸ γινόμενον κατ' αὐτὴν γινόμενον, καὶ οὐκέτ' ἂν ἀεὶ γινόμενον εἴη. Ἀλλὰ μὴν ἀεὶ ὑπόκειται γινόμενον· ἄπειρον ἄρα ἔχει τὴν τοῦ γίνεσθαι δύναμιν.

ΠϚ'. Πᾶν τὸ ὄντως ὂν τῷ ὄντι ἄπειρόν ἐστιν, οὔτε κατὰ τὸ πλῆθος, οὔτε κατὰ τὸ μέγεθος, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν μόνην.

Πᾶν μὲν γὰρ ἄπειρον ἢ ἐν ποσῷ ἐστιν, ἢ ἐν πηλίκῳ, ἢ ἐν δυνάμει. Τὸ δὲ ἀεὶ ὄν, ἄπειρον μὲν, ὡς ἀσθεστον ἔχον τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ὕπαρξιν ἀνέκλειπτον, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀνελάττωτον· οὔτε δὲ διὰ μέγεθός ἐστιν ἄπειρον· ἀμέγεθες γὰρ τὸ ὄντως ὂν αὐθυποστάτως ὄν· πᾶν γὰρ τὸ αὐθυποστάτως ὂν ἀμερές ἐστι καὶ ἁπλοῦν.

Οὔτε διὰ πλῆθος· ἐνοειδέστατον γάρ, ἅτε ἐγγυτάτω τοῦ ἑνὸς τεταγμένον, καὶ τῷ ἑνὶ συγγενέστατον. Ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἄπειρον ἐκεῖνο· διὸ κατὰ ταὐτὸν ἀμερὲς ἐκεῖνο καὶ ἄπειρον· καὶ ὅσῳ δὴ μᾶλλον ἓν καὶ μᾶλλον ἀμερὲς, τοσούτῳ καὶ ἄπειρον μᾶλλον. Ἡ γὰρ μεριζομένη δύναμις ἀσθενὴς ἤδη καὶ πεπερασμένη, καὶ εἴ γε πάντῃ μερισταὶ δυνάμεις πεπερασμέναι πάντως εἰσίν· αἱ γὰρ ἔσχαται καὶ πορρωτάτω τοῦ ἑνὸς, διὰ τὸν μερισμὸν πεπερασμέναι πώς εἰσιν.

Αἱ δὲ πρῶται, διὰ τὴν ἀμέρειαν, ἄπειροι· ὁ μὲν γὰρ μερισμὸς διαφορεῖ καὶ ἐκλύει τὴν ἑκάστου δύναμιν· ἡ δὲ ἀμέρεια σφίγγουσα καὶ συσπειρῶσα ἀνέκλειπτον αὐτὴν καὶ ἀνελάττωτον ἐν ἑαυτῇ συνέχει.

Ἀλλὰ μὴν ἡ κατὰ μέγεθος ἀπειρία, καὶ ἡ κατὰ πλῆθος, στέρησίς ἐστι πάντῃ τῆς ἀμερείας καὶ ἀπότωσις· ἐγγυτάτω μὲν γὰρ τοῦ ἀμεροῦς τὸ πεπερασμέ-

ipsum cognoscens, perspicuum *est*. Quod enim cognoscit, et quod cognoscitur, est unum. Et ipsa sui ipsius cognitio ad se ipsam *revertitur*, ut id quod est cognitum *atque notum*; quatenus quidem *ipsa cognitio est* cognoscentis, *ad se ipsam revertitur*, quoniam est actio quædam. Ipsius vero *cognitio revertitur* ad ipsum, quoniam *hoc* sui ipsius cognoscendi facultate præditum est; verum quod et per ipsam essentiam *hoc fiat*, si per actionem *fiat*, *jam* demonstratum est. Omne enim *quod ad se ipsum revertitur* per ipsam actionem, ad se ipsum revertendi facultate præditum *est* et essentiam habet, quæ ad se ipsam vergit *et spectat*, et in se ipsa est.

LXXXIV. Omne quod semper est, infinita potentia præditum est. Si enim nunquam deficiens est ipsius hypostasis et facultas, par quam est *illud*, quod est et esse potest, est infinita. Si enim illa facultas, quæ propter ipsum esse est *talis*, *qualis est*, finita esset, deficeret aliquando; si vero deficeret, et ipsum Esse illius, quod ipsam haberet, deficeret, et non amplius esset semper exsistens. Oportet igitur illam facultatem, quæ est ejus quod semper est, et quæ continet ipsum, secundum suam essentiam infinitam esse.

LXXXV. Omne quod semper fit, infinitam ipsius fieri potestatem habet. Si enim semper fit, nunquam deficiens est generationis *et ortus* in ipso potestas. Nam si sit finita, in infinito tempore cessabit. Cessante vero ipsius Fieri potestate, cessaret etiam *id* quod fit, propter Ipsam *potestatem* fieri, et non amplius erit id, quod semper fit. Sed tamen proponitur ut quod semper fit. Infinitam igitur habet Ipsius Fieri potestatem.

LXXXVI. Omne quod vere est, revera infinitum est, neque secundum multitudinem, neque secundum magnitudinem, sed secundum solam potentiam.

Nam omne infinitum vel in *multitudinis numerique* quantitate est, vel in *rerum* magnitudine, vel in potestate. Quod vero semper est, infinitum quidem *est*, ut id quod habet inexstinctam *atque perpetuam* vitam, et substantiam nunquam deficientem, et actionem non imminutam; neque vero propter magnitudinem est infinitum; quod enim vere est, magnitudinis expers *est*, quis per naturam per se subsistentem est. Omne enim quod per naturam per se subsistentem est, est partium expers, *et individuum*, et simplex.

Neque propter multitudinem; uni simillimum enim *est*, utpote quod collocatum est proxime ipsum Unum, et quod est ipsi Uni cognatione conjunctissimum. Sed illud *est* infinitum propter ipsam potestatem. Quamobrem propter idem (*i. e. propter eandem causam*) illud *est* partium expers et infinitum. Et quo magis *est* Unum et magis partium expers *sive individuum*, eo magis etiam est infinitum. Potestas enim, quæ partitur *et in partes dividitur*, infirma jam *est* et finita, et ipsæ potestates omnino partitæ *atque dividuæ* sunt omnino finitæ. Extremæ enim et ab Uno remotissimæ *potestates*, propter partitionem, finitæ quodammodo sunt.

Primæ vero, propter expertem partitionis rationem, *sunt* infinitæ. Nam partitio dissipat et dissolvit uniuscujusque *rei* potestatem *et vires*: sed partitionis expers ratio *res ipsas* constringens et conspirans (*in spiras contrahens et colligens*), ipsam *rei cujusque potestatem* nunquam deficientem et non imminutam in se ipsa continet.

Sed tamen ipsa secundum magnitudinem et secundum multitudinem infinitas est omnino privatio illius rationis, quæ partitionis est expers, et prolapsio *quædam*. Id enim, quod est finitum, proxime accedit ad illud, quod est par-

νον, πορρωτάτω δὲ τὸ ἄπειρον, πάντῃ τοῦ ἑνὸς ἐκβεβηκός.

Οὐκ ἄρα τὸ κατὰ δύναμιν ἄπειρον ἐν ἀπείρῳ κατὰ πλῆθός ἐστιν ἢ μέγεθος, εἴπερ ἡ μὲν ἄπειρος δύναμις τῇ ἀμερείᾳ σύνεστι· τὸ δὲ πλήθει ἢ μεγέθει ἄπειρον πορρωτάτω τοῦ ἀμεροῦς ἐστιν. Εἰ οὖν τὸ ὂν μεγέθει ἦν ἢ πλήθει ἄπειρον, οὐκ ἂν ἀπειροδύναμον ἦν· ἀλλὰ μὴν ἀπειροδύναμόν ἐστιν· οὐκ ἄρα κατὰ πλῆθός ἐστιν ἢ μέγεθος.

ΠΖ'. Πᾶν μὲν τὸ αἰώνιον ὄν ἐστιν, οὐ πᾶν δὲ τὸ ὂν αἰώνιον. Καὶ γὰρ τοῖς γεννητοῖς ὑπάρχει πως τοῦ ὄντος μέθεξις, καθ' ὅσον οὐκ ἔστι ταῦτα τὸ μηδαμῶς ὄν· εἰ δὲ μή ἐστι τὸ γινόμενον οὐδαμῶς ὄν, ἔστι πως ὄν. Τὸ δὲ αἰώνιον οὐδαμῇ τοῖς γεννητοῖς ὑπάρχει, καὶ μάλισθ' ὅσα μηδὲ τῆς κατὰ χρόνον τὸν ὅλον ἀϊδιότητος μετέληφεν. Ἀλλὰ μὴν πᾶν τὸ αἰώνιον ἀεί ἐστι.

Μετέχει γὰρ αἰῶνος, ὃς τὸ ἀεί τι εἶναι δίδωσιν, ὑφ' ὧν ἂν μετέχηται. Τὸ ἄρα ὂν ὑπὸ πλειόνων μετέχεται, ἢ ὁ αἰών. Ἐπέκεινα ἄρα τοῦ αἰῶνος τὸ ὄν· οἷς μὲν γὰρ τοῦ αἰῶνος μέτεστι, καὶ τοῦ ὄντος· οἷς δὲ τοῦ ὄντος, οὐ πᾶσι καὶ αἰῶνος.

ΠΗ'. Πᾶν τὸ ὄντως ὂν ἢ πρὸ αἰῶνός ἐστιν, ἢ ἐν τῷ αἰῶνι, ἢ μετέχον αἰῶνος. Ὅτι μὲν γάρ ἐστι πρὸ αἰῶνος, δέδεικται. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ αἰῶνι· ὁ γὰρ αἰὼν τὸ ἀεὶ μετὰ τοῦ ὄντος ἔχει καὶ τὸ μετέχον αἰῶνος· τὸ γὰρ αἰώνιον πᾶν μεθέξει καὶ τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ ὄντος. Τοῦτο μὲν κατὰ μέθεξιν ἄμφω ἔχει, καὶ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ ὄν· ὁ δὲ αἰὼν τὸ μὲν ἀεὶ πρώτως, τὸ δὲ ὂν κατὰ μέθεξιν· τὸ δὲ ὂν αὐτὸ πρώτως ὄν ἐστιν.

ΠΘ'. Πᾶν τὸ ὄντως ὂν ἐκ πέρατός ἐστι καὶ ἀπείρου. Εἰ γὰρ ἀπειροδύναμόν ἐστι, δῆλον ὅτι ἄπειρόν ἐστί, καὶ ταύτῃ ἐκ τοῦ ἀπείρου ὑφέστηκεν· εἰ δὲ ἀμερὲς καὶ ἑνοειδές, ταύτῃ πέρατος μετέληφε· τὸ γὰρ ἑνὸς μετασχὸν πεπέρασται. Ἀλλὰ μὴν ἀμερὲς ἅμα καὶ ἀπειροδύναμόν ἐστιν. Ἐκ πέρατος ἄρα ἐστὶ καὶ ἀπείρου πᾶν τὸ ὄντως ὄν.

Ϛ'. Πάντων τῶν ἐκ πέρατος καὶ ἀπειρίας ὑποστάντων προϋπάρχει καθ' αὐτὰ τὸ πρῶτον πέρας καὶ ἡ πρώτη ἀπειρία. Εἰ γὰρ τῶν τινος ὄντων τὰ ἐφ' ἑαυτῶν ὄντα προϋφέστηκεν, ὡς κοινὰ πάντων καὶ ἀρχηγικὰ αἴτια καὶ μή τινων, ἀλλὰ πάντων ἁπλῶς, δεῖ πρὸ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τὸ πρῶτον πέρας καὶ τὸ πρῶτον ἄπειρον· τὸ γὰρ ἐν τῷ μικτῷ πέρας ἀπειρίας ἐστὶ μετειληφὸς καὶ τὸ ἄπειρον πέρατος. Τὸ δὲ πρῶτον ἑκάστου οὐκ ἄλλο ἐστὶν, ἢ ὅ ἐστιν· οὐκ ἄρα δεῖ περατοειδὲς εἶναι τὸ πρώτως ἄπειρον, καὶ ἀπειροειδὲς τὸ πρῶτον πέρας. Πρὸ τοῦ μικροῦ ἄρα ταῦτα πρώτως.

ΖΑ'. Πᾶσα δύναμις ἢ πεπερασμένη ἐστὶν ἢ ἄπειρος· ἀλλ' ἡ μὲν πεπερασμένη πᾶσα ἐκ τῆς ἀπείρου δυνάμεως ὑφέστηκεν· ἡ δὲ ἄπειρος δύναμις ἐκ τῆς πρώτης ἀπειρίας· αἱ μὲν γὰρ ποτὲ οὖσαι δυνάμεις πεπερασμέναι εἰσὶ, τῆς τοῦ ἀεὶ εἶναι ἀπειρίας ἀποπεσοῦσαι· αἱ δὲ τῶν ἀεὶ ὄντων ἄπειροι, μηδέποτε τὴν ἑαυτῶν ἀπολιποῦσαι ὕπαρξιν.

tium expers, longissime vero distat id quod est infinitum, quippe quod prorsus ex Uno excesserit.

Non igit ur illud, quod propter *suam* potestatem est infinitum, in infinito est secundum multitudinem vel magnitudinem, siquidem infinita potestas cum partitionis experte ratione est *conjuncta*. Quod vero multitudine vel magnitudine *est* infinitum, est remotissimum ab eo quod est partium expers. Si igitur illud quod est, magnitudine vel multitudine esset infinitum, non esset infinita potestate præditum. Atqui infinita potestate præditum est; non igitur secundum multitudinem vel magnitudinem est *infinitum*.

LXXXVII. Omne quidem æternum est Ens: sed non omne Ens *est* æternum. Etenim generatis *rebus* est quodammodo Entis communicatio, quatenus hæc non sunt id quod nullo modo est Ens. Si vero id quod fit, non est ullo modo Ens, est aliquo modo Ens. Id vero quod est æternum, nullo modo *rebus* generatis suppetit, et præcipue quæcumque ne illam quidem æternitatem participant, quæ versatur in universo *totoque* tempore. Verumtamen omne æternum semper est.

Particeps enim est Ævi, quod ipsum semper aliquid esse dat *rebus illis* a quibus participatur. Ens igitur a pluribus participatur, quam Ævum. Ens igitur est supra *vel ante* Ævum. Quæcumque enim participant Ævum et ipsum Ens *eadem participant;* quæ vero *participant* Ens, non etiam *illa* omnia *participant* Ævum.

LXXXVIII. Omne quod vere est Ens, vel ante Ævum est, vel in ipso Ævo, vel particeps est Ævi. Quod autem sit ante Ævum, demonstratum est. Quia etiam *est* in ipso Ævo. Nam Ævum habet ipsum semper cum ipso Ente [αἰών, *q. d.* ἀεὶ ὤν, *i. e. semper ens s. exsistens*]; et id quod particeps est Ævi. Omne enim æternum participabit et id quod semper est, et ens. Hoc autem per communicationem ambo habet, *scilicet* et ipsum Semper et ipsum Ens. Ævum vero *habet* ipsum quidem Semper primo, Ens vero per communicationem. Ipsum vero primo Ens est Ens.

LXXXIX. Omne verum Ens ex fine et infinito est. Si enim infinita potestate præditum est, perspicuum *est* quod infinitum est, et hac de causa ex infinito constat. Si vero partium expers *est* et Uni simile, hac de causa particeps est finis. Quod enim particeps est Unius, *illud* est finitum. Atqui partium expers *est* et simul infinita potestate præditum est. Ex fine igitur et infinito est illud omne, quod est vere Ens.

XC. Ante omnia quæ ex fine et infinitate constant, *et quæ per hæc duo subsistunt*, per se exsistunt primus finis, et prima infinitas. Si enim ante ea quæ alicui obnoxia sunt, subsistunt ea quæ libera sunt, nec aliunde pendentia, ut communes omnium et principales causæ et non aliquorum, sed omnium simpliciter *et generaliter*, oportet ante id quod ex ambobus nascitur, esse primum finem et id, quod primo est infinitum. Finis enim, qui *continetur* in eo quod mixtum est, infinitatis est particeps, et ipsum infinitum *est particeps ipsius* finis. Uniuscujusque vero *rei* id, quod primum est, non aliud est, quam *illud ipsum* quod est. Non igitur oportet fini simile esse id quod primo est infinitum, et infinito simulem *esse* primum finem. Hæc igitur primo *sunt* ante id quod est mixtum.

XCI. Omnis potestas vel est finita vel infinita. Sed omnis quidem finita *potestas* ab infinita potestate *manans* subsistit; infinita vero potestas *manat* a prima infinitate. Nam illæ quidem potestates, quæ quondam *et aliquando* sunt, finitæ sunt, quoniam exciderunt ex infinitate ipsius Semper esse: quæ vero *sunt* eorum, quæ semper sunt, infinitæ *sunt*, quia nunquam suam substantiam *atque naturam* deseruerunt.

ΚΒ'. Πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἀπείρων δυνάμεων μιᾶς ἤρτηται τῆς πρώτης ἀπειρίας, ἥτις οὐχ ὡς μετεχομένη δυναμίς ἐστιν, οὐδὲ ἐν τοῖς δυναμένοις ὑφέστηκεν, ἀλλὰ καθ' αὑτήν, οὗ τινος οὖσα δύναμις τοῦ μετέχοντος, ἀλλὰ πάντων αἰτία τῶν ὄντων· εἰ γὰρ καὶ τὸ ὂν αὐτὸ τὸ πρῶτον ἔχει δύναμιν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἡ αὐτοδύναμις· ἔχει γὰρ καὶ πέρας. Ἡ δὲ πρώτη δύναμις ἀπειρία ἐστίν· αἱ γὰρ ἄπειροι δυνάμεις διὰ μετουσίαν ἀπειρίας ἄπειροι.

Ἡ οὖν αὐτοαπειρία πρὸ πασῶν ἔσται δυνάμεων, δι' ἣν καὶ τὸ ὂν ἀπειροδύναμον, καὶ πάντα μετέσχεν ἀπειρίας· οὔτε γὰρ τὸ πρῶτον ἡ ἀπειρία (μέτρον γὰρ πάντων ἐκεῖνο, τἀγαθὸν ὑπάρχον καὶ ἕν) οὔτε τὸ ὂν· ἄπειρον γὰρ τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἀπειρία. Μεταξὺ ἄρα τοῦ πρώτου καὶ τοῦ ὄντος ἡ ἀπειρία πάντων αἰτία τῶν ἀπειροδυνάμων, καὶ αἰτία πάσης τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀπειρίας.

ΚΓ'. Πᾶν τὸ ἄπειρον ἐν τοῖς οὖσιν οὔτε τοῖς ὑπερκειμένοις ἀπειρόν ἐστιν οὔτε ἑαυτῷ· ᾧ γὰρ ἄπειρον ἕκαστον, τούτῳ καὶ ἀπερίγραφον ὑπάρχει. Πᾶν δὲ ἐν ἐκείνοις ἑαυτῷ τε ὥρισται καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ πᾶσι.

Μόνης δὴ λείπεται τοῖς καταδεεστέροις ἄπειρον εἶναι τὸ ἐν ἐκείνοις ἄπειρον, ὧν ὑπερήπλωται τῇ δυνάμει τοσοῦτον, ὥστε πᾶσιν αὐτοῖς ἀπερίληπτον ὑπάρχειν· κἂν γὰρ ἐφ' ὅσονοῦν ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸ ἀνατείνηται, ἀλλ' ἔχει τι πάντως ἀπ' αὐτῶν ἐξῃρημένον· κἂν εἰσῇ πάντα εἰς αὐτό, ἀλλ' ἔχει τι κρύφιον τοῖς δευτέροις καὶ ἀπαλήπτον.

Κἂν ἐξελίττῃ τὰς ἐν αὐτῷ δυνάμεις, ἀλλ' ἔχει τι δι' ἕνωσιν ἀνυπέρβλητον, συνεσπειραμένον, ἐκβεβηκὸς τῆς ἐκείνων ἀνελίξεως· ἑαυτὸ δὲ συνέχον καὶ ὁρίζον οὐκ ἂν ἑαυτῷ ἄπειρον ὑπάρχοι, οὐδὲ πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὑπερκειμένοις, μοῖραν ἔχον τῆς ἐν ἐκείνοις ἀπειρίας· ἀπειρότερα γὰρ αἱ τῶν ὁλικωτέρων δυνάμεις, ὁλικώτεραι οὖσαι καὶ ἐγγυτέρω τεταγμέναι τῆς πρωτίστης ἀπειρίας.

ΚΔ'. Πᾶσα μὲν ἀϊδιότης ἀπειρία τίς ἐστιν· οὐ πᾶσα δὲ ἀπειρία ἀϊδιότης. Πολλὰ γὰρ τῶν ἀπείρων οὐ διὰ τὸ ἀεὶ ἔχειν τὸ ἄπειρον, ὥσπερ καὶ ἡ κατὰ τὸ ποσὸν ἀπειρία, καὶ ἡ κατὰ τὸ πηλίκον, καὶ ἡ τῆς ὕλης ἀπειρία.

Καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἢ διὰ τὸ ἀδιεξίτητον ἄπειρον ὑπάρχον, ἢ διὰ τὸ ἀόριστον τῆς οὐσίας· ὅτι δ' ἡ ἀϊδιότης ἀπειρία δῆλον. Τὸ γὰρ μηδέποτε ἐπιλεῖπον ἄπειρον· τοῦτο δὲ τὸ ἀεὶ τὴν ὑπόστασιν ἀνέκλειπτον ἔχον. Ἡ ἄρα ἀπειρία πρὸ τῆς ἀϊδιότητός ἐστι· τὸ γὰρ πλειόνων ὑποστατικὸν καὶ ὁλικώτερον αἰτιώτερόν ἐστιν. Ἐπέκεινα ἄρα τοῦ αἰῶνος ἡ πρώτη ἀπειρία, καὶ ἡ αὐτοαπειρία πρὸ αἰῶνος.

ΚΕ'. Πᾶσα δύναμις, ἐνικωτέρα οὖσα, τῆς πληθυνομένης ἀπειροτέρα· εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἀπειρία τοῦ ἑνὸς ἐγγυτάτω, καὶ τῶν δυνάμεων ἡ τῷ ἑνὶ συγγενεστέρα τῆς ἀφισταμένης ἐκείνου μειζόνως ἄπειρος· πληθυνομένη γὰρ ἀπόλλυσι τὸ ἑνοειδὲς, ἐν ᾧ μένουσα

XCII. Omnis multitudo infinitarum potestatum ex una prima infinitate pendet, quæ non ut participata potestas est, neque subsistit in iis quæ possunt *aliquid efficere*, sed per se, nullius participantis exsistens potestas, sed omnium Entium *exsistens* causa. Quamvis enim et ipsum Ens, quod est primum potestatem habeat : non tamen est ipsa per se subsistens potestas ; habet enim etiam finem. Prima vero potestas est infinitas. Nam infinitæ potestates propter communionem infinitatis *sunt* infinitæ.

Ergo illa per se subsistens infinitas erit ante omnes potestates, propter quam et ipsum Ens *est* infinita potestate præditum, et omnia participant infinitatem. Neque enim id quod primum est, est ipsa infinitas (illud enim *primum est* omnium mensura, quoniam *est* ipsum Bonum et Unum) neque *est* ipsum Ens. Hoc enim *est* infinitum, non autem infinitas. Inter illud igitur quod est Primum, et ipsum Ens infinitas *est* omnium infinita potestate præditorum causa, et causa omnis etiam infinitatis, quæ est in Entibus.

XCIII. Omne infinitum in ipsis Entibus neque superioribus est infinitum neque sibi ipsi. Quo enim unumquodque est infinitum, hoc ipso etiam est incircumscriptum. Omne vero, quod in illis est, et sibi ipsi est definitum et omnibus ante ipsum *exsistentibus*.

Solis igitur restat *deterioribus ac* inferioribus infinitum esse, quod in illis est infinitum, supra quæ explicatum est ipsa potestate adeo, ut omnibus sit comprehendendi facultate carens. Quamvis enim quantumvis illa ad ipsum dirigantur *et contendant*, attamen habet prorsus ab ipsis *naturam separatam et ex ipsis* exemptam. Et quamvis omnia ingrediantur in ipsum, attamen habet aliquid occultum secundis et incomprehensum.

Et quamvis explicet potestates *et vires comprehensas* in se ipso, tamen habet aliquid propter unionem (*unitatem*) insuperabile, in spiras contractum, excedens ex illorum explicatione. Se ipsum vero continens et finiens (*finibus circumscribens*), nequaquam sibi ipsi infinitum erit, neque multo magis (*i. e. et multo minus*) *erit infinitum* superioribus, portionem habens infinitatis in illis *exsistentis*. Universaliorum enim *rerum* potestates *sunt* infinitiores, quia sunt universaliores et propius primam infinitatem collocatæ.

XCIV. Omnis quidem æternitas est infinitas quædam; non omnis vero infinitas *est* æternitas. Multa enim infinita non propter ipsum Semper habent infinitum, ut et ipsa secundum quantum *vel secundum quantitatem* infinitas, et illa secundum magnum (*magnitudinem*) *infinitas*, et materiæ infinitas.

Et si quid aliud *est* hujusmodi, quod sit infinitum vel propter suam naturam, quæ percurri non potest, vel propter indefinitam suæ essentiæ vim. Quod vero æternitas *est* infinitas, *est* perspicuum. Quod enim nunquam deficit, *est* infinitum. Illud enim *dicitur infinitum*, quod hypostasin *atque naturam* nunquam deficientem habet. Ergo ipsa infinitas est ante æternitatem. Quod enim plurium constituendorum vim habet, et *quod est* universalius, *illud* est principalior causa. Ergo prima infinitas est ante ipsum Ævum, et ipsa per se subsistens infinitas *est* ante Ævum.

XCV. Omnis potestas quæ singularior est, *est* infinitior eâ quæ multiplicatur. Si enim prima infinitas Uni per cognationem conjunctissima est; etiam quæ potentiarum Uni magis cognata est, majorem in modum infinita est, quam ea quæ ab illo *Uno* deficit. Cum enim multiplicatur, amittit suam Uni similem formam, in qua manens præ ce-

τὴν πρὸς τὰς ἄλλας εἶχεν ὑπεροχήν, συνεχομένη διὰ τὴν ἀμέρειαν. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς μεριστοῖς αἱ δυνάμεις συναγόμεναι μὲν ἑνίζονται, μεριζόμεναι δὲ πολλαπλασιάζονται καὶ ἀμυδροῦνται.

ϛϚ'. Παντὸς πεπερασμένου σώματος ἡ δύναμις, ἄπειρος οὖσα, ἀσώματός ἐστιν· εἰ γὰρ σωματική, εἰ μὲν τὸ σῶμα τοῦτο ἄπειρον, ἔσται ἐν πεπερασμένῳ ἄπειρον· εἰ δὲ πεπερασμένον, οὐ καθὸ σῶμα, ἄρα κατὰ τοῦτο δύναμίς ἐστιν. Εἰ γὰρ, ᾗ σῶμα, πεπέρασται, ᾗ δὲ δύναμις, ἄπειρος, οὐκ ἔσται, καθὸ σῶμα, δύναμις. Ἀσώματος ἄρα ἡ ἐν τῷ πεπερασμένῳ σώματι δύναμις ἐνοῦσα ἄπειρος.

ϛZ'. Πᾶν τὸ καθ' ἑκάστην σειρὰν ἀρχικὸν αἴτιον τῇ σειρᾷ πάσῃ τῆς ἑαυτοῦ μεταδίδωσιν ἰδιότητος. Καὶ ὅ ἐστιν ἐκεῖνο πρώτως, τοῦτό ἐστιν αὕτη καθ' ὕφεσιν. Εἰ γὰρ ἡγεῖται τῆς ὅλης σειρᾶς, καὶ πάντα τὰ σύστοιχα πρὸς αὐτὸ συντέτακται, δῆλον δὴ ὅτι πᾶσι τὴν μίαν ἰδέαν, καθ' ἣν ὑπὸ τὴν αὐτὴν τέτακται σειρὰν, ἐκεῖνο δίδωσιν· ἡ γὰρ ἀναιτίως πάντα τῆς πρὸς ἐκεῖνο μετέσχεν ὁμοιότητος, ἢ ἀπ' ἐκείνου τὸ ταὐτὸν ἐν πᾶσιν. Ἀλλὰ τὸ ἀναιτίως ἀδύνατον· τὸ γὰρ ἀναιτίως, καὶ αὐτόματον· τὸ δὲ αὐτόματον, ἐν οἷς τάξις ἔστι, καὶ ἀλληλουχία, καὶ τὸ ἀεὶ ὡσαύτως, οὐκ ἂν ποτε γένοιτο.

Ἀπ' ἐκείνου ἄρα τὴν ἰδιότητα τῆς ἐκείνου ὑποστάσεως πᾶσα δέχεται ἡ σειρά. Εἰ δὲ ἀπ' ἐκείνου, φανερὸν ὅτι μετὰ ὑφέσεως καὶ τῆς προσηκούσης τοῖς δευτέροις ὑποβάσεως.

Ἡ γὰρ ὁμοίως ἔν τε τῷ ἡγουμένῳ καὶ ἐν τοῖς δευτέροις ἡ ἰδιότης ὑπάρχει, καί πως τὸ μὲν ἡγεῖται, τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνο τὴν ὑπόστασιν ἔλαχεν· ἡ ἀνομοίως· καὶ εἰ τοῦτο, δῆλον ὡς ἀφ' ἑνὸς τῷ πλήθει τὸ ταὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἔμπαλιν. Καὶ δευτέρως ἐστὶν ἐν τῷ πλήθει τὸ πρώτως ἐν τῷ ἑνὶ προϋπάρχον ἰδίωμα τῆς σειρᾶς ἐξαίρετον.

ϛH'. Πᾶν αἴτιον χωριστὸν πανταχοῦ ἐστιν ἅμα καὶ οὐδαμοῦ· τῇ μὲν γὰρ μεταδόσει τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἐστι πανταχοῦ. Τοῦτο γάρ ἐστιν αἴτιον τὸ πληρωτικὸν τῶν μεταλαγχάνειν αὐτοῦ πεφυκότων, καὶ ἀρχικὸν τῶν δευτέρων πάντων, καὶ παρὸν πᾶσι, ταῖς τῶν ἐλλάμψεων γονίμοις προόδοις· τῇ δὲ ἀμίκτῳ πρὸς τὰ ἐν τόπῳ ὄντα οὐσίᾳ καὶ τῇ ἐξηρημένῃ καθαρότητι οὐδαμοῦ ἐστιν· εἰ γὰρ χωριστόν ἐστιν, ὑπερίδρυται πάντων.

Ὡσαύτως καὶ ἐν οὐδενί ἐστι τῶν ἑαυτοῦ καταδεεστέρων. Εἴτε γὰρ πανταχοῦ μόνον ἦν, αἴτιον μὲν εἶναι οὐκ ἐκωλύετο, καὶ ἐν πᾶσιν εἶναι τοῖς μετέχουσι· πρὸ πάντων δὲ οὐκ ἂν ἦν χωριστῶς· εἴτε οὐδαμοῦ, τοῦ πανταχοῦ χωρὶς, πρὸ πάντων μὲν εἶναι οὐκ ἐκωλύετο, καὶ μηδενὸς εἶναι τῶν ὑποδεεστέρων.

Ἐν πᾶσι δὲ οὐκ ἂν ἦν, ὡς τὰ αἴτια πέφυκεν ἐν τοῖς αἰτιατοῖς εἶναι, ταῖς ἑαυτῶν ἀφθόνοις μεταδόσεσιν. Ἵν' οὖν καὶ αἴτιον ὑπάρχον ἐν πᾶσιν ᾖ τοῖς δυναμένοις μετέχειν, καὶ χωριστὸν ὂν ἐφ' ἑαυτοῦ πρὸ

teris habebat excellentiam, quia continetur propter partium expertem rationem. Etenim in ipsis partitis *dividuisque rebus* ipsæ potestates, congregatæ quidem uniuntur, partitæ vero *ac in partes divisæ* multiplicantur ac debilitantur.

XCVI. Omnis finiti corporis potestas, quæ est infinita, est incorporea. Si enim corporea *esset*, si quidem corpus hoc *esset* infinitum, esset in finito infinitum : si vero finitum, ergo non quatenus *est* corpus, eatenus *et ideo* potestas est. Si enim, quatenus *est* corpus, *eatenus* est finitum, quatenus vero *est* potestas, *eatenus est potestas* infinita, non erit, quatenus *est* corpus, potestas. Incorporea igitur *est* illa potestas, quæ inest corpori finito infinita.

XCVII. Omnis principalis causa, quæ est in unaquaque serie, omni *totique* seriei suam impertit proprietatem. Et quod est illud primo, hoc est ista *series* per remissionem. Si enim *principalis causa* præest toti seriei, et omnia cognata collocata sunt cum ipsa, perspicuum *est*, quod omnibus unicam ideam, propter quam sub eadem serie collocatur, illud dat. Vel enim sine causa omnia participant similitudinem, *quam habent* cum illa *principali causa*, vel ad illa *manat* ipsum Idem *sive ipsa Identitas*, *quæ est* in omnibus. Sed illud sine causa *est* impossibile (*i. e. Fieri non potest, ut aliquid sine causa fiat*). Quod enim *est* sine causa, *illud est* etiam spontaneum *et fortuitum*. Spontaneum vero nunquam fuerit *in illis rebus*, in quibus est ordo *certus*, et mutua cohærentia, et ipsum Semper eodem modo.

Ab illa igitur *principali causa* omnis series accipit illius *principalis causæ* proprietatem hypostaseos *atque naturæ*, *per quam subsistit*. Si vero *proprietatem accipit* ab illa, perspicuum *est*, quod cum remissione *vel cum subjectione*, et conveniente secundis decrescentia *eam accipit*.

Vel enim similiter et in ipsa principali *causa*, et in secundis hæc proprietas inest, et quodammodo hæc quidem *principalis causa secundis* præest, illæ vero *causæ secundæ* post illam *principalem causam suam* hypostasin sunt sortitæ. Vel dissimiliter. Et si *detur* hoc, perspicuum *est*, quod ab Uno ipsum Idem *est* multitudini (*i. e. quod ab Uno manans Identitas ad multitudinem accedit*), sed non contra. Et secundo est in ipsa multitudine illa proprietas, quæ primo præexistit in Uno, exempta ex ipsa *rerum* serie.

XCVIII. Omnis causa separabilis *et separata* ubique simul et nusquam est. Nam propter suæ quidem facultatis communicationem est ubique. Hæc enim est causa quæ replet *et complet* ea quæ ipsam participare naturaliter solent, et quæ secundis omnibus præest, et quæ adest omnibus per fœcundos illustrationum progressus. Propter essentiam vero non mixtam cum rebus quæ sunt in loco, et propter eximiam puritatem nusquam est. Si enim separabilis *et separata* est, est collocata supra omnia.

Similiter etiam in nullo est eorum quæ sunt inferiora ipsâ. Sive enim ubique tantum esset, causa quidem esse non impediretur, et *nihil esset*, *quod prohiberet ipsam* esse in omnibus *eam* participantibus : non esset vero separabiliter *et separatim* ante omnia. Sive nusquam *esset*, sine ipso Ubique, ante omnia quidem esse non prohiberetur, et nullius eorum quæ sunt inferiora.

In omnibus vero non esset, ut causæ naturaliter solen esse in causatis per suas abundantes communicationes. [igitur et causa existens in omnibus sit iis quæ possun *eam* participare, et separata existens in se ipsa sit ant

πάντων ἢ τῶν ἀπ' αὐτοῦ πληρουμένων, πανταχοῦ ἐστιν, ἅμα καὶ οὐδαμοῦ· καὶ οὐ μέρει μὲν πανταχοῦ, μέρει δὲ οὐδαμοῦ.

Οὕτως γὰρ ἂν αὐτὸ ἑαυτοῦ διεσπασμένον εἴη καὶ χωρὶς, εἴπερ τὸ μὲν αὐτοῦ πανταχοῦ καὶ ἐν πᾶσι, τὸ δὲ οὐδαμοῦ καὶ πρὸ πάντων· ἀλλ' ὅλον πανταχοῦ, καὶ οὐδαμοῦ ὡσαύτως. Καὶ γὰρ τὰ μετέχειν αὐτοῦ δυνάμενα ὅλῳ ἐντυγχάνει, καὶ ὅλον ἑαυτοῖς εὑρίσκει παρὸν, κἀκεῖνο ὅλον ἐξήρηται· τὸ γὰρ μετασχὸν, οὐ κἀκεῖνο ἐν ἑαυτῷ κατέταξεν, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου μετέσχεν, ὅσον χωρῆσαι δεδύναται.

Καὶ οὔτε τὸ μεταδιδόναι αὐτοῦ στενοχωρεῖται, ταῖς τῶν πλειόνων μεθέξεσι χωρὶς ὄν· οὔτε τὰ μετέχοντα ἐλλιπῶς μετλαγχάνει, πανταχοῦ ὄντος τοῦ μεταδιδόντος.

ιθ'. Πᾶν ἀμέθεκτον, ἢ ἀμέθεκτόν ἐστι, ταύτῃ ἀπ' ἄλλης αἰτίας οὐχ ὑφίσταται· ἀλλ' αὐτὸ ἀρχή ἐστι καὶ αἰτία τῶν μετεχομένων πάντων, καὶ οὕτως ἀρχὴ πᾶσα καθ' ἑκάστην σειρὰν ἀγέννητος.

Εἰ γάρ ἐστιν ἀμέθεκτον ἐν τῇ οἰκείᾳ σειρᾷ, τὸ πρωτεῖον ἔλαχε, καὶ οὐ πρόεισιν ἀπ' ἄλλων· οὐ γὰρ ἂν εἴη πρῶτον ἔτι, τὴν ἰδιότητα ταύτην (καθ' ἣν ἐστιν ἀμέθεκτον) παρ' ἄλλου τινὸς ὑποδεχόμενον. Εἰ δὲ ἄλλων ἐστὶ καταδεέστερον, καὶ ἀπ' ἐκείνων πρόεισιν, οὐχ ᾗ ἀμέθεκτόν ἐστι, ταύτῃ πρόεισιν, ἀλλ' ᾗ μετέχον· ἀφ' ὧν γὰρ ὥρμηται, τούτων δήπου μετέχει, καὶ ὧν μετέχει, ταῦτα οὐκ ἔστι πρώτως· ὃ δὲ ἀμέθεκτόν ἐστι, τοῦτο πρώτως ἐστίν. Οὐκ ἄρα ᾗ ἀμέθεκτον, ταύτῃ ἀπ' αἰτίας ἐστίν· ᾗ μὲν γὰρ ἀπ' αἰτίας, μετέχον ἐστὶ, καὶ οὐκ ἀμέθεκτον· ᾗ δὲ ἀμέθεκτον, μετεχομένων αἴτιον, καὶ οὐκ αὐτὸ μετέχον ἄλλων.

Κ'. Πᾶσα μὲν σειρὰ τῶν ὅλων εἰς ἀμέθεκτον αἰτίαν καὶ ἀρχὴν ἀνατείνεται, πάντα δὲ τὰ ἀμέθεκτα τῆς μιᾶς ἐξέχεται τῶν πάντων ἀρχῆς· εἰ γὰρ ἑκάστη σειρὰ ταὐτόν τι πέπονθεν, ἔστι τι ἐν ἑκάστῃ ἡγεμονοῦν, τὸ τῆς ταυτότητος αἴτιον· ὡς γὰρ τὰ ὄντα πάντα ἀφ' ἑνὸς, οὕτω καὶ πᾶσα σειρὰ ἀφ' ἑνός. Πᾶσαι δὲ αὖ αἱ ἀμέθεκτοι μονάδες εἰς τὸ ἓν ἀνάγονται· διότι πᾶσαι τῷ ἑνὶ ἀνάλογον.

Ἦ οὖν ταὐτόν τι καὶ αὗται πεπόνθασι τὴν πρὸς τὸ ἓν ἀναλογίαν, ταύτῃ εἰς τὸ ἓν αὐταῖς ἡ ἀναγωγὴ γίνεται· καὶ ᾗ μὲν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς πᾶσαι, οὐδεμία τούτων ἀρχή ἐστιν, ἀλλ' ὡς ἀπ' ἀρχῆς ἐκείνης· ᾗ δὲ ἑκάστη ἀμέθεκτος, ταύτῃ ἀρχὴ ἑκάστη. Τινῶν οὖν ἀρχαὶ εἰσὶ τῆς πάντων ἀρχῆς ἐξέχονται· πάντων γὰρ ἀρχή ἐστιν, ἧς πάντα μετείληφεν.

Μετείληφε δὲ πάντα μόνον τοῦ πρώτου· τῶν δὲ ἄλλων οὐ πάντα, ἀλλά τινά. Διὸ καὶ τὸ ἁπλῶς πρῶτον ἐκεῖνο, τὰ δὲ ἄλλα πρός τινα μὲν τάξιν ἐστὶ πρῶτα, ἁπλῶς δὲ οὐ πρῶτα.

ΡΑ'. Πάντων τῶν νοῦ μετεχόντων ἡγεῖται ὁ ἀμέθεκτος νοῦς, καὶ τῶν τῆς ζωῆς ἡ ζωὴ, καὶ τῶν τοῦ ὄντος τὸ ὄν· αὐτῶν δὲ τούτων τὸ μὲν ὂν πρὸ τῆς ζωῆς, ἡ δὲ ζωὴ πρὸ τοῦ νοῦ. Διότι μὲν γὰρ ἐν ἑκάστῃ τάξει

omnia quæ replentur *et complentur* ab ipsa, ubique est, simul et nusquam; et non parte quidem ubique, parte vero nusquam.

Sic enim ipsa a se ipsa divulsa esset et separata, si quidem altera quidem ipsius *pars esset* ubique in omnibus, altera vero nusquam et ante omnia. Sed totum ubique *sic esset*, et nusquam eodem modo. Etenim quæ participare possunt ipsum *Totum*, in Totum incidunt, et Totum secum præsens inveniunt, et illud Totum *ex aliis* exemptum est. Id enim, quod *rem aliquam* participat, non etiam illam in se ipso collocat, sed ab illa participat, quantum capere potest.

Et neque ipsius *cum aliis* communicatio coarctatur *et angustatur*, quamvis ob plurium participationem *atque communionem* sit separatim; neque ea quæ participant *aliquid*, per defectum, *et minus quam oportet*, *id* participant, cum ubique sit illud quod impertit.

XCIX. Omne quod est imparticipabile, quatenus est imparticipabile, eatenus ab alia causa non *manat neque* subsistit: sed ipsum est principium et causa eorum omnium, quæ participantur; et ita principium omne in unaquaque serie ingeneratum *est*.

Si enim est imparticipabile in sua serie, primas *partes et principatum* est sortitum, neque progreditur ab aliis. Non enim amplius esset primum, si proprietatem istam (propter quam est imparticipabile) ab aliquo *manantem* susciperet. Si vero aliis est inferius, et ab illis progreditur, non quatenus est imparticipabile, eatenus progreditur, sed quatenus *aliquid* participat. A quibus enim est profectum, horum profecto particeps est, et quorum particeps est, hæc non sunt primo. Quod vero est imparticipabile, hoc primo est. Non igitur quatenus *est* imparticipabile, eatenus a causa *manat et* est. Quatenus enim a causa *manat*, participans est, neque imparticipabile *est*: quatenus vero *est* imparticipabile, *est* causa eorum quæ participantur, et non *illud* ipsum, quod aliorum est particeps.

C. Omnis universorum series ad imparticipabilem causam et principium dirigitur (*contendit et refertur*); omnia vero quæ sunt imparticipabilia, ex uno *rerum* omnium principio pendent. Si enim unaquæque series idem aliquid patitur, est in unaquaque aliquid, quod principatum obtinet, quod *est* ipsa Identitatis causa. Ut enim omnia Entia ab uno *manant*, sic et omnis series ab Uno *manat*. Rursus vero omnes imparticipabiles Unitates ad Unum reducuntur, quoniam omnes Uni per proportionem respondent *eique similes sunt*.

Quatenus igitur idem aliquid et istæ patiuntur *propter* ipsam cum Uno proportionem *et similitudinem*, eatenus ipsarum reductio fit ad Unum; et quatenus quidem omnes *Unitates* ab Uno *manant*, harum nulla principium est, sed ut ab illo principio *manans*. Quatenus vero unaquæque *Unitas est* imparticipabilis, eatenus unaquæque principium *est*. Cum igitur aliquorum sint principia, ex omnium principio pendent. Omnium enim principium est *illud*, quod omnia participant.

Participant autem omnia solummodo *illud*, quod primum est; alia vero *participant* non omnia, sed quædam. Quamobrem etiam illud *est* simpliciter primum, alia vero ad quendam quidem ordinem *relata* sunt prima, simpliciter vero non *sunt* prima.

CI. Omnibus quæ mentem participant, præest imparticipabilis Mens: et illis *omnibus*, quæ vitam *participant*, *præest* ipsa vita; et iis quæ *participant* ipsum Ens, *præest* illud Ens *primum*. In his vero ipsis ipsum quidem Ens *est* ante vitam, vita vero ante Mentem. Quoniam

τῶν ὄντων πρὸ τῶν μετεχομένων ἐστὶ τὰ ἀμέθεκτα, δεῖ πρὸ τῶν νοερῶν εἶναι τὸν νοῦν, καὶ πρὸ τῶν ζώντων τὴν ζωὴν, καὶ πρὸ τῶν ὄντων τὸ ὄν. Διότι δὲ προηγεῖται τὸ τῶν πλειόνων αἴτιον ἢ τὸ τῶν ἐλασσόνων, ἐν ἐκείνοις τὸ μὲν ὂν ἔσται πρώτιστον· πᾶσι γὰρ πάρεστιν, οἷς ζωὴ καὶ νοῦς. Ζῶν γὰρ πᾶν καὶ νοήσεως μετέχον ἐστὶν ἐξ ἀνάγκης· οὐκ ἔμπαλιν δέ· οὐδὲ γὰρ τὰ ὄντα πάντα ζῇ καὶ νοεῖ. Δευτέρα δὲ ἡ ζωή· πᾶσι γὰρ, οἷς νοῦ μέτεστι, καὶ ζωῆς μέτεστιν· οὐκ ἔμπαλιν δέ· πολλὰ γὰρ ζῇ μὲν, γνώσεως δὲ ἄμοιρα ἀπολέλειπεται. Τρίτος δὲ ὁ νοῦς.

Πᾶν γὰρ τὸ γνωστικὸν ὁπωσοῦν καὶ ζῇ καὶ ἔστιν· εἰ οὖν πλειόνων αἴτιον τὸ ὄν, ἐλασσόνων δὲ ἡ ζωὴ, καὶ ἔτι ἐλασσόνων ὁ νοῦς, πρώτιστον τὸ ὄν, εἶτα ζωὴ, εἶτα νοῦς.

ΡΒ'. Πάντα τὰ μὲν ὁπωσοῦν ὄντα ἐκ πέρατός ἐστι καὶ ἀπείρου διὰ τὸ πρώτως ὄν· πάντα δὲ τὰ ζῶντα ἑαυτῶν κινητικά ἐστι διὰ τὴν ζωὴν τὴν πρώτην· πάντα δὲ τὰ γνωστικὰ γνώσεως μετέχει διὰ τὸν νοῦν τὸν πρῶτον. Εἰ γὰρ τὸ καθ' ἑκάστην σειρὰν ἀμέθεκτον τῆς οἰκείας ἰδιότητος πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτὴν σειρὰν μεταδίδωσι, δῆλον δὴ, ὅτι καὶ τὸ ὂν τὸ πρώτιστον μεταδίδωσι πᾶσι πέρατος ἅμα καὶ ἀπειρίας μικτὸν ὑπάρχον ἐκ τούτων πρώτως· καὶ ἡ ζωὴ τῆς παρ' ἑαυτῇ κινήσεως· καὶ γὰρ ἡ ζωὴ πρώτη πρόοδός ἐστι καὶ κίνησις ἀπὸ τῆς μονίμου τοῦ ὄντος ὑποστάσεως· καὶ ὁ νοῦς τῆς γνώσεως· πάσης γὰρ γνώσεως ἡ ἀκρότης ἐστὶν ἐν νῷ καὶ νοῦς τὸ πρῶτον γνωστικόν.

ΡΓ'. Πάντα ἐν πᾶσιν· οἰκείως δὲ ἐν ἑκάστῳ· καὶ γὰρ ἐν τῷ ὄντι καὶ ἡ ζωὴ καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῇ ζωῇ τὸ εἶναι καὶ τὸ νοεῖν, καὶ ἐν τῷ νῷ τὸ εἶναι καὶ τὸ ζῆν· ἀλλ' ὅπου μὲν νοερῶς, ὅπου δὲ ζωτικῶς, ὅπου δὲ ὄντως ὄντα πάντα.

Ἐπεὶ γὰρ ἕκαστον ἢ κατ' αἰτίαν ἐστὶν, ἢ καθ' ὕπαρξιν, ἢ κατὰ μέθεξιν, ἔν τε τῷ πρώτῳ τὰ λοιπὰ κατ' αἰτίαν ἐστὶ καὶ ἐν τῷ μέσῳ· τὸ μὲν πρῶτον κατὰ μέθεξιν· τὸ δὲ τρίτον κατ' αἰτίαν, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τὰ πρὸ αὐτοῦ κατὰ μέθεξιν· καὶ ἐν τῷ ὄντι ἄρα ζωὴ προείληπται καὶ νοῦς, ἑκάστου δὲ κατὰ τὴν ὕπαρξιν χαρακτηριζομένου, καὶ οὔτε κατὰ τὴν αἰτίαν (ἄλλων γάρ ἐστιν αἴτιον) οὔτε κατὰ τὴν μέθεξιν (ἀλλαχόθεν γὰρ ἔχει τοῦτο, οὗ μετείληφεν), ὄντως ἐστὶν ἐκεῖ καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ νοεῖν, ζωὴ οὐσιώδης καὶ νοῦς οὐσιώδης· καὶ ἐν τῇ ζωῇ κατὰ μέθεξιν μὲν τὸ εἶναι, κατ' αἰτίαν δὲ τὸ νοεῖν· ἀλλὰ ζωτικῶς ἑκάτερον· κατὰ τοῦτο γὰρ ἡ ὕπαρξις, καὶ ἐν τῷ νῷ καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ οὐσία, κατὰ μέθεξιν καὶ νοερῶς ἑκάτερον· καὶ γὰρ τὸ εἶναι τοῦ νοῦ γνωστικὸν, καὶ ἡ ζωὴ γνῶσις.

ΡΔ'. Πᾶν τὸ πρώτως αἰώνιον τήν τε οὐσίαν καὶ τὴν ἐνέργειαν αἰώνιον ἔχει. Εἰ γὰρ πρώτως μεταλαγχάνει τῆς τοῦ αἰῶνος ἀϊδιότητος, οὐ τῇ μὲν αὐτῆς μετέχει, τῇ δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντῃ μετέχει. Ἡ γὰρ κατὰ τὴν ἐνέργειαν μετέχον οὐ μετέχει κατὰ τὴν οὐσίαν. ἀλλ' ἀδύνατον· ἡ γὰρ ἐνέργεια κρείττων ἔσται τῆς

enim in unoquoque ordine ipsorum Entium ante illa quæ participantur, sunt ea quæ sunt imparticipabilia, oportet ante intellectualia esse Mentem, et ante ea quæ vivunt, vitam, et ante *secunda* Entia illud Ens *primum*. Quoniam autem illud quod est plurium causa, præcedit *et honoratius est*, quam illud quod pauciorum *est causa*, in illis ipsum quidem Ens erit primum; omnibus enim adest, quibus *est* vita et Mens. Omne enim vivens etiam intelligentiæ particeps necessario: non tamen etiam contra. Enimvero non omnia entia vivunt et intelligunt. Secunda vero *est* vita. Omnia enim ad quæ pertinet mens, etiam vitam sunt sortita: neque vero vice versa. Multa enim vivunt quidem, cognitionis vero expertia relinquuntur. Tertia vero Mens *est*.

Omne enim, quod quomodocumque cognitione præditum *est*, et vivit et est. Si igitur Ens *est* plurium causa, pauciorum vero Vita, et longe pauciorum Mens, *ergo* primum *est* Ens, deinde Vita, deinde Mens.

CII. Omnia quæ quomodocumque sunt, ex fine sunt et infinito propter illud primo Ens; omnia vero viventia se ipsa movent propter illam primam vitam; omnia vero, quæ cognoscendi facultatem habent, cognitionem participant propter illam primam Mentem. Si enim id, quod in unaquaque serie est imparticipabile, suam proprietatem impertit omnibus, quæ sunt sub eadem serie, perspicuum *est* profecto, quod et illud primum Ens omnibus finem simul et infinitatem impertit, quod ex his primo sit mixtum; et ipsa vita motum apud se *existentem impertit vitam participantibus*. Etenim ipsa vita est primus progressus et motus ab illa stabili Entis hypostasi *atque natura*. Et ipsa Mens cognitionem *impertit*. Omnis enim cognitionis summitas est in Mente, et Mens *est* illud primum, quod cognoscendi facultate præditum est.

CIII. Omnia *sunt* in omnibus; proprie vero *sunt* in unoquoque. Etenim in ipso Ente *est* et Vita et Mens, et in Vita *est* ipsum Esse et ipsum Intelligere, et in Mente *est* ipsum Esse et ipsum Vivere. Sed *hæc* alicubi quidem intellectualiter *sunt*, alicubi vero vitaliter, alicubi vero *sunt* vere Entia omnia.

Quoniam enim unumquodque est vel per causam vel per substantiam vel per communionem, et in ipso primo reliqua sunt per causam et in ipso medio; ipsum quidem primum per communionem, tertium vero per causam, et in tertio ea, quæ sunt ante ipsum, per communionem: ergo et in ipso Ente Vita primum sumpta est et Mens. Cum vero unumquodque secundum *suam* substantiam figuretur, neque per causam *noletur* (aliorum enim est causa) neque per communionem (aliunde enim habet id cujus est particeps), revera illic est et ipsum Vivere et ipsum Intelligere, vita essentialis et mens essentialis. Et in ipsa vita *est* per communionem quidem ipsum Esse, per causam vero ipsum Intelligere; sed utrumque vitaliter inest: in hoc enim *est* ipsa substantia et in ipsa Mente *est* ipsa vita et ipsa essentia, per communionem et intellectualiter utrumque. Etenim ipsum Esse Mentis *est* cognoscendi facultate præditum, et Vita *est* cognitio.

CIV. Omne quod est primo æternum, et essentiam et actionem æternam habet. Si enim primo participat æternitatem perpetuitatem *ac æternitatem*, non partim quidem ipsa participat, partim vero non; sed *ipsam* omnino participat. Vel enim per actionem participans *ipsam*, per essentiam non participat. Sed *hoc est* impossibile. Vel enim ac

οὐσίας, ἢ κατ' οὐσίαν μετέχον οὐ μετέχει κατὰ τὴν ἐνέργειαν.

Καὶ ἔσται τὸ πρώτως αἰώνιον τὸ αὐτὸ καὶ χρόνου μετέχον πρώτως. Καὶ χρόνος μὲν τινῶν μετρήσει τὴν οὐσίαν πρώτως, αἰὼν δὲ οὐδενὸς, ὁ παντὸς χρόνου κρείττων· εἴπερ τὸ πρώτως αἰώνιον οὐ συνέχεται κατ' οὐσίαν ὑπὸ αἰῶνος. Ἅπαν ἄρα τὸ πρῶτον αἰώνιον τήν τε οὐσίαν ἔχει καὶ τὴν ἐνέργειαν αἰώνιον.

ΡΕ'. Πᾶν τὸ ἀθάνατον ἀΐδιον· οὐ πᾶν δὲ τὸ ἀΐδιον ἀθάνατον. Εἰ γὰρ ἀθάνατόν ἐστι τὸ ἀεὶ ζωῆς μετέχον, τὸ δὲ ἀεὶ ζωῆς μετέχον καὶ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τὸ ἀεὶ ζῶν ἀεί ἐστιν, ὥστε τὸ ἀθάνατον πᾶν ἀΐδιον· ἔστι δὲ τὸ ἀθάνατον τὸ ἄδεκτον θανάτου καὶ ἀεὶ ζῶν· ἀΐδιον δὲ τὸ ἀδεκτον τοῦ μὴ εἶναι καὶ ἀεὶ ὄν.

Εἰ δὲ πολλὰ τῶν ὄντων ἐστὶ κρείττονα καὶ χείρονα τῆς ζωῆς, ἄδεκτα τοῦ θανάτου ὄντα, ἀεὶ δὲ ὄντα· ὡ πᾶν ἄρα τὸ ἀΐδιον ἀθάνατόν ἐστιν, ἀλλὰ μὴν ὅτι πολλὰ ἀεὶ ὄντα οὐκ ἀθάνατά ἐστι, δῆλον. Ἔστι γάρ τινα τῶν ὄντων ἄμοιρα μὲν ζωῆς, ἀεὶ δὲ ὄντα καὶ ἀνώλεθρα.

Ὡς γὰρ ἔχει τὸ ὂν πρὸς τὴν ζωὴν, οὕτω τὸ ἀΐδιον πρὸς τὸ ἀθάνατον. Ἡ γὰρ ἀναφαίρετος ζωὴ τὸ ἀθάνατόν ἐστι, καὶ ἀναφαιρέτως ὄν, ἀΐδιον. Τὸ δὲ ὂν τῆς ζωῆς περιληπτικώτερον, καὶ τοῦ ἀθανάτου ἄρα τὸ ἀΐδιον.

ΡΓ'. Παντὸς τοῦ πάντῃ αἰωνίου κατά τε αἰτίαν καὶ ἐνέργειαν, καὶ τοῦ τὴν οὐσίαν ἔχοντος ἐν χρόνῳ, μέσον ἐστὶ τὸ πῇ μὲν αἰώνιον, πῇ δὲ χρόνῳ μετρούμενον· τὸ γὰρ τὴν οὐσίαν ἔχον ὑπὸ χρόνου περιεχομένην κατὰ πάντα ἐστὶν ἔγχρονον· πολλῷ γὰρ πρότερον τοῦτο καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔγχρονον ἔλαχεν.

Τὸ δὲ κατὰ πάντα ἔγχρονον τῷ κατὰ πάντα αἰωνίῳ πάντῃ ἀνόμοιον. Αἱ δὲ πρόοδοι πᾶσαι διὰ τῶν ὁμοίων.

Ἔστιν ἄρα τι μεταξὺ τούτων· ἢ οὖν τῇ οὐσίᾳ αἰώνιον, τῇ ἐνεργείᾳ δὲ ἔγχρονον, τὸ μέσον, ἢ ἀνάπαλιν. Ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον· ἔσται γὰρ τῆς οὐσίας ἡ ἐνέργεια κρείττων. Λείπεται δὴ θάτερον εἶναι τὸ μέσον.

ΡΖ'. Πᾶν τὸ πῇ μὲν αἰώνιον, πῇ δὲ ἔγχρονον, ὄν τέ ἐστιν ἅμα καὶ γένεσις. Καὶ γὰρ τὸ αἰώνιον πᾶν ὄν ἐστι· καὶ τὸ μετρούμενον ὑπὸ χρόνου γένεσις· ὥστ' εἰ τὸ αὐτὸ χρόνου μετέχει καὶ αἰῶνος, οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ, καὶ τὸ αὐτὸ ἔσται ὄν τε καὶ γένεσις, οὐ καθ' ἓν ἅπαξ.

Ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι ἡ μὲν γένεσις, καὶ τὴν οὐσίαν ἔγχρονον ἔχουσα, ἀνήρτηται εἰς τὸ πῇ μὲν ὄντος, πῇ δὲ γενέσεως κοινωνοῦν, αἰῶνος ἅμα καὶ χρόνου μετέχον.

Τοῦτο δὲ εἰς τὸ κατὰ πάντα αἰώνιον· τὸ δὲ κατὰ πάντα αἰώνιον εἰς τὸ ὄν, τὸ προαιώνιον.

ΡΗ'. Πᾶν τὸ ἓν ἑκάστῃ τάξει μερικὸν διχῶς μετέχειν πέφυκε τῆς ἐν τῇ προσεχῶς ὑπερκειμένῃ διαπραεστantior erit essentiâ, vel per essentiam participans *ipsam* non participat per actionem.

Et erit id quod primo est æternum, idem et illud, quod primo temporis est particeps. Et tempus quidem *rerum* aliquarum essentiam primo metietur, Ævum vero, quod omni tempore præstantius *est*, nullius *rei essentiam primo metietur*; siquidem illud, quod est primo æternum, ab Ævo per essentiam non continetur. Omne igitur primum æternum et essentiam et actionem habet æternam.

CV. Omne immortale *est* æternum: non omne vero æternum *est* immortale. Si enim immortale est *illud*, quod semper vitæ particeps est, et quod semper vitæ particeps est, ipsius quoque Esse particeps est, et quod semper vivens *est*, *illud etiam* semper est, ergo omne immortale *est* æternum. Est autem illud immortale, quod non recipit mortem, et semper vivit; æternum vero, quod non recipit ipsum non Esse, et quod semper est.

Si vero multa eorum, quæ sunt, præstantiora et deteriora sunt ipsa vita, mortem non recipientia, sed semper exsistentia: non igitur omne, quod est æternum, est immortale. Sed tamen quod multa quæ semper sunt, immortalia non sint, perspicuum *est*. Sunt enim quædam, quæ sunt, expertia quidem vitæ, semper tamen exsistentia et interitus expertia.

Ut enim se habet Ens ad Vitam, sic etiam Æternum *se habet* ad Immortale. Illa enim vita, quæ *suo possessori* non potest auferri, est illud, quod *dicitur* Immortale, et illud, quod est sine ablatione, æternum. Ens vero plus quam vita complectitur; et proinde æternum plus quam immortale.

CVI. Omnis illius, quod prorsus est æternum et per essentiam et per actionem, et illius, quod essentiam habet in tempore *comprehensam*, medium est, quod modo *est* æternum, modo tempore mensuratur. Quod enim essentiam habet a tempore comprehensam, in omnibus *partibus et prorsus* est in tempore comprehensum. Hoc enim longe prius *est*, et actionem in tempore comprehensam est sortitum.

Quod vero in omnibus *partibus et prorsus est* in tempore comprehensum, illi, quod in omnibus *partibus et prorsus est* æternum, prorsus *est* dissimile. Omnes vero *rerum* progressus per similia *fiunt*.

Est igitur aliquid *medium* inter hæc. Vel igitur illud, quod *est inter hæc* medium, essentia *est* æternum, actione vero in tempore comprehensum, vel contra. Sed hoc *est* impossibile. Erit enim actio præstantior ipsa essentia. Restat igitur, ut illud, quod est *inter hæc* medium, alterum *horum* sit.

CVII. Omne quod partim quidem *est* æternum, partim vero in tempore comprehensum, est simul et Ens et generatio *vel ortus*. Etenim omne æternum est Ens, et quod a tempore mensuratur, *est* generatio *vel ortus*. Quare si idem particeps est temporis et Ævi, non vero eodem modo; idem etiam erit et Ens et generatio, non secundum unum utrumque.

Ex his igitur perspicuum *est*, quod ipsa quidem generatio, cum et ipsam essentiam in tempore comprehensam habeat, pendet ex eo quod partim quidem particeps est ipsius Entis, partim vero *particeps est* generationis, quoniam Ævi simul et temporis est particeps.

Hoc autem *refertur* ad id quod in omnibus *partibus et prorsus est* æternum. Quod vero in omnibus est æternum, *refertur* ad Ens, quod est ante Ævum.

CVIII. Omne quod est in unoquoque ordine particulare, bifariam in proxime superiore dispositione participare po-

κοσμήσει μονάδος, ἢ διὰ τῆς οἰκείας ὁλότητος, ἢ διὰ τοῦ ἐν ἐκείνῃ μερικοῦ καὶ συστοίχου πρὸς αὐτὸ κατὰ τὴν πρὸς ὅλην τὴν σειρὰν ἀναλογίαν.

Εἰ γὰρ δι' ὁμοιότητος ἡ ἐπιστροφὴ πᾶσίν ἐστι, τῷ ἐν τῇ ὑπερκειμένῃ τάξει μοναδικῷ καὶ ὅλῳ τὸ ἐν τῇ καταδεεστέρᾳ μερικὸν ἀνόμοιον, καὶ ὡς ὅλῳ μερικὸν καὶ ὡς τάξεως ἄλλης καὶ ἄλλης.

Πρὸς δὲ, τὸ ἐκ τῆς αὐτῆς σειρᾶς ὂν, ὅμοιον, διὰ τὴν τῆς ἰδιότητος κοινωνίαν, καὶ πρὸς, τὸ τῆς ὑπερκειμένης προσεχῶς ὁμοταγὲς, διὰ τὴν ἀνάλογον ὑπόστασιν.

Δῆλον δὴ, ὅτι διὰ τούτων αὐτῷ μέσων ἡ πρὸς ἐκεῖνο γίνεσθαι πέφυκεν ἐπιστροφὴ, ὡς ὅι' ὁμοίων ἀνόμοιον.

Τὸ μὲν γὰρ, ὡς μερικῷ μερικὸν, ὅμοιον· τὸ δὲ, ὡς τῆς αὐτῆς ὂν σειρᾶς οἰκεῖον. Ἐκεῖνο δὲ τὸ τῆς ὑπερκειμένης ὅλον κατ' ἀμφότερα ἀνόμοιον.

ΡΘ'. Πᾶς μερικὸς νοῦς μετέχει τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ πρωτίστης ἑνάδος, διά τε τοῦ ὅλου καὶ διὰ τῆς ὁμοταγοῦς αὐτῷ μερικῆς ἑνάδος· καὶ πᾶσα μερικὴ ψυχὴ τοῦ ὅλου μετέχει, διά τε τῆς ὅλης ψυχῆς καὶ τοῦ μερικοῦ νοῦ. Καὶ πᾶσα σώματος μερικὴ φύσις διά τε τῆς ὅλης φύσεως καὶ μερικῆς ψυχῆς μετέχει τῆς ὅλης ψυχῆς.

Πᾶν γὰρ μερικὸν μετέχει τῆς ἐν τῇ ὑπερκειμένῃ τάξει μονάδος, ἢ διὰ τῆς οἰκείας ὁλότητος, ἢ διὰ τοῦ ἐν ἐκείνῃ μερικοῦ καὶ πρὸς αὐτὸ ὁμοταγοῦς.

ΡΙ'. Πάντων τῶν καθ' ἑκάστην σειρὰν διατεταγμένων· τὰ μὲν πρῶτα καὶ τῇ ἑαυτῶν μονάδι συνημμένα μετέχειν δύναται τῶν ἐν τῇ ὑπερκειμένῃ σειρᾷ προσεχῶς ἱδρυμένων δι' ἀναλογίας.

Τὰ δὲ ἀτελέστερα καὶ πολλοστὰ ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς οὐ πέφυκεν ἐκείνων ἀπολαύειν. Διότι γὰρ τὰ μέν ἐστι συγγενῆ πρὸς ἐκεῖνα, φύσιν ἐν τῇ σφετέρᾳ τάξει λαχόντα κρείττονα καὶ θειοτέραν, τὰ δὲ πορρώτερον προελήλυθε, δευτέραν καὶ ὑπηρετικὴν, ἀλλ' οὐ πρωτουργὸν καὶ ἡγεμονικὴν ἐν τῇ σειρᾷ πάσῃ κεκληρωμένα πρόοδον, ἐξ ἀνάγκης τὰ μὲν ὁμοφυῶς συζεύγνυται τοῖς ἐκ τῆς ὑπερκειμένης τάξεως, τὰ δὲ ἀσύναπτά ἐστι πρὸς ἐκείνην. Οὐ γὰρ ἅπαντα τῆς ἴσης ἐστὶν ἀξίας, κἂν ἐκ τῆς αὐτῆς ᾖ διακοσμήσεως· οὐδὲ γὰρ εἷς ὁ λόγος, ἀλλ' ὡς ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν, πάντα πρόεισιν ἐκ τῆς οἰκείας μονάδος.

Ὥστε οὔτε δύναμιν ἔλαχε τὴν αὐτήν· ἀλλὰ τὰ μὲν ὑποδέχεσθαι δύναται τὰς τῶν ὑπερκειμένων προσεχῶς μεθέξεις, τὰ δὲ ἀνομοιούμενα ταῖς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἐπὶ πλεῖστον προόδοις, τῆς τοιαύτης παρῄρηται δυνάμεως.

ΡΙΑ'. Πάσης τῆς νοερᾶς σειρᾶς οἱ μέν εἰσι θεῖοι νόες ὑποδεξάμενοι θεῶν μεθέξεις· οἱ δὲ νόες μόνον· καὶ πάσης τῆς ψυχικῆς αἱ μέν εἰσι νοεραὶ ψυχαὶ, εἰς νοῦς ἀνηρτημέναι οἰκείους, αἱ δὲ ψυχαὶ μόνον.

Καὶ πάσης τῆς σωματικῆς φύσεως αἳ μὲν καὶ ψυχὰς ἔχουσιν ἐφεστώσας ἄνωθεν, αἱ δέ εἰσι φύσεις μόνον, τῆς τῶν ψυχῶν ἀμοιροι παρουσίας. Ἑκάστης γὰρ σειρᾶς οὐχ ὅλον τὸ γένος εἰς τὸ πρὸ αὐτοῦ ἀνηρτῆσθαι

test Unitatem, vel per suam integritatem, vel per *suam* in illa *dispositione* particularem et cognatam cum ipso *particulari sortem*, secundum proportionem, *quam habet ipsum particulare* cum tota serie.

Si enim per similitudinem ipsa reversio omnibus est, illi, quod in superiore ordine est singulare et totum, illud quod est in inferiore *ordine* particulare, *est* dissimile; et ut particulare Toti, et ut alius atque alius ordinis.

Præterea vero illud quod ex eadem est serie, *est* simile propter proprietatis communicationem, et præterea illud superioris *ordinis* proxime simul collocatum, *est illi simile* propter similem hypostasin *atque naturam*.

Perspicuum igitur *est*, quod per hæc, quæ media sunt inter ipsum *Totum et ipsum particulare*, reversio ad illud fieri solet, ut per similia dissimile *procreatur*.

Nam alterum quidem, ut particulari particulare, *est* simile: alterum vero, ut id quod est ejusdem seriei proprium. Illud vero Totum, quod est superioris *ordinis*, *est* utraque de causa dissimile.

CIX. Omnis particularis Mens particeps est illius Unitatis, quæ est supra Mentem et prima, per ipsum Universale et per ipsam Unitatem, quæ cum ipsa *Mente* simul est collocata. Et omnis particularis Anima particeps est ejus, quod est universale et per ipsam universalem animam et *per* ipsam particularem Mentem. Et omnis corporis particularis natura per universalem naturam et *per* particularem animam particeps est universalis animæ.

Omne enim particulare particeps est illius Unitatis, quæ et in superiore ordine, vel per suam integritatem vel per *suam* in illo *ordine* particularem et cum ipso *particulari* simul collocatam *atque cognatam* sortem.

CX. Omnium in unaquaque serie dispositorum prima quidem, et quæ cum sua Unitate sunt conjuncta, participare possunt ea quæ sunt in superiore serie proxime collocata, per proportionem.

Quæ vero sunt imperfectiora et multesima (*i. e. una de multis partibus*) a suo principio *manantia*, non solent naturaliter illis frui. Quoniam enim alia quidem sunt cognatione conjuncta cum illis, quod naturam in suo ordine præstantiorem et diviniorem sortita sint, alia vero longius progressa sunt, secundam et *superiorem* ministram *et famulam*, non autem primariam et principalem in ipsa tota serie progressionem sortita, necessario alia quidem per naturæ cognationem conjunguntur cum iis, *quæ pendent* ex superiore ordine; alia vero non conjunguntur *neque conjungi possunt* cum illo *superiore ordine*. Non enim omnia sunt ejusdem dignitatis *et pretii*, quamvis sint ex eadem dispositione *sive ejusdem ordinis*. Neque enim *omnium est* una *et eadem* ratio, sed ut ab Uno et ad Unum omnia progrediuntur ex sua Unitate.

Quare neque potestatem eandem sortita sunt; sed alia quidem suscipere possunt ipsas proxime suprasitorum communiones: alia vero, quæ dissimilia sunt ipsis progressionibus, *quæ progrediuntur* ab ipsis principiis quam longissime, ex hujusmodi facultate detracta sunt (*hujusmodi potestatis sunt immunia*).

CXI. Omnis intellectualis seriei aliæ quidem sunt divinæ Mentes, quæ deorum communiones susceperunt, aliæ vero Mentes tantum. Et omnis animalis *seriei*, *quæ continet animas*, aliæ quidem sunt intellectuales animæ, quæ pendent ex suis mentibus, aliæ vero *sunt* animæ tantum.

Et omnis corporeæ naturæ aliæ quidem *naturæ* etiam animas habent præfectas superne, aliæ vero sunt naturæ tantum, expertes animarum præsentiæ. Uniuscujusque enim seriei non totum genus ex eo, quod est ante ipsum, pendere *natura* solet: sed id, quod in eo *ea* perfectius est,

πέφυκεν, ἀλλὰ τὸ ἐν αὐτῇ τελειότερον καὶ συμφύεσθαι τοῖς ὑπερκειμένοις ἱκανόν.

Οὔτε οὖν πᾶς νοῦς θεοῦ ἐξῆπται, ἀλλ' οἱ ἀκρότατοι καὶ ἑνικώτατοι τῶν νόων· οὗτοι γὰρ ταῖς θείαις ἑνάσι συγγενεῖς· οὔτε πᾶσαι ψυχαὶ μετέχουσι νοῦ τοῦ μεθεκτοῦ, ἀλλ' ὅσαι νοερώτατοι· οὔτε πᾶσαι σωματικαὶ φύσεις ἀπολαύουσι ψυχῆς παρούσης καὶ μετεχομένης, ἀλλ' αἱ τελειότεραι καὶ λογοειδέστεραι. Καὶ οὗτος ἐπὶ πάντων ὁ λόγος τῆς ἀποδείξεως.

ΡΙΒ'. Πάσης τάξεως τὰ πρώτιστα μορφὴν ἔχει τῶν πρὸ αὐτῶν. Τὰ γὰρ καθ' ἑκάστην ἀκρότητα γένη διὰ τὴν ὁμοιότητα συνάπτεται τοῖς ὑπερκειμένοις, καὶ διὰ τὴν συνέχειαν τῆς προόδου τῶν ὅλων· ὥστε οἷά ἐστιν ἐκεῖνα πρώτως, τοιαύτην ἔλαχε καὶ ταῦτα μορφήν, συγγενῆ πρὸς τὴν ἐκείνων φύσιν· καὶ φαίνεται εἶναι τοιαῦτα κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὑποστάσεως, οἷα τὰ πρὸ αὐτῶν.

ΡΙΓ'. Πᾶς ὁ θεῖος ἀριθμὸς ἑνιαῖός ἐστιν. Εἰ γὰρ ὁ θεῖος ἀριθμὸς αἰτίαν ἔχει προηγουμένην, τὸ ἕν, ὡς ὁ νοερὸς τῶν νοῦν, καὶ ὁ ψυχικὸν τὴν ψυχήν, καὶ ἔστιν ἀνάλογον τὸ πλῆθος πανταχοῦ πρὸς τὴν αἰτίαν, δῆλον ὅτι καὶ ὁ θεῖος ἀριθμὸς ἑνιαῖός ἐστιν, εἴπερ τὸ ἓν θεός· τοῦτο δέ, εἴπερ τἀγαθὸν καὶ τὸ ἓν ταὐτόν· καὶ γὰρ τἀγαθὸν καὶ θεὸς ταὐτόν· οὗ γὰρ μηδέν ἐστιν ἐπέκεινα, καὶ οὗ πάντα ἐφίεται, θεὸς τοῦτο.

Καὶ ἀφ' οὗ τὰ πάντα καὶ πρὸς ὃ, τοῦτο δὲ ἀγαθόν. Εἰ ἄρα ἔστι πλῆθος θεῶν, ἑνιαῖόν ἐστι τὸ πλῆθος. Ἀλλὰ μὴν ὅτι ἔστι, δῆλον, εἴπερ πᾶν αἴτιον ἀρχικὸν οἰκείου πλήθους ἡγεῖται καὶ ὁμοίου πρὸς αὐτὸ καὶ συγγενοῦς.

ΡΙΔ'. Πᾶς θεὸς ἑνάς ἐστιν αὐτοτελής, καὶ πᾶσα αὐτοτελὴς ἑνὰς θεός. Εἰ γὰρ τῶν ἑνάδων διττὸς ὁ ἀριθμός, ὡς δέδεικται πρότερον, καὶ αἱ μὲν αὐτοτελεῖς εἰσιν, αἱ δὲ ἐλλάμψεις ἀπ' ἐκείνων, τῷ δὲ ἑνὶ καὶ τἀγαθῷ συγγενὴς καὶ ὁμοφυὴς ὁ θεῖος ἀριθμός, ἑνάδες εἰσὶν αὐτοτελεῖς οἱ θεοί· καὶ ἔμπαλιν, εἰ ἔστιν αὐτοτελὴς ἑνάς, θεὸς ἔστιν.

Καὶ γὰρ ὡς ἑνὰς τῷ ἑνί, καὶ ὡς αὐτοτελὴς τἀγαθῷ συγγενεστάτη διαφερόντως ἐστί, καὶ κατ' ἄμφω τῆς θείας ἰδιότητος μετέχει, καὶ ἔστι θεός. Εἰ δὲ ἑνὰς μέν, οὐκ αὐτοτελὴς δέ, ἡ αὐτοτελὴς μὲν ἡ ὑπόστασις, οὐκέτι δὲ ἑνάς, εἰς ἑτέραν ἂν ἐτάττετο τάξιν, διὰ τὴν τῆς ἰδιότητος ἐξαλλαγήν.

ΡΙΕ'. Πᾶς θεὸς ὑπερούσιός ἐστι καὶ ὑπέρζωος καὶ ὑπέρνους. Εἰ γὰρ ἑνάς ἐστιν ἕκαστος αὐτοτελής, ἕκαστον δὲ τούτων οὐχὶ ἑνάς, ἀλλ' ἡνωμένον, δῆλον ὅτι πάντων ἐστὶν ἐπέκεινα τῶν εἰρημένων ἅπας θεός, οὐσίας, καὶ ζωῆς, καὶ νοῦ. Εἰ γὰρ διέστηκε μὲν ταῦτα ἀλλήλων, πάντα δὲ ἔστιν ἐν πᾶσιν, ἕκαστον τὰ πάντα ὄν, ἓν ἂν οὐκ ἂν εἴη μόνον.

Ἔτι δέ, εἰ τὸ πρῶτον ὑπερούσιον, ἅπας δὲ θεὸς τῆς τοῦ πρώτου σειρᾶς ἐστιν, ἦ θεός, ὑπερούσιος ἕκαστος ἂν εἴη· ἀλλὰ μήν, ὅτι τὸ πρῶτον ὑπερούσιον,

et quod cum superioribus per naturæ cognationem conjungi potest.

Neque igitur omnis Mens ex deo pendet, sed summæ et maxime singulares Mentes: hæ enim divinis Unitatibus *sunt* cognatæ. Neque omnes animæ participes sunt mentis, quæ est participabilis, sed illæ, quotquot *sunt* maxime intellectuales. Neque omnes corporeæ naturæ fruuntur anima præsente et ea quæ participatur; sed illæ quæ sunt perfectiores et rationi similiores. Atque in omnibus hæc *est* demonstrationis ratio.

CXII. Omnis ordinis ea quæ prima sunt, formam habent eorum quæ sunt ante ipsa. Genera enim, quæ sunt in unaquaque summitate, propter similitudinem conjunguntur cum superjectis, et propter cohærentiam progressus *rerum* universarum. Quare qualia sunt illa primo, talem et ista formam sortita sunt cognatam cum illorum natura; et videntur esse talia propter substantiæ proprietatem, qualia *sunt* illa quæ sunt ante ipsa.

CXIII. Omnis divinus numerus unicus *et singularis* est. Si enim divinus numerus causam habet antecedentem *et principalem, scilicet* ipsum Unum, ut intellectualis *numerus habet causam antecedentem* ipsam Mentem, et ipse *numerus animarum, qui vulgo dicitur* animalis, animam *habet causam antecedentem*, et ubique multitudo est *suæ* causæ similis, perspicuum igitur *est*, quod et ipse divinus numerus est singularis *et unicus*, si quidem Unum *est* Deus. Hoc vero *verum est*, siquidem Bonum et Unum *est* idem. Etenim Bonum et Deus *est* idem. Quo enim nihil est superius, et quod omnia expetunt, hoc *est* Deus.

Et a quo omnia *manant*, et ad quod *omnia contendunt et feruntur*, hoc vero est Bonum. Si igitur est deorum multitudo, hæc multitudo *est* singularis. Verum quod sit *deorum multitudo*, perspicuum *est*; siquidem omnis causa principalis suæ multitudini præest et ei, quæ similis est ipsi et cognata.

CXIV. Omnis Deus est Unitas perfecta, et omnis perfecta Unitas *est* Deus. Si enim Unitatum duplex *est* numerus, ut ante demonstratum est, et *earum* aliæ quidem perfectæ sunt, aliæ vero *sunt* illuminationes ab illis *manantes*, ipsi vero Uni et ipsi Bono cognatus *est*, et cum eo natus *vel eadem natura præditus* ille divinus numerus, *ergo* ipsi dji sunt Unitates perfectæ; et vice versa, si est perfecta Unitas, est Deus.

Etenim ut Unitas ipsi Uni, et ut *Unitas* perfecta ipsi Bono per cognationem conjunctissima insigniter est, et duabus de causis divinam proprietatem participat, et est Deus. Si vero Unitas quidem *esset*, neque vero perfecta, vel perfecta quidem hypostasis, neque vero Unitas, in alio collocaretur ordine propter ipsam proprietatis immutationem.

CXV. Omnis Deus est superessentialis et supervitalis et supermentalis (*omni Mente superior*). Si enim unusquisque *deorum* est Unitas perfecta, horum vero unumquodque non Unitas, sed Unitum *est*, perspicuum igitur *est*, quod omnis Deus est supra omnia, quæ dicta sunt, *scilicet supra* Essentiam et Vitam et Mentem. Si enim hæc differunt quidem inter se, omnia vero sunt in omnibus, unumquodque cum sit omnia, non erit Unum tantum.

Præterea vero, si illud, quod est Primum, *est* superessentiale (*i. e. supra essentiam*), omnis vero Deus et ipsius Primi (*i. e. primæ*) seriei, quatenus *est* Deus, unusquisque *Deorum* erit superessentialis. Atqui, quod illud.

φανερόν· οὐ γὰρ ταὐτὸν ἑνί τε εἶναι καὶ οὐσίᾳ εἶναι· οὐδὲ ταὐτὸν τὸ ἔστι καὶ τὸ ἥνωται.

Εἰ δὲ μὴ ταὐτὸν, ἢ ἄμφω τὸ πρῶτον, καὶ ἔσται οὐχ ἓν μόνον, ἀλλά τι καὶ ἄλλο παρὰ τὸ ἕν, καὶ μετέχον δὴ λοιπὸν ἑνὸς, ἀλλ' οὐκ αὐτοέν· ἢ θάτερον τούτων. Ἀλλ' εἰ μὲν οὐσία, ἐνδεὲς ἔσται τοῦ ἑνός· ὅπερ ἀδύνατον, εἶναι ταὐγαθὸν καὶ τὸ πρῶτον ἐνδεές.

Ἓν ἄρα μόνον ἐκεῖνο· ὥστε ὑπερούσιον. Εἰ δὲ, ὃ ἕκαστον ἔστι πρώτως, τούτου τὴν ἰδιότητα πάσῃ τῇ σειρᾷ δίδωσι, καὶ ὁ θεῖος ἀριθμὸς ἅπας ὑπερούσιός ἐστιν· ἐπεὶ καὶ τὰ ὅμοια παράγει πρὸ τῶν ἀνομοίων ἕκαστον τῶν ἀρχικῶν αἰτίων· εἰ ἄρα ὁ πρώτιστος θεὸς ὑπερούσιος, καὶ θεοὶ πάντες ὑπερούσιοι· πάντῃ γὰρ ὅμοιοι ἔσονται. Οὐσίαι δὲ ὄντες ἀπὸ οὐσίας ἂν παράγοιντο τῆς πρώτης, ὡς μονάδες τῶν οὐσιῶν.

ΡΙϚ'. Πᾶς θεὸς μεθεκτός ἐστι, πλὴν τοῦ ἑνός. Ὅτι μὲν γὰρ ἐκεῖνο ἀμέθεκτον, δῆλον, ἵνα μὴ μετεχόμενον, καί τινος διὰ τοῦτο γενόμενον, μηκέτι πάντων ὁμοίων ᾖ τῶν τε προόντων καὶ τῶν ὄντων αἴτιον.

Ὅτι δὲ αἱ ἄλλαι ἑνάδες μετέχονται ἤδη, δείξομεν οὕτως· εἰ γὰρ ἔστιν ἄλλη μετὰ τὸ πρῶτον ἀμέθεκτος ἑνὰς, τί διαίσει τοῦ ἑνός; Ἡ γὰρ ὡσαύτως ἓν ἐστιν, ὥσπερ ἐκεῖνο. Καὶ πῶς τὸ μὲν δεύτερον, τὸ δὲ πρῶτον; Ἢ οὐχ ὡσαύτως· τὸ μὲν αὐτοέν, τὸ δὲ ἕν τε καὶ οὐχ ἕν. Ἀλλὰ τὸ οὐχ ἓν τοῦτο, εἰ μὲν μηδεμία ὑπόστασις, ἔσται μόνον ἕν· εἰ δὲ ὑπόστασίς τις ἄλλη παρὰ τὸ ἕν, μετεχόμενον ἔσται τὸ ἓν ὑπὸ τοῦ οὐχ ἑνός. Καὶ τὸ μὲν αὐτοτελὲς, τὸ ἕν, ὃ συνάπτει πρὸς τὸ αὐτοέν.

Ὥστε τοῦτο πάλιν ὁ θεὸς, ἢ θεός· τὸ δὲ οὐχ ἓν ὑποστὰν ἐν μεθέξει τοῦ ἑνὸς ὑφέστηκε. Μεθεκτὴ ἄρα ἐστὶ πᾶσα ἑνὰς μετὰ τὸ ἓν ὑποστᾶσα, καὶ πᾶς θεὸς μεθεκτός.

ΡΙΖ'. Πᾶς θεὸς μέτρον ἐστὶ τῶν ὄντων. Εἰ γάρ ἐστιν ἑνιαῖος ἅπας θεὸς, τὰ πλήθη πάντα τῶν ὄντων ἀφορίζει καὶ μετρεῖ. Πάντα μὲν γὰρ τὰ πλήθη, τῇ ἑαυτῶν φύσει ἀόριστα ὄντα, διὰ τὸ ἓν ὁρίζεται· τὸ δὲ ἑνιαῖον μετροῦν καὶ περατοῦν, οἷς ἂν παρῇ, βούλεται περιάγειν εἰς ὅρον τὸ μὴ τοιοῦτον κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν.

Γίνεται γὰρ κἀκεῖνο ἑνοειδὲς τῇ μεθέξει· τοῦτο δὲ τῆς ἀοριστίας τε καὶ ἀπειρίας ἀφίσταται· καὶ ὅσῳ μᾶλλον ἑνοειδὲς, τοσούτῳ ἧττον ἀόριστον καὶ ἄμετρον. Μετρεῖται ἄρα πᾶν πλῆθος τῶν ὄντων ὑπὸ τῶν θείων ἑνάδων.

ΡΙΗ'. Πᾶν ὅ τι περ ἂν ἐν τοῖς θεοῖς ᾖ, κατὰ τὴν αὐτῶν ἰδιότητα προϋφέστηκεν ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔστιν ἡ ἰδιότης αὐτῶν ἑνιαία καὶ ὑπερούσιος. Ἑνιαίως ἄρα καὶ ὑπερουσίως πάντα ἐν αὐτοῖς. Καὶ γὰρ εἰ τριχῶς ἕκαστον ὑφέστηκεν, ἢ κατ' αἰτίαν ἢ καθ' ὕπαρξιν ἢ κατὰ μέθεquod est primum, *sit* superessentiale *omnique essentia superius, est* perspicuum. Non enim idem *est* et Unum esse et essentiam esse. Neque idem *est* ipsum Est et Unitum est.

Si vero non *est* idem, vel utrumque *erit illud* quod est Primum, et erit non Unum tantum, sed aliquid etiam aliud præter ipsum Unum, et id, quod jam ceteroquin est particeps Unius : at non *illud, quod est* per se Unum. Vel *erit* alterum horum. Sed si quidem *est* essentia, indigens erit Unius : quod impossibile *est*, ut ipsum Bonum et ipsum Primum sit indigens (*indigeat aliqua re*).

Illud igitur *est* Unum tantum. Quamobrem *est* superessentiale (*i. e. supra omnes essentias*). Si vero quod unumquodque est primo, hujus proprietatem toti seriei dat *atque suppeditat*, et ipse divinus numerus omnis superessentialis est ; quoniam et unaquæque principalium causarum similia producit ante dissimilia : si igitur ille primus Deus *est* superessentialis, et omnes dii *sunt* superessentiales. Prorsus enim similes erunt. Cum autem sint essentiæ, ab illa prima essentia producentur, ut Unitates essentiarum.

CXVI. Omnis Deus participabilis est, præter *illud quod est* Unum. Quod enim illud *primum Unum sit* imparticipabile, perspicuum *est*. *Hoc autem ideo dicitur*, ne, si *ab aliquo* participaretur, et alicujus propterea fieret, *a quo penderet*, non amplius omnium pariter et primorum Entium et *simpliciter* Entium esset causa.

Quod autem aliæ Unitates participentur jam, demonstrabimus ita. Si enim est alia Unitas post illud primum *Unum* imparticipabilis, quid differet ab Uno? Vel enim eodem modo est Unum, quo illud *Unum*. Sed quomodo alterum quidem *est* secundum, alterum vero primum ? Vel non eodem modo *Unum est ;* et alterum quidem *erit* per se Unum, alterum vero *erit* et Unum, et non Unum. Sed hoc non Unum, si quidem nulla *sit* hypostasis, erit tantum Unum : si vero *sit* aliqua alia hypostasis præter ipsum Unum, ipsum Unum erit participatum (*i. e. participabitur*) ab illo, quod est non Unum. Et alterum quidem *est* perfectum, *scilicet* ipsum Unum, quod conjunctum est cum illo, quod est per se Unum.

Quamobrem hoc rursus *erit* Deus, quatenus Deus *est per se Unum, idque perfectum*. Illud vero non Unum subsistens in communione *vel per communionem* ipsius Unius subsistit. Participabilis igitur est omnis Unitas, quæ post Unum subsistit, et omnis Deus *est* participabilis.

CXVII. Omnis Deus est ipsorum Entium mensura. Si enim omnis Deus est singularis, omnes ipsorum Entium multitudines definit et metitur. Omnes enim multitudines sua natura cum sint indefinitæ, per ipsum Unum finiuntur. Illud vero, quod est unicum, metiens et finiens *illa*, quibus adfuerit, vult circumducere ad finem illud, quod per suam facultatem non est tale.

Fit enim et illud Uni simile propter communionem *cum Uno*. Hoc autem ab indefinitione (*indefinita ratione*) et *ab* infinitate deficit (*recedit ac remotum est*) ; et quo magis *est* Uni simile, eo minus *est* indefinitum et immensum (*expers mensuræ*). Mensuratur igitur omnis Entium multitudo a divinis Unitatibus.

CXVIII. Omne quodcumque fuerit in ipsis diis, per ipsorum proprietatem in ipsis prius exsistit, et ipsorum proprietas est singularis et superessentialis. Singulariter igitur et superessentialiter omnia *sunt* in ipsis *diis*. Etenim si trifariam unumquodque subsistit : vel per causam, vel per substantiam, vel per communionem, omnem

ξιν, πρῶτος δὲ πάντων ἀριθμὸς ὁ θεῖος ἀριθμὸς, οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ἔσται κατὰ μέθεξιν, ἀλλὰ πάντα καθ' ὕπαρξιν, ἢ κατ' αἰτίαν.

Ἀλλὰ καὶ ὅσα ὡς αἴτιοι πάντων προειλήφασιν, οἰκείως τῇ ἑαυτῶν ἑνώσει προειλήφασι. Καὶ γὰρ πᾶν τὸ κατ' αἰτίαν τῶν δευτέρων ἡγεμονοῦν, ὡς αὐτὸ πέφυκεν, οὕτως ἔχει τὴν αἰτίαν τῶν καταδεεστέρων. Πάντα ἄρα ἔστιν ἐν τοῖς θεοῖς ἑνιαίως καὶ ὑπερουσίως.

ΡΙΘ'. Πᾶς θεὸς κατὰ τὴν ὑπερούσιον ἀγαθότητα ὑφέστηκε, καὶ ἔστιν ἀγαθὸς οὔτε κατὰ μέθεξιν οὔτε κατ' οὐσίαν. Καὶ γὰρ αἱ ἕξεις καὶ αἱ οὐσίαι δευτέραν καὶ πολλοστὴν ἔλαχον τάξιν ἀπὸ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὑπερουσίως.

Εἰ γὰρ τὸ πρῶτον ἕν, καὶ τἀγαθὸν, καὶ ᾗ ἕν, τἀγαθὸν, καὶ ᾗ τἀγαθὸν, ἕν, καὶ πᾶσα ἡ σειρὰ τῶν θεῶν ἑνοειδής τέ ἐστι καὶ ἀγαθοειδὴς κατὰ μίαν ἰδιότητα, καὶ οὐ κατ' ἄλλο ἕκαστος ἑνὰς καὶ ἀγαθότης.

Ἀλλ' ᾗ ἑνὰς, ταύτῃ ἀγαθότης, καὶ ᾗ ἀγαθότης, ἑνάς· καὶ ὡς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου προελθόντες οἱ μετὰ τὸ πρῶτον, ἀγαθοειδεῖς καὶ ἑνοειδεῖς· εἴπερ ἐκεῖνο ἕν, καὶ τἀγαθόν· ὡς δὲ οἱ θεοὶ πάντες, ἑνάδες καὶ ἀγαθότητες. Ὡς οὖν τὸ ἓν τὸ τῶν θεῶν ὑπερούσιον, οὕτω καὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτῶν ὑπερούσιον, οὐκ ἄλλο τι ὂν παρὰ τὸ ἕν. Οὐ γὰρ ἄλλο ἕκαστος· εἶτα ἀγαθὸν, ἀλλὰ μόνον ἀγαθόν· ὥσπερ οὐδὲ ἄλλο· εἶτα ἕν, ἀλλὰ μόνον ἕν.

ΡΚ'. Πᾶς θεὸς ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὑπάρξει τὸ προνοεῖν τῶν ὅλων κέκτηται· καὶ τὸ πρώτως προνοεῖν ἐν τοῖς θεοῖς. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα μετὰ θεοὺς ὄντα διὰ τὴν ἐκείνων μετουσίαν προνοεῖ· τοῖς δὲ θεοῖς ἡ πρόνοια συμφυής ἐστιν.

Εἰ γὰρ τὸ τῶν ἀγαθῶν μεταδιδόναι τοῖς προνοουμένοις ἐξαίρετόν ἐστι τῆς προνοητικῆς ἰδιότητος, οἱ δὲ θεοὶ πάντες ἀγαθότητές εἰσιν, ἡ οὐδενὶ μεταδώσουσιν ἑαυτῶν, καὶ οὐδὲν ἔσται ἀγαθὸν ἐν τοῖς δευτέροις· τόθεν γὰρ τὸ κατὰ μέθεξιν ἢ ἀπὸ τῶν πρώτως τὰς ἰδιότητας ἐχόντων; ἢ μεταδιδόντες ἀγαθῶν μεταδιδοῦσι, καὶ ταύτῃ προνοήσουσι τῶν πάντων.

Ἐν θεοῖς οὖν ἡ πρόνοια πρώτως· καὶ ποῦ γὰρ ἡ πρὸ νοῦ ἐνέργεια, ἢ ἐν τοῖς ὑπερουσίοις; Ἡ δὲ πρόνοια (ὡς τοὔνομα ἐμφαίνει) ἐνέργειά ἐστι πρὸ νοῦ. Τῷ εἶναι ἄρα θεοὶ καὶ τῷ ἀγαθότητες εἶναι πάντων προνοοῦσι, πάντα τῆς πρὸ νοῦ πληροῦντες ἀγαθότητος.

ΡΚΑ'. Πᾶν τὸ θεῖον ὕπαρξιν μὲν ἔχει τὴν ἀγαθότητα, δύναμιν δὲ ἑνιαίαν καὶ γνῶσιν κρύφιον, ἄληπτον πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς δευτέροις. Εἰ γάρ ἐστι προνοητικὸν τῶν ὅλων, ἔστιν ἐν αὐτῷ δύναμις κρατητικὴ τῶν προνοουμένων· δι' ἣν, ἀκράτητον καὶ ἀπερίγραφον τοῖς πᾶσιν ὑπάρχουσαν, πάντα πεπληρώκασιν ἑαυτῶν, πάντα ὑποστρώσαντες ἑαυτοῖς.

Πᾶν γὰρ τὸ ἀρχικὸν ἄλλων αἴτιον καὶ κρατητικὸν διὰ δυνάμεως περιουσίαν ἄρχει καὶ κρατεῖ κατὰ φύσιν.

Ἔστι δὴ οὖν ἡ πρωτίστη δύναμις ἐν τοῖς θεοῖς, οὐ

vero primus numerus *est* ille divinus numerus, *ergo* nihil in ipsis *diis* erit per communionem, sed omnia per substadtiam vel per causam *in ipsis erunt*.

Sed etiam quæcumque *dii* ut omnium auctores primum sumpserunt, *ea* convenienter suæ Unitioni primum sumpserunt. Etenim omne, quod per causam secundis præest, ut ipsum naturaliter est, sic habet causam eorum quæ sunt inferiora. Omnia igitur sunt in Diis singulariter et superessentialiter.

CXIX. Omnis Deus per *suam* superessentialem bonitatem subsistit, et est bonus neque per communionem neque per essentiam. Etenim et habitus et essentiæ secundum et multesimum (*unum de multis*) ordinem sunt sortitæ, *manantem* ab ipsis diis, sed superessentialiter.

Si enim illud primum Unum *est* etiam ipsum Bonum et *Unum*, quatenus *est* Unum, *est etiam* ipsum Bonum, et quatenus *est* ipsum Bonum, *est etiam* Unum, *ergo* et omnis series deorum est et Uni similis et Bono similis per unam proprietatem, et non per aliud unusquisque *deorum est* Unitas et Bonitas.

Sed quatenus *est* Unitas, eatenus *est* Bonitas, et quatenus *est* Bonitas, *eatenus est* Unitas; et ut ab illo quidem primo progressi illi, qui sunt post illud Primum, *sunt* Bono similes et Uni similes; siquidem illud Unum *est* etiam ipsum Bonum. Ut vero dii omnes, *sunt* Unitates et Bonitates. Ut igitur illud Unum deorum *est* superessentiale, sic etiam ipsorum Bonum *est* superessentiale, quia nihil aliud est præter ipsum Unum. Non enim aliud *est deorum* unusquisque; itaque Bonum, sed tantum Bonum; quemadmodum ne aliud quidem *est deorum unusquisque;* itaque Unum, sed tantum Unum.

CXX. Omnis Deus in sua essentia ipsam *rerum* universarum providentiam possidet. Et ipsum primo *rebus universis* providere, *earumque providentiam primo possidere, est* in ipsis diis. Nam cetera quidem omnia, quæ sunt post deos, propter illorum (*i. e. cum illis*) communionem *rebus* provident: at ipsis diis providentia est cognata *et cum ipsis nata*.

Si enim ipsum impertiri bona iis, quibus providetur, est eximium *munus* proprietatis providentia præditæ, ipsi vero dii omnes sunt Bonitates, vel nulli se ipsos impertientur, et nullum erit Bonum in secundis *naturis*: unde enim illud *proficiscetur*, quod *est* per participationem, nisi ab iis qui primo proprietates habent? vel Dii, dum impertiuntur *se ipsos iis, quorum providam curam gerunt, ipsis* Bona impertiuntur, et ita *rebus* omnibus providebunt.

In Diis igitur *est* primo providentia. Etenim ubinam *est* illa ante Mentem actio, nisi in ipsis superessentialibus? Ipsa vero providentia (ut ipsum nomen indicat) est actio ante Mentem. Igitur Dii propter ipsum Esse (*propter suam essentiam*) et quod sunt Bonitates, omnibus provident *et omnia sua providentia administrant*, omnia replentes illa Bonitate, quæ est ante Mentem.

CXXI. Omne numen substantiam habet Bonitatem, Potestatem vero singularem et Sapientiam occultam, et incomprehensam omnibus simul secundis *naturis*. Si enim divinum *numen rerum* universarum providam curam gerit, *iisque providendi facultate præditum est*, est in ipso facultas dominatrix rerum, quæ providentia reguntur [*vel*, quæ res, quibus providetur, in officio continet]. Propter quam *facultatem*, invictam et incircumscriptam omnibus exsistentem, *dii* omnia se ipsis repleverunt, quoniam omnia sibi ipsis subjecerunt.

Omne enim, quod imperatoria potestate præditum est, *et quod est* aliorum causa, et quod per potestatis abundantiam (*virium copiam*) dominandi vim habet, *illud* imperat et dominatur secundum naturam.

Est igitur prima potestas in ipsis Diis, quæ non aliis

τῶν μὲν κρατοῦσα, τῶν δὲ οὔ· πάντων δὲ ἐξίσου προλαβοῦσα τὰς δυνάμεις ἐν ἑαυτῇ τῶν ὄντων, οὔτε οὐσιώδης οὖσα δύναμις, οὔτε πολλῷ πλέον ἀνούσιος, ἀλλὰ τῇ ὑπάρξει τῶν θεῶν συμφυὴς καὶ ὑπερούσιος. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ πέρατα πάντων τῶν γνωστῶν ἑνοειδῶς ἐν τοῖς θεοῖς προϋφέστηκεν. Διὰ γὰρ τὴν θείαν γνῶσιν, τὴν ἐξῃρημένην τῶν ὅλων, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι γνώσεις ὑπέστησαν, οὔτε νοερὰν οὖσαν, οὔτε ἔτι μᾶλλον τῶν μετὰ νοῦν τινα γνώσεων, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα τὴν θείαν ὑπὲρ νοῦν ἱδρυμένην.

Εἴτε ἄρα γνῶσίς ἐστι θεία, κρύφιός ἐστιν αὕτη καὶ ἑνοειδὴς ἡ γνῶσις· εἴτε δύναμις ἀπερίγραφος πᾶσι καὶ περιληπτικὴ πάντων ὡσαύτως· εἴτε ἀγαθότης, τὴν, ὕπαρξιν αὐτῶν ἀφορίζουσα. Καὶ γὰρ εἰ πάντα ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, γνῶσις, δύναμις, ἀγαθότης· ἀλλ' ἡ ὕπαρξις τῷ ἀρίστῳ χαρακτηρίζεται, καὶ ἡ ὑπόστασις κατὰ τὸ ἄριστον· τοῦτο δὲ ἡ ἀγαθότης.

ΡΚΒ'. Πᾶν τὸ θεῖον καὶ προνοεῖ τῶν δευτέρων, καὶ ἐξῄρηται τῶν προνοουμένων, μήτε τῆς προνοίας χαλώσης τὴν ἄμικτον αὐτοῦ καὶ ἐνιαίαν ὑπεροχήν, μήτε τῆς χωριστῆς ἑνώσεως τὴν πρόνοιαν ἀφανιζούσης. Μένοντες γὰρ ἐν τῷ ἑνιαίῳ τῷ ἑαυτῶν καὶ τῇ ὑπάρξει τὰ πάντα πεπληρώκασι τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως. Καὶ πᾶν τὸ δυνάμενον αὐτῶν μεταλαγχάνειν ἀπολαύει τῶν ἀγαθῶν, ὧν δέχεσθαι δύναται κατὰ τὰ μέτρα τῆς οἰκείας ὑποστάσεως, ἐκείνων αὐτῷ τῷ εἶναι, μᾶλλον δὲ προεῖναι, ταγαθὰ τοῖς οὖσιν ἐπιλαμπόντων.

Ὄντες γὰρ οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἀγαθότης, αὐτῷ τῷ εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀφθόνως ταγαθὰ χορηγοῦσιν, οὐ κατὰ λογισμὸν ποιούμενοι τὴν διανομήν, ἀλλὰ τούτων μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν δεχομένων, ἐκείνων δὲ κατὰ τὴν αὐτῶν ὕπαρξιν διδόντων. Οὔτε οὖν προνοοῦντες σχέσιν ἀναδέχονται πρὸς τὰ προνοούμενα.

Τῷ γὰρ εἶναι, ὅ εἰσι, πάντα ἀγαθύνουσιν. Πᾶν δὲ τὸ τῷ εἶναι ποιοῦν ἀσχέτως ποιεῖ. Ἡ γὰρ σχέσις πρόσθεσίς ἐστι τοῦ εἶναι. Διὸ καὶ παρὰ φύσιν.

Οὔτε χωριστοὶ ὄντες ἀναιροῦσι τὴν πρόνοιαν. Οὕτω γὰρ ἀναιροῖεν (ὃ μηδὲ θέμις εἰπεῖν) τὴν ὕπαρξιν τὴν ἑαυτῶν, ἧς ἡ ἰδιότης ἀγαθότης ἐστίν. Ἀγαθοῦ γὰρ ἡ μετάδοσις εἰς πᾶν τὸ μετέχειν δυνάμενον. Καὶ τὸ μέγιστόν ἐστιν οὐ τὸ ἀγαθοειδὲς, ἀλλὰ τὸ ἀγαθουργόν. Τοῦτο τοίνυν ἢ οὐδὲν ἕξει τῶν ὄντων, ἢ θεοὶ πρὸ τῶν ὄντων· οὐ γάρ ἄν που τοῖς μὲν κατὰ μέθεξιν ἀγαθοῖς ὑπάρχοι τὸ μεῖζον ἀγαθὸν, τοῖς δὲ πρώτοις ἀγαθοῖς τὸ ἔλαττον.

ΡΚΓ'. Πᾶν τὸ θεῖον αὐτὸ μὲν διὰ τὴν ὑπερούσιον ἕνωσιν ἄῤῥητόν ἐστι καὶ ἄγνωστον πᾶσι τοῖς δευτέροις· ἀπὸ δὲ τῶν μετεχόντων ληπτόν ἐστι καὶ γνωστόν.

Διὸ μόνον τὸ πρῶτον παντελῶς ἄγνωστον, ἅτε ἀμέθεκτον ὄν. Πᾶσα γὰρ ἡ διὰ λόγου γνῶσις τῶν ὄντων ἐστὶ, καὶ ἐν τοῖς οὖσιν ἔχει τὸ τῆς ἀληθείας καταληπτικόν· καὶ γὰρ νοημάτων ἐφάπτεται, καὶ ἐν νοήσεσιν ὑφέστηκεν· οἱ δὲ θεοὶ πάντων εἰσὶν ἐπέκεινα τῶν ὄντων.

imperat quidem, aliis vero non; sed æqualiter omnium Entium potestates in se ipsa primo sumpsit, quamvis ipsa neque essentialis sit potestas, neque multo magis (*multo minus*) *sit* expers essentiæ, sed substantiæ deorum ingenita et superessentialis. Quin etiam ipsi fines omnium cognitionum uniformiter in ipsis diis primo subsistunt. Nam propter divinam cognitionem ex universis *rebus* exemptam et aliæ omnes cognitiones subsistunt, *quæ divina cognitio* neque intellectualis est, neque multo magis (*multo minus*) *est* una ex illis cognitionibus quæ sunt post aliam Mentem, sed secundum proprietatem divinam est supra Mentem collocata.

Sive igitur cognitio est divina, ista cognitio est occulta et uniformis; sive potestas *est* incircumscripta omnibus, etiam omnium comprehendendorum vim habet eodem modo: sive Bonitas *est*, essentiam ipsorum *deorum* definit. Etenim si omnia sunt in ipsis *Diis*: cognitio, potestas, Bonitas *etiam in ipsis est*; substantia tamen deorum. Optimi notâ declaratur, et natura vere subsistens per Optimum. Hoc autem *est* ipsa Bonitas.

CXXII. Omne divinum numen et providam curam gerit secundarum *naturarum et rerum*, et exemptum est ex iis quorum providam curam gerit, ita ut neque providentia demittat, (*remittat et imminuat*) non mixtam *ac puram* ipsius et singularem excellentiam, neque separabilis Unitas providentiam *ejus* deleat. Manentes enim *Dii* in illo singulari suo *naturæ statu* et in substantia, omnia replent sua facultate *et potestate*. Et omne, quod ipsos participare potest, illis bonis fruitur, quæ percipere potest secundum mensuras naturalis suæ subsistentiæ, illis *diis* propter ipsum *suum* Esse, vel potius propter ipsum *suum* Primo esse, bona in ipsa Entia per illuminationem immittentibus.

Cum enim nihil aliud sint, quam Bonitas, per ipsum *suum* Esse omnibus *Entibus* abunde bona suppeditant, non secundum ratiocinationem facientes hanc distributionem, sed his quidem secundum *suam* dignitatem accipientibus *hæc deorum bona*, illis vero *diis ea* secundum *suam* substantiam dantibus. Neque igitur, quum *ipsis Entibus dii* provident, habitudinem (atque adeo affectionem) ullam suscipiunt erga ea quibus provident.

Nam propter ipsum esse *illud*, quod sunt, omnia bona faciunt. Omne vero quod propter *suum* Esse facit *aliquid*, *illud* sine habitudine (adeoque affectu) facit. Nam habitudo (adeoque affectio) additamentum est ipsius Esse. Quamobrem etiam *est* præter naturam.

Neque cum *ab ipsis Entibus dii* separati sunt, ipsam providentiam tollunt. Sic enim tollerent (quod ne dicere quidem fas *est*) suam substantiam, cujus proprietas est ipsa Bonitas. Boni enim *est* erogatio in omne quod *bona* participare potest. Et quod maximum est, non *est* illud quod Bono simile est; sed illud, quod bona facit, *et quod est beneficum*. Hoc igitur *bonorum in Entia conferendorum genus* vel nullum ipsorum Entium habebit, vel ipsi Dii *hoc habebunt* ante ipsa Entia. Nullo modo enim illis quidem bonis, quæ sunt per communicationem, aderit *vel inerit* majus bonum, primis vero bonis minus *bonum aderit*.

CXXIII. Omne divinum ipsum quidem, propter superessentialem Unitatem, ineffabile est et ignotum omnibus secundis *Entibus*; per illa vero, quæ participant *id quod est divinum*, *ipsum divinum* comprehendi cognoscique potest.

Quare solum illud, quod est primum, omnino *est* ignotum, utpote quod est imparticipabile. Omnis enim per rationem *vel per orationem* cognitio ipsorum Entium est, et in ipsis Entibus habet veritatis comprehensionem. Etenim notiones attingit, et in intelligentiis subsistit. Ipsi vero dii sunt supra omnia Entia.

Οὔτε οὖν δοξαστὸν τὸ θεῖον, οὔτε διανοητὸν, οὔτε νοητόν. Πᾶν γὰρ τὸ ὄν, ἢ αἰσθητόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο δοξαστὸν, ἢ ὄντως ὄν, καὶ διὰ τοῦτο νοητὸν, ἢ μεταξὺ τούτων, ὂν ἅμα καὶ γεννητὸν, καὶ διὰ τοῦτο διανοητόν. Εἰ οὖν οἱ θεοὶ ὑπερούσιοι καὶ πρὸ τῶν ὄντων ὑφεστήκασιν, οὔτε δόξα ἔστιν αὐτῶν, οὔτε ἐπιστήμη καὶ διάνοια, οὔτε νόησις. Ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐξηρτημένων, οἷαί πέρ εἰσιν αὐτῶν αἱ ἰδιότητες, γνωρίζονται, καὶ τοῦτο ἀναγκαίως. Κατὰ γὰρ τὰς τῶν μετεχομένων ἰδιότητας καὶ αἱ τῶν μετεχόντων συνδιαιροῦνται διαφορότητες.

Καὶ οὔτε πᾶν μετέχει παντός (οὐ γὰρ ἔστι σύνταξις τῶν πάντῃ ἀνομοίων), οὔτε τὸ τυχὸν τοῦ τυχόντος μετέχει, ἀλλὰ τὸ συγγενὲς ἑκάστῳ συνῆπται, καὶ ἀφ' ἑκάστου πρόεισιν.

ΡΚΔ'. Πᾶς θεὸς ἀμερίστως μὲν τὰ μεριστὰ γινώσκει, ἀχρόνως δὲ τὰ ἔγχρονα, τὰ δὲ μὴ ἀναγκαῖα ἀναγκαίως, καὶ τὰ μεταβλητὰ ἀμεταβλήτως, καὶ ὅλως πάντα κρειττόνως, ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν τάξιν. Εἰ γὰρ ἅπαν, ὅ τι περ ἂν ᾖ, παρὰ τοῖς θεοῖς κατὰ τὴν αὐτῶν ἐστιν ἰδιότητα, δῆλον δήπουθεν, ὡς οὐ κατὰ τὴν τῶν χειρόνων φύσιν ἐν τοῖς θεοῖς οὖσα ἡ γνῶσις αὐτῶν ἔσται, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῶν ἐκείνων ἐξῃρημένην ὑπεροχήν.

Ἐνοειδὴς ἄρα καὶ ἀπαθὴς ἡ γνῶσις ἔσται τῶν πεπληθυσμένων καὶ παθητῶν. Εἰ ἄρα καὶ τὸ γνωστὸν εἴη μεριστὸν, ἀλλ' ἡ θεία γνῶσις ἀμέριστος, καὶ ἡ τῶν μεριστῶν καὶ ἡ μεταβλητῶν, ἀμεταβλητος, καὶ ἡ τῶν ἐνδεχομένων ἀναγκαία, καὶ ἡ τῶν ἀορίστων ὡρισμένη.

Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν χειρόνων εἰσδέχεται τὸ θεῖον τὴν γνῶσιν, ἵνα οὕτως ἡ γνῶσις ἔχῃ, ὡς τὸ γνωστὸν ἔχει φύσεως. Ἀλλὰ τὰ χείρονα περὶ τὸ ὡρισμένον τῶν θεῶν ἀορισταίνει· καὶ περὶ τὸ ἀμετάβλητον μεταβάλλει, καὶ τὸ ἀπαθὲς παθητικῶς ὑποδέχεται, καὶ τὸ ἄχρονον ἐγχρόνως. Τοῖς μὲν γὰρ χείροσιν ἀπὸ τῶν κρειττόνων παρεκβαίνειν δυνατόν· τοῖς δὲ θεοῖς εἰσδέχεσθαί τι παρὰ τῶν χειρόνων οὐ θέμις.

ΡΚΕ'. Πᾶς θεὸς, ἀφ' ἧς ἂν ἄρξηται τάξεως ἐκφαίνειν ἑαυτὸν, πρόεισι διὰ πάντων τῶν δευτέρων, ἀεὶ μὲν πληθύνων τὰς ἑαυτοῦ μεταδόσεις καὶ μερίζων, φυλάττων δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς οἰκείας ὑποστάσεως. Αἱ μὲν γὰρ πρόοδοι δι' ὑφέσεως γινόμεναι τὰ πρῶτα πανταχοῦ πως πληθύνουσιν εἰς τὰς τῶν δευτέρων ὑποβάσεις.

Τὰ δὲ προϊόντα κατὰ τὴν πρὸς τὰ παράγοντα ὁμοιότητα τὴν ἑαυτῶν ὑποδέχεται διάταξιν, ὥστε τὸ ὅλον ταὐτόν πως εἶναι, καὶ ἕτερον τὸ προϊὸν τῷ μένοντι· διὰ μὲν τὴν ὕφεσιν ἀλλοῖον φαινόμενον, διὰ δὲ τὴν συνέχειαν τὴν πρὸς ἐκεῖνο τῆς ταυτότητος οὐκ ἐξιστάμενον.

Οἷον δέ ἐστιν ἐκεῖνο ἐν τοῖς πρώτοις, τοιοῦτον ἐν τοῖς δευτέροις ὑφιστάμενον αὐτὸ, καὶ τῆς σειρᾶς τὴν ἀδιάλυτον κοινωνίαν διαφυλάττον. Ἐκφαίνεται μὲν οὖν ἕκαστος τῶν θεῶν οἰκείως ταῖς τάξεσιν, ἐν αἷς

Neque igitur opinabile *est illud* quod est divinum, neque cogitatione neque mente percipi *cognosciqué* potest. Omne enim Ens vel sensibile est, et propterea opinabile, vel vere Ens, et propterea intelligibile, vel *est* inter hæc *medium*, Ens simul et generatum, et propterea cogitatione perceptum. Si igitur Dii superessentiales *sunt*, et ante ipsa Entia subsistunt, neque opinio est ipsorum (*de ipsis*), neque scientia et cogitatio, neque intelligentia (*i. e. his percipi cognosciqué non possunt*). Sed ex iis quæ pendent *ex ipsis*, quales sint ipsorum proprietates, cognoscuntur, idque necessario. Nam per ipsas proprietates eorum quæ participantur, et ipsæ illorum quæ participant *ipsos Deos*, differentiæ simul dividuntur.

Et neque omne participat omne (neque enim *rerum* prorsus dissimilium est *ullus* ordo sive ulla conjunctio), neque fortuitum participat fortuitum, sed ipsum cognatum cum unoquoque, *quod est cognatum*, conjunctum est, et ab unoquoque *cognato cognatum* progreditur.

CXXIV. Omnis Deus individue quidem dividua cognoscit, sine tempore ea quæ sunt in tempore, non necessaria vero necessario, et mutabilia immutabiliter, et denique omnia *cognoscit* melius, quam fert ipsorum ordo. Si enim omne quodcumque fuerit, apud ipsos Deos secundum ipsorum proprietatem est, perspicuum profecto *est*, quod non secundum deteriorum naturam in diis existens erit ipsorum cognitio, sed secundum illam illorum ipsorum eximiam excellentiam.

Uniformis igitur et affectuum expers erit ipsa cognitio multiplicatarum et partibilium *rerum*. Si igitur et illud, quod in cognitionem cadit, *quodque cognosci potest*, est dividuum, tamen ipsa divina cognitio *est* individua, et dividuarum et mutabilium *rerum cognitio est* immutabilis, et eorum quæ fieri possunt, necessaria, et indefinitorum, definita.

Non enim a deterioribus *manantem* cognitionem recipit ipsum divinum numen, ut ipsa cognitio talem habeat naturam, qualem habet id quod in cognitionem cadit *quodque cognosci potest*. Sed deteriora circa definitum, quod est in Diis, indefinite feruntur (adeoque hæsitant); et circa Immutabile mutantur, et quod est affectuum expers, affectuose suscipiunt, et quod est temporis expers, modo temporali. Nam illa, quidem, quæ sunt deteriora, a præstantioribus degredi *atque recedere* possunt; ipsis vero Diis aliquid a deterioribus recipere nefas *est*.

Omnis deus, a quo cœperit ordine se ipsum ostendere, progreditur per omnia secunda, semper quidem multiplicans et partiens suas *donorum collationes et* communicationes, servans vero proprietatem suæ subsistentiæ. Nam illi quidem progressus, qui per remissionem fiunt, ea quæ prima sunt, ubique quodammodo multiplicant in ipsa secundorum fundamenta *et in illas conditiones*, *quæ primis sunt subjectæ*.

Quæ vero progrediuntur secundum similitudinem, *quam habent ea quæ producuntur* cum iis quæ producunt *ipsa*, suam suscipiunt constitutionem *et ordinem*, ita ut ipsum totum idem quodammodo sit, et diversum id quod progreditur, et id quod *firmum in suo loco* manet. Nam propter ipsam quidem remissionem alterum *ac diversum* videtur, propter cohærentiam vero cum illo ex identitate non excedit, *nec degenerat*.

Quale vero est illud in primis, tale in secundis *hoc* ipsum subsistit, et seriei indissolubilem communionem perpetuo servat. Apparet igitur unusquisque Deorum convenienter illis ordinibus, in quibus apparitionem facit *et suam præsentiam ostendit*. Illinc vero progreditur usque ad

ποιεῖται τὴν ἔκφανσιν· πρόεισι δὲ ἐντεῦθεν ἄχρι τῶν ἐσχάτων διὰ τὴν γεννητικὴν τῶν πρώτων δύναμιν· πληθύνεται δὲ ἀεὶ τὴν πρόοδον ἀφ' ἑνὸς εἰς πλῆθος γιγνομένην· φυλάττει δὲ τὸ ταὐτὸν ἐν τῇ προόδῳ, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν προϊόντων πρὸς τὸ ἑκάστης σειρᾶς ἡγεμονοῦν καὶ πρωτουργὸν αἴτιον.

ΡΚΖ'. Πᾶς θεὸς ὁλικώτερος μέν ἐστιν ὁ τοῦ ἑνὸς ἐγγυτέρω, μερικώτερος δὲ ὁ ποῤῥώτερον. Τοῦ γὰρ πάντα παράγοντος ὁ πλειόνων αἴτιος ἐγγυτέρω· ὁ δὲ ἐλασσόνων, ποῤῥωτέρω. Καὶ ὁ μὲν πλειόνων αἴτιος, ὁλικώτερος, ὁ δὲ ἐλασσόνων, μερικώτερος· καὶ ἑκάτερος μὲν ἑνάς ἐστιν· ἀλλ' ὁ μὲν δυνάμει μείζων, ὁ δὲ ἐλάσσων κατὰ τὴν δύναμιν. Καὶ οἱ μερικώτεροι γεννῶνται ἐκ τῶν ὁλικωτέρων, οὔτε μεριζομένου ἐκείνων (ἑνάδες γάρ), οὔτε ἀλλοιουμένων (ἀκίνητοι γάρ), οὔτε σχέσει πληθυνομένων (ἀμιγεῖς γάρ), ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῶν δευτέρας ἀπογεννώντων προόδους διὰ δυνάμεως περιουσίαν, ὑφειμένας τῶν πρὸ αὐτῶν.

ΡΚΖ'. Πᾶν τὸ θεῖον, ἁπλοῦν, πρώτως ἔστι μάλιστα, καὶ διὰ τοῦτο αὐταρκέστατον. Ὅτι μὲν γὰρ ἁπλοῦν, ἐκ τῆς ἑνώσεως φανερόν· ἑνικώτατον γάρ ἐστι πᾶν· τὸ δὲ τοιοῦτον, διαφερόντως ἁπλοῦν.

Ὅτι δὲ αὐταρκέστατον, μάθοι τις ἂν ἐννοήσας, ὅτι τὸ μὲν σύνθετον ἐνδεές ἐστιν, εἰ καὶ μὴ τῶν ἄλλων, ὧν ἔστιν ἔξω, ἀλλ' ἐκείνων γε, ἐξ ὧν συνετέθη.

Τὸ δὲ ἁπλούστατον καὶ ἑνιαῖον, καὶ τὸ ἐν τῷ ἀγαθῷ ταὐτὸν προστησάμενον αὐταρκέστατον· τοιοῦτον δὲ τὸ θεῖον πᾶν. Οὔτε οὖν τῶν ἄλλων δεῖται, αὐτοαγαθότης ὑπάρχον, οὔτε ἐξ ὧν ὑφέστηκεν, ἑνιαῖον ὑπάρχον.

ΡΚΗ'. Πᾶς θεὸς, ὑπὸ μὲν τῶν ἐγγυτέρω μετεχόμενος, ἀμέσως μετέχεται· ὑπὸ δὲ τῶν ποῤῥωτέρω, διὰ μέσων ἢ ἐλασσόνων ἢ πλειόνων τινῶν. Τὰ μὲν γὰρ, διὰ συγγένειαν ἑνοειδῆ καὶ αὐτοόντα, μετέχειν αὐτόθεν δύναται τῶν θείων ἑνάδων· τὰ δὲ δι' ὑφεσιν καὶ τὴν εἰς πλῆθος ἔκτασιν ἄλλων δεῖται τῶν μᾶλλον ἡνωμένων, ἵνα μετάσχῃ τῶν αὐτοενάδων οὐσῶν, ἀλλ' οὐχ ἡνωμένων.

Τῆς γὰρ αὐτοενάδος μεταξὺ καὶ τοῦ διῃρημένου πλήθους ἔστι τὸ ἡνωμένον πλῆθος, συμφύεσθαι μὲν τῇ ἑνάδι δυνάμενον διὰ τὴν ἕνωσιν, συγγενὲς δέ πως ὂν καὶ τῷ διῃρημένῳ πλήθει διὰ τὴν τοῦ πλήθους ἔμφασιν.

ΡΚΘ'. Πᾶν μὲν σῶμα θεῖον διὰ ψυχῆς ἐστι θεῖον τῆς ἐνθεουμένης· πᾶσα δὲ ψυχὴ θεία διὰ τὸν θεῖον νοῦν· πᾶς δὲ νοῦς θεῖος κατὰ μέθεξιν τῆς θείας ἑνάδος.

Καὶ ἡ μὲν ἑνὰς, αὐτόθεν θεός· ὁ δὲ νοῦς θειότατον· ἡ δὲ ψυχὴ, θεία· τὸ δὲ σῶμα, θεοειδές. Εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ νοῦν ἐστιν ἅπας ὁ τῶν θεῶν ἀριθμὸς, αἱ δὲ μεθέξεις διὰ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοίων ἐπιτελοῦνται· ἡ μὲν ἀμέριστος οὐσία μεθέξει πρώτως τῶν ὑπερουσίων ἑνάδων.

Δευτέρως δὲ, ἡ γενέσεως ἐφαπτομένη. τρίτως δὲ, ἡ γένεσις. Καὶ ἕκαστα διὰ τῶν προσεχῶς ὑπερκειμένων. Καὶ φωτᾷ μὲν ἄχρι τῶν ἐσχάτων ἐν τοῖς

extrema, propter generatricem primorum facultatem. Multiplicat vero semper ipsum progressum ab Uno manantem in multitudinem. Servat autem ipsum Idem (*vel ipsam Identitatem*) in ipso progressu, propter similitudinem ipsorum progredientium cum uniuscujusque seriei principali et primaria causa.

CXXVI. Omnis Deus universalior quidem est ille, qui propius ad Unum accedit, particularior vero *est* ille, qui longius *ab Uno distat*. Qui enim plurium *rerum est* auctor, propinquior est illi, qui omnia producit. Qui vero pauciorum *est auctor, ille ab illo qui omnia producit est* remotior. Et ille quidem, qui plurium est auctor, est universalior; qui vero pauciorum, est particularior. Et uterque quidem est Unitas. Sed alter quidem *est* potestate major, alter vero potestate minor. Et particulariores *dii* generantur ab universalioribus, quamvis illi neque dividantur in partes (sunt enim Unitates), neque alterentur *neque mutentur* (sunt enim immobiles *ac immoti*), neque affectione multiplicentur (sunt enim expertes mixtionis); sed ex se ipsis secundos progressus procreent, propter potestatis abundantiam, inferiores illis qui sunt ante ipsos.

CXXVII. Omne Divinum, *quoniam est* simplex, est maxime primo, et propterea est sibi ipsum sufficientissimum. Quod autem *sit* simplex, ex ipsa. Unitione perspicuum *est*. Est enim totum singularissimum *et maxime unicum*. Quod autem est hujusmodi, est insigniter simplex.

Quod autem sit sibi ipsum sufficientissimum, hoc quivis cognoscet, si consideret, quod ipsum quidem compositum indigens est (*indiget*), si non etiam reliquis extra quæ existit, at illis saltem, ex quibus compositum est.

Quod vero simplicissimum est et singulare, et quod in ipso Bono idem *est*, *et* antistat, est sibi ipsum sufficientissimum. Hujusmodi vero est omne Divinum. Neque igitur reliquis indiget, quoniam est Ipsa Bonitas (*vel per se existens Bonitas*), neque iis ex quibus compositum est, quoniam est singulare.

CXXVIII. Omnis Deus, a propinquioribus quidem participatus, immediate participatur, a remotioribus vero *participatus*, per quædam media vel pauciora vel plura *participatur*. Nam alia quidem, cum propter cognationem sint uniformia et per se existentia, statim ipsas divinas Unitates participare possunt. Quæ vero *sunt* per remissionem et extensionem, *quæ fit* in multitudinem, aliis indigent magis unitis, ut participent ipsas per se Unitates existentes, at non unitas.

Nam inter per se Unitatem et divisam multitudinem est ipsa unita multitudo, quæ quidem nasci simul potest cum Unitate propter Unitionem, cognata vero quodammodo est etiam divisæ multitudini, propter ipsam multitudinis manifestam significationem.

CXXIX. Omne quidem corpus divinum per animam deificatam est divinum. Omnis vero anima *est* divina propter mentem divinam. Omnis vero Mens divina secundum Unitatis divinæ communionem.

Et Unitas quidem *est* statim Deus (*vel*, per se Deus). Mens vero *est quiddam* divinissimum. Anima vero, divina. Corpus vero, Deo simile. Quamvis enim omnis deorum numerus supra Mentem sit, ipsæ tamen *participationes et* communicationes per cognata et similia perficiuntur. Individua quidem essentia primo participabit superessentiales Unitates.

Secundo vero, illa *essentia* quæ generationem attingit. Tertio vero, ipsa generatio. Et singula per proxime superiora *progrediuntur*. Et progreditur quidem usque ad ultima in iis quæ participant *divinam naturam*, ipsa

μετέχωσιν ἡ τῶν θεῶν ἰδιότης, διὰ μέσων δὲ τῶν πρὸς ἑαυτὴν συγγενῶν.

Ἡ γὰρ ἑνὰς πρώτῳ μὲν τῷ νῷ δίδωσι τὴν ἑαυτῆς ἐξαίρετον ἐν τοῖς θείοις δύναμιν, καὶ ἀποτελεῖ κἀκεῖνον τοιοῦτον νοῦν, οἷα ἐστὶ καὶ αὐτὴ κατὰ τὸ ἑνιαῖον πλῆθος· διὰ δὲ νοῦ καὶ ψυχῇ πάρεστι, συνεξάπτουσα κἀκείνην τῷ νῷ καὶ συνεκπυροῦσα, εἰ ὁ νοῦς οὕτως εἴη μεθεκτός.

Διὰ δὲ ψυχῆς ἀπήχημα τῆς οἰκείας ἰδιότητος καὶ τῷ σώματι δίδωσιν, εἰ μετέχοι τι σῶμα ψυχῆς. Καὶ οὕτω γίνεται τὸ σῶμα οὐ μόνον ἔμψυχον καὶ νοερὸν, ἀλλὰ καὶ θεῖον, ζωὴν μὲν καὶ κίνησιν λαβὸν παρὰ ψυχῆς, διαμονὴν δὲ ἄλυτον ἀπὸ νοῦ, ἕνωσιν δὲ θείαν ἀπὸ τῆς μετεχομένης ἑνάδος· ἕκαστον γὰρ τῆς ἑαυτοῦ ὑπάρξεως μεταδίδωσι τοῖς ἐφεξῆς.

ΡΑ'. Πάσης θείας τάξεως τὰ πρῶτα μειζόνως ἐξῄρηται τῶν προσεχῶς ὑπ' αὐτὰ τεταγμένων, ἢ ταῦτα τῶν ἐφεξῆς, καὶ μειζόνως ἐξέχεται τὰ δεύτερα τῶν προσεχῶς ὑπερκειμένων, ἢ τούτων τὰ μετὰ ταῦτα· ὅσῳ μὲν γὰρ ἑνικώτερον ἦ τι καὶ ὁλικώτερον, τοσούτῳ καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἔλαχε μείζονα πρὸς τὰ ἐφεξῆς.

Ὅσῳ δ' ἂν ὑφειμένον κατὰ τὴν δύναμιν, τοσούτῳ μᾶλλόν ἐστι τοῖς μετ' αὐτὸ συμφυέστερον· καὶ τὰ μὲν ὑψηλότερα μᾶλλον ἑνίζεται τοῖς ἑαυτῶν αἰτιωτέροις, τὰ δὲ καταδεέστερα ἧττον.

Δυνάμεως γάρ ἐστι μείζονος τὸ μᾶλλον ἐξηρῆσθαι τῶν ὑφειμένων, καὶ μᾶλλον ἡνῶσθαι τοῖς κρείττοσιν, ὥσπερ αὖ ἔμπαλιν τὸ τῶν μὲν ἀφίστασθαι μᾶλλον, τοῖς δὲ συμπάσχειν, ἐλάττωσίς ἐστι δυνάμεως· ὃ δὴ συμβαίνει τοῖς δευτέροις καθ' ἑκάστην τάξιν, ἀλλ' οὐ τοῖς πρώτοις.

ΡΑΑ'. Πᾶς θεὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἄρχεται· τὴν γὰρ ἰδιότητα τῆς εἰς τὰ δεύτερα παρουσίας ἐν ἑαυτῷ πρῶτον ἐπιδείκνυσι. Διότι δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἑαυτοῦ μεταδίδωσι, κατὰ τὸ ὑπέρπληρες ἑαυτοῦ· οὔτε γὰρ τὸ ἔλλειπον οἰκεῖον τοῖς θεοῖς, οὔτε τὸ πλῆρες μόνον. Τὸ μὲν γὰρ ἔλλειπον πᾶν ἀτελὲς ὑπάρχει, καὶ ἄλλο τέλειον ποιεῖν, αὐτὸ μὴ τέλειον ὑπάρχον, ἀμήχανον. Τὸ δὲ πλῆρες αὔταρκες μὲν, οὕτω δὲ εἰς μετάδοσιν ἕτοιμον.

Ὑπέρπληρες ἄρα εἶναι δεῖ τὸ πληρωτικὸν ἄλλων καὶ εἰς ἄλλα διατεῖνον τὰς ἑαυτοῦ χορηγίας. Εἰ οὖν τὸ θεῖον ἅπαντα ἀφ' ἑαυτοῦ πληροῖ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν ἑαυτῷ, ἕκαστον ὑπέρπληρές ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, ἐν ἑαυτῷ πρώτῳ τὴν ἰδιότητα ἱδρυσάμενον, ἣ δίδωσι τοῖς ἄλλοις, οὕτω δὴ κἀκείνως ἐπορέγει τὰς μεταδόσεις τῆς ὑπερπλήρους ἀγαθότητος.

ΡΑΒ'. Πᾶσαι τῶν θεῶν αἱ τάξεις μεσότητι συνδέδενται. Καὶ γὰρ πᾶσαι τῶν ὄντων αἱ πρόοδοι διὰ τῶν ὁμοίων ἀποτελοῦνται, καὶ πολλῷ δὴ μᾶλλον αἱ τῶν θείων διακοσμήσεις ἀδιάλυτον κέκτηνται τὴν συνέχειαν, ἅτε ἑνοειδῶς ὑφεστηκυῖαι, καὶ κατὰ τὸ ἓν ὡρισμέναι, τὸ ἀρχηγικὸν αὐτῶν αἴτιον. Ἡνωμένως ὧν αἱ ὑφέσεις γίνονται καὶ μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἐν

Deorum proprietas, per media vero illa quæ ipsi sunt cognata.

Unitas enim primæ quidem Menti dat suam eximiam in *rebus* divinis facultatem, et perficit etiam illam Mentem talem, qualis est et ipsa in singulari multitudine. Per Mentem vero etiam animæ adest, illam quoque (*animam*) simul accendens cum ipsa Mente et simul inflammans, si Mens ad hunc modum fuerit participabilis.

Per animæ vero *quasi dicas* extremum sonum *et extremam resonantiam* etiam ipsi corpori suam proprietatem impertit, si corpus animæ particeps aliquo modo fuerit. Sic autem corpus fit non solum animatum et intellectuale, sed etiam divinum, cum vitam quidem et motum accipiat ab anima, permansionem vero indissolubilem a Mente, unionem denique divinam ab Unitate, quæ participatur. Quidlibet enim suam substantiam sequentibus impertit.

CXXX. In omni diviuo ordine ea quæ prima sunt, magis exempta sunt ex iis quæ proxime sub ipsis collocata sunt, quam hæc ex sequentibus, et ea quæ sunt secunda, magis pendent ex proxime superioribus, quam ex istis ea quæ sunt post ista. Quo enim aliquid singularius et universalius fuerit, eo etiam majorem excellentiam sortitum est ad sequentia.

Quo vero summissius ipsa potestate *fuerit*, *et quo viribus infirmius*, eo magis est cognatione conjunctum cum iis quæ sunt post ipsum. Et sublimiora quidem magis uniuntur cum suis principalioribus causis; inferiora vero minus *cum ipsis superioribus cognatione conjunguntur*.

Majoris enim est potentiæ magis exemptum esse ex summissis (*subjectis et inferioribus*), *et* magis unitum esse cum *superioribus et* præstantioribus; ut etiam contra ipsum ab his quidem *præstantioribus* magis recedere, cum his vero *deterioribus* simul pati *aliquid*, est imminutio potentiæ. Quod profecto accidit secundis in unoquoque ordine, sed non primis.

CXXXI. Omnis Deus a semetipso propriæ actionis initium ducit. Proprietatem enim *suæ* præsentiæ, *quam exserit* in secunda, in se ipso primum prodit. Quamobrem etiam aliis se ipsum impertit, secundum sui ipsius exsuperantem plenitudinem. Neque enim defectus conveniens *est* diis, neque plenitudo tantum. Nam omne quidem defectum est imperfectum, et fieri nullo modo potest, ut illud quod est imperfectum, aliud perfectum faciat. Quod vero plenum *est*, *illud est* quidem sibi ipsum sufficiens, nondum vero paratum ad communicationem *sui cum aliis*.

Quod igitur alia replet, et suas suppeditationes (*res quas aliis suppeditat*) in alia *diffundit et* extendit, supra modum plenum esse oportet. Si igitur illud, quod est divinum, omnia per se replet bonis, quæ in se *continet*, *ergo eorum*, *quæ divina sunt*, unumquodque per exsuperationem plenum est. Si vero hoc *est*, posteaquam in se ipso primo proprietatem collocavit, qua dat reliquis, tum demum etiam illis porrigit communicationes (*res quas cum aliis communicat*) per exsuperationem plenæ Bonitatis.

CXXXII. Omnes Deorum ordines medietate conjunguntur (*i. e. medio quodam constringuntur*). Etenim omnes Entium progressus per similia perficiuntur, et multo magis ipsi Deorum ordines indissolubilem possident cohærentiam, utpote qui uniformiter subsistunt et definiti sunt secundum Unum, principalem ipsorum causam. Unite igitur remissiones fiunt, et majorem in modum quam pro simi-

τοῖς οὖσι τῶν δευτέρων πρὸς τὰ πρῶτα ὁμοιότητα· ὅσῳ δὴ καὶ ἡ τῶν θεῶν ὕπαρξις ἐν τῷ ἡνῶσθαι τῶν ὄντων μᾶλλον ὑφέστηκεν.

Πάντα οὖν τὰ θεῖα γένη συνδέδεται ταῖς οἰκείαις μεσότησι, καὶ οὐκ ἀμέσως ἐπὶ τὰς διαφερούσας πάντῃ πρόοδους χωρεῖ τὰ πρῶτα, ἀλλὰ διὰ τῶν ἑκατέροις κοινῶν γενῶν, ἀφ' ὧν τε πρόεισι, καὶ ᾧν ἐστιν ἀμέσως αἴτια. Ταῦτα γὰρ συνάγει τὰ ἄκρα κατὰ μίαν ἕνωσιν, τοῖς μὲν ὑπεστρωμένα συμφυῶς, τῶν δὲ ἐξῃρημένα προσεχῶς, καὶ τὴν εὔτακτον διαφυλάττει τῶν θείων ἀπογέννησιν.

ΡΛΓ'. Πᾶς μὲν θεὸς ἑνάς ἐστιν ἀγαθουργὸς, ἡ ἀγαθότης ἑνοποιὸς, καὶ ταύτην ἔχει τὴν ὕπαρξιν, καθόσον ἕκαστος θεός· ἀλλ' ὁ μὲν πρώτιστος ἁπλῶς τἀγαθὸν καὶ ἁπλῶς ἕν· τῶν δὲ μετὰ τὸν πρῶτον ἕκαστος τὶς ἀγαθότης ἐστὶ καὶ τὶς ἑνάς. Ἡ γὰρ ἰδιότης ἡ θεία διέστησε τὰς ἑνάδας καὶ ἀγαθότητας τῶν θεῶν, ὥστε ἕκαστον κατά τι τῆς ἀγαθότητος ἰδίωμα πάντα ἀγαθύνειν, οἷον τελεσιουργεῖν, ἢ συνέχειν, ἢ φρουρεῖν.

Τούτων γὰρ ἕκαστον τὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλ' οὐ πᾶν τὸ ἀγαθόν· τὴν δὲ ἑνιαίαν αἰτίαν τὸ πρῶτον προεστήσατο. Διὸ καὶ τἀγαθόν ἐστιν ἐκεῖνο, ὡς πάσης ἀγαθότητος ὑποστατικόν· οὐ γὰρ αἱ πᾶσαι τῶν θεῶν ὑπάρξεις ἅμα παρισοῦνται τῷ ἑνί· τοσαύτην ἐκεῖνο πρὸς τὸ πλῆθος τῶν θεῶν ἔλαχεν ὑπερβολήν.

ΡΛΔ'. Πᾶς θεῖος νοῦς νοεῖ μὲν, ὡς νοῦς, προνοεῖ δὲ, ὡς θεός. Τοῦ μὲν γὰρ νοῦ τὸ γινώσκειν τὰ ὄντα, καὶ ἐν νοήσεσιν ἔχειν τὸ τέλειον, ἐξαίρετόν ἐστι· τοῦ δὲ θεοῦ τὸ προνοεῖν, καὶ ἀγαθῶν πάντα πληροῦν.

Ἡ δὲ μετάδοσις αὕτη καὶ ἡ πλήρωσις δι' ἕνωσιν γίνεται τῶν πληρούντων πρὸς τὰ πρὸ αὐτῶν· ἣν καὶ ὁ νοῦς μιμούμενος εἰς ταὐτὸν ἔρχεται τοῖς νοητοῖς.

Ἦ οὖν προνοεῖ, θεὸς, ἐν τῇ πρὸ νοῦ ἐνεργείᾳ τῆς προνοίας ἱσταμένης. Διὸ καὶ πᾶσι μὲν ἑαυτοῦ μεταδίδωσιν, ὡς θεοῦ, οὐ πᾶσι δὲ πάρεστιν, ὡς νοῦς.

Καὶ γὰρ ἐφ' ἃ τὸ νοερὸν ἰδίωμα μὴ πρόεισιν, ἐπὶ ταῦτα φθάνει τὸ θεῖον. Καὶ γὰρ τὰ μὴ νοοῦντα προνοεῖσθαι βούλεται, καὶ ἀγαθοῦ τινος μεταλαγχάνειν· τοῦτο δὲ, διότι νοῦ μὲν οὐ πάντα ἐφίεται, οὐδὲ οἷς μετασχεῖν δυνατόν· τοῦ δὲ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται καὶ σπεύδει τυχεῖν.

ΡΛΕ'. Πᾶσα θεία ἑνὰς ὑφ' ἑνός τινος μετέχεται τῶν ὄντων ἀμέσως, καὶ πᾶν τὸ ἐκθεούμενον εἰς μίαν ἑνάδα θείαν ἀνατείνεται· καὶ ὅσαι αἱ μετεχόμεναι ἑνάδες, τοσαῦτα καὶ τὰ μετέχοντα γένη τῶν ὄντων· οὔτε γὰρ δύο ἢ πλείους ἑνάδες ὑφ' ἑνὸς μετέχονται.

Πῶς γὰρ, τῶν ἐν αὐταῖς ἰδιοτήτων ἐξηλλαγμένων, οὐχὶ καὶ τὸ ἑκάστῃ συμφυόμενον ἐξήλλακται, δι' ὁμοιότητος τῆς συναφῆς γενομένης;

Οὔτε μία ἑνὰς ὑπὸ πλειόνων μετέχεται διῃρημένως· ἀσύναπτα γὰρ τὰ πολλὰ ὄντα τῇ ἑνάδι, καὶ ὡς ὄντα τῇ πρὸ τῶν ὄντων, καὶ ὡς πολλὰ ἑνάδι.

litudine secundorum cum Primis in Entibus *apparente*; quanto magis adeo Deorum quoque substantia in uniendis Entibus subsistit.

Omnia igitur divina genera per suas medietates sunt conjuncta (*per sua media conjunguntur*), et non immediate ad omnino differentes progressus eunt ipsa prima, sed per genera utrisque communia, a quibus et progrediuntur, et quorum immediate sunt causæ. Hæc enim ipsas extremitates in unam Unitatem cogunt, quæ aliis quidem per naturæ cognationem sunt substratæ *et subjectæ*, ex aliis vero proxime sunt exemptæ, et bene compositam *ac ordinatam rerum* divinarum procreationem *atque progeniem* conservant.

CXXXIII. Omnis quidem Deus est Unitas benefica vel Bonitas unifica, et istam habet substantiam, quatenus unusquisque Deus *est*. Sed primus quidem simpliciter *est* Bonum, et simpliciter Unum; unusquisque vero eorum, qui sunt post illum primum *Deum*, est quædam Bonitas et quædam Unitas. Nam divina proprietas Unitates et Bonitates deorum distinguit ita, ut unusquisque *deorum* per aliquam Bonitatis proprietatem omnia bona faciat, *et* quodammodo perficiat (*ad perfectionem perducat*), vel contineat, vel custodiat.

Horum enim unumquodque est aliquod Bonum, sed non omne Bonum. Illud vero, quod est primum, unicam *et singularem* causam præposuit. Quamobrem etiam illud est Bonum, utpote quod omnem Bonitatem fundat *atque constituit*. Non enim omnes Deorum substantiæ simul Uni exæquantur. Tantam illud *Primum* superlationem *et excellentiam* sortitum est ad Deorum multitudinem.

CXXXIV. Omnis divina Mens cognoscit quidem, ut Mens, præcognoscit vero, ut Deus. Nam Mentis quidem *munus* est eximium Entia cognoscere, et in notionibus *ac intelligentiis* habere ipsam perfectionem; ipsius vero Dei *munus*, providere (*sua providentia omnia moderari*) et bonis omnia replere.

Hæc autem communicatio *bonorum* et ista repletio per Unionem fit per adunationem implentium cum iis quæ sunt ante ipsos *implentes*. Quam *unitionem* et ipsa Mens imitans, in idem venit cum ipsis mente perceptis (*intelligibilibus*).

Quatenus igitur providet, *et mente præcognoscit*, *eatenus est* Deus, quia providentia consistit in illa actione, quæ est ante Mentem. Quare etiam omnibus quidem se ipsum impertit, ut Deum, non omnibus tamen adest, ut Mens.

Etenim ad quæ intellectualis proprietas non progreditur, ad illa numen divinum oclus pervenit. Etenim ea quæ non mente percipiunt, providere cupiunt, et aliquod bonum participare *student*. Hoc autem *fit*, quia Mentem quidem non omnia expetunt, ne illa quidem, quæ *Mentem* participare possunt; ipsum vero Bonum omnia expetunt et assequi properant.

CXXXV. Omnis divina Unitas ab Entium aliquo participatur immediate, et omne quod deificatur, ad unam Unitatem divinam contendit (*dirigitur ac refertur*). Et quot *sunt* Unitates, quæ participantur, tot etiam *sunt* ipsa genera quæ participant Entia. Non enim duæ vel plures Unitates ab Uno participantur.

Quomodo enim, cum proprietates, quæ sunt in ipsis *Unitatibus*, sint immutatæ, non etiam immutatur illud quod cum unaquaque *Unitate* simul nascitur, cum ipsa conjunctio per similitudinem fiat?

Neque una Unitas a pluribus participatur divisim (*dividue, partite*). Nam multa Entia cum Unitate non conjunguntur, et quatenus sunt Entia, quæ *conjunguntur* cum illa *Unitate*, quæ est ante ipsa Entia, et quatenus multa cum Unitate *conjunguntur*.

Δεῖ δὲ τὸ μετέχον πῇ [μὲν] ὅμοιον εἶναι τῷ μετεχομένῳ, πῇ δὲ ἕτερον καὶ ἀνόμοιον. Ἐπεὶ οὖν τὸ μετέχον τῶν ὄντων τί ἐστιν, ἡ δὲ ἑνὰς ὑπερούσιος, καὶ κατὰ τοῦτο ἀνομοίωνται· ἓν ἄρα εἶναι χρὴ τὸ μετέχον, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο ὅμοιον ᾖ τῷ μετεχομένῳ ἑνί, εἰ καὶ τὸ μὲν οὕτως ἕν, ὡς ἑνὰς, τὸ δὲ, ὡς πεπονθὸς τὸ ἓν καὶ ἡνωμένον, διὰ τὴν ἐκείνης μέθεξιν.

PAG'. Πᾶς θεὸς ὁλικώτερος μὲν ὑπάρχων, καὶ ἐγγυτέρω τοῦ πρώτου τεταγμένος, ὑπὸ ὁλικωτέρου γένους τῶν ὄντων μετέχεται· μεριικώτερος δὲ, καὶ πορρώτερον, ὑπὸ μεριικωτέρου· καὶ ὡς τὸ ὂν πρὸς τὸ ὄν, οὕτως ἡ ἑνὰς πρὸς τὴν ἑνάδα τὴν θείαν.

Εἰ γὰρ ὅσα τὰ ὄντα, τοσαῦται καὶ αἱ ἑνάδες, καὶ ἐμπαλιν, μιᾶς ὑφ' ἑνὸς μετεχομένης, ὅῆλον δὴ, ὅτι κατὰ τὴν τῶν ἑνάδων τάξιν ἡ τῶν ὄντων πρόεισι τάξις, ὁμοιουμένη τῇ πρὸ αὐτῆς.

Καὶ ταῖς μὲν ὁλικωτέραις τὰ ὁλικώτερα συμφύεται, ταῖς δὲ μεριικωτέραις ἑνάσι τὰ μεριικώτερα ὄντα· εἰ γὰρ μὴ, πάλιν τὰ ἀνόμοια τοῖς ἀνομοίοις συνάψει, καὶ ἡ κατ' ἀξίαν διανομὴ οὐκ ἔσται. Ταῦτα δὲ ἀδύνατα· εἴπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ ἓν καὶ τὸ οἰκεῖον μέτρον ἐκεῖθεν ἐπιλάμπεται, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐφήκει. Πολλῷ δὴ οὖν μᾶλλον ἐν αὐτοῖς τάξις ἔσται τῆς μεθέξεως, τὰ ὅμοια κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ὁμοίων ἐξάπτουσα.

PAZ'. Πᾶσα ἑνὰς συνυφίστησι τῷ ἑνὶ τὸ μετέχον αὐτῆς ὄν. Τὸ μὲν γὰρ ἕν, ὡς πάντων ἐστὶν ὑποστατικὸν, οὕτω καὶ τῶν ἑνάδων τῶν μετεχομένων καὶ τῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς ἑνάδας ἀνηρτημένων αἴτιον· τὸ δὲ ἐξ ἑκάστης ἐξημμένον ἡ ἑνὰς ἡ εἰς αὐτὸ ἑλλάμπουσα παράγει ἁπλῶς μὲν εἶναι, τοῦ ἑνὸς ποιοῦντος· τὸ δὲ συμφυὲς εἶναι, τῆς ἑνάδος ἀπεργαζομένης, ἥ ἐστι συμφυές. Αὕτη οὖν ἐστιν ἡ καθ' ἑαυτὴν ἀφορίζουσα τὸ μετέχον αὐτῆς ὄν, καὶ τὴν ἰδιότητα τὴν ὑπερούσιον ἐν αὐτῇ δεικνύουσα οὐσιωδῶς. Ἐκ γὰρ τοῦ πρώτως πανταχοῦ τὸ δευτέρως ὑπάρχει τὸ εἶναι τοῦτο, ὅ ἔστιν. Ἥτις οὖν ἐστι τῆς θεότητος ὑπερούσιος ἰδιότης, αὕτη καὶ τοῦ ὄντος ἐστὶ τοῦ μετέχοντος αὐτῆς οὐσιωδῶς.

PAH'. Πάντων τῶν μετεχόντων τῆς θείας ἰδιότητος, κλεουμένων, πρώτιστόν ἐστι καὶ ἀκρότατον τὸ ὄν.

Εἰ γὰρ καὶ τοῦ νοῦ καὶ τῆς ζωῆς ἐπέκεινα τὸ ὄν, ὡς δέδεικται, εἴπερ πλείστων τοῦτο, μετὰ τὸ ἕν, αἴτιον, ἀκρότατον ἂν εἴη τὸ ὄν· τούτων μὲν γὰρ ἐνικώτερον, καὶ διὰ τοῦτο πάντως σεμνότερον· ἄλλο δὲ πρὸ αὐτοῦ οὐκ ἔστι πλὴν τοῦ ἑνός· πρὸ γὰρ τοῦ ἑνιαίου πλήθους τί ἄλλο, ἢ τὸ ἕν; πλῆθος δὲ ἑνιαῖον τὸ ὄν, ὡς ἐκ πέρατος ὂν καὶ ἀπείρου· καὶ ὅλως πρὸ τῆς οὐσίας τὸ ὑπερούσιον ὄν· ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς εἰς τὰ δεύτερα ἐλλάμψεσι μόνον τὸ ἓν ἐπέκεινα φθάνει τοῦ ὄντος· τὸ δὲ ὂν εὐθὺς κατὰ τὸ ἕν. Τὸ γὰρ δυνάμει ὄν, οὕπω δὲ ὄν, ἓν ἐστι κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν· καὶ τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη ἐνεργείᾳ ὄν· καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἄρα τοῦ ὄντος ἐπέκεινα εὐθὺς τὸ μὴ ὄν, ὡς κρεῖττον τοῦ ὄντος, καὶ ἕν.

PAΘ'. Πάντα τὰ μετέχοντα τῶν θείων ἑνάδων, ἀρ-

Oportet autem illud quod participat *aliquid*, partim *quidem* simile esse illi, quod participatur, partim vero diversum et dissimile. Quoniam igitur id quod *aliquid* participat, est aliquid ex Entium numero, ipsa vero Unitas *est* superessentialis, et propterea *hæc inter se* sunt dissimilia; unum igitur oportet esse id quod participat *aliquid*, ut etiam propter hoc *ipsum* simile sit ipsi Uni, quod participatur, quamvis alterum quidem, quod est ita Unum, sit ut Unitas, alterum vero sit ut illud quod passum est ipsum Unum et Unitum, propter illius *Unitatis* communicationem.

CXXXVI. Omnis Deus universalior quidem exsistens, et collocatus propius illum primum *Deum*, ab universaliore Entium genere participatur; ille vero qui est particularior et *ab illo primo Deo* remotior, a particulariore *participatur;* et ut Ens ad Ens *refertur*, sic Unitas ad illam Unitatem divinam *refertur et contendit*.

Si enim quot *sunt* Entia, tot etiam *sunt* Unitates, et vice versa, cum una *Unitas* ab uno participatur, perspicuum jam *est*, quod secundum Unitatum ordinem ipse Entium ordo progreditur, assimilatus illi *ordini*, qui est ante ipsum.

Et cum universalioribus quidem *Unitatibus* ea quæ sunt universaliora nascuntur *et cohærent*, cum particularioribus vero Unitatibus particulariora Entia *cohærent*. Si enim non *ita fiat*, rursus dissimilia cum dissimilibus conjungentur, et secundum dignitatem distributio non erit. Hæc autem impossibilia *sunt:* siquidem et aliis omnibus ipsum Unum et propria mensura illinc illucescit, et ab illis *ad alia* pervenit. Multo igitur magis in ipsis erit ordo communicationis, similia secundum facultatem similium accendens (*vel* similia ex similium facultate suspendens).

CXXXVII. Omnis Unitas una cum Uno constituit Ens, quod participat ipsam. Nam ipsum quidem Unum, ut omnium est fundatrix causa, sic etiam Unitatum, quæ participantur, et Entium ad unitates annexorum causa est. Quod vero ex unaquaque *Unitate* pendet id Unitas, quæ in ipsum illucet, producit *hactenus*, ut simpliciter exsistat, Uno faciente; ut vero cognatum sit, Unitate efficiente, quæ est cognatum quid. Hæc igitur *Unitas* est illa quæ per se ipsam definit ipsum Ens, quod ipsam participat, et quæ proprietatem superessentialem in se demonstrat essentialiter. Ex eo enim, quod est ubique primo, ipsum, quod est secundo, suppetit, ut illud sit, quod est. Quæcumque igitur est ipsius Deitatis superessentialis proprietas, hæc est et ipsius Entis, quod ipsam essentialiter participat.

CXXXVIII. Omnium quæ divinam proprietatem participant, *et* quæ deificantur, primum est et summum ipsum Ens.

Si enim ipsum Ens est supra Mentem et Vitam, ut demonstratum est; siquidem plurimorum hoc (*Ens*) post ipsum Unum *est* causa, summum erit ipsum Ens. Illis enim singularius, et propterea prorsus *est* augustius. Aliud vero ante ipsum *Ens* non est præter ipsum Unum. Nam ante solitariam multitudinem quid aliud *est*, quam ipsum Unum? Multitudo vero solitaria *est* ipsum Ens, ut id quod ex fine constat et infinito. Et in universum ante ipsam essentiam *est* illud Ens superessentiale. Quoniam et in illis illuminationibus, *quæ fiunt* in secundis *naturis*, solum ipsum Unum statim est supra ipsum Ens; ipsum vero Ens *est* statim post ipsum Unum. Quod enim *est* potestate Ens, nondum vero *actu* Ens, *id* Unum est per suam naturam; et illud Ens, quod *est* post hoc *Unum*, jam actu *est Ens*. Ergo et in ipsis principiis illud quod non *est* Ens, statim *est* supra id quod est Ens, ut ipso Ente præstantius, et Unum *exsistens*.

CXXXIX. Omnia quæ participant divinas Unitates,

χόμενα ἀπὸ τοῦ ὄντος, εἰς τὴν σωματικὴν τελευτᾷ φύσιν· τὸ γὰρ πρῶτόν ἐστι τῶν μετεχόντων τὸ ὄν, ἔσχατον δὲ τὸ σῶμα· καὶ γὰρ σώματα θεῖα εἶναί φαμεν.

Πάντων γὰρ τῶν γενῶν τὰ ἀκρότατα τοῖς θεοῖς ἀνεῖται, σωμάτων, ψυχῶν, νόων, ἵνα ἐν πάσῃ τάξει τὰ τοῖς θεοῖς ἀναλογοῦντα συνεκτικὰ καὶ σωστικὰ τῶν δευτέρων ὑπάρχῃ, καὶ ἕκαστος ἀριθμὸς ὅλος ᾖ κατὰ τὸ ἐν μέρει ὅλον, ἔχων ἐν ἑαυτῷ πάντα, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τὴν θείαν ἰδιότητα.

Ἔστιν οὖν καὶ σωματικῶς καὶ ψυχικῶς καὶ νοερῶς τὸ θεῖον γένος· καὶ δῆλον ὅτι πάντα ταῦτα θεῖα κατὰ μέθεξιν. Τὸ γὰρ πρώτως θεῖον ἐν ταῖς ἑνάσιν ὑφέστηκε. Τὰ ἄρα μετέχοντα τῶν θείων ἑνάδων ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ ὄντος, λήγει δὲ εἰς τὴν σωματικὴν φύσιν.

ΡΜ΄. Πᾶσαι τῶν θείων αἱ δυνάμεις, ἄνωθεν ἀρχόμεναι, καὶ διὰ τῶν οἰκείων προϊοῦσαι μεσοτήτων, μέχρι τῶν ἐσχάτων καθήκουσι καὶ τῶν περὶ γῆν τόπων· οὔτε γὰρ ἐκείνας διείργει τι καὶ ἀποκωλύει τῆς εἰς πάντα παρουσίας· οὐδὲν γὰρ δέονται τόπων καὶ διαστάσεων, διὰ τὴν ἄσχετον πρὸς πάντα ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἄμικτον πανταχοῦ παρουσίαν· οὔτε τὸ μετέχειν αὐτῶν ἐπιτήδειον κωλύεται τῆς μεθέξεως.

Ἀλλ' ἅμα τέ τι πρὸς τὴν μετουσίαν ἕτοιμον γίνεται, κἀκεῖναι πάρεισιν, οὔτε τότε παραγενόμεναι, οὔτε πρότερον ἀποῦσαι, ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαι. Ἐὰν οὖν τι τῶν περὶ γῆν ἐπιτήδειον ᾖ μετέχειν, καὶ τούτῳ πάρεισι, καὶ πάντα πεπληρώκασιν ἑαυτῶν, καὶ τοῖς μὲν ὑπερτέροις μειζόνως πάρεισι, τοῖς δὲ μέσοις κατὰ τὴν αὐτῶν τάξιν, τοῖς δὲ ἐσχάτοις ἐσχάτως. Ἄνωθεν οὖν μέχρι τῶν τελευταίων ἐκτείνουσιν ἑαυτάς· ὅθεν καὶ ἐν τούτοις εἰσὶ τῶν πρώτων ἐμφάσεις, καὶ συμπαθῆ πάντα πᾶσιν· ἐν μὲν τοῖς πρώτοις τῶν δευτέρων προϋπαρχόντων, ἐν δὲ τοῖς δευτέροις τῶν πρώτων ἐμφαινομένων. Τριχῶς ἦν ἕκαστον, ἢ κατ' αἰτίαν, ἢ καθ' ὕπαρξιν, ἢ κατὰ μέθεξιν.

ΡΜΑ΄. Πᾶσα πρόνοια θεῶν ἡ μὲν ἐξῃρημένη τῶν προνοουμένων ἐστίν, ἡ δὲ συντεταγμένη. Τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν ὕπαρξιν καὶ τὴν τῆς τάξεως ἰδιότητα παντελῶς ὑπερήπλωται τῶν ἐλλαμπομένων.

Τὰ δὲ τῆς αὐτῆς ὄντα διακοσμήσεως προνοεῖ τῶν ὑφειμένων τῆς αὐτῆς συστοιχίας, μιμούμενα καὶ ταῦτα τὴν τῶν ἐξῃρημένων θεῶν προνοητικὴν ἐνέργειαν, καὶ πληροῦν ἐφιέμενα τὰ δεύτερα τῶν ἀγαθῶν, ὧν δύνανται.

ΡΜΒ΄. Πᾶσι μὲν οἱ θεοὶ πάρεισιν ὡσαύτως, οὐ πάντα δὲ ὡσαύτως τοῖς θεοῖς πάρεστιν· ἀλλ' ἕκαστα κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν τε καὶ δύναμιν μεταλαγχάνει τῆς ἐκείνων παρουσίας· τὰ μὲν ἑνοειδῶς, τὰ δὲ πεπληθυσμένως· καὶ τὰ μὲν ἀϊδίως, τὰ δὲ κατὰ χρόνον· καὶ τὰ μὲν ἀσωμάτως, τὰ δὲ σωματικῶς· ἀνάγκη γὰρ τὴν διάφορον μέθεξιν τῶν αὐτῶν ἢ παρὰ τὸ μετέχον γίνεσθαι διάφορον, ἢ παρὰ τὸ μετεχόμενον. Ἀλλὰ

initium ducunt ab ipso Ente, et desinunt in ipsam corpoream naturam. Nam ipsum Ens est primum eorum quæ participant *divinas Unitates*; ipsum vero corpus *est* ultimum. Etenim corporea divina esse dicimus.

Omnium enim generum ea, quæ summa sunt, diis attribuuntur, corporum, animarum, Mentium, ut in omni ordine ea quæ diis conveniunt, secunda contineant et conservent, et unusquisque numerus integer sit, secundum illud Totum, quod in parte *continetur*, in se ipso continens omnia et ante alia divinam proprietatem.

Divinum igitur genus est et corporaliter et animaliter et intellectualiter (*et secundum corpus et secundum animam et secundum intellectum*). Et perspicuum *est*, quod hæc omnia divina *sunt* per communicationem *cum divina natura*. Quod enim est primo divinum, in ipsis Unitatibus subsistit. Quæ igitur participant divinas Unitates, initium quidem ducunt ab ipso Ente, desinunt vero in corpoream naturam.

CXL. Omnes *rerum* divinarum potestates, quæ superne ducunt initium, et quæ per suas mediatates (*per suas media*) progrediuntur, ad extremas usque *partes* perveniunt vel illorum locorum, quæ sunt circa terram. Neque enim illas *potestates* quidquam dirimit et prohibet a præsentia, *qua feruntur* in omnia. Non enim indigent locis et intervallis, propter invictam in omnibus excellentiam et non mixtam ubique præsentiam. Neque illud, quod ad ipsas *potestates* participandas est aptum, ab *ipsarum* participatione prohibetur.

Sed et simul aliquid ad ipsarum participationem paratum est, et illæ *statim* adsunt, neque tunc illæ adfuerunt, neque prius abfuerunt; sed semper eodem modo fuerunt *et sunt*. Si quid igitur eorum quæ sunt circa terram, aptum fuerit ad *ipsas* participandum, et huic adsunt *illæ potestates*, et omnia se ipsis replent, et superioribus quidem magis adsunt, mediis vero secundum ipsorum ordinem, ultimis denique ultimo loco *adsunt*. A primis igitur ad ultima usque *potestates istæ* se ipsas extendunt. Quamobrem etiam in his sunt primorum significationes, et omnia naturæ cognatione consensuque cum omnibus conjuncta: cum in primis quidem secunda præexsistunt, in secundis vero prima manifeste appareant. Nam unumquodque trifariam erat: vel per causam, vel per substantiam, vel per participationem.

CXLI. Omnis Deorum providentia *duplex est*: una quidem est exempta ex iis quibus providetur, altera vero cum *illis* collocata. Nam alia quidem per substantiam et ordinis proprietatem prorsus explicata sunt supra res illas quæ *collustrantur ac* illuminantur.

Alia vero quæ sunt ejusdem ordinis, provident subjectis *quæ sunt* ejusdem conjugationis (*generis et ordinis*), hæc et ipsa imitantia providam actionem eximiorum Deorum, *qui ex aliorum Entium ordine sunt exempti*, et cupientia replere secunda bonis, quibus *ea replere* possunt.

CXLII. Omnibus quidem Dii pariter adsunt, non omnia vero pariter ipsis Diis adsunt; sed singula secundum suum ordinem et facultatem illorum præsentiam participant; alia quidem uniformiter, alia vero multipliciter; et alia quidem ab æterno *vel in æternum*, alia vero secundum tempus *et in tempore*; et alia quidem sine corporis interventu (*q. d. incorporee*), alia vero corporee (*corporaliter*). Necesse enim *est* diversam eorundem participationem, vel propter ipsum participans esse diversam, vel propter illud quod participatur. Sed omne divinum semper eundem servat ordinem, et in omnibus est insupe-

τὸ θεῖον πᾶν ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, καὶ ἄσχετόν ἐστι τρὸς πάντα καὶ ἄμικτον.

Παρὰ τὸ μετέχον ἄρα λείπεται τὴν ἐξαλλαγὴν ὑφίστασθαι, καὶ τὸ οὐχ ὡσαύτως ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι, καὶ ταῦτα ἄλλοτε ἄλλως, καὶ ἄλλα ἄλλως παρεῖναι τοῖς θεοῖς· ὥστε πᾶσιν ἐκείνων ὡσαύτως παρόντων, τὰ πάντα οὐχ ὡσαύτως πάρεστιν ἐκείνοις, ἀλλ' ὡς ἕκαστα δύναται, πάρεστι, καὶ ὡς πάρεστιν, οὕτως ἐκείνων ἀπολαύει· κατὰ γὰρ τὸ μέτρον τῆς τούτων παρουσίας ἡ μέθεξις.

ΡΜΓ'. Πάντα τὰ καταδεέστερα τῇ παρουσίᾳ τῶν θεῶν ὑπεξίσταται, κἂν ἐπιτήδειον ᾖ τὸ μετέχον· πᾶν μὲν τὸ ἀλλότριον τοῦ θείου φωτὸς ἐκποδὼν γίνεται· καταλάμπεται δὲ πάντα ἀθρόως ὑπὸ τῶν θεῶν. Ἀεὶ μὲν γὰρ τὰ θεῖα περιληπτικώτερα καὶ δυνατώτερα τῶν ἀπ' αὐτῶν προελθόντων· ἡ δὲ τῶν μετεχόντων ἀνεπιτηδειότης τῆς ἐκλείψεως τοῦ θείου αἰτία γίνεται· ἀμυδροῖ γὰρ κἀκείνην τῇ ἑαυτῆς ἀσθενείᾳ. Ἐκείνης δὲ ἀμυδρουμένης ἄλλο τι δοκεῖ τὴν ἐπικράτειαν μεταλαμβάνειν, ὡ κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ μετέχοντος ἀδυναμίαν κατεζανίστασθαι δοκοῦν τοῦ θείου τῆς ἐλλάμψεως εἴδους.

ΡΜΔ'. Πάντα τὰ ὄντα καὶ πᾶσαι τῶν ὄντων αἱ διακοσμήσεις ἐπὶ τοσοῦτον προελήλυθασιν, ἐφ' ὅσον καὶ αἱ τῶν θεῶν διατάξεις· καὶ γὰρ ἑαυτοῖς οἱ θεοὶ τὰ ὄντα συμπαρήγαγον, καὶ οὐδὲν οἷόν τε ἦν ὑποστῆναι καὶ μέτρου καὶ τάξεως τυχεῖν ἔξω τῶν θεῶν· καὶ γὰρ τελειοῦται πάντα κατὰ τὴν αὐτῶν δύναμιν, καὶ τάττεται, καὶ μετρεῖται παρὰ τῶν θεῶν. Καὶ πρὸ τῶν ἐσχάτων οὖν ἐν τοῖς οὖσι γενῶν προϋπάρχουσιν οἱ καὶ ταῦτα κοσμοῦντες θεοὶ, καὶ διδόντες καὶ τούτοις ζωὴν καὶ εἰδοποιίαν καὶ τελειότητα, καὶ ἐπιστρέφοντες καὶ ταῦτα πρὸς τἀγαθὸν, καὶ πρὸ τῶν μέσων ὡσαύτως, καὶ πρὸ τῶν πρώτων, καὶ πάντα ἐνδέδεται καὶ ἐνερρίζωται τοῖς θεοῖς, καὶ σώζεται διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. Ἀποστὰν δέ τι τῶν θεῶν, καὶ ἔρημον γενόμενον, παντελῶς εἰς τὸ μὴ ὂν ὑπεξίσταται, καὶ ἀφανίζεται τῶν συνεχόντων αὐτὸ πάντῃ στερόμενον.

ΡΜΕ'. Πάσης θείας τάξεως ἰδιότης διὰ πάντων χωρεῖ τῶν δευτέρων, καὶ δίδωσιν ἑαυτὴν ἅπασι τοῖς καταδεεστέροις γένεσιν. Εἰ γὰρ ἄχρι τοσούτου τὰ ὄντα πρόεισιν, ἕως οὗ καὶ τῶν θεῶν οἱ διάκοσμοι προελήλυθασιν, ἐν ἑκάστοις γένεσίν ἐστιν ἡ τῶν θείων δυνάμεων ἰδιότης, ἄνωθεν ἐλλαμπομένη. Κομίζεται γὰρ ἕκαστον ἀπὸ τῆς οἰκείας προσεχοῦς αἰτίας τὴν ἰδιότητα, καθ' ἣν ἐκείνη τὴν ὑπόστασιν ἔλαχεν.

Λέγω δὲ οἷον εἴ τις ἔστι θεότης καθαρτικὴ, καὶ ἐν ψυχαῖς ἔστι κάθαρσις, καὶ ἐν ζώοις, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν λίθοις. Καὶ εἴ τις φρουρητικὴ, ὡσαύτως, καὶ εἴ τις ἐπιστρεπτικὴ, καὶ εἰ τελεσιουργὸς, καὶ εἰ ζωοποιὸς, ὡσαύτως. Καὶ ὁ μὲν λίθος μετέχει τῆς καθαρτικῆς δυνάμεως, σωματικῶς μόνον· τὸ δὲ φυτὸν, ἔτι τρανέστερον, κατὰ τὴν ζωήν· τὸ δὲ ζῶον ἔχει καὶ κατὰ τὴν ὁρμὴν τὸ εἶδος τοῦτο· ψυχὴ δὲ λογικὴ, λογικῶς· νοῦς δὲ,

rabile (*vel* : affectione liberum est erga omnia), et non mixtum (*i. e. nec ab ullo retineri coercerique potest, nec cum ullo miscetur*).

Reliquum igitur est, ut propter ipsum participans hæc immutatio *fiat atque* subsistat, et in Entibus sit illud, quod non eodem modo *semper est*, et hæc alias aliter *se habent*, et alia aliter adsint ipsis Diis. Quare, quamvis illi *Dii* pariter omnibus adsint, omnia *tamen* non pariter illis adsunt, sed singula pro viribus, *et ut possunt*, *illis* adsunt, et ut adsunt, sic illis fruuntur. Nam ipsa participatio *sive communicatio fit* secundum mensuram horum præsentiæ.

CXLIII. Omnia inferiora Deorum præsentiæ deficiunt, quamvis ipsum participans aptum sit *ad participandam deorum præsentiam*. Omne quidem alienum a divina luce, procul ab ea recedit et amovetur. Omnia vero simul a Diis collustrantur *et illuminantur*. Semper enim divina rerum comprehendendarum majorem vim habent, et potentiora sunt rebus illis quæ progressa sunt ab ipsis; ipsa vero participantium ineptitudo deficientis illuminationis numinis divini causa est; obscurat enim etiam illam sua infirmitate. Cum autem illa obscuratur, aliud quiddam videtur principatum facta mutatione sortiri; non secundum ipsius potestatem, sed secundum ipsius participantis imbecillitatem quod contra divinam illuminationis formam insurgere videtur.

CXLIV. Omnia Entia et omnes Entium ordines eo usque progrediuntur, quousque et ipsi Deorum ordines. Nam ipsi Dii secum Entia produxerunt, et nihil est quod possit subsistere et mensuram et ordinem consequi extra ipsos deos. Nam omnia perficiuntur per ipsorum potentiam, et disponuntur *et ordinantur* et mensurantur ab ipsis Diis. Ergo vel ante ultima genera, quæ sunt in ipsis Entibus, præexsistunt Dii, qui hæc etiam ordinant, et dant etiam his vitam et formæ fabricationem (*vel*, naturam formæ procreatricem) et perfectionem, et convertunt *ac reducunt* hæc etiam ad ipsum Bonum, et ante media pariter et ante prima, et omnia in ipsis Diis sunt colligata et *quasi* radicibus altius actis stabilita, et propter istam causam conservantur. Quidquid vero *recedit ac* deficit a Diis et deseritur, prorsus in illud quod non est mutatum deficit et deletur, illis qui continent ipsum, omnino privatum.

CXLV. Omnis divini ordinis proprietas per omnia secunda pervadit, et se ipsam dat *ac impertit* omnibus deterioribus *ac inferioribus* generibus. Si enim eo usque ipsa Entia progrediuntur, quousque etiam ipsi Deorum ordines progressi sunt, in singulis generibus est ipsa divinarum potestatum proprietas, superne illuminata. Unumquodque enim accipit a sua proxima causa proprietatem, per quam illa *suam* hypostasin *et naturam* est sortita.

Dico autem exempli gratia, si qua Deitas est purgandi vim habens (*vitiorum et peccatorum purgatrix et expiatrix*), *ergo* et in animabus et in animalibus et in plantis et in lapidibus est purgatio. Et si qua *Deitas est rerum* custos, pariter *et in supra dictis rebus est aliqua ipsarum divina custodia* : et si qua convertendi vim habens, et si *qua* rerum perfectrix, et si vivifica, pariter *nobis res accipienda*. Nam lapis quidem particeps est purgatricis facultatis corporaliter (*corpore*) tantum; planta vero multo dilucidius *particeps est purgatricis facultatis*, propter vitam : animal vero habet etiam secundum

νοερῶς, οἱ δὲ θεοὶ, ὑπερουσίως· καὶ ἐνιαίως. Καὶ πᾶσα ἡ σειρὰ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν ἀπὸ μιᾶς τῆς θείας αἰτίας. Καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ὁ αὐτὸς λόγος· πάντα γὰρ ἐξῆπται τῶν θεῶν· καὶ τὰ μὲν ἐξ ἄλλων, τὰ δὲ ἐξ ἄλλων ἐλλάμπεται.

Et ipsæ series ad extremas usque *partes* perveniunt. Et alia quidem immediate, alia vero per media plura vel pauciora ad illos (*deos*) referuntur *et ex illis pendent*. Plena vero omnia Deorum *sunt, et suam naturam ab illis accipiunt*, et quod unumquodque habet secundum naturam, illinc (*a Dis*) id *manans* habet.

Καὶ αἱ σειραὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων καθήκουσι. Καὶ τὰ μὲν ἀμέσως, τὰ δὲ διὰ μέσων πλειόνων, ἢ ἐλασσόνων, εἰς ἐκείνους ἀνήρτηται. Μεστὰ δὲ πάντα θεῶν, καὶ ὁ ἕκαστον ἔχει, κατὰ φύσιν, ἐκεῖθεν ἔχει.

CXLVI. Omnium divinorum progressuum fines suis principiis assimilantur, circulum expertem principii et fine carentem servantes, per ipsam ad principia conversionem *atque reversionem*. Si enim unumquodque eorum, quæ progressa sunt, ad suum principium revertitur, a quo progressum est, multo profecto magis ordines integri a sua summitate progressi rursus ad illam convertuntur *et ad suum principium revertuntur*.

PMζ'. Πασῶν τῶν θείων προόδων τὰ τέλη πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἀρχὰς ὁμοιοῦται, κύκλον ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον σώζοντα, διὰ τῆς πρὸς τὰς ἀρχὰς ἐπιστροφῆς. Εἰ γὰρ ἕκαστον τῶν προελθόντων ἐπιστρέφεται πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν, ἀφ' ἧς προελήλυθε, πολλῷ δήπου μᾶλλον αἱ ὅλαι τάξεις, ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀκρότητος προελθοῦσαι, πάλιν ἐπιστρέφονται πρὸς ἐκείνην.

Ipsa vero finis ad principium reversio unam efficit totam et finitam et vergentem ad se ipsam *reversionem*, et in multitudine demonstrantem ipsum uniformitatis genus per istam conspirationem, *qua propendet in se ipsam*.

Ἡ δὲ ἐπιστροφὴ τοῦ τέλους εἰς τὴν ἀρχὴν μίαν ἀπεργάζεται πᾶσαν, καὶ ὡρισμένην, καὶ εἰς ἑαυτὴν συννεύουσαν, καὶ ἐν τῷ πλήθει τὸ ἑνοειδὲς ἐπιδεικνυμένην διὰ τῆς συννεύσεως.

CXLVII. Omnium divinorum ordinum ea, quæ sunt extrema, ipsis finibus similia sunt eorum, quæ supra sita *et superiora* sunt. Si enim oportet cohærentiam esse divini progressus, et unumquemque ordinem cum suis mediis esse conjunctum, necesse *est* ipsas secundorum extremitates conjungi cum ipsis limitationibus primorum. Ista vero conjunctio *fit* per similitudinem. Erit igitur similitudo principiorum inferioris ordinis cum ipsis finibus superioris *ordinis*.

PMZ'. Πάντων τῶν θείων διακόσμων τὰ ἀκρότατα τοῖς πέρασιν ὁμοιοῦται τῶν ὑπερκειμένων. Εἰ γὰρ δεῖ συνέχειαν εἶναι τῆς θείας προόδου, καὶ ταῖς οἰκείαις ἑκάστην τάξιν συνδεδέσθαι μεσότησιν, ἀνάγκη τὰς ἀκρότητας τῶν δευτέρων συνάπτειν ταῖς ἀπερατώσεσι τῶν πρώτων· ἡ δὲ συναφὴ δι' ὁμοιότητος. Ὁμοιότης ἄρα ἔσται τῶν ἀρχῶν τῆς ὑφειμένης τάξεως πρὸς τὰ τέλη τῆς ὑπεριδρυμένης.

CXLVIII. Omnis divinus ordo secum trifariam est conjunctus, et ab extremitate, quæ est ipsius, et a medio et a fine. Nam ille quidem *ordo*, qui singularissimam habet facultatem, in ipsam totam dimittit *ac immittit* unionem, et unit totam desuper, manens in se ipsa.

PMΗ'. Πᾶσα θεία τάξις ἑαυτῇ συνήνωται τριχῶς· ἀπό τε τῆς ἀκρότητος τῆς ἑαυτῆς καὶ ἀπὸ τῆς μεσότητος, καὶ ἀπὸ τοῦ τέλους. Ἡ μὲν γὰρ, ἑνικωτάτην ἔχουσα δύναμιν, εἰς πᾶσαν αὐτὴν διαπέμπει τὴν ἕνωσιν, καὶ ἑνοῖ πᾶσαν ἄνωθεν, μένουσα ἐφ' ἑαυτῆς.

Medium vero, ad utramque extremitatem pertinens, totam *facultatem* circa se ipsum conjungit, primorum quidem trajiciens *atque transportans* donationes *sive dona*, ultimorum vero facultates extendens, et omnibus communionem imponens *ac inserens* et colligationem mutuam aliorum cum aliis.

Ἡ δὲ μεσότης, ἐπ' ἄμφω τὰ ἄκρα διατείνουσα, συνδεῖ πᾶσαν περὶ ἑαυτήν· τῶν μὲν πρώτων διαπορθμεύουσα τὰς δόσεις, τῶν δὲ τελευταίων ἀνατείνουσα τὰς δυνάμεις, καὶ πᾶσι κοινωνίαν ἐντιθεῖσα καὶ σύνδεσιν πρὸς ἄλληλα.

Unicus enim ita totus est ordo, *qui constat* et ex iis qui *res aliquas* implent, et ex iis quæ implentur, quæ, ut in quoddam centrum, in ipsum medium simul vergunt *atque propendent*. Ipsa vero terminatio iterum revertens ad ipsum principium, et facultates *inde jam* progressas *ad ipsum* reducens, similitudinem et conspirationem (*quæ propendet in se ipsam*) toti ordini præbet. Et ita totus ordo est unus per unificam primorum facultatem, per cohærentiam in ipso medio *exsistentem*, per reversionem ipsius finis ad ipsum principium ipsorum progressuum.

Μία γὰρ οὕτως ἡ ὅλη γίνεται διάταξις ἔκ τε τῶν πληρούντων καὶ τῶν πληρουμένων, ὥσπερ εἴς τι κέντρον, εἰς τὴν μεσότητα συννευόντων. Ἡ δὲ ἀποπεράτωσις ἐπιστρέφουσα πάλιν εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ τὰς προελθούσας ἐπανάγουσα δυνάμεις, ὁμοιότητα καὶ σύννευσιν τῇ ὅλῃ τάξει παρέχεται. Καὶ οὕτως ὁ σύμπας διάκοσμος εἷς ἐστι διὰ τῆς ἑνοποιοῦ τῶν πρώτων δυνάμεως, διὰ τῆς ἐν τῇ μεσότητι συνοχῆς, διὰ τῆς τοῦ τέλους εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν προόδων ἐπιστροφῆς.

CXLIX. Omnis divinarum Unitatum multitudo est numero finita. Si enim Uni est proxima, non est infinita. Non enim cognatum *est* Uni illud, quod est infinitum, sed alienum *est ab eo*. Si enim et ipsa multitudo per se recedit (*deficit et distat*) ab Uno, perspicuum *est*, quod infinita multitudo prorsus *est* illo *Uno* nuda. Quamobrem etiam *est* infirma et ineffica (*quia nec vires nec efficientiam*

PMΘ'. Πᾶν τὸ πλῆθος τῶν θείων ἑνάδων πεπερασμένον ἐστὶ κατὰ ἀριθμόν. Εἰ γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ ἑνός ἐστιν, οὐκ ἄπειρον ὑπάρχει. Οὐ γὰρ συμφυὲς τῷ ἑνὶ τὸ ἄπειρον, ἀλλ' ἀλλότριον. Εἰ γὰρ καὶ τὸ πλῆθος καθ' αὑτὸ ἀφίσταται τοῦ ἑνὸς, τὸ ἄπειρον πλῆθος δῆλον ὡς παντελῶς ἔρημον ἐκείνου. Διὸ καὶ ἀδύ-

ἀμων καὶ ἀδρανές. Οὐκ ἄρα ἄπειρον τὸ τῶν θεῶν πλῆθος. Ἐνοειδὲς ἄρα καὶ πεπερασμένον, καὶ παντὸς ἄλλου πλήθους μᾶλλον πεπερασμένον· παντὸς γὰρ ἄλλου πλήθους μᾶλλον τῷ ἑνὶ συγγενές. Εἰ μὲν οὖν ἡ ἀρχὴ πλῆθος, ἔδει τὸ ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς τοῦ πορρωτέρου μᾶλλον εἶναι πλῆθος.

Ὁμοιότερον γὰρ τὸ ἐγγύτερον. Ἐπεὶ δὲ ἕν ἐστι τὸ πρῶτον, τὸ ἐκείνῳ συναφὲς πλῆθος ἧττον πλῆθος τοῦ πορρώτερον· τὸ δὲ ἄπειρον οὐχ ἧττον πλῆθος, ἀλλὰ μάλιστα πλῆθος.

PN'. Πᾶν τὸ προϊὸν ἐν ταῖς θείαις τάξεσι πάσας ὑποδέχεσθαι τὰς τοῦ παράγοντος δυνάμεις οὐ πέφυκεν· οὐδὲ ὅλως τὰ δεύτερα πάσας τὰς πρὸ αὐτῶν, ἀλλ' ἔχει τινὰς ἐκεῖνα τῶν καταδεεστέρων ἐξῃρημένας δυνάμεις, καὶ ἀπεριλήπτους τοῖς μετ' αὐτά.

Εἰ γὰρ αἱ τῶν θεῶν ἰδιότητες διαφέρουσιν, αἱ μὲν τῶν ὑφειμένων ἐν τοῖς ὑπερτέροις προϋπάρχουσιν, αἱ δὲ τῶν ὑπερτέρων, ὁλικωτέρων ὄντων, ἐν τοῖς ὑφειμένοις οὐκ εἰσιν· ἀλλὰ τὰς μὲν ἐνδίδωσι τὰ κρείττονα τοῖς ἀπ' αὐτῶν παραγομένοις, τὰς δὲ ἐν αὐτοῖς προειλῆφεν ἐξῃρημένως. Δέδεικται γὰρ, ὅτι ὁλικώτεροι μέν εἰσιν οἱ ἐγγυτέρω τοῦ ἑνὸς, μερικώτεροι δὲ, οἱ πορρώτερον. Εἰ δὲ ὁλικώτεροι τῶν μερικωτέρων περιληπτικωτέρας ἔχουσι δυνάμεις, οὐκ ἄρα τὴν ἐκείνων δύναμιν οἱ δευτέραν ἔχοντες τάξιν καὶ μερικωτέραν περιλήψονται. Ἔστιν ἄρα ἐν τοῖς ὑπερτέροις ἀπερίληπτόν τι καὶ ἀπερίγραφον τοῖς ὑφειμένοις· καὶ γὰρ ἄπειρον ἕκαστον τῶν θείων.

Οὕτως οὔτε ἑαυτῷ δέδεικται ὄν, οὔτε τοῖς ὑπὲρ αὐτὸ πολλῷ πρότερον, ἀλλὰ τοῖς μεθ' ἑαυτὸ πᾶσιν· ἡ δὲ ἀπειρία κατὰ τὴν δύναμιν ἐκείνοις· τὸ δὲ ἄπειρον ἀπερίληπτον, οἷς ἐστιν ἄπειρον. Οὐκ ἄρα πασῶν μετέχει τῶν δυνάμεων τὰ καταδεέστερα, ὧν ἐν ἑαυτοῖς τὰ κρείττονα προείληφεν. Ἦν γὰρ ἂν ἐκεῖνα ἀπερίληπτα τοῖς δευτέροις, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτοῖς τὰ δεύτερα.

Οὔτε οὖν πάσας ἔχει ταύτας ἐκείνων, διὰ τὸ μεριώτερον, οὔτε ἃς ἔχει, τὸν αὐτὸν ἐκείνοις ἔχει τρόπον, διὰ τὴν ἀπειρίαν τὴν ἐκείνοις, ὑπερφέρειν τῶν καταδεεστέρων ποιοῦσαν.

PNA'. Πᾶν τὸ πατρικὸν ἐν τοῖς θεοῖς πρωτουργόν ἐστι καὶ ἐν τἀγαθοῦ τάξει προϊστάμενον, κατὰ πάσας τὰς θείας διακοσμήσεις· τὰς γὰρ ὑπάρξεις τῶν δευτέρων, καὶ τὰς δυνάμεις ὅλας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτὸ παράγει κατὰ μίαν ἄῤῥητον ὑπεροχήν. Διὸ καὶ πατρικὸν ὀνομάζεται, τὴν ἡνωμένην καὶ ἀγαθοειδῆ τοῦ ἑνὸς ἕνωσιν ἐμφαῖνον, καὶ τὴν ὑποστατικὴν τῶν δευτέρων αἰτίαν.

Καὶ καθ' ἑκάστην τῶν θεῶν τάξιν τὸ πατρικὸν ἡγεῖται γένος, παράγον ἀφ' ἑαυτοῦ πάντα, καὶ κοσμοῦν, καὶ τῷ ἀγαθῷ τεταγμένον ἀνάλογον· καὶ πατέρες οἱ μὲν ὁλικώτεροι, οἱ δὲ μερικώτεροι, καθάπερ καὶ αὐταὶ τῶν θεῶν αἱ τάξεις τῷ ὁλικωτέρῳ καὶ μερικωτέρῳ διαφέρουσι κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον.

cœtam habet). Non igitur *est* infinita Deorum multitudo. Uniformis igitur *vel uni similis est*, et finita, et magis finita, quam omnis alia multitudo. *Est* enim Uni magis cognata, quam omnis alia multitudo. Si igitur ipsum principium *esset* multitudo, necesse foret, ut illud, quod est principio propinquius, magis esset multitudo, quam illud, quod remotius *ab eodem principio*.

Quod enim est propinquius *rei alicui*, *id ei est* similius. Quoniam vero illud, quod est primum, est Unum, illa multitudo, quæ cum illo est conjuncta, minus *est* multitudo, quam illa, quæ remotior est *ab Uno*; quod vero est infinitum, non minus est multitudo, sed maxime multitudo.

CL. Omne quod progressum est in divinis ordinibus, omnes ipsius producentis facultates suscipere non solet naturaliter; neque omnino secunda omnes *facultates suscipiunt* eorum, quæ sunt ante ipsa (*i. e. primorum*); *sed* illa quasdam facultates ex inferioribus exemptas habent, et incomprehensas illis, quæ sunt post ipsa.

Si enim ipsæ Deorum proprietates *inter se* differunt, inferiorum quidem *Deorum facultates* in superioribus *Diis* præexsistunt, superiorum vero, qui sunt universaliores, *facultates* in inferioribus non sunt. Sed ea quæ sunt præstantiora, alias quidem *facultates* indunt (*inferunt*, *suppeditant*) iis quæ producuntur ab illis, alias vero in se ipsis primo sumpserunt eximie. Demonstratum est enim, quod universaliores quidem sunt illi *Dii*, qui propius ad Unum accedunt, particulariores vero, qui longius *ab eo distant*. Si vero universaliores *Dii* facultates habent, quæ plura comprehendunt, quam illorum particulariorum *deorum facultates*, non igitur illorum facultatem *ac potestatem* illi, qui secundum et particulariorem ordinem tenent, comprehendent. Est igitur in illis superioribus *Diis* quiddam incomprehensum et incircumscriptum subjectis. Nam infinitum *est* quidlibet divinorum.

Hoc pacto neque sibi ipsi, demonstratum est, esse *infinitum*, neque illis quæ *sunt* supra ipsum multo prius, sed illis omnibus *quæ sunt* post ipsum. Verum infinitas illis *nascitur* secundum facultatem; id vero quod est infinitum, est incomprehensum *illis* quibus est infinitum. Ergo quæ sunt deteriora, non omnes facultates participant *rerum illarum* quas in se ipsis ipsa præstantiora primo sumpserunt. Essent enim illa *prima* incomprehensa secundis, ut ipsis etiam (*primis*) secunda *sunt incomprehensa*.

Neque igitur *hoc* habet omnes illas illorum *facultates*, propter particulariorem naturam, neque quas habet, eodem modo habet, quo illa, propter infinitatem *exsistentem in* illis, quæ facit ut *ipsa præstantiora* superent ea quæ sunt deteriora.

CLI. Omne quod est paternum in Diis, primario loco efficiens est et in ipsius Boni ordine primum obtinens locum, secundum omnes divinas dispositiones. Nam ipsas secundorum substantias et facultates totas et essentias ipsum *Paternum* producit per unam ineffabilem excellentiam. Quamobrem etiam Paternum appellatur, unitam et Bono similem Unius facultatem indicans, et fundatricem secundorum causam.

Et in unoquoque Deorum ordine ipsum Paternum genus principatum obtinet, producens ex se ipso omnia, et ordinans *ac ornans*, quippe quod ipsi Bono proportione respondens collocatum est. Et patres alii quidem universaliores, alii vero particulariores, ut et ipsi Deorum ordines, propter universaliorem et particulariorem naturam, differunt *inter se*, secundum ipsam causæ rationem.

Ὅσαι οὖν ὅλαι τῶν θεῶν πρόοδοι, τοσαῦται καὶ αἱ τῶν πατέρων διαφορότητες. Εἰ γὰρ ἔστι τι κατὰ πᾶσαν τάξιν ἀνάλογον τἀγαθῷ, δεῖ τὸ πατρικὸν ἐν πάσαις εἶναι, καὶ προϊέναι ἀπὸ τῆς πατρικῆς ἑνώσεως ἑκάστην.

ΡΝΒ'. Πᾶν τὸ γεννητικὸν τῶν θεῶν κατὰ τὴν ἀπειρίαν τῆς θείας δυνάμεως πρόεισι, πολλαπλασιάζον ἑαυτὸ, καὶ διὰ πάντων χωροῦν, καὶ τὸ ἀνέκλειπτον ἐν ταῖς τῶν δευτέρων προόδοις διαφερόντως ἐπιδεικνύμενον. Τὸ γὰρ πληθύνειν τὰ προϊόντα, καὶ ἀπὸ τῆς ἐν ταῖς αἰτίαις κρυφίας περιοχῆς προάγειν εἰς ἀπογεννήσεις, τίνος ἐξαίρετόν ἐστιν, ἢ τῆς ἀπείρου τῶν θεῶν δυνάμεως, δι' ἣν πάντα γονίμων ἀγαθῶν πεπλήρωται τὰ θεῖα; παντὸς τοῦ πλήρους ἄλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ παράγοντος κατὰ τὴν ὑπερπλήρη δύναμιν. Γεννητικῆς οὖν θεότητος ἴδιον ἡ τῆς δυνάμεως ἐπικράτεια, πολλαπλασιάζουσα τὰς τῶν γεννωμένων δυνάμεις, καὶ γονίμους ἀπεργαζομένη, καὶ ἀνεγείρουσα πρὸς τὸ γεννᾶν ἄλλα καὶ ὑφιστάνειν. Εἰ γὰρ ἕκαστον τῆς οἰκείας ἰδιότητος, ἣν ἔχει πρώτως, τοῖς ἄλλοις μεταδίδωσι, πᾶν δήπου τὸ γόνιμον καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτὸ τὴν γόνιμον ἐνδίδωσι πρόοδον, καὶ τὴν ἀπειρίαν ἐνεικονίζεται τὴν τῶν ὅλων ἀρχέγονον, ἀφ' ἧς πᾶσα γεννητικὴ προῆλθε δύναμις, τὰς ἀεννάους τῶν θείων πρόοδους ἐξηρτημένως ἀπορρέουσα.

ΡΝΓ'. Πᾶν τὸ τέλειον ἐν τοῖς θεοῖς τῆς θείας ἐστὶ τελειότητος αἴτιον. Ὡς γὰρ ἄλλαι τῶν ὄντων εἰσὶν ὑποστάσεις, ἄλλαι τῶν ὑπερουσίων, οὕτω δὴ καὶ τελειότητες, ἄλλαι μὲν τῶν θεῶν αὐτῶν κατὰ τὴν ὕπαρξιν, ἄλλαι δὲ αἱ τῶν ὄντων δεύτεραι μετ' ἐκείνας· καὶ αἱ μὲν αὐτοτελεῖς καὶ πρωτουργοί, διότι καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐν ἐκείνοις πρώτως· αἱ δὲ κατὰ μέθεξιν ἔχουσαι τὸ τέλειον. Ἄλλη μὲν οὖν διὰ ταῦτα ἡ τῶν θεῶν τελειότης, καὶ ἄλλη τῶν ἐκθεουμένων.

Τὸ δὲ ἐν τοῖς θεοῖς πρώτως τέλειον οὐ μόνον τοῖς ἐκθεουμένοις τῆς τελειότητος αἴτιον, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς αὐτοῖς. Εἰ γὰρ, ᾗ τέλειον ἕκαστον, ἐπέστραπται πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν, τὸ πάσης τῆς θείας ἐπιστροφῆς αἴτιον, τελεσιουργόν ἐστι τῶν θεῶν γένος.

ΡΝΔ'. Πᾶν τὸ φρουρητικὸν ἐν τοῖς θεοῖς ἕκαστον ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει διαφυλάττει, τῶν δευτέρων ἐνοειδῶς ἐξηρτημένον καὶ τοῖς πρώτοις ἐνιδρυμένον. Εἰ γὰρ φρουρὰ τὸ τῆς ἑκάστου τάξεως μέτρον ἀτρέπτως διασώζει, καὶ συνέχει πάντα τὰ φρουρούμενα ἐν τῇ οἰκείᾳ τελειότητι, πᾶσιν ἐνδίδωσι τὴν ἀπὸ τῶν καταδεεστέρων ὑπεροχὴν, καὶ ἄμικτον ἕκαστον ἵστησιν ἐφ' ἑαυτοῦ μονίμως, καθαρότητος ἀχράντου τοῖς φρουρουμένοις αἴτιον ὑπάρχον, καὶ ἐνιδρύει τοῖς ὑπερτέροις. Τέλειον γὰρ πᾶν ἐστι τῶν μὲν πρώτων ἀντεχόμενον, ἐν ἑαυτῷ δὲ μόνον, καὶ τῶν καταδεεστέρων ὑπερηπλωμένον.

ΡΝΕ'. Πᾶν μὲν τὸ ζωογόνον ἐν τοῖς θείοις γένεσιν αἴτιον γεννητικόν ἐστιν· οὐ πᾶσα δὲ ἡ γόνιμος τάξις ζωογόνος ἐστίν· ὁλικωτέρα γὰρ ἡ γεννητικὴ τῆς ζωογονικῆς, καὶ ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς. Ἡ μὲν γὰρ γέννησις τὴν εἰς πλῆθος τὰ ὄντα προάγουσαν αἰτίαν δηλοῖ.

Quot igitur *sunt* indegri (*vel* universales) Deorum progressus, tot etiam *sunt* ipsæ Patrum differentiæ. Si enim quid in omni ordine est ipsi Bono proportione respondens *et simile*, oportet ipsum Paternum in omnibus *ordinibus* esse, et progredi unumquenque *ordinem* a paterna Unitate.

CLII. Omne quod in Diis generandi vim habet, per infinitatem divinæ facultatis progreditur, se ipsum multiplicans, et per omnia pervadens, et nunquam deficiens vim in secundorum progressibus insigniter ostendens. Ipsum enim explere ea, quæ progrediuntur, et ex occulta comprehensione, quæ *latet* in ipsis causis, producere in procreationes *et progenies*, cujusnam *alius* eximium *est munus*, quam infinitæ Deorum potentiæ, propter quam omnia divina fœcundis bonis repleta sunt? cum id omne, quod est plenum, producat propter *suam* supra modum plenam facultatem. Generatricis igitur Deitatis proprium *est* ipsa potestatis dominatio, (*vel*, ipsum potestatis imperium), eorum quæ generantur, facultates multiplicans et fœcundas efficiens, et excitans ad generandum alia, atque in naturam rerum producendum. Si enim unumquodque suam proprietatem, quam habet primo, *rebus* aliis impertit, omne haud dubie, quod est fœcundum, et illis *rebus*, quæ sunt post ipsum fœcundum, indit *et suppeditat* progressum, et ipsam infinitatem effingit sibi *ac repræsentat rerum* universarum primam auctorem, a qua omnis generatrix facultas prodiit, perennes *rerum* divinarum progressus eximie distillans *ac emittens*.

CLIII. Omne quod est perfectum in Diis, divinæ perfectionis est causa. Ut enim aliæ sunt ipsorum Entium hypostases (*naturæ*), aliæ superessentialium, sic etiam perfectiones, aliæ quidem *sunt* ipsorum Deorum secundum essentiam (substantiam), aliæ vero *sunt* ipsis Entibus posteriores post illas. Et aliæ quidem *sunt* per se absolutæ (per se perfectæ) et primo efficientes, quoniam et ipsum Bonum in illis *Entibus est* primo: aliæ vero *sunt* per communionem habentes ipsam perfectionem. Propter hæc igitur alia quidem *est* ipsa Deorum perfectio, et alia eorum, qui deificantur.

Illud vero perfectum, quod primo est in Diis, non solum *est* perfectionis causa illis qui deificantur, sed etiam ipsis Diis. Si enim, quatenus unumquodque perfectum *est*, redit ad suum principium; quod est omnis divinæ reversionis causa, deorum genus est perfectum reddens.

CLIV. Omne quod in Diis custodiendi facultate præditum *est*, unamquamque *rem* in suo ordine conservat, cum a secundis sit uniformiter exemptum, et in primis collocatum. Si enim custodia uniuscujusque ordinis mensuram immutabiliter conservat, et omnia quæ custodiuntur, in sua perfectione continet, omnibus indit *et suppeditat* excellentiam ab inferioribus *et deterioribus manantem*, et unumquodque non mixtum constituit in se ipso constanter, puritatis impollutæ *rebus* illis, quæ custodiuntur, causa exsistens, et in superioribus collocat. Perfectum enim est omne, quod primis quidem adhæret, in se vero solum *est*, *et se continet*, et supra inferiora explicatur.

CLV. Omne quod vivificat in divinis generibus est causa generandi vim habens; neque vero omnis prolificus ordo vivificans est. Universalior enim *est* ipsa procreatrix *facultas* quam vivorum generatrix, et ipsi principio propinquior *est*. Nam ipsa quidem generatio causam indicat, quæ Entia producit in multitudinem.

Ἡ δὲ ζωογονία τὴν χορηγὸν ἁπάσης ζωῆς θεότητα περίστησιν. Εἰ οὖν ἡ μὲν τῶν ὄντων πολλαπλασιάζει τὰς ὑποστάσεις, ἡ δὲ τὰς τῆς ζωῆς προόδους ὑφίστησιν, ὡς ἔχει τὸ ὂν πρὸς τὴν ζωὴν, οὕτως ἡ γεννητικὴ τάξις ἕξει πρὸς τὴν ζωογόνον σειράν. Ὀλικωτέρα δὴ οὖν ἔσται, καὶ πλειόνων αἰτία, καὶ διὰ τοῦτο ἐγγυτέρω τῆς ἀρχῆς.

PNϚ'. Πᾶν μὲν τὸ τῆς καθαρότητος αἴτιον ἐν τῇ φρουρητικῇ περιέχεται τάξει· οὐκ ἔμπαλιν δὲ πᾶν τὸ φρουρητικὸν τῷ καθαρτικῷ γένει ταὐτόν. Ἡ μὲν γὰρ καθαρότης τὸ ἀμιγὲς ἐνδίδωσι πρὸς τὰ χείρονα πᾶσι τοῖς θεοῖς, καὶ τὸ ἄχραντον ἐν τῇ προνοίᾳ τῶν δευτέρων· ἡ δὲ φρουρὰ καὶ τοῦτο ἀπεργάζεται, καὶ ἐν ἑαυτοῖς πάντα συνέχει, καὶ σταθερῶς ἐντίθησι τοῖς ὑπερτέροις. Ὀλικώτερον ἄρα τοῦ καθαρτικοῦ τὸ φρουρητικόν ἐστιν.

Ἴδιον γὰρ ἁπλῶς φρουρᾶς μὲν τὸ τὴν αὐτὴν ἑκάστου τάξιν διατηρεῖν πρός τε ἑαυτὸ καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὰ μετ' αὐτό· καθαρότητος δὲ τὸ ἐξαίρειν καταδεεστέρων τὰ κρείττονα· ταῦτα δὲ ἔστι πρώτως ἐν τοῖς θεοῖς.

Τῷ γὰρ ἐν πᾶσιν ὄντος δεῖ μίαν αἰτίαν προηγεῖσθαι, καὶ ὅλως πάντων τῶν ἀγαθῶν τὰ ἑνοειδῆ μέτρα παρ' ἐκείνοις προείληπται. Καὶ οὐδέν ἐστιν ἐν τοῖς δευτέροις ἀγαθὸν, ὃ μὴ προϋφέστηκεν ἐν τοῖς θεοῖς· πόθεν γὰρ ἔσται τοῦτο, καὶ τίνα ἕξει τὴν αἰτίαν; ἐν ἐκείνοις ἄρα ἡ καθαρότης πρώτως ἀγαθὸν οὖσα, καὶ ἡ φρουρὰ, καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον.

PNZ'. Πᾶν μὲν τὸ πατρικὸν αἴτιον τοῦ εἶναι πᾶσίν ἐστι χορηγὸν, καὶ τὰς ὑπάρξεις τῶν ὄντων ὑφίστησι· πᾶν δὲ τὸ δημιουργικὸν τῆς εἰδοποιίας τῶν συνθέτων προϋφέστηκε, καὶ τῆς τάξεως, καὶ τῆς κατ' ἀριθμὸν αὐτῶν διαιρέσεως, καὶ ἔστι τῆς αὐτῆς τῷ πατρικῷ συστοιχίας ἐν μερικωτέροις γένεσιν. Ἑκάτερον γὰρ τῆς τοῦ πέρατός ἐστι τάξεως· ἐπεὶ καὶ ἡ ὕπαρξις καὶ ὁ ἀριθμὸς καὶ τὸ εἶδος περατοειδῆ πάντα ἐστίν· ὥστε ταύτῃ σύστοιχα ἀλλήλοις. Ἀλλὰ τὸ μὲν δημιουργικὸν εἰς πλῆθος παράγει τὴν ποίησιν· τὸ δὲ ἑνοειδὲς παρέχεται τὰς τῶν ὄντων προόδους. Καὶ τὸ μὲν εἰδοποιόν ἐστι· τὸ δὲ οὐσιοποιόν.

Ἦ οὖν ταῦτα διέστηκεν ἀλλήλων, τό τε εἶδος, καὶ τὸ ὄν, ταύτῃ τοῦ δημιουργικοῦ τὸ πατρικὸν διέστηκεν. Ἔστι δ' αἴτιον τὸ εἶδος. Ὀλικώτερον ἄρα, καὶ αἰτιώτερον τὸ πατρικὸν ἐστιν ἐπέκεινα τοῦ δημιουργικοῦ τύπους, ὡς τὸ ὂν τοῦ εἴδους.

PNΗ'. Πᾶν τὸ ἀναγωγὸν αἴτιον ἐν τοῖς θεοῖς καὶ τῷ καθαρτικοῦ διαφέρει καὶ τῶν ἐπιστρεπτικῶν τινῶν.

Ὅτι μὲν γὰρ εἶναι δεῖ καὶ τοῦτο πρώτως ἐν ἐκείνοις ὅλον, ἐκεῖθεν ἐκ τῶν ὅλων ἀγαθῶν ἐκεῖ τὰ αἴτια πάντα προϋφέστηκεν· ἀλλὰ τοῦ μὲν καθαρτικοῦ προϋπάρχει· διότι τὸ μὲν ἀπολύει τῶν χειρόνων, τὸ δὲ συνάπτει τοῖς κρείττοσι· τοῦ δὲ ἐπιστρεπτικοῦ μερικωτέραν ἔχει τάξιν· διότι πᾶν τὸ ἐπιστρέφον ἢ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφει, ἢ πρὸς τὸ κρεῖττον· τοῦ δὲ ἀναγωγοῦ τὸ ἐνέργημα

Ipsa vero vivorum generatio Deitatem omnis vitæ suppeditatricem *nobis* repræsentat. Si igitur altera quidem *facultas* multiplicat Entium hypostases *atque naturas*, altera vero vitæ progressus constituit, sicut ipsum Ens ad vitam se habet, sic etiam generandi facultate præditus ordo se habebit ad vivorum generatricem seriem. Universalior igitur erit *et latius patebit generatrix facultas* et plurium *erit* causa, et propterea propinquior *erit* ipsi principio.

CLVI. Omnis quidem puritatis causa in custodiendi facultate prædito ordine continetur; non contra vero omne custodiendi facultate præditum *genus* idem est atque id genus, quod purgandi vim habet. Nam puritas quidem non mixtam cum deterioribus naturam (*ipsam puritatem*) indit *et suppeditat* omnibus Diis ad deteriora, et impollutam rationem in ipsa providentia secundorum. Custodia vero etiam hoc efficit, et in semetipsis omnia continet, et stabiliter inserit superioribus. Ergo custodiendi facultate præditum *genus* est universalius *et generalius genere* purgandi facultate prædito.

Proprium enim *est* simpliciter *et generaliter* ipsius quidem custodiæ, ipsum uniuscujusque *rei* eundem ordinem conservare et ad ipsam et ad ea quæ sunt ante ipsam, et ea quæ sunt post ipsam; puritatis vero *proprium est*, ipsum ex deterioribus eximere præstantiora. Hæc autem sunt primo in Diis.

Ejus enim quod in omnibus est, oportet unam esse causam antecedentem; et in universum omnium Bonorum uniformes mensuræ apud illos *Deos* præoccupatæ sunt. Neque ullum est in secundis Bonum, quod non prius exstiterit in Diis. Unde enim erit hoc, et quam habebit causam? in illis (*diis*) igitur puritas *est* primo Bonum exsistens, et ipsa custodia, et omne quodcumque hujus *est* generis.

CLVII. Omnis quidem paterna causa est omnibus ipsius Esse suppeditatrix, et ipsas Entium substantias constituit. Omne vero quod ipsam formæ procreationem efficit, exsistit ante ea quæ sunt composita, et *ante* ipsum ordinem, et est ejusdem cum ipso Paterno conjugationis *et ordinis* in particularioribus generibus. Utrumque enim est ejusdem ordinis, cujus est ipse finis; quoniam et ipsa substantia et ipse numerus et ipsa forma omnia sunt finis speciem habentia *finique similia*. Quamobrem hac in parte *hæc sunt* ejusdem seriei. Sed illud quidem, quod rerum fabricandarum facultate præditum est, ipsam effectionem producit in multitudinem. Quod vero est uniforme, ipsos Entium progressus præbet. Et alterum quidem est specificum (*quod speciem facit formamque procreat et constituit*), alterum vero *est* essentiæ efficiens (*essentiam efficit, procreat et constituit*).

Quatenus igitur hæc distant altera ab alteris, *scilicet* et ipsa Forma et ipsum Ens, eatenus ipsum Paternum distat ab illo, quod est rerum opifex. Est autem causa forma. Ipsum igitur Paternum, quod est universalius, et potior causa, est supra genus illud, quod est rerum opifex, ut ipsum Ens *est supra* Formam.

CLVIII. Omnis causa in sublime evehens in ipsis Diis et ab ipso purgandi facultate prædito *genere* differt *et* ab ipsis conversionem juvantibus.

Quod enim hoc etiam in illis (*diis*) primo esse oporteat, *est* perspicuum, quia universorum bonorum omnes causæ primum exsistunt illic (*in diis*). Sed *ipsa reductoria causa, quæ res ad sua principia reducit*, exsistit quidem ante *genus* purgandi facultate præditum; quoniam illud quidem a deterioribus liberat, hoc vero cum præstantioribus conjungit. Ordinem vero particulariorem habet, quam illud *genus*, quod rerum convertendarum vim habet; quoniam omne quod convertit, vel ad se ipsum convertit, vel ad id quod præstantius est. Ipsius vero

κατὰ τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπιστροφὴν χαρακτηρίζεται, ὡς εἰς τὸ ἄνω καὶ τὸ θειότερον ἄγον τὸ ἐπιστρεφόμενον.

ΡΝΘ'. Πᾶσα τάξις θεῶν ἐκ τῶν πρώτων ἐστὶν ἀρχῶν, πέρατος καὶ ἀπειρίας· ἀλλ' ἡ μὲν πρὸς τῆς τοῦ πέρατος αἰτίας μᾶλλον, ἡ δὲ πρὸς τῆς ἀπειρίας. Πᾶσαι μὲν γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων πρόεισι, διότι τῶν πρώτων αἰτιῶν αἱ μεταδόσεις διήκουσι διὰ πάντων τῶν δευτέρων· ἀλλ' ὅπου μὲν τὸ πέρας ἐνδυναστεύει κατὰ τὴν μίξιν, ὅπου δὲ τὸ ἄπειρον. Καὶ οὕτω δὴ τὸ μὲν περατοειδὲς ἀποτελεῖται γένος, ἐν ᾧ τὰ τοῦ πέρατος κρατεῖ· τὸ δὲ ἀπειροειδὲς, ἐν ᾧ τὰ τῆς ἀπειρίας.

ΡΞ'. [Περὶ νοῦ.] Πᾶς ὁ θεῖος νοῦς ἑνοειδής ἐστι καὶ τέλειος. Καὶ πρῶτος νοῦς ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἄλλους νόας παράγων· εἰ γὰρ θεός ἐστι, πεπλήρωται τῶν θείων ἑνάδων, καὶ ἔστιν ἑνοειδής· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τέλειος, τῆς ἀγαθότητος τῆς θείας πλήρης ὑπάρχων· εἰ δὲ ταῦτα, καὶ πρώτως ἔστι νοῦς, ἅτε τοῖς θεοῖς ἡνωμένος. Παντὸς γὰρ νοῦ κρείττων ὁ ἐκθεούμενος νοῦς· πρώτως δὲ ὢν νοῦς, καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτὸς δίδωσι τὴν ὑπόστασιν· ἀπὸ γὰρ τῶν πρώτως ὄντων πάντα τὰ δεύτερα ὄντα τὴν ὕπαρξιν κέκτηται.

ΡΞΑ'. Πᾶν τὸ ὄντως ὄν, τὸ τῶν θεῶν ἐξημμένον, θεῖόν ἐστι καὶ ἀμέθεκτον. Ἐπεὶ γὰρ πρῶτόν ἐστι τῶν τῆς θείας ἑνώσεως μετασχόντων τὸ ὄντως ὄν, ὡς δέδεικται, καὶ πληροῖ τὸν νοῦν ἀφ' ἑαυτοῦ. Καὶ γὰρ ὁ νοῦς ὄν ἐστιν, ὡς τοῦ ὄντος πληρούμενος. Θεῖόν ἐστι δήπου νοητόν· ὡς μὲν ἐκθεούμενον, θεῖον, ὡς δὲ πληρωτικὸν τοῦ νοῦ καὶ ὑπ' αὐτοῦ μετεχόμενον, νοητόν. Καὶ ὁ μὲν νοῦς ὂν διὰ τὸ πρώτως ὄν.

Αὐτὸ δὲ τὸ πρώτως ὂν χωριστόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ νοῦ, διότι μετὰ τὸ ὂν ἔστιν ὁ νοῦς. Τὰ δὲ ἀμέθεκτα πρὸ τῶν μετεχομένων ὑφέστηκεν· ὥστε καὶ τοῦ συζύγου πρὸς τὸν νοῦν ὄντος προϋπάρχει τὸ καθ' αὐτὸ καὶ ἀμέθεκτον ὄν.

Νοητὸν γάρ ἐστιν, οὐχ ὡς τῷ νῷ συντεταγμένον, ἀλλ' ὡς τελειοῦν ἐξῃρημένως τὸν νοῦν, διότι κἀκείνῳ τοῦ εἶναι μεταδίδωσι, καὶ πληροῖ κἀκεῖνον τῆς ὄντως οὔσης οὐσίας.

ΡΞΒ'. Πᾶν τὸ καταλάμπον τὸ ὄντως ὂν πλῆθος τῶν ἑνάδων κρύφιον καὶ νοητόν ἐστι· κρύφιον μέν, ὡς τῷ ἑνὶ συνημμένον, νοητὸν δὲ, ὡς ὑπὸ τοῦ ὄντος μετεχόμενον.

Ἀπὸ γὰρ τῶν ἐξημμένων πάντες οἱ θεοὶ καλοῦνται. Διότι καὶ τὰς ὑποστάσεις αὐτῶν τὰς διαφερούσας, ἀπὸ τούτων, ἀγνώστους ὑπαρχούσας, γνῶναι δυνατόν. Ἄρρητον γὰρ καθ' ἑαυτὸ πᾶν τὸ θεῖον καὶ ἄγνωστον, ὡς τῷ ἑνὶ τῷ ἀῤῥήτῳ συμφυές· ἀπὸ δὲ τῆς τῶν μετεχόντων ἐξαλλαγῆς καὶ τὰς ἐκείνων ἰδιότητας γνωρίζεσθαι συμβαίνει. Νοητοὶ οὖν εἰσιν οἱ τὸ ὄντως ὂν καταλάμποντες· διότι δὴ τὸ ὄντως ὂν νοητόν ἐστι θεῖον καὶ ἀμέθεκτον, τοῦ νοῦ προϋφεστηκός.

Οὐ γὰρ ἂν τοῦτο τῶν πρωτίστων ἐξήπτετο θεῶν, εἰ μὴ κἀκεῖνοι πρωτουργὸν εἶχον ὑπόστασιν, καὶ δύνα

evehentis *causæ* effectus insignitur secundum conversionem *et reversionem* ad id quod est præstantius, quia ad superiorem et diviniorem *causam* ducit id quod convertitur *et reducitur ad suum principium*.

CLIX. Omnis ordo Deorum ex primis est principiis, *scilicet ex* fine et infinitate. Sed alter quidem *ordo* stat magis a finis causa; alter vero ab infinitatis causa. Nam omnes *ordines* ex utrisque prodeunt, quia primarum causarum communicationes per omnia secunda pervadunt. Sed alibi quidem ipse finis dominatur secundum ipsam *rerum et naturarum* mixtionem; alibi vero ipsum infinitum. Sic autem ipsum quidem finis forma præditum (*vel* fini simile) genus perficitur, in quo ipsius finis propria dominantur: illud vero *genus* infiniti forma præditum (*vel* infinito simile) *est*, in quo *sunt* propria infinitatis.

CLX. Omnis divina Mens est uniformis et perfecta. Et prima Mens *est* ex se ipsa, et ceteras Mentes producit. Si enim est deus, repletus est divinis Unitatibus, et est uniformis; si vero *detur* hoc, *ergo Deus* est etiam perfectus, quia bonitatis divinæ plenus exsistit; si vero *concedantur* hæc, *ergo Deus* etiam primo Mens est, quippe quod cum ipsis Diis sit unita. Nam illa Mens, quæ deificatur, *est* omni Mente præstantior. Primo autem cum sit Mens, ceteris etiam *Mentibus* eadem dat hypostasin *et naturam suppeditat*. Nam a primo Entibus omnia secunda Entia suam essentiam habent *manantem*.

CLXI. Omne quod est vere Ens, quod ex Diis pendet divinum est et imparticipabile. Quoniam enim (ut demonstratum est) illud quod est vere Ens, primum est eorum, quæ divinam Unitatem participant, *idcirco* Mentem etiam a se *et per se* replet. Etenim ipsa Mens est Ens, ut ea quæ ipso Ente repletur. Divinum videlicet est intelligibile: *nam* ut illud quidem, quod deificatur, *est* divinum; ut illud vero, quod Mentis replendæ vim habet, et quod ab ipsa *Mente* participatur, *est* Intelligibile. Et ipsa quidem Mens *est* Ens propter illud, quod est primo Ens.

Ipsum vero primo Ens separatum est ab ipsa Mente, quia Mens est post ipsum Ens. Quæ vero sunt imparticipabilia, exsistunt ante ea quæ participantur; quamobrem etiam ante illud quod est cum ipsa Mente conjunctum, exsistit illud quod est per se et imparticipabile.

Intelligibile enim est, non ut cum ipsa Mente collocatum, sed ut eximie perficiens ipsam Mentem, quoniam et illi ipsum Esse impertit, et illam quoque replet ipsa vere exsistente essentia.

CLXII. Omnis multitudo Unitatum, quæ collustrat vere Ens, est occulta et intelligibilis; occultum quidem, ut cum Uno conjunctum; intelligibile vero, ut id quod ab ipso Ente participatur.

Ab illis enim, quæ pendent *ex iis quæ cognosci possunt*, omnes Dii nominantur. Quamobrem et ipsæ ipsorum hypostases (*naturæ*), quæ sunt insignes, quamvis sint ignotæ, *tamen* ex his cognosci possunt. Ineffabile enim per se est omne divinum et ignotum, ut cum illo ineffabili Uno cognatione conjunctum; ex illorum vero, quæ participant, varietate illorum etiam proprietates cognosci contingit. Intelligibiles igitur sunt illi *Dii*, qui collustrant illud quod est vere Ens; quoniam profecto illud quod est vere Ens, est intelligibile divinum et imparticipabile, quoniam ante Mentem exsistit.

Non enim hoc ex primis penderet Diis, nisi et illi primi efficientem haberent hypostasin, et facultatem perfectionem

μιν τελειωτικὴν τῶν ἄλλων θεῶν, εἴπερ ὡς τὰ μετέχοντα πρὸς ἄλληλα, οὕτω καὶ αἱ τῶν μετεχομένων ἔχουσιν ὑπάρξεις.

ΡΞΓ'. Πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἑνάδων, τὸ μετεχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀμεθέκτου νοῦ, νοερόν ἐστιν· ὡς γὰρ ἔχει νοῦς πρὸς τὸ ὄντως ὄν, οὕτως αἱ ἑνάδες αὗται πρὸς τὰς ἑνάδας τὰς νοητὰς ἔχουσιν.

Εἴπερ οὖν ἐκεῖναι, καταλάμπουσαι τὸν νοῦν, νοηταί εἰσι, ταύτῃ καὶ αὗται, καταλάμπουσαι τὸν θεῖον καὶ ἀμέθεκτον νοῦν, νοεραί εἰσιν, ἀλλ' οὐχ οὕτω νοεραὶ, ὡς ἐν νῷ ὑφεστηκυῖαι, ἀλλ' ὡς κατ' αἰτίαν τοῦ νοῦ προϋπάρχουσαι, καὶ ἀπογεννήσασαι τὸν νοῦν.

ΡΞΔ'. Πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἑνάδων τὸ μετεχόμενον ὑπὸ τῆς ἀμεθέκτου πάσης ψυχῆς ὑπερκόσμιόν ἐστι.

Διότι γὰρ ἡ ἀμέθεκτος ψυχὴ πρώτως ὑπὲρ τὸν κόσμον ἐστὶ, καὶ οἱ μετεχόμενοι ὑπ' αὐτῆς θεοὶ ὑπερκόσμιοί εἰσιν, ἀνάλογον ὄντες πρὸς τοὺς νοεροὺς καὶ νοητὰς, ὃν ἔχει ψυχὴ πρὸς νοῦν, καὶ νοῦς πρὸς τὸ ὄντως ὄν. Ὡς οὖν ψυχὴ πᾶσα εἰς νοῦν ἀνήρτηται, καὶ νοῦς εἰς τὸ νοητὸν ἐπέστραπται, οὕτω δὴ καὶ οἱ ὑπερκόσμιοι θεοὶ τῶν νοερῶν ἐξέχονται, καθάπερ δὴ καὶ αὐτοὶ τῶν νοητῶν.

ΡΞΕ'. Πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἑνάδων τῶν μετεχομένων ὑπό τινος αἰσθητοῦ σώματος ἐγκόσμιόν ἐστι· ἐλλάμπει γὰρ ἐπὶ τῶν τοῦ κόσμου μερῶν καὶ διὰ μέσου τοῦ νοῦ καὶ τῆς ψυχῆς· οὔτε γὰρ νοῦς ἄνευ ψυχῆς πάρεστί τινι τῶν ἐγκοσμίων σωμάτων, οὔτε θεότης ἀμέσως συνάπτεται καὶ ψυχή· διὰ γὰρ τῶν ὁμοίων αἱ μεθέξεις. Καὶ αὐτὸς ὁ νοῦς κατὰ τὸ νοητὸν τὸ ἑαυτοῦ καὶ τὸ ἀκρότατον μετέχει τῆς ἑνάδος. Ἐγκόσμιοι οὖν αἱ ἑνάδες, ὡς συμπληροῦσαι τὸν ὅλον κόσμον, καὶ ὡς ἐκ θεῶν τι καὶ τῶν ἐμφανῶν σωμάτων. Θεῖον γὰρ καὶ τούτων ἕκαστόν ἐστιν, οὐ διὰ τὴν ψυχὴν, οὐ γὰρ αὕτη πρώτως θεὸς, οὐδὲ διὰ τὸν νοῦν· οὐδὲ γὰρ οὗτος τῷ ἑνὶ ὁ αὐτός· ἀλλ' ἔμψυχον μὲν, καὶ ἐξ αὐτοῦ κινούμενον, διὰ ψυχήν· ἀεὶ δὲ ὡσαύτως ἔχον καὶ τάξει τῇ ἀρίστῃ φερόμενον, διὰ τὸν νοῦν· θεῖον δὲ διὰ τὴν ἕνωσιν. Καὶ εἰ δύναμιν ἔχει προνοητικὴν, διὰ ταύτην ἐστὶ τὴν αἰτίαν τοιοῦτον.

ΡΞϚ'. Πᾶς νοῦς ἀμέθεκτός ἐστιν ἢ μεθεκτός· καὶ εἰ μεθεκτὸς, ἢ ὑπὸ τῶν ὑπερκοσμίων ψυχῶν μετεχόμενος, ἢ ὑπὸ τῶν ἐγκοσμίων. Παντὸς μὲν γὰρ τοῦ πλήθους τῶν νόων ὁ ἀμέθεκτος ἡγεῖται, πρωτίστην ἔχων ὕπαρξιν· τῶν δὲ μετεχομένων οἱ μὲν τὴν ὑπερκόσμιον καὶ ἀμέθεκτον ἐλλάμπουσι ψυχὴν, οἱ δὲ τὴν ἐγκόσμιον. Οὔτε γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀμεθέκτου τὸ πλῆθος εἰδὼς τὸ ἐγκόσμιον· εἴπερ αἱ πρόοδοι διὰ τῶν ὁμοίων· ὁμοιότερον δὲ τῷ ἀμεθέκτῳ τὸ χωριστὸν τοῦ κόσμου μᾶλλον, ἢ τὸ διηρημένον περὶ αὐτόν· οὔτε μόνον τὸ ὑπερκόσμιον ὑπέστη πλῆθος, ἀλλ' εἰσὶ καὶ ἐγκόσμιοι· εἴπερ καὶ θεῶν ἐγκόσμιον πλῆθος, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος ἔμψυχος ἅμα καὶ ἔννους ἐστί. Καὶ ἡ μέθεξις ταῖς κοσμίοις ψυχαῖς τῶν ὑπερκοσμίων θεῶν διὰ μέσου τῶν ἐγκοσμίων νόων

aliorum Deorum, si modo ut illa, quæ inter se mutuo participant, sic etiam ipsæ eorum quæ participantur substantiæ se habent.

CLXIII. Omnis Unitatum multitudo, quæ participatur ab imparticipabili Mente, est intellectualis. Ut enim se habet Mens ad illud quod est vere Ens, sic etiam Unitates istæ se habent ad intelligibiles Unitates.

Si igitur illæ, quæ Mentem collustrant, intelligibiles sunt, ideo et istæ, quæ collustrant divinam et imparticipabilem mentem, intellectuales sunt: verum non ita intellectuales, ut in Mente subsistentes; sed ut secundum causam ante mentem exsistentes, et *ut* illæ, quæ mentem progenuerunt.

CLXIV. Omnis Unitatum multitudo, quæ participatur ab omni imparticipabili anima, est supermundana.

Quoniam enim imparticipabilis anima est primo super ipsum mundum, et illi Dii, qui ab ipsa participantur, supermundani sunt, eandem proportionem habentes ad intellectuales et intelligibiles *deos*, quam habet anima ad mentem, et mens ad illud quod est vere Ens. Ut igitur omnis anima ex mente pendet, et mens ad mente intelligibile est conversa (*vel convertitur ac revertitur*), sic etiam ipsi supermundani dii ex intellectualibus pendent, ut etiam isti *pendent* ex intelligibilibus.

CLXV. Omnis multitudo Unitatum, quæ participantur ab aliquo sensili corpore, mundana est. Collustrat enim partes mundi per interventum mentis et animæ. Neque enim Mens sine anima adest ulli corporum mundanorum, neque Deitas et anima conjungitur immediate: nam communicationes *et conjunctiones fiunt* per similia. Et ipsa mens secundum suum Intelligibile et summum participat Unitatem. Unitates igitur mundanæ *dicuntur*, ut illæ, quæ totum Mundum complent, et *ut illæ quæ sunt* ex diis aliquid, et *ut illæ, quæ sunt aliquid* manifestorum corporum. Nam horum quoque *corporum, ut supra dictum est*, unumquodque divinum est, non propter ipsam animam, non enim ista primo Deus *est*; neque propter ipsam Mentem; nam ne ista quidem eadem est atque ipsum Unum. Sed *ipsum corpus* animatum quidem *est*, et per se movetur, propter animam; semper vero pariter se habet, et ordine optimo fertur, propter ipsam Mentem. Divinum denique *dicitur et est* propter Adunationem. Et si facultatem habet providendi vi præditam, propter istam causam (*cum divina Mente conjunctionem*) est tale.

CLXVI. Omnis Mens imparticipabilis est, vel participabilis. Et si participabilis *est*, vel a supermundanis animabus participatur, vel ab illis quæ sunt in mundo. Nam omni quidem multitudini *Mens* imparticipabilis præest, primam habens substantiam. Illarum vero *Mentium*, quæ participantur, illæ quidem supermundanam et imparticipabilem animam illuminant; aliæ vero *collustrant animam* illam quæ est in mundo. Haud enim ab eo quod est imparticipabile, mundana multitudo statim *manat*; siquidem ipsi progressus per similia *fiunt*. Similius autem *est* ei quod est imparticipabile, illud quod est divisum circa ipsum (*s.* in ipso). Non solum *autem* exsistit supermundana multitudo; sed sunt etiam qui degunt in mundo; siquidem et Deorum *est* in mundo versans multitudo, et ipse mundus est animatus simul et mente præditus. Et illa communio supermundanorum Deorum, qua fruuntur animæ degentes in Mundo, fit propter medium Mentium in Mundo comprehensarum.

ΡΞΖ'. Πᾶς νοῦς ἑαυτὸν νοεῖ, ἀλλ' ὁ μὲν πρώτιστος ἑαυτὸν μόνον· καὶ ἓν κατ' ἀριθμὸν ἐν τούτῳ νοῦς καὶ νοητόν. Ἕκαστος δὲ τῶν ὑφεξῆς ἑαυτὸν ἅμα καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ· καὶ νοητόν ἐστι τούτων τὸ μὲν ὅ ἐστι, τὸ δὲ ἀφ' οὗ ἐστιν· ἢ γὰρ ἑαυτὸν νοεῖ πᾶς νοῦς, ἢ τὸ ὑπὲρ ἑαυτὸν, ἢ τὸ μεθ' ἑαυτόν.

Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ μεθ' ἑαυτὸν, πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιστρέψει, νοῦς ὤν. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἐκεῖνος αὐτὸ γνώσεται, πρὸς ὃ ἐπέστρεψεν, ἅτε οὐκ ὢν ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ἔξω αὐτοῦ· τὸν δὲ ἀπ' αὐτοῦ τύπον μόνον, ὡς ἐν ἑαυτῷ γέγονεν ἀπ' ἐκείνου. Ὃ γὰρ ἔχει, οἶδε, καὶ ὃ πέπονθεν, οὐχ ὃ μὴ ἔχει, καὶ ἀφ' οὗ οὐ πέπονθεν.

Εἰ δὲ τὸ ὑπὲρ αὐτὸν, εἰ μὲν διὰ τῆς ἑαυτοῦ γνώσεως, ἑαυτὸν ἅμα κἀκεῖνο γνώσεται· εἰ δὲ ἐκεῖνο μόνον, ἑαυτὸν ἀγνοήσει, νοῦς ὤν.

Ὅλως δὲ τὸ πρὸ αὐτοῦ γινώσκων, οἶδεν ἄρα, ὅτι καὶ αἴτιόν ἐστιν ἐκεῖνο, καὶ ὧν αἴτιον. Εἰ γὰρ ταῦτα ἀγνοήσει, κἀκεῖνο ἀγνοήσει τὸ τῷ εἶναι παράγον, ἃ παράγει, καὶ ἃ παράγει, μὴ γινώσκων· ὃ δὲ ὑφίστησι, καὶ ὧν αἴτιον τὸ πρὸ αὐτοῦ γινῶσκον, καὶ ἑαυτὸν ἐκεῖθεν ὑποστάντα γνώσεται. Πάντως ἄρα τὸ πρὸ αὐτοῦ γινώσκων γνώσεται καὶ ἑαυτόν.

Εἰ οὖν τις ἔστι νοῦς νοητὸς, ἐκεῖνος ἑαυτὸν εἰδὼς, καὶ τὸν νοητὸν οἶδε, νοητὸς ὢν, ὅ ἐστιν οὗτος.

Ἕκαστον δὲ τῶν μετ' ἐκεῖνον τὸ ἐν αὐτῷ νοητὸν νοεῖ, ἅμα καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ. Ἔστιν ἄρα καὶ ἐν τῷ νῷ νοητὸν, καὶ ἐν τῷ νοητῷ νοῦς· ἀλλ' ὁ μὲν τῷ νοητῷ ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ τῷ νοοῦντι· τῷ μὲν ἐν αὐτῷ, ὁ αὐτός· τῷ πρὸ αὐτοῦ δὲ, οὐχ ὁ αὐτός. ἄλλο γὰρ τὸ ἁπλῶς νοητὸν, καὶ ἄλλο τὸ ἐν τῷ νοοῦντι νοητόν.

ΡΞΗ'. Πᾶς νοῦς κατ' ἐνέργειαν οἶδεν, ὅτι νοεῖ, καὶ οὐκ ἄλλου μὲν ἴδιον τι νοεῖν, ἄλλου δὲ τὸ νοεῖν, ὅτι νοεῖ. Εἰ γάρ ἐστι κατ' ἐνέργειαν νοῦς, καὶ νοεῖ ἑαυτὸν οὐκ ἄλλον ὄντα παρὰ τὸ νοούμενον, οἶδεν ἑαυτὸν καὶ ὁρᾷ ἑαυτόν.

Ὁρῶν δὲ νοοῦντα καὶ ὁρῶντα γινώσκων οἶδεν, ὅτι νοῦς ἐστι κατ' ἐνέργειαν· τοῦτο δὲ εἰδὼς οἶδεν ὅτι νοεῖ, καὶ οὐχ ἃ ἐννοεῖ μόνον. Ἅμα ἄρα ἄμφω οἶδε, καὶ τὸ νοητὸν, καὶ ὅτι νοεῖ ἐκεῖνο, καὶ νοεῖται ὑφ' ἑαυτοῦ νοοῦντος.

ΡΞΘ'. Πᾶς νοῦς ἐν αἰῶνι τήν τε οὐσίαν ἔχει, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν. Εἰ γὰρ ἑαυτὸν νοεῖ, καὶ ταὐτὸ νοῦς καὶ νοητὸν, καὶ νόησις τῷ νῷ ταὐτὸ καὶ τῷ νοητῷ. Μέση γὰρ οὖσα τοῦ τε νοοῦντος καὶ τοῦ νοουμένου, τῶν αὐτῶν ἐκείνων ὄντων, ἔσται δήπου καὶ ἡ νόησις ἡ αὐτὴ πρὸς ἄμφω. Ἀλλὰ μὴν ὅτι ἡ οὐσία τοῦ νοῦ αἰώνιος, [δῆλον]· ὅλη γὰρ ἅμα ἐστὶ καὶ ἡ νόησις ὡσαύτως, εἴπερ τῇ οὐσίᾳ ταὐτόν.

Εἰ γὰρ ἀκίνητος ὁ νοῦς, οὐκ ἂν ὑπὸ χρόνου μεταροῖτο, οὔτε κατὰ τὸ εἶναι, οὔτε κατὰ τὴν ἐνέργειαν· τούτων δὲ ὡσαύτως ἐχόντων, καὶ ἡ δύναμις αἰώνιος.

CLXVII. Omnis Mens se ipsam percipit *ac intelligit*: sed prima quidem, se ipsam tantum *intelligit*. Et Unum numero in ista *prima Mente simul est* Mens et intelligibile. Unaquæque vero *Mentium* illarum, quæ sunt deinceps, se ipsam simul et ea, quæ sunt ante ipsam, *percipit et intelligit*. Et Intelligibile est harum partim, quod est *ipsa Mens*, partim a quo est. Vel enim se ipsam cognoscit quælibet Mens, vel *cognoscit* illud quod est supra se ipsam, vel illud quod est post se ipsam.

Sed si quidem *intelligit et cognoscit* illud quod est post se ipsam, cum sit mens, ad deterius se *convertet ac* revertetur. Et ne sic quidem illa *Mens* id cognoscet, ad quod reversa fuerit, quippe quod non fuerit in se ipsa, sed extra se ipsam: sed notam *a prima Mente manantem cognoscet* tantum, *et sciet*, quomodo in se ipsa fuerit ab illa *prima Mente manans*. Quod enim habet, novit, et quod patitur; non autem, quod non habet, et a quo nihil patitur.

Si vero *cognoscit illud* quod est supra se ipsam, si quidem per sui ipsius cognitionem *hoc assequitur*, se ipsam simul et illud cognoscet: si vero illud tantum *cognoscit*, se ipsam ignorabit, quamvis sit Mens.

Omnino vero cognoscens illud quod est ante ipsam, novit igitur, quod illud est et causa, et quorum est causa. Si enim hæc ignorarit, illud etiam ignorabit, quod eo ipso, quod est, producit quæ producit, et quæ producit, non cognoscens. Quod vero constituit, et quorum causa *est illud* quod ante ipsum *est*, qui cognoscit, *is* etiam se ipsum illinc natum cognoscet. Omnino igitur *Mens* cognoscens id quod est ante ipsam, se ipsam quoque cognoscet.

Si qua igitur est Mens intelligibilis illa se ipsam cognoscens, et ipsam intelligibilem *Mentem* cognoscit, intelligibilis *Mens* exsistens, *id* quod est ista *Mens*.

Unaquæque vero *Mentium* illarum, quæ sunt post illam *primam Mentem*, id quod intelligibile *est* (*et quod mente percipi potest*) cognoscit simul et id quod est ante ipsam. Est igitur et in ipsa Intelligibile et in ipso intelligibili *est* Mens. Sed alia quidem *Mens* eadem *est* cum Intelligibili, alia vero cum Intelligente, quod quidem in ipsa *est*, eadem *est*; cum eo vero quod est ante ipsam, non *est* eadem. Aliud enim *est* ipsum simpliciter intelligibile, et aliud ipsum intelligente *et cognoscente* mente Intelligibile.

CLXVIII. Omnis Mens actu novit, quod intelligit; neque alius quidem proprium est, ipsum cognoscere, alius vero, ipsum cognoscere quod cognoscit. Si enim est actu Mens, et cognoscit se ipsam non aliam esse, quam illud ipsum quod cognoscitur, *ergo Mens* novit se ipsam et videt se ipsam.

Videns vero cognoscentem, et videntem cognoscens, novit quod Mens est per actionem. Hoc vero cognoscens, cognoscit se cognoscere, nec ea tantum *cognoscit*, quæ in mente habet *et cogitat*. Simul igitur hæc duo novit, et ipsum Intelligibile et quod cognoscit illud et cognoscitur a se ipso *illud* cognoscente.

CLXIX. Omnis Mens in ævo habet et essentiam, et potestatem, et actum. Si enim *Mens* se ipsam cognoscit, et idem *est* Mens et Intelligibile; etiam intelligentia idem est atque intellectus et intelligibile. Cum enim *Intelligentia* sit media inter illud quod cognoscit et illud quod cognoscitur, quando hæc *duo* sunt eadem, erit igitur profecto et ipsa intelligentia eadem apud ambo (*respectu amborum*). Verum quod mentis essentia est æterna, *manifeste constat*. Tota enim simul est, et ipsa Intelligentia pariter, si quidem est idem cum ipsa essentia.

Si vero immobilis *est* intellectus, non a tempore mensuratur, neque secundum Esse, neque secundum actum. Cum vero hæc eodem modo semper se habeant, etiam *intellectus* potentia est æterna.

ΡΟ'. Πᾶς νοῦς πάντα ἅμα νοεῖ· ἀλλ' ὁ μὲν ἀμέθεκτος ἁπλῶς πάντα, τῶν δὲ μετ' ἐκεῖνον ἕκαστος καθ' ἓν ἅπαντα. Εἰ γὰρ ἅπας νοῦς ἐν αἰῶνι τήν τε οὐσίαν ἱδρύσατο τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ἅμα τῇ οὐσίᾳ τὴν ἐνέργειαν, πάντα ἅμα νοήσει.

Πᾶσι γὰρ κατὰ μέρος ἄλλο καὶ ἄλλο τῶν ἐφεξῆς, οὐκ ἐν αἰῶνι· τὸ γὰρ ἐφεξῆς ἐν χρόνῳ πᾶν· πρότερον γὰρ καὶ ὕστερον τὸ ἐφεξῆς, ἀλλ' οὐχ ὁμοῦ πᾶν.

Εἰ μὲν οὖν ὁμοίως πάντα νοήσουσι πάντες, οὐ διοίσουσιν ἀλλήλων· εἰ γὰρ ὁμοίως [**] πάντα εἰσὶν, ἃ νοοῦσιν, ὄντες· ὁμοίως δὲ πάντα ὄντες, οὐχ ὁ μὲν ἀμέθεκτος, ὁ δὲ οὔ.

Ὧν γὰρ νοήσεις αἱ αὐταὶ, καὶ αἱ οὐσίαι· εἴπερ ἡ νόησις ἡ ἑκάστου ταὐτὸν τῷ ἑκάστου εἶναι, καὶ ἕκαστος ἅμα, καὶ ἡ νόησις, καὶ τὸ εἶναι. Λείπεται δὴ οὖν, ἢ μὴ ὁμοίως πάντα νοεῖν ἕκαστον, ἀλλ' ἕν, ἢ πλείω, μὴ πάντα δὲ ὁμως, ἢ πάντα καθ' ἕν.

Ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ πάντα νοεῖν λέγειν νοῦν ἐστι ποιεῖν ἀγνοοῦντά τι τῶν ὄντων. Εἰ γὰρ μεταβήσεται καὶ νοήσει, οὐχ ἅμα, ἀλλὰ πρότερον καὶ ὕστερον, ἀκίνητος ὢν, (καὶ) ἔσται ψυχῆς χείρων τῆς ἐν τῷ κινεῖσθαι πάντα νοούσης, διὰ τὸ μένειν ἓν μόνον νοῶν. Πάντα ἅρα νοήσει καθ' ἕν· ἢ γὰρ πάντα, ἢ ἓν, ἢ πάντα καθ' ἕν, τῆς νοήσεως ἀεὶ μὲν καὶ ἐν πᾶσι πάντων οὔσης· τὰ δὲ πάντα ἑνὶ τῶν πάντων ὁριζούσης. Ὥστε εἶναί τι κρατοῦν ἐν τῇ νοήσει καὶ τοῖς νοουμένοις, ἓν πάντων ἅμα κατὰ τὸ ἓν νοουμένων, καὶ τοῦ ἑνὸς αὐτῷ τὰ πάντα χαρακτηρίζοντος.

ΡΟΑ'. Πᾶς νοῦς ἀμέριστός ἐστιν οὐσία. Εἰ γὰρ ἀμεγέθης καὶ ἀσώματος καὶ ἀκίνητος, ἀμέριστόν ἐστι· πᾶν γὰρ τὸ ὁπωσοῦν μεριστὸν, ἢ κατὰ μέγεθος, ἢ κατὰ πλῆθος, ἢ κατὰ τὰς ἐνεργείας ἐστὶ μεριστὸν ἐν χρόνῳ γεγραμένας· ὁ δὲ νοῦς κατὰ πάντα αἰώνιος, καὶ ἐπέκεινα σωμάτων, καὶ ἥνωται τὸ ἐν αὐτῷ πλῆθος. Ἀμέριστος ἅρα ἐστίν.

Ὅτι μὲν οὖν ἀσώματος ὁ νοῦς, ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστροφὴ δηλοῖ· τῶν γὰρ σωμάτων οὐδὲν πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφεται. Ὅτι δὲ αἰώνιος ἡ τῆς ἐνεργείας ταυτότης πρὸς τὴν οὐσίαν· οὕτω γὰρ δέδεικται πρότερον. Ὅτι δὲ ἥνωται τὸ πλῆθος, ἡ πρὸς τὰς ἑνάδας τὰς θείας τοῦ νοεροῦ πλήθους συνέχεια.

Αἱ μὲν γάρ εἰσι πρῶτον πλῆθος· οἱ δὲ νόες μετ' ἐκείνας. Εἰ οὖν καὶ πλῆθος ἅπας νοῦς, ἀλλ' ἡνωμένον πλῆθος· πρὸ γὰρ τοῦ διηρημένου συνεπτυγμένον καὶ ἐγγυτέρω τοῦ ἑνός.

ΡΟΒ'. Πᾶς νοῦς ἀΐδίων ἐστὶ προσεχῶς καὶ ἀμεταβλήτων κατ' οὐσίαν ὑποστάτης· τὸ γὰρ ἀπὸ ἀκινήτου παραγόμενον αἰτίας ἅπαν ἀμετάβλητόν ἐστι κατὰ τὴν οὐσίαν· νοῦς δὲ ἀκίνητος αἰωνίως πάντα ὢν, καὶ ἐν αἰῶνι μένων, καὶ τῷ εἶναι παράγει, ἃ παράγει. Εἰ δὲ ἀεί ἐστι, καὶ ὡσαύτως ἐστὶν, ἀεὶ παράγει καὶ ὡσαύτως·

CLXX. Omnis intellectus omnia simul cognoscit. Sed imparticipabilis quidem *Mens* simpliciter omnia *cognoscit*: illorum vero *intellectuum*, qui *sunt* post illum, unusquisque singulariter omnia *intelligit*. Si enim omnis intellectus in æterno et essentiam suam locavit, et simul cum essentia actum, omnia simul intelliget.

Omnibus enim *quæ sunt* secundum partes aliud et aliud *adest* eorum quæ sunt deinceps, non in ævo. Omne enim quod est deinceps, *est* in tempore. Illud enim quod est deinceps, *est* prius et posterius, sed non simul *est* omne.

Quodsi igitur omnia omnes *Mentes* cognoscent, non different aliæ ab aliis. Si enim pariter *omnes* [omnia cognoscunt, pariter *ergo omnes*] omnia sunt, quæ cognoscunt, dum sunt. Pariter vero si *Mentes omnes* omnia sunt, *ergo* non alia quidem *est* imparticipabilis, alia vero non.

Quorum enim *sunt* Intelligentiæ eædem, *sunt* etiam essentiæ; siquidem uniuscujusque *Mentis* Intelligentia idem *est* cum ipsa uniuscujusque *Mentis* Esse, et unaquæque *Mens est* ambo, *scilicet* et ipsa Intelligentia, et ipsum Esse. Restat igitur, ut unaquæque *Mens* vel non pariter omnia cognoscat: sed unum *tantum*, vel plura, non autem omnia pariter, vel omnia in Uno *vel singulatim*.

Sed ipsum quidem dicere *unamquamque Mentem* non omnia cognoscere, Mentem est facere ignorantem aliquid ipsorum Entium (*eorum quæ sunt in rerum natura*). Si enim *ipsa Mens alio* transibit et *movetur*, *et aliquid* cognoscet, non simul *omnia cognoscit*, sed *alia* prius et *alia* posterius, immobilis exsistens, et *sic ipsa Mens* erit animâ deterior, quæ, dum movetur, omnia cognoscit, quia *Mens* propter ipsum manere (*quod immota maneat*) unum tantum cognoscit. Omnia igitur *Mens* cognoscet in Uno *vel singulatim*. Vel enim omnia *simul cognoscet*, vel Unum *tantum*, vel omnia in Uno (*quod in se continet vim totius*); cum intelligentia semper et in omnibus *intellectibus* omnium *rerum* sit, verum omnia per Unum omnium finiat. Quamobrem aliquid est, quod principatum obtinet in Intelligentia et *in* iis quæ per intelligentiam cognoscuntur, quod omnia simul Unum *tantum* per ipsum Unum intelliguntur, et Ipsum Unum *Menti* per id (*Unum*) omnia figuret *ac repræsentet*.

CLXXI. Omnis Mens est individua essentia. Si enim *Mens est* expers magnitudinis et incorporea et immobilis, individuum *quid* est. Nam omne, *quod est* quomodocumque dividuum, vel per magnitudinem, vel per multitudinem, vel per actus dividuum est, quæ in tempore feruntur. Ipsa vero Mens per omnia *est* æterna, et superior corporibus, et multitudo, quæ est in ipsa *Mente*, est unita. Est igitur individua.

Quod igitur Mens *sit* incorporea, ipsa ad se ipsam reversio declarat. Nullum enim corpus ad se revertitur. Quod vero *sit* æterna ipsa actionis identitas in ipsa essentia, *satis constat*: sic enim *rem habere*, prius demonstratum est. Quod vero *Mentis* multitudo sit unita, *satis declarat* ipsa multitudinis intellectualis cohærentia cum divinis Unitatibus.

Nam istæ quidem sunt prima multitudo; sed Mentes *sunt* post illas *Unitates*. Quamvis igitur et omnis Mens *sit* multitudo, tamen *est* unita multitudo. Nam ante illud quod est divisum, est illud quod est complicatum *et constrictum*, et quod est propinquius ipsi Uni.

CLXXII. Omnis intellectus est proxime *rerum* æternarum et essentia immutabilium procreator. Quod enim ab immobili producitur causa, omne est immutabile essentia. Mens vero immobilis in æternum *est*, quoniam est omnia, et in ævo manet, et propter *suum* Esse producit *ea* quæ producit. Si vero *Mens* semper est, et eodem modo est, *ergo* semper producit et eodem modo. Ergo

οὐκ ἄρα ποτὲ μὲν ὄντων, ποτὲ δὲ μὴ ὄντων αἴτιος, ἀλλὰ τῶν ἀεὶ ὄντων.

ΡΟΓ'. Πᾶς νοῦς νοερός ἐστι, καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὰ μετ' αὐτόν. Τὰ μὲν γάρ ἐστι κατ' αἰτίαν, ὅσα μετ' αὐτόν· τὰ δὲ κατὰ μέθεξιν, ὅσα πρὸ αὐτοῦ· νοῦς δὲ ὁ αὐτός ἐστι καὶ νοερὰν ἔλαχεν οὐσίαν. Κατὰ τὴν αὐτοῦ ἄρα ὕπαρξιν ἀφορίζει πάντα, καὶ ἃ κατ' αἰτίαν ἐστὶν, ὡς τὰ κατὰ μέθεξιν. Καὶ γὰρ ἕκαστον, ὡς πέφυκεν, οὕτω μετέχει τῶν κρειττόνων, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐκεῖνα ἐκεῖνά ἐστιν.

Ἡ γὰρ ἂν ὡσαύτως ὑπὸ πάντων μετείχετο· μετέχει δὲ ἄλλα ἄλλως· κατὰ τὴν ἰδιότητα ἄρα τῶν μετεχόντων καὶ δύναμιν αἱ μεθέξεις. Νοερῶς ἄρα ἐν τῷ νῷ τὰ πρὸ αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μετ' αὐτὸν νοερῶς ἐστιν· οὐ γὰρ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ἐστὶν, οὐδὲ ἐκεῖνα ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τὰς αἰτίας τὰς ἐκείνων. Ἔστι δὲ πάντων τῷ εἶναι αἴτιος.

Τὸ δὲ εἶναι αὐτοῦ νοερὸν, καὶ τὰ αἴτια ἄρα νοερῶς ἔχει τῶν πάντων· ὥστε πάντα νοερῶς ἔχει πᾶς νοῦς, καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὰ μετ' αὐτόν· ὡς οὖν τὰ νοητὰ νοερῶς ἔχει πᾶς νοῦς, οὕτω καὶ τὰ αἰσθητὰ νοερῶς.

ΡΟΔ'. Πᾶς νοῦς τῷ νοεῖν ὑφίστησι τὰ μετ' αὐτὸν, καὶ ἡ ποίησις ἐν τῷ νοεῖν, καὶ ἡ νόησις ἐν τῷ ποιεῖν.

Εἰ γὰρ νοητόν ἐστι καὶ νοῦς ταὐτὸν, καὶ τὸ εἶναι ἑκάστου τῇ νοήσει τῇ ἐν ἑαυτῷ ταὐτόν.

Ποιεῖ δὲ, ἃ ποιεῖ, τῷ εἶναι, καὶ παράγει κατὰ τὸ εἶναι, ὃ ἔστι, καὶ τῷ νοεῖν ἂν παράγοι τὰ παραγόμενα. Τὸ γὰρ εἶναι καὶ τὸ νοεῖν ἓν ἄμφω· καὶ γὰρ ὁ νοῦς, καὶ πᾶν τὸ ὄν, τῷ ἐν αὐτῷ ταὐτόν. Εἰ οὖν ποιεῖ τῷ εἶναι, τὸ δὲ εἶναι νοεῖν ἐστι, ποιεῖ τῷ νοεῖν· καὶ ἡ νόησις ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐν τῷ νοεῖν. Τοῦτο δὲ τῷ εἶναι ταὐτόν· τὸ δὲ εἶναι ἐν τῷ ποιεῖν. Τὸ γὰρ ἀκινήτως ποιοῦν τὸ εἶναι ἐν τῷ νοεῖν ἀεὶ ἔχει· καὶ ἡ νόησις ἄρα ἐν τῷ ποιεῖν.

ΡΟΕ'. Πᾶς νοῦς ὑπὸ τῶν κατ' οὐσίαν ἅμα καὶ ἐνέργειαν νοερῶν μετέχεται πρώτως. Ἀνάγκη γὰρ ἢ ὑπὸ τούτων, ἢ ὑπ' ἄλλων, τῶν νοερὰν μὲν ἐχόντων τὴν οὐσίαν, μὴ ἀεὶ δὲ νοούντων· ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων ἀδύνατον· καὶ γὰρ ἡ ἐνέργεια τοῦ νοῦ ἀκίνητος. Καὶ ὑφ' ὧν ἄρα μετέχεται, ταῦτα ἀεὶ μετέχει τῆς νοερᾶς ἐνεργείας, ἀεὶ νοερὰ τὰ μετέχοντα ποιούσης. Τῷ γὰρ αἰωνίῳ τῆς ἐνεργείας τὸ ἐν μέρει τινὶ τοῦ χρόνου τὴν ἐνέργειαν ἔχον ἀσύναπτον.

Μεταξὺ δὲ, ὥσπερ ἐν ταῖς οὐσίαις, οὕτω δὴ καὶ ἐν ταῖς τῶν ἐνεργειῶν ἐξαλλαγαῖς, τῆς αἰωνίου πάσης ἐνεργείας καὶ τῆς ἕν τινι χρόνῳ τελείας ἡ κατὰ πάντα τὸν χρόνον ἔχουσα τὸ τέλειον. Οὐδαμοῦ γὰρ αἱ πρόοδοι γίνονται ἀμέσως, ἀλλὰ διὰ τῶν συγγενῶν καὶ ὁμοίων, κατά τε τὰς ὑποστάσεις καὶ τὰς τῶν ἐνεργειῶν τελειότητας.

Ὡσαύτως πᾶς ἄρα νοῦς ὑπ' ἐκείνων μετέχεται πρώ-

non est auctor eorum quæ modo quidem sunt, modo vero non sunt, sed eorum quæ semper sunt.

CLXXIII. Omnis Mens est intellectualis, et quæ sunt ante ipsam et post ipsam, *eodem modo sunt intellectualia*. Nam illa quidem, quæ sunt post ipsam, sunt secundum causam; illa vero quæ sunt ante ipsam, sunt secundum communionem : eadem tamen est Mens, et intellectualem essentiam est sortita. Proinde secundum ipsius substantiam definit omnia, et quæ secundum causam sunt, sicut *ea* quæ secundum communionem. Etenim unumquodque, ut natura comparatum est, ita particeps est præstantiorum, sed non ut illa sunt illa.

Profecto enim pariter ab omnibus *unumquodque* participaretur. Participant vero alia aliter (*aliter hoc*, *aliter illud*). Ergo per ipsorum participantium proprietatem et potestatem participationes *et communiones fiunt*. Intellectualiter igitur in ipsa Mente *sunt ea* quæ sunt ante ipsam. Quinetiam ea quæ sunt post ipsam *Mentem*, est intellectus. Non enim ex ipsis *causarum* effectis est, *nec inde pendet*, nec illa habet *Mens* in se ipsa, sed ipsas illorum causas. *Mens igitur* propter *suum* Esse *rerum* omnium est autor.

Ipsum vero *Mentis* ipsius Esse intellectuale *est*, ergo et ipsas *rerum* omnium causas intellectualiter habet. Quamobrem omnis Mens omnia intellectualiter habet, et ea quæ sunt ante ipsam, et ea quæ sunt post ipsam. Ut igitur omnis Mens ipsa intelligibilia intellectualiter habet, sic etiam ipsa sensilia intellectualiter *habet*.

CLXXIV. Omnis Mens per ipsam Mentis perceptionem *et cognitionem* constituit ea quæ sunt post ipsam, et effectio *est* in ipsa mentis perceptione, et mentis perceptio *est* in ipsa effectione.

Si enim Intelligibile et Mens est idem, etiam ipsa essentia uniuscujusque *intellectus* idem *est* atque intelligentia, quæ *est* in ipso.

Facit vero *Mens* ea quæ facit, per ipsum Esse, et producit secundum ipsum Esse *illud* quod est : *quare* et per ipsam mente perceptionem (*per intelligentiam et cognitionem*) *ea* producet, quæ producuntur. Nam ipsum Esse et ipsum intelligere ambo *sunt* unum. Etenim Mens, et omne Ens, ei quod est in se ipso, idem est. Si igitur *Mens* facit *et agit* per ipsum Esse, ipsum vero Esse est mente percipere, *Mens* per ipsum mente percipere facit *et agit*. Et ipsa mente perceptio, quæ per actum *est*, in ipso mente percipere *est* Hoc vero est idem cum ipso Esse. Ipsum vero Esse est in ipso facere *et agere*. Quod enim immobiliter facit, essentiam in intelligendo semper habet; ac proinde intelligentia consistit in efficiendo.

CLXXV. Omnis Mens ab illis quæ per essentiam simul et *per* actionem sunt intellectualia, primo participatur. Necesse enim *est omnem Mentem participari* vel ab his *quæ dicta sunt*, vel ab aliis, quæ intellectualem quidem essentiam habent, sed non semper mente percipiunt ea *quæ sunt in rerum natura*. Sed ab his *Mentem participari*, *est* impossibile. Etenim ipsa Mentis actio est immobilis. A quibus igitur *ipsa Mens* participatur, hæc etiam semper participant intellectualem actionem, quæ semper intellectualia facit ea quæ participant *ipsam*. Quod enim in aliqua temporis parte *suam* actionem habet, cum actionis æternitate conjungi non potest.

Ut autem in ipsis essentiis, sic etiam in ipsis actionum immutationibus *et varietatibus*, inter omnem æternam actionem et illam quæ in aliquo tempore est perfecta, est illa quæ in omni tempore perfectionem habet. Nusquam enim *rerum* progressus immediate fiunt, sed per cognata et similia, et secundum ipsas hypostases *et rerum naturas*, et ipsas actionum perfectiones.

Pariter igitur omnis Mens ab illis primo participatur,

τας τῶν κατὰ πάντα χρόνον νοεῖν δυναμένων, καὶ ἀεὶ νοούντων, εἰ καὶ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ μὴ αἰωνίως ἡ νόησις. Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι ψυχήν ποτε νοοῦσιν, ποτὲ δὲ μὴ, νοῦ προσεχῶς μετέχειν ἀδύνατον.

ΡΟΖ'. Πάντα τὰ νοερὰ εἴδη καὶ ἐν ἀλλήλοις εἰσὶ καὶ καθ' αὑτὸ ἕκαστον. Εἰ γὰρ ἀμέριστος πᾶς νοῦς, καὶ ἡνωμένον διὰ τὴν νοερὰν ἀμέρειαν τὸ ἐν αὐτῷ πλῆθος, ἐν ἑνὶ πάντα, καὶ ἀμερῆ ἥνωται ἀλλήλοις· καὶ φωτὶ πάντα διὰ πάντων.

Εἰ δὲ ἄϋλος πάντα τὰ νοερὰ εἴδη καὶ ἀσωμάτως, ἀσύγχυτά ἐστι πρὸς ἄλληλα, καὶ χωρίς· ἕκαστον, φυλάττον τὴν ἑαυτοῦ καθαρότητα, μένει, ὅ ἐστιν.

Δηλοῖ δὲ τὸ μὲν ἀσύγχυτον τῶν νοερῶν εἰδῶν ἡ τῶν ἑκάστου διακεκριμένως μετεχόντων ἰδιάζουσα μέθεξις. Εἰ μὴ γὰρ τὰ μετεχόμενα διεκέκριτο, καὶ ἦν χωρὶς ἀλλήλων, οὐδ' ἂν τὰ μετέχοντα αὐτῶν ἑκάστου μετεῖχε διακεκριμένως, ἀλλ' ἦν ἂν πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς καταδεεστέροις ἀδιάκριτος σύγχυσις, χείροσιν οὖσι κατὰ τὴν τάξιν.

Πόθεν γὰρ ἂν ἐγένετο διάκρισις τῶν ὑφιστάντων αὐτὰ καὶ τελειούντων, ἀδιακρίτων ὄντων καὶ συγκεχυμένων; Τὸ δὲ αὖ ἡνωμένον τῶν εἰδῶν ἡ τοῦ περιέχοντος ἀμερὴς ὑπόστασις τεκμηριοῦται καὶ ἡ ἑνοειδὴς οὐσία.

Τὰ γὰρ ἐν ἀμερεῖ καὶ ἑνοειδεῖ τὴν ὕπαρξιν ἔχοντα ἐν τῷ αὐτῷ ἀμερίστως ὄντα. Πῶς γὰρ ἂν μερίσαις τὸ ἀμερὲς καὶ τὸ ἕν; Ὁμοῦ ἔστι, καὶ ἐν ἀλλήλοις ὅλα δι' ὅλων φοιτῶντα ἀδιαστάτως.

Οὐ γὰρ διάστατον τὸ περιέχον, καὶ ὡς ἐν διαστάτῳ, τὸ μὲν ἐν τῷδέ, τὸ δὲ ἀλλαχοῦ, ἀλλ' ἅμα ἐν τῷ ἀμερεῖ καὶ ἑνὶ πᾶν· ὥστε καὶ ἐν ἀλλήλοις πάντα ἄρα τὰ νοερὰ εἴδη, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐστὶ καὶ ἡνωμένως καὶ χωρὶς ἕκαστον διακεκριμένως. Εἰ δέ τις ἐπὶ ταῖσδε ταῖς ἀποδείξεσι καὶ παραδειγμάτων δέοιτο, τὰ θεωρήματα κείσθω τὰ ἐν μιᾷ ψυχῇ· ἃ δὴ πάντα ἐν τῇ αὐτῇ ὄντα ἀμεγέθει οὐσίᾳ καὶ ἡνωται ἀλλήλοις. Τὸ γὰρ ἀμέγεθες οὐ τοπικῶς ἔχει τὰ ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ἀμερίστως καὶ ἀδιαστάτως καὶ ἡνωται καὶ διακέκριται. Πάντα γὰρ εἰλικρινῶς ἡ ψυχὴ προάγει, καὶ χωρὶς ἕκαστον, μηδὲν ἐφελκουσα ἀπὸ τῶν λοιπῶν, ἃ (εἰ μὴ διεκέκριτο ἀεὶ κατὰ τὴν ἕξιν) οὐδ' ἂν ἡ ἐνέργεια διέκρινε τῆς ψυχῆς.

ΡΟΖ'. Πᾶς νοῦς, πλήρωμα ὢν εἰδῶν, ὁ μὲν ὁλικωτέρων, ὁ δὲ μεριικωτέρων ἐστὶ περιεκτικὸς εἰδῶν· καὶ οἱ μὲν ἀνωτέρω νόες ὁλικώτερον ἔχουσιν, ὅσῳ μεριικώτερον οἱ μετ' αὐτούς· οἱ δὲ κατωτέρω μεριικώτερον, ὅσῳ ὁλικώτερον οἱ πρὸ αὐτῶν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνώτεροι δυνάμεσι χρῶνται μείζοσιν, ἑνοειδέστεροι τῶν δευτέρων ὄντες· οἱ δὲ κατωτέρω πληθυνόμενοι μᾶλλον, ἐλαττοῦσι τὰς δυνάμεις, ἃς ἔχουσι· τὰ γὰρ τῷ ἑνὶ συγγενέστερα τῷ ποσῷ, συνεσταλμένα τῇ δυνάμει, τὰ μετὰ ταῦτα ὑπεραίρει· καὶ τὰ τοῦ ἑνὸς πορρώτερον ἔμπαλιν.

Δύναμιν οὖν οἱ ἀνωτέρω προστησάμενοι μείζονα, πλῆθος δὲ ἔλαττον, δι' ἐλασσόνων κατὰ τὸ ποσὸν εἰδῶν, πλείω παράγουσι διὰ τὴν δύναμιν· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους

quæ in omni tempore *res earumque naturas* mente percipere possunt, et semper mente percipiunt, quamvis in tempore, non autem ab æterno *nec in æternum sit* ipsa intelligentia. Ex hoc igitur perspicuum *est*, nullo modo fieri posse, ut anima, quæ *res* aliquando mente percipit, aliquando vero non, Mentem proxime participet.

CLXXVI. Omnes intellectuales formæ sunt et aliæ in aliis et unaquæque per se *et separatim*. Si enim omnis Mens *est* individua, et unita ipsa multitudo, quæ est in ipsa *Mente*, propter intellectualem individuitatem (*i. e. expertem partium rationem*), *sunt* in Uno omnia, et *illa* quæ sunt partium expertia *et individua*, inter se sunt unita; et omnia per omnia pervadunt.

Si vero sine materia sunt intellectuales formæ et sine corpore, *ergo* sunt inconfusa inter se, et separata manent. *Nam* unumquodque, suam puritatem conservans, manet *illud ipsum*, quod est.

Ipsam vero non confusam intellectualium formarum rationem indicat ipsa quamlibet rem discrete participantium dissociata communio. Nisi enim ea quæ participantur discreta essent, et alia ab aliis essent separata, neque illa quæ participant ipsorum unumquodque discrete participarent *alia*; sed in ipsis deterioribus esset multo magis indiscreta confusio, quia secundum ordinem sunt pejora.

Unde enim fieret discretio, si illa, quæ constituunt et perficiunt ipsa, essent indiscreta et confusa? Rursus vero ipsam unitam formarum rationem illa ipsius continentis partium expers hypostasis et uniformis essentia manifeste demonstrant.

Quæ enim in individua et uniformi ratione *suam* substantiam habent, in eodem individue sunt *et sine partibus in eadem re subsistunt*. Quomodo enim partiri posses id quod est partium expers et Unum? *Hæc enim* simul sunt, et inter se tota per tota sine ullo intervallo pervadentia.

Non enim intervallo diremptum *est* illud, quod *res aliquas* continet, et aliud quidem *non est* in hoc, ut in eo quod separatum est intervallo *aliquo*, aliud vero alibi *est*: sed simul omne *est* in eo quod est partium expers, *individuum* et unum. Quamobrem etiam omnes intellectuales formæ *sunt* inter se conjunctæ et inter se sunt etiam unite, (*conjuncte*), et separatim unaquæque, *et* discrete. Si quis vero præter istas demonstrationes exemplis etiam indigeat, theoremata consideret, quæ sunt in una anima: quæ omnia profecto in eadem (*anima*) et sunt magnitudinis experte essentia, et inter se sunt unita. Quod enim est expers magnitudinis, non localiter habet ea quæ sunt in ipso, sed ea individue, et sine ullo intervallo, et unita sunt et discreta sunt. Omnia enim anima pure producit, et separatim unumquodque, nihil a reliquis attrahens *ad se ipsam*, quæ (nisi semper discreta essent secundum habitum) ne ipsa quidem animæ efficacitas discerneret.

CLXXVII. Omnis mens, cum sit formarum infinita copia, alia quidem universaliores, alia vero particulariores formas continet. Et illæ quidem superiores mentes universalius habent, quo particularius *habent Mentes* illæ, quæ sunt post ipsas *superiores Mentes*: inferiores vero particularius *habent*, quo universalius *habent illæ Mentes* quæ sunt ante ipsas. Nam superiores quidem facultatibus utuntur majoribus, quia sunt Uni similiores, quam secundæ *Mentes*: inferiores vero, quia magis multiplicantur, minuunt illas facultates, quas habent. Quæ enim per cognationem cum Uno *sunt* conjunctiora *et propius ad Unum accedunt*, per ipsam *numeri* quantitatem, contracta facultate, ea quæ sunt post hæc, superant. Et ea quæ ab Uno longius *distant*, contra *se habent*.

Illæ igitur superiores *Mentes* cum majorem facultatem sibi commissam habeant, multitudinem vero minorem *habeant*, per pauciora, secundum ipsam formarum quantitatem, plura producunt, propter facultatem *ac pote-*

διὰ πλειόνων, ἐλάσσω κατά τὴν τῆς δυνάμεως ἔλλαμψιν. Εἰ οὖν ἐκεῖνοι δι' ἐλασσόνων πλείονα παράγουσιν, ὀλικώτερα τὰ ἐν αὐτοῖς εἴδη, καὶ εἰ οἵδε διὰ πλειόνων ἐλάσσονα, μερικώτερα τὰ ἐν τούτοις. Ἐξ ὧν δὴ συμβαίνει τὰ καθ' ἓν εἶδος ἐκ τῶν ὑπερτέρων ἀπογεννώμενα κατὰ πλείους ἰδέας ἐκ τῶν δευτέρων διηρημένων παράγεσθαι· καὶ ἔμπαλιν τὰ διὰ πολλῶν καὶ διακεκριμένων εἰδῶν ὑπὸ τῶν καταδεεστέρων παραγόμενα δι' ἐλασσόνων ὀλικωτέρων ἀνωτέρω παράγεσθαι· καὶ τὸ μὲν ὅλον καὶ κοινὸν πᾶσι τοῖς μετέχουσιν ἄνωθεν παραγίνεσθαι· τὸ δὲ μεμερισμένον καὶ τὸ ἴδιον ἐκ τῶν δευτέρων.

Ὅθεν οἱ δεύτεροι νόες ταῖς τῶν εἰδῶν μερικωτέραις διακρίσεσιν ἐπιδιαρθροῦσί πως καὶ λεπτουργοῦσι τὰς τῶν πρώτων εἰδοποιίας.

ΡΟΗ'. Πᾶν νοερὸν εἶδος ἀϊδίων ἐστὶν ὑποστατικόν. Εἰ γὰρ αἰώνιόν ἐστι καὶ ἀκίνητον πᾶν, ἀμεταβλήτων ἐστὶ κατ' οὐσίαν αἴτιον καὶ ἀϊδίων ὑποστάσεων, ἀλλ' οὐ γινομένων καὶ φθειρομένων· ὥστε πᾶν τὸ κατ' εἶδος νοερὸν ὑποστὰν νοερὸν ἀϊδιόν ἐστι.

Καὶ γὰρ εἰ αὐτῷ τῷ εἶναι πάντα τὰ εἴδη παράγει τὰ μετὰ ταῦτα, τὸ δὲ εἶναι αὐτὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει, καὶ τὰ παραγόμενα ἀπ' αὐτῶν ὡσαύτως ἕξει, καὶ ἀΐδια ἔσται. Οὔτε ἄρα τὰ γένη τὰ κατά τινα χρόνον ἀπ' αἰτίας ὑφέστηκεν εἰδητικῆς, οὔτε τὰ φθαρτά, ᾗ φθαρτά, εἶδος ἔχει νοερὸν προϋπάρχον· ἦν γὰρ ἂν ἄφθαρτα καὶ ἀγέννητα, πρὸς ἐκεῖνα τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα.

ΡΟΘ'. Πᾶς ὁ νοερὸς ἀριθμὸς πεπέρασται. Εἰ γὰρ ἔστι μετ' αὐτὸ ἄλλο πλῆθος κατ' οὐσίαν ὑφειμένον, καὶ οὕτως πορρώτερον τοῦ ἑνός, ἐκεῖνος δὲ ἐγγυτέρω, τὸ δὲ ἐγγύτερον τοῦ ἑνὸς ἔλασσον κατὰ τὸ ποσὸν, πλεῖον δὲ τὸ πορρώτερον, καὶ ὁ νοερὸς ἀριθμὸς ἐλάσσων ἂν εἴη παντὸς τοῦ μετ' αὐτὸν πλήθους. Οὐκ ἄρα ἄπειρός ἐστι. Πεπέρασται ἄρα τὸ πλῆθος τῶν νόων· τὸ γάρ τινος ἔλασσον οὐκ ἄπειρον, διότι τὸ ἄπειρον οὐδενὸς ἔλασσον, ᾗ ἄπειρον.

ΡΠ'. Πᾶς νοῦς ὅλος ἐστὶν, ὡς ἐκ μερῶν ὑποστὰς ἕκαστος, καὶ ἥνωται τοῖς ἄλλοις, καὶ διακέκριται ἀπ' αὐτῶν. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀμέθεκτος νοῦς ἁπλῶς ὅλος, ὡς τὰ μέρη πάντα ὁλικῶς ἔχων ἐν ἑαυτῷ, τῶν δὲ μερικῶν ἕκαστος ὡς ἐν μέρει τὸ ὅλον ἔχει.

Καὶ οὕτω πάντα ἐστὶ μερικῶς· εἰ γὰρ καθ' ἓν πάντα, τὸ δὲ καθ' ἓν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ μερικῶς, τὸ ἄρα ὅλον οὕτως ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ τούτων μερικῶς, καθ' ἕν τι τῶν μερικῶν, ἐπικρατοῦν ἐν τοῖς πᾶσιν, ἀφοριζόμενον.

ΡΠΑ'. Πᾶς ὁ μετεχόμενος νοῦς ἢ θεῖός ἐστιν, ὡς θεῶν ἐξημμένος, ἢ νοερὸς μόνον. Εἰ γάρ ἐστιν ὁ θεῖος καὶ ἀμέθεκτος νοῦς πρώτως, τούτῳ ὁπόου συγγενής ἐστιν οὐχ ὁ κατ' ἀμφότερα διαφέρων, καὶ τῷ μὴ εἶναι θεῖος, καὶ τῷ μὴ ἀμέθεκτος εἶναι· τὰ γὰρ κατ' ἄμφω ἀνόμοια ἀσύναπτα ἀλλήλοις. Δῆλον δὴ οὖν, ὅτι τῇ μὲν ὁμοιόν ἐστι πρώτως ὄντι νῷ τὸ μέσον, τῇ δὲ ἀνόμοιον.

Ἢ οὖν ἀμέθεκτόν ἐστι καὶ οὐ θεῖον, ἢ μετεχόμενον

statem majorem : illæ vero ***Mentes inferiores***, quæ sunt post illas *superiores*, per plura *producunt* pauciora secundum facultatis illuminationem (quatenus facultas vel magis vel minus elucescit ac viget). Si igitur illi *intellectus* per pauciora plura producunt, universaliores *sunt* in ipsis formæ : et si hi per plura *producunt* pauciora, particulariores *sunt formæ*, *quæ sunt* in istis. Ex quibus profecto contingit, ut ea, quæ per unam formam a superioribus procreantur, per plures ideas formasque producantur ab inferioribus divisis. Et contra ut ea, quæ per multas et discretas formas a deterioribus producuntur, per pauciora, *sed* universaliora, a superioribus producantur ; et ut *id*, quod universum est commune omnibus iis quæ participant, superne adveniat ; quod vero partitum et proprium est, a secundis *et inferioribus*.

Proinde secundi intellectus per formarum particulariores discretiones articulatim quodammodo insuper explicant et subtiliter effingunt primorum *intellectuum* formarum fabricas.

CLXXVIII. Omnis intellectualis forma *rerum* æternarum est fundatrix *et sustentatrix*. Si enim omnis *forma* est æterna et immobilis, secundum essentiam est immutabilium et æternarum hypostaseon (*naturarum*) causa, non autem earum quæ fiunt et corrumpuntur. Quamobrem omne quod per intellectualem formam subsistit, est intellectuale æternum.

Etenim si per ipsum Esse omnes formæ producunt ea quæ sunt post ipsas, ipsum vero Esse semper eodem modo se habet, etiam illa, quæ producuntur ab ipsis *formis*, eodem modo se habebunt, et æterna erunt. Neque igitur genera, quæ sunt in aliquo tempore, a causa formali *manantia* subsistunt, neque ea quæ corruptioni sunt obnoxia, quatenus corruptioni sunt obnoxia, formam habent intellectualem præexistentem. Essent enim corruptionis expertia et non generata, si secundum illas *præexistentes formas suam* hypostasin *atque naturam* haberent.

CLXXIX. Omnis intellectualis numerus est finitus. Si enim post ipsum est alia multitudo secundum essentiam subjecta *superiori*, et ita remotior ab Uno, ille vero *numerus intellectualis* propior *abest*, id autem quod propius *abest* ab Uno, minus *est* ad quantitatem, plus vero quod remotius *abest ab Uno* : etiam intellectualis numerus minor erit omni, quæ post ipsum *est*, multitudine. Non igitur infinitus est. Mentium igitur multitudo est finita. Quod enim aliquo minus *est*, non *est* infinitum, quoniam quod *est* infinitum, quatenus *est* infinitum, nullo minus *est*.

CLXXX. Omnis mens est tota, quod ex partibus *conflata* constet unaquæque *Mens*, et cum aliis *Mentibus* unita sit, et ab ipsis discreta sit. Sed illa quidem imparticipabilis Mens *est* simpliciter tota, ut ea quæ partes omnes universaliter habet in se *comprehensas*. Particularium vero *Mentium* unaquæque Totum ut in parte *consistens* habet.

Sic autem omnia sunt particulariter. Si enim secundum Unum omnia *sunt*, illud vero quod est secundum Unum, nihil aliud est, quam particulariter, ipsum igitur Totum sic est in unoquoque horum particulariter, secundum unum aliquod ipsorum particularium, quod in omnibus principatum obtinet, *ab aliis* separatum *ac definitum*.

CLXXXI. Omnis Mens quæ participatur, vel est divina, quod ex Diis pendeat, vel intellectualis tantum. Si enim est divina et imparticipabilis Mens primo, huic profecto cognata est non illa quæ utroque modo differt, et quod non sit divina, et quod non sit imparticipabilis. Quæ enim in *his* duobus sunt dissimilia, inter se conjungi non possunt. Perspicuum igitur *est*, quod ipsum medium partim quidem est simile illi Menti, quæ primo est, partim vero dissimile.

Igitur vel imparticipabile est, et non divinum, vel parti-

καὶ θεῖον. Ἀλλὰ πᾶν τὸ ἀμέθεκτον θεῖον, ὡς τῷ ἑνὶ ἀνάλογον τάξιν ἐν τῷ πλήθει λαχόν· ἔσται ἄρα τις νοῦς θεῖος, ἅμα καὶ μετεχόμενος. Ἀλλὰ μὴν εἶναι δεῖ νοῦν μὴ μετέχοντα τῶν θείων ἑνάδων, ἀλλὰ νοοῦντα μόνον· καθ' ἑκάστην γὰρ σειρὰν τὰ μὲν πρῶτα, καὶ τῇ ἑαυτῶν μονάδι συνημμένα, μετέχειν δύναται τῶν ἐν τῇ ὑπερκειμένῃ τάξει προσεχῶς· τὰ δὲ πολλοστὰ ἀπὸ τῆς ἀρχικῆς μονάδος οὐχ οἷά τέ ἐστιν ἐκείνων ἐξῆφθαι. Ἔστιν ἄρα καὶ νοῦς θεῖος, καὶ νοῦς νοερὸς μόνον, ὁ μὲν κατὰ τὴν ἰδιότητα τὴν νοερὰν ἱστάμενος, ἣν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μονάδος ἔχει, τοῦ ἀμεθέκτου· ὁ δὲ κατὰ τὴν ἕνωσιν, ἣν ἀπὸ τῆς μετεχομένης μονάδος ὑπεδέξατο.

ΡΠΒ'. Πᾶς θεῖος νοῦς μετεχόμενος, ὑπὸ ψυχῶν μετέχεται θείων· εἰ γὰρ ἡ μέθεξις ἐξομοιοῖ τῷ μετεχομένῳ τὸ μετέχον, καὶ συμφυὲς ἀποτελεῖ, δῆλον δὴ ὅτι θείαν εἶναι ψυχὴν ἀνάγκη τὴν τοῦ θείου νοῦ μετέχουσαν, καὶ εἰς θεῖον νοῦν ἀνηρτημένην, καὶ διὰ μέσου τοῦ νοῦ τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος μετέχειν. Ἡ γὰρ θεότης συνεξάπτει τῷ νῷ τὴν μετέχουσαν αὐτοῦ ψυχὴν, καὶ συνδεῖ τῷ θείῳ τὸ θεῖον.

ΡΠΓ'. Πᾶς νοῦς μετεχόμενος μὲν, νοερὸς δὲ μόνον ὤν, μετέχεται ὑπὸ ψυχῶν, οὔτε θείων, οὔτε νοῦ, καὶ ἀνοίας ἐν μεταβολῇ γινομένων· οὔτε γὰρ θεῖαι ψυχαί εἰσιν αἱ τοιαῦται, οὐδὲ νοῦ μετέχουσαι· θεῶν γὰρ αἱ ψυχαὶ διὰ νοῦ μετέχουσιν, ὡς δέδεικται πρότερον, οὔτε αἱ μεταβολῆς δεκτικαί. Πᾶς γὰρ νοῦς ὑπὸ τῶν κατ' οὐσίαν ἀεὶ καὶ κατ' ἐνέργειαν νοερῶν μετέχεται· καὶ γὰρ τοῦτο ὅλον ἐκ τῶν ἔμπροσθεν.

ΡΠΔ'. Πᾶσα ψυχὴ ἢ θεία ἐστὶν, ἢ μεταβάλλουσα ἀπὸ νοῦ εἰς ἄνοιαν, ἢ μεταξὺ τούτων ἀεὶ μένουσα, καταδεεστέρα δὲ τῶν θείων ψυχῶν. Εἰ γὰρ ὁ μὲν θεῖος νοῦς ὑπὸ θείων μετέχεται ψυχῶν, ὁ δὲ νοερὸς μόνον ὑπὸ τῶν μήτε θείων μήτε μεταβολῆς δεκτικῶν, ἀπὸ νοήσεως εἰς ἄνοιαν — εἰσὶ δὲ καὶ αἱ τοῦτο πάσχουσαι καὶ ποτὲ μὲν νοοῦσαι, ποτὲ δὲ μή — φανερὸν, ὅτι τρία γένη τῶν ψυχῶν εἰσιν· καὶ πρῶται μὲν αἱ θεῖαι, δεύτεραι δὲ τῶν μὴ θείων, αἱ ἀεὶ νοῦ μετέχουσαι, τρίτται δὲ αἱ ποτὲ μὲν εἰς νοῦν, ποτὲ δὲ εἰς ἄνοιαν μεταβάλλουσαι.

ΡΠΕ'. Πᾶσαι μὲν αἱ θεῖαι ψυχαὶ θεοί εἰσι ψυχικῶς· πᾶσαι δὲ αἱ τοῦ νοεροῦ μετέχουσαι νοῦ θεῶν ὀπαδοὶ ἀεί· πᾶσαι δὲ αἱ μεταβολῆς δεκτικαὶ θεῶν ὀπαδοί ποτε. Εἰ γὰρ αἱ μὲν ἔχουσι τὸ θεῖον φῶς ἄνωθεν ἐπιλάμπον, αἱ δὲ ἀεὶ νοοῦσιν, αἱ δὲ ποτὲ ταύτης μεταλαγχάνουσι τῆς τελειότητος, αἱ μὲν ἐν τῷ πλήθει τῶν ψυχῶν ἀνάλογον ἵστανται θεοῖς, αἱ δὲ ἀεὶ συνέπονται θεοῖς, κατὰ νοῦν ἐνεργοῦσαι ἀεὶ, καὶ τῶν θείων ἐξήρτηνται ψυχῶν, τοῦτον ἔχουσαι πρὸς αὐτὰς λόγον, ὃν τὸ νοερὸν πρὸς τὸ θεῖον· αἱ δέ ποτε νοοῦσαι καὶ ἕπονται ποτὲ θεοῖς, οὔτε νοῦ μετέχειν ἀεὶ ὡσαύτως οὔτε ταῖς θείαις συνεπιστρέφεσθαι ψυχαῖς ἀεὶ δυνάμενοι· τὸ γὰρ ποτὲ νοῦ μεταλαγχάνον οὐδεμίᾳ μηχανῇ θεοῖς ἀεὶ συνάπτεσθαι.

cipatur, et est divinum. Sed omne imparticipabile est divinum, ut id quod Uni proportione respondentem ordinem in multitudine est sortitum. Erit igitur quædam Mens divina, simul et quæ participatur. Sed tamen oportet esse intellectum, qui non participet divinas unitates, sed tantummodo mente percipiat. Nam in unaquaque serie, illa quidem quæ prima sunt, et quæ cum sua Unitate sunt conjuncta, participare possunt ea quæ proxime sunt in superiore ordine: quæ vero multesima sunt, a principali Unitate *remotiora* ex illis pendere non possunt. Est igitur et Mens divina, et Mens intellectualis tantum, una quidem propter intellectualem proprietatem subsistens, quam a sua Unitate et ab imparticipabili *Mente manantem* habet: altera vero per unionem, quam suscepit ab Unitate, quæ participatur.

CLXXXII. Omnis divina Mens, quæ participatur, a divinis animabus participatur. Si enim ipsa participatio simile facit illi quod participatur, illud quod participat, et *ipsi* cognatum efficit, perspicuum profecto *est*, quod necesse est animam esse divinam, quæ divinæ Mentis est particeps, et ex divina Mente pendet, et *necesse est eam* per mediam Mentem participem esse Deitatis in ipsa *manentis*. Nam Deitas conjungit cum Mente animam participem ipsius (*divinæ Mentis*), et divinum cum divino conjungit.

CLXXXIII. Omnis Mens, quæ participatur quidem, sed intellectualis tantum exsislit, ab animabus participatur, quæ neque sunt divinæ, neque Mens, et quæ per mutationem suam mente privantur. Neque enim hujusmodi animæ sunt divinæ, neque Mentis *sunt* participes. Deos enim animæ per Mentem participant, ut ante demonstratum est, neque illæ, quæ mutationem admittunt. Omnis enim Mens ab illis, quæ per essentiam et per actum semper sunt intellectuales, participatur: etenim hoc perspicuum *est* ex iis quæ *dicta sunt* supra.

CLXXXIV. Omnis Anima vel est divina, vel est ea quæ se a mente in amentiam convertit, vel ea quæ inter ista semper manet, inferior vero *est* divinis Animabus. Si enim divina quidem Mens a divinis Animabus participatur, illa vero, quæ tantum intellectualis est, *participatur* ab illis, quæ neque divinæ sunt, neque mutationem recipiunt, quæ ab intelligentia *et ab ipsa Mente feruntur* ad amentiam — sunt enim et *Animæ quædam*, quibus hoc accidit, et quæ modo quidem mente percipiunt, modo vero non — *ex his igitur est* perspicuum, tria esse Animarum genera. Et primæ quidem *sunt* divinæ: secundæ autem non divinarum *naturarum sunt*, quæ semper Mentem participant: tertiæ vero *sunt* quæ modo quidem in Mentem, modo vero in amentiam mutantur.

CLXXXV. Omnes quidem divinæ animæ Dii sunt animaliter (*i. e. secundum animarum naturam*): omnes vero, quæ Mentis intellectualis sunt participes, Deorum famulæ semper *sunt et eorum sectatrices*; omnes vero, quæ mutationem recipiunt, *sunt* aliquando sectatrices Deorum *et eorum famulæ*. Si enim aliæ quidem habent divinam lucem superne *manantem ac* illucescentem, aliæ autem semper *aliquid* mente percipiunt, aliæ vero perfectionis istius aliquando sunt participes, aliæ quidem in ipsa Animarum multitudine subsistunt per proportionem respondentem Diis; aliæ vero semper Deos comitantur, propter Mentem agentes semper, et ex divinis pendent Animabus, eam habentes ad ipsas rationem *ac proportionem*, quam *habet* ipsum intellectuale ad ipsum divinum; quæ denique *res aliquas* aliquando mente percipiunt et aliquando Deos sequuntur, neque mentem semper eodem modo participare, neque cum divinis animabus semper versari possunt. Quod enim aliquando *solum* Mentem participat, nullo modo cum Diis semper conjungi potest.

ΡΠϚ'. Πᾶσα ψυχὴ ἀσώματός ἐστιν οὐσία καὶ χωριστὴ σώματος· εἰ γὰρ γινώσκει ἑαυτήν, πᾶν δὲ τὸ ἑαυτὸ γινῶσκον πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφεται, τὸ δὲ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφον οὔτε σῶμά ἐστι (πᾶν γὰρ σῶμα ἀνεπίστροφον πρὸς ἑαυτὸ) οὔτε σώματος ἀχώριστον· καὶ γὰρ τὸ σώματος ἀχώριστον οὐ πέφυκε πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφειν· χωρίζοιτο γὰρ ἂν ταύτῃ σώματος. Πᾶσα ἄρα ψυχὴ οὔτε σωματικὴ ἐστιν οὐσία, οὔτε σώματος ἀχώριστος· ἀλλὰ μὴν ὅτι γινώσκει ἑαυτήν, φανερόν· εἰ γὰρ καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτὴν γινώσκει, καὶ ἑαυτὴν πέφυκε γινώσκειν πολλῷ μειζόνως, ἀπ' αἰτίων τῶν πρὸ αὐτῆς γινώσκουσα ἑαυτήν.

CLXXXVI. Omnis anima est incorporea essentia, et separabilis a corpore. Si enim cognoscit se ipsum, et id omne, quod cognoscit se ipsum, ad se ipsam revertitur, et id, quod ad se ipsum revertitur, neque corpus est (omne enim corpus ad se revertendi facultate caret), neque a corpore *est* inseparabile. Etenim id quod est a corpore inseparabile, ad se ipsum reverti non potest; sic enim a corpore separaretur. Omnis igitur Anima neque corporea est essentia, neque a corpore inseparabilis; verum quod *Anima* se ipsam cognoscat, perspicuum *est*. Si enim et illa cognoscit, quæ sunt supra ipsam, multo etiam magis se ipsam naturaliter cognoscit, quia per causas ipsam antecedentes se ipsam cognoscit.

ΡΠΖ'. Πᾶσα ψυχὴ ἀνώλεθρός ἐστι καὶ ἄφθαρτος· πᾶν γὰρ τὸ ὁπωσοῦν διαλύεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι δυνάμενον ἢ σωματικόν ἐστι καὶ σύνθετον, ἢ ἐν ὑποκειμένῳ τὴν ὑπόστασιν ἔλαχε· καὶ τὸ μὲν διαλυόμενον, ὡς ἐκ πολλῶν ὑπάρχον, φθείρεται· τὸ δὲ ἐν ἑτέρῳ εἶναι πεφυκὸς, τοῦ ὑποκειμένου χωριζόμενον, ἀφανίζεται εἰς τὸ μὴ ὄν. Ἀλλὰ μὴν ἡ ψυχὴ καὶ ἀσώματός ἐστι, καὶ ἔξω παντὸς ὑποκειμένου ἐν ἑαυτῇ οὖσα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσα. Ἀνώλεθρός ἐστιν ἄρα καὶ ἄφθαρτος.

CLXXXVII. Omnis Anima est expers interitus, et corruptionis expers. Omne enim, quod quomodocumque dissolvi et perire potest, vel corporeum est et compositum, vel in subjecto *suam* hypostasin est sortitum, et illud quidem, quod dissolvitur, ut ex multis exsistens, corrumpitur. Illud vero, quod in altero esse naturaliter solet, cum a subjecto separatur, deletum abit in id quod non est. Verum Anima et incorporea est, et extra omne subjectum in se ipsa exsistens, et ad se ipsam revertens. Est igitur interitus et corruptionis expers.

ΡΠΗ'. Πᾶσα ψυχὴ καὶ ζωή ἐστι καὶ ζῶν· ᾧ γὰρ ἂν παραγένηται ψυχὴ, τοῦτο ζῇ ἐξ ἀνάγκης· καὶ τὸ ψυχῆς ἐστερημένον ζωῆς εὐθὺς ἄμοιρον ἀπολείπεται. Ἢ οὖν διὰ ψυχὴν ζῇ, ἢ δι' ἄλλο τι, καὶ οὐ διὰ ψυχήν. Ἀλλὰ δι' ἄλλο τι μόνον, ἀδύνατον· πᾶν γὰρ τὸ μετεχόμενον, ἢ ἑαυτὸ, ἢ ἑαυτοῦ τι τῷ μετέχοντι δίδωσι· μηδέτερον δὲ πάσχον, οὐδ' ἂν μετέχοιτο· ψυχὴ δὲ μετέχεται ὑπ' ἐκείνου, ᾧ ἂν παρῇ· καὶ ἐμψυχον ἐκεῖνο λέγεται τὸ ψυχῆς μετέχον. Ἢ οὖν ζωὴν ἐπιφέρει τοῖς ἐμψύχοις, ἢ ζωή ἐστιν, ἢ ζῶν μόνον, ἢ τὸ συνάμφω, ζωὴ ἅμα καὶ ζῶν. Ἀλλ' εἰ μὲν ζῶν μόνον, οὐκέτι δὲ ζωή, ἔσται ἐκ ζωῆς καὶ μὴ ζωῆς· οὐκ ἄρα γινώσκει ἑαυτὴν οὔτε ἐπιστρέφεται πρὸς ἑαυτήν· ζωὴ γὰρ ἡ γνῶσις, καὶ τὸ γνωστικὸν, ἢ τοιοῦτον, ζῶν. Εἰ οὖν τι ἐν αὐτῇ ἄζων ἐστὶ, τοῦτο οὐκ ἔχει καθ' αὑτὸ τὴν τοῦ γινώσκειν δύναμιν· εἰ δὲ ζωὴ μόνον ἐστὶν, οὐκέτι μεθέξει τῆς νοερᾶς ζωῆς. Τὸ γὰρ ζωῆς μετέχον, ζῶν ἔσται, καὶ οὐ ζωὴ μόνον, ἡ πρώτη, καὶ ἀμέθεκτος· ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, ζῶν ἅμα καὶ ζωή· ψυχὴ δὲ οὐκ ἔστιν ἡ ἀμέθεκτος ζωή· ἅμα ἄρα ζωή ἐστι, καὶ ζῶν ἡ ψυχή.

CLXXXVIII. Omnis Anima est et vita, et id quod vivit. Id enim, cui adfuerit Anima, necessario vivit. Et id quod anima privatum est, vitæ confestim expers relinquitur *atque deseritur*. Vel igitur propter animam vivit, vel propter aliud quid, neque vero propter animam. Sed tantum propter aliquid *id vivere est* impossibile. Omne enim, quod participatur, vel se ipsum, vel sui ipsius aliquid ipsi participanti dat *ac impertit*. Si vero neutrum patiatur, ne participabitur quidem. Anima vero participatur ab illo, cui præsens adfuerit; et illud animatum dicitur, quod est animæ particeps. Vel igitur vitam affert animatis, vel est vita, vel vivens tantum, vel utrumque simul, vita simul et vivens. Sed si quidem vivens tantum est, non vero etiam vita, erit ex vita et non vita. Non igitur cognoscit se ipsam *anima*, neque revertitur ad se ipsam. Nam cognitio *est* vita, et ipsa cognoscendi facultas, quatenus *est* talis, *est quiddam* vivens. Si igitur in ipsa est aliquid vitæ expers, hoc non habet per se cognoscendi facultatem. Si vero vita tantum est, non amplius participabit intellectualem vitam. Quod enim vitam participat, vivens est, et non vita solum, illa prima et imparticipabilis: illa vero *vita*, quæ post illam *alteram est*, *est* simul vivens et vita. Anima vero non est illa imparticipabilis vita. Simul igitur anima est vita, et vivens.

ΡΠΘ'. Πᾶσα ψυχὴ αὐτόζως ἐστίν. Εἰ γὰρ ἐπιστρεπτικὴ πρὸς ἑαυτὴν, τὸ δὲ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρεπτικὸν πᾶν αὐθυπόστατον, καὶ ἡ ψυχὴ ἄρα αὐθυπόστατος, καὶ ἑαυτὴν ὑφίστησιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ζωή ἐστι, καὶ ζῶν, καὶ ἡ ὕπαρξις αὐτῆς κατὰ τὸ ζωτικόν· καὶ γὰρ, οἷς ἂν παρῇ, ζωῆς μεταδίδωσιν αὐτῷ τῷ εἶναι· κἂν ᾖ τὸ μετέχον ἐπιτήδειον, εὐθὺς ἔμψυχον γίνεται καὶ ζῶν· οὐ λογισαμένης τῆς ψυχῆς καὶ προελομένης, οὐδὲ λογισμῷ καὶ κρίσει ζωοποιούσης, ἀλλ' αὐτῷ τῷ εἶναι, ὅ ἐστι, τὴν ζωὴν τῷ μεθεκτῷ χορηγούσης. Τὸ ἄρα εἶναι αὐτῆς ταὐτὸν τῷ ζῆν. Εἰ οὖν τὸ εἶναι παρ' ἑαυ-

CLXXXIX. Omnis anima per se vivens est. Si enim ad se revertendi facultatem habet, omne vero, quod ad se revertendi facultate præditum est, per se subsistens est, ergo et ipsa anima per se subsistens *est*, et se ipsam constituit. Quinetiam et vita est, et vivens, et ipsius substantia est secundum ipsam vitalem facultatem. Etenim quibus adfuerit *anima*, vitam *ipsis* impertit per ipsum *suum* Esse. Et si illud, quod *animam* participat, aptum fuerit *ad animam participandam*, confestim animatum fit, et vivens; cum *tamen* non ratiocinetur anima, neque consulto præfiniat, neque ratiocinatione ac judicio animata procreet, verum per id ipsum esse, quod est, vitam ei, quod particeps est, suppeditet. Ergo ipsum ipsius *animæ* Esse est idem ac ipsum vivere. Si igitur *anima* ipsum Esse a se ipsa habet, hoc vero idem

τῆς ἔχει, τοῦτο δὲ τῷ ζῆν ταὐτόν, καὶ ἔχει κατ' οὐσίαν τὸ ζῆν, καὶ τὴν ζωὴν ἂν ἑαυτῇ παρέχοι καὶ παρ' ἑαυτῆς ἔχοι. Εἰ δὲ τοῦτο, αὐτόζως ἂν εἴη ἡ ψυχή.

ΡΑ'. Πᾶσα ψυχὴ μέση τῶν ἀμερίστων ἐστὶ καὶ τῶν περὶ τὰ σώματα μεριστῶν. Εἰ γὰρ αὐτόζως ἐστὶ καὶ αὐθυπόστατος, καὶ χωριστὴν ἔχει σωμάτων τὴν ὕπαρξιν, ἐξῄρηται κρειττων οὖσα τῶν μεριστῶν πάντων περὶ τὰ σώματα. Ἐκεῖνα γὰρ ἀχώριστα πάντῃ τῶν ὑποκειμένων ἐστὶ, συμμερισθέντα τοῖς μεριστοῖς ὄγκοις, καὶ ἑαυτῶν μὲν ἐκστάντα καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀμερείας, συνδιαστάντα δὲ τοῖς σώμασι, κἂν ἐν ζωαῖς ὑφεστήκῃ, οὐχ ἑαυτῶν ζωαὶ ὄντα, ἀλλὰ τῶν μετασχόντων, κἂν ἐν οὐσίᾳ καὶ ἐν εἴδεσιν ὑπάρξῃ, οὐχ ἑαυτῶν ὄντα εἴδη, ἀλλὰ τῶν εἰδοποιηθέντων. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα μόνον, ἔστιν ἡ ψυχὴ οὐσία αὐθυπόστατος, καὶ ζωὴ αὐτόζωος, καὶ γνῶσις ἑαυτῆς γνωστική, χωριστὴ κατὰ πάντα ταῦτα σωμάτων, ἀλλὰ καὶ μετέχον ζωῆς· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐσίας μετέχον· μετέχει δὲ καὶ γνώσεως ἀπ' ἄλλων αἰτίων. Δῆλον δὴ ὅτι καταδεεστέρα τῶν ἀμερίστων ἐστίν. Ὅτι μὲν ζωῆς ἀλλαχόθεν πληροῦται καὶ οὐσίας, εἴπερ ζωῆς, δῆλον· πρὸ γὰρ ζωῆς καὶ ψυχῆς ἡ ἀμέθεκτος ζωὴ, καὶ ἡ ἀμέθεκτος οὐσία. Ὅτι δὲ καὶ τὸ πρώτως γνωστικὸν οὐκ ἔστι, φανερὸν, εἴπερ καθ' ὃ μὲν ψυχὴ, πᾶσα ζωή· οὐ καθ' ὃ δὲ ψυχὴ, πᾶσα γνῶσιν ἔχει· καὶ γὰρ ἀγνοεῖ τὰ ὄντα ψυχή τις μένουσα ψυχή. Οὐκ ἄρα πρώτως ἐστὶ γνωστικὸν, οὐδὲ αὐτῷ τῷ εἶναι γνῶσίς ἐστιν. Δευτέραν ἄρα τὴν οὐσίαν ἔχει τῶν πρώτως καὶ αὐτῷ τῷ εἶναι γνωστικῶν. Ἐπεὶ δὲ ταύτης τῷ εἶναι διῄρηται τῆς γνώσεως, οὐκ ἄρα τῶν ἀμερίστων ἔστιν ἡ ψυχή. Δέδεικται δὲ, ὅτι οὐδέπω περὶ τὰ σώματα μεριστῶν. Μέση ἄρα ἀμφοτέρων ἐστίν.

ΡΑ'. Πᾶσα ψυχὴ μεθεκτὴ τὴν μὲν οὐσίαν αἰώνιον ἔχει, τὴν δὲ ἐνέργειαν κατὰ χρόνον· ἢ γὰρ ἄμφω αἰωνίως ἕξει ἢ ἄμφω κατὰ χρόνον· ἢ τὸ μὲν αἰωνίως, τὸ δὲ κατὰ χρόνον. Ἀλλ' οὔτε ἄμφω αἰωνίως· ἔσται γὰρ ἀμέριστος οὐσία, καὶ οὐδὲν διοίσει τῆς νοερᾶς ὑποστάσεως ἡ ψυχῆς φύσις, τῆς ἀκινήτου ἡ αὐτοκίνητος· οὔτε ἄμφω κατὰ χρόνον· εἴη γὰρ ἂν γεννητὴ μόνον, καὶ οὔτε αὐτόζως, οὔτε αὐθυπόστατος. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ χρόνου μετρουμένων κατ' οὐσίαν αὐθυπόστατον· ἡ δὲ ψυχὴ αὐθυπόστατος. Τὸ γὰρ κατ' ἐνέργειαν πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφον, καὶ κατ' οὐσίαν ἐπιστρεπτικόν ἐστι πρὸς ἑαυτὸ, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ προϊόν. Λείπεται ἄρα τῇ μὲν αἰώνιον εἶναι ψυχὴν πᾶσαν, τῇ δὲ χρόνου μετέχουσαν. Ἡ οὖν κατ' οὐσίαν αἰώνιός ἐστι, κατ' ἐνέργειαν δὲ χρόνου μέτοχος, ἢ ἔμπαλιν· ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον. Πᾶσα ἄρα ψυχὴ μεθεκτὴ τὴν μὲν οὐσίαν αἰώνιον ἔλαχε, τὴν δὲ ἐνέργειαν κατὰ χρόνον.

ΡΚΒ'. Πᾶσα ψυχὴ μεθεκτὴ τῶν τε ἀεὶ καὶ ὄντων ἐστὶ, καὶ πρώτη τῶν γεννητῶν. Εἰ γὰρ αἰώνιός ἐστι κατ' οὐσίαν, ὄντως ὄν ἐστι κατὰ τὴν ὕπαρξιν, καὶ ἀεὶ ὄν· τὸ γὰρ αἰώνιον, μετέχον τοῦ ἀεὶ εἶναι μετείληφεν

est ac ipsum vivere, et secundum essentiam habet ipsum vivere, *ergo anima* et ipsam vitam sibi ipsi præbebit, et a se ipsa habebit. Si vero *detur* hoc, *ergo* per se vivens erit anima.

CXC. Omnis anima est media inter individua et ea quæ sunt circa corpora dividua. Si enim est per se vivens et per se subsistens, et substantiam a corporibus separatam habet, præstantior exsistens omnibus *rebus* dividuis, quæ sunt circa corpora, *ex iis* eximitur. Illa enim *corpora* sunt prorsus ab ipsis subjectis inseparabilia, quia cum ipsis dividuis molibus dividuntur; et cum ex se quidem ipsis excesserunt et sua partium individua ratione (*q. d. ex sua ipsorum individuitate*), cum ipsis vero corporibus distant (*vel*, cum distantiam et intervallum cum ipsis corporibus habent), quamvis in *ipsis* vitis subsistant, *tamen* non exsistunt sui ipsorum vitæ, sed ipsorum participantium, et quamvis in essentia et in formis insint, *tamen* non sui ipsorum exsistunt formæ, sed eorum, quæ per formam sint constituta. Si vero non solum hæc sunt, *ergo* anima est essentia per se subsistens, et vita per se vivens, et cognitio sui ipsius cognoscendi facultatem habens, et propter hæc omnia separabilis est a corporibus, quinetiam *est quiddam* particeps vitæ; si vero *detur* hoc, *est quiddam* etiam essentiæ particeps. Est autem etiam particeps cognitionis propter alias causas. Perspicuum igitur est, eam (*animam*) magis indigentem esse, quam quæ dividi non possunt. Quod ipsa vitâ aliunde repletur et essentiâ, siquidem vitâ, perspicuum est. Nam ante vitam et animam *est* imparticipabilis vita, et imparticipabilis essentia. Eandem *animam* vero non primo cognoscendi facultate esse præditam, manifestum est: quandoquidem, quatenus *est* anima, omnis *est* vita; neque vero, quatenus *est* anima, omnis cognitionem habet. Etenim quædam anima, manens anima, ipsa Entia ignorat. Non igitur est primo ipsa cognoscendi facultas, neque propter ipsum Esse cognitio est. Secundam igitur essentiam habet eorum, quæ primo sunt, et quæ propter ipsum Esse cognoscendi facultatem habent. Quoniam autem ab hac, quæ sola exsistentia continetur, cognitione separata est, non igitur individuorum est anima. Demonstratum est autem, quod *anima* nondum est eorum, quæ circa ipsa corpora sunt dividua. Est igitur inter utrumque media.

CXCI. Omnis anima participabilis essentiam quidem æternam habet, actionem vero in tempore. Aut enim utrumque æterno modo habebit *anima*, aut utrumque in tempore; vel alterum quidem, æternum; alterum vero in tempore. Sed neque utrumque æternum: erit enim individua essentia, et nihil differet ab intellectuali hypostasi animæ natura, ab immobili, quæ per se *est* mobilis: neque utrumque in tempore: esset enim generata solum, et neque per se vivens, neque per se subsistens. Nihil enim eorum, quæ a tempore mensurantur, secundum essentiam *est* per se subsistens. Anima vero per se subsistens *est*. Quod enim per actionem ad se revertitur, etiam per essentiam ad se revertendi facultate præditum est, et a se ipso progreditur. Restat igitur, ut omnis anima partim quidem sit æterna, partim vero temporis particeps. Vel igitur *anima* per essentiam est æterna, sed secundum actionem temporis particeps; vel vice versa. Sed hoc est impossibile. Omnis igitur anima participabilis essentiam quidem æternam habet, actionem vero in tempore.

CXCII. Omnis participabilis anima est ex eorum, quæ semper et vere sunt, entium numero, et prima eorum, quæ generata sunt. Si enim per essentiam est æterna, est vere Ens, propter ipsam substantiam, et semper Ens. Quod enim ævi particeps, ipsius semper Esse particeps est.

εἰ δὲ κατ' ἐνέργειάν ἐστιν ἐν χρόνῳ, γεννητή ἐστι. Πᾶν γὰρ τὸ χρόνου μετέχον, γινόμενον ἀεὶ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον τοῦ χρόνου, καὶ οὐχὶ ἅμα, ὅ ἐστιν, ὂν ὅλον, γεννητόν ἐστιν· εἰ δέ πῃ γεννητὴ ἐστι πᾶσα ψυχὴ κατ' ἐνέργειαν, πρώτη ἂν εἴη τῶν γεννητῶν· τὸ γὰρ πάντῃ γεννητὸν, πορρωτέρω τῶν αἰωνίων.

Si vero per actionem est in tempore, est generata. Omne enim, quod temporis est particeps, et quod semper fit secundum id quod est in tempore prius et posterius, et quod non una id, quod est, est totum, generatum est. Sicubi igitur generata est omnis anima per actionem, prima erit eorum, quæ generata sunt. Quod enim omnino *vel ubique* generatum est, ab æternis *est* remotius.

ΡΛΓ'. Πᾶσα ψυχὴ προσεχῶς ἀπὸ νοῦ ὑφέστηκεν. Εἰ γὰρ ἀμετάβλητον ἔχει τὴν οὐσίαν καὶ αἰώνιον, ἀπὸ ἀκινήτου πρόεισιν οὐσίας· τὸ γὰρ ἀπὸ κινουμένης προϊὸν αἰτίας πάντα μεταβάλλει κατὰ τὴν οὐσίαν. Ἀκίνητον ἄρα τὸ ψυχῆς πάσης αἴτιον· εἰ δὲ προσεχῶς, ὑπὸ νοῦ τελειοῦται, καὶ ἐπιστρέφεται πρὸς νοῦν· καὶ εἰ μετέχει τῆς γνώσεως, ἣν ὁ νοῦς δίδωσι τοῖς μετέχειν δυναμένοις (πᾶσα γὰρ γνῶσις ἀπὸ νοῦ πᾶσιν ἔστιν, οἷς ἔστι, καὶ εἰς ὃ δὲ πάντα ἐπιστρέφεται κατὰ φύσιν, ἀπὸ τούτου καὶ τὴν πρόοδον ἔχει κατ' οὐσίαν), πᾶσα ἄρα ψυχὴ ἀπὸ νοῦ πρόεισι.

CXCIII. Omnis anima proxime a Mente subsistit. Si enim immutabilem habet essentiam et æternam, ab immobili progreditur essentia. Quod enim progreditur a causa, quæ movetur, id usquequaque mutatur secundum essentiam. Immobilis igitur *est* omnis animæ causa. Si vero proxime *sit hæc,* a Mente perficitur, et ad Mentem revertitur. Et si particeps est cognitionis, quam ipsa Mens suppeditat iis quæ *cognitionem* participare possunt (omnis enim cognitio a Mente *manans* est omnibus, quibus est, et in quod omnia revertuntur secundum naturam, ab hoc etiam progressum habet per essentiam), omnis igitur anima a Mente progreditur.

ΡΛΔ'. Πᾶσα ψυχὴ πάντα ἔχει τὰ εἴδη, ἃ ὁ νοῦς πρώτως ἔχει. Εἰ γὰρ ἀπὸ νοῦ πρόεισι, καὶ νοῦς ὁ ὑποστάτης ψυχῆς, καὶ αὐτῷ τῷ εἶναι ἀκίνητος ὢν πάντα ὁ νοῦς παράγει, δώσει καὶ τῇ ψυχῇ τῇ ὑφισταμένῃ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων οὐσιώδεις λόγους. Πᾶν γὰρ τὸ τῷ εἶναι ποιοῦν, ὅ ἐστι πρώτως, τῷ γινομένῳ δευτέρως μεταδίδωσι. Τῶν νοερῶν ἄρα εἰδῶν ψυχὴ δευτέρως ἔχει τὰς ἐμφάσεις.

CXCIV. Omnis anima omnes habet formas, quas ipsa Mens primo habet. Nam si ab intellectu progreditur *anima*, et si mens fundatrix est animæ, et si per ipsum suum esse, cum immobilis sit, omnia mens producit: dabit etiam animæ subsistenti (*quæ ab ipsa mente fundatur*) omnium, quæ in ipsa *mente* insunt, essentialia principia. Omne enim, quod per *suum* Esse facit, quod est primo, hoc ei, quod fit, secundo impertit. Anima igitur intellectualium formarum secundo habet ipsas emphases (*lacitas vel potius apertas significationes*).

ΡΛΕ'. Πᾶσα ψυχὴ πάντα ἐστὶ τὰ πράγματα. παραδειγματικῶς μὲν τὰ αἰσθητά, εἰκονικῶς δὲ τὰ νοητά· μέση γὰρ οὖσα τῶν ἀμερίστων, καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα μεριστῶν, τὰ μὲν παράγει καὶ ὑφίστησι, τὰ δὲ αἴτια προεστήσατο ἑαυτῆς, ἀφ' ὧν προελήλυθεν. Ὧν μὲν οὖν αἰτία προϋπάρχει, ταῦτα προείληφε παραδειγματικῶς· ἀφ' ὧν δὲ ὑπέστη, ταῦτα κατὰ μέθεξιν ἔχει, καὶ ὡς γεννήματα τῶν πρώτων. Τὰ μὲν ἄρα αἰσθητὰ πάντα κατ' αἰτίαν προείληφε, καὶ τοὺς λόγους τῶν ἐνύλων ἀΰλως, καὶ τῶν σωματικῶν ἀσωμάτως, καὶ τῶν διαστατῶν ἀδιαστάτως ἔχει· τὰ δὲ νοητὰ εἰκονικῶς, καὶ τὰ εἴδη τὰ ἐκείνων, μεριστῶς μὲν τῶν ἀμερίστων, πεπληθυσμένως δὲ τῶν ἑνιαίων, αὐτοκινήτως δὲ τῶν ἀκινήτων ὑπεδέξατο. Πάντα ἄρα ἐστὶ τὰ ὄντα, τὰ μὲν κατὰ μέθεξιν, τὰ πρῶτα· τὰ δὲ παραδειγματικῶς, τὰ μετ' αὐτήν.

CXCV. Omnis anima est omnes res. Exempli loco, *et omnes res* sensiles, per similitudinem vero, *res* intelligibiles. Cum enim media sit inter individua et ea quæ in ipso corpore sunt dividua, alia quidem producit atque constituit, ipsas vero causas sibi præposuit, ex quibus est progressa. Quorum igitur causa præexistit *anima,* hæc præcipere sive antecapere solet exempli loco; ex quibus vero originem ducit, hæc per communionem habet et ut fœtus primorum. Omnia igitur sensilia causaliter antecapere solet et rationes rerum materialium habet eo modo, qui materiæ est expers, et corporearum, incorporaliter, et distantium inter se, sine intervallo: verum intelligibilia per similitudinem, et formas illorum, dividue quidem eorum quæ sunt individua, multiplicate vero eorum quæ sunt singularia, per se mobiliter autem eorum quæ sunt immobilia, suscepit. Omnia igitur entia est *anima;* alia per communionem, *nimirum* prima; alia vero exemplari modo, quæ sunt post ipsam *animam.*

ΡΛΖ'. Πᾶσα ψυχὴ μεθεκτὴ σώματι χρῆται πρώτως ἀϊδίῳ, καὶ ἀγέννητον ἔχοντι τὴν ὑπόστασιν καὶ ἄφθαρτον. Εἰ γὰρ πᾶσα ψυχὴ κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἀίδιος, καὶ αὐτῷ τῷ εἶναι πρώτως ψυχοῖ τι τῶν σωμάτων, ἀεὶ αὐτὸ ψυχοῖ· τὸ γὰρ εἶναι πάσης ψυχῆς ἀμετάβλητον· εἰ δὲ τοῦτο τὸ ψυχούμενον ἀεὶ ψυχοῦται, καὶ ἀεὶ μετέχει ζωῆς· τὸ δὲ ἀεὶ ζῶν πολλῷ πρότερον ἀεί ἐστι· τὸ δὲ ἀεὶ ὄν, ἀίδιον· τὸ ἄρα ἔμψυχον σῶμα καὶ πρώτως ἐξημμένον ἑκάστης ψυχῆς ἀίδιόν ἐστιν. Ἀλλὰ μὲν πᾶσα μεθεκτὴ ψυχὴ ὑπὸ σώματός τινος μετέχεται πρώτως, εἴπερ καὶ μεθεκτή ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἀμέθεκτος, καὶ αὐτῷ τῷ εἶναι ψυχοῖ τὸ μετέχον. Πᾶσα ἄρα ψυχὴ μετεχο-

CXCVI. Omnis anima participabilis utitur primitus corpore æterno, et non generatam et interitus expertem habente substantiam. Nam si omnis anima secundum essentiam est æterna, et per ipsum Esse *suum* primitus animat aliquid corporum, semper id animabit. Etenim ipsa essentia omnis animæ est immutabilis. Si vero illud, quod animatur, semper animatur, etiam semper particeps est vitæ. Quod vero semper vivit, multo prius semper est. Quod vero semper est, *illud est* æternum. Ergo illud corpus, quod est primo animatum, et primo pendens ex unaquaque anima, æternum est. Sed omnis quidem participabilis anima ab aliquo corpore primitus participatur si quidem etiam participabilis est, non autem imparticipabilis, et per ipsum Esse animat ipsum participans. Omnis igitur anima, quæ participatur, utitur primitus corpore

μένη σώματι χρηται πρώτως ἀϊδίῳ, καὶ ἀγενήτῳ, καὶ ἀφθάρτῳ κατὰ τὴν οὐσίαν.

ΡΖΖ'. Πᾶσα ψυχὴ οὐσία ἐστὶ ζωτικὴ καὶ γνωστικὴ, καὶ ζωὴ οὐσιώδης καὶ γνωστικὴ, καὶ ὡς γνῶσις οὐσία καὶ ζωὴ, καὶ ἅμα ἐν αὐτῇ πάντα· τὸ οὐσιῶδες, τὸ ζωτικὸν, τὸ γνωστικὸν, καὶ πάντα ἐν πᾶσι, καὶ χωρὶς ἕκαστον. Εἰ γὰρ μέση τῶν ἀμερίστων ἐστὶ καὶ τῶν περὶ σῶμα μεριζομένων εἰδῶν, οὔτε οὕτως ἀμέριστός ἐστιν, ὡς τὰ νοερὰ πάντα, οὔτε οὕτω μεριστὴ, ὡς τὰ σωματοειδῆ. Διῃρημένων οὖν ἐν τοῖς σωματικοῖς τῶν οὐσιῶν, καὶ ζωῶν, καὶ γνώσεων, ἀμερίστως ἐστὶν ἐν ψυχαῖς ταῦτα, καὶ ἡνωμένως, καὶ ἀσωμάτως, καὶ ὁμοῦ πάντα διὰ τὴν αὐλίαν καὶ τὴν ἀμέρειαν. Καὶ ἐν τοῖς νοεροῖς πάντων καθ' ἕνωσιν ὄντων διακέκριται ἐν ψυχαῖς καὶ μεμέρισται. Πάντα ἄρα ὁμοῦ, καὶ χωρίς. Εἰ δὲ ὁμοῦ καὶ ἐν ἑνὶ πάντα ἀμερῆ, δι' ἀλλήλων πεφοίτηκε. καὶ εἰ χωρὶς, διῄρηται πάλιν ἀσυγχύτως, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ ἕκαστον, καὶ πάντα ἐν πᾶσι. Καὶ γὰρ ἐν τῇ οὐσίᾳ ἡ ζωὴ καὶ ἡ γνῶσις· οὐ γὰρ γνώσεται πᾶσα ἑαυτὴν, εἴπερ ἡ οὐσία καὶ ζωῆς καὶ γνώσεως ἐστέρηται καθ' αὑτὴν, καὶ ἐν τῇ ζωῇ ἥ τε οὐσία καὶ ἡ γνῶσις. Ἡ γὰρ ἀνούσιος ζωὴ καὶ ἄνευ γνώσεως ταῖς ἐνύλοις προσήκει ζωαῖς, αἳ μήτε γνώσκειν ἑαυτὰς δύνανται, μήτε οὐσίαι εἰσὶν εἰλικρινεῖς· καὶ ἡ γνῶσις ἡ ἀνούσιος καὶ ἄζως ἀνυπόστατος· πᾶσα γὰρ γνῶσις καὶ ζῶντός ἐστι καὶ οὐσίαν καθ' αὐτὸ λαχόντος.

ΡΖΗ'. Πᾶν τὸ χρόνου μετέχον, ἀεὶ δὲ κινούμενον, περιόδοις μετρεῖται· διότι μὲν γὰρ χρόνου μετέχει, μέτρου καὶ ὅρου χρόνου μετεῖληφεν ἡ κίνησις, καὶ κατὰ ἀριθμὸν πορεύεται· διότι δὲ ἀεὶ κινεῖται, καὶ τὸ ἀεὶ τοῦτο οὐκ αἰωνίου ἐστὶν, ἀλλὰ χρονικὸν, ἀνάγκη χρῆσθαι περιόδοις· ἡ μὲν γὰρ κίνησις μεταβολή τίς ἐστιν ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα. Τὰ δὲ ὄντα ὥρισται καὶ τοῖς πλήθεσι καὶ τοῖς μεγέθεσι. Τούτων δὲ ὡρισμένων, οὔτε κατ' εὐθείαν ἄπειρον ἡ μετάβασίς ἐστιν, οὔτε τὸ ἀεὶ κινούμενον πεπερασμένως μεταβαίνειν δυνατόν. Ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἄρα ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἥξει τὸ ἀεὶ κινούμενον, ὥστε ποιῆσαι περίοδον.

ΡΖΘ'. Πᾶσα ψυχὴ ἐγκόσμιος περιόδοις χρῆται τῆς οἰκείας ζωῆς καὶ ἀποκαταστάσεσιν. Εἰ γὰρ ὑπὸ χρόνου μετρεῖται, καὶ μεταβατικῶς ἐνεργεῖ, καὶ ἔστιν αὐτῆς ἰδία κίνησις· πᾶν δὲ τὸ κινούμενον καὶ χρόνου μετέχον, εἴδιον ὄν, χρῆται περιόδοις, καὶ περιοδικῶς ἀνακυκλεῖται, καὶ ἀποκαθίσταται ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ὅπερ ἦν ὅτε. Καὶ πᾶσα ψυχὴ ἐγκόσμιος κίνησιν ἔχουσα, καὶ ἐνεργοῦσα κατὰ χρόνον, περιόδους τε τῶν κινήσεων ἕξει καὶ ἀποκαταστάσεις· πᾶσα γὰρ περίοδος τῶν εἰδίων ἀποκαταστατική ἐστι.

Σ'. Πᾶσα ψυχῆς περίοδος χρόνῳ μετρεῖται· ἀλλ' ἡ μὲν τῶν ἄλλων ψυχῶν περίοδός τινι χρόνῳ μετρεῖται, ἡ δὲ τῆς πρώτης ὑπὸ χρόνου μετρουμένης τῷ σύμπαντι χρόνῳ. Εἰ γὰρ πᾶσαι αἱ κινήσεις τὸ πρότερον ἔχουσι καὶ τὸ ὕστερον, καὶ αἱ περίοδοι ἄρα, καὶ διὰ τοῦτο χρόνου μετέχουσι. Καὶ τὸ μετροῦν ἁπάσας τὰς περι-

PLOTIN.

aterno et non generato, et incorrupto secundum ipsam essentiam.

CXCVII. Omnis anima est essentia vitalis et cognoscendi facultate prædita, et vita essentialis et cognoscendi facultate prædita, et ut cognitio essentia et vita, et simul in ipsa *sunt* omnia : ipsa essentialis facultas, ipsa vitalis vis, ipsa cognoscendi facultas, et omnia in omnibus, et unumquodque separatim. Si enim est media inter individua et formas illas, quæ circa ipsum corpus dividuntur, neque adeo individua est, ut omnia intellectualia, neque adeo dividua, ut ea quæ sunt corporali specie. Cum igitur in *rebus* corporeis divisæ sint essentiæ, et vitæ, et cognitiones, hæc in animabus sunt individuæ, et unite, et incorporaliter, et simul omnia *sunt* propter materiæ vacuitatem, et individuitatem (*i. e. partium expertem rationem*). Et cum in intellectualibus omnia per unitionem sint, discreta sunt in animabus et divisa. Omnia igitur simul *sunt*, et separatim. Si autem simul et in uno omnia individua *sunt*, alia per alia mutuo pervadunt; et si separatim, rursus inconfuse divisa sunt, ita ut et per *se sit* unumquodque et omnia in omnibus. Etenim in ipsa essentia et vita *est* et cognitio. Neque enim omnis *anima* se ipsam cognoscet, siquidem essentia *ipsius animæ* et vita et cognitione privata esset per se; et in vita *animæ* et essentia *est* et cognitio. Nam essentiâ carens vita, et quæ sine cognitione est, materialibus convenit vitis, quæ neque se ipsas cognoscere possunt, neque sunt essentiæ puræ. Et cognitio, quæ est expers essentiæ et vita carens, est ea quæ per se non subsistit. Omnis enim cognitio et viventis est et illius quod essentiam per se sortitum est.

CXCVIII. Omne quod temporis est particeps, semper vero movetur, periodis mensuratur. Quoniam enim temporis est particeps, mensuram et finem temporis participat ipse motus, et secundum numerum progreditur : quoniam vero semper movetur, et hoc semper non est æternum, sed temporale, *propterea* necesse *est hoc* ut periodis. Nam motus quidem est mutatio quædam ab alteris in altera. Ipsa vero entia finita sunt et multitudinibus et magnitudinibus. His vero definitis, neque per lineam rectam infinita est ipsa transitio, neque fieri potest, ut illud, quod semper movetur, *alio* finite transeat. Ab iisdem igitur ad eadem redibit illud, quod semper movetur, ut periodum faciat.

CXCIX. Omnis anima in mundo versans periodis utitur suæ vitæ, et in pristinum statum restitutionibus. Si enim a tempore mensuratur, etiam transitive agit, et ipsius est peculiaris motus. Omne vero quod movetur, et quod temporis est particeps, si est æternum, utitur periodis, et periodice circumagitur in orbem, et ab iisdem *progrediens*, in eadem profecto *revertens* restituitur. Et omnis anima in mundo versans, motum habens, et agens in tempore, motuum periodos habebit et in pristinum statum restitutiones *ac reversiones ad idem, unde prius est progressa*. Omnis enim periodus æternorum *in pristinum locum statumque res* restituendi facultate prædita est.

CC. Omnis animæ periodus tempore mensuratur. Sed reliquarum quidem animarum periodus aliquo tempore mensuratur : illa vero *periodus animæ* primæ, quæ a tempore mensuratur, universo tempore *mensuratur*. Si enim omnes motus habent prius et posterius, ergo et ipsæ periodi, et propterea temporis sunt participes. Et illud, quod omnes animarum periodos metitur, est ipsum tempus. Sed si

ὁδους τῶν ψυχῶν χρόνος ἐστίν. Ἀλλ' εἰ μὲν αἱ αὐταὶ πασῶν ἦσαν περίοδοι, καὶ περὶ τὰ αὐτὰ, καὶ χρόνος ἂν ἦν πασῶν ὁ αὐτός· εἰ δὲ ἄλλαι ἄλλων ἀποκαταστάσεις, καὶ χρόνος περιοδικὸς ἄλλος ἄλλων καὶ ἀποκαταστατικός.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ πρώτως ὑπὸ χρόνου μετρουμένη ψυχὴ τῷ σύμπαντι χρόνῳ μετρεῖται, δῆλον. Εἰ γὰρ μέτρον ὁ χρόνος κινήσεως ἁπάσης, τὸ πρώτως κινούμενον ἔσται παντὸς τοῦ χρόνου μετέχον, καὶ ὑπὸ παντὸς μεμετρημένον· μὴ γὰρ τὸ πρώτως μετέχον μετρήσας ὁ σύμπας χρόνος, οὐδὲ ἄλλο μετρήσει καθ' ὅλον ἑαυτὸν οὐδέν. Ὅτι δὲ καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι ψυχαὶ μερικωτέροις τοῦ σύμπαντος χρόνου μετροῦνταί τισι μέτροις, φανερὸν ἐκ τούτων. Εἰ γὰρ μερικώτεραι τῆς ψυχῆς εἰσι τῆς πρώτως χρόνου μετεχούσης, οὐδὲ χρόνῳ τῷ σύμπαντι τὰς ἑαυτῶν ἐφαρμόσουσι περιόδους. Ἀλλ' αἱ πολλαὶ αὐτῶν ἀποκαταστάσεις μέρη ἔσονται μιᾶς περιόδου καὶ ἀποκαταστάσεως, ἣν ἡ χρόνου μετέχουσα πρώτως ἀποκαθίσταται· τῆς γὰρ ἐλάττονος δυνάμεως ἡ μερικωτέρα μέθεξις· τῆς δὲ μείζονος, ἡ ὁλικωτέρα. Ὅλον οὖν τὸ χρονικὸν μέτρον κατὰ μίαν ζωὴν αἱ ἄλλαι ψυχαὶ δέχεσθαι οὐ πεφύκασι, τῆς πρώτως χρόνῳ μετρουμένης ὑφειμένην λαχοῦσαι τάξιν.

ΣΑ'. Πᾶσαι αἱ θεῖαι ψυχαὶ τριπλᾶς ἔχουσιν ἐνεργείας· τὰς μὲν ὡς ψυχαὶ, τὰς δὲ ὡς νοῦν ὑποδεξάμεναι θεῖον, τὰς δὲ ὡς θεῶν ἐξηρτημέναι. Καὶ προνοοῦσι μὲν τῶν ὅλων ὡς θεοὶ, γινώσκουσι δὲ τὰ πάντα κατὰ τὴν νοερὰν ζωὴν, κινοῦσι δὲ τὰ σώματα κατὰ τὴν αὐτοκίνητον ὕπαρξιν. Διότι γὰρ ψυχικῶς μετέχουσι τῶν ὑπερκειμένων, καί εἰσιν οὐ ψυχαὶ ἁπλῶς, ἀλλὰ θεῖαι ψυχαὶ, τὴν ἀνάλογον τοῖς θεοῖς ἐν τῷ ψυχικῷ πλάτει προσησάμεναι τάξιν, ἐνεργοῦσιν οὐ ψυχικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ θείως, τὴν ἀκρότητα τῆς ἑαυτῶν οὐσίας ἔνθεον λαχοῦσαι, καὶ διότι νοερὰν ὑπόστασιν ἔχουσι, δι' ἣν καὶ ὑπεστρωμέναι ταῖς νοεραῖς οὐσίαις τυγχάνουσιν· ἐνεργοῦσιν οὖν οὐ θείως μόνον, ἀλλὰ καὶ νοερῶς· τὴν μὲν κατὰ τὸ ἓν τὸ ἐν αὐταῖς, τὴν δὲ κατὰ τὸν νοῦν ἱδρύσασαι ἐνέργειαν. Τρίτη δὲ αὐταῖς πάρεστιν ἡ κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν ἐνέργεια, κινητικὴ μὲν ὑπάρχουσα τῶν φύσει ἑτεροκινήτων, ζωοποιὸς δὲ τῶν ἐπείσακτον ἐχόντων τὴν ζωήν. Πάσης γὰρ ψυχῆς τοῦτό ἐστι τὸ ἴδιον ἐνέργημα· τὰ δὲ ἄλλα κατὰ μέθεξιν, ὡς τὸ νοεῖν καὶ προνοεῖν.

ΣΒ'. Πᾶσαι ψυχαὶ θεῶν ὀπαδοὶ, καὶ ἀεὶ ἑπόμεναι θεοῖς, καταδεέστεραι μέν εἰσι τῶν θείων· ὑπερήπλωνται δὲ τῶν μερικῶν ψυχῶν. Αἱ μὲν γὰρ θεῖαι καὶ νοῦ μετέχουσαι, καὶ θεότητος, διὸ νοεραί τε εἰσὶν, ἅμα καὶ θεῖαι, τῶν ἄλλων ψυχῶν ἡγεμονοῦσι, καθόσον καὶ οἱ θεοὶ τῶν ὄντων ἁπάντων· αἱ δὲ μερικαὶ ψυχαὶ καὶ τῆς εἰς νοῦν ἀναρτήσεως παρῄρηνται, μὴ δυνάμεναι προσεχῶς τῆς νοερᾶς οὐσίας μετέχειν· οὐδὲ ἂν τῆς νοερᾶς ἐνεργείας ἀπέπιπτον, κατ' οὐσίαν μετέχουσαι τοῦ νοῦ, καθάπερ δέδεικται πρότερον. Μέσαι ἄρα εἰσὶν αἱ ἀεὶ θεοῖς ἑπόμεναι ψυχαί· νοῦν μὲν ὑποδεξάμεquidem omnium *animarum* eædem essent periodi, et circa *res* easdem *versarentur*, etiam omnium *animarum* idem esset tempus. Si vero *sunt* aliæ aliarum *animarum in pristinum statum* restitutiones, *est igitur* etiam tempus periodicum aliud aliarum *animarum*, *eas in pristinum statum* restituendi facultate præditum.

Quod igitur illa anima, quæ primo a tempore mensuratur, universo tempore mensuretur, perspicuum *est ex iis quæ jam dicta sunt*. Si enim ipsum tempus est mensura motus omnis, id quod primo movetur, erit totius temporis particeps, et ab ipso toto *tempore* mensurabitur. Si enim ipsum universum tempus non metiatur illud quod primo particeps est *motus et temporis*, ne aliud quidem quicquam ad se totum metietur. Quod autem etiam omnes reliquæ animæ quibusdam mensuris ipso universo tempore particularioribus mesurentur, perspicuum est ex his *quæ dicta sunt*. Si enim sunt animâ particulariores illâ, quæ tempus primo participat, ne tempori quidem universo *animæ* suas periodos accommodant. Sed ipsarum multæ *in pristinum statum* restitutiones partes erunt unius periodi et *in pristinum statum* restitutionis, per quam illa *anima*, quæ temporis est primo particeps, *in pristinum statum* restituitur. Particularior enim communio *rerum est indicium* minoris facultatis *et potestatis*: majoris vero *potestatis argumentum est ipsa rerum communio* universalior. Universam igitur temporalem mensuram in una vita reliquæ animæ suscipere naturaliter non solent, ordinem inferiorem sortitæ *eo, quem sortita est anima* quæ primitus tempore mensuratur.

CCI. Omnes divinæ animæ triplices habent actiones: alias quidem, ut animæ, alias vero, ut *animæ* quæ divinam mentem susceperunt, alias vero, ut illæ quæ ex Diis pendent. Et universis quidem *rebus* provident ut Dii; omnia vero cognoscunt propter intellectualem vitam; corpora vero movent propter per se mobilem essentiam. Quoniam enim superiora secundum animam participant, et non simpiciter sunt animæ, sed animæ divinæ, Dis proportione respondentem ordinem in animali (*id est animarum*) latitudine *sibi* proponentes, agunt non animaliter tantum (*secundum animæ naturam*), sed etiam divine, divinam suæ essentiæ summitatem sortitæ, et quia intellectualem hypostasin habent, propter quam etiam intellectualibus essentiis sunt substratæ *et subjectæ*. Agunt igitur non divine tantum, sed etiam intellectualiter, alteram efficacitatem constituentes secundum Unum, quod in ipsis est; alteram vero secundum intellectum. Tertia vero ipsis *animabus* adest actio, quæ secundum propriam *ipsarum* essentiam *ipsis adest*, quæ motrix quidem est *corporum* natura ab altero motorum (*vel*, rerum quæ naturaliter ab altero moventur), vivifica vero (*vitam procreans*) illorum, quæ vitam adventitiam habent. Omnis enim animæ hoc est proprium opus, cetera vero *sunt* per communionem, ut intelligere et providere.

CCII. Omnes animæ Deorum sectatrices, *eorumque famulæ*, quamvis Deos semper sequantur, inferiores tamen sunt ipsis divinis *naturis*; explicatæ vero sunt supra particulares animas. Nam illæ quidem divinæ, et Mentis et Deitatis participes *animæ*, quoniam et intellectuales sunt, simul et divinæ, aliis animabus præsunt, *earumque duces sunt*, quatenus et ipsi Dii *sunt duces* omnium entium. Animæ vero particulares detractæ sunt etiam ex ipsa ex Mente suspensione (*id est, ex ea ratione, qua fit ut ex mente pendeant*), quia non possunt intellectualis essentiæ proxime participes esse. Neque enim ex intellectuali actione exciderent, si per essentiam participes essent ipsius Mentis, ut supra demonstratum est. Mediæ sunt igitur animæ, quæ Deos semper sequuntur; quia

ναι τέλειον, καὶ ταύτῃ τῶν μερικῶν ὑπερφέρουσαι, οὐκέτι δὲ καὶ θείων ἑνάδων ἐξημμέναι· οὐ γὰρ θεῖος ἦν ὁ μετεχόμενος ὑπ' αὐτῶν νοῦς.

ΣΙ'. Παντὸς τοῦ ψυχικοῦ πλήθους αἱ μὲν θεῖαι ψυχαί, τῇ δυνάμει μείζους οὖσαι τῶν ἄλλων, συνῄρηνται κατὰ τὸν ἀριθμόν· αἱ δὲ ἀεὶ ταύταις συνεπόμεναι καὶ τῇ δυνάμει καὶ τῷ ποσῷ μέσην ἔχουσιν ἐν πάσαις τάξιν· αἱ μὲν μερικαὶ τῇ μὲν δυνάμει καταδεέστεραι τῶν ἄλλων εἰσίν, εἰς ἀριθμὸν δὲ πλείονα προεληλύθασιν. Αἱ μὲν γάρ εἰσι τῷ ἑνὶ συγγενέστεραι διὰ τὴν ὕπαρξιν θειαν οὖσαι, αἱ δὲ μέσαι διὰ τὴν νοῦ μετουσίαν, αἱ δὲ ἔσχατοι κατὰ τὴν τάξιν, ἀνομοιώδεις κατὰ τὴν οὐσίαν ταῖς τε μέσαις καὶ ταῖς πρώταις. Τὰ δὲ ἐγγυτέρω τοῦ ἑνὸς ἐν τοῖς ἀϊδίοις τῶν πορρωτέρω ἀριθμῷ ἑνιαίτερά ἐστι καὶ συνῄρηται κατὰ τὸ πλῆθος· τὸ δὲ πορρωτέρω μᾶλλον πληθύνεται. Αἵ τε οὖν δυνάμεις τῶν ἑνιαιτέρω μείζους, καὶ τοῦτον ἔχουσι τὸν λόγον πρὸς τὰς δευτέρας, ὃν τὸ θεῖον πρὸς τὸ νοερὸν, καὶ τοῦτο πρὸς τὸ ψυχικὸν, καὶ αἱ ποσότητες τῶν κατωτέρω πλείους· τὸ γὰρ πορρώτερον τοῦ ἑνὸς πλῆθος μᾶλλόν ἐστι, καὶ τὸ ἐγγύτερον ἧττον.

ΣΑ'. Πᾶσα θεία ψυχὴ πολλῶν μὲν ἡγεῖται ψυχῶν ἀεὶ θεοῖς ἑπομένων, πλειόνων δὲ ἔτι τῶν ποτὲ ταύτην τὴν τάξιν δεχομένων· θείαν μὲν γὰρ οὖσαν, πάντων ἡγεμονικὴν τάξιν εἰληχέναι δεῖ, καὶ πρωτουργὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς· καὶ γὰρ τὸ θεῖον ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἡγεῖται τῶν ὅλων· οὔτε δὲ τῶν ἀεὶ ἑπομένων μόνον ἑκάστην ἄρχειν, οὔτε τῶν ποτὲ μόνον. Εἰ μὲν γὰρ τῶν ποτὲ ἑπομένων ἡγοῖτό τις μόνον, πῶς ἡ συναφὴ ταύταις ἔσται πρὸς τὴν θείαν ψυχὴν, πάντῃ διαφερούσαις, καὶ μήτε νῷ προσεχῶς μετεχούσαις, μήτε πολλῷ πλέον θεῶν; εἰ δὲ τῶν ἀεὶ ἑπομένων, πῶς μέχρις ἐκείνων ἡ σειρὰ προῆλθεν; ἔστατι γὰρ οὕτως ἔσχατα τὰ νοερὰ, καὶ ἄγονα, καὶ τελειοῦν, ἀλλὰ καὶ ἀνάγειν οὐ πεφυκότα. Ἀνάγκη ἄρα πάσης ψυχῆς θείας πρώτως μὲν ἐξηρτῆσθαι τὰς ἑπομένας ψυχὰς, καὶ κατὰ νοῦν ἐνεργούσας, καὶ εἰς νόας ἀνηγμένας μερικωτέρους τῶν θείων νόων· δευτέρας δὲ, τὰς μερικὰς, καὶ διὰ τούτων μέσων νοῦ μετέχειν καὶ τῆς θείας ζωῆς δυναμένας· διὰ γὰρ τῶν ἀεὶ μετεχόντων τῆς κρείττονος μοίρας, τὰ ποτὲ μετέχοντα τελειοῦται. Καὶ αὖ πάλιν πλείους εἶναι περὶ ἑκάστην ψυχὴν θείαν τὰς ποτὲ ἑπομένας ψυχὰς τῶν ἀεὶ ἑπομένων· ἡ γὰρ τῆς μονάδος δύναμις κατὰ τὴν ὕφεσιν εἰς πλῆθος ἀεὶ πρόεισι, τῇ μὲν δυνάμει λειπόμενον, τῷ δὲ ἀριθμῷ πλεονάζον· ἐπεὶ καὶ ἑκάστη ψυχὴ τῶν ἀεὶ θεοῖς ἑπομένων πλειόνων ἡγεῖται μερικῶν ψυχῶν, μιμουμένη τὴν θείαν ψυχὴν, καὶ πλείους ἀνέλκει ψυχὰς εἰς τὴν πρωτουργὸν μονάδα τῆς ὅλης σειρᾶς. Πᾶσα ἄρα θεία ψυχὴ πολλῶν μὲν ἡγεῖται ψυχῶν τῶν ἀεὶ θεοῖς ἑπομένων, πλειόνων δὲ ἔτι τῶν ποτὲ τὴν τάξιν ταύτην δεχομένων.

ΣΒ'. Πᾶσα ψυχὴ μερικὴ τοῦτον ἔχει τὸν λόγον πρὸς τὴν ψυχὴν, ὑφ' ἣν τέτακται κατ' οὐσίαν, ὃν τὸ ὄχημα αὐτῆς πρὸς τὸ ἐκείνης ὄχημα. Εἰ γὰρ κατὰ φύσιν ἡ

Mentem quidem susceperunt perfectam, et ideo sunt particularibus *animabus præstantiores atque* superiores, non tamen etiam ex divinis Unitatibus pendentes. Non enim erat divina Mens, quæ participatur ab ipsis.

CCIII. In omni animali multitudine illæ quidem divinæ animæ, quæ potestate sunt aliis majores, numero sunt contractæ: quæ vero has semper comitantur, et potestate et quantitate medium inter omnes ordinem tenent. Et particulares quidem potestate quidem aliis inferiores sunt, sed in majorem numerum progrediuntur. Nam aliæ quidem arctiore cognationis vinculo cum Uno conjunguntur propter substantiam, quæ est divina; mediæ vero propter Mentis communionem. Quæ vero sunt ordine ultimæ, propter essentiam dissimiles *sunt* et mediis et primis. Quæ vero propius accedunt ad Unum, inter ea quæ sunt æterna, sunt singulariora illis, quæ numero sunt remotiora *ab Uno*, et multitudine sunt contracta: quæ vero sunt *ab Uno* remotiora, magis multiplicantur. Ergo superiorum *animarum* potestates sunt majores, et eam habent proportionem ad secundas *et inferiores animas*, quam *habet* ipsum divinum ad ipsum intellectuale, et hoc ad animale (*id est*, *ad id quod ad animæ naturam pertinet*); et ipsæ quantitates inferiorum *animarum sunt numero* plures. Quod enim ab Uno remotius est, *illud est* magis (*major*) multitudo, et quod *Uni* propinquius est, *illud est* minus (*minor*) *multitudo*.

CCIV. Omnis divina anima multis quidem præest animabus semper Deos sequentibus, longe vero pluribus illis, quæ hunc ordinem aliquando acceperunt. Divina enim cum sit, omnium entium principalem ordinem sortiri debet, eumque, qui in animabus primitus operetur. Etenim ipsum divinum in omnibus Entibus præest universis *rebus, et eas antecedit*; neque vero *oportet* tantum unamquamque *principem animam* imperare illis *animabus*, quæ *Deos* semper sequuntur, neque illis, quæ tantum aliquando *Deos sequuntur*. Nam si illis quidem, quæ *Deos* aliquando sequuntur, aliqua *anima* tantum imperet, quomodo contactus *et conjunctio* erit istis *animabus* cum anima divina, prorsus *ab ea* differentibus, et neque Mentem proxime participantibus, neque multo magis (*id est*, *et multo minus*) *participantibus* Deos? Si vero *imperet* illis, quæ *Deos* semper sequuntur, quomodo ad illas usque ipsa series *animarum* esset progressa? Sic enim ipsa intellectualia erunt ultima, et infecunda *et sterilia*, et *res aliquas* perficere, quinetiam producere non poterunt naturaliter. Necesse igitur *est* ex omni anima divina primo quidem pendere animas, quæ *Deos* sequuntur, et quæ per Mentem agunt, et quæ reducuntur ad Mentes particulariores ipsis divinis Mentibus; et secundas vero *necesse est esse animas* particulares, illas, quæ per istas medias Mentem et divinam vitam participare possunt. Nam per illa, quæ semper participant præstantiorem sortem, illa, quæ *tantum* aliquando participant *præstantiorem sortem*, perficiuntur. Rursus etiam *necesse est* circa unamquamque divinam animam plures esse animas, quæ *Deos* aliquando sequuntur, quam illas quæ *Deos* semper sequuntur. Nam unitatis potestas per remissionem *et subjectionem* in multitudinem semper progreditur, quæ potestate quidem est inferior *ac minor*, numero vero superior *et major*; quoniam etiam unaquæque anima illarum, quæ Deos semper sequuntur, pluribus imperat particularibus animabus, imitans divinam animam, et plures attrahit animas ad illam Unitatem, totius *animarum* seriei primam auctorem. Omnis igitur divina anima multis quidem imperat animabus, quæ Deos semper sequuntur, longe vero pluribus illis, quæ ordinem istum aliquando accipiunt.

CCV. Omnis particularis anima eam habet proportionem ad animam, cui subjicitur per essentiam, quam *proportionem habet* ipsius vehiculum ad illius vehiculum. Si enim secundum naturam *est* singulis *animabus* ipsa

διανομὴ τῶν ὀχημάτων ἑκάσταις, ἀνάγκη πάσης μερικῆς ψυχῆς ὀχήματι τοῦτον εἶναι τὸν λόγον πρὸς τὸ ὄχημα τῆς ὅλης, ὅ ἐστιν αὐτῆς πρὸς ἐκείνην. Ἀλλὰ μὴν ἡ διανομὴ κατὰ φύσιν· τὰ γὰρ πρώτως μετέχοντα αὐτοφυῶς συνῆπται τοῖς μετεχομένοις. Εἰ οὖν ὡς ἡ θεία πρὸς τὸ θεῖον σῶμα, οὕτως ἡ μερικὴ πρὸς τὸ μερικὸν, αὐτῷ τῷ εἶναι μετεχομένης ἑκατέρας, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀληθὲς, ὅτι καὶ τὰ ὀχήματα ταῖς ψυχαῖς τὸν αὐτὸν ἔχει πρὸς ἄλληλα λόγον.

ΣΖ'. Πᾶσα ψυχὴ μερικὴ κατιέναι τε εἰς γένεσιν ἐπ' ἄπειρον καὶ ἀνιέναι δύναται ἀπὸ γενέσεως εἰς τὸ ὄν. Εἰ γὰρ ποτὲ μὲν ἕπεται θεοῖς, ποτὲ δὲ ἀποπίπτει τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀνατάσεως, νοῦ τε καὶ ἀνοίας μετέχει, δῆλον δὴ, ὅτι παρὰ μέρος ἐν τῇ γενέσει γίνεται, καὶ ἐν τοῖς θεοῖς ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ, τὸν ἄπειρον οὖσα χρόνον ἐν τοῖς θεοῖς, αὖθις ὅλον τὸν ἐφεξῆς χρόνον ἔσται ἐν τοῖς σώμασι· τὸ γὰρ ἀρχὴν χρονικὴν μὴ ἔχον, οὐδὲ τελευτήν ποτε ἕξει, καὶ τὸ μηδεμίαν ἔχον τελευτὴν, ἀνάγκη μηδὲ ἀρχὴν ἔχειν.

Λείπεται ἄρα περιόδους ἑκάστην ποιεῖσθαι ἀνόδων τε ἐκ τῆς γενέσεως καὶ τῶν εἰς γένεσιν καθόδων, καὶ τοῦτο ἄπαυστον εἶναι διὰ τὸν ἄπειρον χρόνον. Ἑκάστη ἄρα ψυχὴ μερικὴ κατιέναι τε ἐπ' ἄπειρον δύναται καὶ ἀνιέναι. Καὶ τοῦτο οὐ μὴ παύσεται περὶ ἁπάσας τὸ πάθημα γενόμενον.

ΣΗ'. Πάσης μερικῆς ψυχῆς τὸ ὄχημα ἀπὸ αἰτίας ἀκινήτου ἐδημιούργηται. Εἰ γὰρ ἀϊδίως ἐξήρτηται τῆς χρωμένης αὐτῷ ψυχῆς, καὶ συμφυῶς ἀμετάβλητον ὂν κατ' οὐσίαν, ἀπ' αἰτίας ἀκινήτου τὴν ὑπόστασιν ἔλαχε. Τὸ γὰρ ἐκ κινουμένων αἰτίων γεγονὸς μεταβάλλει πᾶν κατὰ τὴν οὐσίαν. Ἀλλὰ μὴν πᾶσα ψυχὴ ἀΐδιον ἔχει σῶμα, τὸ πρώτως αὐτῆς μετέχον· ὥστε καὶ ἡ μερικὴ ψυχὴ καὶ τὸ αἴτιον ἄρα τοῦ ὀχήματος αὐτῆς ἀκίνητόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ὑπερκόσμιον.

ΣΘ'. Πάσης μερικῆς ψυχῆς τὸ ὄχημα ἄϋλόν ἐστι, καὶ ἀδιαίρετον κατ' οὐσίαν, καὶ ἀπαθές. Εἰ γὰρ ἐξ ἀκινήτου προῆλθε δημιουργίας καὶ ἔστιν ἀΐδιον, ἄϋλον ὑπόστασιν ἔχει καὶ ἀπαθῆ. Τὰ γὰρ πάσχειν κατὰ τὴν οὐσίαν πεφυκότα, καὶ μεταβάλλειν, ἕνυλα πάντα ἐστὶ, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα τῶν κινουμένων αἰτίων ἐξήρτηται· διὸ καὶ μεταβολὴν ἐπιδέχεται παντοίαν, συγκινούμενα ταῖς ἑαυτῶν ἀρχικαῖς αἰτίαις. Ἀλλὰ μὴν, ὅτι καὶ ἀδιαίρετον, δῆλον· τὸ γὰρ διαιρούμενον πᾶν ταύτῃ φθείρεται, ᾗ διαιρεῖται, τοῦ τε ὅλου καὶ τῆς συνεχείας ἀφιστάμενον· εἰ οὖν ἀμετάβλητον κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ ἀπαθὲς, ἀδιαίρετον ἂν εἴη.

Πάσης μερικῆς ψυχῆς τὸ ὄχημα κάτεισι μὲν προσθέσει χιτώνων ἐνυλοτέρων, συνάγεται δὲ τῇ ψυχῇ δι' ἀφαιρέσεως παντὸς τοῦ ἐνύλου καὶ τῆς εἰς τὸ οἰκεῖον εἶδος ἀναδρομῆς, ἀνάλογον τῇ χρωμένῃ ψυχῇ. Καὶ γὰρ ἐκείνη κάτεισι μὲν ἀλόγως, ἀλόγους προσλαβοῦσα ζωὰς, ἄνεισι δὲ ἀποσκευασαμένη πάσας τὰς γενεσιουργοὺς δυνάμεις, ἃς ἐν τῇ καθόδῳ περιεβάλετο καὶ γενομένη ** μιμεῖται τὰς ζωὰς τῶν χρωμένων ψυχῶν,

vehiculorum distributio, necesse *est* omnis particularis animæ vehiculo eam esse rationem *atque proportionem* ad universalis *animæ* vehiculum, quæ est ipsius *particularis* animæ ad illam *universalem*. Atqui secundum naturam *fit ista* distributio *vehiculorum*. Quæ enim primo *res aliquas* participant, suapte natura conjunguntur cum illis quæ participantur. Si igitur ut *anima* divina *se habet* ad divinum corpus, sic etiam particularis *anima se habet* ad particulare *corpus*, utraque *anima* propter ipsum esse participata, etiam quod inillo *dictum est*, *est* verum, quod et ipsa animarum vehicula eandem inter se proportionem habent.

CCVI. Omnis anima particularis descendere in generationem in infinitum, et ascendere potest a generatione ad ipsum Ens. Si enim modo quidem Deos sequitur, modo vero excidit ex illa contentione, *qua contendit et studiose fertur* ad ipsum divinum *numen*, et Mentis et amentiæ particeps est, perspicuum igitur *est*, quod alternis et in ipsa generatione versatur, et in Diis est *et inter eos degit*. Neque enim si per infinitum tempus est inter Deos, rursus totum sequens tempus erit in corporibus. Quod enim temporale principium non habet, ne finem quidem unquam habebit, et id quod nullum habet finem, necesse *est* ne principium quidem habere.

Relinquitur igitur, ut unaquæque *anima* periodos faciat et ascensuum ex ipsa generatione et descensuum in generationem, et *necesse est* hoc indesinens esse, nec *unquam desinere*, propter ipsum infinitum tempus. Ergo unaquæque anima particularis in infinitum et descendere et ascendere potest. Et haec passio non desinet circa omnes *animas* esse (*i. e. hoc singulis ac universis animabus accidere nunquam desinet*).

CCVII. Omnis particularis animæ vehiculum ab immobili causa fabricatum est. Si enim *hoc vehiculum* æterne ab anima, quæ ipso utitur, et per naturæ cognationem *et cohærentiam* est immutabile propter essentiam, ab immobili causa *suam* hypostasin *atque naturam* est sortitum. Quod enim factum est a causis quæ moventur, *illud* omne mutatur secundum essentiam. Verumtamen omnis anima æternum habet corpus, quod eam primo participavit. Quamobrem et particularis anima, ergo et ipsius *animæ* vehiculi causa est immobilis, et propterea *est* supermundana.

CCVIII. Omnis particularis animæ vehiculum est immateriale, et divisionis expers secundum essentiam, et impatibile. Si enim ex immobili fabricatione prodiit et est æternum, hypostasin *et naturam* immaterialem et affectionis expertem habet. Quæ enim propter *suam* essentiam pati *variisque perturbationibus affici* naturaliter solent et commutari, *hæc* materialia omnia sunt, et aliter alias *sese* habentia pendent ex causis, quæ moventur. Quamobrem etiam *hæc* omnigenam mutationem admittunt, quia cum suis principalibus causis moventur. Verum etiam quod *omnis animæ particularis vehiculum sit* divisioni non obnoxium, perspicuum *est* Omne enim, quod dividitur, eatenus corrumpitur, quatenus dividitur, quoniam a Toto et a continuitate deficit *ac recedit*. Si igitur *hoc vehiculum est* immutabile et affectionis expers propter *suam* essentiam, individuum *igitur* erit.

CCIX. Omnis particularis animæ vehiculum descendit quidem additione vestimentorum magis materialium (*vel, quæ majorem materiæ copiam habent*), cum anima vero cogitur *atque congregatur* per ablationem omnis *rei* materialis et *per* recursionem *ac reversionem* ad suam formam, ea proportione, quæ respondeat animæ *illo vehiculo* utenti. Etenim illa descendit quidem sine ratione irrationales vitas assumens; ascendit vero abjectis *ac depositis* omnibus generationis efficitricibus facultatibus, quas *ipsa* in descensu sibi circumdederat, et cum facta est *** imitatur vitas animarum, quæ *talibus vehiculis*

καὶ συγκινεῖται κινουμέναις αὐταῖς πανταχοῦ· καὶ τῶν μὲν τὰς νοήσεις ἀπεικονίζονται ταῖς ἑαυτῶν περιφοραῖς, τῶν δὲ τὰς ἀποπτώσεις ταῖς εἰς τὴν γένεσιν ῥοπαῖς, τῶν δὲ τὰς καθάρσεις ταῖς εἰς τὸ ἄϋλον περιαγωγαῖς.

Διότι γὰρ αὐτῷ τῷ εἶναι τὰς ψυχὰς ζωοποιεῖται παρ' αὐτῶν, καὶ ἔστι συμφυὴς ἐκείναις, παντοίως συμβάλλει ταῖς ἐκείνων ἐνεργείαις, καὶ συνέπεται πάντῃ, παθαινομέναις τε συμπάσχει, καὶ κεκαθαρμέναις συνεκκαθίσταται, καὶ ἀναγομέναις συνεπαίρεται, τῆς ἑαυτῶν ἐφιεμένη τελειότητος· πᾶν γὰρ τελειοῦται τῆς οἰκείας ὑλότητος τυχόν.

ΣΙ'. Πᾶν ψυχῆς ὄχημα συμφυὲς καὶ σχῆμα τὸ αὐτὸ ἀεὶ καὶ μέγεθος ἔχει, μεῖζον δὲ καὶ ἔλαττον ὁρᾶται καὶ ἀνομοιόσχημον, δι' ἄλλων σωμάτων προσθέσεις καὶ ἀφαιρέσεις. Εἰ γὰρ ἐξ αἰτίας ἀκινήτου τὴν οὐσίαν ἔχει, ὅῆλον δὴ ὅτι καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος αὐτῷ παρὰ τῆς αἰτίας ἀφώρισται, καὶ ἔστιν ἀμετάβλητον καὶ ἀνεξάλλακτον ἑκάτερον. Ἀλλὰ μὴν ἄλλοτε ἀλλοῖον φαντάζεται, καὶ μεῖζον, καὶ ἔλασσον. Δι' ἄλλα ἄρα σώματα, ἀπὸ τῶν ὑλικῶν στοιχείων προστιθέμενα καὶ πάλιν ἀφαιρούμενα, τοιόνδε ἢ τοιόνδε καὶ τοσόνδε φαίνεται.

ΣΙΑ'. Πᾶσα μερικὴ ψυχή, κατιοῦσα εἰς γένεσιν, ὅλη κάτεισι, καὶ οὐ τὸ μὲν αὐτῆς ἄνω μένει, τὸ δὲ κάτεισιν. Εἴ γάρ τι μένοι τῆς ψυχῆς ἐν τῷ νοητῷ, ἢ ἀμεταβάτως νοήσει ἀεί, ἢ μεταβατικῶς· ἀλλ' εἰ μὲν ἀμεταβάτως, νοῦς ἔσται, καὶ οὐ μέρος ψυχῆς, καὶ ἔσται ἡ ψυχὴ προσεχῶς νοῦ μετέχουσα· τοῦτο δὲ ἀδύνατον. Εἰ δὲ μεταβατικῶς, ἐκ τοῦ ἀεὶ νοοῦντος κἀκ τοῦ ποτὲ νοοῦντος μία οὐσία ἔσται· ἀλλ' ἀδύνατον· ταῦτα γὰρ ἀεὶ διαφέρει, ὡς δέδεικται, πρὸς τῷ καὶ ἄτοπον εἶναι, τὸ τῆς ψυχῆς ἀκρότατον, ἀεὶ τέλειον ὄν, μὴ κρατεῖν τῶν ἄλλων δυνάμεων, κἀκείνας τελείας ποιεῖν. Πᾶσα ἄρα μερικὴ ψυχὴ ὅλη κάτεισιν.

utuntur, et una cum ipsis ubique movetur, cum moventur. Et aliarum quidem intelligentias effingunt *ac exprimunt* per suas circumvectiones, aliarum vero casus per *sua* momenta *et inclinationes, quibus inclinantur et feruntur* in ipsam generationem, aliarum vero purgationes *et lustrationes effingunt atque repræsentant* per circumductiones in illud, quod est immateriatum.

Quoniam enim propter ipsum Esse ipsas animas vivificat per ipsas *purgationes*, et cum illis cognatione conjungitur, *ideo* variis modis confert ad illarum *animarum* actiones et in omnes partes comitatur *eas*, et cum illæ patiuntur *aliquid mali*, simul patitur *et iisdem affectionibus afficitur, quibus illæ*, et cum ipsis *jam* purgatis, *lustratis et expiatis* simul restituitur *in suum pristinum statum*, et cum illæ in altum feruntur, simul extollitur, ipsarum (suam?) perfectionem expetens. Omne enim perficitur, cum suam integritatem assequitur.

CCX. Omne vehiculum animæ cognatum, et figuram et magnitudinem eandem semper habet: majus vero et minus et dissimili figura præditum cernitur, propter aliorum corporum additiones et ablationes. Si enim a causa immobili *suam* essentiam habet, perspicuum igitur *est*, quod et ipsa figura et ipsa magnitudo a causa ipsi est definita, et utrumque est immutabile et invariabile. Sed tamen alias aliud et *varium* per imaginationem videtur, et majus et minus *putatur*. Ergo propter alia corpora, a materialibus (*vel* materialis; *aut* materiam suppeditantibus) elementis addita et rursus ablata, tale vel tale et tantum *videtur et* apparet.

CCXI. Omnis particularis anima, descendens in generationem, tota descendit; neque pars quidem ipsius supra manet, pars vero descendit. Nam si qua *pars* animæ maneat in ipso intelligibili, vel intransitive intelliget semper vel transitive (*res vel sine transitionem vel per transitionem ad alia percipiet*). Sed si quidem intransitive *intelliget*, Mens erit, et non animæ pars, et anima Mentem proxime participans erit. Hoc autem est impossibile. Si vero transitive, ex eo quod semper intelligit, et ex eo quod aliquando intelligit, una essentia erit *conflata*. Sed *hoc est* impossibile. Hæc enim semper *inter se* differunt, ut demonstratum est. Præterea vero etiam absurdum est, *si dicas* illud, quod in anima summum est, et quod semper est perfectum, non imperare ceteris *animæ* facultatibus *aliisque potestatibus*, et illas perfectas facere. Omnis igitur particularis anima tota descendit.

ΠΛΩΤΙΝΟΣ.

PLOTINI ENNEADES.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙ ΤΟ ΖΩΟΝ, ΚΑΙ ΤΙΣ Ο ΑΝΘΡΩΠΟΣ.

PLOTINI

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER I.

QUID ANIMAL, QUID HOMO.

Utrum perturbationes, sensus, opiniones, cogitatio, intelligentia, sint animæ solius, an compositi [*Ed. pr.* an misturæ], etc.

Α'. Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι φόβοι τε καὶ θάρρη ἐπιθυμίαι τε καὶ ἀποστροφαὶ καὶ τὸ ἀλγεῖν τίνος ἂν εἶεν; ἢ γὰρ ψυχῆς, ἢ χρωμένης ψυχῆς σώματι, ἢ τρίτου τινὸς ἐξ ἀμφοῖν; Διχῶς δὲ καὶ τοῦτο. ἢ γὰρ τὸ μῖγμα, ἢ ἄλλο ἕτερον ἐκ τοῦ μίγματος· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐκ τούτων τῶν παθημάτων γινόμενα καὶ πραττόμενα καὶ δοξαζόμενα· καὶ οὖν καὶ διάνοια καὶ δόξα ζητητέα, πότερα ὧν τὰ πάθη, ἢ αἱ μὲν οὕτως, αἱ δὲ ἄλλως· καὶ τὰς νοήσεις δὲ θεωρητέον, πῶς, καὶ τίνος· καὶ δὴ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐπισκοποῦν καὶ περὶ τούτων τὴν ζήτησιν καὶ τὴν κρίσιν ποιούμενον τί ποτ' ἂν εἴη· καὶ πρότερον τὸ αἰσθάνεσθαι, τίνος· ἐντεῦθεν γὰρ ἄρχεσθαι προσήκει· ἐπείπερ τὰ πάθη ἢ αἰσθήσεις τινές, ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως.

I. Voluptates et dolores, timores item atque audaciæ, cupiditates et fugæ atque cruciatus, cujusnam sunt? nunquid ipsius animæ tantum? an animæ potius utentis corpore? an tertii cujusdam compositi? Dupliciter autem et hoc accipi potest: aut enim ipsum, quod est mistum, sive mistura aut aliud quiddam ex ipsa mistione proveniens. Similiter et de illis quæ ex his passionibus fiunt et aguntur atque putantur, rursus de cogitatione et opinione quærendum est, utrum eorumdem sint quorum et passiones: an alia [aliæ?] quidem sic, alia [aliæ?] vero se aliter habeant? Præterea de intelligentiis perscrutandum est, cujus sint, et qua ratione se habeant. Atqui et de hoc ipso, quod considerat, præstatque circa hæc inquisitionem atque judicium, quidnam sit. Et primum quidem sentire cujus sit potissimum. Hinc enim videtur exordiendum: quandoquidem passiones ipsæ vel sensus quidam sunt, vel saltem absque sensu non fiunt.

Si anima non est forma simplex in se existens, suscipit passiones: si autem est talis forma, non suscipit.

Β'. Πρῶτον δὲ ψυχὴν ληπτέον, πότερον ἄλλο μὲν ψυχή, ἄλλο δὲ ψυχῇ εἶναι. Εἰ γὰρ τοῦτο, συνθετόν τι ἡ ψυχή. Καὶ οὐκ ἄτοπον ἤδη δέχεσθαι αὐτὴν καὶ αὐτῇς εἶναι τὰ πάθη τὰ τοιαῦτα, εἰ ἐπιτρέψει καὶ οὕτως ὁ λόγος, καὶ ὅλως ἕξεις καὶ διαθέσεις χείρους καὶ βελτίους· ἢ εἰ ταὐτόν ἐστι ψυχὴ, καὶ τὸ ψυχῇ εἶναι, εἰκός τι ἂν εἴη ψυχὴ, ἄδεκτον τούτων ἁπασῶν τῶν ἐνεργειῶν, ὧν ἐποιστικὸν ἄλλῳ, ἑαυτῷ δὲ συμφυᾶ ἔχον τὴν ἐνέργειαν ἐν ἑαυτῷ, ἥν τινα ἂν φήνῃ ὁ λόγος· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἀθάνατον ἀληθὲς λέγειν, εἴπερ δεῖ τὸ ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον ἀπαθὲς εἶναι, ἄλλῳ ἑαυτοῦ πως διδὸν, αὐτὸ δὲ παρ' ἄλλου μηδὲν, ἢ ὅσον παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἔχειν, ὧν μὴ ἀποτέτμηται κρειττόνων ὄντων. Τί γὰρ ἂν καὶ φοβοῖτο τοιοῦτον, ἄδεκτον ὂν παντὸς τοῦ ἔξω; ἐκεῖνο τοίνυν φοβείσθω, ὃ δύναται παθεῖν· οὐδὲ θαρρεῖ τοίνυν· τούτοις γὰρ θάρρος, οἷς ἂν τὰ φοβερὰ μὴ παρῇ. Ἐπιθυμίαι τε αἱ διὰ σώματος ἀποπληροῦνται κενουμένου καὶ πληρουμένου, ἄλλου τοῦ κενουμένου καὶ πληρουμένου ὄντος· πῶς δὲ μίξεως, ἢ τὸ οὐσιῶδες ἄμικτον; πῶς δὲ ἐπεισαγωγῆς τινων; οὕτω γὰρ ἂν σπεύδοι εἰς τὸ μὴ εἶναι ὅ ἐστι, τὸ δ' ἀλγεῖν ἔτι πόρρω. Λυπεῖσθαι δὲ πῶς, ἢ ἐπὶ τίνι; αὐταρκες γὰρ τὸ γε ἁπλοῦν ἐν οὐσίᾳ, οἷόν ἐστι μένον ἐν οὐσίᾳ τῇ αὑτοῦ· ἥδεται δὲ προσγενομένου τίνος; οὐδενὸς, οὐδ' ἀγαθοῦ προσιόντος. ὃ γάρ ἐστιν, ἔστιν ἀεί· καὶ οὐκ οὐδὲ αἰσθήσεται, οὐδὲ διάνοια, οὐδὲ δόξα περὶ

II. Primum autem de anima cogitandum est, utrum aliud quidem sit anima, aliud vero animæ esse. Si enim aliud sit, compositum quiddam est anima: neque absurdum erit jam suscipere ipsam et ejus esse tales passiones, si modo id ratio permiserit, et omnino habitus affectionesque meliores atque pejores. Si vero idem est anima et animæ esse, species utique quædam erit anima, actiones ejusmodi non suscipiens, quas ipsa alteri infert: in se ipsa vero actionem habens sibi cognatam, quamcunque ratio demonstraverit. Sic enim verum erit dicere eam immortalem: si quidem oportet, quod immortale et incorruptibile est, impatibile quoque esse, alteri quidem sui ipsius nonnihil impertiens, ipsum vero ab alio nihil accipiens, nisi quantum a superioribus acceperit quicquam, a quibus profecto præstantioribus minime segregatur. Quid igitur tale quiddam metuat, quippe cum exteriorum nihil accipiat? Illud certe metuat, quod et potest pati: neque rursus audebit. His enim adest audacia, quibus, quæ sibi forent metuenda, nondum accidunt. Cupiditates præterea, quæ per corpus explentur, evacuato videlicet corpore vel impleto, non hujus essentiæ sunt, sed alterius, quod evacuari implerique possit. Quo autem pacto appetet mistionem? nonne, quod essentiale est, permanet semper immistum? Rursus quonam modo introducere sibi aliud affectabit? Sic enim non esse, quod est, studeret. Cruciatus quoque procul abest. Dolor vero atque tristitia qua ratione et qua de re ibi esse potest? Sufficiens enim id, quod simplex in essentia, quale est in sua essentia permanens. Num delectatur nuper aliquo accedente? nullo profecto, neque etiam accedente bono. Quod enim est, est et semper: quin etiam neque sentiet. Rursus neque circa ipsum cogitatio erit, neque

αὐτό. Αἴσθησις γὰρ παραδοχὴ εἴδους, ἢ ἀπαθοῦς σώματος· διάνοια δὲ καὶ δόξα ἐπ' αἴσθησιν. Περὶ δὲ νοήσεως ἐπισκεπτέον πως, εἰ ταύτην αὐτῇ καταλείψομεν· καὶ περὶ ἡδονῆς αὖ καθαρᾶς, εἰ συμβαίνει περὶ αὐτὴν μόνην οὖσαν.

opinio. Sensus enim vel speciei vel impatibilis corporis perceptio est. Cogitatio autem et opinio ad sensum vergunt. De intelligentia vero considerandum quodammodo, numquid hanc ipsi concedere debeamus: ac de voluptate pura, num circa ipsam, quatenus permaneat sola, contingat.

Anima et in se vivit, et vivificat corpus, eoque utens ut instrumento, non subditur ejus passionibus.

Ι'. Ἀλλὰ γὰρ ἐν σώματι θετέον, ψυχὴν οὖσαν, εἴτε πρὸ τούτου, εἶτ' ἐν τούτῳ, ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς ζῶον τὸ σύμπαν ἐκλήθη. Χρωμένη μὲν οὖν σώματι οἷα ὀργάνῳ οὐκ ἀναγκάζεται δέξασθαι τὰ διὰ τοῦ σώματος παθήματα· ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ὀργάνων παθήματα οἱ τεχνῖται· αἰσθησιν δὲ τάχ' ἂν ἀναγκαίως, εἴπερ δεῖ χρῆσθαι τῷ ὀργάνῳ, γινωσκούσῃ τὰ ἔξωθεν παθήματα ἐξ αἰσθήσεως· ἐπεὶ καὶ τὸ χρῆσθαι ὄμμασιν ἐστὶν ὁρᾷν· ἀλλὰ καὶ βλάβαι περὶ τὸ ὁρᾷν, ὥστε καὶ λῦπαι, καὶ τὸ ἀλγεῖν, καὶ ὅλως ὅ τι περ ἂν περὶ τὸ σῶμα πᾶν γίγνηται· ὥστε καὶ ἐπιθυμίαι, ζητούσης τὴν θεραπείαν τοῦ ὀργάνου. Ἀλλὰ πῶς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν ἥξει τὰ πάθη; σῶμα μὲν γὰρ σώματι ἄλλῳ μεταδώσει τῶν ἑαυτοῦ· σῶμα δὲ ψυχῇ, πῶς; τοῦτο γὰρ ἐστὶν, οἷον ἄλλου παθόντος ἄλλο παθεῖν. Μέχρι γὰρ τοῦ, τὸ μὲν εἶναι τὸ χρώμενον, τὸ δὲ ᾧ χρῆται, χωρίς ἐστιν ἑκάτερον. Χωρίζει γοῦν ὁ τὸ χρώμενον, τὴν ψυχὴν, διδούς. Ἀλλὰ πρὸ τοῦ χωρίσαι διὰ φιλοσοφίας αὐτὸ, πῶς εἶχεν; ἢ ἐμέμικτο· ἀλλὰ εἰ ἐμέμικτο, ἢ κρᾶσίς τις ἦν, ἢ ὡς διαπλακεῖσα, ἢ ὡς εἶδος οὐ κεχωρισμένον, ἢ εἶδος ἐφαπτόμενον, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης, ἢ τὸ μὲν οὕτως αὐτοῦ, τὸ δὲ ἐκείνως. Λέγω δὲ, ἢ τὸ μὲν κεχωρισμένον ὅπερ τὸ χρώμενον· τὸ δὲ μεμιγμένον ὁπωσοῦν καὶ αὐτὸ ὂν ἐν τάξει τοῦ ᾧ χρῆται, ἵνα τοῦτο ἡ φιλοσοφία καὶ αὐτὸ ἐπιστρέφῃ πρὸς τὸ χρώμενον, καὶ τὸ χρώμενον ἀπάγῃ, ὅσον μὴ πᾶσα ἀνάγκη, ἀπὸ τοῦ ᾧ χρῆται, ὡς μὴ ἀεὶ μηδὲ χρῆσθαι.

III. Verumtamen in corpore ponere eam oportet, cum sit anima, sive super hoc, sive in hoc esse dicatur, ex quo simul atque ex ipsa animal totum est appellatum. Utens itaque corpore, ut instrumento, non cogetur corporeas suscipere passiones, sicut neque artifices passiones instrumentorum: sensum autem fortasse necessario. Siquidem instrumento oportet uti animam per sensum passiones illatas extrinsecus cognoscentem: uti namque oculis videre est. Sed et offensiones, quæ circa visionem fiunt, illi accident: igitur et molestiæ atque dolores, et omnino quodcunque accidit circa corpus: quapropter et cupiditates anima videlicet requirente ministerium instrumenti [*corr.* curante proprium instrumentum]. Verum quonam pacto a corpore in ipsam passiones ingredientur? corpus quidem alteri corpori tradere sui aliquid poterit: at corpus animæ quomodo? Hoc enim perinde se haberet, ac si patiente alio aliud pateretur. Quatenus enim hoc quidem est utens, illud vero, quo utitur, est utrumque seorsum. Separat itaque ille, qui utentem tradiderit animam. At vero antequam per philosophiam separet ipsam, quomodo se habebat? An forte miscebatur? Quod si miscebatur, vel permixtio et temperatio quædam erat, vel tanquam diffusa et explicata per corpus, vel tanquam species minime separata, vel tanquam species attingens, ut gubernator, vel partim quidem separatum, quod videlicet est utens, partim vero mistum quomodocunque et ipsum versans [quodcunque ipsum est] in ordine ejus, quo illud utitur, ut philosophia et hoc convertat ad utens, et utens abigat inde, nisi quantum summa cogat necessitas, adeo ut, quoad fieri potest, ita se habeat, ac si non semper utatur.

Anima non miscetur, neque inest corpori, sed adest toti: ideo non suscipit passiones: sed compositum.

Δ'. Θῶμεν τοίνυν μεμῖχθαι· ἀλλ' εἰ μέμικται, τὸ μὲν χεῖρον ἔσται βέλτιον, τὸ σῶμα· τὸ δὲ χεῖρον, ἡ ψυχή· καὶ βέλτιον μὲν τὸ σῶμα ζωῆς μεταλαβόν· χεῖρον δὲ ἡ ψυχὴ, θανάτου καὶ ἀλογίας. Τὸ δὴ ἀφαιρεθὲν ὁπωσοῦν ζωῆς πῶς ἂν προθήκην λάβοι τὸ αἰσθάνεσθαι; τοὐναντίον δ' ἂν τὸ σῶμα ζωὴν λαβὸν, τοῦτο ἂν εἴη τὸ αἰσθήσεως καὶ τῶν ἐξ αἰσθήσεως παθημάτων μεταλαμβάνον· τοῦτο τοίνυν καὶ ὀρέξεται· τοῦτο γὰρ καὶ ἀπολαύσει ὧν ὀρέγεται, καὶ φοβήσεται περὶ αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ καὶ οὐ τεύξεται τῶν ἡδέων, καὶ φθαρήσεται. Ζητητέον δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς μίξεως, μήποτε οὐ δυνατὸς ᾖ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, μεμῖχθαι λευκῷ γραμμὴν, φύσιν ἄλλην ἄλλῃ. Τὸ δὲ διαπλακεῖσα οὐ ποιεῖ ὁμοιοπαθῆ τὰ διαπλακέντα· ἀλλ' ἔστιν ἀπαθὲς εἶναι τὸ διαπλακέν· καὶ ἔστι ψυχὴν διαπεφοιτηκυῖαν μήτι πάσχειν τὰ ἐκείνου πάθη, ὥσπερ καὶ τὸ φῶς, καὶ μάλιστα εἰ οὕτω δι' ὅλου ὡς διαπεπλέχθαι. Οὐ παρὰ τοῦτο οὖν πείσεται τὰ σώματος πάθη, ὅτι διαπλέκεται· ἀλλ' ὡς· εἶδος ἐν ὕλῃ, ἔσται ἐν τῷ σώματι; Ἀλλὰ

IV. Ponamus ergo animam esse mistam. At si mista fuerit, illud quidem, quod deterius est, id est corpus, evadet melius: illud vero, quod melius, scilicet anima, evadet deterius: et corpus fiet melius, vitam participando: anima autem pejor, participando mortem conditionemque irrationalem. Quod autem quoquomodo orbatum est vita, quonam pacto interim pro additamento suscipit sensum? Contra vero ipsum corpus vitam nanciscens sensum ejusque passiones accipiet. Hoc ergo et appetet: hoc enim et his, quæ appetit, potietur, sibique metuet. Hoc etiam interdum non adipiscetur jucunda, atque dissolvetur. Quærendum vero de mistionis modo, ne forte id fieri nequeat: perinde ac si quis dixerit, misceri albedini lineam, naturam diversam valde diversæ. Quod si dicatur anima diffusa et explicans se per corpus, non ex hoc eveniet, ut anima simul cum corpore patiatur: sed potest, quod diffusum est per aliud, impatibile permanere. Atque fieri potest ut anima corpori se insinuans, ejus non suscipiat passiones: sicut et lumen, præsertim si ita sit, per totum quasi se passim porrexerit atque protenderit. Non igitur ex eo accipiet corporis passiones, quod diffunditur atque explicatur in corpus. Sed numquid ita est in cor-

πρῶτον μὲν ὡς χωριστὸν εἶδος ἔσται, εἴπερ οὐσία, καὶ μᾶλλον ἂν εἴη κατὰ τὸ χρώμενον· εἰ δὲ ὡς τῷ πελέκει τὸ σχῆμα τὸ ἐπὶ τῷ σιδήρῳ, καὶ τὸ συναμφότερον ὁ πέλεκυς ποιήσει, ἃ ποιεῖ ὁ σίδηρος ὁ οὕτως ἐσχηματισμένος, κατὰ τὸ σχῆμα μέντοι· μᾶλλον ἂν τῷ σώματι διδοῖμεν ὅσα κοινὰ πάθη, τῷ μέντοι τοιούτῳ, τῷ φυσικῷ ὀργάνῳ δυνάμει ζωὴν ἔχοντι. Καὶ γὰρ ἄτοπόν φησι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν λέγειν, ὥστε καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ λυπεῖσθαι· ἀλλὰ τὸ ζῶον μᾶλλον.

pore, ut forma est in materia? At vero ut forma separata erit, siquidem essentia est, atque potius erit velut utens: sin autem sicut figura est in securi, figura, inquam, in ferro, et utrumque simul conjunctum, d est, securis faciet quæcunque faciet ferrum sic figuratum, per figuram tamen: magis utique corpori communes dabimus passiones, corpori, inquam, tali scilicet naturali, instrumentis prædito, potentia vitam habenti. Etenim absurdum, ait, dicere animam texere, sic et appetere atque dolere: sed animal potius hæc pati vel agere dicendum putat.

Difficile dictu est, quomodo perturbationes ad compositum potius quam ad partem alteram referantur.

Ε'. Ἀλλὰ τὸ ζῶον ἢ τὸ σῶμα δεῖ λέγειν τὸ τοιόνδε, ἢ τὸ κοινόν, ἢ ἕτερόν τι τρίτον ἐξ ἀμφοῖν γεγενημένον· ὅπως δ' ἂν ἔχοι, ἤτοι ἀπαθῆ δεῖ τὴν ψυχὴν φυλάττειν, αὐτὴν αἰτίαν γενομένην ἄλλῳ τοῦ τοιούτου, ἢ συμπάσχειν καὶ αὐτήν· καὶ ἢ ταὐτὸν πάσχουσαν πάθημα πάσχειν, ἢ ὅμοιόν τι, οἷον ἄλλως μὲν τὸ ζῶον ἐπιθυμεῖν, ἄλλως δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐνεργεῖν ἢ πάσχειν. Τὸ μὲν οὖν σῶμα τὸ τοιόνδε ὕστερον ἐπισκεπτέον· τὸ δὲ συναμφότερον οἷον λυπεῖσθαι, πῶς; ἆρα ὅτι τοῦ σώματος οὕτωσὶ διατεθέντος καὶ μέχρις αἰσθήσεως διελθόντος τοῦ πάθους, τῆς αἰσθήσεως εἰς ψυχὴν τελευτώσης; ἀλλ' ἡ αἴσθησις οὔπω δῆλον πῶς. Ἀλλ' ὅταν ἡ λύπη ἀρχὴν ἀπὸ δόξης καὶ κρίσεως λάβῃ τοῦ κακόν τι παρεῖναι, ἢ αὐτῷ, ἢ τινι τῶν οἰκείων· εἶτ' ἐντεῦθεν τροπὴ λυπηρὰ ἐπὶ τὸ σῶμα, καὶ ὅλως ἐπὶ πᾶν τὸ ζῶον γίνηται. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς δόξης οὔπω δῆλον τίνος, τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ συναμφοτέρου· εἶτα ἡ μὲν δόξα ἡ περὶ τοῦ κακοῦ τὸ τῆς λύπης οὐκ ἔχει πάθος· καὶ γὰρ ὀνατὸν τῆς δόξης παρούσης μὴ πάντως ἐπιγίνεσθαι τὸ λυπεῖσθαι, μηδ' αὖ τὸ ὀργίζεσθαι, δόξης τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι γενομένης, μηδ' αὖ ἀγαθοῦ δόξης, κινεῖσθαι τὴν ὄρεξιν. Πῶς οὖν κοινὰ ταῦτα; ἢ ὅτι καὶ ἡ ἐπιθυμία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καὶ ὁ θυμὸς τοῦ θυμικοῦ, καὶ ὅλως τοῦ ὀρεκτικοῦ ἡ ἐπί τι ἔκστασις; Ἀλλ' οὕτως οὐκέτι κοινὰ ἔσται· ἀλλὰ τῆς ψυχῆς μόνης, ἢ καὶ τοῦ σώματος, ὅτι δεῖ αἷμα καὶ χολὴν ζέσαι, καί πως διατεθὲν τὸ σῶμα τὴν ὄρεξιν κινῆσαι, οἷον ἐπὶ ἀφροδισίων. Ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ὄρεξις, μὴ κοινὸν πάθημα, ἀλλὰ ψυχῆς ἔστω, ὥσπερ καὶ ἄλλα, καὶ οὐ πάντα τοῦ κοινοῦ δίδωσί τις λόγος. Ἀλλὰ ὀρεγομένου ἀφροδισίων τοῦ ἀνθρώπου ἔστι μὲν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐπιθυμῶν· ἔσται δὲ ἄλλως καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐπιθυμοῦν. Καὶ πῶς; ἆρα ἄρξει μὲν ὁ ἄνθρωπος τῆς ἐπιθυμίας, ἐπακολουθήσει δὲ τὸ ἐπιθυμητικόν; Ἀλλὰ πῶς ὅλως ἐπεθύμησεν ὁ ἄνθρωπος, μὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ κεκινημένου; Ἀλλὰ ἄρξει τὸ ἐπιθυμητικόν; ἀλλὰ τοῦ σώματος μὴ πρότερον οὑτωσὶ διατεθέντος πόθεν ἄρξεται;

V. Animal autem dicendum est vel corpus tale, vel commune, vel aliud quiddam tertium ex ambobus confectum. Quomodocunque vero se habeat, vel impassibilem oportet animam custodire, cum sit ipsa alteri causa passionis: vel ipsam quoque compatientem: ac si ita, aut eandem passionem, aut quandam similem sustinere: veluti aliter animal quidem appetere, aliter vero concupiscendi naturam operari, vel pati. Corpus quidem tale in sequentibus videtur considerandum. Conjunctum vero quomodo accidit molestia affici? Nunquid corpore quidem sic affecto et usque ad sensum passione progrediente, sensu vero in animam desinente? At nondum manifestum, quomodo fiat sensus. Sed num quando dolor principium accipit ab opinione atque judicio, quasi aliquod malum adsit, vel sibi vel suorum alicui? Deinde hinc permutatio molesta in corpus, et omnino in totum animal sese propagat. Verumtamen nequedum constat cujusnam sit opinio, num animæ, an conjuncti? Item opinio circa malum non habet doloris necessario passionem: fieri enim potest ut præsente opinione mali non accidat dolor, neque ira, præsente opinione contemptus, neque appetitus, ipsa boni opinione præsente. Quonam igitur modo hæc communia sunt? num quoniam concupiscentia est ipsius concupiscendi naturæ: et ira similiter irascendi: et omnino ipsius appetendi virtutis est omnis ad aliquid impetus? Sed neque adhuc ita communia erunt; sed solius animæ, aut corporis potius: quia oporteat sanguinem ac bilem inflammari, et corpus certa ratione affectum concupiscentiam incitare, ut in venereis accidit. Appetitio vero boni non est communis passio, sed animæ sit, sicut et alia, neque omnia esse ipsius communis permittit ratio. Sed quando quis cupit venerea, erit quidem homo appetens, erit et alio modo appetens etiam vis appetendi. Sed quomodo? nunquid homo quidem dabit principium appetendi, comitabitur vero concupiscendi potentia? Verum quonam pacto appeteret homo, non excitata concupiscendi potentia? Nunquid vero exordietur appetendi natura? Verum quomodo incipiet, corpore non prius sic affecto?

In dubium trahitur, utrum verum sit, quod fertur, animam esse, qua animal sentit et agit et patitur: animal vero non animam vel ejus vim hoc ipsum esse, quod sentit agitque vel patitur.

ς'. Ἀλλ' ἴσως βέλτιον εἰπεῖν καθόλου, τῷ παρεῖναι τὰς δυνάμεις τὰ ἔχοντα εἶναι τὰ ἐνεργοῦντα κατ' αὐτάς, αὐτὰς δὲ ἀκινήτους εἶναι, χορηγούσας τὸ δύνασθαι τοῖς ἔχουσιν. Ἀλλ' εἰ τοῦτό ἐστι, πάσχοντος τοῦ

VI. Sed fortasse præstat dicere universaliter, ex eo, quod adsint potentiæ, illa, quæ eas habent, per ipsas agere, ipsas vero immobiles esse, possessoribusque suis vim agendi præbere. At si ita est, patiente animali necesse est

ζώου τὴν αἰτίαν τοῦ ζῆν τῷ συναμφοτέρῳ δοῦσαν ἀνάγκη ἀπαθῆ εἶναι, τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἔχοντος ὄντων. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, καὶ τὸ ζῆν ὅλως οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ συναμφοτέρου ἔσται· ἢ τὸ τοῦ συναμφοτέρου ζῆν, οὐ τῆς ψυχῆς ἔσται· καὶ ἡ δύναμις δὲ ἡ αἰσθητικὴ οὐκ αἰσθήσεται, ἀλλὰ τὸ ἔχον τὴν δύναμιν. Ἀλλ' εἰ ἡ αἴσθησις διὰ σώματος κίνησις οὖσα εἰς ψυχὴν τελευτᾷ, πῶς ἡ ψυχὴ οὐκ αἰσθήσεται; ἢ τῆς ὑνάμεως τῆς αἰσθητικῆς παρούσης τῷ ταύτην παρεῖναι αἰσθήσεται; τί αἰσθήσεται; τὸ συναμφότερον; ἀλλ' εἰ ἡ δύναμις μὴ κινήσεται, πῶς ἔτι τὸ συναμφότερον, μὴ συναριθμουμένης ψυχῆς; μηδὲ τῆς ψυχικῆς ὑνάμεως, ἢ τὸ συναμφότερον.

causam vivendi conjuncto dantem (vivere atque pati) impassibilem esse, cum passiones et actiones sint habentis. Sed si ita, vivere quoque omnino non erit animæ, sed conjuncti: aut vivere conjuncti non erit animæ. Item neque sentiendi potentia, sed id, quod eam possidet, sentiet. Verum si sensus, qui motus est per corpus, ad animam usque pervenit atque desinit, quomodo non sentiet anima? An virtute sensuali præsente ex eo, quod adsit, sentiet? Sed quidnam sentiet? num conjunctum? sed si potentia non movebitur, quomodo jam conjunctum, si neque anima neque vis animæ ad hoc ipsum connumeretur?

Anima rationalis præsidet animali genito: in illa est sensus sine passione atque ratio, in hoc autem sensus cum passione.

Ζ'. Ἔσται τῆς ψυχῆς τῷ παρεῖναι, οὐχ αὐτὴν δοῦσαν τῆς τοιαύτης εἰς τὸ συναμφότερον, ἢ εἰς θάτερον, ἀλλὰ ποιοῦσαν ἐκ τοῦ σώματος τοῦ τοιούτου, καί τινος οἷον φωτὸς τοῦ παρ' αὐτὴν δοθέντος, τὴν τοῦ ζώου φύσιν ἕτερόν τι, οὗ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ζώου πάθη εἴρηται. Ἀλλὰ πῶς ἡμεῖς αἰσθανόμεθα; ἢ ὅτι οὐκ ἀπηλλάγημεν τοῦ τοιούτου ζώου, καὶ εἰ ἄλλα ἡμῖν τιμιώτερα εἰς τὴν ὅλην ἀνθρώπου οὐσίαν, ἐκ πολλῶν οὖσαν, πάρεστι· τὴν δὲ τῆς ψυχῆς τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμιν οὐ τῶν αἰσθητῶν εἶναι δεῖ· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινομένων τῷ ζώῳ τύπων ἀντιληπτικὴν εἶναι μᾶλλον. Νοητὰ γὰρ ἤδη ταῦτα ὡς τὴν αἴσθησιν τὴν ἔξω εἴδωλον εἶναι ταύτης· ἐκείνην δὲ ἀληθεστέραν τῇ οὐσίᾳ οὖσαν εἰδῶν μόνον ἀπαθῶς εἶναι θεωρίαν. Ἀπὸ δὴ τούτων τῶν εἰδῶν, ἀφ' ὧν ψυχὴ ἤδη παραδέχεται μόνη τὴν τοῦ ζώου ἡγεμονίαν, διάνοιαι δὴ καὶ δόξαι καὶ νοήσεις, ἔνθα δὴ ἡμεῖς μάλιστα. Τὰ δὲ πρὸ τούτων ἡμέτερα, ἡμεῖς δὲ τὸ ἐντεῦθεν, ἄνω ἐφεστηκότες τῷ ζώῳ. Κωλύσει δὲ οὐδὲν τὸ σύμπαν ζῶον λέγειν, μικτὸν μὲν τὰ κάτω, τὸ δὲ ἐντεῦθεν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθὴς σχεδόν. Ἐκεῖνα δὲ τὸ λεοντῶδες καὶ τὸ ποικίλον ὅλως θηρίον. Συνδρόμου γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου τῇ λογικῇ ψυχῇ, ὅταν λογιζώμεθα, ἡμεῖς λογιζόμεθα, τῷ τοὺς λογισμοὺς ψυχῆς εἶναι ἐνεργήματα.

VII. Sed ipsum conjunctum esto ipsius animæ, ex eo videlicet, quod illic adest: ipsa anima cum sit talis non tradente seipsam in conjunctum vel in alteram ejus partem, sed conficiente ex corpore tali, atque quodam velut lumine ab ipsa tradito, animalis naturam aliud aliquid exsistentem, cujus quidem sit sentire et ceteræ animalis, quas narravimus, passiones. Sed quomodo nos sentimus? Fortasse quoniam a tali vivente non segregamur, et si alia præstantiora ad totam hominis essentiam ex multis constitutam nobis adsunt: vim autem animæ sensualem, non sensibilia quidem, sed eorum imagines per sensum animali impressas oportet percipere. Intelligibiles enim quodammodo sunt hæ species: quapropter sensus interior hujus sensus simulacrum est: hic vero in essentia verior est: quippe cum imaginum tantum sit absque passione perceptio. Ab his utique speciebus, a quibus anima jam accipit sola viventis imperium, opiniones et cogitationes intelligentiæque proveniunt, ubi maxime nos sumus. Quæ vero ante hæc, nostra sunt: nos autem sumus, quod est deinceps, animali desuper præsidentes. Prohibebit tamen nihil universum hoc animal appellare, sed quod inferius est, dicere mistum: quod reliquum est, homo est verus. Quantum vero inferius est partim leoninum, partim brutum, omnino multiplex nominatur. Concurrente enim homine una cum anima rationali, quando ratiocinamur, nos certe ratiocinamur, propterea quod rationis discursus animæ sunt actiones.

Anima rationalis quomodo intellectui divino conjungatur, et per hunc deo. Item, quomodo conjungatur animali suo, et per hoc corpori. Verum etsi cunctæ animæ ad communem rediguntur mentem, et propriis singulæ modis accipiunt, alios sibi proprios intellectus inde reportant.

Η'. Πρὸς δὲ τὸν νοῦν, πῶς; νοῦν δὲ λέγω, οὐχ ἣν ἡ ψυχὴ ἕξει ἕξιν οὖσαν τῶν παρὰ τοῦ νοῦ, ἀλλ' αὐτὸν τὸν νοῦν· ἢ ἔχομεν καὶ τοῦτον ὑπεράνω ἡμῶν. Ἔχομεν δὲ ἢ κοινὸν, ἢ ἴδιον, ἢ καὶ κοινὸν πάντων καὶ ἴδιον· κοινὸν μὲν, ὅτι ἀμέριστος καὶ εἷς καὶ πανταχοῦ ὁ αὐτός· ἴδιον δὲ, ὅτι ἔχει καὶ ἕκαστος αὐτὸν ὅλον ἐν τῇ ψυχῇ τῇ πρώτῃ. Ἔχομεν οὖν καὶ τὰ εἴδη διχῶς· ἐν μὲν ψυχῇ οἷον ἀνειλιγμένα καὶ οἷον κεχωρισμένα, ἐν δὲ νῷ ὁμοῦ τὰ πάντα. Τὸν δὲ θεὸν, πῶς; ἢ ὡς ἐποχούμενον τῇ νοητῇ φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ τῇ ὄντως, ἡμᾶς δὲ ἐκεῖθεν τρίτους ἐκ τῆς ἀμερίστου, φησὶ, τῆς

VIII. Ad intellectum vero quomodo nos habemus? Intellectum dico non habitum quendam, quem ab intellectu habeat anima, sed intellectum ipsum: fortasse et hunc super nos habemus. Habemus autem aut communem aut proprium; fortasse et communem omnium atque proprium: communem quidem, quoniam impartibilis et unus et ubique idem; proprium vero, quoniam unusquisque ipsum in anima prima totum habet. Habemus igitur et species duplici ratione: in anima quidem velut explicatas atque segregatas, in intellectu vero simul omnes. At deum quomodo habemus? Fortasse tanquam intelligibili naturæ veræque essentiæ incubantem, nos autem inde tertios ex individua (ut Plato inquit) natura superna, et ex natura

ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς, ἣν δὴ δεῖ νοεῖν οὕτω μεριστὴν περὶ τὰ σώματα, ὅτι δίδωσιν ἑαυτὴν τοῖς σώματος μεγέθεσιν, ὁπόσον ἂν ζῶον ᾖ ἕκαστον· ἐπεὶ καὶ τῷ παντὶ ὅλῳ οὖσα μία· ἢ ὅτι φαντάζεται τοῖς σώμασι παρεῖναι, ἀλλάμπουσα εἰς αὐτὰ καὶ ζωὰ ποιοῦσα, οὐκ ἐξ αὐτῆς καὶ σώματος, ἀλλὰ μένουσα μὲν αὐτῇ, εἴδωλα δὲ αὐτῆς διδοῦσα, ὥσπερ πρόσωπον ἐν πολλοῖς κατόπτροις. Πρῶτον δὲ εἴδωλον αἴσθησις, ἡ ἐν τῷ κοινῷ· εἶτα ἀπὸ ταύτης αὖ πᾶν ἄλλο εἶδος λέγεται ψυχῆς, ἕτερον ἀφ' ἑτέρου ἀεί, καὶ τελευτᾷ μέχρι γεννητικοῦ καὶ αὐξήσεως, καὶ ὅλως ποιήσεως ἄλλου, καὶ ἀποτελεστικοῦ ἄλλου, παρ' αὐτὴν τὴν ποιοῦσαν, ἐπεστραμμένης αὐτῆς τῆς ποιούσης πρὸς τὸ ἀποτελούμενον.

circa corpora divisibili: quam oportet intelligere sic divisibilem circa corpora, quoniam dimensionibus corporis seipsam tradit, quatenus unumquodque sit vivens; quando et in toto et universo una exsistit. Quin etiam apparet adesse corporibus illustrans illa viventiaque efficiens, non ex seipsa, inquam, atque corpore, sed manens quidem ipsa, sui vero simulacra exhibens, sicut in pluribus speculis vultus imaginem. Primum vero simulacrum sensus est, qui in ipso communi viget: deinde ab hoc rursus omnis alia species animæ dicitur, alia semper ab alia, desinitque usque ad generandi et augendi naturam, atque usque ad alterius operis effectionem præter ipsam vim facientem, conversa videlicet vi faciente ad opus efficiendum.

Causa peccatorum, in anima est consensio: cujus propria est intelligentia quædam, præcipue cogitatio, quæ non agunt per corporis instrumentum.

Θ'. Ἔσται τοίνυν ἐκείνης ἡμῖν τῆς ψυχῆς ἡ φύσις ἀπηλλαγμένη αἰτίας κακῶν, ὅσα ἄνθρωπος καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει. Περὶ γὰρ τὸ ζῶον ταῦτα τὸ κοινόν, καὶ κοινόν, ὡς εἴρηται. Ἀλλ' εἰ δόξα τῆς ψυχῆς καὶ διάνοια, πῶς ἀναμάρτητος; ψευδὴς γὰρ δόξα, καὶ πολλὰ κατ' αὐτὴν πράττεται τῶν κακῶν, ἢ πράττεται μὲν τὰ κακὰ ἡττωμένων ἡμῶν ὑπὸ τοῦ χείρονος. Πολλὰ γὰρ ἡμεῖς ἢ ἐπιθυμίας, ἢ θυμοῦ, ἢ εἰδώλου κακοῦ· ἡ δὲ τῶν ψευδῶν λεγομένη διάνοια, φαντασία οὖσα, οὐκ ἀνέμεινε τὴν τοῦ διανοητικοῦ κρίσιν· ἀλλ' ἐπράξαμεν τοῖς χείροσι πεισθέντες, ὥσπερ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, πρὶν τῷ διανοητικῷ ἐπικρῖναι, ψευδῆ ὁρᾶν συμβαίνει τῇ κοινῇ αἰσθήσει. Ὁ δὲ νοῦς ἢ ἐφήψατο; ἢ ὥστε ἀναμάρτητος· ἢ οὕτω δὲ λεκτέον, ὡς ἡμεῖς ἢ ἐφηψάμεθα τοῦ ἐν τῷ νῷ νοητοῦ, ἢ οὔ, ἢ τοῦ ἐν ἡμῖν. Δυνατὸν γὰρ καὶ ἔχειν, καὶ μὴ πρόχειρον ἔχειν. Διείλομεν δὲ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια τῷ τὰ μὲν σωματικὰ καὶ οὐκ ἄνευ σώματος εἶναι, ὅσα δὲ οὐ δεῖται σώματος εἰς ἐνέργειαν, ταῦτα ἴδια ψυχῆς εἶναι, καὶ τὴν διάνοιαν ἐπίκρισιν ποιουμένην τῶν ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως τύπων, εἴδη ἤδη θεωρεῖν, καὶ θεωρεῖν, οἷον σὺν αἰσθήσει, τήν γε κυρίως τῆς ψυχῆς τῆς ἀληθοῦς διάνοιαν. Νοήσεων γὰρ ἐνέργεια ἡ διάνοια ἡ ἀληθής, καὶ τῶν ἔξω πολλάκις πρὸς τἄνδον ὁμοιότης καὶ κοινωνία· ἀτρεμήσει οὖν οὐδὲν ἧττον ἡ ψυχὴ πρὸς ἑαυτὴν καὶ ἐν ἑαυτῇ. Αἱ δὲ τροπαὶ καὶ ὁ θόρυβος ἐν ἡμῖν παρὰ τῶν συνηρτημένων καὶ τῶν τοῦ κοινοῦ, ὅ τι δήποτε ἐστὶ τοῦτο, ὡς εἴρηται, παθημάτων.

IX. Erit igitur nobis natura illius animæ extra malorum causam, quotcunque homo facit et patitur. Circa enim ipsum animal commune hæc sunt; commune, inquam, ut est dictum. Verum si opinio cogitatioque ipsius animæ sunt, quonammodo erit extra peccati culpam? Falsa enim opinio sæpe est, multaque per ipsam aguntur mala. Forsitan aguntur a nobis mala, a deteriore nostro videlicet superatis. Multa enim nos cupiditati, vel iræ, vel malo simulacro concedere consuevimus. Ipsa vero quæ falsorum cogitatio dicitur, quæ phantasia est, sæpe deliberantis judicium non exspectat: sed prosequimur pejoribus obsequentes; sicut sensui accidit, priusquam considerandi virtute discernas, falso videre, per communem videlicet sensum. Intellectus vero an attigit? fortasse non: quapropter innocens remanet. Fortasse vero sic dicendum, nos vel attigisse intelligibile ipsum, quod in intellectu est, aut non, vel id quod in nobis. Possibile enim est habere, neque habere præcipuum atque promptum. Distinximus utique communia atque propria, ex eo quod alia quidem corporea sunt, neque sine corpore fiunt, alia vero non indigent corpore ad agendum, ideoque animæ propria judicamus. Et cogitationem, quæ discretionem judiciumque imaginum a sensu provenientium agit, species jam spectare et quodam quasi sensu prospicere, cogitationem, inquam, præcipue ipsius veræ animæ propriam. Intellectionum enim actus est cogitatio vera ac sæpe externorum ad interna similitudo quædam atque communio. Nihilo igitur minus anima in seipsa ad seipsam inconcussa manebit. Permutationes autem perturbationesque in nobis fient ab his quæ subjuncta sunt, et ab his passionibus quæ pertinent ad commune: quodcunque id est, ut dictum est.

Quæ animalis nostri propria sunt, quodammodo etiam ad nos pertinent: et vita animalis non exstinguitur, sed animam sui causam comitatur. Item, virtutes intellectuales sunt in anima, morales in animali.

Ι'. Ἀλλ' εἰ ἡμεῖς ἡ ψυχή, πάσχομεν δὲ ταῦτα ἡμεῖς, ταῦτα ἂν εἴη πάσχουσα ἡ ψυχή· καὶ αὖ ποιήσει ἃ ποιοῦμεν, ἢ καὶ τὸ κοινὸν ἔφαμεν ἡμῶν εἶναι, καὶ μάλιστα οὔπω κεχωρισμένων· ἐπεὶ καὶ ἃ πάσχει τὸ σῶμα ἡμῶν, ἡμᾶς φαμὲν πάσχειν. Διττὸν οὖν τὸ ἡμεῖς, ἢ συναριθμουμένου τοῦ θηρίου, ἢ τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἤδη· θηρίον δὲ ζωωθὲν τὸ σῶμα. Ὁ δὲ ἀληθὴς

X. Verum si nos anima ipsa sumus, hæc vero nos patimur, hæc certe anima patietur, et rursus faciet, quæ nos facimus. Fortasse et commune diximus esse nostrum præsertim antequam separemur: quoniam et, quæ patitur corpus nostrum, nos perpeti dicimus. Duobus ergo modis nos dicimur: vel bruto nobis annumerato, vel quod super hoc exstat. Brutum vero est vivificatum corpus.

ἄνθρωπος, ἄλλος, ὁ καθαρὸς τούτων, τὰς ἀρετὰς ἔχων τὰς ἐν νοήσει, αἳ δὴ ἐν αὐτῇ τῇ χωριζομένῃ ψυχῇ ἵδρυνται, χωριζομένῃ δὲ καὶ χωριστῇ ἔτι ἐνταῦθα οὔσῃ. Ἐπεὶ καὶ ὅταν αὕτη παντάπασιν ἀποστῇ, καὶ ἡ ἀπ' αὐτῆς ἐλλαμφθεῖσα ἀπελήλυθε συνεπομένη. Αἱ δὲ ἀρεταὶ αἱ μὴ φρονήσει, ἔθεσι δὲ ἐπιγινόμεναι καὶ ἀσκήσεσι, τοῦ κοινοῦ. Τούτου γὰρ αἱ κακίαι, ἐπεὶ καὶ φθόνοι καὶ ζῆλοι καὶ ἔλεοι. Φιλίαι δὲ, τίνος; ἢ αἱ μὲν τούτου, αἱ δὲ τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου;

Verus autem homo alius ab his partis, virtutes, quæ sunt in intelligentia, possidens, quæ in ipsa anima separata fundantur : separata, inquam, et separabili etiam quatenus hic est. Siquidem et quando ipsa omnino abest, illa etiam, quæ ab ipsa emicat, abit eam comitans. Virtutes autem, quæ non prudentia, sed consuetudine quadam exercitationeque provenerunt, communis ipsius esse videntur. Hujus enim sunt et vitia, quoniam et invidiæ et æmulationes atque misericordiæ. Amicitiæ autem cujusnam sunt? Fortasse partim ad id commune, partim ad interiorem hominem pertinent.

In pueris regnat animal et imaginatio animæ. Intellectus et ratio altius occupantur. Item, vita brutorum propria ex anima penderet rationali, vel nostra vel alia.

ΙΑ'. Παίδων δὲ ὄντων ἐνεργεῖ μὲν τὰ ἐκ τοῦ συνθέτου, ὀλίγα δὲ ἐλλάμπει ἐκ τῶν ἄνω εἰς αὐτό· ὅταν δὲ ἀρχῇ εἰς ἡμᾶς, ἐνεργεῖ πρὸς τὸ ἄνω· εἰς ἡμᾶς δὲ ἐνεργεῖ, ὅταν μέχρι τοῦ μέσου ἥκῃ. Τί οὖν; οὐχ ἡμεῖς καὶ τὸ πρὸ τούτου; ἀλλ' ἀντίληψιν δεῖ γενέσθαι· οὐ γὰρ ὅσα ἔχομεν, τούτοις χρώμεθα ἀεί· ἀλλ' ὅταν τὸ μέσον τάξωμεν, ἢ πρὸς τὰ ἄνω, ἢ πρὸς τὰ ἐναντία, ἢ ὅσα ἀπὸ δυνάμεως ἢ ἕξεως εἰς ἐνέργειαν ἀγωμεν. Τὰ δὲ θηρία πῶς τὸ ζῷον ἔχει; ἢ εἰ μὲν ψυχαὶ εἶεν ἐν αὐτοῖς ἀνθρώπειοι, ὥσπερ λέγεται, ἁμαρτοῦσαι, οὐ τῶν θηρίων γίνεται τοῦθ' ὅσον χωριστὸν, ἀλλὰ παρὸν οὐ πάρεστιν αὐτοῖς· ἀλλ' ἡ συναίσθησις τὸ τῆς ψυχῆς εἴδωλον μετὰ τοῦ σώματος ἔχει· σῶμα δὴ τοιόνδε, οἷον ποιωθὲν ψυχῆς εἰδώλῳ· εἰ δὲ μὴ ἀνθρώπου ψυχὴ εἰσέδυ, ἐλλάμψει ἀπὸ τῆς ὅλης τὸ τοιοῦτον ζῷον γενόμενον ἐστίν.

XI. Quamdiu autem pueri sumus, operantur quidem, quæ in composito sunt, pauca vero a superioribus ad ipsum usque refulgent : quando autem otiantur quoad nos, ad superiora interim operantur : in nos sane agunt, quando ad medium usque procedunt. Quid ergo? noane id etiam quod ante hoc est, nos sumus? Veruntamen adversionem oportet fieri. Non enim, quæcunque habemus, his assidue utimur. Sed quando medium vel ad superiora vel ad contraria vertimus : vel quodcunque a potentia vel habitu in actum producimus. Bruta vero quomodo animal habent? Fortasse si in ipsis animæ sint humanæ (ut fertur) quæ peccaverunt, non brutorum fit hoc, quantum separabile est, sed præsens illis non adest : sed sensus ipsius communio simulacrum animæ habet una cum corpore; corpus, inquam, tale, veluti quale factum ipsius animæ simulacro. Sin autem anima hominis non est ingressa, illustratione quadam ab ipsa totius anima animal tale producitur.

In essentia animæ neque peccatum est, neque pœna, sed in animali ab ea genito ; id quomodo generetur, exponitur.

ΙΒ'. Ἀλλ' εἰ ἀναμάρτητος ἡ ψυχὴ, πῶς αἱ δίκαι; ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ λόγος ἀσυμφωνεῖ παντὶ λόγῳ, ὃς φησὶν αὐτὴν καὶ ἁμαρτάνειν καὶ κατορθοῦν, καὶ διδόναι δίκας καὶ ἐν ᾅδου, καὶ μετενσωματοῦσθαι. Προσθετέον μὲν οὖν ὅτῳ τις βούλεται λόγῳ· τάχα δ' ἄν τις ἐξεύροι καὶ ὅπῃ μὴ μαχοῦνται. Ὁ μὲν γὰρ τὸ ἀναμάρτητον διδοὺς τῇ ψυχῇ λόγος ἓν ἁπλοῦν πάντῃ ἐτίθετο, τὸ αὐτὸ ψυχὴν καὶ τὸ ψυχὴν εἶναι λέγων. Ὁ δ' ἁμαρτεῖν διδοὺς συμπλέκει μὲν καὶ προστίθησιν αὐτῇ καὶ ἄλλο ψυχῆς εἶδος, τὸ τὰ δεινὰ ἔχον πάθη· σύνθετον οὖν καὶ τὸ ἐκ πάντων ἡ ψυχὴ αὐτὴ γίνεται, καὶ πάσχει δὴ κατὰ τὸ ὅλον, καὶ ἁμαρτάνει τὸ σύνθετον· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ διδὸν δίκην αὐτῷ, οὐκ ἐκεῖνο. Ὅθεν φησί· τεθεάμεθα γὰρ αὐτὴν, ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες. Δεῖ δὲ περικρούσαντας τὰ προστεθέντα, εἴπερ τις ἐθέλει (φησὶ) τὴν φύσιν αὐτῆς ἰδεῖν, εἰς τὴν φιλοσοφίαν αὐτῆς ἰδεῖν, ὧν ἐφάπτεται, καὶ τίσι συγγενὴς οὖσα ἐστὶν ὅ ἐστιν. Ἄλλη οὖν ζωὴ καὶ ἄλλαι ἐνέργειαι, καὶ τὸ κολαζόμενον ἕτερον· ἡ δὲ ἀναχώρησις καὶ ὁ χωρισμὸς οὐ μόνον τοῦδε τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ ἅπαντος τοῦ προστεθέντος. Καὶ γὰρ ἐν τῇ γενέσει ἡ προσθήκη, ἢ ὅλως ἡ γένεσις τοῦ ἄλλου ψυχῆς εἴδους. Τὸ δὲ πῶς ἡ γένεσις εἴρηται· ὅτι καταβαινούσης, ἄλλου τοῦ ἀπ' αὐτῆς γινομένου, τοῦ καταβαίνοντος ἐν τῇ νεύσει. Ἆρ' οὖν ἀφίησι τὸ

XII. Sed si anima non est peccatrix, quomodo judicia atque pœnæ? At hic sermo ab omni sermone dissentit dicente, ipsam peccare et purgari [*corr.* recte agere], pœnasque apud inferos pendere, atque per corpora transmigrare. Adhærendum ergo utri libet sermoni. Fortasse vero quispiam reperiat, quomodo invicem non repugnent. Qui enim tradit animam non peccare, unum quiddam simplex omnino ponit, idem accipiens animam, atque animam esse. Qui vero eam peccare dicit, conjungit ipsi et conflat alteram insuper animæ speciem passiones graves habentem. Compositum igitur quiddam ex omnibus anima ipsa fit, et patitur utique secundum totum, peccatque compositum : atque id est, quod pœnas dat ipsi, non illud. Hinc ait Plato : Videmus enim eam, quemadmodum qui marinum aspiciunt Glaucum. Oportet autem, si quis velit naturam ejus inspicere, adjunctam secernere, atque philosophiam ejus considerare, quæ attingat, et quibus cognata existens id, quod ipsa est, existat. Alia ergo vita, et actiones aliæ, et quod punitur aliud. Secretio vero et separatio non solum ab hoc corpore, sed ab omni adjuncto esse debet. Etenim in generatione fit adjunctio, vel omnino generatio alterius animæ speciei esse videtur. Quod vero quæritur, quonam modo generatio fiat? responsum fuerit, quod videlicet anima descendente, atque tunc alio quodam ab anima facto, atque deveniente in ipsa animæ ad corpus inclinatione quasi quodam nutu. Nunquid ergo dimittit simulacrum? Item

εἴδωλον; καὶ ἡ νεῦσις δὲ πῶς οὐχ ἁμαρτία; ἀλλ' εἰ ἡ νεῦσις ἔλλαμψις πρὸς τὸ κάτω, οὐχ ἁμαρτία, ὥσπερ οὐδ' ἡ σκιά· ἀλλ' αἴτιον τὸ ἐλλαμπόμενον· εἰ γὰρ μὴ εἴη, οὐκ ἔχει ὅπη ἐλλάμψει. Καταβαίνειν οὖν καὶ νεύειν λέγεται τῷ συνεζηχέναι αὐτῇ τὸ ἐλλαμφθὲν παρ' αὐτῆς. Ἀφίησιν οὖν τὸ εἴδωλον, εἰ μὴ ἐγγὺς τὸ ὑποδεξάμενον. Ἀφίησι δὲ οὐ τῷ ἀποσχισθῆναι, ἀλλὰ τῷ μηκέτι εἶναι· οὐκέτι δέ ἐστιν, ἐὰν ἐκεῖ βλέπῃ ὅλη. Χωρίζειν δὲ ἔοικεν ὁ ποιητὴς τοῦτο ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους τὸ εἴδωλον αὐτοῦ διδοὺς ἐν ᾅδου, αὐτὸν δὲ ἐν θεοῖς εἶναι· ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν λόγων κατεχόμενος, καὶ ὅτι ἐν θεοῖς, καὶ ὅτι ἐν ᾅδου· ἐμέρισε δ' οὖν. Τάχα δ' ἂν οὕτω πιθανὸς ὁ λόγος εἴη· ὅτι δὴ πρακτικὴν ἀρετὴν ἔχων Ἡρακλῆς, καὶ ἀξιωθεὶς διὰ καλοκάγαθίαν θεὸς εἶναι, ὅτι πρακτικὸς, ἀλλ' οὐ θεωρητικὸς ἦν, ἵνα ἀν ὅλος ᾖ ἐκεῖ· ἄνω τέ ἐστι, καὶ ἔτι ἐστί τι αὐτοῦ καὶ κάτω.

ipsa inclinatio sive nutus quo pacto non est peccatum? Sed si annuere est illustrare id quod est inferius, certe non est peccatum, sicut neque umbra. Causa vero ejus id est, quod illustratur. Nisi enim hoc esset, quo modo illustraret anima, non haberet. Descendere igitur et inclinari sive annuere dicitur ex eo quod illuminatum ab ea ipsi connectitur. Dimittit ergo simulacrum, nisi sit proximum, quod suscipiat. Dimittit vero non ex eo quod discindatur, sed ex eo quod hic non sit amplius. Non amplius autem est hic, si illuc sursum tota respiciat. Separare vero videtur poeta hoc in Hercule, demittens simulacrum ejus ad inferos, ipsum vero inter deos annumerans. Utrumque ergo verbis observat, et quod inter deos, et quod apud inferos diversetur. Divisit igitur. Fortasse vero sic sermo probabilis erit: quoniam virtutem activam habens Hercules, atque existimatus propter probitatem esse deus: quippe cum activus esset, non autem contemplativus: alioquin totus apud superos esset nimirum, et apud superos quidem est, et aliquid ejus interim est apud inferos.

Non compositum, sed anima ipsa ratiocinatur atque intelligit, cum per intellectum proprium, tum etiam per communem.

ΙΙΙ. Τὸ δὲ ἐπισκεψάμενον περὶ τούτων, ἡμεῖς, ἢ ἡ ψυχή; ἢ ἡμεῖς, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ; τὸ δὲ τῇ ψυχῇ, πῶς; ἆρα τῷ ἔχειν ἐπεσκέψατο, ἢ ἡ ψυχή; οὔκουν κινήσεται, ἢ κίνησιν τὴν τοιαύτην δοτέον αὐτῇ, ἢ μὴ σωμάτων, ἀλλ' ἔστιν αὐτῆς ζωή. Καὶ ἡ νόησις δὲ ἡμῖν οὕτως, ὅτι καὶ νοερὰ ἡ ψυχὴ, καὶ ζωὴ κρείττων ἡ νόησις, καὶ ὅταν ψυχὴ νοῇ, καὶ ὅταν νοῦς ἐνεργῇ εἰς ἡμᾶς· μέρος γὰρ καὶ οὗτος ἡμῶν, καὶ πρὸς τοῦτον ἀνήμεν.

XIII. Quod vero de his considerat, nosne sumus, an anima? Fortasse nos, sed per animam. Per animam vero quo pacto? Nunquid aliquis eam habendo consideravit; an anima ipsa potius? Non ergo movebitur: vel motum concedere oportet talem, qualis non est corporum, sed est ipsius vita. Præterea intelligentia sic est nostra, quoniam intellectualis est anima: atque hæc ipsa intelligentia vita melior exstat: cum quando anima intelligit; tum quando intellectus in nos agit. Pars enim et hic est nostri, ad ipsumque ascendimus.

ΕΝΝΕΑΛΟΣ Α

ΔΟΓΟΣ Β.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ.

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER II.

DE VIRTUTIBUS.

[11, 12.] (22—24.)

Anima per virtutem quasi per imaginem fit similis deo exemplari virtutum.

Α'. Ἐπειδὴ τὰ κακὰ ἐνταῦθα καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης, βούλεται δὲ ἡ ψυχὴ φεύγειν τὰ κακά, φευκτέον ἐντεῦθεν. Τίς οὖν ἡ φυγή; θεῷ φησιν ὁμοιωθῆναι· τοῦτο δὲ, εἰ δίκαιοι καὶ ὅσιοι μετὰ φρονήσεως γενοίμεθα καὶ ὅλως ἐν ἀρετῇ. Εἰ οὖν ἀρετῇ ὁμοιούμεθα, ἆρα ἀρετὴν ἔχοντι; καὶ δὴ καὶ τίνι; θεῷ. Ἆρ' οὖν τῷ μᾶλλον δοκοῦντι ταῦτα ἔχειν; καὶ δὴ τῇ τοῦ κόσμου ψυχῇ, καὶ τῷ ἐν ταύτῃ ἡγουμένῳ, ᾧ φρόνησις θαυμαστὴ ὑπάρχει· καὶ γὰρ εὔλογον ἐνταῦθα ὄντας τούτῳ ὁμοιοῦσθαι. Ἦ πρῶτον μὲν ἀμφισβητήσιμον, εἰ καὶ τούτῳ ὑπάρχουσι πᾶσαι, οἷον σώφρονι ἀνδρείῳ εἶναι, ᾧ μήτε τι δεινόν ἐστιν· οὐδὲν γὰρ ἔξωθεν μήτε προσιὸν ἡδὺ, οὗ καὶ ἐπιθυμία ἂν γένοιτο, μὴ παρόντος, ἵν' ἔχῃ ἢ ἕλῃ· εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐν ὀρέξει ἐστὶ τῶν νοητῶν, ὧν καὶ αἱ ἡμέτεραι, δῆλον ὅτι καὶ ἡμῖν ἐκεῖθεν ὁ κόσμος καὶ αἱ ἀρεταί. Ἆρ' οὖν ἐκεῖνο ταύτας ἔχει; ἢ οὐκ εὔλογον τάς γε πολιτικὰς λεγομένας ἀρετὰς ἔχειν; φρόνησιν μὲν περὶ τὸ λογιζόμενον, ἀνδρίαν δὲ περὶ τὸ θυμούμενον, σωφροσύνην δὲ ἐν ὁμολογίᾳ τινὶ καὶ συμφωνίᾳ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς λογισμὸν, δικαιοσύνην δὲ, τὴν ἑκάστου τούτων ὁμοῦ οἰκειοπραγίαν ἀρχῆς πέρι καὶ τοῦ ἄρχεσθαι. Ἆρ' οὖν οὐ κατὰ τὰς πολιτικὰς ὁμοιούμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὰς μείζους τῷ αὐτῷ ὀνόματι χρωμένας; ἀλλ' εἰ κατ' ἄλλας, κατὰ τὰς πολιτικὰς ὅλως οὔ; ἢ ἄλογον μηδ' ὁπωσοῦν ὁμοιοῦσθαι, κατὰ ταύτας; τούτους γοῦν καὶ θείους ἡ φήμη λέγει. Καὶ λεκτέον ἀμηγέπη ὁμοιοῦσθαι, κατὰ δὲ τὰς μείζους τὴν ὁμοίωσιν εἶναι· ἀλλ' ἑκατέρους γε συμβαίνει ἀρετὰς ἔχειν, κἂν εἰ μὴ τοιαύτας. Εἰ οὖν τις συγχωρεῖ κἂν εἰ μὴ τοιαύτας ὁμοιοῦσθαι δύνασθαι, ἄλλως ἡμῶν ἐχόντων πρὸς ἄλλας, οὐδὲν κωλύει, καὶ μὴ πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρετὰς ὁμοιουμένων ἡμᾶς ταῖς αὐτῶν ἀρεταῖς ὁμοιοῦσθαι τῷ μὴ ἀρετὴν κεκτημένῳ. Καὶ πῶς; ὧδε· εἴ τι θερμότητος παρουσίᾳ θερμαίνεται, ἀνάγκη καὶ ὅθεν ἡ θερμότης ἐλήλυθε, θερμαίνεσθαι· καὶ εἴ τι πυρὸς παρουσίᾳ θερμόν ἐστιν, ἀνάγκη καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ πυρὸς παρουσίᾳ θερμαίνεσθαι. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ πρότερον, εἴποι ἄν τις, καὶ ἐν τῷ πυρὶ εἶναι θερμότητα, ἀλλὰ σύμφυτον, ὥστε τὸν λόγον ποιεῖν τῇ ἀναλογίᾳ ἑπόμενον, ἐπακτὸν μὲν τῇ ψυχῇ τὴν ἀρετὴν, ἐκείνῳ δὲ, ὅθεν μιμησαμένη ἔχει, σύμφυτον. Πρὸς δὲ τὸν ἐκ τοῦ πυρὸς λόγον, τὸ ἐκεῖνον ἀρετὴν εἶναι, ἀρετῆς δὲ ἀξιοῦμεν εἶναι μείζονα. Ἀλλ' εἰ μὲν οὗ μεταλαμβάνει ψυχὴ, τὸ αὐτὸ ἦν τῷ ἀφ' οὗ, οὕτως ἔδει λέγειν· νῦν δὲ ἕτερον, μὲν ἐκεῖνο, ἕτερον δὲ

I. Cum mala hic sint, et circa hunc locum necessario revolvantur, velit autem anima fugere mala, hinc est procul dubio fugiendum. Quænam igitur fuga? Deo, inquit Plato, similem fieri. Hoc autem fiet, si justi et sancti cum prudentia efficimur, et omnino cum virtute vivamus. Si itaque virtute assimilamur, num ergo virtuti habenti? At cuinam? Deo. Sed nunquid illi deo, qui magis videatur hæc habere? Nempe animæ mundi et intimo ipsius duci, cui mirabilis inest prudentia. Sane probabile est, nos hic viventes huic similes fieri. Fortasse vero primo ambiguum est, num huic omnes adsint, veluti temperatum atque fortem esse, cui nihil terribile est. Nihil enim ab externis accidit, neque accedit jucundum quicquam, cujus cupiditas lacessat absente illo ad hoc, ut habeat vel apprehendat. Si autem et ipse intelligibilia sic appetit, ut et animæ nostræ: patet, nobis quoque inde decus virtutesque contingere. Nunquid et ipse has habet? Forte non probabile est, virtutes civiles habere, videlicet prudentiam circa vim consultandi; et fortitudinem circa iracundiæ impetum; temperantiam vero in consensione quadam et concordia naturæ concupiscentis ad rationem; justitiam præterea propriam uniuscujusque horum actionem, in eo quod est ducere atque duci, consentientem. An forte non secundum civiles assimilamur, sed secundum majores eodem nomine præditas? Verum si secundum alias, num secundum civiles nullo modo? An forte a ratione alienum est, nullo modo per has assimilari? Hos enim divinos quoque fama prædicat: et quodammodo assimilari dicendum: secundum vero majores similitudinem fieri. Sed utroque modo contingere videtur, deum virtutes habere, etsi non tales. Si quis ergo concedat quamvis non tales, tamen assimilari posse, aliter nobis ad alias nos habentibus, nihil prohibet nos virtutibus nostris assimilari non habenti virtutem, similitudine videlicet ad (civiles) virtutes minime pertinente. At quomodo? Ita. Si quid caloris præsentia calefit, an necesse est illud quoque, unde venit calor, calefieri? Et si quid ignis præsentia calidum est, nunquid necesse est, et ignem ipsum ignis præsentia incalescere? Sed ad primum quidem dicet aliquis, et in igne esse calorem, sed innatum, ita ut ratio inde ducatur analogiam sequens videlicet, virtutem esse animæ adventitiam, illi vero, unde per imitationem habet, esse innatam. Ad rationem vero, quæ ab igne ducebatur, respondebit aliquis, illi adesse virtutem, virtutem, inquam, virtute majorem. Sed si illud, cujus fit particeps anima, esset idem illi a quo habet, sic oportebat dicere: nunc autem alterum quidem illud, hoc ver-

τοῦτο· οὐδὲ γὰρ οἰκία ἡ αἰσθητὴ τὸ αὐτὸ τῇ νοητῇ, καίτοι ὁμοιοῦται· καὶ τάξεως δὲ καὶ κόσμου μεταλαμβάνει ἡ οἰκία ἡ αἰσθητή· κἀκεῖ ἐν τῷ λόγῳ οὐκ ἔστι τάξις, οὐδὲ κόσμος, οὐδὲ συμμετρία. Οὕτως οὖν κόσμου καὶ τάξεως καὶ ὁμολογίας μεταλαβόντες ἐκεῖθεν, καὶ τούτων ὄντων τῆς ἀρετῆς ἐνθάδε, οὐ δεομένων δὲ τῶν ἐκεῖ ὁμολογίας, οὐδὲ κόσμου, οὐδὲ τάξεως, οὐδ' ἂν ἀρετῆς εἴη χρεία, καὶ ὁμοιούμεθα δὲ οὐδὲν ἧττον τοῖς ἐκεῖ δι' ἀρετῆς παρουσίαν. Πρὸς μὲν οὖν τὸ μὴ ἀναγκαῖον κἀκεῖ ἀρετὴν εἶναι, ἐπείπερ ἡμεῖς ἀρετῇ ὁμοιούμεθα, ταυτί. Δεῖ δὲ πειθὼ ἐπάγειν τῷ λόγῳ, μὴ μένοντας ἐπὶ τῆς βίας.

est alterum. Neque enim sensibilis domus eadem est intelligibili, quamvis similis : etenim ordinem ornatumque domus sensibilis accipit : in ipsa vero ratione non est ordo, neque ornatus, neque commensuratio. Sic igitur cum ornatum et ordinem et consensionem participemus inde, atque hæc apud nos ad virtutem attineant, quæ vero illic sunt, consensione, ornatu, ordine non indigeant, nimirum illic non erit virtute opus, sed nihilominus similes illis per virtutis præsentiam evademus. Hæc utique sic dicta sint ad id potissimum ostendendum, quod non necessarium sit, ibi quoque esse virtutem, ex eo quod virtute nos illis assimilemur. Oportet autem non cogere tantum (oratione), verum etiam suadere.

Anima per virtutes civiles quasi mensuras formasque ejus propius ad divinam similitudinem accedit, quam materia naturales formas accipiendo.

Β'. Πρῶτον τοίνυν τὰς ἀρετὰς ληπτέον, καθ' ἃς φαμὲν ὁμοιοῦσθαι, ἵν' ἂν τὸ αὐτὸ εὕρωμεν, ὃ παρ' ἡμῖν μὲν μίμημα ὂν ἀρετή ἐστιν, ἐκεῖ δέ, οἷον ἀρχέτυπον ὄν, οὐκ ἀρετή· ἐπισημηνάμενοι, ὡς ἡ ὁμοίωσις ἑκατέρᾳ, καὶ ἡ μέν τις ταὐτὸν ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀπαιτεῖ, ὅσα ἐκείνης ὁμοιοῦται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Ἐν οἷς δὲ τὸ μὲν ὁμοιοῦται πρὸς ἕτερον, τὸ δὲ ἑτερόν ἐστι πρῶτον, οὐκ ἀντιστρέφον πρὸς ἐκεῖνο, οὐδὲ ὅμοιον αὐτῷ λεγόμενον. Ἐνταῦθα τὴν ὁμοίωσιν ἄλλον τρόπον ληπτέον· οὐ ταὐτὸν εἶδος ἀπαιτοῦντας, ἀλλὰ μᾶλλον ἕτερον, εἴπερ κατὰ τὸν ἕτερον τρόπον ὡμοίωται. Τί ποτε οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, ἥ τε σύμπασα καὶ ἑκάστη; σαφέστερος δὲ ὁ λόγος ἔσται ἐφ' ἑκάστης· οὕτω γὰρ καὶ ὅ τι κοινὸν, καθὸ ἀρεταὶ πᾶσαι, δῆλον ῥᾳδίως ἔσται. Αἱ μὲν τοίνυν πολιτικαὶ ἀρεταὶ, ἃς ἄνω που εἴπομεν, κατακοσμοῦσι μὲν ὄντως, καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν, ὁρίζουσαι καὶ μετροῦσαι τὰς ἐπιθυμίας, καὶ ὅλως τὰ πάθη μετροῦσαι, καὶ ψευδεῖς δόξας ἀφαιροῦσαι, τῷ ὅλως ἀμείνονι καὶ τῷ ὡρίσθαι, καὶ τῶν ἀμέτρων καὶ ἀορίστων ἔξω εἶναι, καὶ τὸ μεμετρημένον καὶ αὐταὶ ὁρισθεῖσαι· ἢ μέτρα γε ἐν ὕλῃ τῇ ψυχῇ ὁμοίωνται τῷ ἐκεῖ μέτρῳ, καὶ ἔχουσιν ἴχνος τοῦ ἐκεῖ ἀρίστου. Τὸ μὲν γὰρ πάντῃ ἄμετρον, ὕλη ὄν, πάντῃ ἀνωμοίωται. Καθόσον δὲ μεταλαμβάνει εἴδους, κατὰ τοσοῦτον ὁμοιοῦται ἀνειδέῳ ἐκείνῳ ὄντι. Μᾶλλον δὲ τὰ ἐγγὺς μεταλαμβάνει. Ψυχὴ δὲ ἐγγυτέρω σώματος καὶ συγγενέστερον, ταύτῃ καὶ πλέον μεταλαμβάνει, ὥστε καὶ ἐξαπατᾶν, θεὸς φαντασθεῖσα, μὴ τὸ πᾶν θεοῦ τοῦτο ᾖ. Οὕτω μὲν οὖν οὗτοι ὁμοιοῦνται.

II. Primo igitur accipiendæ sunt virtutes, per quas fieri similitudinem dicimus, ut idem ipsum inveniamus : quod apud nos quidem imitatio exsistens virtus est, ibi vero velut exemplar exstat, neque est virtus, significantes geminam esse similitudinem. Quarum una quidem naturam eandem in rebus similibus exigit, quotcunque æqua mutuave ratione ab eodem similes fiunt. In quibus autem hoc quidem assimilatur ad alterum ; alterum vero est primum, neque ad ipsum convertitur, neque simile ad ipsum dicitur. Hic similitudinem alio modo oportet accipere, non eandem speciem, sed alteram potius requirentes : siquidem secundum alteram rationem fit similitudo. Quidnam igitur est virtus et universa simul et quælibet? Manifestior vero sermo erit in qualibet. Sic enim et ipsum commune, secundum quod virtutes sunt omnes, facilius apparebit. Civiles sane virtutes, quas modo dicebamus, exornant quidem vere, ac nos meliores efficiunt, cupiditates et omnino perturbationes ceteras moderantes, opinionesque falsas meliori modo auferentes, propterea quod definiunt, atque extra immoderata et indefinita animum collocant, modumque ipsæ suscipiunt. Fortasse vero mensuræ in anima quasi materia, mensuræ, quæ illic est, similes fiunt, vestigiumque optimi, quod illic est, observant. Quod enim omnino immoderatum est, cum sit ipsa materia, est omnino dissimile. Quatenus vero accipit (*corr.* participat) speciem, eatenus illi speciem non habenti fit simile. Magis autem, quæ sunt propinqua, participant. Anima vero propinquior cognatiorque est, quam corpus, ideoque magis particeps illius evadit : adeo ut fallat deus apparens, suspicionemque inducens, ne totum dei hoc sit. Sic igitur hi similes fiunt.

Definitiones virtutis purgatoriæ, animique jam purgati communes, et comparationes quædam intelligentiæ nostræ ad divinam longe superiorem.

Γ'. Ἀλλ' ἐπεὶ τὴν ὁμοίωσιν ἄλλην ὑποφαίνει, ὡς τῆς μείζονος ἀρετῆς οὖσαν, περὶ ἐκείνης λεκτέον. Ἐν ᾧ καὶ σαφέστερον ἔσται μᾶλλον καὶ τῆς πολιτικῆς ἡ οὐσία, καὶ ἥτις ἡ μείζων κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ ὅλως ὅτι ἐστὶ παρὰ τὴν πολιτικὴν ἑτέρα. Λέγων δὴ ὁ Πλάτων τὴν ὁμοίωσιν τὴν πρὸς τὸν θεὸν φυγὴν τῶν ἐντεῦθεν εἶναι, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ἐν πολιτείᾳ, οὐ τὸ ἁπλῶς ὀνόμους, ἀλλὰ πρωτιθεὶς πολιτικάς γε, καὶ ἀλλαχοῦ

III. At quoniam similitudinem aliam esse significat, quæ ad majorem virtutem attineat, de illa dicendum. Qua in re manifestius erit, et quæ sit civilis virtutis essentia, et quæcunque sit per essentiam excellentior, atque omnino aliam, præter civilem, esse constabit. Plato itaque, cum dicat similitudinem ad deum esse quandam ab inferioribus fugam : præterea virtutibus, quæ conveniunt civibus, non simpliciter virtutum, sed virtutum civilium nomen

καθάρσεις λέγων ἁπάσας, δῆλός τέ ἐστι διττὰς τιθεὶς, καὶ τὴν ὁμοίωσιν οὐ κατὰ τὴν πολιτικὴν τιθείς. Πῶς οὖν λέγομεν ταύτας καθάρσεις, καὶ πῶς καθαρθέντες μάλιστα ὁμοιούμεθα; ἡ ἐπειδὴ κακὴ μέν ἐστιν ἡ ψυχὴ συμπεφυρμένη τῷ σώματι, καὶ ὁμοπαθὴς γινομένη αὐτῷ, καὶ πάντα συνδοξάζουσα, εἴη ἂν ἀγαθὴ καὶ ἀρετὴν ἔχουσα, εἰ μήτε συνδοξάζοι, ἀλλὰ μόνη ἐνεργοῖ (ὅπερ ἐστὶ νοεῖν τε καὶ φρονεῖν), μήτε ὁμοιοπαθὴς εἴη (ὅπερ ἐστὶ σωφρονεῖν), μήτε φοβοῖτο ἀφισταμένη τοῦ σώματος (ὅπερ ἐστὶν ἀνδρίζεσθαι)· ἡγοῖτο δὲ λόγος καὶ νοῦς, τὰ δὲ μὴ ἀντιτείνοι, δικαιοσύνη δ' ἂν εἴη τοῦτο. Τὴν δὴ τοιαύτην διάθεσιν τῆς ψυχῆς καθ' ἣν νοεῖ τε καὶ ἀπαθὴς οὕτως ἐστὶν, εἴ τις ὁμοίωσιν λέγοι πρὸς θεὸν, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι· καθαρὸν γὰρ καὶ τὸ θεῖον, καὶ ἡ ἐνέργεια τοιαύτη, ὡς τὸ μιμούμενον ἔχειν φρόνησιν. Τί οὖν; οὐ κἀκεῖνο οὕτω διάκειται; ἢ οὐδὲ διάκειται, ψυχῆς δὲ ἡ διάθεσις· νοεῖται ἡ ψυχὴ ἄλλως. Τῶν δὲ ἐκεῖ τὸ μὲν ἑτέρως, τὸ δὲ οὐδὲ ὅλως. Πάλιν οὖν τὸ νοεῖν ὁμώνυμον; οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρώτως, τὸ δὲ παρ' ἐκείνου ἑτέρως. Ὡς γὰρ ὁ ἐν φωνῇ λόγος μίμημα τοῦ ἐν ψυχῇ, οὕτω καὶ ὁ ἐν ψυχῇ μίμημα τοῦ ἐν ἑτέρῳ. Ὡς οὖν μεμερισμένος ὁ ἐν προφορᾷ πρὸς τὸν ἐν ψυχῇ, οὕτω καὶ ὁ ἐν ψυχῇ ἑρμηνεὺς ὢν ἐκείνου, πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ· ἡ δὲ ἀρετὴ ψυχῆς· νοῦ δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ τοῦ ἐπέκεινα.

attribuat; et alibi omnes virtutes purificationes appellet: plane videtur duplices ponere, ipsamque ad deum similitudinem non per civilem consummari virtutem. Quomodo igitur purificationes has appellamus? Item quomodo purificati prorsus assimilamur? Fortasse quoniam mala quidem est anima, si commista sit corpori, simulque cum ipso patiatur, et per omnia cum illo opinione consentiat: erit vicissim bona, virtuteque prædita, si neque ita consenserit, sed sola egerit, quod quidem intelligere est atque sapere: neque compatiens fuerit, quod est temperatum esse: neque secessum a corpore metuat, quod est esse fortem. Ducat autem ratio atque mens, cetera vero animæ reluctentur, quod quidem erit esse justum. Hunc sane animi statum in quo intelligit, et ita procul a perturbatione vivit, si similitudinem ad deum dixerit, non aberrabit. Purum enim est divinum: et actio talis, ut, quod ipsum imitatur, sapientiam habeat. Quid ergo? nonne et ipsum sic afficitur? Fortasse vero nec afficitur quidem. Ad animam vero affectio sive dispositio pertinet: atque anima aliter, quam deus, intelligit. Eorum vero, quæ ibi esse dicuntur, partim aliter quam hic sunt, partim nullo modo sunt ibi. Rursus igitur intelligere æquivocum est? nullo modo, sed illud quidem est primo: hoc autem ab illo procedens se aliter habet. Ut enim sermo qui est in voce, imitatio est ejus qui est in anima; ita, qui in anima, ejus, qui in superiori manet. Sicut ergo sermo in prolatione ad sermonem animæ comparatus divisus est; sic, qui in anima ad superiorem divisus, est ipsius interpres: virtus autem animæ est, mentis vero nequaquam: neque ejus, quod est mente superius.

Puritas quærenda est, ut purgatus animus convertatur ad proprium intellectum, et ab hoc ad divinum: ut inde virtutibus exemplaribus reformetur.

Δ'. Ζητητέον δέ, εἰ ἡ κάθαρσις ταὐτὸν τῇ τοιαύτῃ ἀρετῇ; ἢ προηγεῖται μὲν ἡ κάθαρσις, ἕπεται δὲ ἡ ἀρετή, καὶ πότερον ἐν τῷ καθαίρεσθαι ἡ ἀρετὴ, ἢ ἐν τῷ κεκαθάρθαι; ἀτελεστέρα τῆς ἐν τῷ κεκαθάρθαι, οἷον τέλος ἤδη. Ἀλλὰ τὸ κεκαθάρθαι ἀφαίρεσις ἀλλοτρίου παντός. Τὸ δὲ ἀγαθὸν ἕτερον αὐτοῦ· ἢ εἰ πρὸ τῆς ἀκαθαρσίας ἀγαθὸν ἦν, ἡ κάθαρσις ἀρκεῖ. Ἀλλ' ἀρκέσει μὲν ἡ κάθαρσις, τὸ δὲ καταλειπόμενον ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, οὐχ ἡ κάθαρσις. Καὶ τί τὸ καταλειπόμενον ἐστὶ, ζητητέον. Ἴσως γὰρ οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν ἦν ἡ φύσις ἡ καταλειπομένη· οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο ἐν κακῷ. Ἆρ' οὖν ἀγαθοειδῆ λεκτέον; ἢ οὐχ ἱκανὴν πρὸς τὸ μένειν ἐν τῷ ὄντως ἀγαθῷ; πέφυκε γὰρ ἐπ' ἀμφω. Τὸ οὖν ἀγαθὸν αὐτῆς τὸ συνεῖναι τῷ συγγενεῖ· τὸ κακὸν δὲ τὸ τοῖς ἐναντίοις. Δεῖ οὖν καθηραμένην συνεῖναι· συνέσται δὲ ἐπιστραφεῖσα. Ἆρ' οὖν μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐπιστρέφεται; ἢ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐπέστραπται; τοῦτο οὖν ἡ ἀρετὴ αὐτῆς, ἢ τὸ γινόμενον αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς; Τί οὖν τοῦτο, θέα καὶ τύπος τοῦ ὀφθέντος ἐντεθεὶς καὶ ἐνεργῶν, ὡς ἡ ὄψις περὶ τὸ ὁρώμενον. Οὐκ ἄρα εἶχεν αὐτὰ οὐδ' ἀναμιμνήσκεται· ἢ εἶχεν οὐκ ἐνεργοῦντα, ἀλλὰ ἀποκείμενα ἀφώτιστα. Ἵνα δὲ φωτισθῇ καὶ τότε γνῷ αὐτὰ ἐνόντα, δεῖ προσβάλλειν τῷ φωτίζοντι. Εἶχε δὲ οὐκ αὐτὰ, ἀλλὰ τύπους. Δεῖ οὖν τὸν τύπον τοῖς ἀληθινοῖς, ὧν καὶ οἱ τύποι, ἐφαρμόσαι. Τάχα δὲ καὶ οὕτω λέγεται ἔχειν, ὅτι ὁ νοῦς οὐκ ἀλλότριος, καὶ μάλιστα δὲ οὐκ ἀλλότριος, ὅταν πρὸς

IV. Quærendum vero, nunquid purificatio sit idem atque ejusmodi virtus? an præcedat quidem purificatio; virtus vero sequatur? Et num in purificando, an potius in purificatione jam consummata consistat virtus? Imperfectior est utique virtus adhuc in purgando laborans: nam hujus finis est illa, quæ jam purgavit. Verum purificatum esse est alieni omnis ablatio. Bonum autem præter hoc ipsum aliud quiddam esse videtur. Fortasse si ante puritatis jacturam bonum erat, purificatio ipsa sufficiat: sed sufficiet quidem purificatio: reliquum vero erit bonum, non ipsa purificatio. Tum vero quærendum est, quid sit id reliquum. Fortasse enim natura residua non est bonum: alioquin nunquam fuisset in malo. Num ergo boniformem dicere licet? An potius nequaquam sufficientem in eo, quod vere bonum est, permanere? Natura enim ad utrumque vergit. Bonum igitur ipsius est adhærere cognato: malum vero, contrariis. Oportet ergo purgatam hærere: hærebit autem conversa. Num igitur post purgationem convertitur? vel post purgationem jam conversa est? Hoc igitur ejus est virtus: imo vero quod ex conversione consequitur? Quid hoc igitur? Visio, figuraque rei perspectæ impressa et agens, quemadmodum circa visibile visus. Non ergo hæc habebat, neque reminiscitur: vel forsan habebat, non agentia tamen, sed jacentia potius et obscura. Ut autem illuminentur, animusque tunc insita hæc agnoscat, admovere oportet illuminanti. Habebat autem non ipsa, sed figuras. Oportet ergo figuras veris rebus, quarum figuræ sunt, prorsus accommodare. Fortasse vero sic insuper habere putatur: quoniam intellectus non est alie

αὐτὸν βλέπῃ· εἰ δὲ μή, καὶ παρὼν ἀλλότριος· ἐπεὶ καὶ ταῖς ἐπιστήμαις, ἐὰν μηδ' ὅλως ἐνεργῶμεν κατ' αὐτάς, ἀλλότριαι.

nus, ac maxime non alienus, quando ad ipsum respicit : alioquin etiam præsens est alienus : quoniam et scientiæ, si nullo modo illis utamur, sunt alienæ.

Animi purgati virtutes definiuntur, earumque traduntur officia.

Ε'. Ἀλλ' ἐπὶ πόσον ἡ κάθαρσις, λεκτέον· οὕτω γὰρ καὶ ἡ ὁμοίωσις τίνι φανερά, καὶ ἡ ταυτότης τίνι θεῷ. Τοῦτο δέ ἐστι μάλιστα ζητεῖν, πῶς θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν καὶ τἆλλα πάντα, λύπην καὶ τὰ συγγενῆ, καὶ τὸ χωρίζειν ἀπὸ σώματος, ἐπὶ πόσον δυνατόν. Ἀπὸ μὲν δὴ σώματος, ἴσως μὲν καὶ τοῖς οἷον τόποις συνάγουσαν πρὸς ἑαυτὴν, πάντως μὴν ἀπαθῶς ἔχουσαν, καὶ τὰς ἐντελεῖς τῶν ἡδονῶν αἰσθήσεις μόνον ποιουμένην καὶ ἰατρεύσεις ἀπαλλαγὰς πόνων, ἵνα μὴ ἐνοχλοῖτο, τὰς δὲ ἐλῃδόνας ἀφαιροῦσαν, καὶ εἰ μὴ οἷόν τε, πρᾴως φέρουσαν, καὶ ἐλάττους τιθεῖσαν τῷ μὴ συμπάσχειν, τὸν δὲ θυμὸν, ὅσον οἷόν τε, ἀφαιροῦσαν, καὶ εἰ δυνατὸν, πάντη· εἰ δὲ μή, μὴ γοῦν αὐτὴν συνοργιζομένην, ἀλλ' ἄλλου εἶναι τὸ ἀκροαίρετον· τὸ δὲ ἀκροαίρετον ὀλίγον εἶναι καὶ ἀσθενές, τὸν δὲ φόβον, πάντη· περὶ οὐδενὸς γὰρ φοβήσεται· τὸ δὲ ἀκροαίρετον καὶ ἐνταῦθα, πλήν γε ἐν ναυκατήσει. Ἐπιθυμία δὲ, ὅτι μὲν μηδενὸς φαύλου, δῆλον· σίτων δὲ καὶ ποτῶν πρὸς ἄνεσιν οὐκ αὐτὴ ἕξει, οὐδὲ τῶν ἀφροδισίων γε· εἰ δ' ἄρα, φυσικῶν οἶμαι, καὶ οὐδὲ τὸ ἀκροαίρετον ἐχουσῶν· εἰ δ' ἄρα, ὅσον μετὰ φαντασίας, προπετοῦς καὶ ταύτης. Ὅλως δὲ αὕτη μὲν πάντων τούτων καθαρὰ ἔσται, καὶ τὸ ἄλογον δὲ βουλήσεται καὶ αὐτὸ καθαρὸν ποιῆσαι, ὥστε μηδὲ κλῆτεσθαι· εἰ δ' ἄρα, μὴ σφόδρα, ἀλλ' ὀλίγας τὰς κλήσεις αὐτοῦ εἶναι, καὶ εὐθὺς λυομένας τῇ γειτονήσει, ὥσπερ εἴ τις σοφῷ γειτόνων ἀπολαύοι τῆς τοῦ σοφοῦ γειτνιάσεως, ἢ ὅμοιος γενόμενος, ἢ αἰδούμενος, ὡς μηδὲν τολμᾶν ποιεῖν, ὧν ὁ ἀγαθὸς οὐ θέλει· οὕκουν ἔσται μάχη. Ἀρκεῖ γὰρ παρὼν ὁ λόγος, ὃν τὸ χεῖρον αἰδέσεται, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χεῖρον δυσχεραῖναι, ἐάν τι ὅλως κινηθῇ, ὅτι μὴ ἡσυχίαν ἦγε παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ ἀσθένειαν αὐτῷ ἐπιτιμῆσαι.

V. Ceterum, quatenus procedat purgatio, superest dicendum. Sic enim patebit, cui potissimum deo similis eademque fiat. Hoc autem est maxime quærere, quatenus possibile sit, purgare iram et cupiditatem, voluptatem et dolorem, atque similia, et animum a corpore separare. A corpore quidem separare, id est fortasse animum quasi a locis se ipsum diversis colligere, omnino a perturbationibus segregatum, efficientemque, ut necessariæ voluptates sensus quidam sint duntaxat, et quædam quasi medelæ sedationesque laborum sive languorum, ut interpellatio nulla contingat : dolores autem auferentem, ac, si nequeat, moderate ferentem, et quia non simul doleat, eos comminuentem, iram vero tollentem, quoad potest, e medio, ac, si fieri possit, omnino : sin minus, saltem non simul irascentem. Dabit sane operam, ut alterius sit irasci, videlicet inconsulto atque subito; inconsultum vero id, subitumque etiam sit perpaucum, atque debile : timorem præterea expellet omnino : nulla enim de re metuet : motum vero subitum expellet, nisi quatenus admonitionis loco sit. Cupiditatem vero turpium procul dubio non habebit : esculentorum quoque et poculorum [*scrib.* potulentorum, *ut Cic. de N. D.* II, 56] ad remissionem [doloris] ipse animus non habebit, neque venereorum etiam : sin autem habuerit, naturalium duntaxat, ut arbitror, ita tamen, ut neque inconsultum hæc habeant impetum. Quod si habeant, quatenus cum phantasia solum, hac quoque [præfigurata] præcipite, subitaria. Omnino autem ipsa ab his omnibus erit pura, voletque etiam irrationale purum efficere : adeo, ut ne commoveatur quidem, aut saltem quamminime : commotionesque illius statim ipsa propinquitate sedari queant; perinde ac si quis sapienti propinquans ipsa propinquitate aliquid ab ipso percipiat : vel similis illi factus, vel reveritus, ut nihil audeat facere eorum quæ bonus non ausit. Non ergo erit pugna. Sufficit enim ratio præsens, quam deterius illud verebitur : adeo ut sibi succenseat, si quo pacto commotum quietem domino præsente non egerit, suamque inconstantiam increpet.

Confirmat, virtutis finem esse deo frui : et exemplares definit virtutes a nobis denique comparatas.

Ϛ'. Ἔστι μὲν οὖν οὐδὲν τῶν τοιούτων ἁμαρτία, ἀλλὰ κατόρθωσις ἀνθρώπῳ· ἀλλ' ἡ σπουδὴ οὐκ ἔξω ἁμαρτίας εἶναι, ἀλλὰ θεὸν εἶναι. Εἰ μὲν οὖν τι τῶν τοιούτων ἀκροαίρετον γένοιτο, θεὸς ἂν εἴη ὁ τοιοῦτος καὶ δαίμων, διπλοῦς ὤν, μᾶλλον δὲ ἔχων σὺν αὐτῷ ἄλλον ἄλλην ἀρετὴν ἔχοντα· εἰ δὲ μηδὲν, θεὸς μόνον· θεὸς δὲ, τῶν ἑπομένων τῷ πρώτῳ. Αὐτὸς μὲν γάρ ἐστιν, ὃς ἦλθεν ἐκεῖθεν· καὶ τὸ καθ' αὑτὸν εἰ γένοιτο, ὡς ἦλθεν ἐκεῖ ἔστι· νῷ δὲ συνοικίσθη ἐνθάδε ἥκων, καὶ τοῦτον αὐτῷ ὁμοιώσει κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐκείνου· ὥστε, εἰ δυνατὸν, ἄπληκτον εἶναι ἢ ἄπρακτόν γε τῶν μὴ δοκούντων τῷ δεσπότῃ. Τίς οὖν ἑκάστη ἀρετὴ τῷ τοιούτῳ; ἡ σοφία μὲν ἐν θεωρίᾳ ὧν νοῦς ἔχει· νοῦς δὲ τῇ ἑκατέρᾳ. Διττὴ δὲ ἑκατέρα, ἡ μὲν ἐν νῷ οὖσα, ἡ δὲ ἐν ψυχῇ· κἀκεῖ μὲν οὐκ ἀρετὴ, ἐν δὲ ψυχῇ ἀρετή. Ἔστι οὖν τί; ἐνέργεια αὐτοῦ καὶ ὅ ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ

VI. Est igitur nullum talium peccatum, sed correctio homini ejusque officium. Studium vero ipsum atque votum non est extra peccatum esse, sed esse deum. Si ergo talium aliquid inconsulto tantum fiat, deus quidem erit talis atque dæmon, exsistens geminus : imo potius alium secum habens virtute alia præditum : sin vero nihil, deus solum : deum, inquam, ex eorum numero, qui primum sequuntur. Ipse enim est, qui processit inde. Et si secundum seipsum fiat, qualis venit, ibi est : intellectui vero [coheret] cohabitat huc profectus : et hoc insuper ipsi assimilabit pro ejus potentia : adeo ut, si fieri possit, vel non commoveatur, vel non agat quicquam ex his quæ domino minime placent. Quænam igitur quælibet huic est virtus? An sapientia quidem inspectio est eorum quæ possidet intellectus; intellectus autem tactu quodam habet? Duplex autem est utraque : altera quidem in intellectu exsistens, altera vero in anima : et ibi quidem non virtus, in anima virtus. Ibi ergo quidnam est? Actio

τὸ ἐν ἄλλῳ, ἐκεῖθεν ἀρετή· οὐδὲ γὰρ αὐτοδικαιοσύνη ἡ ἐνταῦθα καὶ ἑκάστη ἀρετὴ, ἀλλ' οἷον παράδειγμα. Τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς ἐν ψυχῇ, ἀρετή· τινὸς γὰρ ἡ ἀρετή. Αὐτὸ δὲ ἕκαστον, αὐτοῦ, οὐχὶ δ' ἄλλου τινός· δικαιοσύνη δὲ εἴπερ οἰκειοπραγία, ἆρα ἀεὶ ἐν πλήθει μερῶν; ἢ ἡ μὲν ἐν πλήθει, ὅταν πολλὰ ᾖ τὰ μέρη, ἡ δὲ ὅλως οἰκειοπραγία, κἂν ἑνός. Ἡ ἡ γοῦν ἀληθὴς αὐτοδικαιοσύνη ἑνὸς πρὸς αὐτὸ, ἐν ᾧ οὐκ ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο· ὥστε καὶ τῇ ψυχῇ δικαιοσύνη ἡ μείζων τὸ πρὸς νοῦν ἐνεργεῖν, τὸ δὲ σωφρονεῖν ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφὴ, ἡ δὲ ἀνδρεία ἀπάθεια καθ' ὁμοίωσιν τοῦ πρὸς ὃ βλέπει, ἀπαθὲς ὂν τὴν φύσιν. Αὕτη δὲ ἐξ ἀρετῆς, ἵνα μὴ συμπαθῇ τῷ χείρονι συνοίκῳ.

ipsius atque quod est, hic vero quod in alio, inde virtus. Neque enim ipsa justitia et ipsa temperantia atque quælibet similis proprie virtus est, sed velut exemplar. Quod vero ab ipsa in anima fit, jam est virtus : alicujus enim virtus est. Ipsum vero unumquodque sui ipsius est, non alicujus alterius. Justitia vere siquidem proprii muneris actio est, num ergo semper in multitudine partium? Imo in multitudine, quotiens multæ sunt partes. Anne simpliciter autem proprii muneris actio est, etiam si unius exstiterit? Vera igitur ipsa justitia unius est ad seipsum, in quo non aliud est atque aliud : quapropter et ipsi animæ justitia major est se ad intellectum agendo dirigere. Temperantia vero intima ad intellectum conversio. Fortitudo habitus passionis expers per similitudinem ejus, ad quod suspicit, extra passionem naturaliter constitutum. Anima vero ex virtute superat passionem, ne una cum deteriori socio patiatur.

Exemplares virtutes nobis accommodatas certo quodam ordine divinis accommodat exemplaribus definiens exemplaria : deinde virtutes inter se comparat : solvit dubia : divinum virtutis finem comprobat.

Ζ'. Ἀκολουθοῦσι τοίνυν ἀλλήλαις καὶ αὐταὶ αἱ ἀρεταὶ ἐν ψυχῇ, ὥσπερ κἀκεῖ τὰ πρὸ τῆς ἀρετῆς αἱ ἐν νῷ, ὥσπερ παραδείγματα· καὶ γὰρ ἡ νόησις ἐκεῖ ἐπιστήμη καὶ σοφία· τὸ δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ σωφροσύνη· τὸ δὲ οἰκεῖον ἔργον ἡ οἰκειοπραγία· τὸ δὲ οἷον ἀνδρεία ἡ ἀϋλότης, καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν καθαρόν. Ἐν ψυχῇ τοίνυν πρὸς νοῦν ἡ ὅρασις, σοφία καὶ φρόνησις, ἀρεταὶ αὐτῆς. Οὐ γὰρ αὐτὴ ταῦτα ὥσπερ ἐκεῖ. Καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἀκολουθεῖ· καὶ τῇ καθάρσει δὲ, εἴπερ πᾶσαι καθάρσεις, κατὰ τὸ κεκαθάρθαι ἀνάγκη πάσας· ἢ οὐδεμία τελεία, καὶ ὁ μὲν ἔχων τὰς μείζους καὶ τὰς ἐλάττους ἐξ ἀνάγκης δυνάμει· ὁ δὲ τὰς ἐλάττους, οὐκ ἀναγκαίως ἔχει ἐκείνας. Ὁ μὲν δὴ προηγούμενος τοῦ σπουδαίου βίος οὗτος. Πότερα δὲ ἐνεργείᾳ ἔχει καὶ τὰς ἐλάττους ἢ τὰς μείζους, ἢ ἄλλον τρόπον, σκεπτέον καθ' ἑκάστην, οἷον φρόνησιν. Εἰ γὰρ ἄλλαις ἀρχαῖς χρήσεται, πῶς ἔτι ἐκείνη μένει; κἂν ᾖ μὴ ἐνεργοῦσα; καὶ εἰ ἡ μὲν φύσει τοσόνδε, ἡ δὲ τοσόνδε· καὶ ἡ σωφροσύνη ἐκείνη μετροῦσα, ἡ δὲ ὅλως ἀναιροῦσα. Ταὐτὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅλως τῆς φρονήσεως κινηθείσης· ἢ εἰδήσει γε αὐτὰς, καὶ ὅσον παρ' αὐτῶν ἕξει· τάχα δέ ποτε περιστατικῶς ἐνεργήσει κατά τινας αὐτῶν. Ἐπὶ μείζους δὲ ἀρχὰς ἥκων καὶ ἄλλα μέτρα κατ' ἐκεῖνα πράξει, οἷον τὸ σωφρονεῖν, οὐκ ἐν μέτρῳ ἐκείνῳ τιθεὶς, ἀλλ' ὅλως κατὰ τὸ δυνατὸν χωρίζων, καὶ ὅλως ζῶν οὐχὶ τὸν ἀνθρώπου βίον τὸν τοῦ ἀγαθοῦ, ὃν ἀξιοῖ ἡ πολιτικὴ ἀρετὴ, ἀλλὰ τοῦτον μὲν καταλιπὼν, ἄλλον δὲ ἑλόμενος τὸν τῶν θεῶν· πρὸς γὰρ τούτους, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγαθοὺς ἡ ὁμοίωσις. Ὁμοίωσις δὲ ἡ μὲν πρὸς τούτους, ὡς εἰκὼν εἰκόνι ὡμοίωται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑκατέρα· ἡ δὲ πρὸς ἄλλον, ὡς πρὸς παράδειγμα.

VII. Consequuntur igitur invicem hæ virtutes in anima, quemadmodum et intellectu, quæ ante virtutem sunt exemplaria : etenim intellectio ibi scientia est atque sapientia : ad seipsum vero converti temperantia est. Proprium autem opus propriorum actio dicitur atque justitia. Fortitudinis denique loco ipsa a materia segregatio paraque in se ipso permansio. In anima ergo intuitus in intellectum sapientia est atque prudentia, virtutes ejus. Non enim anima similiter atque intellectus hæc ipsa est quæ habet. Ceteræ item virtutes ratione simili consequuntur, similiter quoque purificatio. Necesse vero est, siquidem virtutes omnes purificationes quædam sunt, in purificatione quadam completa consistere : alioquin nulla perfecta foret. Præterea quicunque majores habet, minores quoque potentia habeat necesse est; qui contra minores, non necessario et majores. Præcipua quidem hæc est viri virtute præditi vita. Utrum vero actu habeat minores vel majores, an alio modo, sigillatim considerare decet, ceu prudentiam. Si enim aliis utatur principiis, quomodo amplius manet illa? atque etiamsi minime operetur? Item, si hæc quidem natura hactenus procedat, illa vero eatenus : et temperantia illa moderans, hæc vero penitus auferens. Idem quoque de aliis, omnino mota prudentia. Fortasse vero videbit quantum ipsæ penes se habeant. Forsan et quandoque circumstanti quadam conditione, vel sorte per quasdam illarum aget. In majora vero ascendens principia aliasque per illa mensuras agens per ejusmodi regulas operabitur : veluti temperantiam, non in mensura illa ponens, sed omnino se pro viribus separans, prorsusque agens non boni hominis vitam, quam civilis probaret virtus, sed hanc quidem dimittens, aliam vero scilicet divinam eligens. Ad deos enim, non ad homines, nobis est similitudo proposita. Similitudo vero nostra ad homines bonos est, perinde ac si imago assimiletur imagini, cum ab eodem utraque producatur. Sed illa ad aliud velut exemplar similitudo perficitur.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Γ.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ.

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER III.

DE TRIPLICI AD MUNDUM INTELLIGIBILEM ASCENSU.

(19, 20.) [39-41.]

Ingenium musicum a proportione in voce reducendum est ad proportionem pulchritudinemque in mente.

Α'. Τίς τέχνη ἡ μέθοδος ἡ ἐπιτήδευσις ἡμᾶς, οἷ δεῖ πορευθῆναι, ἀνάγει; ὅπου μὲν οὖν δεῖ ἐλθεῖν, ὡς ἐπὶ τἀγαθὸν, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην, κεῖσθω διωμολογημένον καὶ διὰ πολλῶν δεδειγμένον. Καὶ δὴ καὶ δι' ὧν τοῦτο ἐδείκνυτο, ἀναγωγή τις ἦν. Τίνα δὲ δεῖ εἶναι τὸν ἀναχθησόμενον, ἆρά γε τὸν πάντα, ἢ τὸν κλεῖστα φησὶν εἰδότα; ὃς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει εἰς γονὴν ἀνδρὸς ἐσομένου φιλοσόφου, μουσικοῦ τινος ἢ ἐρωτικοῦ; Ὁ μὲν δὴ φιλόσοφος τὴν φύσιν καὶ ὁ μουσικὸς καὶ ὁ ἐρωτικὸς ἀνακτέοι. Τίς οὖν ὁ τρόπος; ἆρά γε εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἅπασι τούτοις, ἢ καθ' ἕκαστον εἷς τις; Ἔστι μὲν οὖν ἡ πορεία διττὴ πᾶσιν, ἢ ἀναβαίνουσιν ἢ ἄνω ἐλθοῦσιν. Ἡ μὲν γὰρ προτέρα ἀπὸ τῆς κάτω, ἡ δέ γε δευτέρα τοῖς ἤδη ἐν τῷ νοητῷ γενομένοις καὶ οἷον ἴχνος θεῖσιν. Ἐκεῖ πορεύεσθαι ἀνάγκη, ἕως ἂν εἰς τὸ ἔσχατον τοῦ τόπου ἀφίκωνται. Ὁ δὴ τέλος τῆς πορείας ὃν τυγχάνει, ὅταν τις ἐπ' ἄκρῳ γένηται τῷ νοητῷ. Ἀλλ' ἡ μὲν περιμενέτω· περὶ δὲ τῆς ἀναγωγῆς πρότερον πειρατέον λέγειν. Πρῶτον δὴ διασταλτέον τοὺς ἄνδρας τούτους ἡμῖν, ἀρξαμένους ἀπὸ τοῦ μουσικοῦ, ὅστις ἐστὶ, λέγοντας τὴν φύσιν. Θετέον δὴ αὐτὸν εὐκίνητον καὶ ἐπτοημένον μὲν πρὸς τὸ καλὸν, ἀδυνατώτερον δὲ παρ' αὑτοῦ κινεῖσθαι· ἕτοιμον δὲ ἐκ τῶν τυχόντων οἷον ἐκ τύπων, ὥσπερ οἱ θειλοὶ πρὸς τοὺς ψόφους, οὕτω καὶ τοῦτον πρὸς τοὺς φθόγγους καὶ τὸ καλὸν τὸ ἐν τούτοις ἕτοιμον, φεύγοντα δὲ ἀεὶ τὸ ἀνάρμοστον, καὶ τὸ μὴ ἐν ἐν τοῖς ᾄδομένοις καὶ ἐν τοῖς ῥυθμοῖς, καὶ τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔσχημον διώκειν. Μετὰ τοίνυν τοὺς αἰσθητοὺς τούτους φθόγγους καὶ ῥυθμοὺς καὶ σχήματα οὕτως ἀκτέον, χωρίζοντα τὴν ὕλην, ἐφ' ὧν αἱ ἀναλογίαι καὶ οἱ λόγοι, εἰς τὸ κάλλος τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἀκτέον· καὶ διδακτέον, ὡς περὶ ἃ ἐπτόητο, ἐκεῖνα ἦν ἡ νοητὴ ἁρμονία, καὶ τὸ ἐν ταύτῃ καλὸν, καὶ ὅλως τὸ καλὸν, οὐ τό τι καλὸν μόνον· καὶ λόγους τοὺς φιλοσοφίας ἐνθετέον, ἀφ' ὧν εἰς πίστιν ἀκτέον ὧν ἀγνοεῖ ἔχων. Τίνες δὲ οἱ λόγοι, ὕστερον λεκτέον.

I. Quænam ars, vel introductio, vel studium nos, quo eundum est, reducit? Quod enim ad ipsum bonum primumque principium perveniendum est, concessum sit ex multisque demonstratum. Et profecto ejusmodi demonstratio reductio quædam exstitit. Sed quemnam oportet esse hominem illuc reducendum? atqui eum, qui omnia vel plurima vidit (ut ait Plato), qui in prima genitura in virum futurum philosophum musicumve aut amatorem descendit. Profecto Philosophus natura et Musicus et Amatorius reducendi sunt. Sed quinam modus? numquid his omnibus unus et idem, an potius proprius singulis adhibendus? Est utique omnibus processio duplex: altera quidem proficiscentibus, altera vero ad supera jam profectis. Prima quidem ab inferioribus ascendit: secunda vero illorum est, qui jam in loco intelligibili sunt ibique fixere vestigia: oporteatque eos ultra progredi, donec ad summum usque processerint. Qui certe finis tunc itineris contingit, quando quis ad summum intelligibilis mundi pervenerit. Sed processio quidem hæc in præsentia maneat: de ascensu et reductione prius conandum est dicere. Primo quidem distinguendum est nobis inter hos viros, exordium a musico facientibus, quisnam sit natura. Ponendum sane ipsum facile mobilem, et qui velut admirabundus propensior sit ad pulchrum, sed non satis a seipso moveri possit: facile vero ab his quæ occurrunt quasi figuris incitari queat; et sicut timidi strepitu, sic ille sonis harmonicis concitetur, pronusque sit ad pulchrum, quod apparet in sonis, et fugiat ubique dissonantiam, quodve unum non est in cantibus atque numeris, numerosum vero concinumque sequatur. Quamobrem post sensibiles ejusmodi sonos et numeros et figuras sic ducere hunc oportet, videlicet separando materiam, in qua proportiones earumque comparationes sunt, atque ad pulchritudinem, quæ in his est, reducendo: præterea docendo illa, ad quæ velut admirabundus vehementer afficitur, non hæc esse, sed intelligibilem potius harmoniam, et quod in ipsa pulchrum, et omnino ipsum pulchrum, non aliquod pulchrum tantum: denique philosophiæ rationes ad hæc adhibendo, per quas ad fidem perducatur eorum, quæ ignorat, cum tamen habeat. Quæ vero rationes sint, in sequentibus declarabimus.

Ingenium amatorium revocandum est a pulchritudine corporis ad pulchritudinem morum, deinde scientiarum, deinde mentis.

Β'. Ὁ δὲ ἐρωτικὸς, εἰς ὃν μεταπέσοι ἂν καὶ ὁ μουσικὸς, καὶ μεταπεσὼν ἢ μένοι ἂν ἢ παρέλθοι, μνημονικός ἐστί πως κάλλους· χωρὶς δὲ ὢν, ἀδυνατεῖ καταμαθεῖν. Πληττόμενος δὲ ὑπὸ τῶν ἐν ὄψει καλῶν περὶ αὐτὰ ἐπτόηται. Διδακτέον οὖν αὐτὸν, μὴ περὶ ἓν σῶμα πεσόντα ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ἐπὶ πάντα ἀκτέον τῷ λόγῳ σώματα, δεικνύντα τὸ ἐν πᾶσι ταὐτὸν, καὶ ὅτι

II. Amatorius autem, in quem fortasse musicus incidit, atque incidens vel permanet ibi vel præterit, memor est quodammodo pulchritudinis: sed quia seorsum est ab ipsa, non potest perdiscere. Perculsus autem a pulchris, quæ aspectui patent, circa ipsa vehementius concitatur. Docere itaque hunc oportet, ne circa corpus unum quasi cadens pronior revolvatur, sed ad omnia ratione persuasus rite se conferat corpora: considerans, quod in cunctis est idem, et animadvertens, ipsum a corporibus esse di-

ἕτερον τῶν σωμάτων, καὶ ὅτι ἄλλοθεν, λεκτέον, καὶ ὅτι ἐν ἄλλοις μᾶλλον, οἷον ἐπιτηδεύματα καλὰ καὶ νόμους καλοὺς δεικνύντα. Ἐν ἀσωμάτοις γὰρ ὁ ἐθισμὸς τοῦ ἐρασμίου ἤδη, καὶ ὅτι ἐν τέχναις καὶ ἐν ἐπιστήμαις καὶ ἐν ἀρεταῖς, εἶτα ἓν ποιητέον, καὶ διδακτέον, ὅπως ἐγγίνονται· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρετῶν ἤδη ἀναβαίνειν ἐπὶ νοῦν, ἐπὶ τὸ ὄν, κἀκεῖ βαδιστέον τὴν ἄνω πορείαν.

versum, et aliunde procedere, aliisque magis inesse : qualia sunt pulchra studia legesque pulchræ. Circa enim hæc amatoris studium ad res incorporeas amandas jam assuescit. Ostendendum præterea in artibus etiam et scientiis et virtutibus pulchritudinem esse, ac pulchritudinem in cunctis unam, quove modo adveniat. Denique a virtutibus ad intellectum atque ipsum ens perveniendum est, ibique iter ad sublimia peragendum.

Ingenium philosophicum natura solutum est a materia, ac solo indiget duce ad divinam pulchritudinem per certos disciplinarum gradus.

Γ'. Ὁ δὲ φιλόσοφος τὴν φύσιν ἕτοιμος οὗτος καὶ οἷον ἐπτερωμένος, καὶ οὐ δεόμενος χωρίσεως, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οὗτοι, κεκινημένος πρὸς τὸ ἄνω, ἀπορῶν δὲ τοῦ δεικνύντος δεῖται μόνον. Δεικτέον οὖν καὶ λυτέον βουλόμενον καὶ αὐτὸν τῇ φύσει καὶ πάλαι λελυμένον. Τὰ μὲν δὴ μαθήματα δοτέον πρὸς συνεθισμὸν κατανοήσεως καὶ πίστεως ἀσωμάτου· καὶ γὰρ ῥᾴδιον δέξεται φιλομαθὴς ὤν· καὶ φύσει ἐνάρετον τὸ πρὸς τελείωσιν ἀρετῶν ἀκτέον, καὶ μετὰ τὰ μαθήματα λόγους διαλεκτικοὺς δοτέον, καὶ ὅλως διαλεκτικὸν ποιητέον.

III. Philosophus autem natura promptus est et velut alatus, neque indigens separatione, quemadmodum hi, quos paulo ante memoravimus, ad supera videlicet concitus, ambigens autem, ideoque duntaxat indiget demonstrante. Quamobrem operæ pretium est demonstrare imprimis, ac ducere hominem natura duci volentem atque jamdiu solutum. Adhibenda ergo sunt mathematica, quibus incorporea cogitare et credere consuescat. Facile namque percipiet : quippe cum discendi sit avidus : et ingenium naturali virtute generosum ad virtutum perfectionem oportet perducere : postque mathematicas rationes dialecticas tradere, ac dialecticum prorsus efficere.

Dialectica, id est metaphysica, totam entium latitudinem contemplatur, atque ultra progreditur et logica utitur ut instrumento.

Δ'. Τίς δὲ ἡ διαλεκτικὴ, ἣν δεῖ καὶ τοῖς προτέροις παραδιδόναι; ἔστι μὲν δὴ ἡ λόγῳ περὶ ἑκάστου δυναμένη ἕξις εἰπεῖν, τί τε ἕκαστον, καὶ τί τῶν ἄλλων διαφέρει, καὶ τίς ἡ κοινότης ἐν οἷς ἐστι, καὶ ποῦ τούτων ἕκαστον, καὶ εἰ ἔστιν, ὅ ἐστι, καὶ τὰ ὄντα ὁπόσα, καὶ τὰ μὴ ὄντα αὖ, ἕτερα δὲ ὄντων. Αὕτη καὶ περὶ ἀγαθοῦ διαλέγεται, καὶ περὶ μὴ ἀγαθοῦ, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἐναντίον, καὶ τί τὸ ἀΐδιον δῆλον ὅτι, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον, ἐπιστήμη περὶ πάντων, οὐ δόξῃ· παύσασα δὲ τῆς περὶ τὸ αἰσθητὸν πλάνης ἐνιδρύει τῷ νοητῷ, κἀκεῖ τὴν πραγματείαν ἔχει, τὸ ψεῦδος ἀφεῖσα, ἐν τῷ λεγομένῳ ἀληθείας πεδίῳ τὴν ψυχὴν τρέφουσα, τῇ διαιρέσει τῇ Πλάτωνος χρωμένη μὲν καὶ εἰς διάκρισιν τῶν εἰδῶν· χρωμένη δὲ καὶ εἰς τὸ τί ἐστι· χρωμένη δὲ καὶ ἐπὶ τὰ πρῶτα γένη, καὶ τὰ ἐκ τούτων νοερῶς πλέκουσα, ἕως ἂν διέλθῃ πᾶν τὸ νοητὸν, καὶ ἀνάπαλιν ἀναλύουσα, εἰς ὃ ἂν ἐπ' ἀρχὴν ἔλθῃ· τότε δὲ ἡσυχίαν ἄγουσα, ὡς μέχρι γε τοῦ ἐκεῖ εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ οὐδὲν ἔτι πολυπραγμονοῦσα, εἰς ἓν γενομένη, βλέπει τὴν λεγομένην λογικὴν πραγματείαν περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν· ὥσπερ ἂν τὸ εἰδέναι γράφειν ἄλλῃ τέχνῃ δοῦσα, ὧν τινα ἀναγκαῖα καὶ πρὸ τέχνης ἡγουμένη· κρίνουσα δὲ αὐτὰ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τὰ μὲν χρήσιμα αὐτῶν, τὰ δὲ περιττὰ ἡγουμένη καὶ μεθόδου τῆς ταῦτα βουλομένης.

IV. Quænam est dialectica, quam oportet etiam prioribus adhibere? Est utique habitus, qui ratione de unoquoque potest dicere, quid sit unumquodque, et quo ab aliis differat, quove conveniat : præterea quomodo et ubi sit quodlibet : et si est, quid sit : atque entia quot sint : et non entia rursus, sed ab entibus alia [scr. aliena]. Eadem hæc et de ipso bono disputat et de non bono, et de his quæcunque sub bono, et quæ sub boni contrario. Item quid sempiternum ; quidve non semper : de omnibus, inquam, non opinione, sed scientia tractans, ab errore, qui circa sensibile accidit, vacans, intelligibili prorsus adhæret ; circaque ipsum diligenter agit, falso posthabito, nutriens animam in ipso veritatis campo, freta videlicet distinctione Platonica ad discretionem idearum specierumque, et ad quodlibet definiendum, et ad prima genera, et, quæ ex illis sunt, intellectuali texens et complicans ratione, quousque per intelligibile totum progrediatur : ac rursus resolvens in illud, ad quod processerat ab initio : tum demum quietem agens, utpote quæ, quatenus illuc pervenit, quietem assequitur : haud ulterius circa plurima satagens, sed in unum redacta prospicit eam, quæ logica nominatur, circa propositiones syllogismosque occupatam, perinde ac si scribendi notitiam alteri cuidam arti concedat, quorum quandam necessaria et artem antecedentia censet : judicat vero ipsa, sicut et cetera, et alia quidem eorum utilia, alia superflua putans, et ad facultatem appetentem hæc pertinentia.

Metaphysicus accipit ab intellectu principia, et per regulas veritatis cum redarguit sophismata, tum logicæ regulas comprehendit.

Ε'. Ἀλλὰ πόθεν τὰς ἀρχὰς ἔχει ἡ ἐπιστήμη αὕτη; ἢ νοῦς δίδωσιν ἐναργεῖς ἀρχὰς, εἴ τις λαβεῖν δύναιτο ψυχή. Εἶτα τὰ ἑξῆς καὶ συντίθησι καὶ συμπλέκει καὶ διαιρεῖ, ἕως εἰς τέλεον νοῦν ἥκῃ· ἔστι γὰρ, φησὶν, αὕτη τὸ καθαρώτατον νοῦ καὶ φρονήσεως. Ἀνάγκη οὖν τιμιωτάτην οὖσαν ἕξιν τῶν ἐν ἡμῖν περὶ τὸ ὂν

V. At unde principia hanc habet scientia? Intellectus fortasse principia dat perspicua, si qua anima possit accipere. Deinceps vero anima componit copulatque et dividit, quousque ad perfectum pervenerit intellectum. Est enim hæc, ut ille ait, purissimum intelligentiæ atque prudentiæ sive sapientiæ. Necesse est igitur, cum sit habitus præstantissimus eorum qui sunt in nobis, circa ens præ-

καὶ τὸ τιμιώτατον εἶναι· φρόνησιν μὲν περὶ τὸ ὄν, νοῦν δὲ περὶ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος. Τί οὖν ἡ φιλοσοφία; τὸ τιμιώτατον. Ἢ ταὐτὸν φιλοσοφία καὶ διαλεκτική; ἢ φιλοσοφίας μέρος τὸ τιμιώτατον. Οὐ γὰρ δὴ οἰητέον ὄργανον τοῦτο εἶναι τοῦ φιλοσόφου· οὐ γὰρ ψιλὰ θεωρήματά ἐστι καὶ κανόνες, ἀλλὰ περὶ πράγματά ἐστι, καὶ οἷον ὕλην ἔχει τὰ ὄντα. Ὁδῷ μέντοι ἐπ' αὐτὰ χωρεῖ, ἅμα τοῖς θεωρήμασι τὰ πράγματα ἔχουσα· τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ σόφισμα κατὰ συμβεβηκὸς γινώσκει, ἄλλου ποιήσαντος ὡς ἀλλότριον κρίνουσα, τοῖς ἐν αὐτῇ ἀληθέσι τὸ ψεῦδος γινώσκουσα, ὅταν τις προσαγάγῃ ὅτι παρὰ τὸν κανόνα τοῦ ἀληθοῦς. Περὶ προτάσεως οὖν οὐκ οἶδε, καὶ γὰρ γράμματα· εἰδυῖα δὲ τὸ ἀληθὲς, οἶδεν ὃ καλοῦσι πρότασιν, καὶ καθόλου οἶδε τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, ὅ, τε τίθησι, καὶ ὃ αἴρει, καὶ εἰ τοῦτο αἴρει ὃ τίθησιν, ἢ ἄλλο, καὶ εἰ ἕτερα, ἢ ταῦτα προσφερομένων, ὥσπερ καὶ ἡ αἴσθησις ἐπιβάλλουσα· ἀκριβολογεῖσθαι δὲ ἑτέρᾳ δίδωσι τοῦτο ἀγαπώσῃ.

stantissimumque versari : prudentiam quidem sive sapientiam circa ens : intellectum vero circa id, quod ente superius. Quid igitur philosophia? Præstantissimum procul dubio. Sed nunquid idem philosophia atque dialectica? Profecto philosophiæ pars præstantissima dialectica esse videtur. Non enim existimandum est hanc esse philosophi instrumentum. Siquidem non nudas propositiones respectusque [*corr.* regulasque] continet, sed circa res ipsas versatur, et quasi materiam habet entia. Via tamen ad ipsa progreditur, res ipsas una cum notionibus habens. Mendacium vero et sophisma accidenti quodam respectu cognoscit : alio videlicet hoc inferente, ipsa judicans ut alienum, cognoscens mendacium per vera quæ possidet, quoties quis illud objicit, quasi sit præter regulam veritatis. Quod ergo ad propositionem proprie spectat, fere non novit. Literæ enim sunt. Cognoscens autem verum, cognovit ipsum, quod propositionem vocant : communiterque cognovit animæ motiones : quod ponit, quodve aufert, ac sive id aufert, quod et ponit, sive aliud : item utrum alia, an potius eadem inter se afferantur, quasi more sensus attingens : alteri vero facultati hæc plurimi facienti concedens exactam in iis diligentiam.

Metaphysica dat regulas ceteris facultatibus, cum speculativis, tum moralibus : atque sine illa et scientiæ non sunt, et mores sunt imperfecti.

Μέρος οὖν τὸ τίμιον· ἔχει γὰρ καὶ ἄλλα φιλοσοφία· καὶ γὰρ καὶ περὶ φύσεως θεωρεῖ, βοήθειαν παρὰ διαλεκτικῆς λαβοῦσα, ὥσπερ καὶ ἀριθμητικῇ προσχρῶνται αἱ ἄλλαι τέχναι, μᾶλλον μέντοι αὕτη ἐγγύθεν κομίζεται παρὰ τῆς διαλεκτικῆς. Καὶ περὶ ἠθῶν ὡσαύτως, θεωροῦσα μὲν ἐκεῖθεν, προστιθεῖσα δὲ τὰς ἕξεις καὶ τὰς ἀσκήσεις, ἐξ ὧν προΐασιν αἱ ἕξεις. Ἰσχουσι δὲ αἱ λογικαὶ ἕξεις καὶ ὡς ἴδια ἤδη τὰ ἐκεῖθεν· καὶ γὰρ μετὰ τῆς ὕλης τὰ πλεῖστα. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι ἀρεταὶ τοὺς λογισμοὺς ἐν τοῖς πάθεσι τοῖς ἰδίοις καὶ ταῖς πράξεσιν· ἡ δὲ φρόνησις ἐπιλογισμός τις, καὶ τὸ καθόλου μᾶλλον, καὶ εἰ ἀνταkολουθοῦσι, καὶ εἰ δεῖ νῦν ἐπισχεῖν, ἢ εἰσαῦθις, ἢ ὅλως ἄλλο βέλτιον. Ἡ δὲ διαλεκτικὴ καὶ ἡ σοφία ἔτι καθόλου καὶ ἀΰλως πάντα εἰς χρῆσιν προσφέρει τῇ φρονήσει. Πότερα δέ ἐστι τὰ κάτω εἶναι ἄνευ διαλεκτικῆς καὶ σοφίας, ἢ ἀτελῶς καὶ ἐλλειπόντως; ἔστι δὲ σοφὸν εἶναι καὶ διαλεκτικὸν οὕτως ἄνευ τούτων· ἢ οὐδ' ἂν γένοιτο, ἀλλὰ ἢ πρότερον ἢ ἅμα συναύξεται. Καὶ τάχα ἂν φυσικάς τις ἀρετὰς ἔχοι, ἐξ ὧν αἱ τέλειαι, σοφίας γενομένης. Μετὰ τὰς φυσικὰς οὖν ἡ σοφία, εἶτα τελειοῖ τὰ ἤθη, ἢ τῶν φυσικῶν οὐσῶν συναύξεται ἤδη ἄμφω καὶ συντελειοῦται· ἡ προλαβοῦσα ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἐτελείωσεν. Ὅλως γὰρ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ καὶ ὅμμα ἀτελὲς καὶ ἦθος ἔχει, καὶ αἱ ἀρχαὶ τὸ πλεῖστον ἀμφοτέραις ἀφ' ὧν ἔχομεν.

VI. Pars igitur hæc est honoranda. Habet enim philosophia alias insuper facultates : nempe naturam etiam speculatur, auxilium a dialectica sumens, quemadmodum etiam arithmetica ceteræ artes utuntur : ipsa vero principia propius trahit a dialectica. Facultas quoque de moribus similiter contemplatur quidem inde : adjungit vero habitus exercitationesque, a quibus habitus ipsi proficiscuntur. Rationales quoque virtutes habent habitus et tanquam propria jam, quæ inde ducunt : etenim cum materia habent plurima. Et aliæ quidem virtutes ratiocinationes habent in passionibus propriis atque insuper actionibus : prudentia vero est præcipua ratiocinatio quædam, et circa magis universale versatur. Considerat etiam, nunquid in præsentia cohibendum sit abstinendumque? an in posterum? an omnino melius aliud? et quæ vicissim consequantur, quæ non, animadvertit. Dialectica vero et sapientia etiam universali immaterialique ratione omnia in usum prudentiæ profert. At utrum possint inferiora esse sine dialectica atque sapientia, quæri potest, fortasse admodum imperfecte : fieri vero potest, ut absque iis ita sit sapiens atque dialecticus. Vel non utique sic contingit, sed vel prius vel simul coalescunt. Et fortasse aliquis naturales virtutes habebit, ex quibus et perfectæ fiunt, adhibita videlicet sapientia. Post naturales ergo sapientia provenit : deinde mores perficit, vel potius existentibus naturalibus concrescunt jam ambo, simulque tandem perficiuntur : aut forsan anticipans altera alteram perficit. Omnino enim naturalis virtus imperfectum habet oculum atque morem : et principia plurimum ab iis quæ habemus utrisque contingunt.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Λ

ΛΟΓΟΣ Δ.

ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

ENNEADIS I

LIBER IV.

DE BEATITUDINE.

(29, 30.) [55-57.]

Variæ opiniones, quid sit bene vivere, quibusve conveniat.

Α'. Τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν τῷ αὐτῷ τιθέμενοι καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἆρα τούτων μεταδώσομεν; Εἰ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ᾗ πεφύκασιν ἀνεμποδίστως διεξάγειν, κἀκεῖνα τί κωλύει ἐν εὐζωίᾳ λέγειν εἶναι; καὶ γὰρ εἴτε ἐν εὐπαθείᾳ τὴν εὐζωίαν τις θήσεται, εἴτε ἐν ἔργῳ οἰκείῳ τελειουμένῳ, κατ' ἄμφω καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὑπάρξει. Καὶ γὰρ εὐπαθεῖν ἐνδέχοιτο ἄν, καὶ ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔργῳ εἶναι· οἷον καὶ τὰ μουσικὰ τῶν ζώων, ὅσα τοῖς τε ἄλλοις εὐπαθεῖ, καὶ δὴ καὶ ᾄδοντα ᾗ πέφυκε, καὶ ταύτῃ αἱρετὴν αὐτοῖς τὴν ζωὴν ἔχει. Καὶ τοίνυν, καὶ εἰ τέλος τι τὸ εὐδαιμονεῖν τιθέμεθα, ὅπερ ἐστὶν ἔσχατον τῆς ἐν φύσει ὀρέξεως, καὶ ταύτῃ ἂν αὐτοῖς μεταδοίημεν τοῦ εὐδαιμονεῖν, εἰς ἔσχατον ἀφικνουμένων. Εἰς ὃ ἐλθοῦσιν ἵσταται ἡ ἐν αὐτοῖς φύσις πᾶσαν ζωὴν αὐτοῖς διεξελθοῦσα καὶ πληρώσασα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος. Εἰ δέ τις δυσχεραίνει τὸ τὴν εὐδαιμονίαν καταφέρειν εἰς τὰ ζῶα τὰ ἄλλα· (οὕτω γὰρ ἂν καὶ τοῖς ἀτιμοτάτοις αὐτῶν μεταδώσει δὲ, καὶ τοῖς φυτοῖς, ζῶσι καὶ αὐτοῖς, καὶ ζωὴν ἐξελιττομένην εἰς τέλος ἔχουσι·) πρῶτον μὲν ἄτοπος διὰ τί εἶναι οὐ δόξει, μὴ ζῆν εὖ τὰ ἄλλα ζῶα λέγων, ὅτι μὴ πολλοῦ ἄξια αὐτῷ δοκεῖ εἶναι; Τοῖς δὲ φυτοῖς οὐκ ἀναγκάζοιτο ἂν διδόναι, ὃ τοῖς ἅπασι ζώοις δίδωσιν, ὅτι μὴ αἴσθησις πάρεστιν αὐτοῖς. Εἴη δ' ἂν ἴσως καὶ ὁ διδοὺς τοῖς φυτοῖς, εἴπερ καὶ τὸ ζῆν· ζωὴ δὲ ἡ μὲν εὖ ἂν εἴη, ἡ δὲ τοὐναντίον, οἷόν ἐστι καὶ ἐπὶ φυτῶν εὖ παθεῖν, καὶ καρπὸν αὖ φέρειν καὶ μὴ φέρειν. Εἰ μὲν οὖν ἡδονὴ τὸ τέλος, καὶ ἐν τούτῳ τὸ εὖ ζῆν, ἄτοπος ὁ ἀφαιρούμενος τὰ ἄλλα ζῶα τὸ εὖ ζῆν· καὶ εἰ ἀταραξία δὲ εἴη, ὡσαύτως· καὶ εἰ τὸ κατὰ φύσιν ζῆν λέγοιτο τὸ εὖ ζῆν εἶναι.

I. Cum bene vivere atque felicem esse in eodem constituamus, nunquid hoc ceteris quoque animantibus concedemus? Si enim datur ipsis, qua ratione nata sunt, sine impedimento vitam transigere: quid prohibet illa etiam bene, id est feliciter vivere? Etenim, sive quis bene vivere posuerit in bene se habendo, sive in opere proprio perficiendo, secundum ambo ceteris quoque animalibus competet. Nam et bene se habere possibile erit, et ipsum etiam opus naturale perficere: veluti musica animalia quotcunque et in ceteris bene se habent, et sicut naturaliter apta sunt, canunt: et hoc pacto fieri posse videtur, ut vitam optabilem consequantur. Quinetiam si finem quendam felicitatem esse ponamus, quod quidem extremum est in appetitu naturæ, hoc quoque pacto illa fore felicia confitebimur, videlicet quando ad extremum pervenerint: quo cum processerint, sistit in ipsis natura motum: quæ totam vitam ipsis jam peregit, et a principio ad finem usque prorsus implevit. At si quis moleste ferat in bestias transferri felicitatem, fore asserens, ut ita vel abjectissimis conveniat, et plantis insuper, ipsis quoque vivantibus, vitamque ad finem proprium perducentibus: absurdus ille quidem videri poterit, dicens non posse cetera animalia bene vivere: quoniam ipsi non multi pretii videantur esse censenda. Plantis autem concedere non cogetur, quod cunctis dat animalibus, propterea, quod sensu careant. Neque fortasse deerit, qui plantis quoque tradat [*corr.* tribuat] felicitatem, siquidem et vivere illis adest. Vivere autem partim quidem bene contingit, partim vero contra: sicut et plantis datum est, ut bene se habeant ferantque fructum atque non ferant. Proinde, si voluptas est finis, et in hac vivere bene consistit, absurdus erit, qui bene vivere brutis abstulerit. Quod si tranquillitas erit finis, similiter accidet. Item si secundum naturam vivere esse dicatur ipsum bene vivere, idem sequi videbitur.

Falsas opiniones agitat, atque ex eis veri aliquid excutit, inquirendo utrum bene vivere conveniat rationali tantum, an etiam bruto et plantis?

Β'. Τοῖς μέντοι φυτοῖς διὰ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι οὐ διδόντες κινδυνεύουσιν οὐδὲ τοῖς ζώοις ἤδη ἅπασι διδόναι. Εἰ μὲν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι τοῦτο λέγουσι, τὸ τὸ πάθος μὴ λανθάνειν, δεῖ αὐτὸ ἀγαθὸν εἶναι τὸ πάθος πρὸ τοῦ μὴ λανθάνειν, οἷον τὸ κατὰ φύσιν ἔχειν κἂν λανθάνῃ· καὶ οἰκεῖον εἶναι, κἂν μήπω γινώσκῃ ὅτι οἰκεῖον, καὶ ὅτι ἡδύ· δεῖ γὰρ ἡδὺ εἶναι· ὥστε ἀγαθοῦ τούτου ὄντος καὶ παρόντος ἤδη ἐστὶν ἐν τῷ εὖ τὸ ἔχον. Ὥστε τί δεῖ τὴν αἴσθησιν προσλαμβάνειν; εἰ μὴ ἆρα οὐκ ἐν τῷ γινομένῳ πάθει ἡ καταστάσει τὸ ἀγαθὸν διδόασιν, ἀλλὰ τῇ γνώσει καὶ αἰσθήσει. Ἀλλ' οὕτω γε τὴν αἴσθησιν αὐτὴν τὸ ἀγαθὸν ἐροῦσι καὶ ἐνέργειαν ζωῆς αἰσθητικῆς, ὥστε καὶ ὁτιοῦν ἀντιλαμβανομέ-

II. Quicunque vero plantis adesse negant felicitatem, quia non sentiant, videntur etiam neque cunctis eam animantibus tradituri [*scr.* tributuri]. Si utique sentire hoc esse dicunt, scilicet affectionem non latere, oportet ipsum bonum affectionem ipsam esse ante id ipsum, quod dicitur non latere, veluti secundum naturam se habere, etiam si latuerit, et proprium esse, etiam si nondum proprium esse cognoscas. Quinetiam esse dulce: oportet enim dulce esse, antequam dulce id esse percipias. Quapropter, cum id sit bonum atque adsit, quod ipsum habet, jam bene se habet. Itaque quidnam sensum oportet adjungere? nisi forte non in præsente quadam affectione vel constitutione bonum collocant, sed cognitione potius atque sensu. At vero sic sensum ipsum sensualisque vitæ actionem dicent esse bonum, ideoque quodlibet percipientibus, bonum adesse confitebuntur. Sin autem ex ambobus bonum con-

νοις. Εἰ δὲ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἀγαθὸν λέγουσιν, οἷον αἰσθήσεως τοιαύτου, πῶς ἑκατέρου ἀδιαφόρου ὄντος τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἀγαθὸν εἶναι λέγουσιν; εἰ δὲ ἀγαθὸν μὲν τὸ πάθος καὶ τὴν τοιάνδε κατάστασιν τὸ εὖ ζῆν, ὅταν γνῷ τις τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ παρὸν, ἐρωτητέον αὐτούς, εἰ γνοὺς τὸ παρὸν δὴ τοῦτο ὅ τι πάρεστιν, εὖ ζῇ· ἢ δεῖ γνῶναι οὐ μόνον ὅτι ἡδύ, ἀλλ' ὅτι τοῦτο τὸ ἀγαθόν. Ἀλλ' εἰ ὅτι τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, οὐκ αἰσθήσεως τοῦτο ἔργον ἤδη, ἀλλ' ἑτέρας μείζονος ἢ κατ' αἴσθησιν δυνάμεως· οὐ τοίνυν τοῖς ἡδομένοις τὸ εὖ ζῆν ὑπάρξει, ἀλλὰ τῷ γινώσκειν δυναμένῳ, ὅτι ἡδονὴ τὸ ἀγαθόν. Αἴτιον δὲ τοῦ εὖ ζῆν οὐχ ἡδονὴ ἔσται, ἀλλὰ τὸ κρῖνειν δυνάμενον, ὅτι ἡδονὴ ἀγαθόν. Καὶ τὸ μὲν κρῖνον βέλτιον ἢ κατὰ πάθος· λόγος γὰρ ἢ νοῦς, ἡδονὴ δὲ πάθος· οὐδαμοῦ δὲ κρεῖττον ἄλογον λόγου. Πῶς ἂν οὖν ὁ λόγος αὑτὸν ἀφεὶς ἄλλο θήσεται ἐν τῷ ἐναντίῳ γένει κείμενον κρεῖττον εἶναι ἑαυτοῦ; Ἀλλὰ γὰρ ἐοίκασιν ὅσοι τε καὶ τοῖς φυτοῖς [οὖ] διδόασι, καὶ ὅσοι αἰσθήσει τοιᾷδε τὸ εὖ, λανθάνειν ἑαυτοὺς μεῖζόν τι τὸ εὖ ζῆν ζητοῦντες καὶ ἐν τρανοτέρᾳ ζωῇ τὸ ἄμεινον τιθέντες. Καὶ ὅσοι δὲ ἐν λογικῇ ζωῇ εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ζωῇ, οὐδ' εἰ αἰσθητικὴ εἴη, καλῶς μὲν ἴσως ἂν λέγοιεν. Διὰ τί δὲ οὕτω καὶ περὶ τὸ λογικὸν ζῷον μόνον τὸ εὐδαιμονεῖν τίθενται, ἐρωτᾷν αὐτοὺς προσήκει· ἆρά γε τὸ λογικὸν προσλαμβάνετε, ὅτι εὐμήχανον μᾶλλον ὁ λόγος, καὶ ῥᾳδίως ἀνιχνεύειν καὶ περιποιεῖν τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν δύναται, ἢ κἂν μὴ δυνατὸς ᾖ ἀνιχνεύειν μηδὲ τυγχάνειν; ἀλλ' εἰ μὲν διὰ τὸ ἀνευρίσκειν μᾶλλον δύνασθαι, ἔσται καὶ τοῖς μὴ λόγον ἔχουσιν, εἰ ἄνευ λόγου φύσει τυγχάνοιεν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν τὸ εὐδαιμονεῖν. Καὶ ὑπουργὸς ἂν ὁ λόγος, καὶ οὐ δι' αὐτὸν αἱρετὸς γίγνοιτο, οὐδ' αὖ ἡ τελείωσις αὐτοῦ, ἣν φαμὲν ἀρετὴν εἶναι. Εἰ δὲ φήσετε μὴ διὰ τὰ κατὰ φύσιν πρῶτα ἔχειν τὸ τίμιον, ἀλλὰ δι' αὐτὸν ἀσπαστὸν εἶναι, λεκτέον τί τε ἄλλο ἔργον αὐτοῦ, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτοῦ, καὶ τί τέλειον αὐτὸν ποιεῖ. Ποιεῖν γὰρ δεῖ αὐτὸν τέλειον, οὐ τὴν θεωρίαν τὴν περὶ ταῦτα, ἀλλὰ ἄλλο τι τέλειον αὐτὸν εἶναι, καὶ φύσιν ἄλλην εἶναι αὐτόν· καὶ μὴ εἶναι αὐτὸν τούτων τῶν πρώτων κατὰ φύσιν, μηδὲ ἐξ ὧν τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, μηδ' ὅλως τούτου τοῦ γένους εἶναι, ἀλλὰ κρείττονα τούτων ἁπάντων· ἢ πῶς τὸ τίμιον αὐτῷ, οὐκ οἶμαι ἔξειν αὐτοὺς λέγειν. Ἀλλ' οὗτοι μέν, ἕως ἂν κρείττονα εὕρωσι φύσιν τῶν περὶ ἃ νῦν ἵστανται, ἐατέοι ἐνταυθοῖ εἶναι, ὕπερ μένειν ἐθέλουσιν, ἀπόρως ἔχοντες [ὅ τι καὶ] ὅπη τὸ εὖ ζῆν, οἷς δυνατόν ἐστι τούτων.

stitui dicant, velut certæ cujusdam rei affectionisve perceptione: quonam pacto, cum utrumque sit indifferens, quod ex ambobus constat, bonum asserunt? At si bonum quidem affectionem talemque statum esse bene vivere dicant, quando quis bonum præsens sibi cognoscit, interrogare eos expedit, utrum cognoscens præsens hoc esse præsens, bene vivat? an nosse oporteat, non solum esse dulce, sed hoc ipsum esse bonum? Verum, si nosse oportet esse bonum, non sensus ipsius jam id opus erit, sed virtutis cujusdam sensu præstantioris. Non ergo voluptate perfusis bene vivere competet, sed ei, qui cognoscere valeat voluptatem esse bonum. Atque ita bene vivendi causa non voluptas erit, imo quod judicare queat voluptatem esse bonum. Et id quidem, quod judicat, est affectione et passione præstantius: est enim ratio vel intellectus: voluptas vero passio. Nullo autem modo, quod irrationale est, ratione est excellentius. Quomodo igitur ratio seipsam dimittens aliud ponet in opposito quodam genere constitutum seipsa præstantius esse? Sed videntur, quicunque plantis [non] attribuunt, et quicunque sensui tali bene se habere, latere seipsos, dum bene vivere tanquam majus aliquid quærunt, ipsumque, quod melius dicitur, in vita integriore quodammodo collocant. Rursus quotcunque in vita rationali esse dicunt, non autem in vita simpliciter, neque etiam, si fuerit sensualis, recte forsan dicere possint. Quam vero ob causam sic et circa rationale animal solum felicitatem ponant, interrogare eos oportet, nunquid rationale adjungitis, quoniam ratio solertior sagaciorque sit, atque facilius prima secundum naturam investigare compararequ posit? Numquid etiam si neque sagaciter investigare neque assequi valeret? At vero si propter ipsam duntaxat inveniendi potentiam magis id dicatur, aderit felicitas etiam ratione carentibus: si modo absque ratione prima secundum naturam naturaliter assequantur. Itaque ministra erit ratio, nec ullo modo propter se eligenda, neque rursum perfectio ejus, quam dicimus esse virtutem. Sin autem dicatis non habere dignitatem propter prima naturæ, sed propter seipsam esse colendam: dicendum superest vobis, quidnam sit aliud ejus opus et quæ natura, quidve ipsam perfectam efficiat. Perfectam sane evadere eam oportet non ob ipsam circa hæc inspectionem, sed in alio quodam perfectionem ejus consistere, aliamque ipsi inesse naturam: neque in numero esse horum secundum naturam primorum: neque ex quibus prima hujusmodi componuntur: neque omnino hujus generis esse, sed horum omnium præstantissimam: alioquin, quomodo sit veneranda, illos assignare posse non arbitror. At vero hi quidem, quousque naturam his inveniant meliorem, circa quæ nunc immorantur, permittendi sunt ibi trahere moras ubicunque libuerit, ambigentes, quidnam sit bene vivere, quibus inesse potest, et quo pacto, et in quibus horum valeat reperiri.

Si eadem ratione gradusque perfectione viverent omnia, possent omnia bene vivere: quia vita ipsa est ipse intellectus: in aliis autem vivere distat ab intellectu, id est, ab ipsa vita plus quam genere.

Γ'. Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ἐξ ἀρχῆς, τί ποτε τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπολαμβάνομεν εἶναι. Τιθέμενοι δὲ δὴ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν ζωῇ, εἰ μὲν συνώνυμον τὸ ζῆν ἐποιούμεθα, πᾶσι μὲν ἂν τοῖς ζῶσιν ἀπέδομεν δεκτικοῖς εὐδαιμονίας εἶναι. Εὖ δὲ ζῆν ἐνεργείᾳ ἐκεῖνα, οἷς παρῆν ἔν τι καὶ ταὐτὸν, οὗ ἐπεφύκει δεκτικὰ πάντα τὰ ζῶα εἶ-

III. Nos vero ab initio resumamus, quidnam felicitatem existimemus. Profecto cum felicitatem in vita constituamus, si vivere univocum [*imo* synonymum] putaremus, omnibus felicitatis facultatem tribueremus. Bene autem vivere actu illa opinaremur, quibus unum idemque adesset, cujus animalia omnia naturaliter capacia esse valeant.

ναι. Καὶ οὐκ ἂν τῷ μὲν λογικῷ ἔδομεν δύνασθαι τοῦτο, τῷ δ' ἀλόγῳ οὐκέτι. Ζωὴ γὰρ ἦν τὸ κοινόν, ὃ δεκτικὸν τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν ἔμελλεν εἶναι· εἴπερ ἐν ζωῇ τινι τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπῆρχεν. Ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ ἐν λογικῇ ζωῇ λέγοντες τὸ εὐδαιμονεῖν γίνεσθαι, οὐκ ἐν τῇ κοινῇ ζωῇ τιθέντες, ἠγνόησαν τὸ εὐδαιμονεῖν οὐδὲ ζωὴν ὑποτιθέμενοι. Ποιότητα δὲ τὴν λογικὴν δύναμιν, περὶ ἣν ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ἀναγκάζοιντο ἂν λέγειν· ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον αὐτοῖς λογική ἐστι ζωή· περὶ γὰρ τὸ ὅλον τοῦτο ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ὥστε περὶ ἄλλο εἶδος ζωῆς. Λέγω δὲ οὐχ ὡς ἀντιδιῃρημένον τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὡς ἡμεῖς φαμεν, πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον εἶναι. Πολλαχῶς τοίνυν τῆς ζωῆς λεγομένης, καὶ τὴν διαφορὰν ἐχούσης κατὰ τὰ πρῶτα καὶ δεύτερα καὶ ἑφεξῆς· καὶ ὁμωνύμως τοῦ ζῆν λεγομένου, ἄλλως μὲν τοῦ φυτοῦ, ἄλλως δὲ τοῦ ἀλόγου· καὶ τρανότητι καὶ ἀμυδρότητι τὴν διαφορὰν ἐχόντων, ἀνάλογον δηλονότι καὶ τὸ εὖ. Καὶ εἰ εἴδωλον ἄλλο ἄλλου, δηλονότι καὶ τὸ εὖ ὡς εἴδωλον τοῦ εὖ· εἰ δὲ ὅτῳ ἄγαν ὑπάρχει τὸ ζῆν (τοῦτο δέ ἐστιν ὃ μηδενὶ τοῦ ζῆν ἐλλείπει τὸ εὐδαιμονεῖν), μόνῳ ἂν τῷ ἄγαν ζῶντι τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχοι· τούτῳ γὰρ τὸ ἄριστον, εἴπερ ἐν τοῖς οὖσι τὸ ἄριστον τὸ ὄντως ἐν ζωῇ καὶ ἡ τέλειος· οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ ἐπακτὸν τὸ ἀγαθὸν ὑπάρχοι, οὐδ' ἄλλο τὸ ὑποκείμενον ἀλλαχόθεν γενόμενον παρέξει αὐτὸ ἐν ἀγαθῷ εἶναι. Τί γὰρ τῇ τελείᾳ ζωῇ ἂν προσγένοιτο εἰς τὸ ἀρίστῃ εἶναι; Εἰ δέ τις τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ἐρεῖ, οἰκεῖος μὲν ὁ λόγος ἡμῖν, οὐ μὴν τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ ἐνυπάρχον ζητοῦμεν· ὅτι δὲ ἡ τελεία ζωὴ, καὶ ἡ ἀληθινὴ καὶ ὄντως, ἐν ἐκείνῃ τῇ νοερᾷ φύσει, καὶ ὅτι αἱ ἄλλαι ἀτελεῖς, καὶ ἰνδάλματα ζωῆς, καὶ οὐ τελείως οὐδὲ καθαρῶς, καὶ οὐ μᾶλλον ζωαὶ ἢ τοὐναντίον, πολλάκις μὲν εἴρηται. Καὶ νῦν δὲ λελέχθω συντόμως, ὡς, ἕως ἂν πάντα τὰ ζῶα ἐκ μιᾶς ἀρχῆς ᾖ, μὴ ἐπίσης δὲ τὰ ἄλλα ζῇ, ἀνάγκη τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην ζωὴν καὶ τὴν τελειότητα εἶναι.

Neque sic rem hujusmodi partiremur, ut rationali quidem facultatem hujus concederemus, irrationali vero nequaquam. Vita enim esset ipsum commune, quod quidem ejusdem capax ad beatitudinem consequendam esse deberet: siquidem in vita quadam beatitudo consisteret. Quapropter et qui in vita rationali beatitudinem fieri dicunt, non in communi vita ponentes, non satis, ut arbitror, advertunt, se felicitatem ponere non esse vitam. Qualitatem vero rationalem potentiam, circa quam felicitas consistit, dicere compellentur: at subjectum apud eos vita rationalis exsistit: nam circa totum hoc felicitas ipsa versatur: quamobrem circa aliam vitæ speciem ponenda videtur. Dico autem non tanquam aliæ species adversus rationem distinguantur ex æquo, sed, quemadmodum dicere consuevimus, hoc quidem prius, illud vero posterius. Cum igitur multifariam vita dicatur, differentiasque habeat secundum prima atque secunda et deinceps; et vivere æquivoca ratione dicatur, aliter quidem de planta, aliter vero de bruto; et plenitudine atque exiguitate differentiam habeat: certe proportione quadam analogica, tam bene vivere, quam vivere, de his omnibus dicitur. Atque si alterum vivens viventis alterius simulacrum est, similiter et alter bene vivendi habitus, alterius bene vivendi simulacrum judicari debet: sin autem cuicunque satis adest vivere, (hoc autem est, quod nulla ex parte a vita deficit, felicitas competit,) certe soli sufficienter viventi felicitas aderit. Huic enim adest et optimum: siquidem in ipso entium ordine optimum est, quod vere est in vita, ipsaque est vita perfecta. Sic enim neque adventitium erit ipsum bonum: neque aliud quicquam aliunde adveniens efficiet, ut subjectum collocetur in bono. Quid enim perfectæ vitæ ad hoc, ut optima sit, est addendum? Siquis vero ipsam boni naturam dicat addendam, proprius quidem sermo nobis erit: neque tamen causam, sed, quod inest nobis, inquirimus. Sæpe quidem dictum est perfectam veramque vitam in illa intellectuali natura vigere: alias vero imperfectas esse vitæque imagines, neque perfecte vivere neque pure: rursus neque vitas magis esse, quam non-vitas. Et nunc summatim dictum fuerit, quatenus omnia viventia ex uno principio vivunt, neque alia æque vivunt, necessario sequi, ipsum vivendi principium primam vitam perfectionemque esse.

Homo potest vitam beatam assequi, quatenus consequitur intellectum, quod actu totus animus fiat intellectus.

Δ'. Εἰ μὲν οὖν τὴν τελείαν ζωὴν ἔχειν οἷός τε ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ὁ ταύτην ἔχων τὴν ζωὴν, εὐδαίμων· εἰ δὲ μή, ἐν θεοῖς ἄν τις τὸ εὐδαιμονεῖν θεῖτο, εἰ ἐν ἐκείνοις μόνοις ἡ τοιαύτη ζωή. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ἐν ἀνθρώποις φαμὲν εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν τοῦτο, σκεπτέον πῶς ἐστι τοῦτο. Λέγω δὲ ὧδε· ὅτι μὲν οὖν ἔχει τελείαν ζωὴν ἄνθρωπος, οὐ τὴν αἰσθητικὴν μόνον ἔχων, ἀλλὰ καὶ λογισμὸν καὶ νοῦν ἀληθινὸν, δῆλον καὶ ἐξ ἄλλων. Ἀλλ' ἆρά γε ὡς ἄλλος ὤν, ἄλλο τοῦτο ἔχει; ἢ οὐδ' ἔστιν ὅλως ἄνθρωπος, μὴ οὐ καὶ τοῦτο ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ ἔχων, ὃν δὴ καί φαμεν εὐδαίμονα εἶναι; ἀλλ' ὡς μέρος αὐτοῦ τοῦτο φήσομεν ἐν αὐτῷ τὸ εἶδος τῆς ζωῆς τὸ τέλειον εἶναι; ἢ τὸν μὲν ἄλλον ἄνθρωπον μέρος τι τοῦτο ἔχειν δυνάμει ἔχοντα· τὸν δὲ εὐδαίμονα ἤδη, ὃς δὴ καὶ ἐνεργείᾳ ἐστὶ τοῦτο, καὶ μεταβέβηκε πρὸς τὸ αὐτὸ εἶναι τοῦτο· περικεῖσθαι δ' αὐτῷ τὰ ἄλλα ἤδη, ἃ

IV. Si igitur homo potest vitam perfectam habere, certe homo hanc habens est beatus: alioquin diis tantum felicitatem attribuemus, si solis ejusmodi adest vita. Quoniam vero fatemur hominibus quoque posse inesse felicitatem: quonam pacto id sit, nobis est cogitandum. Dico autem ita: Quod homo perfectam vitam habeat, non quidem si habeat sensualem solam, sed rationem quoque intellectumque verum, ex aliis potest esse perspicuum. Sed nunquid ipse, tanquam alius exsistens, id tanquam aliud habet? Aut certe omnino non est homo, nisi hoc vel potentia habeat vel actu, qualem nimirum dicimus esse felicem. Sed numquid, tanquam ejus partem, id in ipso ponemus dicemusque perfectam vitæ speciem esse? Aut certe alium quidem hominem velut partem id dicemus habere, potentia quadam habentem: illum vero felicem, qui jam id actu exsistit, ad idque pervenit, ut una cum hoc sit idem. Circumstare vero ipsum jam cetera: quæ quidem aliquis

ὴ οὐδὲ μέρη αὐτοῦ ἄν τις θεῖτο οὐκ ἐθέλοντι περιχείμενα· ἦν δ' ἂν αὐτοῦ κατὰ βούλησιν συνηρτημένα. Τούτῳ τοίνυν τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἀγαθόν; ἢ αὐτὸς αὑτῷ ὅπερ ἔχει· τὸ δὲ ἐπέκεινα αἴτιον τοῦ ἐν αὐτῷ· καὶ ἄλλως ἀγαθὸν, αὐτῷ παρὸν ἄλλως. Μαρτύριον δὲ τούτου τὸ εἶναι, τὸ μὴ ἄλλο ζητεῖν τὸν οὕτως ἔχοντα. Τί γὰρ ἂν καὶ ζητήσειε; τῶν μὲν γὰρ χειρόνων οὐδὲν, τῷ δὲ ἀρίστῳ σύνεστιν. Αὐτάρκης οὖν ὁ βίος τῷ οὕτω ζωὴν ἔχοντι. Κἂν σπουδαῖος ᾖ, αὐτάρκης εἰς εὐδαιμονίαν καὶ εἰς κτῆσιν ἀγαθοῦ. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀγαθὸν, ὃ μὴ ἔχει. Ἀλλ' ὃ ζητεῖ, ὡς ἀναγκαῖον ζητεῖ, καὶ οὐχ αὑτῷ, ἀλλά τινι τῶν αὑτοῦ. Σώματι γὰρ προσηρτημένῳ ζητεῖ, κἂν ζῶντι δὲ σώματι, τὰ αὑτοῦ ζῶντι τούτῳ, οὐχ ἃ τοιούτου τοῦ ἀνθρώπου ἐστί. Καὶ γινώσκει ταῦτα, καὶ δίδωσιν, ἃ δίδωσιν, οὐδὲν τῆς αὑτοῦ παραιρούμενος ζωῆς· οὐδ' ἐν τύχαις τοίνυν ἐναντίαις ἐλαττώσεται εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν· μένει γὰρ καὶ ὡς ἡ τοιαύτη ζωή· ἀποθνησκόντων τε οἰκείων καὶ φίλων, οἶδε τὸν θάνατον, ὅ τι ἐστίν. Ἴσασι δὲ καὶ οἱ πάσχοντες, σπουδαῖοι ὄντες. Οἰκεῖοι δὲ καὶ προσήκοντες τοῦτο πάσχοντες, κἂν λυπῶσιν, οὐκ αὐτὸν, τὸ δ' ἐν αὐτῷ νοῦν οὐκ ἔχον, οὗ τὰς λύπας οὐ δέξεται.

non tanquam partes ipsius asseverabit, eo nolente videlicet circumstantia : ipsius vero jam essent, si vellet esse connexa. Huic ergo quidnam est bonum? Fortasse ipse sibimet per id quod possidet. Quod autem superius exstat, causa ejus est, quod viget in ipso. Atque illud quidem aliter in se bonum est, alteri vero aliter adest. Testimonium vero hinc haberi potest, quod, qui sic est affectus, nihil ultra desiderat. Quid enim quærat ? Deteriorum quidem nihil : optimo autem est conjunctus. . Qui igitur ita vivit, vitam habet sufficientem. Ac si virtute sit præditus, sufficiens ad felicitatem et ad boni possessionem erit. Nullum est enim bonum, quod non habeat. Quod autem quærit, tanquam necessarium quærit, non quidem sibi, sed suorum alicui. Corpori quidem annexo quærit : et si corpori viventi, certe, quæ ad ipsum pertinent, non quæ interioris sunt hominis propria. Profecto hæc plane cognoscit, atque ita dat, quæ tribuit, ut nullo modo a vita sua desciscat. Quamobrem in fortunis adversis nihilominus beatus erit : permanet enim quemadmodum ejusmodi vita : præterea in domesticorum amicorumque obitu, quid sit mors, non ignorat. Ipsi quoque, qui talia patiuntur, si probi sint, idem plane noverunt. Familiares autem atque necessarii id patientes, si quam molestiam afferant, non ipsi inferunt, sed ei potius, quod in ipso est mente captum, cujus quidem molestias proprias felix animus non accipiet.

Enumerat quæ Peripatetici huic definitioni felicitatis objiciant.

Ε'. Ἀλγηδόνες δ' ἔτι καὶ νόσοι καὶ τὰ ὅλως κωλύοντα ἐνεργεῖν ; εἰ δὲ ὃ μηδ' ἑαυτῷ παρακολουθοῖ ; γένοιτο γὰρ ἂν καὶ ἐκ φαρμάκων καί τινων νόσων· πῶς δὴ ἐν τούτοις ἅπασι τὸ ζῆν εὖ καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἂν ἔχοι ; πενίας γὰρ καὶ ἀδοξίας ἐατέον. Καί τοι καὶ πρὸς ταῦτα ἄν τις ἀποβλέψας ἐπιστήσειε, καὶ πρὸς τὰς πολυθρυλλήτους αὖ μάλιστα Πριαμικὰς τύχας· ταῦτα γὰρ εἰ καὶ φέροι, καὶ ῥᾳδίως φέροι, ἀλλ' οὐ βουλητά γε ἦν αὐτῷ. Δεῖ δὲ βουλητὸν τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι, ἐπεὶ οὐδὲ τοῦτον εἶναι τὸν σπουδαῖον ψυχὴν τοιάνδε, μὴ συναριθμεῖσθαι δ' αὐτοῦ τῇ οὐσίᾳ τὴν σώματος φύσιν. Ἑτοίμως γὰρ τοῦτο φαῖεν ἂν λαμβάνειν, ἕως ἂν αἱ τοῦ σώματος πείσεις πρὸς αὐτὸν ἀναφέρωνται, καὶ αὖ καὶ αἱ αἱρέσεις καὶ φυγαὶ διὰ τοῦτο γίγνωνται αὐτῷ. Ἡδονῆς δὲ συναριθμουμένης τῷ εὐδαίμονι βίῳ, πῶς ἂν λυπηρὸν διὰ τύχας καὶ ὀδύνας ἔχων εὐδαίμων εἴη, ὅτῳ ταῦτα σπουδαίῳ ὄντι γίγνοιτο; ἀλλὰ θεοῖς μὲν ἡ τοιαύτη διάθεσις εὐδαίμων καὶ αὐτάρκης· ἀνθρώποις δὲ προσθήκην τοῦ χείρονος λαβοῦσι περὶ ὅλον χρὴ τὸ γενόμενον τὸ εὐδαιμον ζητεῖν, ἀλλὰ μὴ περὶ μέρος, ὃ ἐκ θατέρου κακῶς ἔχοντος ἀναγκάζοιτο ἂν καὶ θάτερον τὸ κρεῖττον ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὰ αὑτοῦ, ὅτι μὴ καὶ τὰ τοῦ ἑτέρου καλῶς ἔχει· ἢ ἀπορρήξαντα δεῖ σῶμα, ἢ καὶ αἴσθησιν τὴν σώματος, οὕτω τὸ αὐταρκες ζητεῖν πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν ἔχειν.

V. Dolores autem corporis et morbi, et quæ omnino actiones impediunt, quidnam poterunt? Quinetiam si per hæc sibi minime constet [*i. e.* si sibi ipse non amplius constet et perturbetur mente], quid dicendum? Id enim ex veneficiis et morbis quibusdam fieri potest. Quonam pacto in his omnibus bene vivere felixque esse poterit? Inopem quidem et abjectam fortunam missam in præsentia faciamus. Quamvis et ad hæc aspiciens aliquis nobis forsitan adversabitur, Priamique calamitates contra adducet in medium : hæc enim etsi ferat, ac facile ferat, non tamen pro voto ejus eveniunt. Oportet autem vitam felicem ad votum esse : quandoquidem probum hominem non esse solum animam talem dicent, sed hominis ipsius substantiæ corporis naturam annumerari. Facile vero hoc diceret aliquis accipere, quousque corporis passiones ad ipsum animum transferantur : rursusque corporis gratia hominem singula vel prosequi vel declinare. Proinde cum vitæ felici voluptas necessaria sit, quonam pacto angustiis et doloribus circumventus felix erit? etiam si bonus sit is, quem adversitas ejusmodi presserit? Atqui dis quidem perfectus ipse mentis solius habitus felix atque sufficiens. Hominibus autem, quorum animis deterius aliud est adjunctum, circa totum compositum est quærenda felicitas, non autem circa alteram duntaxat partem, quamvis præstantiorem : quæ, quotiens altera male se habet, necessario officia sua exsequi prohibetur. Alioquin corpus vel corporis sensum oportet abjicere, atque ita ad felicitatem nobis sufficientiam quærere.

Respondet objectionibus, quod finis ultimus sit bonum simplex, scilicet intelligibile : cetera vero non finis, sed ad finem.

Ϛ'. Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν τῷ μὴ ἀλγεῖν μηδὲ νοσεῖν μηδὲ δυστυχεῖν μηδὲ συμφοραῖς μεγάλαις περιπίπτειν ἐδίδου ὁ λόγος, οὐκ ἦν, τῶν ἐναντίων παντῶν, εἶναι ὁντινοῦν εὐδαίμονα. Εἰ δὲ ἐν τῇ τοῦ

VI. At si felitatem in non dolendo et non ægrotando et non periclitando neque in magnas adversitates incidendo ratio collocasset, nemo felix contrariis imminentibus esse posset. Sin autem in ipsa veri boni possessione id positum

ἀληθινοῦ ἀγαθοῦ κτήσει τοῦτό ἐστι κείμενον, τί δεῖ παρέντας τοῦτο, καὶ τὸ πρὸς τοῦτο βλέποντας κρίνειν τὸν εὐδαίμονα, τὰ ἄλλα ζητεῖν ἃ μὴ ἐν τῷ εὐδαιμονεῖν ἠρίθμηται; Εἰ μὲν γὰρ συμφόρησις ἦν ἀγαθῶν καὶ ἀναγκαίων, ἢ καὶ οὐκ ἀναγκαίων, ἀλλ' ἀγαθῶν καὶ τούτων λεγομένων, ἐχρῆν καὶ ταῦτα παρεῖναι ζητεῖν· εἰ δὲ τὸ τέλος ἕν τι εἶναι, ἀλλ' οὐ πολλὰ δεῖ (οὕτω γὰρ ἂν οὐ τέλος, ἀλλὰ τέλη ἂν ζητοῖ), ἐκεῖνο χρὴ λαμβάνειν μόνον, ὃ ἔσχατόν τέ ἐστι καὶ τιμιώτατον, καὶ ὃ ἡ ψυχὴ ζητεῖ ἐν αὐτῇ ἐγκολπίσασθαι. Ἡ δὲ ζήτησις αὕτη καὶ ἡ βούλησις οὐχὶ τὸ μὴ ἐν τούτῳ εἶναι· ταῦτα γὰρ οὐκ ἂν τῇ φύσει, ἀλλὰ παρόντα μόνον φεύγει ὁ λογισμὸς ἀποικονομούμενος, ἢ καὶ προσλαμβάνων ζητεῖ. Αὐτὴ δὲ ἡ ἔφεσις πρὸς τὸ κρεῖττον αὐτῆς, οὗ ἐγγενομένου ἀποπεπλήρωται καὶ ἔστη, καὶ οὗτος ὁ βουλητὸς ὄντως βίος. Τῶν δ' ἀναγκαίων τι παρεῖναι οὐ βούλησις ἂν εἴη, εἰ κυρίως τὴν βούλησιν ὑπολαμβάνοι, ἀλλὰ μὴ καταχρώμενος ἄν τις λέγοι, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα παρεῖναι ἀξιοῦμεν, ἐπεὶ καὶ ὅλως τὰ κακὰ ἐκκλίνομεν· καὶ οὐ δή που βουλητὸν τὸ τῆς ἐκκλίσεως τῆς τοιαύτης· μᾶλλον γὰρ βουλητὸν τὸ μηδὲ δεηθῆναι τῆς ἐκκλίσεως τῆς τοιαύτης. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτά, ὅταν παρῇ· οἷον ὑγίεια, καὶ ἀνωδυνία. Τί γὰρ τούτων ἐπαγωγόν ἐστι; καταφρονεῖται γοῦν ὑγίεια παροῦσα καὶ τὸ μὴ ἀλγεῖν. Ἃ δὲ παρόντα μὲν οὐδὲν ἐπαγωγὸν ἔχει, οὐδὲ προστίθησί τι πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν, ἀπόντα δὲ διὰ τὴν τῶν [ἐναντίων] λυπούντων παρουσίαν ζητεῖ, εὔλογον ἀναγκαῖα, ἀλλ' οὐκ ἀγαθὰ φάσκειν εἶναι· οὐδὲ συναριθμητία τοίνυν τῷ τέλει, ἀλλὰ καὶ ἀπόντων αὐτῶν καὶ τῶν ἐναντίων παρόντων ἀκέραιον τὸ τέλος τηρητέον.

est: quidnam oportet hoc prætereuntes et, quod præterea accedit, prospicientes, judicare felicem, alia insuper quærere, quæ in felicitate minime numerantur? Si enim felicitas esset bonorum simul ac necessariorum accumulatio, sive bonorum majorum atque minorum, quæ non modo necessaria, sed etiam bona dicantur, hæc insuper oporteret adesse. At si finem esse unum aliquid, non autem multa oportet, (alioquin non finem, sed fines homo quæral,) illud consequi oportet solum, quod ultimum est atque præstantissimum, quodve intimum sibi fieri anima quærit. Inquisitio vero hæc atque voluntas non eo tendit, ut in hoc minime sit. Incommodorum enim declinationem haud præcipuo naturæ voto eligit, sed præsentia solum fugit rationis discursio atque propellit: aut etiam commoda quæril adjungere. Ipsa vero appetitio principalis ad id, quod optimum est, dirigitur: quo præsente impletur et conquiescit. Atque hæc vita est, quæ voluntate præcipua exoptatur. Necessariorum vero aliquid adesse non voluntas erit, si proprie ac præcipue, nec per abusum, nomines voluntatem: quandoquidem et hæc adesse existimamus oportere: quoniam videlicet a malis pro viribus declinamus; neque tamen hoc ipsum declinationis officium est principaliter exoptandum: optabilius enim est, declinatione hac nequaquam indiguisse. Testantur autem hoc eadem ipsa cum adsunt, velut sanitas et indolentia. Quod enim horum mirifice animum ad se adducit? Præsens namque sanitas et indolentia negligi consuevit. Quæ vero præsentia nequaquam habent blandam ad se animi convertendi virtutem, neque ad felicitatem nobis quicquam addunt: absentia vero propter contrariorum offendentium præsentiam requiruntur, rationi consentaneum est, necessaria potius quam bona censere. Neque igitur fini videntur annumeranda, sed et absentibus ipsis eorumque contrariis imminentibus finis integer est servandus.

Felix bonum intelligibile solum vult: ab aliis vel bonis vel malis non pendet.

Ζ'. Διὰ τί οὖν ὁ εὐδαιμονῶν ταῦτα ἐθέλει παρεῖναι, καὶ τὰ ἐναντία ἀπωθεῖται; ἢ φήσομεν, οὐχ ὅτι πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν εἰσφέρεταί τινα μοῖραν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὸ εἶναι· τὰ δὲ ἐναντία τούτων ἢ πρὸς τὸ μὴ εἶναι, ἢ ὅτι ἐνοχλεῖ τῷ τέλει παρόντα, οὐχ ὡς ἀφαιρούμενα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ὁ ἔχων τὸ ἄριστον αὐτὸ μόνον βούλεται ἔχειν, οὐκ ἄλλο τι μετ' αὐτοῦ· ἢ ὅταν παρῇ, οὐκ ἀφῄρηται μὲν ἐκεῖνο, ἔστι δ' ὅμως κἀκείνου ὄντος. Ὅλως δέ, οὐκ εἴ τι ὁ εὐδαίμων μὴ ἐθέλοι, παρείη δὲ τοῦτο, ἤδη παραιρεῖταί τι τῆς εὐδαιμονίας· ἢ οὕτω γε καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν μεταπίπτοι ἄν, καὶ ἐκπίπτοι τῆς εὐδαιμονίας· οἷον εἰ καὶ παῖδα ἀποβάλλοι, ἢ καὶ ὁτιοῦν τῶν κτημάτων. Καὶ μυρία ἂν εἴη, ἃ οὐ κατὰ γνώμην ἐκβάντα οὐδέν τι παρακινεῖ τοῦ παρόντος τέλους αὐτῷ. Ἀλλὰ τὰ μεγάλα, φασί, καὶ οὐ τὰ τυχόντα. Τί δ' ἂν εἴη τῶν ἀνθρωπίνων μέγα, ὥστ' ἂν μὴ καταφρονηθῆναι ὑπὸ τοῦ ἀναβεβηκότος πρὸς τὸ ἀνωτέρω ἁπάντων τούτων καὶ οὐδενὸς ἔτι τῶν κάτω ἐξηρτημένου; διὰ τί γὰρ τὰς μὲν εὐτυχίας, ἡλίκαι οὖν ἐὰν ὦσιν, οὐ μεγάλας ἡγεῖται, οἷον βασιλείας καὶ πόλεων καὶ ἐθνῶν ἀρχὰς, οὐδὲ οἰκήσεις καὶ κτήσεις πόλεων, οὐδ' εἰ ὑπ' αὐτοῦ γίγνοιντο· ἐκπτώσεις δὲ ἀρχῶν καὶ πόλεως αὐτοῦ κατασκαφὴν ἡγήσεταί τι εἶναι

VII. Quam igitur ob causam felix appetit hæc adesse, et contraria respuit? Fortasse dicemus, non quia ad beatum esse, sed ad ipsum esse potius aliquid conferant; contraria vero horum vel ad non esse deducant, vel quoniam virum fine potitum occurrentia interpellent, non auferentia finem; sed quoniam, qui optimo fruitur, ipsum solum optat habere, aliud vero quicquam una cum ipso nequaquam: quinetiam si occurrerit aliud, non aufert quidem finem, qui vel hoc præsente non abest. Omnino autem non si quid accidat felici, quod nolit, propterea ulla ex parte a beatitudine decidit: alioquin quotidie permutabitur, a felicitateque excidet: veluti si filium amittat, vel jacturam quandam supellectilium patiatur. Profecto innumerabilia sunt, quæ præter sententiam accidentia nihil finis præsentiæ detrahant. At dicunt magnas adversitates, non quaslibet, mutare felicitatem. Sed quidnam erit humanorum adeo magnum, quin ab eo despici queat, qui ad altiora his omnibus sese contulit, neque ab inferioribus ullis ultra pendet? Cum enim prosperitates quidem, qualescunque adsint, non magnas existimet: sicut regna et civitatum gentiumque imperia constitutionesque urbium, vel si ab se ipso fiant: curnam dominationis vel patriæ jacturam grave malum existimabit? Sin autem malum

μέγα; εἰ δὲ δὴ καὶ κακὸν μέγα, ἢ ὅλως κακὸν, γέλοιος ἂν εἴη τοῦ δόγματος, καὶ οὐκ ἂν ἔτι σπουδαῖος εἴη, ξύλα καὶ λίθους καὶ, νὴ Δία, θανάτους θνητῶν μέγα ἡγούμενος, ᾧ φαμεν δεῖν δόγμα παρεῖναι περὶ θανάτου τὸ ἄμεινον ζωῆς τῆς μετὰ σώματος εἶναι. Αὐτὸς δὲ εἰ τυθείη, κακὸν οἰήσεται αὐτῷ τὸν θάνατον, ὅτι παρὰ βωμοῖς τέθνηκεν; ἀλλ' εἰ μὴ ταφείη, πάντως που καὶ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν τεθὲν τὸ σῶμα σαπείη· εἰ δ' ὅτι μὴ πολυδαπάνως, ἀλλ' ἀνωνύμως τέθαπται, οὐκ ἀξιωθεὶς ὑψηλοῦ μνήματος, τῆς μικρολογίας. Ἀλλ' εἰ αἰχμάλωτος ἄγοιτο, πάντῃ ἐστὶν ὅδὸς ἐξιέναι, εἰ μὴ ἐν εὐδαιμονεῖν. Εἰ δὲ οἰκεῖοι αὐτῷ αἰχμάλωτοι, οἷον ὑκόμεναι νυοὶ καὶ θυγατέρες, τί οὖν φήσομεν, εἰ ἀποθήσκοι μηδὲν τοιοῦτον ἐωρακώς; ἆρ' οὖν οὕτω δόξης ἴχοι ἐκποδών, ὡς μὴ ἂν τούτων ἐνδεχομένων γενέσθαι; ἀλλ' ἄτοπος ἂν εἴη. Οὐκ ἂν οὖν δοξάσειεν, ὡς ἐνδέχεται τοιαύταις τύχαις τοὺς οἰκείους περιπεσεῖν; ἆρ' οὖν διὰ τὸ οὕτως ἂν δόξαι ὡς καὶ γενησομένου ἂν, οὐκ εὐδαίμων; ἢ καὶ δοξάζων οὕτως εὐδαίμων, ὥστε καὶ γινομένου· ἐνθυμοῖτο γὰρ ἄν, ὡς ἡ τοῦδε τοῦ παντὸς φύσις τοιαύτη, οἷα καὶ τὰ τοιαῦτα φέρειν καὶ ἕπεσθαι χρή. Καὶ πολλοὶ δὴ καὶ ἄμεινον αἰχμάλωτοι γενόμενοι πράξουσι· καὶ ἐπ' αὐτοῖς δὲ βαρυνομένοις ἀπελθεῖν· ἢ μένοντες ἢ εὐλόγως μένουσι, καὶ οὐδὲν δεινὸν, ἢ εὐλόγως μένοντες δέον μὴ αὐτοῖς αἴτιοι. Οὐ γὰρ δὴ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄνοιαν οἰκείων ὄντων αὐτὸς ἐν κακῷ ἔσται, καὶ εἰς ἄλλων εὐτυχίας καὶ δυστυχίας ἀναρτήσεται.

ejusmodi quicquam esse censeat, ridiculus erit habendus: neque amplius erit probus, ligna et lapides, et, per Jovem, mortes mortalium magnum quiddam ducens: quem censemus debere mortem prorsus existimare esse vita corporea meliorem. Ipse autem si immoletur, num putabit malum sibi mortem, propterea quod juxta aras sit jugulandus? Quod nisi condatur, omnino tam super quam sub terram corpus dissolvetur. Numquid etiam multifaciet, quod tenui sumptu ignobiliterque sepeliatur, altiori monumento dignus minime judicatus? Omnino vero pusilli animi est talia multi facere. Præterea si captivus ducatur, aderit solvendi facultas, si non detur ibi esse felicem. Sin autem domestici ejus captivi ducantur, sicut tractæ nurus et filiæ, num minus felix erit? Quid ergo dicemus, si decedat e vita nihil talium intuitus? nunquid e vita tali quadam opinione migrabit, perinde ac si hæc accidere nequeant? Sed ita putans foret absurdus. An non igitur opinabitur fieri posse, ut sui fortunis talibus opprimantur? Nunquid ergo ob hanc ipsam opinionem, quasi sit eventurum, felix minime sit futurus? Imo etiam opinatus ita, felix esse poterit. Quapropter etiam si acciderit in præsentia, considerabit enim [*del.*] eam esse universi naturam, ut talia ferat, atque sequi oportere. Multi quinetiam in captivitatem ducti melius agent. Præterea in eorum arbitrio est, qui vincti sunt, se solvere: quod si permaneant, vel quadam ratione manebunt, atque ita nihil admodum grave fuerit: vel absque ratione, tum vero non decet, ut ipsi sibimet perturbationis causa sint. Sane vir probus neque unquam propter suorum inscitiam malo premetur, neque in aliorum fortunas, sive adversas sive prosperas, traducetur.

Beatus bonum intelligibile servat integrum in quolibet icta fortuna.

Η'. Τὸ δὲ τῶν ἀλγηδόνων αὐτοῦ, ὅταν σφοδραὶ ὦσιν, ἕως δύναται φέρειν, οἰσει· εἰ δὲ ὑπερβάλλουσιν, ἐξοίσουσι, καὶ οὐκ ἐλεινὸς ἔσται ἐν τῷ ἀλγεῖν, ἀλλὰ τὸ αὑτοῦ καὶ ἐν τῷ ἔνδον φέγγος, οἷον ἐν λαμπτῆρι φῶς, πολλοῦ ἔξωθεν πνέοντος, ἐν πολλῇ ζάλῃ ἀνέμων, καὶ χειμῶνι. Ἀλλὰ εἰ μὴ παρακολουθοῖ, ἢ παρατείνοι τὸ ἀλγεῖν ἐπὶ τοσοῦτον αἰρόμενον, ὥστε ἐν τῷ σφοδρῷ ἡμᾶς μὴ ἀπακτιννύναι; Ἀλλὰ εἰ μὲν παρατείνοι, τί χρὴ ποιεῖν, βουλεύσεται· οὐ γὰρ ἀφῄρηται τὸ αὐτεξούσιον ἐν τούτοις. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οὐχ, οἷα τοῖς ἄλλοις φαίνεται, τοιαῦτα καὶ τῷ σπουδαίῳ φανεῖται ἕκαστα, καὶ οὐ μέχρι τοῦ εἴσω ἕκαστα, οὔτε τὰ ἄλλα, οὔτε ἀλγεινὰ οὔτε λυπηρὰ, καὶ ὅταν περὶ ἄλλους τὰ ἀλγεινὰ· ἀσθένεια γὰρ εἴη ψυχῆς ἡμετέρας. Καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ, ὅταν λανθάνειν ἡμᾶς κέρδος ἡγώμεθα, καὶ ἐκθανόντων ἡμῶν εἰ γίγνοιτο κέρδος εἶναι τιθεμένων, καὶ οὐ τὸ ἐκείνων ἔτι σκοπουμένων, ἀλλὰ τὸ αὐτῶν, ὅτως μὴ λυπούμεθα. Τοῦτο δὲ ἡμετέρα ἤδη ἀσθένεια, ἣν δεῖ περιαιρεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐῶντας φοβεῖσθαι μὴ γένηται. Εἰ δέ τις λέγοι, οὕτως ἡμᾶς πεφυκέναι, ὥστε ἀλγεῖν ἐπὶ ταῖς τῶν οἰκείων συμφοραῖς, γινωσκέτω, ὅτι οὐ πάντες οὕτω, καὶ ὅτι τῆς ἀρετῆς τὸ κοινὸν τῆς φύσεως πρὸς τὸ ἄμεινον ἄγειν, καὶ πρὸς τὸ κάλλιον περὶ τοὺς πολλούς. Κάλλιον δὲ τὸ μὴ ἐνδιδόναι τοῖς

VIII. Quando vero dolores ejus vehementes sunt, quatenus poterit ferre, feret: sin autem vehementer excesserint, efferent. Neque miserabilis erit positus in doloribus: sed ipsum suum lumen in suis penetralibus, velut facula quædam in pharo, fulgebit assidue, etiam dum extrinsecus venti perflant, turbine procellisque frementes. At si minus sibimet ipse constet, vel si forte protendatur dolor adeo vehemens, ut ferme jam enecet, quid dicemus? Profecto si protendatur, quid oporteat facere consultabit: non enim in his liberum aufertur arbitrium. Nosse vero oportet, non qualia ceteris singula, talia viris virtute præstantibus apparere: neque rursus singula usque ad hominis intima pervenire, neque alia quidem, neque cruciatus neque dolores: neque rursus, quando alii angustiis opprimuntur. Alioquin foret hæc quædam animæ nostræ debilitas. Quod quidem perspicue tunc apparet, quando operæ pretium, ut hæc nos lateant, fore censemus: similiter quoque, si quando præstare putemus, imminentem mortem nos latere. Præterea cum aliena incommoda latere nos cupimus, non illis jam, sed nobis ipsis prospicimus, ne molestiis ullis afficiamur. Id vero totum nostræ imbecillitatis est vitium, quam propulsare procul oportet, neque imbecillitati cedentes formidare, ne quid molestiæ accidat. Si quis autem objecerit, nos ita natura institutos, ut domesticorum casibus doleamus, is intelligat, primum quidem non omnes sic affectos esse, deinde virtutis officium esse, communem naturæ conditionem ad id quod melius est perducere, atque ad honestius aliquid præter vulgi sententiam: honestius autem est nequaquam

νομιζομένοις τῇ κοινῇ φύσει δεινοῖς εἶναι. Οὐ γὰρ ἰδιωτικῶς δεῖ, ἀλλ' οἷον ἀθλητὴν μέγαν διακεῖσθαι τὰς τῆς τύχης πληγὰς ἀμυνόμενον, γινώσκοντα μὲν, ὅτι τινὶ φύσει τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀρεστά, τῇ δὲ αὐτοῦ φύσει οἰστά, οὐχ ὡς δεινὰ, ἀλλ' ὡς παισὶ φοβερά. Τοῦτο οὖν ἤθελεν; ἢ καὶ πρὸς τὰ μὴ θελητὰ, ὅταν παρῇ, ἀρετὴν καὶ πρὸς ταῦτα ἔχει δυσκίνητον καὶ δυσπαθῆ τὴν ψυχὴν παρέχουσαν.

his concedere, quæ communi naturæ gravia esse videntur. Non enim quasi rudem esse decet, sed tanquam strenuum certatorem fortunæ ictus viriliter propulsantem : quippe cum cognoscat communi quidem naturæ talia displicere, suo autem ingenio perferenda non tanquam re vera gravia, sed velut pueris terribilia. Hæc igitur num voluisset? Fortasse quidem nolebat : quando tamen accidunt, virtutem his opponit, per quam animus haud facile permutetur atque patiatur.

Beatus rationis suæ superiorem oculum æternæ jam affixit intelligentiæ, unde beatus est, etiam si inferior rationis oculus prospiciat alia.

Θ'. Ἀλλ' ὅταν μὴ παρακολουθῇ βαπτισθεὶς ἢ νόσοις ἢ μάγων τέχναις; Ἀλλ' εἰ μὲν φυλάξουσιν αὐτὸν σπουδαῖον εἶναι οὕτως ἔχοντα, καὶ οἷα ἐν ὕπνῳ κοιμώμενον, τί κωλύει αὐτὸν εὐδαίμονα εἶναι; ἐπεὶ οὐδὲ ἐν τοῖς ὕπνοις ἀφαιροῦνται τῆς εὐδαιμονίας αὐτὸν, οὐδὲ ὑπὸ λόγον ποιοῦνται τὸν χρόνον τοῦτον, ὡς μὴ πάντα τὸν βίον εὐδαιμονεῖν λέγειν. Εἰ δὲ μὴ σπουδαῖον φήσουσιν, οὐ περὶ τοῦ σπουδαίου ἔτι τὸν λόγον ποιοῦνται· ἡμεῖς δὲ ὑποθέμενοι σπουδαῖον, εἰ εὐδαιμονεῖ ἕως ἂν εἴη σπουδαῖος ζητοῦμεν. Ἀλλ' ἔστω σπουδαῖος, φασὶ, μὴ αἰσθανόμενος, μηδ' ἐνεργῶν κατ' ἀρετὴν, πῶς ἂν εὐδαίμων εἴη; Ἀλλ' εἰ μὲν μὴ αἰσθάνοιτο ὅτι ὑγιαίνει, ὑγιαίνει οὐδὲν ἧττον, καὶ εἰ μὴ ὅτι καλὸς, οὐδὲν ἧττον καλός. Εἰ δὲ ὅτι σοφὸς μὴ αἰσθάνοιτο, ἧττον σοφὸς ἂν εἴη; Εἰ μή πού τις λέγοι, ὡς ἐν τῇ σοφίᾳ γὰρ δεῖ τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ παρακολουθεῖν αὐτῷ παρεῖναι· ἐν γὰρ τῇ κατ' ἐνέργειαν σοφίᾳ καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν παρεῖναι. Ἐπακτοῦ μὲν οὖν ὄντος τοῦ φρονεῖν καὶ τῆς σοφίας, λέγοι ἄν τι ἴσως ὁ λόγος οὗτος. Εἰ δ' ἡ τῆς σοφίας ὑπόστασις ἐν οὐσίᾳ τινὶ, μᾶλλον δὲ ἐν τῇ οὐσίᾳ· οὐκ ἀπόλωλε δὲ αὕτη ἡ οὐσία ἔν τε τῷ κοιμωμένῳ καὶ ὅλως ἐν τῷ λεγομένῳ μὴ παρακολουθεῖν ἑαυτῷ· καὶ ἔστιν ἡ τῆς οὐσίας αὐτὴ ἐνέργεια ἐν αὐτῷ, καὶ ἡ τοιαύτη ἄϋπνος ἐνέργεια· ἐνεργοῖ μὲν ἂν καὶ τότε ὁ σπουδαῖος ἦ τοιοῦτος. Λανθάνοι δ' ἂν αὕτη ἡ ἐνέργεια οὐκ αὐτὸν πάντα, ἀλλά τι μέρος αὐτοῦ, οἷον καὶ τῆς φυτικῆς ἐνεργείας ἐνεργούσης οὐκ ἔρχεται εἰς τὸν ἄλλον ἄνθρωπον ἡ τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἀντίληψις τῷ αἰσθητικῷ· καὶ εἴπερ ἦμεν τὸ φυτικὸν ἡμῶν, ἡμεῖς ἂν ἐνεργοῦντες ἦμεν. Νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐσμὲν, ἡ δὲ τοῦ νοοῦντος ἐνέργεια· ὥστε ἐνεργοῦντος ἐκείνου ἐνεργοίμεν ἂν ἡμεῖς.

IX. Sed quando sibi minime constat vel morbis vel magorum artibus obrutus, quidnam dicemus? At si concesserint ipsum eo statu virtutem propriam retinere ac veluti dormientem, quid prohibet esse felicem? Quoniam neque in somnis illi felicitatem adimunt, neque momenti ullius tempus id æstimant, quo minus per omnem vitam felicem esse confiteantur. Sin autem probum esse negent, haud amplius de probato viro verba faciunt. Nos autem concedentes esse probum, utrum semper sit felix quatenus probus est, quærimus. At si virtute præditus, aiunt, neque tamen id sentiens neque secundum virtutem agens : quomodo ergo felix erit? Verum etsi non sentiat se esse sanum, nihilominus sanus erit : rursus si non se esse pulchrum, non minus erit pulcher. Si autem sapientem se esse non sentiat, minusne erit sapiens? Sed fortasse quis dixerit, sapientiæ quidem oportere sui ipsius sensum animadversionemque inesse : sapientiæ namque in actu suo positæ adesse felicitatem. Ceterum si sapientia ejusque actio adventitia foret, ejusmodi sermo nonnihil forte convinceret. Sin autem substantia sapientiæ in essentia quadam, imo potius in essentia sita est : neque perit hæc ipsa essentia in dormiente, vel in eo qui sibimet constare vel conscium esse negatur : atque est ipse essentiæ actus in ipso, talisque actus perpetuo vigilans. Nimirum tunc etiam ipse probus, qua probus, vel si dormiens infirmusque sit, aget. Latebit autem actus ejusmodi non ipsum totum, sed partem potius aliquam : quemadmodum et vegetali actu vigente non transmigrat in reliquum hominem talis actionis animadversio per ipsam sentiendi naturam. Quod si idem penitus atque vegetalis nostra virtus essemus, procul dubio agente illa nos ageremus. At vero id minime sumus, sed ipse intelligentis ipsius actus scilicet sumus : quapropter agente illo nos agimus.

Quare lateat hominem intelligentiæ suæ actus æternus, et quomodo possit animadverti.

Ι'. Λανθάνει δὲ ἴσως τῷ μὴ περὶ ὁτιοῦν τῶν αἰσθητῶν. Διὰ γὰρ τῆς αἰσθήσεως, ὥσπερ μέσης, περὶ ταῦτα ἐνεργεῖν δεῖ καὶ περὶ τούτων. Αὐτὸς δὲ ὁ νοῦς διὰ τί οὐκ ἐνεργήσει; καὶ ἡ ψυχὴ περὶ αὐτὸν, ἡ πρὸ αἰσθήσεως καὶ ὅλως ἀντιλήψεως; δεῖ γὰρ τὸ πρὸ ἀντιλήψεως ἐνέργημα εἶναι, εἴπερ τὸ αὐτὸ τὸ νοεῖν καὶ εἶναι. Καὶ ἔοικεν ἡ ἀντίληψις εἶναι καὶ γίνεσθαι, ἀνακάμπτοντος τοῦ νοήματος καὶ τοῦ ἐνεργοῦντος τοῦ κατὰ τὸ ζῆν τῆς ψυχῆς, οἷον ἀπωσθέντος πάλιν, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ἡσυχάζον.

X. Latet vero forsitan propterea, quod non pervenit ad vim aliquam persentientem. Nam per sensum quendam quasi circa hæc medium agere quoque ad hæc oportet. Ipse vero intellectus cur non agat? rursusque circa ipsum anima sensum animadversionemque præcedens? Oportet enim actionem aliquam ante animadversionem esse : siquidem idem est intelligere atque esse. Videtur autem animadversio esse fierique, quando intelligentiæ actus reflectitur, et quando, quod agit secundum animæ vitam, quasi iterum repercutitur, velut aliquid in speculo circa lævem nitidumque quiescens. Ut enim in ejusmodi rebus,

Ὡς οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις παρόντος μὲν τοῦ κατόπτρου ἐγίνετο τὸ εἴδωλον, μὴ παρόντος δὲ, ἢ μὴ οὕτως ἐχόντος*, ἐνέργεια πάρεστιν, οὗ τὸ εἴδωλον ἦν ἄν· οὕτω καὶ περὶ ψυχὴν, ἡσυχίαν μὲν ἄγοντος τοῦ ἐν ἡμῖν τοιούτου, ᾧ ἐμφαίνεται τὰ τῆς διανοίας καὶ τοῦ νοῦ εἰκονίσματα, ἐνορᾶται ταῦτα καὶ οἷον αἰσθητῶς γινώσκεται μετὰ τῆς προτέρας γνώσεως, ὅτι ὁ νοῦς καὶ ἡ διάνοια ἐνεργεῖ· συγκλασθέντος δὲ τούτου διὰ τὴν τοῦ σώματος ταραττομένην ἁρμονίαν, ἄνευ εἰδώλου ἡ διάνοια καὶ ὁ νοῦς νοεῖ καὶ ἄνευ φαντασίας ἡ νόησις τότε· ὥστε καὶ τοιοῦτόν ἔν τι νοοῖτο, μετὰ φαντασίας τὴν νόησιν γίνεσθαι, οὐκ οὔσης τῆς νοήσεως φαντασίας. Πολλὰς δ' ἄν τις εὕροι καὶ ἐγρηγορότων καλὰς ἐνεργείας καὶ θεωρίας καὶ πράξεις, ὅτε θεωροῦμεν καὶ ὅτε πράττομεν τὸ παρακολουθεῖν ἡμᾶς αὐταῖς οὐκ ἐχούσας. Οὐ γὰρ τὸν ἀναγινώσκοντα ἀνάγκη παρακολουθεῖν ὅ τι ἀναγινώσκει, καὶ τότε μάλιστα, ὅτε μετὰ τοῦ συντόνου ἀναγινώσκει· οὐδέ γε ὁ ἀνδριζόμενος, ὅτι ἀνδρίζεται, καὶ κατὰ τὴν ἀνδρίαν ἐνεργεῖ, ὅσῳ ἐνεργεῖ καὶ ἄλλα μυρία· ὥστε τὰς παρακολουθήσεις κινδυνεύειν ἀμυδροτέρας αὐτὰς τὰς ἐνεργείας, αἷς παρακολουθοῦσι, ποιεῖν· μόνας δὲ αὐτὰς οὔσας καθαρὰς τότε εἶναι καὶ μᾶλλον ἐνεργεῖν καὶ μᾶλλον ζῆν· καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ πάθει τῶν σπουδαίων γενομένων μᾶλλον τὸ ζῆν εἶναι, οὐ κεχυμένον πρὸς αἴσθησιν, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ ἐν ἑαυτῷ συνηγμένον.

quando adest speculum, fit simulacrum; quando vero non adest vel non rite se habet, actus quidem, cujus erat simulacrum, adest, simulacrum vero abest: sic et circa animam, quando quietem agit, quod tale est in nobis, ut in eo imaginationes sive notæ quædam cogitationis intellectusque refulgeant, tunc introspiciuntur imaginationes ejusmodi, et modo quasi sensibili jam agnoscitur, una cum cognitione priori intellectum cogitationemque agere. Cum vero id confunditur, propterea quod perturbata sit corporis harmonia, tunc absque simulacro cogitatio intellectusque intelligit, ac sine phantasia tunc agitur intellectio. Quapropter ejusmodi quodam pacto considerari potest cum phantasia intelligentiam fieri, cum tamen intelligentia phantasia minime sit. Multas utique reperiet quis etiam vigilantium speculationes actionesque honestas, in quibus constituti speculari nos et agere non advertimus. Non enim necesse est legentem quod legat animosecere, præsertim quando attentione maxima legit: neque, qui fortiter agit, necessario cognoscit se fortiter agere: aliaque permulta similiter adeo, ut animadversiones videantur actiones, quas comitantur, debiliores reddere. Ipsæ vero cum solæ sunt, tunc puræ sunt plusque actionis et vitæ habere videntur. Jam vero cum probi viri in eo statu vivunt, eos magis vivere constat: quippe cum vita in eo tempore non in sensum diffusa sit, sed in ipsam eodem tenore collecta.

Beatus maxime omnium vivit: et qua ratione.

ΙΑ'. Εἰ δέ τινες μηδὲ ζῆν λέγοιεν τὸν τοιοῦτον, ζῆν μὲν αὐτὸν φήσομεν, λανθάνειν δ' αὐτοὺς τὴν εὐδαιμονίαν τοῦ τοιούτου, ὥσπερ καὶ τὸ ζῆν· εἰ δὲ μὴ πείθοντο, ἀξιώσομεν αὐτοὺς ὑποθεμένους τὸν ζῶντα καὶ τὸν σπουδαῖον οὕτω ζητεῖν εἰ εὐδαίμων, μηδὲ τὸ ζῆν αὐτοῦ ἐλαττώσαντας, τὸ εὖ ζῆν ζητεῖν εἰ πάρεστι, μηδὲ ἀνελόντας τὸν ἄνθρωπον περὶ εὐδαιμονίας ἀνθρώπου ζητεῖν, μηδὲ τὸν σπουδαῖον συγχωρήσαντας εἰς τὸ εἴσω ἐκστρέφεσθαι ἐν ταῖς ἔξωθεν ἐνεργείαις αὐτὸν ζητεῖν, μηδὲ ἆρας τὸ βουληθὲν αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔξω· οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ ὑπόστασις εὐδαιμονίας εἴη, εἰ τὰ ἔξω βουληταὶ λέγοι, καὶ τὸν σπουδαῖον βούλεσθαι ταῦτα. Ἐθέλοι γὰρ ἂν καὶ πάντας ἀνθρώπους εὖ πράττειν καὶ μηδὲν τῶν κακῶν περὶ μηδένα εἶναι· ἀλλὰ μὴ γινομένων ὅμως εὐδαίμων. Εἰ δέ τις παράλογον ἂν αὐτὸν ποιήσειν φήσει, εἰ ταῦτα ἐθελήσει (μὴ γὰρ οἷόν τε τὰ κακὰ μὴ εἶναι), δῆλον ὅτι συγχωρήσει ἡμῖν ἐπιστρέφουσιν αὐτοῦ τὴν βούλησιν εἰς τὸ εἴσω.

XI. At si qui objecerint virum hujusmodi ne vivere quidem, profecto nos ipsum vivere affirmabimus: latere autem illos hujusmodi felicitatem, sicut et vitam. At nisi crediderint, æquum censebimus, ut concedentes eum vivere probumque esse, hoc pacto utrum beatus sit perquirant: ne forte detrahentes ei vitam, utrum bene vivat, inquirant: neque rursus hominem tollentes de medio jam de hominis felicitate deliberent: demum neque cum probum concesserint ad intima esse conversum, mox eum in actionibus quærant externis, votumque ejus in extrinsecis esse positum arbitrentur: alioquin neque substantia ulla felicitatis erit, si votum ejus ad externa posueris, probumque talia quædam dixeris affectare. Optat profecto omnes homines bene vivere, nullisque malis quenquam affici. Verumtamen, si hæc ad votum non succedant, nihilominus beatus erit. Si quis autem eum deceptum iri et a ratione aberraturum dicat, si modo talia velit (quandoquidem impossibile sit non esse mala), is profecto concedet nobis voluntatem ejus ad intima convertentibus.

Beatus non eget voluptate aliqua extra mentem: et cur?

ΙΒ'. Τὸ δὲ ἡδὺ τῷ βίῳ τῷ τοιούτῳ ὅταν ἀπαιτῶσιν, οὐ τὰς τῶν ἀκολάστων οὐδὲ τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς ἀξιώσουσι παρεῖναι· αὗται γὰρ ἀδύνατοι παρεῖναι καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἀφανιοῦσιν· οὐδὲ μὴν τὰς περιχαρείας. Διὰ τί γάρ; ἀλλὰ τὰς συνούσας παρουσίᾳ ἀγαθῶν, οὐκ ἐν κινήσεσιν οὔσας, οὐδὲ γινομένας τοίνυν· ἤδη γὰρ τὰ

XII. At si voluptatem in hoc viro requirant, certe non intemperantium, neque omnino corporis voluptates exquirent. Fieri enim non potest, ut hæc adsint, quin felicitatem contaminent: neque rursus affluentior lætitiæ motus. Quam enim ob causam ejusmodi quædam exposcent? sed eas duntaxat voluptates, quæ ipsius boni præsentiam necessario comitantur: neque in motu sunt positæ, neque

ἀγαθὰ πάρεστι, καὶ αὐτὸς αὑτῷ πάρεστι, καὶ ἕστηκε τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἵλεων τοῦτο. Ἵλεως δὲ ὁ σπουδαῖος ἀεί, καὶ κατάστασις ἥσυχος, καὶ ἀγαπητὴ ἡ διάθεσις, ἣν οὐδὲν τῶν λεγομένων κακῶν παρακινεῖ, εἴπερ σπουδαῖος. Εἰ δέ τις ἄλλο εἶδος ἡδονῆς περὶ τὴν σπουδαῖον βίον ζητεῖ, οὐ τὸν σπουδαῖον βίον ζητεῖ.

nuper adveniunt. Jam enim adsunt bona : adest et ipsa sibi, permanetque voluptas serenitasque ejus. Serenus autem semper est probus, statusque ejus quietus, affectioque sufficiens, quam nullum omnino eorum quæ mala dicuntur, si modo probus ille sit, perturbat. Si quis autem aliam voluptatis speciem in ipsa probi vita requirit, non jam probam amplius exigit vitam.

Actum æternum mentis et rationis non impediri externis.

ΙΓ'. Οὐδ' αἱ ἐνέργειαι δὲ διὰ τὰς τύχας ἐμποδίζοιντο ἄν, ἀλλὰ ἄλλαι ἂν κατ' ἄλλας γίγνοιντο τύχας. Πᾶσαι δὲ ὁμως καλαὶ, καὶ καλλίους ἴσως, ὅσῳ περιστατικαί. Αἱ δὲ κατὰ τὰς θεωρίας ἐνέργειαι, αἱ μὲν καθ' ἕκαστα, τάχ' ἂν οἷον ἃς ζητήσας ἂν καὶ σκεψάμενος προφέροι. Τὸ δὲ μέγιστον μάθημα πρόχειρον ἀεὶ καὶ μετ' αὐτοῦ· καὶ τοῦτο μᾶλλον, κἂν ἐν τῷ Φαλάριδος ταύρῳ λεγομένῳ ᾖ. Ὃ μάτην λέγεται ἡδὺ δὶς ἢ καὶ πολλάκις λεγόμενον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ φθεγξάμενον τοῦτο αὐτό ἐστι, τὸ ἐν τῷ ἀλγεῖν ὑπάρχον· ἐνταῦθα δὲ τὸ μὲν ἀλγοῦν, ἄλλο· τὸ δὲ ἄλλο, ὃ συνὸν ἑαυτῷ, ἕως ἂν ἐξ ἀνάγκης συνῇ, οὐκ ἀπολείψεται τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ὅλου θέας.

XIII. Neque vero actiones ejus ob fortunam prorsus impedientur, sed aliæ potius in fortunis aliis erunt. Omnes autem honestæ similiter, atque tunc forsan illæ honestiores, quæ circumstantia rite componunt. Actiones vero in contemplatione positæ, si quæ circa singula versantur, forsan tales erunt, quales cum ille jam quæsiverit et considerarerit, proferet. Sed maxima doctrina expedita semper est penes illum : idque magis, etiam si in Phalaridis tauro sit collocatus. Quod quidem stulte jucundum dicitur, bis terve pronuntiatum. Ibi enim, quod ita pronum nuntiat, hoc ipsum est, quod in cruciatu est positum : hic autem quod quidem dolet, aliud : hoc vero est aliud, quod secum habitans, quatenus ita secum necessario habitat, nunquam ab ipsa totius boni contemplatione deficiet.

Quid homo, quod homo beatus ab externo non impeditur. [*Ed. pr.* Homo est solus rationalis animus : homo beatus est animus, qui jam intellectus evaserit. Ideo, quæ ad sensum pertinent, beatus nihili pendit.]

ΙΔ'. Τὸ δὲ μὴ συναμφότερον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ μάλιστα τὸν σπουδαῖον, μαρτυρεῖ καὶ ὁ χωρισμὸς ὁ ἀπὸ τοῦ σώματος καὶ ἡ τῶν λεγομένων ἀγαθῶν τοῦ σώματος καταφρόνησις. Τὸ δὲ καθόσον ἀξιοῦν τὸ ζῶον τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι, γελοῖον, εὐζωΐας τῆς εὐδαιμονίας οὔσης, ἣ περὶ ψυχὴν συνίσταται, ἐνεργείας ταύτης οὔσης, καὶ ψυχῆς οὐ πάσης· οὐ γὰρ δὴ τῆς φυτικῆς, ἵν' ἂν καὶ ἐφήψατο σώματος· οὐ γὰρ δὴ τὸ εὐδαιμονεῖν τοῦτο ἦν σώματος μέγεθος καὶ εὐεξία· οὐδ' αὖ ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι εὖ, ἐπεὶ καὶ κινδυνεύουσιν αἱ τούτων πλεονεξίαι βαρύνασαι πρὸς αὐτὰς φέρειν τὸν ἄνθρωπον. Ἀντισηκώσεως δὲ οἷον ἐπὶ θάτερα πρὸς τὰ ἄριστα γενομένης μινύθειν καὶ χείρω τὰ σώματα ποιεῖν, ἵνα δεικνύοιτο οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἄλλος ὢν, ἢ τὰ ἔξω. Ὁ δὲ τῶν τῇδε ἄνθρωπος ἔστω καὶ καλὸς καὶ μέγας καὶ πλούσιος καὶ πάντων ἀνθρώπων ἄρχων, ὡς ἂν ὢν τοῦδε τοῦ τόπου, καὶ οὐ φθονητέον αὐτῷ τῶν τοιούτων ἠπατημένῳ. Περὶ δὲ σοφὸν ταῦτα ἴσως μὲν ἂν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν γένοιτο, γενομένων δὲ ἐλαττώσει αὐτὸς, εἴπερ αὐτοῦ κήδεται, καὶ ἐλαττώσει μὲν καὶ μαρανεῖ ἀμελείᾳ τὰς τοῦ σώματος πλεονεξίας, ἀρχὰς δὲ ἀποθήσεται· σώματος δὲ ὑγίειαν φυλάττων οὐκ ἄπειρος νόσων εἶναι παντάπασι βουλήσεται, οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἄπειρος εἶναι ἀλγηδόνων· ἀλλὰ καὶ μὴ γινομένων νέος ὢν μαθεῖν βουλήσεται, ἤδη δὲ ἐν γήρᾳ ὢν οὔτε ταύτας οὔτε ἡδονὰς ἐνοχλεῖν, οὐδέ τι τῶν τῇδε, οὔτε προσηνὲς οὔτε ἐναντίον, ἵνα μὴ πρὸς τὸ σῶμα βλέπῃ· γινόμενος δὲ ἐν ἀλγηδόσι τὴν πρὸς ταύτας αὐτῷ πεπορισμένην δύναμιν ἀντιτάξει, οὔτε προσθήκην ἐν ταῖς ἡδοναῖς καὶ ὑγιείαις καὶ ἀπονίαις πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν λαμβάνων, οὔτε ἀφαίρεσιν ἢ ἐλάττωσιν ταύτης ἐν τοῖς ἐναντίοις

XIV. Hominem vero præsertim probum non esse quiddam ex anima corporeque compositum, testatur etiam ipsa a corpore separatio contemptusque eorum quæ bona corporis appellantur. Ridiculum autem foret, si quis dixerit felicitatem ad id quoque, quod in nobis est, animal pertinere. Quippe cum felicitas vita sit bona, quæ quidem in anima ipsa consistit : cum hæc scilicet vita bona actus sit, neque tamen totius animæ : non enim vegetalis, adeo ut et corpus attingat : non enim felicitas in magnitudine bonoque corporis habitu collocatur : neque rursus in perspicacia sensus : quandoquidem nimia corporis sensuumque prosperitas gravans animum hominem ad se detorquet. Decet autem vicissim compensatione et diversione quadam ad optimum potius conferente quodammodo corpus attenuare, ut appareat hominem ipsum ab externis esse diversum. Homo tamen ille ex eorum, qui inter nos sunt, numero esto et formosus et magnus et dives, hominum quoque omnium dominus, utpote qui regionis hujus civis habetur : neque illi ab his decepto est invidendum. Circa vero sapientem ipsum talia quædam fortasse neque ab initio sunt : ac si adsint, comminuet ipse, si modo se ipsum colat, luxumque et dotes corporis per negligentiam atteret; deponet et principatus : præterea sanitatem corporis ita curabit, ut morborum haud omnino imperitus esse desideret, similiter quoque dolorum : imo et nisi acciderint, in juventute volet discere, in senio vero neque his neque etiam voluptatibus perturbari volet : neque a re ulla corporea, sive jucunda sive molesta, ne videlicet ad corpus declinare cogatur. In doloribus vero positus præsentem sibi sufficientemque ad hæc virtutem his opponet : atque ita se comparabit, ut neque in voluptatibus prosperaque valetudine et vacatione laborum beatiorem esse se censeat, neque in eorum oppositis minus existimet se bea-

τούτων. Τοῦ γὰρ ἐναντίου μὴ προστιθέντος τῷ αὐτῷ πῶς ἂν τὸ ἐναντίον ἀφαιροῖ;

tum. Cum enim priora illa felicitatem non augeant, certe neque eorum contraria minuunt.

Homini beato nihil addi, nihil demi posse. [*Ed. pr.* Et qui bonum intelligibile possidet, nihil addi potest boni bonorum allorum præsentia, nihil demi boni oppositione malorum.]

ΙΕ'. Ἀλλ' εἰ δύο εἶεν σοφοί, τῷ μὲν ἑτέρῳ παρείη ὅσα κατὰ φύσιν λέγεται, τῷ δὲ τἀναντία· ἴσον φήσομεν τὸ εὐδαιμονεῖν αὐτοῖς παρεῖναι; Φήσομεν, εἴπερ ἐπίσης σοφοί· εἰ δὲ καλὸς τὸ σῶμα ὁ ἕτερος, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ὅσα μὴ πρὸς σοφίαν μηδὲ ὅλως πρὸς ἀρετὴν καὶ τοῦ ἀρίστου θέαν καὶ τὸ ἄριστον εἶναι, τί τοῦτο ἂν εἴη; ἐπεὶ οὐδ' αὐτὸς ὁ ταῦτα ἔχων σεμνυνεῖται, ὡς μᾶλλον εὐδαίμων τοῦ μὴ ἔχοντος. Οὐδὲ γὰρ ἂν πρὸς αὐλητικὸν τέλος ἡ τούτων πλεονεξία συμβάλλοιτο. Ἀλλὰ γὰρ θεωροῦμεν τὸν εὐδαίμονα μετὰ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, φρικτὰ καὶ δεινὰ νομίζοντες, ἃ μὴ ἂν ὁ εὐδαίμων νομίσειεν· ἢ οὔπω οὔτε σοφὸς οὔτε εὐδαίμων εἴη, μὴ τὰς περὶ τούτων φαντασίας ἁπάσας ἀλλαξάμενος, καὶ οἷον ἄλλος παντάπασι γενόμενος, πιστεύσας ἑαυτῷ ὅτι μηδέν ποτε κακὸν ἕξει. Οὕτω γὰρ καὶ ἀλυὴς ἔστι περὶ πάντα· ἢ δειλαίνων περί τινα, οὐ τέλεος πρὸς ἀρετήν, ἀλλὰ ἡμισύς τις ἔσται. Ἔπειτ καὶ τὸ ἀπροαίρετον αὐτῷ, καὶ τὸ γινόμενον πρὸ κρίσεως δέος, κἂν ποτε πρὸς ἄλλοις ἔχοντι γένηται, προσελθὸν ὁ σοφὸς ἀπώσεται, καὶ τὸν ἐν αὑτῷ κινηθέντα οἷον πρὸς λύπας παῖδα, καταπαύσει ἢ ἀπειλῇ, ἢ λόγῳ, ἀπειλῇ δὲ ἀπαθεῖ· οἷον εἰ ἐμβλέψαντος σεμνὸν μόνον πῶς ἐκπλαγείη· οὐ μὴν διὰ ταῦτα ἄφιλος οὐδὲ ἀγνώμων ὁ τοιοῦτος· τοιοῦτος γὰρ καὶ περὶ αὐτὸν καὶ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ. Ἀποδιδοὺς οὖν ὅσα αὐτῷ καὶ τοῖς φίλοις, φίλος ἂν εἴη μάλιστα μετὰ τοῦ νοῦν ἔχειν.

XV. Quod si duo sapientes sint: quorum alter quidem habeat quæcunque naturæ consentanea judicantur, alter vero contraria: numquid pariter dicemus fore beatos? Dicemus utique: si modo æque sapientes sint. Nempe si alter pulchro sit corpore, ceteraque possideat omnia quæ neque ad sapientiam, neque omnino ad virtutem, neque ad ejus, quod optimum est, contemplationem, neque ad vitam optimam conferant, nescio quid plus ob hæc momenti reportet: quandoquidem neque etiam, qui talia possidet, gloriabitur, quasi eo, qui hæc non possidet, sit beatior. Quinetiam neque ad ipsum tibicinis finem horum copia conferet. At nos ex infirmitate nostra felices consideramus, gravia horribiliaque judicantes, quæ beatus ipse non judicat: alioquin nondum sapiens, nondum beatus erit, nisi prius ejusmodi imaginationis fallacias omnes a se fugaverit; et, quasi omnino jam factus alter, sibi ipsi confidat, tanquam nihil mali passuro. Hoc enim pacto in omnibus vivet intrepidus. Si quid vero metuat, nondum est virtute perfectus, sed dimidium duntaxat habere videbitur. Jam vero improvisos et qui ante judicium accidunt metus, si quando aliis intento acciderint, sapiens propulsare conabitur: atque conjunctum sibi sensum, quasi puerum dolore commotum, vel minis vel ratione compescet, comminatione, inquam, non perturbante: perinde ac si puer majorem quendam reveritus statim coerceatur: neque tamen ob hæc vir talis ab amicitia erit et gratitudine alienus: talis enim est sibi ipsi atque suis. Cum igitur quæ et sibi, eadem amicis attribuat, amicus erit præcipue, simulque mente vivet.

Vir sapiens, beatus futurus, solum se confert ad mentem: pendet ex deo: cetera vel contemnit, vel sine perturbatione gubernat.

ΙϚ. Εἰ δέ τις μὴ ἐνταῦθα ἐν τῷ νῷ τούτῳ ἄρας θήσει τὸν σπουδαῖον, κατάγοι δὲ πρὸς τύχας, καὶ ταύτας φοβήσεται περὶ αὐτὸν γενέσθαι, οὔτε σπουδαῖον τηρήσει οἷον ἀξιοῦμεν εἶναι, ἀλλ' ἐπιεικῆ ἄνθρωπον καὶ μικτὸν ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ διδοὺς, μικτὸν βίον ἔκ τινος ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ ἀποδώσει τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐ ῥᾴδιον γενέσθαι, ὃς, εἰ καὶ γένοιτο, οὐκ ἂν ὀνομάζεσθαι εὐδαίμων εἴη ἄξιος, οὐκ ἔχων τὸ μέγα οὔτε ἐν ἕξει σοφίας, οὔτε ἐν καθαρότητι ἀγαθοῦ· οὐκ ἔστιν οὖν ἐν τῷ κοινῷ εὐδαιμόνως ζῆν. Ὀρθῶς γὰρ καὶ Πλάτων ἐκεῖθεν [ἄνωθεν] τὸ ἀγαθὸν ἀξιοῖ λαμβάνειν, καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπειν τὸν μέλλοντα σοφὸν καὶ εὐδαίμονα ἔσεσθαι καὶ ἐκείνῳ ὁμοιοῦσθαι καὶ κατ' ἐκεῖνο ζῆν. Τοῦτο οὖν δεῖ ἔχειν μόνον πρὸς τὸ τέλος· τὰ δ' ἄλλα, ὡς ἂν καὶ τόπους μεταβάλλοι, οὐκ ἐκ τῶν τόπων προσθήκην πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν ἔχων, ἀλλ' ὡς στοχαζόμενος καὶ τῶν ἄλλων περιεχομένων αὐτὸν, οἷον εἰ ὠδὶ καταπαίσεται, εἰ ὠδὶ, διδοὺς μὲν τούτῳ, ὅσα πρὸς τὴν χρείαν καὶ δύναται, αὐτὸς δὲ ὢν ἄλλος, οὐ κωλυόμενος καὶ τοῦτον ἀφεῖναι, καὶ ἀφήσων δὲ ἐν καιρῷ φύσεως· κύριος δὲ καὶ αὐτὸς ὢν τοῦ βουλεύσασθαι περὶ

XVI. Si quis autem probum virum in hac excelsa mente non constituerit, sed fortunæ ictibus subjugaverit, eique ab his timuerit, is certe non qualem nos esse oportere censemus, probum virum adducet in medium, sed mediocrem quendam atque ex bono maloque permistum: mediam quoque vitam agentem ex bono simul et malo compositam. Qualem utique neque reperire facile est: neque si reperiatur, erit felicis nomine dignus: quippe cum nihil habeat magnum, vel ad sapientiæ excellentiam, vel ad boni pertinens puritatem. Non est igitur felicitas in vita conjuncta. Recte enim Plato petendum desuper summum bonum judicat: ad ipsumque ei respiciendum, qui sapiens sit beatusque futurus: studendumque ad similitudinem illius accedere illiusque vita vivere. Id ergo solum ad finis ipsius perfectionem est habendum. Cetera vero vir sapiens quasi quasdam loci mutationes existimabit, nullum ex locis ad felicitatem suscipiens incrementum, sed quasi conjectans alia insuper, quæ circumstant: velut si vel huc, et ita, vel ibi, et aliter disponantur: attribuens quidem huic, quodcunque necessitas postulat et facultas præstat: ipse vero vivens alius, non impeditus conjunctum sibi dimittere: naturæ quoque suo tempore concessurus, idque facile dimissurus: potest quoque de hoc pro arbitrio con-

τούτου· ὥστε αὐτῷ τὰ ἔργα τὰ μὲν πρὸς εὐδαιμονίαν συντείνοντα ἔσται, τὰ δὲ οὐ τοῦ τέλους χάριν, καὶ ὅλως οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ προσεζευγμένου, οὗ φροντιεῖ καὶ ἀνέξεται, ἕως δυνατόν· οἷον εἰ μουσικὸς λύρας ἕως οἷόν τε χρῆσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἄλλην ἀλλάξεται, ἢ ἀφήσει τὰς λύρας χρήσεις, καὶ τοῦ εἰς λύραν ἐνεργεῖν ἀφέξεται, ἄλλο ἔργον ἄνευ λύρας ἔχων, καὶ κειμένην πλησίον περιόψεται, ᾄδων ἄνευ ὀργάνων· καὶ οὐ μάτην αὐτῷ ἐξ ἀρχῆς τὸ ὄργανον ἐδόθη· ἐχρήσατο γὰρ αὐτῷ ἤδη πολλάκις.

sultare. Quamobrem hujus officia partim quidem ad felicitatem conducent; partim vero neque finis, neque omnino sui ipsius gratia suscepta erunt, sed ejus duntaxat, quod est adjunctum: quod quidem curabit, quamdiu poterit atque sustinebit: quemadmodum si lyram musicus, quamdiu uti valeat, curet: cum vero inutilis sit, vel mutet vel usum omnino lyræ dimittat, actionibusque circa lyram prorsus abstineat, officium ipse absque lyra aliud habens: itaque jacentem prope despiciat lyram, ipse absque instrumenti ministerio cantans; neque tamen huic ab initio quidem instrumentum frustra tributum fuit, quippe cum sæpe jam ipso fuerit usus.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Λ

ΛΟΓΟΣ Ε.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙ ΤΟ ΕΥΔΑΙΜΟΝΕΙΝ ΕΠΙΔΟΣΙΝ ΧΡΟΝΩι ΛΑΜΒΑΝΕΙ.

(41, 44.)

Α'. Εἰ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν τῷ χρόνῳ λαμβάνει, τοῦ εὐδαιμονεῖν ἀεὶ κατὰ τὸ ἐνεστὸς λαμβανομένου; οὐδὲ γὰρ ἡ μνήμη τοῦ εὐδαιμονῆσαι ποιοῖ ἄν τι· οὐδ' ἐν τῷ λέγειν, ἀλλ' ἐν τῷ διακεῖσθαί πως τὸ εὐδαιμονεῖν· ἡ δὲ διάθεσις ἐν τῷ παρεῖναι καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς ζωῆς.

Β'. Εἰ δ' ὅτι ἐφιέμεθα ἀεὶ τοῦ ζῆν καὶ τοῦ ἐνεργεῖν τὸ τυγχάνειν τοῦ τοιούτου εὐδαιμονεῖν λέγοι μᾶλλον· πρῶτον μὲν οὕτω καὶ ἡ αὔριον εὐδαιμονία μείζων ἔσται, καὶ ἡ ἑξῆς ἀεὶ τῆς προτέρας, καὶ οὐκέτι μετρηθήσεται τὸ εὐδαιμονεῖν τῇ ἀρετῇ. Ἔπειτα καὶ οἱ θεοὶ νῦν μᾶλλον εὐδαιμονήσουσιν ἢ πρότερον, καὶ οὔπω τέλεον, καὶ οὐδέποτε τέλεον· ἔπειτα καὶ ἡ ἔφεσις λαβοῦσα τὴν τεῦξιν τὸ παρὸν εἴληφε, καὶ ἀεὶ τὸ παρὸν, καὶ ζητεῖ, ἕως ἂν ᾖ, τὸ εὐδαιμονεῖν ἔχειν. Ἡ δὲ ἔφεσις τοῦ ζῆν τὸ εἶναι ζητοῦσα τοῦ παρόντος ἂν εἴη, εἰ τὸ εἶναι ἐν τῷ παρόντι. Εἰ δὲ τὸ μέλλον καὶ τὸ ἐφεξῆς θέλει, ὃ ἔχει, θέλει καὶ ὃ ἐστιν, οὐχ ὃ παρελήλυθεν, οὐδ' ὃ μέλλει, ἀλλ' ὃ ἤδη ἐστί, τοῦτο εἶναι· οὐ τὸ εἰσαεὶ ζητοῦσα, ἀλλὰ τὸ παρὸν ἤδη, εἶναι ἤδη.

Γ'. Τί οὖν τὸ πλείονα χρόνον εὐδαιμόνησε, καὶ πλείονα χρόνον εἶδε τοῖς ὄμμασι τὸ αὐτό; Εἰ μὲν γὰρ ἐν τῷ πλείονι τὸ ἀκριβέστερον εἶδε, πλέον ἄν τι ὁ χρόνος αὐτῷ εἰργάσατο· εἰ δὲ ὁμοίως διὰ παντὸς εἶδε τὸ ἴσον, καὶ ὁ ἅπαξ θεασάμενος ἔχει.

Δ'. Ἀλλὰ πλείονα ἄτερος ἥσθη χρόνον. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἂν ὀρθῶς ἔχοι ἀριθμεῖν εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν· εἰ δὲ τὴν ἡδονήν λέγει τις τὴν ἐνέργειαν τὴν ἀνεμπόδιστον, τὸ αὐτὸ τῷ ζητουμένῳ λέγοι. Καὶ ἡ ἡδονὴ δὲ ἡ πλείων ἀεὶ τὸ παρὸν μόνον ἔχει· τὸ δὲ παρεληλυθὸς αὐτῆς οἴχεται.

Ε'. Τί οὖν; εἰ ὁ μὲν ἐξ ἀρχῆς εὐδαιμόνησεν εἰς τέλος, ὁ δὲ τὸν ὕστερον χρόνον, ὁ δὲ πρότερον εὐδαιμονήσας μετέβαλεν, ἔχουσι τὸ ἴσον; Ἡ ἐνταῦθα ἡ παραβολὴ οὐκ εὐδαιμονούντων γεγένηται πάντων, ἀλλὰ μὴ εὐδαιμονούντων, ὅτε μὴ εὐδαιμόνουν, πρὸς εὐδαιμονοῦντα. Εἴ τι οὖν πλέον ἔχοι, τοῦτο ἔχει ὅσον ὁ εὐδαίμων πρὸς οὐκ εὐδαίμονας, ᾧ καὶ συμβαίνει πλεονεκτεῖν αὐτοὺς τῷ παρόντι.

Ϛ'. Τί οὖν ὁ κακοδαίμων, οὐ μᾶλλον κακοδαίμων τῷ πλείονι; καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὅσα δυσχερῆ οὐκ ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ πλείω τὴν συμφορὰν δίδωσιν, οἷον ὀδύναι πολυχρόνιοι καὶ λῦπαι καὶ πάντα τὰ τούτου τοῦ τύπου; ἀλλ' εἰ ταῦτα οὕτω τῷ χρόνῳ τὸ κακὸν ἐπαύξει, διὰ τί οὐ καὶ τὰ ἐναντία καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ὡσαύτως; Ἔστι μὲν τῶν λυπῶν καὶ ὀδυνῶν ἔχοι ἄν τις λέγειν, ὡς

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER V.

UTRUM BEATITUDO TEMPORE SUSCIPIAT INCREMENTUM.

[81—86.]

Quæstio I. Quærendum est numquid felicitas tempore suscipiat incrementum, cum beatum esse semper secundum præsens accipiatur? Profecto neque felicitatis præteritæ recordatio momenti quicquam habet: neque in dicendo, sed in affectione quadam beatitudo consistit. Affectio vero in qualitate præsenti posita est, actio quoque vitæ.

Quæstio II. At si quis, ex eo quod vivere atque agere semper appetimus, id assequi felicitatem potius esse dicat, sic est respondendum. Primo quidem, si ita sit, felicitas crastina major erit, et quæ deinceps, semper antecedente major: neque felicitatem virtus ipsa ulterius metietur. Deinde dii quoque feliciores nunc erunt, quam consueverint: nequedum perfecta felicitas erit, neque esse perfecta poterit unquam. Præterea appetitus voto potitus præsens aliquid est adeptus, semperque ad ipsum præsens annititur: et quamdiu est, ita semper esse in felicitate requirit. Appetitio vero vivendi esse perquirens præsens quiddam procul dubio quærit: siquidem esse in præsenti est positum. Quod si futurum, et quod deinceps sequitur, appetat, quod habet jam, quodve est, desiderat: non quod præteriit, neque quod est futurum, imo quod jam est, id exsistere: non sempiternam protractionem sive processionem quærens, sed, quod jam præsens adest, id adesse.

Quæstio III. Quid ergo de illo dicemus, qui plurimum tempus vixit felix, idemque spectaculum diutissime est intuitus? Profecto, si longiori in tempore perspicacius vidit, plus aliquid ipsi longitudo temporis attulit: sin autem universo in tempore vidit similiter, certe nihil proficit, et, qui semel est intuitus, æque reportat.

Quæstio IV. At dixerit quispiam alterum esse diutius oblectatum. Sed hoc in felicitate annumerare non licet: nisi forte quis voluptatem nominet actionem intelligentiæ expeditam. Hic enim idem, quod nos quærimus, dixerit. Proinde voluptas longior semper præsens habet solum: quod autem ex ea præteritum dicitur, jam prorsus evanuit.

Quæstio V. Ceterum quidnam dicemus, si alius quidem ab initio ad finem usque beate vixit, alius autem in posterum tantum? alius denique, olim felix, jam felix esse desierit? numquid pariter esse felices? Profecto hujusmodi comparatio non inter eos, qui omnes felices sint, efficitur. Sed in ipsa quidem non felices, scilicet quando non sunt [*corr.* erant] felices, cum felici aliquo conferuntur. Si quid ergo plus possidet, id certe possidet, quantum felix adversus homines non felices: cui quidem id contigit, ut præsenti [tempore] quodam alios superaret.

Quæstio VI. Quid ergo? miser nonne longiore tempore fit miserior? Et alia quotcunque molesta nonne tempore longiore majorem afferunt calamitatem: velut angustiæ molestiæque diuturnæ ac cetera generis ejusdem? Quod si hæc ita tempore malum augent, cur non et opposita augent quoque felicitatem? Fortasse vero circa molestias et angustias licet dicere augmentum tempore fieri, ut in mor-

προσθήκην ὁ χρόνος δίδωσιν· οἷον τὸ ἐπιμένειν τὴν νόσον· ἕξις γὰρ γίνεται, καὶ κακοῦται μᾶλλον τῷ χρόνῳ τὸ σῶμα· ἐπεὶ εἴγε τὸ αὐτὸ μένοι καὶ μὴ μείζων ἡ βλάβη, καὶ ἐνταῦθα τὸ παρὸν ἀεὶ τὸ λυπηρὸν ἔσται, εἰ μὴ τὸ παρεληλυθὸς προσαριθμοῖ, ἀφορῶν εἰς τὸ γενόμενον καὶ μένον, ἐπί τε τῆς κακοδαίμονος ἕξεως τὸ κακὸν εἰς τὸν πλείονα χρόνον ἐπιτείνεσθαι, αὐξομένης καὶ τῆς κακίας τῷ ἐμμόνῳ. Τῇ γοῦν προσθήκῃ τοῦ μᾶλλον οὐ τῷ πλείονι ἴσως τὸ μᾶλλον κακοδαιμονεῖν γίνεται. Τὸ δὲ πλεῖον ἴσον οὐχ ἅμα ἐστίν, οὐδὲ δὴ πλεῖον ὅλως λεκτέον τὸ μηκέτι ὂν τῷ ὄντι συναριθμοῦντα. Τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας ὅρον τε καὶ πέρας ἔχει καὶ ταὐτὸν ἀεί. Εἰ δέ τις καὶ ἐνταῦθα ἐπίδοσις παρὰ τὸ πλείονα χρόνον, ὥστε μᾶλλον εὐδαιμονεῖν εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδόντα μείζονα, οὐ τὴν πολυετῆ εὐδαιμονίαν ἀριθμῶν ἐπαινεῖ, ἀλλὰ τὴν μᾶλλον γενομένην τότε, ὅτε μᾶλλον ἐστίν.

Ζ'. Ἀλλὰ διὰ τί, εἰ τὸ παρὸν θεωρεῖν δεῖ μόνον, καὶ μὴ συναριθμεῖν τῷ γενομένῳ, οὐκ ἐπὶ τοῦ χρόνου τὸ αὐτὸ ποιοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν παρεληλυθότα τῷ παρόντι συναριθμοῦντες πλείω λέγομεν; διὰ τί οὖν οὐχ, ὅσος ὁ χρόνος, τοσαύτην καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐροῦμεν; καὶ διαιροῖμεν ἂν κατὰ τὰς τοῦ χρόνου διαιρέσεις καὶ τὴν εὐδαιμονίαν. Καὶ γὰρ αὖ τῷ παρόντι μετροῦντες ἀδιαίρετον αὐτὴν ποιήσομεν. Ἢ τὸν μὲν χρόνον ἀριθμεῖν καὶ μηκέτι ὄντα οὐκ ἄτοπον, ἐπείπερ καὶ τῶν γενομένων μέν, μηκέτι δὲ ὄντων, ἀριθμὸν ἂν ποιησαίμεθα, οἷον τῶν τετελευτηκότων. Εὐδαιμονίαν δὲ μηκέτι οὖσαν παρεῖναι λέγειν τῆς παρουσίας πλείονα, ἄτοπον· τὸ μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν συμβεβηκέναι ἀξιοῖ. Ὁ δὲ χρόνος ὁ πλείων παρὰ τὸν παρόντα, τὸ μηκέτι εἶναι. Ὅλως δὲ τοῦ χρόνου τὸ πλέον σκίδασιν βούλεται ἑνός τινος ἐν τῷ παρόντι ὄντος. Διὸ καὶ εἰκὼν αἰῶνος εἰκότως λέγεται, ἀφανίζειν βουλομένη ἐν τῷ σκιδναμένῳ αὐτῆς τὸ ἐκείνου μένον. Ὅθεν κἂν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἀφέληται τὸ ἐν ἐκείνῳ μεῖναν [ἂν], καὶ αὐτῆς ποιήσηται, ἀπώλεσεν αὐτό, σωζόμενον τέως ἐκείνῳ τρόπον τινά, ἀπολόμενον δὲ ἐν αὐτῇ, εἰ πᾶν γένοιτο. Εἴπερ οὖν τὸ εὐδαιμονεῖν κατὰ ζωὴν ἀγαθὴν, δηλονότι κατὰ τὴν τοῦ ὄντος αὐτὴν θετέον ζωήν, (αὕτη γὰρ ἀρίστη,) οὐκ ἄρα ἀριθμητέα χρόνῳ, ἀλλ' αἰῶνι· τοῦτο δὲ οὔτε πλέον, οὔτε ἔλαττον, οὔτε μήκει τινί, ἀλλὰ τὸ τοῦτο, καὶ τὸ ἀδιάστατον, καὶ τὸ οὐ χρονικὸν εἶναι. Οὐ συναπτέον τοίνυν τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι, οὐδὲ τῷ αἰῶνι τὸν χρόνον, οὐδὲ τὸ χρονικὸν δὲ ἀεὶ τῷ αἰῶνι, οὐδὲ παρεκτατέον τὸν ἀδιάστατον, ἀλλὰ πᾶν ὅλον ληπτέον, εἴ ποτε λαμβάνεις· λαμβάνων, οὐ τοῦ χρόνου τὸ ἀδιαίρετον, ἀλλὰ τοῦ αἰῶνος τὴν ζωὴν, τὴν οὐκ ἐκ πολλῶν χρόνων, ἀλλὰ τὴν ἐκ παντὸς χρόνου πᾶσαν ὁμοῦ.

Η'. Εἰ δέ τις λέγοι τὴν μνήμην τῶν παρεληλυθότων ἐν τῷ ἐνεστηκότι μένουσαν παρέχεσθαι τὸ πλέον τῷ πλείονα χρόνον ἐν τῷ εὐδαιμονεῖν γεγενημένῳ, τί ἂν τὸ τῆς μνήμης λέγοι; ἢ γὰρ φρονήσεως μνήμη τῆς πρόσθεν γεγενημένης, ὥστε φρονιμώτερον ἂν λέγοι, καὶ

bis. Morbus enim efficitur habitus, corpusque ipsum tempore magis inficitur : alioquin si maneret idem, neque majus accideret detrimentum, tum hic quoque præsens ipsum semper esset, quod molestum, nisi quis præteritum annumerarit, respiciens videlicet in id quod actum est, atque quod manet : adeo ut in habitu quoque miseri malum in tempus productius augeatur, adaucta videlicet pravitate in eo quod permanet, quatenus permanet. Quapropter miseria major non productiore tempore, imo vero majoris gradus adjunctione provenire videtur. Plus autem ipsum simul forsitan non exsistit, neque omnino plus est dicendum, dum, quod non est, ei quod est, simul annumeratur. Ipsa vero felicitatis natura certum quendam semperque eundem possidet terminum. Jam vero si et hic ex ipsa temporis longitudine profectus adveniat, adeo ut virtute proficiendo felicitate quoque proficiatur, non diuturnam quasi multos per annos dinumerantes probamus felicitatem, imo eam, quæ magis tunc facta dicitur, quando magis exsistit.

Quæstio VII. Ceterum curnam, si præsens solum spectare oportet, neque connumerare peracto, non in tempore quoque idem facimus, sed præteritum præsenti annumerantes plus temporis spatium appellamus? Cur non igitur, quantum tempus est, tantam quoque esse dicimus felicitatem? Fortasse enim secundum temporis ipsius divisiones beatitudinem partiri licet. Nam si solo præsenti metiamur, individuam faciemus. Forsan vero haud absurdum fuerit numerare tempus etiam nondum exsistens : quippe cum eorum etiam, quæ præteriere, neque sunt amplius, numerum computamus, ceu numerum defunctorum. Felicitatem vero jam præteritam nec amplius exsistentem si quis velut præsentem præsenti plurem dixerit, aberrabit : beatitudinem namque contigisse censeret. Tempus autem longius ultra præsens nihil aliud quam nondum esse dicendum est. Omnino autem temporis intervallum productum longius dispersionem alicujus unius, quod in præsenti est, quodammodo machinatur. Quapropter recte dicitur æternitatis imago, dispersione sua id, quod in æternitate permanens est, disperdere cupiens. Ideoque si ab æternitate permanens ipsum tollatur fiatque temporis, protinus evanescet, eatenus videlicet salvum, quatenus quodammodo in æternitate servatur : evanescens vero, si totum fiat in tempore. Si ergo felicitas in vita bona consistit, certe vita ipsa bona in vita exsistentis sive entis ipsius est collocanda : hæc enim optima est : non ergo tempore numeranda est, sed æternitate censenda. Id vero neque plus est neque minus : neque longitudine quadam constat, sed in eo quod et hoc ipsum et indistans et præter tempus exsistit. Quamobrem neque exsistens non exsistenti in unum decet conjungere, neque æternitati tempus, neque quod in tempore sempiternum æternitati, neque quod indistans in diversa protendere. Imo id omne si quando acceperis, totum accipiendum. Quando, inquam, acceperis non individuum quiddam temporis proprium, sed æternitatis vitam, non ex temporibus multis coacervatam, sed ab universo seculo simul totam.

Quæstio VIII. Si quis autem dixerit, præteritorum memoriam in præsenti manentem aliquid plus afferre ei viro qui plus temporis in beatitudine vixerit : interrogandus erit, quidnam de memoria ipsa significet? Vel enim sapientiæ memoria jam præteritæ hic significatur : quapropter sapientiorem hunc appellaret, neque servaret propositum.

οὐκ ἂν τηροῖ τὴν ὑπόθεσιν· ἡ τῆς ἡδονῆς τὴν μνήμην, ὥσπερ πολλῆς περιχαρείας δεομένου τοῦ εὐδαίμονος καὶ οὐκ ἀρκουμένου τῇ παρούσῃ. Καίτοι, τί ἂν ἡδὺ ἡ μνήμη τοῦ ἡδέος ἔχοι; ὥσπερ ἂν, εἰ μνημονεύοι τις, ὅτι ἐχθὲς ἐπὶ ὄψῳ ἥσθη, ἢ εἰς δέκατον ἔτος, ἔτι ἂν εἴη γελοιότερος· τὸ δὲ τῆς φρονήσεως, ὅτι πέρυσιν ἐφρόνουν.

Θ'. Εἰ δὲ τῶν καλῶν εἴη ἡ μνήμη, πῶς οὐκ ἐνταῦθα λέγοιτο ἄν τι; ἀλλὰ ἀνθρώπου ἐστὶ τοῦτο ἐλλείποντος τοῖς καλοῖς ἐν τῷ παρόντι, καὶ τῷ μὴ ἔχειν νυνὶ, ζητοῦντος τὴν μνήμην τῶν γεγενημένων.

Ι'. Ἀλλ' ὁ πολὺς χρόνος πολλὰς ποιεῖ καλὰς πράξεις, ὧν ἄμοιρος ὁ πρὸς ὀλίγον εὐδαίμων· εἰ δεῖ λέγειν ὅλως εὐδαίμονα τὸν οὐ διὰ πολλῶν τῶν καλῶν· ἢ ὃς ἐκ πολλῶν τὸ εὐδαιμονεῖν καὶ χρόνων καὶ πράξεων λέγει, ἐκ τῶν μηκέτι ὄντων, ἀλλ' ἐκ τῶν παρεληλυθότων· καὶ ἑνός τινος τοῦ παρόντος τὸ εὐδαιμονεῖν συνίστησιν. Διὸ κατὰ τὸ παρὸν ἐθέμεθα τὸ εὐδαιμονεῖν· εἶτα ἐζητοῦμεν, εἰ μᾶλλον τὸ ἐν πλείονι εὐδαιμονῆσαι μᾶλλον ἐστί. Τοῦτο οὖν ζητητέον, εἰ ταῖς πράξεσι ταῖς πλείοσι πλεονεκτεῖ τὸ ἐν πολλῷ χρόνῳ εὐδαιμονεῖν. Πρῶτον μὲν οὖν ἐστι καὶ μὴ ἐν πράξεσι γενόμενον εὐδαιμονεῖν καὶ οὐκ ἔλαττον, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ πεπραγότος· ἔπειτα αἱ πράξεις οὐκ ἐξ αὐτῶν τὸ εὖ διδόασιν, ἀλλ' αἱ διαθέσεις καὶ τὰς πράξεις καλὰς ποιοῦσι. Καρπούται τε ὁ φρόνιμος τὸ ἀγαθὸν καὶ πράττων, οὐχ ὅτι πράττει, οὐδ' ἐκ τῶν συμβαίνοντων, ἀλλ' ἐξ οὗ ἔχει. Ἐπεὶ καὶ ἡ σωτηρία τῆς πατρίδος γένοιτο ἂν καὶ παρὰ φαύλου, καὶ τὸ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος ἡδὺ καὶ ἄλλου πράξαντος γένοιτο ἂν αὐτῷ. Οὐ τοίνυν τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἡδονὴν, ἀλλ' ἡ ἕξις καὶ τὴν εὐδαιμονίαν εἴ τι ἡδὺ δι' αὐτὴν ποιεῖ. Τὸ δὲ ἐν ταῖς πράξεσι τὸ εὐδαιμονεῖν τίθεσθαι ἐν τοῖς ἔξω τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ψυχῆς ἐστι τιθέντος· ἡ γὰρ ἐνέργεια τῆς ψυχῆς ἐν τῷ φρονῆσαι καὶ ἐν ἑαυτῇ ὁδὶ ἐνεργῆσαι· καὶ τοῦτο τὸ εὐδαιμόνως.

Vel memoria voluptatis, perinde ac si oblectationibus multis beatus indigeat, neque præsenti gaudio sit contentus. Præterea quidnam jucunditatis affert voluptatis actæ memoria? ceu si quis se obsonium heri cum voluptate gustasse meminerit: ac si ante decennium, magis adhuc deridendus erit: similiter quoque si anno præterito sapientiam se habuisse meminerit.

Quæstio IX. Sin autem bonorum honestorumve sit recordatio, cur non aliquid conferat? At istud hominis est bonis honestisve in præsente carentis: atque propterea quod nunc minime habeat, quærentis eorum, quæ præteriere, memoriam.

Quæstio X. At enim longum tempus multis præclarisque actionibus præbet occasionem: qua quidem privatus erit, qui felix brevi tempore vixerit. Ad hæc utique dicendum est omnino felicem non ob præclaras actiones atque multas: alioquin quisquis felicitatem ex multis tam temporibus quam actionibus dicat accumulandam, ex his, quæ non amplius sunt, sed ex transactis, atque uno quodam præsente felicitatem coacervabit. Quamobrem in præsenti quodam beatitudinem collocavimus. Deinde quæsivimus num id quod magis dicitur, in quodam, quod plus est, consistat, atque ita major quoque contingat felicitas? Hoc ergo quærendum: numquid temporis multi felicitas in eo duntaxat excellat, quod actionibus multis abundet? Primo quidem fieri potest ut qui actionibus nullis incumbit sit beatus, neque minus quidem, imo vero magis eo qui actionibus fuerit occupatus: deinde actiones non ex se ipsis bonum afferunt, sed affectiones ipsæ actiones efficiunt bonas. Jam vero sapiens bono potitur etiam agens, non quia videlicet agat, neque ex his quæ accidunt, sed ex eo quod possidet. Quandoquidem et salus patriæ potest vel a pravo aliquo provenire. Ipsa quinetiam in patria servanda jucunditas etiam aliud agente [*corr.* alio agente ab eo (*sc.* pravo)] percipi potest. Itaque non hoc est, quod felicis efficit voluptatem: imo vero habitus ipse et voluptatem ejusmodi parit, et præstat felicitatem. Ac si quid contingit jucundum, per se ipsam facit ejusmodi. In actionibus autem externis felicitatem ponere, nihil aliud est, quam in his, quæ extra virtutem sunt et extra animam, collocare. Ipsa enim propria animi actio consistit in sapientia, adeo ut in se ipso sic agat: idque est feliciter agere.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Ϛ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ.

(50, 51.)

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER VI.

DE PULCHRITUDINE.

[97—99.]

Pulchritudo est in iis quæ videntur, quæ audiuntur, quæ cogitantur, neque est proportio.

Α'. Τὸ καλὸν ἔστι μὲν ἐν ὄψει πλεῖστον· ἔστι δὲ ἐν ἀκοαῖς κατά τε λόγων συνθέσεις, ἔστι δὲ καὶ ἐν μουσικῇ καὶ ἁπάσῃ· καὶ γὰρ μέλη καὶ ῥυθμοί εἰσι καλοί. Ἔστι δὲ καὶ προϊοῦσι πρὸς τὸ ἄνω ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἐπιτηδεύματα καλὰ, καὶ πράξεις, καὶ ἕξεις, καὶ ἐπιστῆμαί τε καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν κάλλος· εἰ δέ τι καὶ πρὸ τούτων, αὐτὸ δείξει. Τί οὖν δὴ τὸ πεποιηκὸς καὶ τὰ σώματα καλὰ φαντάζεσθαι, καὶ τὴν ἀκοὴν ἐπινεύειν ταῖς φωναῖς ὡς καλαῖ, καὶ ὅσα ἐφεξῆς ψυχῆς ἔχεται πῶς ποτε πάντα καλά; καὶ ἆρά γε ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καλὰ τὰ πάντα, ἢ ἄλλο μὲν ἐν σώματι τὸ κάλλος, ἄλλο δὲ ἐν ἄλλῳ; καὶ τίνα ποτὲ ταῦτα, ἢ τοῦτο; τὰ μὲν γὰρ οὐ παρ' αὐτῶν τῶν ὑποκειμένων καλὰ, οἷον τὰ σώματα, ἀλλὰ μεθέξει· τὰ δὲ κάλλη αὐτὰ, ὥσπερ ἀρετῆς ἡ φύσις. Σώματα μὲν γὰρ τὰ αὐτὰ ὁτὲ μὲν καλὰ, ὁτὲ δὲ οὐ καλὰ φαίνεται, ὡς ἄλλου ὄντος τοῦ σώματα εἶναι, ἄλλου δὲ τοῦ καλά. Τί οὖν ἐστι τοῦτο τὸ παρὸν τοῖς σώμασι, πρῶτον γὰρ περὶ τούτου σκεπτέον. Τί οὖν ἐστιν, ὃ κινεῖ τὰς ὄψεις τῶν θεωμένων, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς αὐτὸ, καὶ ἕλκει, καὶ εὐφραίνεσθαι τῇ θέᾳ ποιεῖ; τοῦτο γὰρ εὑρόντες, τάχ' ἂν ἐπιβάθρᾳ αὐτῷ χρώμενοι καὶ τὰ ἄλλα θεασαίμεθα. Λέγεται μὲν δὴ παρὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, ὡς συμμετρία τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὸ ὅλον, τό τε τῆς εὐχροίας προστεθὲν, τὸ πρὸς τὴν ὄψιν κάλλος ποιεῖ. Καὶ ἔστιν αὐτοῖς καὶ ὅλως τοῖς ἄλλοις πᾶσι, τὸ καλοῖς εἶναι, τὸ συμμέτροις καὶ μεμετρημένοις ὑπάρχειν· οἷς [δὲ] ἁπλοῦν οὐδὲν, μόνον δὲ τὸ σύνθετον ἐξ ἀνάγκης καλὸν ὑπάρξει, τό τε ὅλον ἔσται καλὸν αὐτοῖς. Τὰ δὲ μέρη ἕκαστα οὐχ ἕξει παρ' ἑαυτῶν τὸ καλὰ εἶναι, πρὸς δὲ τὸ ὅλον συντελοῦντα, ἵνα καλὸν ᾖ. Καίτοι δεῖ, εἴπερ ὅλον, καὶ τὰ μέρη καλὰ εἶναι· οὐ γὰρ δὴ ἐξ αἰσχρῶν, ἀλλὰ πάντα κατειληφέναι τὸ κάλλος. Τά τε χρώματα αὐτοῖς τὰ καλὰ, οἷον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἁπλᾶ ὄντα, καὶ οὐκ ἐκ συμμετρίας ἔχοντα τὸ κάλλος, ἔξω ἔσται τοῦ καλὰ εἶναι. Χρυσός τε δὴ πῶς καλόν; καὶ νυκτὸς ἡ ἀστραπὴ, ἢ ἄστρα ὁρᾶσθαι τῷ καλῷ; Ἐπί τε τῶν φωνῶν ὡσαύτως τὸ ἁπλοῦν οἰχήσεται· καίτοι ἑκάστου φθόγγου πολλαχῇ τῶν ἐν τῷ ὅλῳ καλῶν, καλοῦ μὲν καὶ αὐτοῦ ὄντος. Ὅταν δὲ δὴ, καὶ τῆς αὐτῆς συμμετρίας μενούσης, ὁτὲ μὲν καλὸν τὸ αὐτὸ πρόσωπον, ὁτὲ δὲ μὴ φαίνηται, πῶς οὐκ ἄλλο δεῖ ἐπὶ τῷ συμμέτρῳ λέγειν τὸ καλὸν εἶναι, καὶ τὸ σύμμετρον καλὸν εἶναι δι' ἄλλο; εἰ δὲ δὴ, μεταβαίνοντες καὶ ἐπὶ τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τοὺς λόγους τοὺς κα-

I. Pulchritudo est in aspectu plurimum : est etiam in auditu secundum verborum compositiones et musicam quoque omnem : nam cantus et numerosi concentus pulchri sunt. Præterea, si a sensu ad id quod supra sensum est ascendamus, inveniemus studia quoque et officia pulchra, et actiones, et habitus, atque scientias virtutumque pulchritudinem. Utrum vero et super hæc ulla sit pulchritudo, res ipsa procedentibus declarabit. Quid igitur est, quod efficit, ut corpora pulchra videantur, atque auditus voces approbet tanquam pulchras, et quæcunque deinceps ad animam attinent? Quonam igitur pacto pulchra hæc omnia fiunt? Nunquid una quadam atque eadem pulchritudinis ratione pulchra sunt omnia? aut aliud quiddam est pulchritudo in corpore, in alio vero aliud? Rursus quænam hæc sunt, si duo sunt? Quidve id existit, si est unum? [*Fic. legerit* ταῦτα, εἰ δύο, καὶ τί τοῦτο, εἰ ἕν;] Quædam enim procul dubio non ex ipsa subjectorum natura sunt pulchra, velut corpora, sed participatione potius aliqua. Quædam vero pulchritudines quædam ipsa sunt, ut virtutis ipsius natura. Corpora quidem eadem alias quidem pulchra, alias vero non pulchra videntur, quasi aliud sit, esse corpus, aliud esse pulchrum. Quid ergo id est potissimum, quod pulchra corpora sua præsentia facit? In primis enim id est nobis considerandum. Dic age : quid potissimum spectantium allicit oculos, convertitque ad seipsum atque rapit, spectantemque delectat? Si enim id invenerimus, forsan quasi scala ad cetera prospicienda uti poterimus. Tradunt enim ferme omnes, commensurationem quandam partium et invicem et ad totum una cum coloris gratia pulchritudinem pertinentem ad oculos procreare, atque in eo pulchritudinem omnium esse sitam, ut moderata commensurataque sint. Sed apud eos, qui id opinantur, nihil simplex, solum vero compositum necessario erit pulchrum, ipsisque totum formosum erit. Partes vero singulæ nullam habebunt propriam pulchritudinem : solum vero quatenus ad totum conferunt, pulchra dicentur : quanquam oportet, si modo pulchrum est totum, partes quoque esse formosas : non enim ex turpibus constat pulchrum. Oportet autem partes omnes pulchritudinem accepisse. Colores insuper pulchri, sicut et ipsum solis lumen, cum simplicia sint, neque ex commensuratione habeant pulchritudinem, apud illos exclusa a pulchritudine relinquentur. Aurum quoque quonam pacto illis erit pulchrum? coruscatioque nocturna, siderumque spectaculum? Similiter in vocibus, quod simplex fuerit, id erit a pulchritudine alienum : quanquam tonus quilibet in his cantibus qui ex toto pulchri sunt, est ipse pulcher. Proinde quando, eadem proportione manente, facies eadem alias quidem pulchra, alias vero non pulchra videtur : nonne aliud in eo, quod commensuratum est, pulchritudinem oportet dicere, commensurationem vero aliud, ipsumque commensuratum propter aliud esse pulchrum? Si autem illi ad studia pulchra pulchrosque sermones se transferentes, mensuræ proportionem in his etiam in causa

λοὺς, τὸ σύμμετρον καὶ ἐπ' αὐτῶν αἰτιῶντο, τίς ἂν λέγοιτο ἐν ἐπιτηδεύμασι συμμετρία καλοῖς, ἢ νόμοις, ἢ μαθήμασιν, ἢ ἐπιστήμαις; θεωρήματα γὰρ σύμμετρα πρὸς ἄλληλα, πῶς ἂν εἴη; εἰ δ' ὅτι σύμφωνά ἐστι, καὶ κακῶν ἔσται ὁμολογία τε καὶ συμφωνία· τῷ γὰρ τὴν σωφροσύνην ἠλιθιότητα εἶναι, τὸ τὴν δικαιοσύνην γενναίαν εἶναι εὐήθειαν, σύμφωνον καὶ συνῳδὸν, καὶ ὁμολογεῖ πρὸς ἄλληλα. Κάλλος μὲν οὖν ψυχῆς ἀρετὴ πᾶσα, καὶ κάλλος ἀληθινώτερον ἢ τὰ πρόσθεν. Ἀλλὰ πῶς σύμμετρα; οὔτε γὰρ ὡς μεγέθη, οὔτε ὡς ἀριθμὸς σύμμετρα· καὶ πλειόνων μερῶν τῆς ψυχῆς ὄντων ἐν ποίῳ γὰρ λόγῳ ἡ σύνθεσις ἢ ἡ κρᾶσις τῶν μερῶν, ἢ τῶν θεωρημάτων. Τὸ δὲ τοῦ νοῦ κάλλος μονουμένου τί ἂν εἴη;

pulchritudinis assignaverunt: quænam dicetur in studiis pulchris vel legibus vel disciplinis, scientiisve commensurata proportio? Quinetiam speculationes ipsæ quonam pacto invicem commensuratæ dicentur? Quod si quis id ipsum assignet, quoniam videlicet concordes sunt, dicemus utique malorum quoque consensionem quandam esse atque concordiam. Duo namque hæc inter se conveniunt (ut fertur) videlicet, et temperantiam esse stoliditatem, atque justitiam esse inscitiam generosam. Pulchritudo itaque animæ est virtus omnis, atque hæc ipsa species superioribus admodum verior. At quonam pacto hic commensuratio erit? neque enim qualis id est magnitudine [*Ed. pr.* qualis in magn.] neque qualis in numero. Atqui cum plures sint animæ partes, in qualinam ratione compositio vel temperatio partium vel speculationum sita erit? Denique pulchritudo intellectus ipsius videlicet segregati soliusque secundum se quidnam erit?

Pulchritudo in corporibus est flos formæ materiam superantis propter imperium idealis rationis super materiam.

Β'. Πάλιν οὖν ἀναλαβόντες λέγωμεν, τί δῆτά ἐστι τὸ ἐν τοῖς σώμασι καλόν; πρῶτον ἔστι μὲν γάρ τι καὶ βολῇ τῇ πρώτῃ αἰσθητὸν γινόμενον, καὶ ἡ ψυχὴ ὥσπερ συνείσα λέγει, καὶ ἐπιγνοῦσα ἀποδέχεται, καὶ οἷον συναρμόττεται· πρὸς δὲ τὸ αἰσχρὸν προσβαλοῦσα ἀνίλλεται καὶ ἀρνεῖται καὶ ἀνανεύει ἀπ' αὐτοῦ, οὐ συμφωνοῦσα, καὶ ἀλλοτριουμένη. Φαμὲν δὴ, ὡς τὴν φύσιν οὖσα ὅπερ ἐστὶ, καὶ πρὸς τῆς κρείττονος ἐν τοῖς οὖσιν οὐσίας, ὅ τι ἂν ἴδῃ συγγενὲς ἢ ἴχνος τοῦ συγγενοῦς, χαίρει τε καὶ διεπτόηται, καὶ ἀναφέρει πρὸς ἑαυτὴν, καὶ ἀναμιμνήσκεται ἑαυτῆς καὶ τῶν ἑαυτῆς. Τίς οὖν ὁμοιότης τοῖς τῇδε πρὸς τὰ ἐκεῖ καλά; καὶ γὰρ, εἰ ὁμοιότης, ὅμοια μὲν ἔστω. Πῶς δὲ καλὰ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα; μετοχῇ εἴδους φαμὲν ταῦτα. Πᾶν γὰρ τὸ ἄμορφον πεφυκὸς μορφὴν καὶ εἶδος δέχεσθαι, ἄμοιρον ὂν λόγου καὶ εἴδους, αἰσχρὸν καὶ ἔξω θείου λόγου, καὶ τὸ πάντη αἰσχρὸν τοῦτο· αἰσχρὸν δὲ καὶ τὸ μὴ κρατηθὲν ὑπὸ μορφῆς καὶ λόγου, οὐκ ἀνασχομένης τῆς ὕλης τὸ πάντη κατὰ τὸ εἶδος μορφοῦσθαι. Προσιὸν οὖν τὸ εἶδος, τὸ μὲν ἐκ πολλῶν ἐσόμενον μερῶν ἓν συνθέσει, συνήταξέ τε καὶ εἰς μίαν συντέλειαν ἤγαγε, καὶ ἓν τῇ ὁμολογίᾳ πεποίηκεν· ἐπείπερ ἓν ἦν αὐτὸ, ἕν τε εἶδει τὸ μορφούμενον εἶναι ὡς δυνατὸν αὐτῷ ἐκ πολλῶν ὄντι. Ἵδρυται οὖν ἐπ' αὐτὸ τὸ κάλλος ἦδη εἰς ἓν συναχθέντος, καὶ τοῖς μέρεσι διδὸν ἑαυτὸ καὶ τοῖς ὅλοις· ὅταν δὲ ἕν τι καὶ ὁμοιομερὲς καταλάβῃ, εἰς ὅλον δίδωσι τὸ αὐτὸ, οἷον ὅτε μὲν πάσῃ οἰκίᾳ μετὰ τῶν μερῶν, ὅτε δὲ ἑνὶ λίθῳ διδοίη τις φύσις τὸ κάλλος, τῇ δὲ ἡ τέχνη. Οὕτω μὲν δὴ τὸ καλὸν σῶμα γίγνεται λόγου ἀπὸ θείου ἐλθόντος κοινωνίᾳ.

II. Repetamus iterum a principio, quærentes quidnam sit ipsa in corporibus pulchritudo? Principio quidem est quiddam primo intuitu sensui se patefaciens: idque animus apprehendens familiariterque agnoscens suscipit et quasi accommodatissimum approbat et amplectitur. At vero in turpe incidens sese recipit et velut abhorrens ob discordiam respuit ut alienum. Exaistens nimirum anima id quod naturaliter est, ac prope et secundum essentiam in rerum ordine præstantissimam, quandocunque aspexerit cognatum quiddam cognative vestigium, congratulatur et stupet, refertque in se ipsam suique recordatur atque suorum. Quænam igitur similitudo his quæ apud nos pulchra videntur, ad illa, quæ supra nos sunt, pulchra? Etenim si qua similitudo est, similia quidem sint. At quonam pacto pulchra simul et hæc et illa? Participatione utique speciei nostræ hæc dicimus esse pulchra. Omne namque informe aptum natura ad formam ac speciem capiendam, quatenus rationis et speciei est expers, turpe est atque a divina ratione semotum: idque omnino turpe est, quod omnino semotum: turpe quinetiam, quod a forma rationeque minime superatur, materia videlicet formationem integram minime sustinente. Accedens itaque species id, quod ex multis partibus unum est compositione futurum, simul ordinat conciliatque invicem, atque ipsa consensione conficit unum: quandoquidem et ipsa erat unum, ideoque unum oportuit esse formatum, quatenus, quod ex multis componitur, unum effici potest. Fundatur ergo pulchritudo in ipso, quando in unum fuerit jam redactum, atque seipsam partibus totisque impertit. At quando species unum quiddam similibusque partibus constitutum nanciscitur, seipsam et idem tradit in totum. Aliquando enim, exempli gratia, toti se ædificio simul partibusque communicat, aliquando vero unico lapidi: et tunc quidem id arte fit, alias vero fit natura. Hac itaque ratione formosum corpus efficitur communione videlicet rationis a divinis desuper venientis.

Animus per innatam sibi formulam pulchritudinis agnoscit pulchritudinem in corporibus: quæ foret ipsa idea, si auferretur materia: quod provenit ex victoria divinæ artis in materia.

Γ'. Γινώσκει δὲ αὐτὸ ἡ ἐπ' αὐτὸ δύναμις τεταγμένη, ἧς οὐδὲν κυριώτερον εἰς κρίσιν τῶν ἑαυτῆς, ὅταν καὶ ἡ ἄλλη συνεπικρίνῃ ψυχή. Τάχα δὲ καὶ αὕτη λέγει συναρμόττουσα τῷ παρ' αὐτῇ εἴδει, κἀκείνῳ πρὸς τὴν κρίσιν χρωμένη, ὥσπερ κανόνι τοῦ εὐθέος.

III. Cognoscit autem ipsam vis quædam ad eam instituta, qua nihil validius ad propria judicanda, quando et alia anima in judicando concurrit. Forsan vero et hæc ipsa dicit, scilicet speciei, quæ penes ipsam est, accommodans, eaque freta ad judicandum quemadmodum ad recti judicium regula uti solent. At quonam pacto, quod in

Πῶς δὲ συμφωνεῖ τὸ περὶ σῶμα τῷ πρὸ σώματος; πῶς δὲ τὴν ἔξω οἰκίαν τῷ ἔνδον οἰκίας εἶδει ὁ οἰκοδομικὸς συναρμόσας καλὴν εἶναι λέγει; ἢ ὅτι ἐστὶ τὸ ἔξω, εἰ χωρίσειας τοὺς λίθους, τὸ ἔνδον εἶδος, μερισθὲν τῷ ἔξω ὕλης ὄγκῳ, ἀμερὲς ὂν ἐν πολλοῖς φανταζόμενον. Ὅταν οὖν καὶ ἡ αἴσθησις τὸ ἐν σώμασιν εἶδος ἴδῃ, συνδησάμενον καὶ κρατῆσαν τῆς φύσεως τῆς ἐναντίας ἀμόρφου οὔσης, καὶ μορφὴν ἐπὶ ἄλλαις μορφαῖς ἐκπρεπῶς ἐποχουμένην, συνελοῦσα ἀθρόον αὐτὸ τὸ πολλαχῇ ἀνήνεγκέ τε, καὶ εἰσήγαγεν εἰς τὸ εἴσω ἀμερὲς ἤδη, καὶ ἔδωκε τῷ ἔνδον σύμφωνον καὶ συναρμόττον καὶ φίλον, οἷα ἀνδρὶ ἀγαθῷ προσηνὲς ἐπιφαινόμενον ἀρετῆς ἴχνος ἐν νέῳ, συμφωνοῦν τῷ ἀληθεῖ τῷ ἔνδον. Τὸ δὲ τῆς χρόας κάλλος ἁπλοῦν μορφῇ, καὶ κρατήσει τοῦ ἐν ὕλῃ σκοτεινοῦ παρουσίᾳ φωτὸς, ἀσωμάτου καὶ λόγου καὶ εἴδους ὄντος. Ὅθεν καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ παρὰ τὰ ἄλλα σώματα καλὸν, ὅτι τάξιν εἴδους πρὸς τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἔχει· ἄνω μὲν τῇ θέσει, λεπτότατον δὲ τῶν ἄλλων σωμάτων, ὡς ἐγγὺς ὂν τοῦ ἀσωμάτου. Μόνον δὲ αὐτὸ οὐκ εἰσδεχόμενον τὰ ἄλλα, τὰ δὲ ἄλλα δέχεται αὐτό· θερμαίνεται γὰρ ἐκεῖνα, οὐ ψύχεται δὲ τοῦτο· κέχρωσταί τε πρώτως, τὰ δὲ ἄλλα παρὰ τούτου τὸ εἶδος τῆς χρόας λαμβάνει· λάμπει οὖν καὶ στίλβει, ὡς ἂν εἶδος ὄν· τὸ δὲ μὴ κρατοῦν, ἐξίτηλον τῷ φωτὶ γινόμενον, οὐκέτι καλὸν, ὡς ἂν τοῦ εἴδους τῆς χρόας οὐ μετέχον ὅλου. Αἱ δὲ ἁρμονίαι ἐν ταῖς φωναῖς αἱ ἀφανεῖς τὰς φανερὰς ποιήσασαι καὶ ταύτῃ τὴν ψυχὴν σύνεσιν καλοῦ λαβεῖν ἐποίησαν, ἐν ἄλλῳ τὸ αὐτὸ δείξασαι. Παρακολουθεῖ δὲ ταῖς αἰσθηταῖς, μετρεῖσθαι ἀριθμοῖς ἐν λόγῳ οὐ παντὶ, ἀλλ' ὃς ἂν ᾖ δουλεύων εἰς ποίησιν εἴδους εἰς τὸ κρατεῖν. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν αἰσθήσει καλῶν, ἃ δὴ εἴδωλα καὶ σκιαὶ οἷον ἐκδραμοῦσαι, εἰς ὕλην ἐλθοῦσαι, ἐκόσμησάν τε καὶ διεπτόησαν φανεῖσαι, τοσαῦτα.

corpore est, ei, quod super corpus est, congruit? Dic age: et quomodo extrinsecum ædificium ædificii formæ, quæ in mente est, architectus accommodans pulchrum esse judicat? forsan quia, si lapides tollas e medio, ædificium, quod erat extrinsecum, nihil aliud est, quam intrinseca forma, divisa quidem per externam materiæ molem, individua vero existens, etsi apparet in multis. Quando igitur et sensus speciem, quæ [est *add. Ed. pr.*] in corporibus aspicit, colligantem superantemque contrariam naturam, quæ est informis, atque formam decenter in formis aliis emicantem, tunc congregans simul totam, quæ passim dispersa videbatur, refert ad se atque ad formam, quæ intus est, impartilem [*i. e.* individuam] introducit: redditque intimæ formæ consonam, et congruam, et amicam; quemadmodum probo viro virtutis indoles apparens in juvene jucunda contingit: propterea quod veræ virtuti, quæ intus est, consonat. Pulchritudo vero coloris simplex provenit, ubi formatur superaturque, quod est in materia tenebrosum, præsentia luminis, quod quidem incorporeum et ratio quædam est et species. Quapropter et ignis ipse præter cetera corpora pulcher: quoniam, si cum elementis aliis conferatur, speciei obtinet ordinem; nempe et cæteris eminentior est, et omnium subtilissimus, quasi incorporeæ jam naturæ propinquus. Atqui solus ipse non suscipit alia, cum tamen ipsum alia capiant. Calefiunt namque illa: ipse vero non suscipit frigus. Præterea colorem ipse primus habet: cetera vero ab hoc speciem coloris accipiunt: emicat igitur atque fulget, quasi sit species. Quando vero subjectum non superatur, velut luminis exigui particeps, haud ultra provenit pulchrum, utpote quod coloris speciem non accipit totam. Proinde harmonias, quæ sunt in vocibus, aliæ quæ latent in anima faciunt, et ad sensum usque producunt, atque ita faciunt, ut anima percipiat pulchri notitiam, idem in alio demonstrantes. Competit vero harmoniis, quæ sentiuntur, ut numeris mensurentur non in omni ratione numeri seu vocis, sed in ea duntaxat, quæ ad effectionem speciei victoriamque ejus obtemperat. Sed hactenus de pulchris, quæ sunt in sensu, sit dictum: quæ tanquam imagines umbræque in materiam effluentes ipsam exornaverunt, admirationemque sui occurrentes sensibus concitant.

Oportet animum fieri pulchrum, si intellectualem sis pulchritudinem cogniturus, quæ magis fruentem delectat, quam corporea pulchritudo.

Δ'. Περὶ δὲ τῶν προτέρω καλῶν, ἃ οὐκέτι αἴσθησις ὁρᾷν εἴληχε, ψυχὴ δὲ ἄνευ ὀργάνων ὁρᾷ καὶ λέγει, ἀναβαίνοντας δεῖ θεάσασθαι, καταλιπόντας τὴν αἴσθησιν κάτω περιμένειν. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν τῆς αἰσθήσεως καλῶν οὐκ ἦν περὶ αὐτῶν λέγειν τοῖς μήτε ἑωρακόσι, μήτε ὡς καλῶν ἀντειλημμένοις, οἷον εἴ τινες ἐξ ἀρχῆς τυφλοὶ γεγονότες, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ περὶ κάλλους ἐπιτηδευμάτων, μὴ τοῖς ἀποδεξαμένοις τὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἐπιστημῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων κάλλος· οὐδὲ περὶ ἀρετῆς φέγγους τοῖς μηδὲ φαντασθεῖσιν, ὡς καλὸν τὸ τῆς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης πρόσωπον, καὶ οὔτε ἕσπερος οὔτε ἕωος οὕτω καλά. Ἀλλὰ δεῖ ἰδόντας μὲν εἶναι, ᾧ ψυχὴ τὰ τοιαῦτα βλέπει, ἰδόντας δὲ ἡσθῆναι καὶ ἐκπληξιν λαβεῖν, καὶ πτοηθῆναι πολλῷ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς πρόσθεν, ἅτε ἀληθινῶν ἤδη ἐφαπτομένους. Ταῦτα γὰρ δεῖ τὰ πάθη γενέσθαι περὶ τὸ ὅ τι ἂν ᾖ καλὸν, θάμβος καὶ ἔκπληξιν ἡδεῖαν καὶ πόθον, καὶ ἔρωτα, καὶ πτόησιν μεθ' ἡδονῆς· ἔστι δὲ

IV. At vero pulchra, quæ his superiora sunt, oculisque minime patent, sed animus ipse absque instrumentis cernit atque pronuntiat, ascensu quodam contemplari debemus, sensum in infimo relinquentes. Quemadmodum vero pulchra, quæ sensibus offeruntur, verbis exprimere non potuissemus, nisi vidissemus aliquando et tanquam pulchra percepissemus: quo quidem munere orbati sunt, qui cæci nascuntur: sic neque de officiorum et scientiarum ceterorumque ejusdem generis pulchritudine possumus eloqui, nisi hæc ipsa possideamus. Similiter neque de fulgore virtutis: nisi quodammodo excogitaverimus, quam pulcher sit justitiæ et temperantiæ vultus, quare ratione neque hesperus neque lucifer adeo speciosus. Quinimo eo duntaxat hæc oportet videre, quo animus ipse talia intuetur. Præterea videntes admodum oblectari et affici vehementer, multoque magis quam corporum pulchritudinem admirari, utpote qui vera jam attingamus. Tales, inquam, affectus oportet circa pulchrum quodlibet excitari, admirationem stuporemque suavem, desiderium quoque atque amorem, concitationemque jucundam: ejus-

τοῦτα παθεῖν, καὶ πάσχουσιν αἱ ψυχαὶ καὶ περὶ τὰ μὴ ὁρώμενα, πᾶσαι μέν, ὡς εἰπεῖν, μᾶλλον μέντοι αἱ τούτων ἐρωτικώτεραι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων πάντες μὲν ὁρῶσι, κινοῦνται δὲ οὐκ ἴσα, ἀλλ' εἰσὶν οἳ μάλιστα οἳ καὶ λέγονται ἐρᾶν.

modi quædam etiam circa ea quæ non videntur, animæ patiuntur: omnes quidem (ut ita dicam), magis autem, quæ sunt ad illorum amorem propensiores, sicut et circa corporis pulchritudinem accidit. Omnes enim æque vident, non tamen incitantur æqué, sed maxime omnium amatores.

Pulchritudo in animo naturalis tunc nobis effulget, cum primum deformitatem, id est affectus ad materiam, superaverimus.

Ε'. Τῶν δὴ καὶ περὶ τὰ ἐν οὐκ αἰσθήσει ἐρωτικῶν ἀνακυνθάνεσθαι δεῖ· τί πάσχετε περὶ τὰ λεγόμενα ἐπιτηδεύματα καλὰ, καὶ τρόπους καλοὺς, καὶ ἤθη σώφρονα, καὶ ὅλως ἔργα ἀρετῆς καὶ διαθέσεις, καὶ τὸ τῶν ψυχῶν κάλλος; καὶ ἑαυτοὺς δὲ ἰδόντες τὰ ἔνδον καλοὺς τί πάσχετε; καὶ πῶς ἀναβακχεύεσθε καὶ ἀνακινεῖσθε, καὶ ἑαυτοῖς συνεῖναι ποθεῖτε, συλλεξάμενοι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν σωμάτων; πάσχουσι μὲν γὰρ ταῦτα οἱ ὄντως ἐρωτικοί. Τί δέ ἐστι περὶ ὃ ταῦτα πάσχουσιν; οὐ σχῆμα, οὐ χρῶμα, οὐ μέγεθός τι, ἀλλὰ περὶ ψυχὴν, ἀχρώματον μὲν αὐτὴν, ἀχρώματον δὲ καὶ τὴν σωφροσύνην ἔχουσαν, καὶ τὸ ἄλλο τῶν ἀρετῶν φέγγος, ὅταν ἢ ἐν αὐτοῖς ἴδητε, ἢ καὶ ἐφ' ἐν ἄλλῳ θεάσησθε μέγεθος ψυχῆς καὶ ἦθος δίκαιον, καὶ σωφροσύνην καθαρὰν, καὶ ἀνδρίαν βλοσυρὸν ἔχουσαν πρόσωπον, καὶ σεμνότητα καὶ αἰδῶ ἐπιθέουσαν ἐν ἀτρεμεῖ καὶ ἀκύμονι καὶ ἀπαθεῖ διαθέσει, ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸν θεοειδῆ νοῦν ἐπιλάμποντα. Ταῦτα οὖν ἀγάμενοι καὶ φιλοῦντες πῶς αὐτὰ λέγομεν καλά; ἔστι μὲν γὰρ καὶ φαίνεται, καὶ οὐ μήποτε ὁ ἰδὼν ἄλλο τι φήσει, ἢ τὰ ὄντως ὄντα ταῦτα εἶναι. Τί ὄντα ὄντως; ἢ καλά. Ἀλλ' ἔτι ποθεῖ ὁ λόγος, τί ὄντα πεποίηκε τὴν ψυχὴν εἶναι ἐράσμιον· τί τὸ ἐπὶ πάσαις ἀρεταῖς διαπρέπον, οἷον φῶς; Κωλύει δὲ καὶ τὰ ἐναντία λαβὼν τὰ περὶ ψυχὴν αἰσχρὰ γινόμενα ἀντιπαραθεῖναι; τάχα γὰρ ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὃ ζητοῦμεν, τὸ αἰσχρὸν ὅ τί ποτ' ἐστὶ, καὶ διότι τοιοῦτον ἐστὶ καὶ τίνος ἕνεκα. Ἔστω δὴ ψυχὴ αἰσχρὰ ἀκόλαστός τε καὶ ἄδικος, πλείστων μὲν ἐπιθυμιῶν γέμουσα, πλείστης δὲ ταραχῆς, ἐν φόβοις διὰ δειλίαν, ἐν φθόνοις διὰ μικροπρέπειαν, πάντα φρονοῦσα, ἃ δὴ καὶ φρονεῖ, θνητὰ καὶ ταπεινὰ, σκολιὰ πανταχοῦ, ἡδυνῶν οὐ καθαρῶν ἐμπλεως, ζῶσα ζωὴν τοῦ ὅ τι ἂν πάθῃ διὰ σώματος, ὡς μάλα λαβοῦσα αἶσχος. Αὐτὸ τοῦτο τὸ αἶσχος αὐτῇ ἆρα τὸ προσγεγονέναι οἷον ἐπακτὸν καλὸν φήσομεν, ὃ ἐλωφήσατο μὲν αὐτῇ, πεποίηκε δὲ αὐτὴν ἀκάθαρτον, καὶ πολλῷ τῷ κακῷ συμπεφυρμένην, οὐδὲ ζωὴν ἔτι ἔχουσαν, οὐδὲ αἴσθησιν καθαρὰν, ἀλλὰ τῷ μίγματι τοῦ κακοῦ ἀμυδρᾷ τῇ ζωῇ κεχρημένην, καὶ πολλῷ τῷ θανάτῳ κεκραμένην, οὐκέτι μὲν ὁρῶσαν ἃ δεῖ ψυχὴν ἰδεῖν, οὐκέτι δὲ ἐωμένην ἐν αὐτῇ μένειν, τῷ ἕλκεσθαι ἀεὶ πρὸς τὸ ἔξω, καὶ τὸ κάτω, καὶ τὸ σκοτεινόν; καθάρτος δὴ οἶμαι οὖσα καὶ φερομένη πανταχοῦ ὁλκαῖς πρὸς τὰ τῇ αἰσθήσει προσπίπτοντα, πολύ γε τὸ τοῦ σώματος ἔχουσα ἐγκεκραμένον, τῷ ὑλικῷ πολλῷ συμφυσα, καὶ εἰς αὐτὴν εἰσδεξαμένη εἶδος ἕτερον ἠλλάξατο κράσει τῇ πρὸς τὸ χεῖρον· οἷον εἴ τις ὀὺς εἰς πηλὸν ἢ βόρβορον τὸ μὲν, ὅπερ εἶχε, κάλλος μηκέτι ἐμφαίνοι, τοῦτο δὲ ὁρῷτο, ὃ παρὰ τοῦ πηλοῦ ἢ βορ-

V. Ceterum circa amatorios affectus, qui super sensum assurgunt, soiscitari licet hunc in modum. Agite, quidnam patimini circa decora studia et officia, et modos honestos temperatosque mores, et omnino erga virtutis opera affectionesque, et habitus et pulchritudinem animorum? Quid, inquam, patimini, quando vos intus intuemini pulchros? Et quo pacto (ut ita dixerim) debaecchamini atque concitamini, affectatisque vobiscum congredi, vos ipsos seorsum a corporibus colligentes? Afficiuntur enim sic amatores veri. At vero quidnam est id, erga quod ita prorsus afficiuntur? Non est figura, non color, non magnitudo, sed erga animum ipsum coloris omnis expertem, similiterque temperantiam possidentem a colore semotam, reliquumque virtutum splendorem: quotiens vel in vobismet intuemini, vel in alio contemplamini animi amplitudinem, et justum morem puramque temperantiam, præterea fortitudinem generoso vultu verendam, pudicitiam denique, honestatemque venerabilem habitu quodam intrepido et tranquillo serenoque incedentem, atque hæc divinam mentem desuper collustrantem. Hæc igitur amantes [ἀγαπῶντες, *nisi scripsit* admirantes] quanam ratione pulchra esse dicimus? Sunt enim atque apparent: neque, qui aspicit, unquam aliud esse dicet, quam vere exsistentia hæc esse. Sed quidnam vere exsistentia? Fortasse pulchra At enim adhuc desiderat ratio scire quidnam hæc exsistentia, ut anima amabilis sit, efficiunt; quid in virtutibus cunctis decorum, quasi lumen? Visne contraria sumens, quæ videlicet in anima turpia sunt, contra conferre? fortasse enim, si cognoverimus, quid et qua de causa turpe sit, ad id, quod quærimus, conferet. Esto itaque turpis anima, quæ intemperans est atque injusta, cupiditatibus multis abundans et perturbatione quamplurima, ob timiditatem vexata timoribus, ob animi ipsius angustiam avaritiamque laborans invidia: nihil unquam nisi mortale abjectumque cogitans, obliqua semper animo versans, impuris voluptatibus mancipata, vitam agens ei propriam, quodcunque id sit, quod ipsa per corpus patitur, turpitudinem per ipsum subiens quasi jucundam. Atqui hanc ipsam turpitudinem nonne animæ sub adventitiæ pulchritudinis prætextu, tanquam adventitium malum dicemus accidere? quæ quidem gravi cum detrimento eam reddit impuram multaque pravitate permistam, neque vitæ ulterius neque sensus puritate præditam, sed permistione mali vita exigua jam utentem, plurima infectam morte, haud amplius, quæ sunt videnda, videntem, neque permissam amplius habitare secum: propterea quod ad externa semper et infima obscuraque rapiatur? Impura profecto sic evadens, passimque ab iis raptata, quæ sensibus incidunt, plena videlicet corporis labe, nempe cum materiæ plurimum se dediderit, materialemque naturam in se contraxerit, nimirum ob ejusmodi commistionem in deterius prolabentem, jam ferme speciem suam in speciem alteram commutavit: perinde ac si quis limo cœnoque provolutus haud ulterius priorem præferat pulchritudinem: id vero,

βόρου ἀπεμάξατο· ᾧ δὴ τὸ αἰσχρὸν προσθήκῃ τοῦ ἀλλοτρίου προσῆλθε· καὶ ἔργον αὐτῷ, εἴπερ ἔσται πάλιν καλὸς, ἀπονιψαμένῳ καὶ καθηραμένῳ, ὅπερ ἦν, εἶναι. Αἰσχρὰν δὴ ψυχὴν λέγοντες μίξει καὶ κράσει καὶ νεύσει τῇ πρὸς σῶμα καὶ ὕλην, ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν. Καὶ ἔστι τοῦτο αἶσχος ψυχῇ, μὴ καθαρᾷ μηδὲ εἰλικρινεῖ εἶναι, ὥσπερ χρυσῷ, ἀναπεπλῆσθαι δὲ τοῦ γεώδους, ὃ εἴ τις ἀφέλοι, καταλέλειπται χρυσὸς, καὶ ἔστι καλὸς, μονούμενος μὲν τῶν ἄλλων, αὐτῷ δὲ συνὼν μόνῳ. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ψυχὴ, μονωθεῖσα μὲν ἐπιθυμιῶν, ἃς διὰ τὸ σῶμα ἔχει, ᾧ ἄγαν προσωμίλει, ἀπαλλαγεῖσα δὲ τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ καθαρθεῖσα, ἃ ἔχει σωματωθεῖσα, μείνασα μόνη, τὸ αἰσχρὸν τὸ παρὰ τῆς ἑτέρας φύσεως ἅπαν ἀπεθήκατο.

videatur esse, quod a limo in se ipsum cœnoque contraxit. Huic sane turpitudo accessione quadam alienæ naturæ accidisse videtur. Quod si priorem recipere cupiat pulchritudinem, operæ pretium erit infecta diluere, ipsaque purgatione rursum esse, quod erat. Quamobrem si animam mistione, confusione, commercio cum corpore atque materia turpem dicemus evadere, recte (ut arbitror) asseremus. Est enim hæc animæ turpitudo scilicet, non esse puram atque sinceram. Quemadmodum et auro accidit turpitudo, si glebis terreis offundatur: quas si quis excusserit, purum subito restat aurum: idque jam pulchrum, cum ab alienis fuerit segregatum, sua videlicet ad pulchritudinem puritate contentum. Eadem ratione animus ab his cupiditatibus segregatus, quas nimio corporis commercio in se concepit, a ceterisque perturbationibus liberatus: deletis jam maculis, quas corporea familiaritas prius inusserat, atque ita solus sibi relictus, procul dubio turpitudinem omnem ab aliena natura haustam prorsus expurgavit.

Anima quando virtutem pulchritudinemque habeat, deoque persimilis sit? [*Ed. princ.*: Anima tunc solum virtutem pulchritudinemque habere videtur, cum restituta est in propriam puritatem. Tunc enim maxime fulget intellectuali lumine, quod est ei maxime proprium. Tunc et maxime species est, et ipsa jam pulchritudo, deoque persimilis.]

Ϛ. Ἔστι γὰρ δὴ, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρία καὶ πᾶσα ἀρετὴ κάθαρσις, καὶ ἡ φρόνησις αὐτή. Διὸ καὶ αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται, τὸν μὴ κεκαθαρμένον εἰς ᾅδου κεῖσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν, βορβόρῳ διὰ κάκην φίλον· οἷα δὴ καὶ ὗες οὐ καθαραὶ τὸ σῶμα χαίρουσι τῷ τοιούτῳ· τί γὰρ ἂν καὶ εἴη σωφροσύνη ἀληθὴς, ἢ τὸ μὴ προσομιλεῖν ἡδοναῖς τοῦ σώματος, φεύγειν δὲ ὡς οὐ καθαρὰς οὐδὲ καθαροῦ; Ἡ δὲ ἀνδρία ἀφοβία θανάτου· ὃ δέ ἐστιν ὁ θάνατος χωρὶς εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος. Οὐ φοβεῖται δὲ τοῦτο, ὃς ἀγαπᾷ μόνος γενέσθαι. Μεγαλοψυχία δὲ δὴ ὑπεροψία τῶν τῇδε· ἡ δὲ φρόνησις νόησις ἐν ἀποστροφῇ τῶν κάτω, πρὸς δὲ τὰ ἄνω τὴν ψυχὴν ἄγουσα. Γίνεται οὖν ἡ ψυχὴ καθαρθεῖσα εἶδος καὶ λόγος, καὶ πάντη ἀσώματος, καὶ νοερὰ, καὶ ὅλη τοῦ θείου, ὅθεν ἡ πηγὴ τοῦ καλοῦ, καὶ τὰ συγγενῆ πάντα τοιαῦτα. Ψυχὴ οὖν ἀναχθεῖσα πρὸς νοῦν ἐπὶ τὸ μᾶλλόν ἐστι καλόν. Νοῦς δὲ καὶ τὰ παρὰ νοῦ τὸ κάλλος αὐτῇ οἰκεῖον καὶ οὐκ ἀλλότριον, ὅτι τότε ἐστὶν ὄντως μόνον ψυχή. Διὸ καὶ λέγεται ὀρθῶς, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν τὴν ψυχὴν γίνεσθαι ὁμοιωθῆναι εἶναι θεῷ, ὅτι ἐκεῖθεν τὸ καλὸν καὶ ἡ μοῖρα ἡ ἑτέρα τῶν ὄντων· μᾶλλον δὲ τὰ ὄντα ἡ καλλονή ἐστιν, ἡ δὲ ἑτέρα φύσις τὸ αἰσχρόν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρῶτον κακὸν, ὥστε κἀκεῖνο ταὐτὸν ἀγαθόν τε καὶ καλόν· ἢ ἀγαθόν τε καὶ καλλονή. Ὁμοίως δὴ ζητητέον καλόν τε καὶ ἀγαθὸν, καὶ αἰσχρόν τε καὶ κακὸν, καὶ τὸ πρῶτον θετέον τὴν καλλονὴν, ὅπερ καὶ τἀγαθὸν, ἀφ' οὗ νοῦς εὐθὺς τὸ καλόν. Ψυχὴ δὲ νῷ καλὸν, τὰ δὲ ἄλλα ἤδη παρὰ ψυχῆς μορφούσης καλὰ, τά τε ἐν ταῖς πράξεσι, τά τε ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι. Καὶ δὴ καὶ τὰ σώματα, ὅσα οὕτω λέγεται, ψυχὴ ἤδη ποιεῖ· ἅτε γὰρ θεῖον οὖσα καὶ οἷον μοῖρα τοῦ καλοῦ, ὧν ἂν ἐφάψηται καὶ κρατῇ, καλὰ ταῦτα, ὡς δυνατὸν αὐτοῖς μεταλαβεῖν, ποιεῖ.

VI. Profecto, quemadmodum oraculum tradit antiquum temperantia fortitudoque et ipsa prudentia et omnino virtus omnis est purificatio quædam. Quapropter sacra mysteria recte, quamvis per obscura, vaticinantur, animum non purgatum apud inferos in cœno jacere. Impurum namque ob pravitatem cœno est amicum: quemadmodum sues corpore sordidi sordibus delectantur. Quidnam aliud vera temperantia est, quam corporeis voluptatibus non indulgere, sed eas tanquam quæ neque puræ, neque puri sunt, procul effugere? Fortitudo vero non metuere mortem. Mors namque est quædam animæ a corpore separatio. Id vero non metuit, qui solus esse desiderat. Præterea magnanimitas rerum mortalium est contemptus. Prudentia denique intelligentia est inferiora declinans, animumque erigens ad superna. Anima igitur jam purgata species ratioque evadit, ac penitus incorporea, intellectualisque, ac tota divina [divini *Florent.*]: unde fons effluit pulchritudinis, cognataque omnia talia. Quamobrem anima redacta in intellectum pulchritudine mirifice proficit. Intellectus autem et quicquid ab intellectu manat, non alienum, sed proprium fit animæ decus, quippe cum tunc solum vere sit anima. Recte itaque dicitur, bonum pulchrumque animæ in eo consistere, ut deo sit similis: quoniam hinc decor animæ provenit sorsque exsistentium altera. Quinimo id, quod et ens et entia dicitur, ipsa est pulchritudo. Diversa vero natura est turpitudo, primumque malum, ideoque illud idem bonum atque pulchrum: fortasse vero et idem ipsum bonum ipsaque pulchritudo. Quamobrem simili quadam via quærendum est pulchrum atque bonum: simili quoque turpe atque malum. Primoque gradu ipsa pulchritudo collocanda est, eadem videlicet atque ipsum bonum, a quo manat proxime intellectus tanquam pulchrum. Anima vero intellectu pulchrum, sed alia ab anima formante jam pulchra, sive in actionibus, sive in studiis officiisque versentur. Jam vero corpora quæcunque pulchra dicuntur, talia efficiuntur ab anima, quæ quidem tanquam divinum aliquid et ipsius portio pulchri, quæcunque attigerit superaveritque, reddit pro naturæ capacitate formosa.

Animus affectibus ad materiam quasi nubibus procul expulsis, ad intellectualis pulchritudinis lumen extemplo convertitur, atque ea ibi voluptate perfunditur, quam exprimere nequeat. [Tunc vero in hac luce reperit ipsum bonum, eoque illic impletur gaudio, quod etiam nequeas intelligere. *Ed. pr.*]

Ζ'. Ἀναβατέον οὖν πάλιν ἐπὶ τὸ ἀγαθόν, οὗ ὀρέγεται πᾶσα ψυχή. Εἴ τις οὖν εἶδεν αὐτό, οἶδεν ὃ λέγω, ὅτως καλόν· ἐφετὸν μὲν γὰρ ὡς ἀγαθόν, καὶ ἡ ἔφεσις πρὸς τοῦτο. Τεῦξις δὲ αὐτοῦ ἀναβαίνουσι πρὸς τὸ ἄνω, καὶ ἐπιστραφεῖσι καὶ ἀποδυομένοις, ἃ καταβαίνοντες ἠμφιέσμεθα· οἷον ἐπὶ τὰ ἅγια τῶν ἱερῶν τοῖς ἀνιοῦσι καθάρσεις τε καὶ ἱματίων ἀποθέσεις τῶν πρὶν καὶ τὸ γυμνοῖς ἀνιέναι, ἕως ἄν τις παρελθὼν ἐν τῇ ἀναβάσει πᾶν ὅσον ἀλλότριον τοῦ θεοῦ αὐτῷ μόνῳ αὐτὸ μόνον ἴδῃ εἰλικρινές, ἁπλοῦν, καθαρόν, ἀφ' οὗ πάντα ἐξήρτηται, καὶ πρὸς αὐτὸ βλέπει, καὶ ἔστι, καὶ ζῇ, καὶ νοεῖ· ζωῆς γὰρ αἴτιον καὶ νοῦ καὶ τοῦ εἶναι. Τοῦτο οὖν εἴ τις ἴδοι, ποίους ἂν ἴσχοι ἔρωτας, ποίους δὲ πόθους, βουλόμενος αὐτῷ συγκραθῆναι, πῶς δ' ἂν ἐκπλαγείη μεθ' ἡδονῆς. Ἔστι γὰρ τῷ μὲν μήπω ἰδόντι ὀρέγεσθαι, ὡς ἀγαθοῦ· τῷ δὲ ἰδόντι ὑπάρχει ἐπὶ καλῷ ἄγασθαί τε καὶ θάμβους πίμπλασθαι μεθ' ἡδονῆς, καὶ ἐκπλήττεσθαι βεβαίως, καὶ ἐρᾶν ἀληθῆ ἔρωτα καὶ δριμεῖς πόθους, καὶ τῶν ἄλλων ἐρώτων καταγελᾶν, καὶ τῶν πρόσθεν νομιζομένων καλῶν καταφρονεῖν. Ὁποῖον πάσχουσιν ὅσοι, θεῶν εἴδεσιν ἢ δαιμόνων προστυχόντες, οὐκέτ' ἂν ἀποδέχοιντο δμοίως ἄλλων κάλλη σωμάτων. Τί δῆτα οἰόμεθα εἴ τις αὐτὸ τὸ καλὸν θεῷτο ἐφ' ἑαυτοῦ καθαρόν, μὴ σαρκῶν, μὴ σώματος ἀνάπλεων, μὴ ἐν γῇ, μὴ ἐν οὐρανῷ, ἵν' ᾖ καθαρόν; καὶ γὰρ ἐπακτὰ πάντα ταῦτα, καὶ μέμικται, καὶ οὐ πρῶτα, παρ' ἐκείνου δέ. Εἰ οὖν ἐκεῖνο, ὃ χορηγεῖ μὲν ἅπασιν, ἐφ' ἑαυτοῦ δὲ μένον δίδωσι, καὶ οὐ δέχεταί τι εἰς αὐτό, ἴδοι, μένων ἐν τῇ θέᾳ τοῦ τοιούτου, καὶ ἀπολαύων αὐτοῦ, ὁμοιούμενος, τίνος ἂν ἔτι δέοιτο καλοῦ; τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα κάλλος ὂν αὐτὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐργάζεται τοὺς ἐραστὰς αὐτοῦ καλοὺς, καὶ ἐραστοὺς ποιεῖ· οὗ δὴ καὶ ἀγὼν μέγιστος καὶ ἔσχατος ψυχαῖς πρόκειται, ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ πᾶς πόνος, μὴ ἀμοίρους γενέσθαι τῆς ἀρίστης θέας, ἧς ὁ μὲν τυχὼν μακάριος, ὁ δὲ μακαρίαν τεθεαμένος· ἀτυχὴς δὲ οὗτος ὁ μὴ τυχών. Οὐ γὰρ ὁ χρωμάτων ἢ σωμάτων καλῶν μὴ τυχών, οὐδὲ δυνάμεως, οὐδὲ ἀρχῶν, οὐδ' ὁ βασιλείας μὴ τυχών, ἀτυχής, ἀλλ' ὁ τούτου καὶ μόνου, ὑπὲρ οὗ τῆς τεύξεως καὶ βασιλείας καὶ ἀρχὰς γῆς ἁπάσης, καὶ θαλάττης, καὶ οὐρανοῦ προέσθαι χρεών, εἰ καταλιπών τις ταῦτα καὶ ὑπεριδὼν εἰς ἐκεῖνο στραφεὶς ἴδοι.

VII. Ascendendum itaque rursus ad ipsum bonum, quod anima omnis appetit. Si quis autem vidit ipsum, novit quod dico, quo pacto sit pulchrum. Appetibile quidem est tanquam bonum, ad idque appetitio tendit. Sequuntur autem ipsum, qui ad superiora conscendunt, convertunturque ad ipsum quatenus exuunt, quæ induerant descendendo: quemadmodum, qui in sancta sacrorum penetrant, purgantur prius exuuntque vestes nudique procedunt, quousque progrediens aliquis dimissis omnibus alienis a deo, se ipso tantum divinum ipsum inspiciat solum sincerum et simplex atque purum, a quo cuncta pendent, ad quod respiciunt et sunt et vivunt atque intelligunt. Causa enim est vitæ et mentis atque essendi. Id igitur quisquis vidit, quanto, proh Juppiter, ardet amore, quanto desiderio flagrat, in unum congredi vehementer affectans: quam mirabiliter voluptatem cum stupore commiscet! Sic profecto natura comparatum est, ut qui nondum videt, ipsum appetat tanquam bonum: qui vero jam videt, oblectetur velut pulchro, admirationeque cum voluptate pariter impleatur, salutari quodam stupore pulsetur, vero summoque afficiatur amore atque acri affectu, aliosque amores irrideat; quæ prius habebantur pulchra contemnat. Quod quidem ferme his quoque contingit, qui, cum obvias habuerint deorum vel dæmonum formas, cæterorum deinde corporum formas nihili pendunt. Quidnam igitur acturum putamus eum qui pulchrum ipsum fuerit contemplatus? ipsum, inquam, in se ipso purum: neque carnibus, neque alio corpore prægravatum, neque terra, neque cœlo comprehensum, ut videlicet exsistat purum? Etenim adventitia sunt hæc omnia atque mista, ideoque nec prima, sed ab ipso procedunt. Si quis ergo illud, quod præbet quidem omnibus munera, manetque interim in se ipso, dum tradit, nec quicquam ab alio recipit, quandoque intueatur, in ejus intuitu permanens; adeoque fruatur, ut similis ipsi fiat, quonam pulchro ulterius indigebit? Id namque cum præcipua primaque ipsa sit pulchritudo, amatores suos pulchros efficit et amabiles. Ubi profecto maximum extremumque animabus propositum est certamen, cujus gratia prorsus elaborandum ne forte relinquamur optimæ contemplationis expertes, quam quisquis assequitur, evadit felici visione beatus: contra vero, qui non consequitur, est infelix. Non enim miser est, qui colores pulchros et formosa corpora non consequitur, neque qui a potentia et principatu regnoque excidit: sed qui hujus solius caret possessione, pro qua certe sola regna imperiaque terræ totius et maris atque cœli oportet abjicere, si relictis his omnibus atque spretis ad ipsum quis conversus intueatur.

Pulchritudinem quomodo anima videat. [Animi pater quidem est intellectus ipse divinus, patria vero intellectus illius pulchritudo, miraque series idearum, ad quam redit, cum primum videt. Videt autem eam subito, cum inferiora non videt amplius vel externo vel interno sensu. *Ed. pr.*]

Η'. Τίς οὖν ὁ τρόπος; τίς μηχανή; πῶς τις θεάσηται κάλλος ἀμήχανον, οἷον ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον, οὐδὲ προϊὸν εἰς τὸ ἔξω, ἵνα τις καὶ βέβηλος ἴδῃ. Ἴτω οὖν καὶ συνεπέσθω εἰς τὸ εἴσω ὁ δυνάμενος, ἔξω καταλιπὼν ὄψιν ὀμμάτων, μηδ' ἐπιστρέψων αὐτὸν εἰς τὰς

VIII. Qui itaque modus? quæ machina? quæ ratio, qua quis inexistimabilem pulchritudinem contempletur? pulchritudinem, inquam, in sacris adytis constitutam, neque prodeuntem foras, ne quis profanus inspiciat. Ingrediatur ergo atque progrediatur, quicunque potest, in intima, extra relinquens intuitum oculorum, neque solita spectacula

προτέρας ἀγλαίας σωμάτων. Ἰδόντα γὰρ δεῖ τὰ ἐν σώμασι καλὰ μή τι προστρέχειν, ἀλλὰ γνόντας, ὡς εἰσὶν εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαί, φεύγειν πρὸς ἐκεῖνο, οὗ ταῦτα εἰκόνες. Εἰ γάρ τις ἐπιδράμοι, λαβεῖν βουλόμενος ὡς ἀληθινὸν, οἷα εἰδώλου καλοῦ ἐφ' ὕδατος ὀχουμένου, οὗ λαβεῖν βουληθείς, ὥς που τὶς μῦθος δοκῶ μοι αἰνίττεται, δὺς εἰς τὸ κάτω τοῦ ῥεύματος ἀφανὴς ἐγένετο· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὁ ἐχόμενος τῶν καλῶν σωμάτων, καὶ μὴ ἀφιεὶς, οὐ τῷ σώματι, τῇ δὲ ψυχῇ καταδύσεται εἰς σκοτεινὰ καὶ ἀτερπῆ τῷ νῷ βάθη, ἔνθα τυφλὸς ἐν ᾅδου μένων, καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ σκιαῖς συνέσται. Φεύγωμεν δὴ φίλην ἐς πατρίδα, ἀληθέστερον ἄν τις παρακελεύσιτο. Τίς οὖν ἡ φυγή; καὶ πῶς ἀναξόμεθα, οἷον ἀπὸ μάγου Κίρκης φησὶν ἢ Καλυψοῦς Ὀδυσσεὺς αἰνιττόμενος, δοκεῖ μοι, μεῖναι οὐκ ἀρεσθεὶς, καίτοι ἔχων ἡδονὰς δι' ὀμμάτων, καὶ κάλλει πολλῷ αἰσθητῷ συνών. Πατρὶς δὲ ἡμῖν ὅθεν παρήλθομεν, καὶ πατὴρ ἐκεῖ. Τίς οὖν ὁ στόλος καὶ ἡ φυγή; οὐ ποσὶ δεῖ διανύσαι, πανταχοῦ γὰρ φέρουσι πόδες ἐπὶ γῆν ἄλλην ἀπ' ἄλλης· οὐδέ σε ζεῦξαι ἵππων ὄχημα ἢ τι θαλάττιον παρασκευάσαι, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφεῖναι δεῖ, καὶ μὴ βλέπειν, ἀλλ', οἷον μύσαντα, ὄψιν ἄλλην ἀλλάξασθαι καὶ ἀνεγεῖραι, ἣν ἔχει μὲν πᾶς, χρῶνται δὲ ὀλίγοι.

sensuum ulterius a tergo respiciens. Oportet enim hanc intuentem nihil penitus corporeæ pulchritudinis ultra spectare, sed, cognoscentem corporea hæc esse imagines vestigiaque et umbras, ad illud omnino confugere, cujus hæc simulacra sunt. Si quis enim ad hæc prorsus capessens, quæ tamen velut formosæ imagines apparent in aqua, idem procul dubio patietur, quod (ut fabula tradit) ille perpessus est, qui umbram captare contendens in aquam sese mersit atque disperiit. Simili namque pacto, qui formas corporum amplexatur, neque inde discedit, non tam corpore quam animo in profundum tenebrosum mentique horrendum præcipitatur, ubi et apud inferos cæcus et hic manens utrobique versabitur inter umbras. Hic igitur verius admodum aliquis proclamabit : Abeamus hinc, amici, in patriam dulcem confugientes. Quænam igitur fugiendi ratio, et qua via veneficia Circes Calypsusque devitabimus? Quod quidem licet perobscura Ulixis significat fabula : quæ illum fingit manere nolentem, quamvis spectacula illi oculis jucunda occurrerent, et cætera, quæ sensus oblectant, promitterentur. Patria vero nostra ibi est, unde venimus, ibidem quoque pater. Quænam igitur profectio et quæ fuga? Haud sane pedibus est fugiendum. Pedes enim ab alia passim id aliam ferunt terram. Neque rursus equos ad vehendum, neque naves ad navigandum hujus gratia parare debemus : imo vero hæc cuncta dimittere, neque prospicere quidem, sed visu corporis clauso alterum pro hoc visum assumere atque suscitare, quem habent quidem omnes, utuntur vero perpauci.

Quomodo anima tandem ad veram pulchritudinem perveniat, et qualis illa pulchritudo. [Oculus animæ intimus est ratio contemplatrix. Intellectus autem animæ proprius est hujus oculi lumen. Ipsum denique bonum est lux paterque luminum. Anima igitur cum oculum ab exterioribus prorsus avertit, subito ad intima convertit lumina atque lucem, evaditque non solum luminosa, sed lumen. *Ed. pr.*]

Θ'. Τί οὖν ἐκείνη, ἢ ἔνδον βλέπει; ἄρτι μὲν ἐγειρομένη οὐ πάνυ τὰ λαμπρὰ δύναται βλέπειν. Ἐθιστέον οὖν τὴν ψυχὴν αὐτὴν πρῶτον μὲν τὰ καλὰ βλέπειν ἐπιτηδεύματα· εἶτα ἔργα καλὰ, οὐχ ὅσα αἱ τέχναι ἐργάζονται, ἀλλ' ὅσα οἱ ἄνδρες οἱ λεγόμενοι ἀγαθοί· εἶτα ψυχὴν ἰδὲ τῶν τὰ ἔργα τὰ καλὰ ἐργαζομένων. Πῶς ἂν οὖν ἴδοις ψυχὴν ἀγαθὴν οἷον τὸ κάλλος ἔχει; Ἄναγε ἐπὶ σαυτὸν καὶ ἰδέ· κἂν μήπω σαυτὸν ἴδῃς καλὸν, οἷα ποιητὴς ἀγάλματος, ὃ δεῖ καλὸν γενέσθαι, τὸ μὲν ἀφαιρεῖ, τὸ δὲ ἀπέξεσε, τὸ δὲ λεῖον, τὸ δὲ καθαρὸν ἐποίησεν, ἕως ἔδειξε καλὸν ἐπὶ τῷ ἀγάλματι πρόσωπον· οὕτω καὶ σὺ ἀφαίρει ὅσα περιττὰ, καὶ ἀπεύθυνε ὅσα σκολιὰ, ὅσα σκοτεινὰ καθαίρων, ἐργάζου εἶναι λαμπρὰ, καὶ μὴ παύσῃ τεχταίνων τὸ σὸν ἄγαλμα, ἕως ἂν ἐκλάμψειέ σοι τῆς ἀρετῆς ἡ θεοειδὴς ἀγλαΐα, ἕως ἂν ἴδῃς σωφροσύνην ἐν ἁγνῷ βεβῶσαν καθαρῷ. Εἰ γέγονας τοῦτο, καὶ εἶδες αὐτὸ, καὶ σαυτῷ καθαρῷς συνεγένου, οὐδὲν ἔχων ἐμπόδιον πρὸς τὸ εἷς οὕτω γενέσθαι, οὐδὲ σὺν αὐτῷ ἄλλο τι ἐντὸς μεμιγμένον ἔχων, ἀλλ' ὅλως αὐτὸς φῶς ἀληθινὸν μόνον, οὐ μεγέθει μεμετρημένον, οὐδὲ σχήματι εἰς ἐλάττωσιν περιγραφὲν, οὐδ' αὖ εἰς μέγεθος δι' ἀπειρίας αὐξηθὲν, ἀλλὰ ἀμέτρητον πανταχοῦ, ὡς ἂν μεῖζον παντὸς μέτρου, καὶ παντὸς κρεῖσσον ποσοῦ· εἰ τοῦτο γενόμενον σαυτὸν ἴδοις, ὅλος ἤδη γενόμενος, θαρσήσας περὶ σαυτῷ καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἀναβεβηκὼς, μηκέτι τοῦ δεικνύντος δεηθεὶς, ἄτε-

IX. Quidnam igitur intimus ille oculus inspicit? Profecto subito experrectus haud valde lucida potest aspicere. Assuefaciendus igitur animus primo quidem studia pulchra considerare, deinde opera pulchra : opera, inquam, non quæ fiunt ab artibus, sed quæ a viris probis aguntur : post hæc eorum animum, qui talia gerunt, debes inspicere. Quonam igitur pacto, quale sit animi boni decus, inspicies? Age, te revoca in te ipsum, atque contemplare; ac si nondum te cognoscas pulchrum, statuarium imitabere. Hic enim, ubi statuam optat pulchram, partim quidem abscindit, partim quoque dirigit et expoliturus abradit, partim levigat et abstergit, donec faciem in statua exprimat speciosam. Ita et tu tolle supervacua, obliqua dirige, obscura purgando collustra, neque desinas circa statuam tuam elaborare, quousque divinus virtutis fulgor tibi subrutilet, quoad temperantiam cernas firmiter in majestate pura sanctaque sedentem. Si hoc ipsum evaseris, atque ipsum simulque te ipsum inspexeris, ac purus jam habitaveris ipse tecum, nihil videlicet habens impedimenti, quo minus sic unus efficiaris, neque rursus habens aliud quicquam tecum intus admistum, sed totus ipse verum solumque lumen : lumen, inquam, non magnitudine mensuratum, non coarctante figura aliqua circumscriptum, non magnitudine tumidum, licet immensum, sed immensurabile passim, tanquam omni mensura majus, omni quantitate præstantius : si te ipsum, inquam, id factum videris, visus ipse jam factus, atque te ipso fretus eoque progressus, ut duce amplius indiceque non egeas : fige jam prorsus

νίσας ἰδέ· οὗτος γὰρ μόνος ὁ ὀφθαλμὸς τὸ μέγα κάλλος βλέπει. Ἐὰν δὲ ἴῃ ἐπὶ τὴν θέαν λημῶν κακίαις, καὶ ὢν κακαθαρμένος, ἢ ἀσθενὴς ἀνανδρίᾳ, οὐ δυνάμενος τὰ πάνυ λαμπρὰ βλέπειν, οὐδὲν βλέπει, κἂν ἄλλος δείκνύῃ παρὼν τὸ ὁραθῆναι δυνάμενον. Τὸ γὰρ ὁρῶν πρὸς τὸ ὁρώμενον συγγενὲς καὶ ὅμοιον ποιησάμενον δεῖ ἐπιβάλλειν τῇ θέᾳ. Οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν ὀφθαλμὸς ἥλιον ἡλιοειδὴς μὴ γεγενημένος· οὐδὲ τὸ καλὸν ἂν ἴδοι ψυχὴ μὴ καλὴ γενομένη. Γενέσθω δὴ πρῶτον θεοειδὴς πᾶς, καὶ καλὸς πᾶς, εἰ μέλλει θεάσασθαι θεόν τε καὶ καλόν. Ἥξει γὰρ πρῶτον ἀναβαίνων ἐπὶ τὸν νοῦν, κἀκεῖ πάντα εἴσεται καλὰ τὰ εἴδη, καὶ φήσει τὸ κάλλος τοῦτο εἶναι τὰς ἰδέας. Πάντα γὰρ ταύταις καλὰ τοῖς νοῦ γεννήμασι καὶ οὐσίᾳ. Τὸ δὲ ἐπέκεινα τούτου τὴν τοῦ ἀγαθοῦ λέγομεν φύσιν, προβεβλημένον τὸ καλὸν πρὸ αὑτῆς ἔχουσαν· ὥστε ὁλοσχερεῖ μὲν λόγῳ τὸ πρῶτον καλόν. Διαιρῶν δὲ τὰ νοητά, τὸ μὲν νοητὸν καλόν, τὸν τῶν εἰδῶν φήσει τόπον· τὸ δ' ἀγαθὸν τὸ ἐπέκεινα, καὶ πηγὴν καὶ ἀρχὴν τοῦ καλοῦ· ἢ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν πρῶτον θήσεται, πλὴν ἐκεῖ τὸ καλόν.

intuitum : solus namque hic oculus ingentem inspicit pulchritudinem. At vero, si forte oculus vel sordibus infectus, nec dum purgatus, vel ignavia debilis in spectaculum lucidissimum intendatur, caligabit protinus, nihilque discernet, vel si præsens quispiam spectaculum, quod alioquin cerni valeat, demonstraverit. Oportet enim visurum videndo cognatum similemque prius efficere, quam ad spectandum adhibeatur. Neque vero oculus unquam videret solem, nisi factus solaris esset; neque rursus animus, nisi factus sit pulcher, ipsam pulchritudinem intuebitur. Efficietur ergo divinus sive deiformis quilibet atque pulcher, si modo deum sit et pulchritudinem inspecturus. Sic enim primum ascendet in mentem, ibique pulchras omnes species contemplabitur, atque affirmabit pulchritudinem illam ideas esse. Cuncta namque his pulchra sunt, genituris videlicet mentis ejusque substantiæ. Quod autem his superius est, dicimus ipsius boni naturam, pulchrum circa se effundentem; quapropter ratione quidem eloquutioneque integra id primum occurrit diciturque pulchrum. At si intelligibilia ipsa distinxeris, pulchritudinem quidem intelligibilem esse dices habitaculum idearum; ipsum vero bonum, quod superius est, fontem principiumque pulchri: vel forte in eodem ipsum bonum primumque pulchrum pones præter id, quod ibi pulchrum.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΑΓΑΘΩΝ.

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER VII.

DE PRIMO BONO ATQUE ALIIS BONIS.

(61,62.) [120—122.]

Proprium unicumque bonum est appetendo et agendo converti ad ipsum universi bonum : ipsum vero bonum non actione ulla, sed se ipso bonum est.

Α'. Ἆρ' ἄν τις ἕτερον εἴποι ἀγαθὸν ἑκάστῳ εἶναι, ἢ τὴν κατὰ φύσιν τῆς ζωῆς ἐνέργειαν ; καὶ εἴ τι ἐκ πολλῶν εἴη, τούτῳ εἶναι ἀγαθὸν τὴν τοῦ ἀμείνονος ἐν αὐτῷ ἐνέργειαν, οἰκείαν καὶ κατὰ φύσιν ἀεὶ, μηδὲν ἐλλείπουσαν ; ψυχῆς δὴ ἐνέργεια τὸ κατὰ φύσιν ἀγαθὸν αὐτῇ. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὸ ἄριστον ἐνεργοῖ, ἀρίστη οὖσα, οὐ μόνον πρὸς αὐτὴν τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς τοῦτο ἀγαθὸν ἂν εἴη. Εἰ οὖν τι μὴ πρὸς ἄλλο ἐνεργεῖ, ἄριστον ὂν τῶν ὄντων καὶ ἐπέκεινα τῶν ὄντων, πρὸς αὐτὸ δὲ τὰ ἄλλα, δῆλον ὡς τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν, δι' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῦ μεταλαμβάνειν ἐστί· τὰ δὲ ἄλλα διχῶς ἂν ἔχοι, ὅσα οὕτω τὸ ἀγαθὸν καὶ τῷ πρὸς αὐτὸ ὁμοιωσθαι καὶ τῷ πρὸς αὐτὸ τὴν ἐνέργειαν ποιεῖσθαι. Εἰ οὖν ἕφεσις καὶ ἐνέργεια πρὸς τὸ ἄριστον ἀγαθὸν, δεῖ τὸ ἀγαθὸν μὴ πρὸς ἄλλο βλέπειν, μηδὲ ἐφιέμενον ἄλλου ἐν ἡσύχῳ οὖσαν πηγὴν καὶ ἀρχὴν ἐνεργειῶν κατὰ φύσιν οὖσαν, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθοειδῆ ποιοῦσαν οὐ τῇ πρὸς ἐκεῖνα ἐνεργείᾳ· ἐκεῖνα γὰρ πρὸς αὐτήν· οὐ τῇ ἐνεργείᾳ οὐδὲ τῇ νοήσει τἀγαθὸν εἶναι, ἀλλ' αὐτῇ τῇ μονῇ τἀγαθὸν εἶναι. Καὶ γὰρ ὅτι ἐπέκεινα οὐσίας, ἐπέκεινα καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐπέκεινα νοῦ καὶ νοήσεως. Καὶ γὰρ αὖ τοῦτο δεῖ τἀγαθὸν τίθεσθαι, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, αὐτὸ δὲ εἰς μηδέν. Οὕτω γὰρ καὶ ἀληθὲς τὸ οὗ πάντα ἐφίεται. Δεῖ οὖν μένειν αὐτὸ, πρὸς αὐτὸ δὲ ἐπιστρέφειν πάντα, ὥσπερ κύκλον πρὸς κέντρον, ἀφ' οὗ πᾶσαι γραμμαί. Καὶ παράδειγμα ὁ ἥλιος, ὥσπερ κέντρον ὢν πρὸς τὸ φῶς τὸ παρ' αὐτοῦ ἀνηρτημένον πρὸς αὐτόν· πανταχοῦ γοῦν μετ' αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀποτέτμηται, κἂν ἀποτεμεῖν ἐθελήσῃς ἐπὶ θάτερα, πρὸς τὸν ἥλιόν ἐστι τὸ φῶς.

I. An potest quispiam aliud suum cuique bonum dicere præter naturalem vitæ actionem ? Ac si quid componatur ex multis, huic bonum esse ipsam ejus, quod est in eo melius, actionem propriam semper, naturæque consentaneam, et nulla ex parte deficientem? Animæ itaque actio secundum naturam ipsius est bonum. Quod si ad optimum insuper agat, si quidem ipsa sit optima, non solum, quod ad ipsam spectat, id bonum est, verum etiam simpliciter exsistit bonum. Si quid igitur ad aliud quicquam minime agat, quippe cum ipsum sit omnium præstantissimum superque omnia, ad ipsum vero agant cetera, constat id ipsum esse bonum, cujus virtute cetera quoque bona participia sunt. Cetera vero duobus præcipue modis ita bonum habent : cum quia illi similia facta sint, tum quia operentur ad ipsum. Proinde si appetitio actioque ad optimum est bonum, consequens est, ipsum bonum ad aliud non aspicere nihilque aliud exoptare : esse vero fontem quietumque omnino principium omnium secundum naturam exordium actionum : quod quidem cetera ad sui similitudinem efficit bona : efficit, inquam, non actione aliqua circa illa : illa enim circa ipsum agunt. Id itaque constat, neque intelligentia neque actione prorsus ulla, imo ipsa permansione bonum exsistere. Etenim quia super essentiam exstat, rursus super actionem et intellectum intelligentiamque exsistit. Quin etiam id ipsum bonum oportet asserere, ad quod omnia referuntur, ipsum vero ad aliud non refertur. Sic enim illud quoque verum constat, ipsum bonum esse, quod omnia appetunt. Oportet itaque ipsum firmiter permanere et ad seipsum cuncta convertere : quemadmodum revolvitur circulus circa centrum, a quo lineæ singulæ producuntur. Exemplo nobis ad id sol esse potest, qui quasi centrum est ad lumen, quod ab ipso pendet, simul ad ipsumque annectitur, ideoque una cum illo exsistit ubique, nec ab illo alicubi separatur : ac si separatum volueris in partem alteram, penes solum interea viget lumen.

In omnibus est aliquid ipsius boni, i. e. unitas, essentia, species : et ubi hæc tria sunt vera, ibi quoque verum bonum.

Β'. Τὰ δ' ἄλλα πάντα πρὸς αὐτὸ πῶς; ἢ τὰ μὲν ἄψυχα πρὸς ψυχὴν, ψυχὴ δὲ πρὸς αὐτὸ διὰ νοῦ. Ἔχει δέ τι αὐτοῦ τῷ ἕν πως καὶ τῷ ὄν πως ἕκαστον εἶναι, καὶ μετέχει δὲ καὶ εἴδους. Ὡς οὖν μετέχει τούτων, οὕτω καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, εἰδώλου ἄρα· ὧν γὰρ μετέχει, εἰδωλα ὄντος καὶ ἑνὸς, καὶ τὸ εἶδος ὡσαύτως. Ψυχῇ δὲ τὸ ζῆν, τῇ μὲν πρώτῃ τῇ μετὰ νοῦν, ἐγγυτέρω ἀληθείας καὶ διὰ νοῦ· ἀγαθοειδὲς αὖτη· ἔχοι δ' ἂν τὸ ἀγαθὸν, εἰ πρὸς ἐκεῖνο βλέποι· νοῦς δὲ μετὰ τἀγαθόν. Ζωὴ τοίνυν, ὅτῳ τὸ ζῆν τὸ ἀγαθὸν, καὶ νοῦς, ὅτῳ νοῦ μέτεστιν. Ὥστε ὅτῳ ζωὴ μετὰ νοῦ, διχῶς καὶ ἐπ' αὐτό.

II. Alia vero omnia quonam pacto ad ipsum referuntur? profecto inanimata ad animam reducuntur, anima vero ad ipsum bonum per intellectum. Habet autem quodlibet ipsius aliquid, quatenus unum quodammodo et ens est unumquodque specieique particeps. Qua igitur ratione horum est particeps, eadem quoque boni : quapropter est simulacri particeps. Ea enim quæ participat, simulacra entis uniusque censentur : species quoque similiter. At in anima prima intellectui proxima vivere est veritati propinquius, bonique formam sortitur per intellectum : sortitur, inquam, si ipsum suspiciat bonum : intellectus autem post ipsum bonum sedem obtinet. Quamobrem vita illis, quibus vivere datum est, bonum est judicanda : similiter intellectus quibuscunque intelligentia convenit. Itaque ubicunque vita una cum intellectu viget, dupliciter adest bonum.

Tres quæstiones de vita et morte movet et solvit, quod videlicet neutrum sit per se simpliciter bonum aut malum.

Γ'. Εἰ δ' ἡ ζωὴ ἀγαθὸν, ὑπάρχει τοῦτο ζῶντι παντὶ, ἢ οὔ· χωλεύει γὰρ ἡ ζωὴ τῷ φαύλῳ, ὥσπερ ὄμματι μὴ καθαρῶς ὁρῶντι· οὐ γὰρ ποιεῖ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἡ ζωὴ ἡμῖν, ᾗ μέμικται, κακὸν ἀγαθὸν, πῶς οὐχ ὁ θάνατος κακόν; ἢ τίνι; Τὸ γὰρ κακὸν συμβεβηκέναι δεῖ τῳ. Ὃ δ' οὐκ ἔστιν ἔτι ὄν, ἢ εἰ ἔστιν ἐστερημένον ζωῆς, οὐδ' οὕτω κακὸν τῷ λίθῳ. Εἰ δ' ἔστι ζωὴ καὶ ψυχὴ μετὰ θάνατον, ἤδη ἂν εἴη ἀγαθὸν, ὅσῳ μᾶλλον ἐνεργεῖ τὰ αὐτῆς ἄνευ σώματος. Εἰ δὲ τῆς ὅλης γίνεται, τί ἂν ἐκεῖ οὖσῃ εἴη κακόν; καὶ ὅλως ὥσπερ τοῖς θεοῖς ἀγαθὸν μέν ἐστι, κακὸν δὲ οὐδὲν, οὕτως οὐδὲ τῇ ψυχῇ τῇ σωζούσῃ τὸ καθαρὸν αὐτῆς· εἰ δὲ μὴ σώζοι, οὐχ ὁ θάνατος ἂν εἴη κακὸν αὐτῇ, ἀλλ' ἡ ζωὴ, [ὅτι μὴ ζωή]. Εἰ δὲ καὶ ἐν ᾅδου δίκαι, πάλιν αὐτῇ ἡ ζωὴ κἀκεῖ κακὸν, ὅτι μὴ ζωὴ μόνον. Ἀλλ' εἰ σύνοδος μὲν ψυχῆς καὶ σώματος ζωὴ, θάνατος δὲ διάλυσις τούτων, ἡ ψυχὴ ἔσται ἀμφοτέρων δεκτική. Ἀλλ' εἰ ἀγαθὸν ἡ ζωὴ, πῶς ὁ θάνατος οὐ κακόν; ἢ ἀγαθὴ μὲν ἡ ζωὴ οἷς ἐστιν ἀγαθὸν, οὐ καθόσον σύνοδος, ἀλλ' ὅτι δι' ἀρετῆς ἀμύνεται τὸ κακόν· ὁ δὲ θάνατος μᾶλλον ἀγαθόν. Ἢ λεκτέον αὐτὴν μὲν τὴν ἐν σώματι ζωὴν κακὸν μὲν παρ' αὐτῆς, τῇ δὲ ἀρετῇ ἐν ἀγαθῷ γίνεσθαι τὴν ψυχὴν οὐ σώζουσαν τὸ σύνθετον, ἀλλ' ἤδη χωρίζουσαν ἑαυτήν.

III. Quodsi vita bonum est, fortasse id viventi cuilibet competit? imo vero non competit: pravo enim vita claudicat, non aliter quam oculo non pure videnti: quippe cum opus proprium minime peragat. Proinde si vita nobis, quatenus mista est, malum bonum est, cur non mors sit malum? Sed cuinam malum? Malum namque alicui oportet accidere. Quod vero mortuum dicitur, non est amplius: aut si est, vita carens, neque sic lapidi malum. At si est vita animaque post mortem, jam utique erit bonum, quanto magis actiones suas absque corpore peragit. Quod si totius animæ comes evadit, quidnam illic viventi malum accidere poterit? Jam vero quemadmodum penes deos bonum est sine admistione malorum, ita penes animam nihil omnino malum est, modo suam servaverit puritatem: quam nisi servaverit, non mors quidem illi, sed vita malum. Præterea si apud inferos pœnæ luuntur, rursus vita illic animæ malum, quoniam non vita solum. Verum si vita est animæ corporisque copula, mors autem horum solutio, utrumque anima suscipere poterit. At si bona vita est, cur mors non erit malum? Sed certe bona quidem vita est, quibus adest bonum, non quidem ratione copulæ, sed quoniam malum virtute propulsat: mors vero magis bonum. Summatim vero dicendum, ipsam in corpore vitam ex se quidem esse malum, sed animam per virtutem in bono constitui, non ut servat vivificatque compositum, sed jam se ipsam a corporis commercio segregat.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Η.

ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΙΝΑ, ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ ΤΑ ΚΑΚΑ.

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER VIII.

QUÆ ET UNDE SINT MALA.

(72, 73.) [136—138.]

Quæstiones quattuor de bono et malo.

Α'. Οἱ ζητοῦντες πόθεν τὰ κακὰ, εἴτ' οὖν εἰς τὰ ὄντα, εἴτε περὶ γένος τῶν ὄντων παρελήλυθεν, ἀρχὴν ἂν προσήκουσαν τῆς ζητήσεως ποιοῖντο, εἰ, τί ποτ' ἐστὶ τὸ κακὸν, καὶ ἡ κακοῦ φύσις, πρότερον ὑποθοῖντο. Οὕτω γὰρ, καὶ ὅθεν ἐλήλυθε, καὶ ὅπου ἴδρυται, καὶ ὅτῳ συμβέβηκε, γνωσθείη, καὶ ὅλως, εἰ ἔστιν ἐν τοῖς οὖσιν, ὁμολογηθείη. Κακοῦ δὲ φύσιν τίνι ποτὲ δυνάμει τῶν ἐν ἡμῖν γνοίημεν ἄν, τῆς γνώσεως ἑκάστων δι' ὁμοιότητος γιγνομένης, ἄπορον ἂν εἴη. Νοῦς μὲν γὰρ καὶ ψυχὴ εἴδη ὄντα εἰδῶν καὶ τὴν γνῶσιν ἂν ποιοῖντο, καὶ πρὸς αὐτὰ ἂν ἔχοιεν τὴν ὄρεξιν. Εἶδος δὲ τὸ κακὸν πῶς ἄν τις φαντάζοιτο ἐν ἀπουσίᾳ παντὸς ἀγαθοῦ ἐνδαλλόμενον; ἀλλ' εἰ, ὅτι τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ γένοιτ' ἂν ἐπιστήμη, καὶ τῷ ἀγαθῷ ἐναντίον τὸ κακὸν, ἥπερ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἔσται, ἀναγκαῖον περὶ ἀγαθοῦ διϊδεῖν τοῖς μέλλουσι τὰ κακὰ γνώσεσθαι· ἐπείπερ προηγούμενα τὰ ἀμείνω τῶν χειρόνων, καὶ εἴδη, τὰ δὲ οὔ, ἀλλὰ στέρησις μᾶλλον. Ζήτημα δ' ὅμως καὶ πῶς ἐναντίον τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ· εἰ μὴ ἄρα, ὡς τὸ μὲν ἀρχὴ, τὸ δὲ ἔσχατον· ἢ τὸ μὲν ὡς εἶδος, τὸ δὲ ὡς στέρησις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

I. Quicunque perquirunt, unde mala sive circa res sive circa aliquod rerum genus inciderint, conveniens investigationis exordium facient, si prius quidnam sit [*Ed. pr.* est] malum et naturam mali proponant. Sic enim unde venerit, ubi fundetur, cui accidat malum, apparebit: atque omnino sicubi est in rerum natura, constabit. Ceterum dubium est, quanam potissimum, ex viribus quæ nobis insunt, mali naturam percipiamus: quippe cum cognitio singulorum per similitudinem quandam perficiatur. Intellectus namque et anima cum species quædam sint, species quoque cognoscunt, speciesque naturaliter appetunt. At vero malum nemo sub speciei ratione potest effingere, cum in quadam boni totius absentia cogitetur. Quodsi, quia contrariorum eadem scientia est, et bono contrarium est malum, ideo eadem boni malique notitia erit, profecto necessarium est cognituros mala discernere bonum: quandoquidem præstantiora rite deteriora præcedunt, ac species antecedunt ea, quæ non species, sed privationes potius judicantur. Quæstione rursus dignum est, quonam modo bonum sit malo contrarium. Fortasse enim, quoniam illud quidem primum est, hoc vero postremum: aut certe illud velut species, hoc ceu privatio. Sed de his opportunius in sequentibus.

Descriptio boni: et quousque bona sint pura: et quomodo intellectus proxime fruatur bono, anima vero per intellectum.

Β'. Νῦν δὲ λεγέσθω, τίς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, καθόσον τοῖς παροῦσι λόγοις προσήκει. Ἔστι δὲ τοῦτο, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, καὶ οὗ πάντα τὰ ὄντα ἐφίεται, ἀρχὴν ἔχοντα αὐτὸ κἀκείνου δεόμενα. Τὸ δ' ἐστὶν ἀνενδεὲς, ἱκανὸν ἑαυτῷ, μηδενὸς δεόμενον, μέτρον πάντων καὶ πέρας, δοὺς ἐξ αὐτοῦ νοῦν καὶ οὐσίαν καὶ ψυχὴν καὶ ζωὴν καὶ περὶ νοῦν ἐνέργειαν. Καὶ μέχρι μὲν τούτου καλὰ πάντα· αὐτός τε γὰρ ὑπέρκαλος, καὶ ἐπέκεινα τῶν ἀρίστων, βασιλεύων ἐν τῷ νοητῷ, νοῦ ἐκείνου ὄντος, οὐ κατὰ νοῦν, ὃν οἰηθείη ἄν τις κατὰ τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους νοῦς εἶναι, τοὺς ἐκ προτάσεων συμπληρουμένους, καὶ τῶν λεγομένων συνιέναι δυναμένους, λογιζομένους τε καὶ τοῦ ἀκολούθου θεωρίαν ποιουμένους, ὡς ἐξ ἀκολουθίας τὰ ὄντα θεωμένους, ὡς πρότερον οὐκ ἔχοντας, ἀλλὰ κενοὺς ἔτι πρὶν μαθεῖν ὄντας, καίτοι νοῦς ὄντας. Οὐ δὴ ἐκεῖνος ὁ νοῦς τοιοῦτος, ἀλλ' ἔχει πάντα, καὶ ἔστι πάντα, καὶ σύνεστιν αὐτῷ συνὼν, καὶ ἔχει πάντα οὐκ ἔχων· οὐ γὰρ ἄλλα, ὁ δὲ ἄλλος· οὐδὲ χωρὶς ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ· ὅλον τε γάρ ἐστιν ἕκαστον, καὶ πανταχῇ πᾶν, καὶ οὐ συγκέχυται, ἀλλὰ αὖ χωρίς. Τὸ γοῦν μεταλαμβάνον, οὐχ ὁμοῦ πάντων, ἀλλ' ὅτου δύναται, μεταλαμβάνει. Καὶ ἔστι πρώτη ἐνέργεια ἐκείνου καὶ πρώτη οὐσία,

II. In præsentia vero nobis dicendum est quæ sit boni natura, quantum præsens disputatio postulat. Est autem hoc, a quo omnia pendent quodve omnia appetunt, accipientia ab ipso principium ejusque penitus indiga: ipsum vero nullius egenum, ipsum sibi sufficiens, nihil penitus appetens, mensura omnium atque terminus, ex seipso producens intellectum, essentiam, animam, vitam, rursus actionem circa intellectum. Hucusque pulchra sunt omnia, ipsum vero pulchrum, et super ea quæ sunt optima, in mundo regnant intelligibili: qui sane intellectus est: intellectus, inquam, non qualem quis fortasse putaret, existimans similem esse horum qui apud nos intellectus esse dicuntur, qui ex propositione impleri solent, et quæ ratiocinando colliguntur [*Ed. pr.* et quæ dicuntur] percipere possunt: item ratiocinantur, quidve ex quoque sequatur, excogitant et res per consequentiam speculantur: utpote qui antea non habuerint, sed, antequam discerent, vacui fuerint, quamvis tunc etiam intellectus exstiterint. Intellectus ille, inquam, non est talis, sed habet omnia, est omnia, secum habitat, sibi prorsus unitus, habet cuncta, non habens: non enim ea possidet tanquam alia, nec ipse exsistit alius, neque, quæ sunt in eo, singula segregantur a singulis: imo vero quodlibet est universum et ubique totum, neque tamen confunduntur cuncta, sed rursus singula discernuntur. Quod ergo hujus fit particeps, non simul omnia, sed, quod potest, participat. Est item pri-

ἐκείνου μένοντος ἐν ἑαυτῷ. Ἐνεργεῖ μέντοι περὶ ἐκεῖνον, οἷον περὶ ἐκεῖνον ζῶν. Ἡ δὲ ἔξωθεν περὶ τοῦτον χορεύουσα ψυχὴ, περὶ αὐτὸν βλέπουσα καὶ τὸ εἴσω αὐτοῦ θεωμένη, τὸν θεὸν δι' αὐτοῦ βλέπει· καὶ οὗτος θεῶν ἀπήμων καὶ μακάριος ὁ βίος, καὶ τὸ κακὸν οὐδαμοῦ ἐνταῦθα· καὶ εἰ ἐνταῦθα ἔστη, κακὸν οὐδὲν ἂν ἦν. Ἀλλὰ πρῶτα καὶ δεύτερα τἀγαθὰ καὶ τρίτα περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων καλῶν, καὶ πάντα ἐστὶν ἐκείνου. Καὶ δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα.

mus actus illius, primaque essentia, illo videlicet in seipso manente. Agit sane circa illum, tanquam circa illum vivens. Proinde anima extrinsecus circa hunc se versans ipsum circumspicit: quin etiam intima ejus inspiciens, per ipsum videt et deum: atque hæc est illæsa felixque deorum vita, a malis omnino semota. Quodsi hic sisteret natura gradum, nusquam foret malum. At vero sunt prima bona, sunt et secunda, sunt quoque tertia: cunctaque circa regem universorum: ipseque rex bonorum omnium causa est, et illius gratia omnia. Denique circa secundum secunda sunt, et tertia circa tertium.

Malum non est in his quæ vere sunt, sed in his quæ aut non vere sunt, aut ad illa quæ non vere sunt inclinantur.

Γ. Εἰ δὴ ταῦτά ἐστι τὰ ὄντα καὶ τὸ ἐπέκεινα τῶν ὄντων, οὐκ ἂν ἐν τοῖς οὖσι τὸ κακὸν ἐνείη, οὐδὲ ἐν τῷ ἐπέκεινα τῶν ὄντων· ἀγαθὰ γὰρ ταῦτα. Λείπεται τοίνυν, εἴπερ ἔστιν, ἐν τοῖς οὖσιν εἶναί / οἷον εἰδός τι τοῦ μὴ ὄντος ὄν, καὶ περί τι τῶν μεμιγμένων τῷ μὴ ὄντι, ἢ ὁπωσοῦν κοινωνούντων τῷ μὴ ὄντι. Μὴ ὂν δὲ οὐτι τὸ παντελῶς μὴ ὄν, ἀλλ' ἕτερον μόνον τοῦ ὄντος. Οὐχ οὕτω δὲ μὴ ὄν, ὡς κίνησις καὶ στάσις ἡ περὶ τὸ ὄν, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ὄντος, ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον μὴ ὄν. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ αἰσθητὸν πᾶν, καὶ ὅσα περὶ τὸ αἰσθητὸν πάθη, ἢ ὕστερόν τι τούτων, καὶ ὡς συμβεβηκὸς τούτοις, ἢ ἀρχὴ τούτων, ἢ ἕν τι τῶν συμπληρούντων τοῦτο, τοιοῦτον ὄν. Ἤδη γὰρ ἄν τις εἰς ἔννοιαν ἥκοι αὐτοῦ, οἷον ἀμετρίαν εἶναι πρὸς μέτρον, καὶ ἄπειρον πρὸς πέρας, καὶ ἀνείδεον πρὸς εἰδοποιητικὸν, καὶ ἀεὶ ἐνδεὲς πρὸς αὔταρκες, ἀεὶ ἀόριστον, οὐδαμῇ ἑστὼς, πτωχὸν πάντων, ἀχόρητον, πενία παντελής· καὶ οὐ συμβεβηκότα ταῦτα αὐτῷ, ἀλλ' οἷον οὐσία αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ὅ τι ἂν αὐτοῦ μέρος ἴδῃς, καὶ αὐτὸ πάντα ταῦτα· τὰ δ' ἄλλα ὅσα ἂν αὐτοῦ μεταλάβῃ καὶ ὁμοιωθῇ, κακὰ μὲν γίνεσθαι, οὐχ ὅπερ δὲ κακὰ εἶναι. Τινὶ οὖν ὑποστάσει ταῦτα πάρεστιν, οὐχ ἕτερα ὄντα ἐκείνης, ἀλλ' ἐκείνη. Καὶ γὰρ εἰ ἑτέρῳ συμβαίνει τὸ κακὸν, δεῖ τι πρότερον αὐτὸ εἶναι, κἂν μὴ οὐσία τις ᾖ. Ὡς γὰρ ἀγαθὸν τὸ μὲν αὐτὸ, τὸ δὲ ᾧ συμβέβηκεν· οὕτω καὶ κακὸν τὸ μὲν αὐτὸ, τὸ δὲ ᾗδη κατ' ἐκεῖνο συμβεβηκὸς ἑτέρῳ. Τίς οὖν ἀμετρία, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀμέτρως; τί δὲ μέτρον, εἰ μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ; Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶ μέτρον μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ, οὕτω καὶ ἀμετρία οὐκ ἐν ἀμέτρῳ. Εἰ γὰρ ἐν ἄλλῳ, ἢ ἐν ἀμέτρῳ, ἀλλ' οὐ δεῖ αὐτῷ ἀμετρίας, αὐτῷ ἀμέτρῳ ὄντι· ἢ ἐν μεμετρημένῳ, ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸ μεμετρημένον ἀμετρίαν ἔχειν, καθ' ὃ μεμέτρηται. Καὶ οὖν εἶναί τι καὶ ἄπειρον καθ' αὑτὸ, καὶ ἀνείδεον αὖ αὐτὸ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρόσθεν, ἃ τὴν τοῦ κακοῦ ἐχαρακτήριζε φύσιν. Καὶ εἴ τι μετ' ἐκεῖνο τοιοῦτον, ἢ μεμιγμένον ἔχει τοῦτο, ἢ βλέπον πρὸς αὐτό ἐστι τοιοῦτον, ἢ ποιητικόν ἐστι τοιούτου. Τὴν δὴ ὑποκειμένην σχήμασι, καὶ εἴδεσι, καὶ μορφαῖς, καὶ μέτροις, καὶ πέρασι, καὶ ἀλλοτρίῳ κόσμῳ κοσμουμένην, μηδὲν παρ' αὐτῆς ἀγαθὸν ἔχουσαν, εἴδωλον δὲ ὡς πρὸς τὰ ὄντα, κακοῦ δὲ οὐσίαν, εἴ τις καὶ δύναται κακοῦ οὐσία εἶναι, ταύτην ἀνευρίσκει ὁ λόγος κακὸν εἶναι πρῶτον, καὶ καθ' αὑτὸ κακόν.

III. Si hæc entia sunt, atque hoc est, quod super entia, malum certe in entibus nusquam erit, multoque minus in eo, quod entia supereminet. Bona enim hæc omnia sunt. Reliquum est igitur, sicubi malum est, in his quæ non sunt, reperiri, quasi quandam non entis speciem, et circa aliquid eorum, quæ non enti miscentur, vel quomodocunque habent cum non ente commercium. Non ens, inquam, haudquaquam omnino non ens, sed tantum ab ente diversum. Non sic vero non ens, ut motus atque status, quæ circa ens esse dicuntur, sed tanquam entis imaginem, aut etiam ab ente remotius. Id autem est sensibile universum, et quotcunque sunt circa sensibile passiones, vel aliquid iis posterius et quasi iis accidens, vel horum principium, vel eorum aliquid, quæ id ipsum complent, tale quidem, quale jam dicam. Licet enim id cogitare quasi quandam immoderationem si ad mensuram referatur, infinitum quidem ad terminum, informe rursus ad formatorem: item semper egenum ad sufficiens, semper indeterminatum, nusquam omnino quiescens, omnia undique patiens, insatiabile, extremam prorsus inopiam. Neque talia huic accidunt, sed tanquam ipsius essentia esse videntur: quin etiam, quamcunque ipsius videris portionem, invenies in qualibet hæc cuncta summatim: cetera vero, quæcunque id participant eique assimilantur, mala quidem fieri, neque tamen ipsum esse malum. Itaque cuidam fundamento hæc insunt, non alia quædam ab ipso, sed ipsum. Etenim si alteri malum accidit, oportet aliquid prius ipsum esse, etiam si nulla id essentia sit. Ut enim bonum alterum quidem ipsum exsistit bonum, alterum vero quod aliis accidit, sic et malum: hoc quidem ipsum malum est, illud autem secundum hoc accidit alteri. Quænam igitur immoderatio, dicet aliquis, nisi in eo quod immoderatum? Quæ rursus mensura, nisi in re mensuræ participe? At quemadmodum mensura quædam est in nulla re mensurata, sic et immoderatio extra subjectum immoderatum. Si enim sit in alio, aut erit in eo quod immoderatum est, sed non eget hoc immoderatione, cum sit ipsum immoderatum: aut erit in re moderata: verum nequit, quod moderatum est, quatenus moderatum, immoderationem subire. Profecto oportet esse aliquid secundum se infinitum atque informe suapte natura, taleque per singula, qualia in superioribus commemoravimus describentia mali naturam. Præterea si quid præter illud est tale, vel ipsum habet admistum, vel saltem, quoniam ad id spectat, evadit tale: aut quoniam cujusdam talis est causa. Quamobrem naturam figuris, speciebus, formis, mensuris, terminis subditam, ornamentoque præditam alieno, nihil præterea boni ex se possidentem: simulacrum rursus, si cum entibus conferatur, quinetiam mali ipsius essentiam, si qua modo esse potest essentia mali: hanc, inquam, ratio primum esse malum et per se malum rite convincit.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Η.

ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΥΤΙΝΑ, ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ ΤΑ ΚΑΚΑ.

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER VIII.

QUÆ ET UNDE SINT MALA.

(72, 73.) [136—138.]

Quæstiones quattuor de bono et malo.

Α'. Οἱ ζητοῦντες πόθεν τὰ κακὰ, εἴτ' οὖν εἰς τὰ ὄντα, εἴτε περὶ γένος τῶν ὄντων παρελήλυθεν, ἀρχὴν ἂν προσήκουσαν τῆς ζητήσεως ποιοῖντο, εἰ, τί ποτ' ἐστὶ τὸ κακὸν, καὶ ἡ κακοῦ φύσις, πρότερον ὑποθοῖντο. Οὕτω γὰρ, καὶ ὅθεν ἐλήλυθε, καὶ ὅπου ἵδρυται, καὶ ὅτῳ συμβέβηκε, γνωσθείη, καὶ ὅλως, εἰ ἔστιν ἐν τοῖς οὖσιν, ὁμολογηθείη. Κακοῦ δὲ φύσιν τίνι ποτὲ δυνάμει τῶν ἐν ἡμῖν γνοίημεν ἂν, τῆς γνώσεως ἑκάστων δι' ὁμοιότητος γιγνομένης, ἄπορον ἂν εἴη. Νοῦς μὲν γὰρ καὶ ψυχὴ εἴδη ὄντα εἰδῶν καὶ τὴν γνῶσιν ἂν ποιοῖντο, καὶ πρὸς αὐτὰ ἂν ἔχοιεν τὴν ὄρεξιν. Εἶδος δὲ τὸ κακὸν πῶς ἄν τις φαντάζοιτο ἐν ἀπουσίᾳ παντὸς ἀγαθοῦ ἐνδαλλόμενον; ἀλλ' εἰ, ὅτι τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ γένοιτ' ἂν ἐπιστήμη, καὶ τῷ ἀγαθῷ ἐναντίον τὸ κακὸν, ἥπερ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἔσται, ἀναγκαῖον περὶ ἀγαθοῦ διϊδεῖν τοῖς μέλλουσι τὰ κακὰ γνώσεσθαι· ἐπείπερ προηγούμενα τὰ ἀμείνω τῶν χειρόνων, καὶ εἴδη, τὰ δὲ οὔ, ἀλλὰ στέρησις μᾶλλον. Ζήτημα δ' ὅμως καὶ πῶς ἐναντίον τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ· εἰ μὴ ἄρα, ὡς τὸ μὲν ἀρχὴ, τὸ δὲ ἔσχατον· ἢ τὸ μὲν ὡς εἶδος, τὸ δὲ ὡς στέρησις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

I. Quicunque perquirunt, unde mala sive circa res sive circa aliquod rerum genus inciderint, conveniens investigationis exordium facient, si prius quidnam sit [*Ed. pr.* est] malum et naturam mali proponant. Sic enim unde venerit, ubi fundetur, cui accidat malum, apparebit: atque omnino sicubi est in rerum natura, constabit. Ceterum dubium est, quanam potissimum, ex viribus quæ nobis insunt, mali naturam percipiamus: quippe cum cognitio singulorum per similitudinem quandam perficiatur. Intellectus namque et anima cum species quædam sint, species quoque cognoscunt, speciesque naturaliter appetunt. At vero malum nemo sub speciei ratione potest effingere, cum in quadam boni totius absentia cogitetur. Quodsi, quia contrariorum eadem scientia est, et bono contrarium est malum, ideo eadem boni malique notitia erit, profecto necessarium est cognituros mala discernere bonum: quandoquidem præstantiora rite deteriora præcedunt, ac species antecedunt ea, quæ non species, sed privationes potius judicantur. Quæstione rursus dignum est, quonam modo bonum sit malo contrarium. Fortasse enim, quoniam illud quidem primum est, hoc vero postremum: aut certe illud velut species, hoc ceu privatio. Sed de his opportunius in sequentibus.

Descriptio boni: et quousque bona sint pura: et quomodo intellectus proxime fruatur bono, anima vero per intellectum.

Β'. Νῦν δὲ λεγέσθω, τίς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, καθόσον τοῖς παροῦσι λόγοις προσήκει. Ἔστι δὲ τοῦτο, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, καὶ οὗ πάντα τὰ ὄντα ἐφίεται, ἀρχὴν ἔχοντα αὐτὸ κἀκείνου δεόμενα. Τὸ δ' ἐστὶν ἀνενδεὲς, ἱκανὸν ἑαυτῷ, μηδενὸς δεόμενον, μέτρον πάντων καὶ πέρας, δοὺς ἐξ αὐτοῦ νοῦν καὶ οὐσίαν καὶ ψυχὴν καὶ ζωὴν καὶ περὶ νοῦν ἐνέργειαν. Καὶ μέχρι μὲν τούτου καλὰ πάντα· αὐτός τε γὰρ ὑπέρκαλος, καὶ ἐπέκεινα τῶν ἀρίστων, βασιλεύων ἐν τῷ νοητῷ, νοῦ ἐκείνου ὄντος, οὐ κατὰ νοῦν, ὃν οἰηθείη ἄν τις κατὰ τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους νοῦς εἶναι, τοὺς ἐκ προτάσεων συμπληρουμένους, καὶ τῶν λεγομένων συνιέναι δυναμένους, λογιζομένους τε καὶ τοῦ ἀκολούθου θεωρίαν ποιουμένους, ὡς ἐξ ἀκολουθίας τὰ ὄντα θεωμένους, ὡς πρότερον οὐκ ἔχοντας, ἀλλὰ κενοὺς ἔτι πρὶν μαθεῖν ὄντας, καίτοι νοῦς ὄντας. Οὐ δὴ ἐκεῖνος ὁ νοῦς τοιοῦτος, ἀλλ' ἔχει πάντα, καὶ ἔστι πάντα, καὶ σύνεστιν αὐτῷ συνὼν, καὶ ἔχει πάντα οὐκ ἔχων· οὐ γὰρ ἄλλα, ὁ δὲ ἄλλος· οὐδὲ χωρὶς ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ· ὅλον τε γάρ ἐστιν ἕκαστον, καὶ πανταχῇ πᾶν, καὶ οὐ συγκέχυται, ἀλλὰ αὖ χωρίς. Τὸ γοῦν μεταλαμβάνον, οὐχ ὁμοῦ πάντων, ἀλλ' ὅτου δύναται, μεταλαμβάνει. Καὶ ἔστι πρώτη ἐνέργεια ἐκείνου καὶ πρώτη οὐσία,

II. In præsentia vero nobis dicendum est quæ sit boni natura, quantum præsens disputatio postulat. Est autem hoc, a quo omnia pendent quodve omnia appetunt, accipientia ab ipso principium ejusque penitus indiga: ipsum vero nullius egenum, ipsum sibi sufficiens, nihil penitus appetens, mensura omnium atque terminus, ex seipso producens intellectum, essentiam, animam, vitam, rursus actionem circa intellectum. Hucusque pulchra sunt omnia, ipsum vero pulchrum, et super ea quæ sunt optima, in mundo regnant intelligibili: qui sane intellectus est: intellectus, inquam, non qualem quis fortasse putaret, existimans similem esse horum qui apud nos intellectus esse dicuntur, qui ex propositione impleri solent, et quæ ratiocinando colliguntur [*Ed. pr.* et quæ dicuntur] percipere possunt: item ratiocinantur, quidve ex quoque sequatur, excogitant et res per consequentiam speculantur: utpote qui antea non habuerint, sed, antequam discerent, vacui fuerint, quamvis tunc etiam intellectus exstiterint. Intellectus ille, inquam, non est talis, sed habet omnia, est omnia, secum habitat, sibi prorsus unitus, habet cuncta, non habens: non enim ea possidet tanquam alia, nec ipse exsistit alius, neque, quæ sunt in eo, singula segreganter a singulis: imo vero quodlibet est universum et ubique totum, neque tamen confunduntur cuncta, sed rursus singula discernuntur. Quod ergo hujus fit particeps, non simul omnia, sed, quod potest, participat. Est item pri-

ἐκείνου μένοντος ἐν ἑαυτῷ. Ἐνεργεῖ μέντοι περὶ ἐκεῖνον, οἷον περὶ ἐκεῖνον ζῶν. Ἡ δὲ ἔξωθεν περὶ τοῦτον χωρεύουσα ψυχὴ, περὶ αὐτὸν βλέπουσα καὶ τὸ εἴσω αὐτοῦ θεωμένη, τὸν θεὸν δι' αὐτοῦ βλέπει· καὶ οὕτως θεῶν ἀπήμων καὶ μακάριος ὁ βίος, καὶ τὸ κακὸν οὐδαμοῦ ἐνταῦθα· καὶ εἰ ἐνταῦθα ἔστη, κακὸν οὐδὲν ἂν ἦν. Ἀλλὰ πρῶτα καὶ δεύτερα τἀγαθὰ καὶ τρίτα περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων καλῶν, καὶ πάντα ἐστὶν ἐκείνου. Καὶ δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα.

mus actus illius, primaque essentia, illo videlicet in seipso manente. Agit sane circa illum, tanquam circa illum vivens. Proinde anima extrinsecus circa hunc se versans ipsum circumspicit: quin etiam intima ejus inspiciens, per ipsum videt et deum: atque hæc est illæsa felixque deorum vita, a malis omnino semota. Quodsi hic sisteret natura gradum, nusquam foret malum. At vero sunt prima bona, sunt et secunda, sunt quoque tertia: cunctaque circa regem universorum: ipseque rex bonorum omnium causa est, et illius gratia omnia. Denique circa secundum secunda sunt, et tertia circa tertium.

Malum non est in his quæ vere sunt, sed in his quæ aut non vere sunt, aut ad illa quæ non vere sunt inclinantur.

Γ. Εἰ δὴ ταῦτά ἐστι τὰ ὄντα καὶ τὸ ἐπέκεινα τῶν ὄντων, οὐκ ἂν ἐν τοῖς οὖσι τὸ κακὸν ἐνείη, οὐδὲ ἐν τῷ ἐπέκεινα τῶν ὄντων· ἀγαθὰ γὰρ ταῦτα. Λείπεται τοίνυν, εἴπερ ἔστιν, ἐν τοῖς οὖσιν εἶναί ⟨οἷον εἶδός τι τοῦ μὴ ὄντος ὄν, καὶ περί τι τῶν μεμιγμένων τῷ μὴ ὄντι, ἢ ὁπωσοῦν κοινωνούντων τῷ μὴ ὄντι. Μὴ ὂν δὲ οὐ τὸ παντελῶς μὴ ὄν, ἀλλ' ἕτερον μόνον τοῦ ὄντος. Οὐχ οὕτω δὲ μὴ ὄν, ὡς κίνησις καὶ στάσις ἡ περὶ τὸ ὄν, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ὄντος, ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον μὴ ὄν. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ αἰσθητὸν πᾶν, καὶ ὅσα περὶ τὸ αἰσθητὸν πάθη, ἢ ὕστερόν τι τούτων, καὶ ὡς συμβεβηκὸς τούτοις, ἢ ἀρχὴ τούτων, ἢ ἕν τι τῶν συμπληρούντων ταῦτα, τοιοῦτον ὄν. Ἤδη γὰρ ἄν τις εἰς ἔννοιαν ἥκοι αὐτοῦ, οἷον ἀμετρίαν εἶναι πρὸς μέτρον, καὶ ἄπειρον πρὸς πέρας, καὶ ἀνείδεον πρὸς εἰδοποιητικὸν, καὶ ἀεὶ ἐνδεὲς πρὸς αὔταρκες, ἀεὶ ἀόριστον, οὐδαμῇ ἑστὼς, πτωχεῖς, ἀκόρητον, πενία παντελής· καὶ οὐ συμβεβηκότα ταῦτα αὐτῷ, ἀλλ' οἷον οὐσία αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ὅ τι ἂν αὐτοῦ μέρος ἴδῃς, καὶ αὐτὸ πάντα ταῦτα· τὰ δὲ ἄλλα ὅσα ἂν αὐτοῦ μεταλάβῃ καὶ ὁμοιωθῇ, κακὰ μὲν γίνεσθαι, οὐχ ὅπερ δὲ κακὰ εἶναι. Τινὶ οὖν ὑποστάσει ταῦτα πάρεστιν, οὐχ ἕτερα ὄντα ἐκείνης, ἀλλ' ἐκείνη. Καὶ γὰρ εἰ ἑτέρῳ συμβαίνει τὸ κακὸν, δεῖ τι πρότερον αὐτὸ εἶναι, κἂν μὴ οὐσία τις ᾖ. Ὡς γὰρ ἀγαθὸν τὸ μὲν αὐτὸ, τὸ δὲ ὃ συμβέβηκεν· οὕτω καὶ κακὸν τὸ μὲν αὐτὸ, τὸ δὲ ἤδη κατ' ἐκεῖνο συμβεβηκὸς ἑτέρῳ. Τίς οὖν ἀμετρία, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀμέτρως; τί δὲ μέτρον, εἰ μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ; Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶ μέτρον μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ, οὕτω καὶ ἀμετρία οὐκ ἐν ἀμέτρῳ. Εἰ γὰρ ἐν ἄλλῳ, ἢ ἐν ἀμέτρῳ, ἀλλ' οὐ δεῖ αὐτῷ ἀμετρίας, αὐτῷ ἀμέτρῳ ὄντι· ἢ ἐν μεμετρημένῳ, ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸ μεμετρημένον ἀμετρίαν ἔχειν, καθ' ὃ μεμέτρηται. Καὶ οὖν εἶναί τι καὶ ἄπειρον καθ' αὑτὸ, καὶ ἀνείδεον αὖ αὐτὸ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρόσθεν, ἃ τὴν τοῦ κακοῦ ἐχαρακτήριζε φύσιν. Καὶ εἴ τι μετ' ἐκεῖνο τοιοῦτον, ἢ μεμιγμένον ἔχει τοῦτο, ἢ βλέπον πρὸς αὐτό ἐστι τοιοῦτον, ἢ ποιητικόν ἐστι τοιούτου. Τὴν δὴ ὑποκειμένην σχήμασι, καὶ εἴδεσι, καὶ μορφαῖς, καὶ μέτροις, καὶ πέρασι, καὶ ἀλλοτρίῳ κόσμῳ κοσμουμένην, μηδὲν παρ' αὐτῆς ἀγαθὸν ἔχουσαν, εἰδωλον δὲ ὡς πρὸς τὰ ὄντα, κακοῦ δὲ οὐσίαν, εἰ καὶ δύναται κακοῦ οὐσία εἶναι, ταύτην ἀνευρίσκει λόγος κακὸν εἶναι πρῶτον, καὶ καθ' αὑτὸ κακόν.

III. Si hæc entia sunt, atque hoc est, quod super entia, malum certe in entibus nusquam erit, multoque minus in eo, quod entia supereminet. Bona enim hæc omnia sunt. Reliquum est igitur, sicubi malum est, in his quæ non sunt, reperiri, quasi quandam non entis speciem, et circa aliquid eorum, quæ non enti miscentur, vel quomodocunque habent cum non ente commercium. Non ens, inquam, haudquaquam omnino non ens, sed tantum ab ente diversum. Non sic vero non ens, ut motus atque status, quæ circa ens esse dicuntur, sed tanquam entis imaginem, aut etiam ab ente remotius. Id autem est sensibile universum, et quotcunque sunt circa sensibile passiones, vel aliquid iis posterius et quasi iis accidens, vel horum principium, vel eorum aliquid, quæ id ipsum complent, tale quidem, quale jam dicam. Licet enim id cogitare quasi quandam immoderationem si ad mensuram referatur, infinitum quidem ad terminum, informe rursus ad formatorem: item semper egenum ad sufficiens, semper indeterminatum, nusquam omnino quiescens, omnia undique patiens, insatiabile, extremam prorsus inopiam. Neque talia huic accidunt, sed tanquam ipsius essentia esse videntur: quin etiam, quamcunque ipsius videris portionem, invenies in qualibet hæc cuncta summatim: cetera vero, quæcunque id participant eique assimilantur, mala quidem fieri, neque tamen ipsum esse malum. Itaque cuidam fundamento hæc insunt, non alia quædam ab ipso, sed ipsum. Etenim si alteri malum accidit, oportet aliquid prius ipsum esse, etiam si nulla id essentia sit. Ut enim bonum alterum quidem ipsum exsistit bonum, alterum vero quod aliis accidit, sic et malum: hoc quidem ipsum malum est, illud autem secundum hoc accidit alteri. Quænam igitur immoderatio, dicet aliquis, nisi in eo quod immoderatum? Quæ rursus mensura, nisi in re mensuræ participe? At quemadmodum mensura quædam est in nulla re mensurata, sic et immoderatio extra subjectum immoderatum. Si enim sit in alio, aut erit in eo quod immoderatum est, sed non eget hoc immoderatione, cum sit ipsum immoderatum: aut erit in re moderata: verum nequit, quod moderatum est, quatenus moderatum, immoderationem subire. Profecto oportet esse aliquid secundum se infinitum atque informe suapte natura, taleque per singula, qualia in superioribus commemoravimus describentia mali naturam. Præterea si quid præter illud est tale, vel ipsum habet admistum, vel saltem, quoniam ad id spectat, evadit tale: aut quoniam cujusdam talis est causa. Quamobrem naturam figuris, speciebus, formis, mensuris, terminis subditam, ornamentoque præditam alieno, nihil præterea boni ex se possidentem: simulacrum rursus, si cum entibus conferatur, quinetiam mali ipsius essentiam, si qua modo esse potest essentia mali: hanc, inquam, ratio primum esse malum et per se malum rite convincit.

Gradus malorum tres : quomodo in anima malum : quomodo materia nihil habet boni.

Δ'. Σωμάτων δὴ φύσις, καθόσον μετέχει ὕλης, κακὸν ἂν οὐ πρῶτον εἴη· ἔχει μὲν γὰρ εἶδός τι οὐκ ἀληθινόν, ἐστέρηται οὔτε ζωῆς, φθείρει τε ἄλληλα, φορᾷ τε παρ' αὐτῶν ἄτακτος, ἐμπόδιά τε ψυχῆς, πρὸς τὴν αὐτῆς ἐνέργειαν, φεύγει τε οὐσίαν ἀεὶ ῥέοντα, δεύτερον κακόν. Ψυχὴ δὲ καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐ κακή, οὐδ' αὖ πᾶσα κακή. Ἀλλὰ τίς ἡ κακή; οἷον, φησὶ, δουλωσαμένῳ μὲν, ᾧ πέφυκε κακία ψυχῆς ἐγγίγνεσθαι, ὡς τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς εἴδους τὸ κακὸν δεχομένου, ἀμετρίαν, καὶ ὑπερβολὴν, καὶ ἔλλειψιν, ἐξ ὧν καὶ ἀκολασία καὶ δειλία, καὶ ἡ ἄλλη ψυχῆς κακία, ἀκούσια παθήματα, δόξας ψευδεῖς ἐμποιοῦντα, κακά τε νομίζειν καὶ ἀγαθὰ, ἃ φεύγει τε καὶ διώκει. Ἀλλὰ τί τὸ πεποιηκὸς τὴν κακίαν ταύτην, καὶ πῶς εἰς ἀρχὴν ἐκείνην καὶ αἰτίαν ἀνάξεις; Ἢ πρῶτον μὲν οὐκ ἔξω ὕλης, οὐδὲ κατ' αὐτὴν εἶναι ἡ ψυχὴ ἡ τοιαύτη· μέμικται οὖν ἀμετρίᾳ, καὶ ἄμοιρος εἴδους τοῦ κοσμοῦντος καὶ εἰς μέτρον ἄγοντος· σώματι γὰρ ἐγκέκραται, ὕλην ἔχοντι. Ἔπειτα δὲ καὶ τὸ λογιζόμενον εἰ βλάπτοιτο, ὁρᾷν κωλύεται καὶ τοῖς πάθεσι καὶ τῷ ἐπισκοτεῖσθαι τῇ ὕλῃ καὶ πρὸς ὕλην νενευκέναι, καὶ ὅλως οὐ πρὸς οὐσίαν, ἀλλὰ πρὸς γένεσιν ὁρᾷν, ἧς ἀρχὴ ἡ ὕλης φύσις οὕτως οὖσα κακὴ, ὡς καὶ τὸ μήπω ἐν αὐτῇ, μόνον δὲ βλέψαν εἰς αὐτὴν, ἀναπιμπλάναι κακοῦ ἑαυτῆς. Ἄμοιρος γὰρ παντελῶς οὖσα ἀγαθοῦ, καὶ στέρησις τούτου, καὶ ἄκρατος ἔλλειψις, ἐξομοιοῖ ἑαυτῇ πᾶν ὅ τι ἂν αὐτῆς προσάψηται ὁπωσοῦν. Ἡ μὲν οὖν τελεία καὶ πρὸς νοῦν νεύουσα ψυχὴ ἀεὶ καθαρὰ, καὶ ὕλην ἀπέστραπται, καὶ τὸ ἀόριστον ἅπαν καὶ τὸ ἄμετρον καὶ κακὸν οὔτε ὁρᾷ οὔτε πελάζει· καθαρὰ οὖν μένει ὁρισθεῖσα νῷ παντελῶς. Ἡ δὲ μὴ μείνασα τοῦτο, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς προελθοῦσα, τὸ μὴ τελείῳ μηδὲ πρώτῳ, οἷον ἴνδαλμα ἐκείνης, τῷ ἐλλείμματι, καθόσον ἐνέλιπεν, ἀοριστίας πληρωθεῖσα, σκότον ὁρᾷ, καὶ ἔχει ἤδη ὕλην, βλέπουσα εἰς ὃ μὴ βλέπει, ὡς λεγόμεθα ὁρᾷν καὶ τὸ σκότος.

IV. Natura corporum quantum est materiæ particeps, malum quidem est, etsi non primum : habet enim speciem quandam, quamvis non veram : privatur et vita : corruptionem infert inter corpora mutuam, concussionemque ex ipsis inordinatam : impedimenta quinetiam animæ ad actionem propriam affert : præterea perpetuo fluxu aufugit essentiam, ideoque secundum obtinet mali gradum. Anima vero secundum se mala non est, neque omnis anima prava. Sed quænam prava? illa videlicet, ut inquit Plato, quæ servit illi, cui pravitas animæ naturaliter inesse potest : quasi irrationalis animæ speciem malum subeat, immoderationem et excessum atque defectum : ex quibus intemperantia et timiditas aliaque animæ pravitas, velut passiones involuntariæ, oriuntur : ex quibus et opiniones falsæ, per quas bona vel mala quis putet, quæ prosequitur aut fugit. Verum quidnam pravitatem hanc adducit? et quomodo in principium illud causamque redigere poteris? Primo quidem dicetur, animam ejusmodi non esse extra materiam, neque secundum se ipsam talem esse : itaque immoderationi miscetur, specieique ornantis et moderantis expers evadit : corpori namque materiam habenti immergitur. Præterea si vis rationalis offenditur, discernere prohibetur perturbationibus offuscata et materiæ tenebris obruta, utpote quæ annuendo prolabitur in materiam : et omnino non ad essentiam, sed ad generationem spectat : cujus origo est natura materiæ, usque adeo mala, ut illud etiam, quod nondum est in ea, solum vero eam prospicit, suo impleat malo. Cum enim boni omnino sit expers, bonique privatio sit purusque defectus, nimirum quidquid quomodocunque attingit eam, sibi simile reddit. Perfecta igitur anima vergensque ad mentem, semper pura est, procul a se materiam eliminans et omne interminatum, immoderatum, malum, neque his propinquat, neque prospicit quidem : quamobrem pura permanet, intellecta prorsus determinata. Quæ vero munus id non sustinet, sed ex seipsa progreditur, in gradu quodam existens, neque perfecto neque primo, velut illius imago, ob ipsum defectum, quatenus deficit, indeterminata sorte repletur tenebrasque prospectat. Jamque habet materiam, in illud aspiciens, quod non cernit, et, ut dici solet, tenebras aspicit.

In quo defectu consistat malum : quomodo materia sit ipsum malum : quomodo fiat malum in anima.

Ε'. Ἀλλ' εἰ ἡ ἔλλειψις τοῦ ἀγαθοῦ αἰτία τοῦ ὁρᾷν καὶ συνεῖναι τῷ σκότει, τὸ κακὸν εἴη ἂν ἐν τῇ ἐλλείψει ἢ τῷ σκότῳ τῇ ψυχῇ, καὶ πρῶτον. Δεύτερον δὲ ἔστω τὸ σκότος καὶ ἡ φύσις τοῦ κακοῦ, οὐκέτι ἐν τῇ ὕλῃ, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ὕλης· ἢ οὐκ ἐν τῇ ὁπωσοῦν ἐλλείψει, ἀλλ' ἐν τῇ παντελεῖ τὸ κακόν. Τὸ γοῦν ἐλλεῖπον ὀλίγον τοῦ ἀγαθοῦ οὐ κακόν· δύναται γὰρ καὶ τέλεον εἶναι ὡς πρὸς φύσιν τὴν αὐτοῦ. Ἀλλ' ὅταν παντελῶς ἐλλείπῃ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ὕλη, τοῦτο τὸ ὄντως κακὸν, μηδεμίαν ἔχον ἀγαθοῦ μοῖραν. Οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι ἔχει ἡ ὕλη, ἵνα ἀγαθοῦ ταύτῃ μετεῖχεν, ἀλλ' ὁμώνυμον αὐτῇ τὸ εἶναι, ὡς ἀληθῶς εἶναι λέγει αὐτὸ μὴ εἶναι. Ἡ οὖν ἔλλειψις ἔχει μὲν τὸ μὴ ἀγαθὸν εἶναι· ἡ δὲ παντελὴς, τὸ κακόν· ἡ δὲ πλείων, τὸ πεσεῖν εἰς τὸ κακὸν δύνασθαι, καὶ ἤδη κακόν. Τῷ χρὴ δὴ τὸ κακὸν νοεῖσθαι, μὴ τόδε τὸ κακὸν, οἷον ἀδικίαν ἢ ἄλλην τινὰ κακίαν, ἀλλ' ἐκεῖνο

V. Ceterum si boni defectus causa est, ut anima videat tenebras eisque mergatur, malum animæ erit in defectu tenebrisve situm, idque malum erit primum. Secundum vero sit tenebrositas ipsa malique natura, non in materia primum, sed etiam ante materiam : aut certe non in quovis defectu, sed in defectu universo consistit malum. Quod igitur paullum a bono deficit, nondum est malum : potest enim pro natura sua esse perfectum : imo quod penitus deficit, qualis est materia, id re vera malum est, nullam boni possidens portionem. Materia sane neque esse habet (cujus munere bonum habere posset), sed esse de ipsa æquivoce dicitur [ut re vera dicatur ipsum non esse]. Defectus igitur sortitur, ut non sit bonum : defectus autem universus sortitur, ut sit ipsum malum : defectus vero medius est, posse in malum cadere, quod jam est malum. Unde oportet malum excogitare, non hoc quidem malum, velut injustitiam vel aliam quandam pravitatem, sed illud, quod nondum horum quicquam est : sed hæc

γειν, τῇ ἀεὶ ὑποβάσει καὶ ἀποστάσει τὸ ἔσχατον, καὶ μεθ' ὃ οὐκ ἦν ἔτι γενέσθαι ὁτιοῦν, τοῦτο εἶναι τὸ κακόν· ἐξ ἀνάγκης δὲ εἶναι τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, ὥστε καὶ τὸ ἔσχατον. Τοῦτο δὲ ἡ ὕλη· μηδὲν ἔτι ἔχουσα αὐτοῦ. Καὶ αὕτη ἡ ἀνάγκη τοῦ κακοῦ.

quis ita malit dicere, videlicet perpetua quadam subjectione atque distantia [*corr.* descensu atque defectione] ultimum provenire, ultra quod aliud quicquam fieri nequeat, idque ipsum esse malum : necessitate vero esse aliquid post ipsum primum : ideoque et ultimum. Hoc autem materia est, nihil amplius habens primi. Atque hæc est mali necessitas.

Quomodo materia sit causa mali : primo quidem formis suis, deinde animo. Item, quod omnia bona ad unum bonum, omnia mala ad unum malum denique referantur.

Π'. Εἰ δέ τις λέγοι, μὴ διὰ τὴν ὕλην ἡμᾶς γενέσθαι κακούς, μήτε γὰρ τὴν ἄγνοιαν διὰ τὴν ὕλην εἶναι, μήτε τὰς ἐπιθυμίας τὰς πονηράς· καὶ γὰρ, εἰ διὰ σώματος κακίαν ἡ σύστασις γίγνοιτο, μὴ τὴν ὕλην, ἀλλὰ τὸ εἶδος ποιεῖν· οἷον θερμότητας, ψυχρότητας, πικρὸν, ἁλμυρὸν, καὶ ὅσα χυμῶν εἴδη· ἔτι δὲ πληρώσεις, κενώσεις· καὶ πληρώσεις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πληρώσεις τοιῶνδε, καὶ ὅλως τὸ τοιόνδε εἶναι, τὸ ποιοῦν τὴν διαφορὰν τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ, εἰ βούλει, δοξῶν ἐσφαλμένων, ὥστε τὸ εἶδος μᾶλλον, ἢ τὴν ὕλην τὸ κακὸν εἶναι. Καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον τὴν ὕλην συγχωρεῖν ἀναγκασθήσεται τὸ κακὸν εἶναι. Ἅτε γὰρ ποιεῖ ἡ ἐν ὕλῃ ποιότης, οὐ χωρὶς οὖσα ποιεῖ· ὥσπερ οὐδὲ τὸ σχῆμα τοῦ πελέκεως ἄνευ σιδήρου ποιεῖ. Εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ὕλῃ εἴδη οὐ ταὐτά ἐστιν, ἅπερ ἦν, εἰ ἐφ' ἑαυτῶν ὑπῆρχεν, ἀλλὰ λόγοι ἔνυλοι φθαρέντες ἐν ὕλῃ καὶ τῆς φύσεως τῆς ἐκείνης ἀναπλησθέντες· οὔτε γὰρ τὸ πῦρ αὐτὸ καίει, ὡΐ· ἄλλο τι τῶν ἐφ' ἑαυτῶν ταῦτα ἐργάζεται, ἃ ἐν τῇ ὕλῃ γενόμενα λέγεται ποιεῖν. Γενομένη γὰρ κυρία τοῦ εἰς αὐτὴν ἐμφανταsθέντος φθείρει αὐτὸ καὶ διόλλυσι, τὴν αὐτῆς παραθεῖσα φύσιν ἐναντίαν οὖσαν, οὐ τῷ θερμῷ τὸ ψυχρὸν προσφέρουσα, ἀλλὰ τῷ εἴδει τοῦ θερμοῦ τὸ αὐτῆς ἀνείδεον προσάγουσα, καὶ τὴν ἀμορφίαν τῇ μορφῇ, καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν τῷ μετρημένῳ, ἕως ἂν αὐτὸ ποιήσῃ αὐτῆς, ἀλλὰ μὴ τοῦ αὐτοῦ ἔτι εἶναι· ὥσπερ ἐν τροφῇ ζώων τὸ εἰσενεχθὲν μηκέτι εἶναι ὅπερ προσεληλυθεν, ἀλλ' αἷμα κυνὸς καὶ πᾶν κύνειον, καὶ χυμοὶ πάντες ὑπὲρ τοῦ δεξαμένου ἐκείνου. Εἰ δὴ σῶμα αἴτιον τῶν κακῶν, ὕλη ἂν εἴη καὶ ταύτῃ αἴτιον τῶν κακῶν. Ἀλλὰ κρατεῖν ἔδει, ἄλλος ἂν εἶπει. Ἀλλ' οὐ καθαρὸν τὸ δυνάμενον κρατεῖν, εἰ μὴ φύγοι· καὶ σφοδρότεραι δὲ αἱ ἐπιθυμίαι κράσει τοιᾷδε σωμάτων, ἄλλαι δ' ἄλλων, ὥστε μὴ κρατεῖν τὸ ἐν ἑκάστῳ· ἀμβλύτεροι δὲ καὶ πρὸς τὸ κρίνειν, διὰ σωμάτων κάκην, κατεψυγμένοι καὶ ἐμπεποδισμένοι· αἱ δ' ἐναντίαι, κούφους ἀνερματίστους. Μαρτυροῦσι δὲ ταῦτα καὶ αἱ πρὸς καιρὸν ἕξεις· πλήρεις μὲν γὰρ ἄλλοι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ταῖς διανοίαις· κενοὶ δὲ ἄλλοι· καὶ ταδὶ πληρωθέντες ἄλλοι, ταδὶ δὲ ἄλλοι. Ἔστω δὴ πρώτως μὲν τὸ ἄμετρον κακόν· τὸ δὲ ἐν ἀμετρίᾳ γενόμενον, ἢ ὁμοιώσει ἢ μεταλήψει, τῷ συμβεβηκέναι αὐτῷ, δευτέρως κακόν. Καὶ πρώτως μὲν τὸ σκότος, τὸ δὲ ἐσκοτισμένον δευτέρως ὡσαύτως· κακία δὲ ἡ ἄγνοια οὖσα καὶ ἀμετρία περὶ ψυχὴν δευτέρως κακὸν, καὶ οὐκ αὐτόκακον· οὐδὲ γὰρ ἀρετὴ πρῶτον ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅτι ὡμοίωται ἢ μετείληφεν αὐτοῦ.

VIII. Objiciet forte quispiam, non propter materiam nos fieri malos : neque enim ignorantiam, neque pravas cupiditates ob materiam proficisci. Atqui si ob pravam corporis affectionem quis aberret [*corr.* conjuratio fiat], non materiam, sed formam affectus cujuslibet esse principium : velut calorem, frigiditatem, amarum, salsum reliquasque humorum species : præterea repletiones evacuationesque. Repletiones, inquam, non quaslibet, sed talium quorundam repletiones, et omnino tale quiddam esse, quod differentiam facit concupiscendi : ac, si vis, opinionum quoque fallentium discrepantiam : quo appareat formam potius, quam materiam esse malum. Verum hoc quoque pacto nihilominus compelletur, malum esse materiam confiteri. Namque quæcunque facit qualitas in materia jacens, haudquaquam seorsum exsistens efficit, quemadmodum neque figura securis absque ferro secat. Præterea formæ, quæ in materia sunt, non easdem sunt, quæ essent, si in se ipsis exsisterent : sed rationes quædam materiales sunt in materia jam corruptæ naturæque materialis plenæ. Neque enim ignis ipse scilicet separatus urit, neque aliud quicquam eorum, quæ in se ipsis exsistunt, talia facit, qualia formæ jam in materia factæ dicuntur efficere. Materia siquidem cum ejus quod apparet in ea sit domina, depravat ipsum atque dissolvit, suam videlicet naturam adhibens illi contrariam. Non, inquam, calido frigus admovens, sed speciei caloris suam speciei objiciens orbitatem et formæ informitatem, excessum quoque atque defectum opponens moderatæ naturæ, quousque tandem efficiat, ut forma non amplius sui juris, sed materiæ prorsus evadat. Quemadmodum in animalibus nutriendis, quod intus assumitur, haud ulterius, quale influxerat, permanet : sed in cane fit sanguis et omnino caninum, humoresque omnes pro natura accipientis evadunt. Quam ob rem, si corpus causa est malorum, hac quoque ratione materia malorum causa judicatur. Dixerit forte aliquis, oportere talia superare. Verum haud purum est, quod superare queat, nisi fugiat. Jam vero vehementiores cupiditates certa quadam corporum complexione proveniunt : aliæ quoque aliorum cupiditates, adeo ut non facile quilibet superari possit. Quid vero quod alii quidem obtusiores sunt ad judicium-que inepti? utpote qui natura sint frigida ad motumque inepta : alii vero contra effrænata quadam levitate feruntur. Testantur hæc nostri habitus pro temporum diversitate diversi. Pleni enim cum sumus, aliter cupimus, atque cogitamus : vacui vero, aliter : quin etiam aliter quidem repleti, aliter affici consuevimus. Denique, ut summatim dicam, primo quidem malum sit, quod omnino mensuræ est expers : quod autem in natura mensuræ prorsus experte fit aut exsistit, vel similitudine, vel participatione, secundo loco sit malum, propterea, quod ipsi acciderit. Rursus primo quidem malum sit tenebrositas, sequenti autem gradu similiter sit tenebrosum : tum vero pravitas cum sit inscitia immoderatioque in anima, secundum obtineat mali locum, neque sit ipsum malum : quippe cum neque virtus sit primum bonum, sed quatenus vel similis vel particeps boni ipsius evadit, bona censetur.

Quomodo, quod est informe, cognosci possit ab anima, quæ est forma, et per formas solet cognoscere.

Θ'. Τίνι οὖν ἐγνωρίσαμεν ταῦτα; καὶ πρῶτον κακίαν τίνι; ἀρετὴν μὲν γὰρ νῷ αὐτῷ καὶ φρονήσει· αὐτὴν γὰρ γνωρίζει· κακίαν δὲ πῶς; ἢ ὥσπερ κανόνι τὸ ὀρθὸν καὶ μή, οὕτω καὶ τὸ μὴ ἐναρμόζον τῇ ἀρετῇ, κακίαν; Βλέποντες οὖν αὐτὸ ἢ μὴ βλέποντες τὴν κακίαν λέγω; ἢ τὴν μὲν παντελῆ κακίαν οὐ βλέποντες, καὶ γὰρ ἄπειρον. Ἀφαιρέσει οὖν τὸ μηδαμοῦ τοῦτο, τὴν δὲ μὴ παντελῆ τῷ ἐλλείπειν τι τούτῳ. Μέρος οὖν ὁρῶντες, τῷ παρόντι μέρει τὸ ἀπὸν λαμβάνοντες, ὃ ἔστι μὲν ἐν τῷ ὅλῳ εἶδει, ἐκεῖ δὲ ἄπεστιν, οὕτω κακίαν λέγομεν, ἐν ἀορίστῳ τὸ ἐστερημένον καταλιπόντες. Καὶ δὴ ἐπὶ τῆς ὕλης οἷον αἰσχρόν τι πρόσωπον ἰδόντες, οὐ κρατήσαντος ἐν αὐτῷ τοῦ λόγου, ὥστε κρύψαι τὸ τῆς ὕλης αἶσχος, αἰσχρὸν φανταζόμεθα τῇ τοῦ εἴδους ἐλλείψει. Ὃ δὲ μηδαμῇ εἴδους τετύχηκε, πῶς; ἢ τὸ παράπαν εἶδος ἀφαιροῦντες, πᾶν εἶδος ᾧ μὴ ταῦτα πάρεστι, λέγομεν εἶναι ὕλην, ἀμορφίαν καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν λαβόντες, ἐν τῷ πᾶν εἶδος ἀφελεῖν, εἰ ἐμέλλομεν ὕλην θεάσασθαι. Διὸ καὶ νοῦς ἄλλος οὗτος, οὐ νοῦς, τολμήσας ἰδεῖν τὰ μὴ αὐτοῦ· ὥσπερ ὄμμα ἀποστῆσαν αὐτὸ φωτὸς, ἵνα ἴδῃ τὸ σκότος, καὶ μὴ ἴδῃ, τῷ καταλιπεῖν τὸ φῶς, ἵνα ἴδῃ τὸ σκότος μεθ' οὗ οὐκ ἦν ἰδεῖν αὐτό· οὐδ' αὖ ἄνευ τοῦ, οἷόν τε ἦν ἰδεῖν, ἀλλὰ μὴ ἰδεῖν, ἵνα γένηται αὐτῷ ὡς οἷόν τε ἦν ἰδεῖν· οὕτως οὖν καὶ νοῦς εἴσω αὑτοῦ, τὸ αὐτοῦ καταλιπὼν φῶς καὶ οἷον ἔξω αὑτοῦ προελθών, εἰς τὰ μὴ αὑτοῦ ἐλθών, μὴ ἐπαγόμενος τὸ ἑαυτοῦ φῶς, ἔπαθε τοὐναντίον ἢ ἐστιν, ἵν' ἴδῃ τὸ αὐτῷ ἐναντίον.

IX. Quonam igitur hæc novimus? Ac primo quidem quonam novimus pravitatem? Virtutem quidem mente atque prudentia: se namque cognoscit: at vero quomodo pravitatem? Numquid, quemadmodum regula quadam rectum discernimus a non recto, sic et vitium tanquam virtuti non consequens? Sed numquid vitium cognoscimus, ipsum aspicientes? profecto integrum vitium nequaquam aspicientes animadvertimus: nam est infinitum. Itaque ablatione quadam, dum videlicet dicimus, virtutis omnino nihil habere: vitium vero non integrum ex hoc pensitamus, quod deficit a virtute. Partem ergo videntes, parteque præsenti, quod abest, reliquum suspicantes, quod quidem in tota specie continetur, hinc vero abest, hac ratione vitium judicamus in ipso indeterminato, quod est privatum derelinquentes. Atqui in ipsa materia quasi deformem faciem intuentes, quippe cum ratio ibi non dominetur, neque possit materiæ turpitudinem operire, nimirum deformitatem ex quodam speciei defectu excogitamus. At vero, quod nulla ex parte nactum est speciem, quo pacto cognoscimus? Fortasse omnino speciem adimentes, totum id, quod residuum est, cui non insunt species, asserimus esse materiam, ipsique interim informitatem quandam intra nos admittimus, dum universam speciem auferimus, si modo simus materiam inspecturi. Quapropter hic intellectus fit alius ac ferme non intellectus: dum, quæ sua non sunt, audet inspicere: quemadmodum oculus divertens a lumine, ut videat tenebras et non videat: propterea quod, ut tenebras videat, relinquit lumen: neque enim una cum lumine tenebras videre potest: neque rursus absque lumine videre potest quicquam, quo videlicet illi contingat, ut, quoad potest fieri, videat. Similiter intellectus in penetralibus suis proprium lumen occulens, et quasi extra se progrediens, in illa, quæ ab ipso aliena sunt, abit: nec interea proprium lumen admovet: ideoque contrariam naturæ suæ subit conditionem, ut, quod sibi contrarium est, inspicial.

Quod materia sit mala, non quia qualis sit, sed quia non qualis: sic deus est sine qualitate bonum. Item materiam esse prorsus informem: et quid sit forma.

Ι'. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Ἄποιος δὲ οὖσα πῶς κακή; ἢ ἄποιος λέγεται τῷ μηδὲν ἔχειν αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς τούτων τῶν ποιοτήτων, ἃς δέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ ὡς ὑποκειμένῳ ἔσονται· οὐ μὴν οὕτως, ὡς μηδεμίαν φύσιν ἔχειν. Εἰ δὴ ἔχει τινὰ φύσιν, ταύτην τὴν φύσιν τί κωλύει κακὴν εἶναι; οὐχ οὕτω δέ, κακὴν, ὡς ποιόν· ἐπειδὴ καὶ τὸ ποιὸν τοῦτό ἐστι, καθ' ὃ ἕτερον ποιὸν λέγεται. Συμβεβηκὸς οὖν τὸ ποιὸν, καὶ ἐν ἄλλῳ· ἡ δὲ ὕλη οὐκ ἐν ἄλλῳ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ τὸ συμβεβηκὸς περὶ αὐτό. Τοῦ οὖν ποιοῦ τὴν φύσιν συμβεβηκότος ἔχοντος οὐ τυχοῦσα ἄποιος λέγεται. Εἰ τοίνυν καὶ ἡ ποιότης αὐτὴ ἄποιος, πῶς ἡ ὕλη οὐ δεξαμένη ποιότητα ποιὰ ἂν λέγοιτο; Ὀρθῶς ἄρα λέγοιτο καὶ ἄποιος εἶναι καὶ κακή· οὐ γὰρ λέγεται κακὴ τῷ ποιότητα ἔχειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ ποιότητα μὴ ἔχειν, ἵνα μὴ ᾖ ἴσως κακὴ, εἶδος οὖσα, ἀλλὰ μὴ ἐναντία τῷ εἴδει φύσις.

X. Hactenus de his satis fuerit dictum. Cum vero materia omnino qualitatis sit expers, quanam conditione dicitur esse mala? Forsan qualitate vacua dicitur, quoniam nullam ex se ipsa possideat qualitatum, quas susceptura est, in ipsa velut in subjecto futuras: neque tamen ita dicitur esse non qualis, quasi naturam habeat nullam. Quod si quam naturam habet, quidnam prohibet, quo minus naturam hanc malam esse dicamus? neque sic, inquam, malam, quasi quadam præditam qualitate: quandoquidem id ipsum quale est, cujus præsentia aliud quoque quale denominatur. Quale igitur accidens est, jacetque in alio: materia vero non est in alio, sed est subjectum, circa quod accidens omne versatur. Cum itaque quod quale dicitur, naturam habeat accidentis, nimirum materia id nequaquam sortita, dicitur esse non qualis. Quin etiam si qualitas ipsa est non qualis: quonam pacto materia non sortita qualitatem poterit dici qualis? Recte ergo dicetur et non qualis, simul et mala. Non enim eo, quod qualitatem habeat, mala censetur, imo ex eo potius, quod nullam habeat qualitatem, ne si foret species, fortasse quodammodo quidem mala foret, non tamen contraria speciei natura.

Utrum malum sit privatio summa? et utrum esse per se et in se possit? Respondetur distinguendo.

ΙΑ'. Ἀλλ' ἡ ἐναντία τῷ εἴδει παντὶ φύσις στέρησις· στέρησις δὲ ἀεὶ ἐν ἄλλῳ καὶ ἐπ' αὐτῆς οὐχ ὑπόστασις· ὥστε τὸ κακὸν εἰ ἐν στερήσει, ἐν τῷ ἐστερη-

XI. Verum contraria speciei universæ natura privatio est: privatio autem semper in alio, in se ipsa vero non est substantia. Malum igitur si est in privatione situm, certe in eo, quod specie privatum est, erit malum Ita-

μένῳ εἴδους τὸ κακὸν ἔσται· ὥστε καθ' ἑαυτὸ οὐκ ἔσται. Εἰ οὖν ἐν τῇ ψυχῇ ἔσται τὸ κακὸν, ἡ στέρησις ἐν αὐτῇ τὸ κακὸν καὶ ἡ κακία ἔσται, καὶ οὐδὲν ἔξω· ἐπεὶ καὶ ἄλλοι λόγοι τὴν ὕλην ὅλως ἀναιρεῖν ἀξιοῦσιν· οἱ δὲ οὐδ' αὐτὴν κακὴν εἶναι οὖσαν. Οὐδὲν οὖν δεῖ ἄλλοθεν ζητεῖν τὸ κακὸν, ἀλλὰ θέμενον ἐν ψυχῇ οὕτω θέσθαι ἀπουσίαν ἀγαθοῦ εἶναι. Ἀλλ' εἰ ἡ στέρησις ἐπιβάλλοντός ἐστι παρεῖναι εἴδους τινὸς, εἰ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις ἐν ψυχῇ, τὴν δὲ κακίαν ἐν αὐτῇ ποιεῖ τῷ λόγῳ τῷ ἑαυτῆς, ἡ ψυχὴ οὐδὲν ἔχει ἀγαθόν· οὐ τοίνυν οὐδὲ ζωὴν, οὖσα ψυχή. Ἄψυχον ἄρα ἔσται ἡ ψυχὴ, εἴπερ μηδὲ ζωήν· ὥστε ψυχὴ οὖσα οὐκ ἔσται ψυχή. Ἔχει ἄρα τῷ ἑαυτῆς λόγῳ ζωήν· ὥστε οὐ στέρησιν ἔχει τὴν τοῦ ἀγαθοῦ παρ' αὐτῆς. Ἀγαθοειδὲς ἄρα, ἔχουσά τι ἀγαθὸν νοῦ ἴχνος, καὶ οὐ κακὸν παρ' αὐτῆς· οὐκ ἄρα οὐδὲ πρώτως κακὸν, οὐδὲ συμβεβηκός τι αὐτῇ τὸ πρώτως κακὸν, ὅτι μηδὲ ἄπεστιν αὐτῆς πᾶν τὸ ἀγαθόν.

que per se ipsum esse non poterit. Si ergo in anima erit malum, privatio in ea malum et pravitas erit, nihilque extrinsecus oportebit accipere, unde in ea sit malum : quoniam et aliæ rationes materiam penitus auferunt : hæ vero neque ipsam quidem, cum sit, putant esse malam. Nihil igitur est aliunde quærendum quasi malum : sed, qui malum in anima collocat, ita collocet, ut sit absentia boni. At si privatio speciei cujusdam est spectantis ad esse, atque boni privatio est in anima, quæ quidem pravitatem in ea sua quadam efficit ratione : consequens est, ut anima nihil habeat boni. Jam igitur neque habebit vitam, etiam dum est anima. Quodsi vita caruerit, anima erit inanimis : itaque etiam dum anima erit, non erit anima. Habet igitur sua ratione vitam. Quamobrem privationem boni ex se ipsa non habet. Est igitur boniformis, utpote quæ bonum aliquod habeat vestigium intellectus : neque ex se ipsa malum : neque igitur primo malum est, neque rursus, quod est primo malum, est animæ accidens, quippe cum ab ea non absit omne bonum.

Utrum ipsum malum non sit purum malum, sitque in anima. Respondetur, esse purum, neque in anima.

ΙΒ'. Τί οὖν εἰ μὴ παντελῆ στέρησιν λέγοι ἀγαθοῦ τὴν κακίαν καὶ τὸ κακὸν τὸ ἐν ψυχῇ, ἀλλά τινα στέρησιν ἀγαθοῦ; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, τὸ μὲν ἔχουσα, τὸ δὲ ἐστερημένη, μικτὴν ἕξει τὴν αἴσθησιν, καὶ οὐκ ἄκρατον τὸ κακὸν, καὶ οὔπω εὕρηται τὸ πρῶτον καὶ ἄκρατον κακόν· καὶ τὸ μὲν ἀγαθὸν τῇ ψυχῇ ἔσται ἐν οὐσίᾳ· συμβεβηκὸς δέ τι τὸ κακόν.

XII. Quid ergo, si quis non universam privationem boni pravitatem malumque in anima, sed quandam boni privationem esse dixerit? Profecto, si ita res se habeat, partim quidem habens, partim vero carens, mistum habebit sensum, neque purum malum, atque ita nondum primum purumque malum nobis erit inventum. Et bonum quidem animæ in ipsa sui erit essentia : malum vero accidens quoddam esse censebitur.

Utrum ipsum malum sit impedimentum in anima : et quomodo anima descendat in malum, scilicet materiam.

ΙΓ'. Εἰ μὴ ἄρα τούτῳ κακὸν ἢ ἐμπόδιον, ὥσπερ ὀφθαλμῷ πρὸς τὸ βλέπειν. Ἀλλ' οὕτω ποιητικὸν κακοῦ ἔσται τὸ κακὸν αὐτῆς, καὶ οὕτω ποιητικὸν, ὡς ἑτέρου τοῦ κακοῦ αὐτοῦ ὄντος. Εἰ οὖν ἡ κακία ἐμπόδιον τῇ ψυχῇ, ποιητικὸν κακοῦ, ἀλλ' οὐ τὸ κακὸν ἡ κακία ἔσται· καὶ ἡ ἀρετὴ δὲ οὐ τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἢ ὡς σύνεργον· ὥστε εἰ μὴ ἡ ἀρετὴ τὸ ἀγαθὸν, οὐδ' ἡ κακία τὸ κακόν· εἶτα καὶ ἡ ἀρετὴ οὐκ αὐτὴ τὸ καλὸν οὐδ' αὐταγαθόν· οὐ τοίνυν οὐδὲ ἡ κακία αὐτὸ τὸ αἰσχρὸν οὐδ' αὐτόκακον. Ἔφαμεν δὲ τὴν ἀρετὴν οὐκ αὐτόκαλον οὐδ' αὐταγαθὸν, ὅτι πρὸ αὐτῆς καὶ ἐπέκεινα αὐτῆς αὐτόκαλον καὶ αὐταγαθόν· καὶ μεταλήψει πως ἀγαθὸν καὶ καλόν. Ὡς οὖν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀναβαίνοντι τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς κακίας καταβαίνοντι τὸ κακὸν αὐτὸ, ἀρξαμένῳ μὲν ἀπὸ τῆς κακίας· θεωροῦντι μὲν ἡ θεωρία ἥτις ἐστὶ τοῦ κακοῦ αὐτοῦ, γινομένῳ δὲ ἡ μετάληψις αὐτοῦ· γίνεται γὰρ παντάπασαν ἐν τῷ τῆς ἀνομοιότητος τόπῳ, ἔνθα, ὡς εἰς αὐτὴν, εἰς βόρβορον σκοτεινὸν ἔσται πεσών· ἐπεὶ καὶ εἰ παντελῶς ἴοι ἡ ψυχὴ εἰς παντελῆ κακίαν, οὐκ ἔτι κακίαν ἔχει, ἀλλ' ἑτέραν φύσιν τὴν χείρω ἠλλάξατο· ἔτι γὰρ ἀνθρωπικόν ἡ κακία μεμιγμένη τινὶ ἐναντίῳ. Ἀποθνήσκει οὖν, ὡς ψυχὴ ἂν θάνοι· καὶ ὁ θάνατος αὐτῇ, καὶ ἔτι ἐν τῷ σώματι βεβαπτισμένῃ, ἐν ὕλῃ ἐστὶ καταδῦναι καὶ πλησθῆναι αὐτῆς· καὶ ἐξελθοῦσῃ ἐκεῖ κεῖσθαι, ἕως ἀναδράμῃ καὶ ἀφέλῃ πως

XIII. Nisi forte malum huic impedimentum esse dicatur, quemadmodum oculo ad videndum. Quod si ita sit, certe malum ejus causa erit mali, atque ita causa, quasi aliud quiddam sit ipsum malum. Si igitur vitium impedimentum animæ sit, certe vitium non malum ipsum erit, sed causa mali : etenim virtus non est bonum, sed velut conferens. Quodsi virtus non est bonum, neque vitium ergo malum : proinde virtus neque est ipsum pulchrum, neque ipsum bonum : similiter ergo neque vitium est ipsum turpe, aut ipsum malum. Diximus vero virtutem non esse ipsum pulchrum, neque bonum ipsum : quoniam ante eam et super eam exstat ipsum pulchrum ipsumque bonum. Iccirco participatione quadam virtus bonum pulchrumque censetur. Quemadmodum igitur animo a virtute superius ascendenti ipsum pulchrum bonumque occurrit : sic et a pravitate inferius descendenti malum ipsum fit obvium, dum videlicet a pravitate facit exordium, atque inde jam intuetur malum, si quis modo esse potest mali ipsius intuitus. Denique cum jam descenderit, subit malum : proruit vero penitus in ipsam dissimilitudinis regionem, ubi mersus in eam jam in cœnum tenebrosum dicitur corruisse : quandoquidem, si anima in universam omnino corruat pravitatem, non amplius pravitatem habebit, sed naturam aliam subibit deteriorem. Pravitas enim adhuc humanum quiddam est cuidam permista contrario. Moritur ergo vitiosus homo ea videlidet conditione, qua mori potest anima. Mors autem animæ est et, dum corpore mergitur, in materiam labi ipsaque repleri, et, postquam deposuit corpus, eodem luto revolvi, donec tandem ad superiora recurrat atque a cœno sursum tollat aspectum :

Quomodo, quod est informe, cognosci possit ab anima, quæ est forma, et per formas solet cognoscere.

Θ'. Τίνι οὖν ἐγνωρίσαμεν ταῦτα; καὶ πρῶτον κακίαν τίνι; ἀρετὴν μὲν γὰρ νῷ αὐτῷ καὶ φρονήσει· αὐτὴν γὰρ γνωρίζει· κακίαν δὲ πῶς; ἢ ὥσπερ κανόνι τὸ ὀρθὸν καὶ μή, οὕτω καὶ τὸ μὴ ἐναρμόζον τῇ ἀρετῇ, κακίαν; Βλέποντες οὖν αὐτὸ ἢ μὴ βλέποντες τὴν κακίαν λέγω; ἢ τὴν μὲν παντελῆ κακίαν οὐ βλέποντες, καὶ γὰρ ἄπειρον. Ἀφαιρέσει οὖν τὸ μηδαμοῦ τοῦτο, τὴν δὲ μὴ παντελῆ τῷ ἐλλείπειν τι τούτῳ. Μέρος οὖν ὁρῶντες, τῷ παρόντι μέρει τὸ ἀπὸν λαμβάνοντες, ὃ ἔστι μὲν ἐν τῷ ὅλῳ εἶδει, ἐκεῖ δὲ ἄπεστιν, οὕτω κακίαν λέγομεν, ἐν ἀορίστῳ τὸ ἐστερημένον καταλιπόντες. Καὶ δὴ ἐπὶ τῆς ὕλης οἷον αἰσχρόν τι πρόσωπον ἰδόντες, οὐ κρατήσαντος ἐν αὐτῷ τοῦ λόγου, ὥστε κρύψαι τὸ τῆς ὕλης αἶσχος, αἰσχρὸν φανταζόμεθα τῇ τοῦ εἴδους ἐλλείψει. Ὁ δὲ μηδαμῇ εἴδους τετύχηκε, πῶς; ἢ τὸ παράπαν εἶδος ἀφαιροῦντες, πᾶν εἶδος ᾧ μὴ ταῦτα πάρεστι, λέγομεν εἶναι ὕλην, ἀμορφίαν καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν λαβόντες, ἐν τῷ πᾶν εἶδος ἀφελεῖν, εἰ ἐμέλλομεν ὕλην θεάσασθαι. Διὸ καὶ νοῦς ἄλλος οὗτος, οὐ νοῦς, τολμήσας ἰδεῖν τὰ μὴ αὐτοῦ· ὥσπερ ὄμμα ἀποστῆσαν αὐτὸ φωτὸς, ἵνα ἴδῃ τὸ σκότος, καὶ μὴ ἴδῃ, τῷ καταλιπεῖν τὸ φῶς, ἵνα ἴδῃ τὸ σκότος μεθ' οὗ οὐκ ἦν ἰδεῖν αὐτό· οὐδ' αὖ ἄνευ τοῦ, οἷόν τε ἦν ἰδεῖν, ἀλλὰ μὴ ἰδεῖν, ἵνα γένηται αὐτῷ ὡς οἷόν τε ἦν ἰδεῖν· οὕτως οὖν καὶ νοῦς εἴσω αὑτοῦ, τὸ αὑτοῦ καταλιπὼν φῶς καὶ οἷον ἔξω αὑτοῦ προελθὼν, εἰς τὰ μὴ αὑτοῦ ἐλθών, μὴ ἐπαγόμενος τὸ ἑαυτοῦ φῶς, ἔπαθε τοὐναντίον ἢ ἔστιν, ἵν' ἴδῃ τὸ αὐτῷ ἐναντίον.

IX. Quonam igitur hæc novimus? Ac primo quidem quonam novimus pravitatem? Virtutem quidem mente atque prudentia: se namque cognoscit: at vero quomodo pravitatem? Numquid, quemadmodum regula quadam rectum discernimus a non recto, sic et vitium tanquam virtuti non consequens? Sed numquid vitium cognoscimus, ipsum aspicientes? profecto integrum vitium nequaquam aspicientes animadvertimus: nam est infinitum. Itaque ablatione quadam, dum videlicet dicimus, virtutis omnino nihil habere: vitium vero non integrum ex hoc pensitamus, quod deficit a virtute. Partem ergo videntes, parteque præsenti, quod abest, reliquum suspicantes, quod quidem in tota specie continetur, hinc vero abest, hac ratione vitium judicamus in ipso indeterminato, quod est privatum derelinquentes. Atqui in ipsa materia quasi deformem faciem intuentes, quippe cum ratio ibi non dominetur, neque possit materiæ turpitudinem operire, nimirum deformitatem ex quodam speciei defectu exeogitamus. At vero, quod nulla ex parte nactum est speciem, quo pacto cognoscimus? Fortasse omnino speciem abmentes, totum id, quod residuum est, cui non insunt species, asserimus esse materiam, ipsique interim informitatem quandam intra nos admittimus, dum universam speciem auferimus, si modo simus materiam inspecturi. Quapropter hic intellectus fit alius ac ferme non intellectus: dum, quæ sua non sunt, audet inspicere: quemadmodum oculus divertens a lumine, ut videat tenebras et non videat: propterea quod, ut tenebras videat, relinquit lumen: neque enim una cum lumine tenebras videre potest: neque rursus absque lumine videre potest quicquam, quo videlicet illi contingat, ut, quod potest fieri, videat. Similiter intellectus in penetralibus suis proprium lumen occulens, et quasi extra se progredicns, in illa, quæ ab ipso aliena sunt, abit: nec interea proprium lumen admovet: ideoque contrariam naturæ suæ subditi conditionem, ut, quod sibi contrarium est, inspicial.

Quod materia sit mala, non quia qualis sit, sed quia non qualis: sic deus est sine qualitate bonum. Item materiam esse prorsus informem: et quid sit forma.

Ι'. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Ἄποιος δὲ οὖσα πῶς κακή; ἢ ἄποιος λέγεται τῷ μηδὲν ἔχειν αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς τούτων τῶν ποιοτήτων, ἃς δέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ ὡς ὑποκειμένῳ ἔσονται· οὐ μὴν οὕτως, ὡς μηδεμίαν φύσιν ἔχειν. Εἰ δὴ ἔχει τινὰ φύσιν, ταύτην τὴν φύσιν τί κωλύει κακὴν εἶναι; οὐχ οὕτω δὲ, κακὴν, ὡς ποιόν· ἐπειδὴ καὶ τὸ ποιὸν τοῦτό ἐστι, καθ' ὃ ἕτερον ποιὸν λέγεται. Συμβεβηκὸς οὖν τὸ ποιὸν, καὶ ἐν ἄλλῳ· ἡ δὲ ὕλη οὐκ ἐν ἄλλῳ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ τὸ συμβεβηκὸς περὶ αὐτό. Τοῦ οὖν ποιοῦ τὴν φύσιν συμβεβηκότος ἔχοντος οὐ τυχοῦσα ἄποιος λέγεται. Εἰ τοίνυν καὶ ἡ ποιότης αὐτὴ ἄποιος, πῶς ἡ ὕλη οὐ δεξαμένη ποιότητα ποιὰ ἂν λέγοιτο; Ὀρθῶς ἄρα λέγοιτο καὶ ἄποιος εἶναι καὶ κακή· οὐ γὰρ λέγεται κακὴ τῷ ποιότητα ἔχειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῷ ποιότητα μὴ ἔχειν, ἵνα μὴ ᾖ ἴσως κακὴ, εἶδος οὖσα, ἀλλὰ μὴ ἐναντία τῷ εἴδει φύσις.

X. Hactenus de his satis fuerit dictum. Cum vero materia omnino qualitatis sit expers, quanam conditione dicitur esse mala? Forsan qualitate vacua dicitur, quoniam nullam ex se ipsa possideat qualitatum, quas susceptura est, in ipsa velut in subjecto futuras: neque tamen ita dicitur esse non qualis, quasi naturam habeat nullam. Quod si quam naturam habet, quidnam prohibet, quo minus naturam hanc malam esse dicamus? neque sic, inquam, malam, quasi quadam prædilam qualitate: quandoquidem id ipsum quale est, cujus præsentia aliud quoque quale denominatur. Quale igitur accidens est, jacetque in alio: materia vero non est in alio, sed est subjectum circa quod accidens omne versatur. Cum itaque quod quale dicitur, naturam habeat accidentis, nimirum materia id nequaquam sortita, dicitur esse non qualis. Quod etiam si qualitas ipsa est non qualis: quonam pacto materia non sortita qualitatem poterit dici qualis? Recte ergo dicetur et non qualis, simul et mala. Non enim eo, quod qualitatem habeat, mala censetur, imo ex eo potius, quod nullam habeat qualitatem, ne si foret species, fortasse quodammodo quidem mala foret, non tamen contraria speciei natura.

Utrum malum sit privatio summa? et utrum esse per se et in se possit? Respondetur distinguendo.

ΙΑ'. Ἀλλ' ἡ ἐναντία τῷ εἴδει παντὶ φύσις στέρησις· στέρησις δὲ ἀεὶ ἐν ἄλλῳ καὶ ἐπ' αὐτῆς οὐχ ὑπόστασις· ὥστε τὸ κακὸν εἰ ἐν στερήσει, ἐν τῷ ἐστερη-

XI. Verum contraria speciei universæ natura privati est: privatio autem semper in alio, in se ipsa vero non est substantia. Malum igitur si est in privatione situm certe in eo, quod specie privatum est, erit malum il

καταλαβεῖν καὶ οἷον συσπειράθῆναι ποιῆσαι ἐκείνην· ἡ δὲ ἔλαβεν οἷον κλέψασα, ποιῆσαι κακὸν εἶναι, ἕως ἂν δυνηθῇ ἀναδραμεῖν· ὕλη τοίνυν καὶ ἀσθενείας ψυχῇ αἰτία, καὶ κακίας αἰτία. Πρότερον ἄρα κακὴ αὐτὴ καὶ πρῶτον κακόν· καὶ γὰρ εἰ αὐτὴ ἡ ψυχὴ τὴν ὕλην ἐγέννησε παθοῦσα, καὶ εἰ ἐκοινώνησεν αὐτῇ, καὶ ἐγένετο κακή, ἡ ὕλη αἰτία παροῦσα· οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο εἰς αὐτήν, μὴ τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς τὴν γένεσιν λαβοῦσα.

quem continet ipsa, comprehendit et quasi contrahi eam efficit. Quod autem inde surripit quasi furto, reddit malum, donec illinc valeat aufugere. Materia igitur et debilitatis et pravitatis animæ causa est. Quare ipsa prius est mala primumque malum. Etenim, si anima ipsa materiam genuit patiens [*sive* præsens], ac si communicavit cum ipsa evasitque mala, certe materia in causa est præsentia sua : neque enim anima accessit ad eam, nisi generationem ejus præsentia adsumpsisset.

Probatur materiam esse, scilicet prorsus informem. Item, quomodo malum fiat in anima : quomodo materia intus mala.

ΙΕ'. Εἰ δέ τις τὴν ὕλην μὴ φησὶν εἶναι, δεικτέον αὐτῷ ἐκ τῶν περὶ ὕλης λόγων τὴν ἀνάγκην τῆς ὑποστάσεως αὐτῆς, διὰ πλειόνων ἐκεῖ περὶ τούτου εἰρημένου. Κακὸν δὲ εἴ τις λέγοι τοπαράπαν ἐν τοῖς οὖσι μὴ εἶναι, ἀνάγκη αὐτῷ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀναιρεῖν, καὶ μηδὲ ὀρεκτὸν μηδὲν εἶναι, μὴ τοίνυν μηδ' ὄρεξιν, μηδ' αὖ ἔκκλισιν, μηδὲ νόησιν· ἡ γὰρ ὄρεξις ἀγαθοῦ· ἡ δὲ ἔκκλισις κακοῦ· ἡ δὲ νόησις καὶ ἡ φρόνησις ἀγαθοῦ ἐστι καὶ κακοῦ· καὶ αὕτη ἕν τι τῶν ἀγαθῶν. Εἶναι μὲν οὖν δεῖ καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἄμικτον ἀγαθὸν, τὸ δὲ μεμιγμένον ἤδη ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ πλείονος κακοῦ μεταλαβόν, ἤδη καὶ αὐτὸ συντελέσαν ἐκείνῳ ἐν τῷ ὅλον κακόν· ἐλάττονος δὲ ἧ ἠλάττωται τῷ ἀγαθῷ· ἐπεὶ καὶ ψυχῇ τί ἂν εἴη κακόν; ἢ τίνι ἄν, μὴ ἐφαψαμένῃ τῆς φύσεως τῆς χείρονος; ἐπεὶ οὐδὲ ἐπιθυμίαι, οὐδ' αὖ λῦπαι, οὐ θυμοὶ, οὐ φόβοι· καὶ γὰρ φόβοι τῷ συνθέτῳ, μὴ λυθῇ· καὶ λῦπαι καὶ ἀλγηδόνες, λυομένου· ἐπιθυμίαι δὲ, ἐνοχλοῦντός τινος τῇ συστάσει, ἢ, ἵνα μὴ ἐνοχλῇ, ἴασιν προνοουμένου. Φαντασία δὲ πληγὴ ἀλόγου ὡς ἔξωθεν· δέχεται δὲ τὴν πληγὴν διὰ τοῦ οὐκ ἀμεροῦς· καὶ δόξα δὴ ψευδὴς ἔξωθεν γενομένη τοῦ ἀληθοῦς αὐτοῦ. Ἔξωθεν δὲ γίνεται τῷ μὴ εἶναι καθαρά· ἡ δὲ πρὸς νοῦν ὄρεξις ἄλλο· συνεῖναι γὰρ δεῖ μόνον καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυμένην, οὐ νεύσασαν εἰς τὸ χεῖρον. Τὸ δὲ κακὸν οὐ μόνον ἐστὶ κακὸν διὰ δύναμιν ἀγαθοῦ καὶ φύσιν, ἐπείπερ ἐφάνη ἐξ ἀνάγκης περιληφθὲν δεσμοῖς τισι καλοῖς, οἷα δεσμῶταί τινες χρυσῷ, κρύπτεται τούτοις, ἵνα οὖσα μὴ ὁρῷτο τοῖς θεοῖς, καὶ ἄνθρωποι ἔχοιεν μὴ ἀεὶ τὸ κακὸν βλέπειν, ἀλλ', ὅταν καὶ βλέπωσιν, εἰδώλοις τοῦ καλοῦ εἰς ἀνάμνησιν συνῶσιν.

XV. Si quis autem materiam esse negaverit, monstrandum erit illi ex disputationibus de materia tractantibus, quam necessarium sit esse materiam : multa enim illic in hanc sententiam adducuntur. Præterea si quis malum in ordine rerum esse omnino negaverit, bonum quoque tolli compelletur, et quicquid usquam est appetendum, ipsumque appetitum, item declinationem, atque rursus intelligentiam. Appetitus enim boni est : declinatio vero mali. Intelligentia denique et prudentia boni simul est atque mali : ipsaque in bonorum numero collocatur. Oportet igitur esse bonum, rursusque bonum purum, nec non mistum ex bono atque malo : item quod plus mali participat, ad id jam declinare, quod est totum malum : quod vero minus habet mali, hoc ipsum, quod minus habet, ad bonum spectare. Jam vero quidnam animæ malum erit? et cuinam animæ, nisi naturam attingat deteriorem? Alioquin neque cupiditates, neque dolores, neque iræ, neque timores exorirentur. Etenim timentes composito metuunt, ne solvatur. Rursusque dolores et cruciatus, ubi compositum dissolvitur, oriuntur. Præterea concupiscentiæ inolescunt, ubi aliquid compositionem ipsam disturbat : vel ne quid perturbet, insurgunt, quasi remedio consulentes. Phantasia vero impulsio quædam est viventis irrationalis ab externis illata : suscipit autem impulsionem per ipsum, quod non est impartibile. Opiniones denique falsæ animæ extra ipsum verum positæ accidunt. Extra vero ponitur, eo quod non est pura. At vero instinctus ad intellectum vergens aliud quiddam est. Oportet enim intellectui duntaxat hærere, atque animam in eo locatam firmiter permanere, neque ad id unquam, quod est deterius, declinare. Malum vero non solum malum est ob ipsam boni potentiam atque naturam : quoniam occurrit ex necessitate pulchris quibusdam vinculis comprehensum atque opertum, instar eorum qui catenis aureis vinciuntur : ne palam in conspectum deorum prodeat, neve homines nudum malum semper ante oculos habeant, et, si quando quoquomodo videant, tunc pulchris ipsius boni simulacris in boni memoriam revocentur.

τὴν ὄψιν ἐκ τοῦ βορβόρου καὶ τοῦτο ἔστι τὸ ἐν ᾅδου ἐλθόντα ἐπικαταδαρθεῖν.

alioquin hoc ipsum fuerit, quod dicitur, animam delapsam ad inferos dormitare.

Quomodo malum in animo sit debilitas. Quomodo anima corpori conjuncta sit, quomodo separata.

ΙΔ'. Εἰ δέ τις ἀσθένειαν ψυχῆς τὴν κακίαν λέγοι, εὐπαθῆ γοῦν καὶ εὐκίνητον εἶναι τὴν κακὴν ἀπὸ παντὸς εἰς ἅπαν κακὸν φερομένην· εὐκίνητον μὲν εἰς ἐπιθυμίας, εὐερέθιστον δὲ εἰς ὀργάς, προπετῆ δὲ εἰς συγκαταθέσεις, καὶ ταῖς ἀμυδραῖς φαντασίαις εἴκουσαν ῥᾳδίως, οἷα τὰ ἀσθενέστατα τῶν φύσει ἢ τέχνῃ πεποιημένων, ἃ ῥᾳδίως ἔχει ὑπό τε πνευμάτων ὑπό τε εἰλήσεων τὴν φθοράν· ἄξιον ἂν εἴη ζητεῖν, τίς καὶ πόθεν ἡ ἀσθένεια τῆς ψυχῆς; Οὐ γὰρ δὴ ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸ ἀσθενές· ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ ἡ πρὸς τὸ ἔργον ἀδυναμία καὶ τὸ εὐπαθές, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀναλογία τὴν τῆς ἀσθενείας ἔσχε προσηγορίαν· εἰ μὴ ταύτῃ εἰς τὸ αὐτὸ αἴτιον ἡ ὕλη τῆς ἀσθενείας. Ἀλλὰ προσιτέον ἐγγὺς τῷ λόγῳ, τί τὸ αἴτιον ἐν τῷ λεγομένῳ ἀσθενεῖ τῆς ψυχῆς. Οὐ γὰρ δὴ πυκνότητες ἢ ἀραιότητες· οὐδ' αὖ ἰσχνότητες ἢ παχύτητες, ἢ νόσος ὥσπερ τις πυρετὸς, ἀσθενῆ ἐποίησε ψυχὴν εἶναι. Ἀνάγκη δὲ τὴν τοιαύτην ἀσθένειαν ψυχῆς ἢ ἐν ταῖς χωρισταῖς παντελῶς, ἢ ἐν ταῖς ἐνύλοις, ἢ ἐν ἀμφοτέραις εἶναι. Εἰ δὲ μὴ ἐν ταῖς χωρὶς ὕλης, καθαραὶ γὰρ πᾶσαι, καὶ, τὸ λεγόμενον, ἐπτερωμέναι, καὶ τέλειοι, καὶ τὸ ἔργον αὐταῖς ἀνεμπόδιστον, λοιπὸν ἐν ταῖς πεσούσαις εἶναι τὴν ἀσθένειαν, ταῖς οὐ καθαραῖς οὐδὲ κεκαθαρμέναις, καὶ ἡ ἀσθένεια αὐταῖς εἴη ἂν οὐκ ἀφαίρεσις τινὸς, ἀλλ' ἀλλοτρίου παρουσία, ὥσπερ φλέγματος ἢ χολῆς ἐν σώματι. Τοῦ δὲ πτώματος τὸ αἴτιον τῇ ψυχῇ σαφέστερον λαμβάνουσι, καὶ ὡς προσήκει λαβεῖν, καταφανὲς ἔσται τὸ ζητούμενον, ἡ τῆς ψυχῆς ἀσθένεια. Ἔστιν οὖν ἐν τοῖς οὖσιν ὕλη· ἔστι δὲ καὶ ψυχὴ, καὶ οἷον τόπος εἶς τις. Οὐ γὰρ χωρὶς μὲν ὁ τόπος τῇ ὕλῃ, χωρὶς δ' αὖ ὁ τῆς ψυχῆς· οἷον ὁ μὲν ἐν γῇ τῇ ὕλῃ, ὁ δὲ ἐν ἀέρι τῇ ψυχῇ· ἀλλ' ὁ τόπος τῇ ψυχῇ χωρὶς, τὸ μὴ ἐν ὕλῃ· τοῦτο δὲ, τὸ μὴ ἑνωθῆναι τῇ ὕλῃ· τοῦτο δὲ, τὸ μὴ ἓν τι ἐξ αὐτῆς καὶ ὕλης γενέσθαι· τοῦτο δὲ, τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ὕλῃ γενέσθαι· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ χωρὶς εἶναι. Δυνάμεις δὲ ψυχῆς πολλαί· καὶ ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ ἔσχατα ψυχὴ ἔχει· ὕλη δὲ παροῦσα προσαιτεῖ, οἷον καὶ ἐνοχλεῖ καὶ εἰς τὸ εἴσω παρελθεῖν ἐθέλει· πᾶς δὲ ὁ χῶρος ἱερὸς, καὶ οὐδέν ἐστιν, ὃ ἀμοιρόν ἐστι ψυχῆς. Ἐλλάμπεται οὖν ὑποβάλλουσα ἑαυτὴν, καὶ ἀφ' οὗ μὲν ἐλλάμπεται, οὐ δύναται λαβεῖν· οὐ γὰρ ἀνέχεται αὐτὴν ἐκεῖνο, καίτοι παροῦσαν, ὅτι μὴ ὁρᾷ διὰ κάκην. Τὴν δὲ ἔλλαμψιν καὶ τὸ ἐκεῖθεν φῶς ἐσκότωσε τῇ μίξει καὶ ἀσθενὲς πεποίηκε, τὴν γένεσιν αὐτὴ παρασχοῦσα, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν· οὐ γὰρ ἂν ἦλθε τῷ μὴ παρόντι. Καὶ τοῦτό ἐστι πτῶμα τῆς ψυχῆς, τὸ οὕτως ἐλθεῖν εἰς ὕλην καὶ ἀσθένειαν, ὅτι πᾶσαι αἱ δυνάμεις οὐ πάρεισιν εἰς ἐνέργειαν, κωλυούσης ὕλης παρεῖναι τῷ τὸν τόπον, ὃν κατέχει αὐτὴ,

XIV. Dixerit forte quispiam pravitatem esse debilitatem animæ : malam namque animam facile admodum et a quolibet pati atque moveri, et in malum omne transferri ad libidines pronam, præcipitem ad iras atque inducias, levissimis imaginationis judiciis inconsiderate cedentem, non aliter, quam quæ vel natura vel arte facta sunt debilissima. Hæc enim a ventis turbinibusque [*corr.* æstibusque] facile corrumpuntur. Operæ pretium vero est ab eo, qui ita dixerit, sciscitari, quænam et unde animæ sit imbecillitas? Neque enim qualis in corporibus, talis omnino est in anima imbecillitas, sed quemadmodum ibi debilitas est, non valere opus proprium exsequi, atque etiam facillime pati : ita ferme et hic similitudo quædam proportionis appellationem debilitatis induxit, nisi forte materia eadem causa debilitatis sit utriusque. Verum ratione propius accedendum perscrutandumque, quænam hujus causa sit, quod in anima infirmitatis nomen accepit. Neque enim natura quædam vel densa, vel extenuata, vel pinguis, vel morbus aliquis, velut febris, infirmam reddit animam. Præterea necesse est, ejusmodi debilitatem animæ vel in animabus a materia penitus segregatis, vel in conjunctis esse, vel in utrisque. At si in segregatis non est debilitas, puræ namque sunt omnes, et (ut dicitur) alatæ atque perfectæ, actionemque suam peragunt expeditam : reliquum est in animabus, quæ ceciderunt, esse debilitatem : siquidem nec puræ sunt nec expiatæ. Harum vero debilitas non est alicujus ablatio, sed alieni præsentia : velut pituitæ aut bilis in corpore. Proinde, si causam, ob quam anima cadit, plane recteque comprehendamus, compertum jam nobis erit, quod quærimus, quæ videlicet sit debilitas animæ. Est sane in ordine rerum materia, est et anima ac velut utriusque locus unus. Non enim seorsum est materiæ locus, seorsum insuper locus animæ : perinde ac si materiæ locus sit in terra, animæ autem in aere : sed locus animæ, qui dicitur a materia separatus, significat non esse animam in materia. Hoc autem indicat eam materiæ non uniri : id rursus ostendit non fieri unum quiddam ex animæ simul atque materia. Hoc denique innuit, non esse animam in materiali quasi subjecto : atque id ipsum est, quod dicitur animam esse a materia separatam. Vires autem animæ multæ sunt. Habet enim principium anima in se, mediaque iterum et postrema. Materia vero præsens affectat et quasi procax efflagitat, intro cupiens penetrare : at locus totus est sacer nihilque est expers animæ. Illustratur ergo materia sese illi subjiciens, neque tamen id, a quo illustratur, comprehendere valet. Illud enim eam, quamvis præsentem, minime sustinet, quoniam neque etiam videt ob pravitatem. Illustrationem vero lumenque inde proveniens materia obscurat permistione redditque debile : quippe cum ipsa generationem adhibeat occasionemque, ut in ipsam fiat introitus : nunquam enim accederet anima, nisi præsente materia. Atque id est animæ casus, in materiam ita labi debilemque evadere : quoniam non omnes animæ vires ad agendum adsunt, cum materia adesse prohibeat : propterea, quod locum

καταλαβεῖν καὶ οἷον συσπειρηθῆναι ποιῆσαι ἐκείνην· ὃ δὲ ἔλαβεν οἷον κλέψασα, ποιῆσαι κακὸν εἶναι, ἕως ἂν δυνηθῇ ἀναδραμεῖν· ὕλη τοίνυν καὶ ἀσθενείας ψυχῇ αἰτία, καὶ κακίας αἰτία. Πρότερον ἄρα κακὴ αὐτὴ καὶ πρῶτον κακόν· καὶ γὰρ εἰ αὐτὴ ἡ ψυχὴ τὴν ὕλην ἐγέννησε παθοῦσα, καὶ εἰ ἐκοινώνησεν αὐτῇ, καὶ ἐγένετο κακή, ἡ ὕλη αἰτία παροῦσα· οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο εἰς αὐτήν, μὴ τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς τὴν γένεσιν λαβοῦσα.

quem continet ipsa, comprehendit et quasi contrahi eam efficit. Quod autem inde surripit quasi furto, reddit malum, donec illinc valeat aufugere. Materia igitur et debilitatis et pravitatis animæ causa est. Quare ipsa prius est mala primumque malum. Etenim, si anima ipsa materiam genuit patiens [*sive* præsens], ac si communicavit cum ipsa evasitque mala, certe materia in causa est præsentia sua : neque enim anima accessit ad eam, nisi generationem ejus præsentia adsumpsisset.

Probatur materiam esse, scilicet prorsus informem. Item, quomodo malum fiat in anima : quomodo materia intus mala.

ΙΕ'. Εἰ δέ τις τὴν ὕλην μὴ φησὶν εἶναι, δεικτέον αὐτῷ ἐκ τῶν περὶ ὕλης λόγων τὴν ἀνάγκην τῆς ὑποστάσεως αὐτῆς, διὰ πλειόνων ἐκεῖ περὶ τούτου εἰρημένου. Κακὸν δὲ εἴ τις λέγοι τοπαράπαν ἐν τοῖς οὖσι μὴ εἶναι, ἀνάγκη αὐτῷ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀναιρεῖν, καὶ μηδὲ ὄρεκτὸν μηδὲν εἶναι, μὴ τοίνυν μηδ' ὄρεξιν, μηδ' αὖ ἔκκλισιν, μηδὲ νόησιν· ἡ γὰρ ὄρεξις ἀγαθοῦ· ἡ δὲ ἔκκλισις κακοῦ· ἡ δὲ νόησις καὶ ἡ φρόνησις ἀγαθοῦ ἐστι καὶ κακοῦ· καὶ αὕτη ἕν τι τῶν ἀγαθῶν. Εἶναι μὲν οὖν δεῖ καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἄμικτον ἀγαθὸν, τὸ δὲ μεμιγμένον ἤδη ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ πλείονος κακοῦ μεταλαβὸν, ἤδη καὶ αὐτὸ συντελέσαν ἐκείνῳ ἐν τῷ ὂν κακόν· ἐλάττονος δὲ ἢ ἠλάττωται τῷ ἀγαθῷ· ἐπεὶ καὶ ψυχῇ τί ἂν εἴη κακόν; ἢ τίνι ἄν, μὴ ἐφαψαμένῃ τῆς φύσεως τῆς χείρονος; ἐπεὶ οὐδὲ ἐπιθυμίαι, οὐδ' ἂν λῦπαι, οὐ θυμοὶ, οὐ φόβοι· καὶ γὰρ φόβοι τῷ συνίστῃ, μὴ λυθῇ· καὶ λῦπαι καὶ ἀλγηδόνες, λυομένου· ἐπιθυμίαι δὲ, ἐνοχλοῦντός τινος τῇ συστάσει, ἢ, ἵνα μὴ ἐνοχλῇ, ἴασιν προνοουμένου. Φαντασία δὲ πληγὴ λόγου ὡς ἔξωθεν· δέχεται δὲ τὴν πληγὴν διὰ τοῦ οὐκ ἀμερῶς· καὶ δόξα δὴ ψευδὴς ἔξωθεν γενομένη τοῦ ἀληθοῦς αὐτοῦ. Ἔξωθεν δὲ γίνεται τῷ μὴ εἶναι κατ' αὐτά· ἡ δὲ πρὸς νοῦν ὄρεξις ἄλλο· συνεῖναι γὰρ δεῖ καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυμένην, οὐ νεύσασαν εἰς τὸ χεῖρον. Τὸ δὲ κακὸν οὐ μόνον ἐστὶ κακὸν διὰ δύναμιν ἀγαθοῦ καὶ φύσιν, ἐπείπερ ἐφάνη ἐξ ἀνάγκης περιληφθὲν δεσμοῖς τισι καλοῖς, οἷα δεσμῶταί τινες χρυσῷ, συττεται τούτοις, ἵνα οὖσα μὴ ὁρῷτο τοῖς θεοῖς, καὶ ὁρῶσι ἔχοιεν μὴ ἀεὶ τὸ κακὸν βλέπειν, ἀλλ', ὅταν ποτὲ βλέπωσιν, εἰδώλοις τοῦ καλοῦ εἰς ἀνάμνησιν συνῶσι.

XV. Si quis autem materiam esse negaverit, monstrandum erit illi ex disputationibus de materia tractantibus, quam necessarium sit esse materiam : multa enim illic in hanc sententiam adducuntur. Præterea si quis malum in ordine rerum esse omnino negaverit, bonum quoque tollere compelletur, et quicquid usquam est appetendum, ipsumque appetitum, item declinationem, atque rursus intelligentiam. Appetitus enim boni est : declinatio vero mali. Intelligentia denique et prudentia boni simul est atque mali : ipsaque in bonorum numero collocatur. Oportet igitur esse bonum, rursusque bonum purum, nec non mistum ex bono atque malo : item quod plus mali participat, ad id jam declinare, quod est totum malum : quod vero minus habet mali, hoc ipsum, quod minus habet, ad bonum spectare. Jam vero quidnam animæ malum erit? et cuinam animæ, nisi naturam attingat deteriorem? Alioquin neque cupiditates, neque dolores, neque iræ, neque timores exorirentur. Etenim timentes composito metuunt, ne solvatur. Rursusque dolores et cruciatus, ubi compositum dissolvitur, oriuntur. Præterea concupiscentiæ inolescunt, ubi aliquid compositionem ipsam disturbat : vel ne quid perturbet, insurgunt, quasi remedio consulentes. Phantasia vero impulsio quædam est viventis irrationalis ab externis illata : suscipit autem impulsionem per ipsum, quod non est impartibile. Opiniones denique falsæ animæ extra ipsum verum positæ accidunt. Extra vero ponitur, eo quod non est pura. At vero instinctus ad intellectum vergens aliud quiddam est. Oportet enim intellectui duntaxat hærere, atque animam in eo locatam firmiter permanere, neque ad id unquam, quod est deterius, declinare. Malum vero non solum malum est ob ipsam boni potentiam atque naturam : quoniam occurrit ex necessitate pulchris quibusdam vinculis comprehensum atque opertum, instar eorum qui catenis aureis vinciuntur : ne palam in conspectum deorum prodeat, neve homines nudum malum semper ante oculos habeant, et, si quando quoquomodo videant, tunc pulchris ipsius boni simulacris in boni memoriam revocentur.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Θ.

ΠΕΡΙ ΕΞΑΓΩΓΗΣ.

(85.)

Οὐκ ἐξάξει, ἵνα μὴ ἐξίῃ· ἐξελεύσεται γὰρ ἔχουσά τι, ἵνα καὶ ἐξέλθῃ. Τό τε ἐξελθεῖν ἐστι μεταβῆναι εἰς ἄλλον τόπον. Ἀλλὰ μενεῖ τὸ σῶμα ἀποστῆναι πᾶν αὐτῆς, ὅτε μὴ δεῖται μετελθεῖν, ἀλλ' ἔστι πάντῃ ἔξω. Πῶς οὖν ἀφίσταται τὸ σῶμα; ὅταν μηδὲν ἔτι δεδεμένον ᾖ τῆς ψυχῆς, ἀδυνατοῦντος ἔτι τοῦ σώματος συνδεῖν, τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ οὐκέτι οὔσης, ἣν ἔχον εἶχε τὴν ψυχήν. Τί οὖν, εἰ μηχανήσαιτό τις λυθῆναι τὸ σῶμα; ἢ ἐδιάσατο, καὶ ἀπέστη αὐτὸς, οὐκ ἐκεῖνο ἀφῆκε· καὶ ὅτε λύει οὐκ ἀπαθὴς, ἀλλ' ἢ δυσχέρανσις, ἢ λύπη, ἢ θυμός. Δεῖ δὲ μηδὲν πράττειν. Εἰ οὖν ἀρχὴν αἴσθοιτο τοῦ ληρεῖν; ἢ τάχα μὲν οὐ περὶ σπουδαῖον· εἰ δὲ καὶ γένοιτο, τάττοιτο ἂν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις τοῦτο, καὶ ἐκ περιστάσεως αἱρετοῖς, οὐχ ἁπλῶς αἱρετοῖς. Καὶ γὰρ ἡ τῶν φαρμάκων προσαγωγὴ πρὸς ἔξοδον ψυχῆς τάχα ἂν ψυχῇ οὐ πρόσφορος· καὶ εἰ εἱμαρμένος χρόνος ὁ δοθεὶς ἑκάστῳ, πρὸ τούτου οὐκ εὐτυχὲς, εἰ μὴ ὥσπερ φαμὲν ἀναγκαῖον. Εἰ δὲ, οἷος ἕκαστος ἔξεισι, ταύτην ἴσχει ἐκεῖ τάξιν εἰς τὸ προκόπτειν, οὔσης ἐπιδόσεως οὐκ ἐξακτέον.

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER IX.

DE EDUCTIONE ANIMÆ A CORPORE.

[163, 164.]

Nemo extrudat per vim e corpore animam, ne forte exeat in locum similem migratura: alioquin exibit corporei nonnihil deferens, quo per similia emigrabit. *Emigrare* enim est a loco in locum alium pertransire. Sed exspectare debet quoad corpus totum ab anima ipsa deficiat: quando transmigratione non indiget anima, sed extra est omnino. Quo igitur pacto corpus ab anima deficit? quando videlicet nulla vis animæ amplius in ipso ligatur: quippe cum corpus jam ipsam ligare non possit, perdita videlicet harmonia, quam olim habens habebat et animam. Quid ergo, si quis det operam, ut corpus dissolvatur ab anima? verum sic vim inferet, neque corpus tunc dimitteret animam, sed ipsum anima destitueret. Accedit ad hæc, quod, quando quis dissolvit corpus, non est a passione liber, sed vel angustia, vel dolore, vel ira compellitur. Nihil vero ejusmodi est agendum. At si insaniam quis perseuerit imminentem, quidnam aget? Fortasse vero id probo non accidet. Quodsi acciderit, reponendum erit in eorum genere, quæ necessaria nuncupantur, atque ob ea, quæ circumstant, non autem simpliciter eligenda. Etenim venenorum excogitatio ad exitum animæ compellentium fortasse non expedit animæ. Atqui etsi fatale tempus unicuique datum est, ante ipsum haud feliciter id fiet, nisi (ut diximus) id tanquam necessarium habeatur. Si denique, qualis quisque exit, talem ibi quoque retinet ordinem, non est e corpore animus extrahendus, cum adhuc proficiendi esse possit accessio.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER I.

DE CÆLO.

(86, 87.) [178—180.]

1. Quærit, utrum cælum sit sempiternum, tam in qualibet singulari ejus substantia, quam in specie.

Α'. Τὸν κόσμον ἀεὶ λέγοντες καὶ πρόσθεν εἶναι καὶ ἔσεσθαι σῶμα ἔχοντα, εἰ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν ἀνάγοιμεν τὴν αἰτίαν, πρῶτον μὲν ἀληθὲς μὲν ἂν ἴσως λέγοιμεν, σαφήνειαν δὲ οὐδεμίαν ἂν παρεχοίμεθα. Ἔπειτα τῶν στοιχείων ἡ μεταβολὴ καὶ τῶν ζώων τῶν περὶ γῆν ἡ φθορὰ τὸ εἶδος σώζουσα, μήποτε τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἀξιώσει γίγνεσθαι, ὡς τῆς βουλήσεως τοῦτο δυναμένης, ἀεὶ ὑπεκφεύγοντος καὶ ῥέοντος τοῦ σώματος, ἐπιτιθέναι τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ ἄλλοτε ἄλλῳ, ὡς μὴ σώζεσθαι τὸ ἓν ἀριθμῷ εἰς τὸ ἀεί, ἀλλὰ τὸ ἓν τῷ εἴδει· ἐπεὶ διὰ τί τὰ μὲν οὕτω κατὰ τὸ εἶδος μόνον τὸ ἀεὶ ἕξει, τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς κατὰ τόδε ἕξει τὸ ἀεί. Εἰ δὲ τῷ πάντα συνειληφέναι, καὶ μὴ εἶναι εἰς ὃ τὴν μεταβολὴν ποιήσεται, μηδὲ τῷ ἔξωθεν ἂν προσπεσὸν φθεῖραι δύνασθαι, τούτῳ δώσομεν τὴν αἰτίαν τῆς οὐ φθορᾶς, τῷ μὲν ὅλῳ καὶ παντὶ δώσομεν ἐκ τοῦ λόγου τὸ μὴ ἂν φθαρῆναι. Ὁ δὲ ἥλιος ἡμῖν καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων ἡ οὐσία, τῷ μέρη καὶ μὴ ὅλον ἕκαστον εἶναι καὶ πᾶν, οὐχ ἕξει τὴν πίστιν παρὰ τοῦ λόγου, ὅτι εἰς ἅπαντα μένει τὸν χρόνον· τὸ δὲ κατὰ εἶδος τὴν μονὴν αὐτοῖς εἶναι, ὥσπερ καὶ πυρὶ καὶ τοῖς τοιούτοις μόνον ἂν δόξειε παρεῖναι, καὶ αὐτῷ δὲ παντὶ τῷ κόσμῳ. Οὐδὲν γὰρ κωλύει ὑπ' ἄλλου ἔξωθεν μὴ φθειρόμενον τῶν μερῶν ἄλληλα φθειρόντων, οὕτω φθορὸν ἀεὶ ἔχοντα τῷ εἴδει μόνον περιμένειν· καὶ ῥεούσης ἀεὶ τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου, τὸ εἶδος ἄλλου διδόντος, γίγνεσθαι τὸ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ παντὸς ζώου, ὅπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου καὶ ἵππου καὶ τῶν ἄλλων. Ἀεὶ γὰρ ἄνθρωπος καὶ ἵππος, ἀλλ' οὐχ ὁ αὐτός. Οὐ τοίνυν ἔσται τὸ μὲν μένον αὐτοῦ ἀεί, ὥσπερ ὁ οὐρανός, τὰ δὲ περὶ γῆν φθειρόμενα, ἀλλ' ὁμοίως ἅπαντα τὴν διαφορὰν ἔχοντα μόνῳ τῷ χρόνῳ. Ἔσται γὰρ πολυχρονιώτερα τὰ ἐν οὐρανῷ. Εἰ μὲν οὖν οὕτω συγχωρησόμεθα τὸ ἀεὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς καὶ ἐπὶ τῶν μερῶν εἶναι, ἧττον ἂν τὸ ἄπορον τῇ δόξῃ προσείη· μᾶλλον δὲ παντάπασιν ἔξω ἀπορίας ἂν γιγνοίμεθα, εἰ τὸ τῆς βουλήσεως τοῦ θεοῦ ἱκανὸν εἶναι δεικνύοιτο, κἂν οὕτω καὶ τοῦτον τὸν τρόπον συνέχειν τὸ πᾶν. Εἰ δὲ καὶ τόδε τι αὐτοῦ ὁποσονοῦν λέγοιμεν ἔχειν τὸ ἀεί, ἥ τε βούλησις δεικτέα, εἰ ἱκανὴ ποιεῖν τοῦτο· τό τε ἄπορον μένει, διὰ τί τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῷ εἴδει μόνον· τά τε μέρη τὰ ἐν οὐρανῷ, πῶς καὶ αὐτά· ἐπειδὴ οὕτω καὶ αὐτὰ τὰ πάντα εἶναι.

1. Cum mundum corpus habentem fuisse semper ac fore dicamus, si perpetuitatis hujus causam divinæ voluntati attribuamus, primo quidem verum fortasse dicemus, nihil tamen perspicuum afferemus. Deinde cum elementorum mutua commutatio animaliumque terrenorum interitus sempiternam interim retineat speciem, ambiguum erit, num forte similiter fiat in universo : quasi divina voluntas id possit, videlicet subterfugiente semper fluitanteque corpore, speciem alias aliis eandem imprimere : adeo ut non numero, sed specie unum perpetuo maneat. Nec injuria dubitatur, quam ob causam alia quidem in mundo solam speciem habeant sempiternam, quæ vero in cælo sunt ipsumque cælum per singula quoque semper manere dicantur. Si autem ex eo, quod mundus in se omnia complectatur, neque supersit quicquam, in quo aliquando valeat permutari, neque rursus in hunc externum aliquid, quo disperdatur, incidere queat, perpetuitatis ejus causam adducamus, toti quidem et omni causam salutis æternæ congruam assignabimus. Sol autem stellarumque reliquarum substantia cum singula partes quædam sint, non autem totum et omne, nondum ab ejusmodi ratione certam reportabit fidem, quod in omne tempus valeat perdurare : sed quemadmodum igni ceterisque talibus convenit secundum speciem tantum perseverare : sic et iis convenire videbitur, imo vero etiam universo. Nihil enim prohibet, etsi ab extrinseco non lædatur, partibus tamen se mutuo destruentibus interitum perpeti sempiternum, et interea eandem sibi speciem conservare : atque, fluente semper natura subjecti, ab alio quodam suscipere speciem, fierique idem in universo hoc animali, quod et in homine et equo ceterisque efficitur. Semper enim homo est et equus, quamvis non idem. Non igitur aliud quidem in mundo sempiternum perseverabit scilicet cælum, aliud autem videlicet terrenorum genus interitum patietur : sed similiter omnia se habebunt, solo autem spatio temporis discrepabunt : erunt enim diuturniora cælestia. Si igitur hac conditione sempiternum tam in universo quam in partibus ejus acciperemus, minor opinionem hanc ambiguitas sequeretur : imo vero omnis procul aberit dubitatio, si divinam voluntatem sufficientem esse demonstraverimus, et si ita talique pacto ad universum perpetuo continendum. At si quid in mundo perpetuitatem in substantia insuper propria possidere dicamus, reliquum erit, ut demonstremus, nunquid divina voluntas id possit efficere. Perseverabit etiam dubitatio, curnam alia quidem specie simul et numero, alia vero specie tantum sempiterna permaneant : quin etiam partes, quæ in cælo sunt, qua ratione eædem perpetuo sint : quandoquidem sic et omnia futura sint eadem.

11. Similiter dubitat et tentat viam ad respondendum.

Β. Εἰ οὖν ταύτην παραδεξόμεθα τὴν δόξαν, καὶ φαμὲν τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ κατὰ τὸ τόδε τι ἔχειν τὸ ἀεί, τὰ δὲ ὑπὸ τῇ τῆς σελήνης σφαίρᾳ τὸ κατ' εἶδος, δεικτέον πῶς σῶμα ἔχων ἕξει τὸ τόδε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυρίως, ὡς τὸ καθ' ἕκαστον καὶ τὸ ὡσαύτως, τῆς φύσεως τοῦ σώματος ῥεούσης ἀεί. Τοῦτο γὰρ δοκεῖ τοῖς τε ἄλλοις τοῖς περὶ φύσεως εἰρηκόσι, καὶ αὐτῷ τῷ Πλάτωνι, οὐ μόνον περὶ τῶν ἄλλων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν οὐρανίων αὐτῶν. Πῶς γὰρ ἂν, φησί, σώματα ἔχοντα καὶ ὁρώμενα ἀπαραλλάκτως ἕξει καὶ τὸ ὡσαύτως; συγχωρῶν καὶ ἐπὶ τούτων δηλονότι τῷ Ἡρακλείτῳ, ὃς ἔφη ἀεὶ καὶ τὸν ἥλιον γίγνεσθαι. Ἀριστοτέλει μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν πρᾶγμα εἴη, εἴ τις αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις τοῦ πέμπτου παραδέξαιτο σώματος. Τοῖς δὲ μὴ τοῦτο τιθεμένοις, τοῦ σώματος δὲ ἐκ τούτων ὄντος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ ὧνπερ καὶ τὰ τῇδε ζῶα, πῶς τὸ τόδ' ἂν ἔχοι; ἔτι δὲ μᾶλλον, πῶς ἥλιος καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν οὐρανῷ μόρια ὄντα; συγκειμένου δὴ παντὸς ζώου ἐκ ψυχῆς καὶ τῆς σώματος φύσεως, ἀνάγκη τὸν οὐρανὸν, εἴπερ ἀεὶ κατ' ἀριθμὸν ἔσται, ἢ δι' ἄμφω ἔσεσθαι, ἢ διὰ θάτερον τῶν ἐνόντων, οἷον ψυχὴν ἢ σῶμα. Ὁ μὲν δὴ τῷ σώματι διδοὺς τὸ ἄφθαρτον οὐδὲν ἂν εἰς τοῦτο τῆς ψυχῆς δέοιτο, ἢ τοῦ ὁμοῦ ἀεὶ εἶναι πρὸς ζώου σύστασιν. Τῷ δὲ τὸ σῶμα παρ' αὐτοῦ φθαρτὸν εἶναι λέγοντι καὶ τῇ ψυχῇ διδόντι τὴν αἰτίαν πειρατέον καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν μηδ' αὐτὴν ἐναντιουμένην τῇ συστάσει καὶ τῇ διαμονῇ δεικνύναι, ὅτι μηδὲν ἀσύμφωνον ἐν τοῖς συνεστηκόσιν ἐστὶ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ πρόσφορον καὶ τὴν ὕλην πρὸς τὸ βούλημα τοῦ ἀποτελέσματος ὑπάρχειν προσήκει.

II. Si opinionem hanc admiscerimus, dixerimusque cælum quidem et cælestia omnia secundum singularem cujusque substantiam sempiternam habere perseverantiam, quæ vero sub luna sunt, id ipsum duntaxat secundum speciem possidere : demonstrandum erit, quomodo posit, quod habet corpus, eandem semper sub singulari proprietate servare naturam, cum ipsius corporis natura continue perfluat. Vetus enim hæc sententia est, cum aliorum qui de natura disputaverunt, tum Platonis ipsius, non solum circa alia, verum etiam circa cælestia corpora, fluxum esse perpetuum. Ait enim : Quonam pacto, cum corpora sint atque visibilia, naturam immutabilem semperque eandem conservare valebunt? una cum Heraclito hac in re consentiens dicente, ipsum quoque solem assidue fieri. Apud Aristotelem quidem haud admodum id difficile fuerit, si quis suppositiones ejus de quinto corpore jam concesserit. Apud illos autem, qui id minime ponunt, quanam ratione cæleste corpus sub singulari proprietate substantiæ esse poterit sempiternum? cum tamen penes illos ex eisdem elementis cælum constituatur, ex quibus etiam illa, quæ hîc sunt, animalia. Præterea multo magis dubitandum id erit de sole et ceteris, quæ in cælo sunt, partibus. Profecto cum omne animal ex anima naturaque corporis componatur, necesse est, cælum, siquidem semper idem numero fuerit, vel secundum utrumque vel secundum alterutrum eorum, quæ in ipso sunt scilicet, vel per corpus vel per animam, id ipsum habere. Quicunque igitur, quod sit incorruptibile, attribuit corpori, nihilo ad id anima indigebit, nisi forte ad hoc unum, ut semper anima sit cum corpore ad animal ipsum constituendum. Ei vero, qui corpus quidem ex se ipso posuerit corruptibile, animæ autem æternæ salutis causam attribuerit, conandum erit ostendere, ipsam quoque naturam corporis ejusmodi constitutioni perseverantiæque minime repugnare : quippe cum in his, quæ natura constituuntur, nihil sit dissonum : sed ipsam quoque materiam ad affectus ipsius intentionem esse oportet[at] prorsus accommodatam.

III. Respondet, cælum esse sempiternum, cum animæ, tum corporis beneficio.

Γ'. Πῶς οὖν ἡ ὕλη καὶ τὸ σῶμα τοῦ παντὸς συνεργὸν ἂν εἴη πρὸς τὴν τοῦ κόσμου ἀθανασίαν, ἀεὶ ῥέον; Ἢ ὅτι φαμὲν ἄν· ῥεῖ γὰρ οὐκ ἔξω. Εἰ οὖν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἀπ' αὐτοῦ, μένον τὸ αὐτὸ, οὔτ' ἂν αὔξοιτο οὔτε φθίνοι· οὐ τοίνυν οὐδὲ γηράσκει. Ὁρᾷν δὲ δεῖ καὶ γῆν μένουσαν ἀεὶ ἐν σχήματι τῷ αὐτῷ ἐξ ἀϊδίου καὶ ὄγκῳ· καὶ ἀὴρ οὐ μήποτ' ἐπιλείπει, οὐδὲ ἡ ὕδατος φύσις· καὶ τοίνυν ὅσον μεταβάλλει αὐτῶν, οὐκ ἠλλοίωσε τὴν τοῦ ὅλου ζώου φύσιν. Καὶ γὰρ ἡμῖν ἀεὶ μεταβαλλόντων μορίων, καὶ εἰς τὸ ἔξω ἀπιόντων, μένει ἕκαστος εἰς πολύ· ᾧ δὲ ἔξω μηδὲν, οὐκ ἀσύμφωνος ἂν τούτῳ ἡ σώματος φύσις πρὸς ψυχὴν, πρὸς τὸ τὸ αὐτὸ εἶναι ζῶον καὶ ἀεὶ μένον· πῦρ δὲ, ὀξὺ μὲν καὶ ταχὺ, τῷ μὴ ὧδε μένειν· ὥσπερ καὶ γῆ τῷ μὴ ἄνω· γενόμενον δὲ ἐκεῖ, οὗ στῆναι δεῖ, οὕτοι δεῖ νομίζειν οὕτως ἔχειν ἐν τῷ οἰκείῳ ἱδρυμένον, ὡς μὴ καὶ αὐτὸ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, στάσιν ἐπ' ἄμφω ζητεῖν. Ἀνωτέρω μὲν γὰρ οὐκ ἂν φέροιτο· οὐδὲν γὰρ ἔτι· κάτω δ' οὐ πέφυκε· λείπεται δὲ αὐτῷ εὐαγώγῳ τε εἶναι καὶ κατὰ φυσικὴν ὁλκὴν ἑλκομένῳ ὑπὸ ψυχῆς πρὸς τὸ ζῆν εὖ μάλα ἐν καλῷ τόπῳ κινεῖσθαι ἐν τῇ ψυχῇ. Καὶ γὰρ εἴ τῳ φόβος, μὴ

III. Quo igitur modo materia corpusque universi ad immortalitatem mundi conducet, cum perpetuo fluat? An fortasse ob id conferre dicemus, quod non effluat extra? Si igitur in se ipso, non autem a se ipso fluit, nimirum permanens idem, nec augetur neque minuitur : neque igitur consenescit. Operæ pretium est contemplari terram in eadem semper figura moleque permanentem, aerem quoque nunquam deficientem, aquamque similiter. Atqui, quod commutatur in ipsis, totius viventis naturam non permutat. Nam et in nobis dum partes assidue permutantur effluuntque foras, diu quilibet interea vivit : ubi vero extra nihil exhalat, natura corporis non dissentit ab anima, quominus unum ex utrisque conficiatur animal semperque permaneat. Conducit ad hoc ipsum ignis, acutus quidem et velox, quatenus non quiescit in terra : quemadmodum et terra, quatenus non quiescit in alto. Postquam vero ignis ad alta conscendit, ubi sistere tantum oportet, nimirum torpere non debet. Neque enim existimandum est, sic eum se habere in sede propria collocatum, ut ipse, minus quam alia, amplificationem suam undique quærat. Ad superiora quidem nequit ascendere (nihil enim superius exstat,) ad inferiora vero ferri natura non patitur. Quam ob rem reliquum est, ut duci facilis sit in amplum, tractuque naturali ab anima pertrahatur ad vitam, ideoque in pulchra admodum regione, ipsa videlicet anima, moveatur. Si quis autem formetuat ne ruat ignis, is etiam inveniet, unde confidat

πίσῃ, θαρρεῖν δεῖ· φθάνει γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς περιαγωγὴ τᾶσαν νεῦσιν ὡς κρατοῦσαν ἀνέχειν. Εἰ δὲ μὴ ῥοπὴν πρὸς τὸ κάτω ἔχει παρ' αὐτοῦ, οὐκ ἀντιτεῖνον μένει. Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα μέρη ἐν μορφῇ γενόμενα, οὐ στέγοντα αὐτῶν τὴν σύστασιν, ἀπαιτεῖ ἀπ' ἄλλων μόρια, ἵνα μένῃ. Εἰ δ' ἐκεῖθεν μὴ ἀπορρέοι, οὐδὲν δεῖ τρέφεσθαι· εἰ δὲ ἀπορρέοι ἀποσβεννύμενον ἐκεῖθεν, πῦρ δεῖ ἕτερον ἐξάπτεσθαι· καὶ εἰ ἄλλου τινὸς ἔχοι, καὶ ἐκεῖθεν ἀπορρέοι, δεῖ καὶ, ἀντ' ἐκείνου, ἄλλου. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο οὐ μένοι ἂν τὸ πᾶν ζῷον τὸ αὐτό, εἰ καὶ οὕτως.

si modo consideraverit, quemadmodum illic circuitus animæ inclinationem omnem præveniat, circumducens fortiter atque sustinens. Sin autem nihil penitus ad descensum naturaliter habet momenti, certe, quominus ibi maneat, non repugnat. Partes quidem, quæ sunt in nobis in nostram compositæ formam, cum constitutionem suam continere non possint, appetunt partes insuper ab aliis mutuari, quibus in suo habitu conserventur. At si e cælo nihil defluit, nullo prorsus opus est nutrimento: sin autem defluit inde aliquid et exstinguitur, ignem oportet vicissim alterum illic accendi. Quod si quid habet ab alio, quod decidat inde, oportet et aliud ejus vice suppleri. Verum ob id non manebit idem animal universum, si et ita res ipsa se habeat.

IV. Iterum ratione animæ atque corporis mundum ostendit esse perpetuum.

Δ'. Ἀλλ' αὐτό γ' ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐχ ὡς πρὸς τὸ ζητούμενον, σκεπτέον, εἴτε τι ἀπορρεῖ ἐκεῖθεν, ὥστε δεῖσθαι κἀκεῖνα τῆς λεγομένης οὐ κυρίως τροφῆς; ἢ ἅπαξ τὰ ἐκεῖ ταχθέντα κατὰ φύσιν μένοντα οὐδεμίαν πάσχει ἀπορρύσιν; καὶ πότερον πῦρ μόνον, ἢ πλέον τὸ πῦρ, καὶ ἔστι τοῖς ἄλλοις αἰωρεῖσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος; εἰ γάρ τις προσθείη καὶ τὴν κυριωτάτην αἰτίαν τὴν ψυχὴν μετὰ τῶν οὕτω σωμάτων καθαρῶν καὶ πάντως ἀμεινόνων, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἐν τοῖς κυρίοις αὐτῶν τὰ ἀμείνω ἐκλέγεται ἡ φύσις, πάγιον ἂν τὴν δόξαν περὶ τοῦ οὐρανοῦ τῆς ἀθανασίας λάβοι. Ὀρθῶς γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης τὴν φλόγα ζέσιν τινὰ καὶ πῦρ οἷον διὰ κόρον ὑβρίζον· τὸ δὲ ἐκεῖ, ὁμαλὸν καὶ ἠρεμαῖον, καὶ τῇ τῶν ἄστρων πρόσφορον φύσει. Τὸ δὲ δὴ μέγιστον, τὴν ψυχὴν ἐφεξῆς τοῖς ἀρίστοις κινουμένην, δυνάμει θαυμαστῇ κειμένην, πῶς ἐκφεύξεταί τι αὐτὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι τῶν ἅπαξ ἐν αὐτῇ τεθέντων; μὴ παντὸς δὲ δεσμοῦ οἴεσθαι κρείττονα εἶναι ἐκ θεοῦ ὡρμημένην ἀνθρώπων ἀπείρων ἐστὶν αἰτίας τῆς συνεχούσης τὰ πάντα. Ἄτοπον γὰρ τὴν καὶ ὁποσονοῦν χρόνον δυνηθεῖσαν συνέχειν μὴ καὶ ἀεὶ ποιεῖν τοῦτο, ὥσπερ βίᾳ τοῦ συνέχειν γεγονότος καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἄλλου ἢ τούτου ὄντος, ὃ ἐν τῇ τοῦ παντός ἐστι φύσει, καὶ ἐν τοῖς καλῶς τεθεῖσιν· ἢ ὄντος τινὸς τοῦ βιασομένου καὶ διαλύσοντος τὴν σύστασιν, καὶ οἷον βασιλείας τινὸς καὶ ἀρχῆς καταλύσοντος τὴν ψυχῆς φύσιν. Τό τε μήποτε ἄρξασθαι (ἄτοπον γὰρ καὶ ἤδη εἴρηται) πίστιν καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἔχει. Διὰ τί γὰρ ἔσται ὅτε καὶ οὐκ ἦδη; οὐ γὰρ ἐκτέτριπται τὰ στοιχεῖα ὥσπερ ξύλα καὶ τὰ τοιαῦτα· μενόντων δ' ἀεὶ καὶ τὸ πᾶν μένει· καὶ εἰ μεταβάλλει ἀεί, καὶ τὸ πᾶν μένει, μένει γὰρ καὶ ἡ τῆς μεταβολῆς αἰτία. Ἡ δὲ μετάνοια τῆς ψυχῆς, ὅτι κενόν ἐστι, δέδεικται, ὅτι ἄπονος καὶ ἀβλαβὴς ἡ διοίκησις· καὶ εἰ πᾶν οἷόν τε σῶμα ἀπολέσθαι, οὐδὲν ἂν ἄλλοιότερον αὐτῇ γίγνοιτο.

IV. Verumtamen hoc ipsum jam non tam quoad quæsitum, quam quoad se ipsum spectat, videtur seorsum considerandum, an aliquid exhalet inde: ideoque cælestia nutritione quadam, etsi non proprie dicta, videantur egere? an forte, quo ordine illic semel disposita sunt, naturaliter conquiescant, neque defluxum aliquem patiantur? item, numquid ibi solus sit ignis, vel potius ignis quidem sit quam plurimus, cetera vero illic elementa ab igne penitus superante et attollantur in altum et per sublimia transferantur? Si quis enim adjunxerit potissimam causam, scilicet animam, una cum corporibus adeo puris omninoque melioribus; quandoquidem et in ceteris animalibus natura pro membris principalibus eligit meliora: is certe solidam de immortalitate cæli sententiam in medium adduxisse videbitur. Recte enim et Aristoteles ait, flammam esse fervorem quendam et ignem velut ob satietatem injuriosum atque luxuriantem. Ignis autem cælestis æqualis est atque quietus naturæque astrorum accommodatus. Quod vero maximum est, cum anima optimis proxima mirabili potentia prædita sit, quanam via quicquam eorum, quæ in ea semel posita sunt, hanc ipsam versus interitum subterfugere poterit? Si quis autem animam ex deo manantem non judicaverit omni vinculo fortiorem, is profecto causam omnia continentem ignorare videbitur. Absurdum certe est opinari, animam, quæ ad tempus cælum continere potest, non etiam id semper efficere: perinde ac si per violentiam continuerit, quodve naturæ consentaneum est, aliud quicquam præter hoc ipsum, quod in universi natura situm est, atque in his, quæ pulcherrime disposita sunt, consistit: item quasi quicquam possit vi quadam illata constitutionem mundi dissolvere ac, veluti regnum et principatum, animi naturam labefactare. Proinde hoc ipsum, quod nunquam mundus inceperit (alioquin absurdum fuerit), de futura ejus perseverantia facit fidem. Quid enim in causa esse potest, ut mundus aliquando desinat? non enim elementa mundi, instar lignorum reliquorumque talium, conteruntur. Cum igitur semper maneant, nimirum manet universum: quin etiam si continue commutantur, nihilominus permanet universum, quippe cum mutationis causa perseveret. Mutationem vero mundi futuram aliquando ob quandam animæ pœnitentiam opinari, vanum esse, alibi demonstravimus: præsertim cum gubernatio mundi procul ab omni labore et detrimento sit posita. Quin etiam, si quando corpus totum disperdi queat, nihil tamen ex hoc animæ accidet alienum.

V. Solvit dubium, cur cælestia maneant potius, quam subcælestia.

Ε'. Πῶς οὖν τὰ ἐκεῖ μέρη μένει, τὰ δὲ ἐνταῦθα στοιχεῖά τε καὶ ζῶα οὐ μένει; ἢ, φησὶν ὁ Πλάτων, τὰ μὲν παρὰ θεοῦ γεγένηται, τὰ δὲ ἐνταῦθα ζῶα παρὰ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῦ θεῶν· γενόμενα δὲ παρ' ἐκείνου οὐ θεμιτὸν φθείρεσθαι. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἐφεξῆς εἶναι τῷ δημιουργῷ εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν οὐρανίαν καὶ

V. At curnam partes in cælo consistunt, elementa vero apud nos et animalia minime? Forsan, ut inquit Plato, propterea, quod illa quidem ab ipso deo sunt facta, sed hæc apud nos animalia a diis deo genitis sunt effecta: facta vero ab ipso deo nefas est interire. Id autem idem est, ac si dicatur, proximam post mundi architectum animam esse cælestem nostrasque similiter: ab ipsa vero ca-

τὰς ἡμετέρας δέ· ἀπὸ δὲ τῆς οὐρανίας ἴνδαλμα αὐτῆς ἰὸν καὶ οἷον ἀπορρέον ἀπὸ τῶν ἄνω τὰ ἐπὶ γῆς ζῶα ποιεῖν. Ψυχῆς οὖν μιμουμένης τοιαύτης τὴν ἐκεῖ, ἀδυνατούσης δὲ τῷ καὶ χείροσι σώμασι χρῆσθαι πρὸς τὴν ποίησιν καὶ ἐν τόπῳ χείρονι, καὶ τῶν εἰς τὴν σύστασιν ληφθέντων, οὐκ ἐθελόντων μένειν, τά τε ζῶα ἐνταῦθα οὐκ ἀεὶ δύναται μένειν, τά τε σώματα οὐχ ὁμοίως κρατοῖτο ἂν, ὡς ἂν ἄλλης ψυχῆς αὐτῶν προσεχῶς ἀρχούσης. Τὸν δὲ ὅλον οὐρανὸν εἰπερ ἔδει μένειν, καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ, τὰ ἄστρα τὰ ἐν αὐτῷ, ἔδει· ἢ πῶς ἂν ἔμεινε μὴ ὁμοίως καὶ τούτων μενόντων; τὰ γὰρ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν οὐκ ἔτι οὐρανοῦ μέρη· ἢ οὐ μέχρι σελήνης ὁ οὐρανός· ἡμεῖς δὲ πλασθέντες ὑπὸ τῆς διδομένης παρὰ τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν ψυχῆς καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ, κατ' ἐκείνην καὶ σύνεσμεν τοῖς σώμασιν· ἡ γὰρ ἄλλη ψυχή, καθ' ἣν ἡμεῖς, τοῦ εὖ εἶναι, οὐ τοῦ εἶναι αἰτία. Ἤδη γοῦν τοῦ σώματος ἔρχεται γενομένου, μικρὰ ἐκ λογισμοῦ πρὸς τὸ εἶναι συλλαμβανομένη.

lesti imaginem quandam produci, ac velut a superis defluentem terrena animalia facere. Cum igitur imaginaria hæc anima superiorem pro viribus imitetur, neque tamen omnino id assequi possit, propterea quod deterioribus ad opus suum utatur corporibus locoque rursus deteriori, eaque in unum conciliare contendat, quæ vix congrediuntur, et congressa in unum invita manent, nimirum animalia hæc non semper vivere possunt. Et corpora hæc haud similiter valida potestate tenentur : quippe cum alia his anima proxime dominetur. Proinde si totum cælum perseverare debet, ejus quoque partes, scilicet stellas, oportet perseverare : alioquin quonam pacto maneret, nisi illæ similiter perdurarent? Quæ enim sunt infra cælum, non amplius sunt cæli partes : alioquin non usque ad lunam duntaxat cælum protenderetur. Nos autem formati ab anima, quæ a diis cælestibus tradita est ipsoque cælo, secundum illam corporibus cohæremus. Alia namque anima, per quam ipsi sumus, non ipsius esse, sed bene esse, causa est. Accedit enim facto jam corpore, parum ratione simul ad esse conducens.

VI. Solum in cælo esse ignem, et quodlibet in se purum esse,[1] sed in quolibet esse qualitates quasdam etiam aliorum.

Ζ. Ἀλλὰ πότερον πῦρ μόνον, καὶ εἰ ἀπορρεῖ ἐκεῖθεν καὶ δεῖται τροφῆς, νῦν σκεπτέον. Τῷ μὲν οὖν Τιμαίῳ τὸ τοῦ παντὸς σῶμα πεποιηκότος πρῶτον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς, ἵνα ὁρατόν τε ᾖ, διὰ τὸ πῦρ, στερεὸν δὲ διὰ τὴν γῆν, ἀκολουθεῖν ἔδοξε καὶ τὰ ἄστρα ποιεῖν οὐ πᾶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον πυρὸς ἔχειν· ἐπειδὴ τὰ ἄστρα τὸ στερεὸν φαίνεται ἔχοντα. Καὶ ἴσως ὀρθῶς ἂν ἔχοι, συνεπικρίναντος καὶ Πλάτωνος τῷ εἰκότι τὴν γνώμην ταύτην. Παρὰ μὲν γὰρ τῆς αἰσθήσεως, κατά τε τὴν ὄψιν, κατά τε τὴν τῆς ἁφῆς ἀντίληψιν, πυρὸς ἔχειν τὸ πλεῖστον ἢ τὸ πᾶν φαίνεται· διὰ δὲ τοῦ λόγου ἐπισκοποῦσιν, εἰ τὸ στερεὸν ἄνευ γῆς οὐκ ἂν γένοιτο, καὶ γῆς ἂν ἔχοι. Ὕδατος δὲ καὶ ἀέρος τί ἂν δέοιτο; ἄτοπόν τε γὰρ δόξει ὕδατος εἶναι ἐν τοσούτῳ πυρί· ὅ τε ἀὴρ εἰ ἐνείη, μεταβάλλοι ἂν εἰς πυρὸς φύσιν. Ἀλλ' εἰ δύο στερεὰ ἄκρων λόγον ἔχοντα δύο μέσων δεῖται, ἀπορήσειεν ἄν τις, εἰ καὶ ἐν φυσικοῖς οὕτως· ἐπεὶ καὶ γῆν ἄν τις ὕδατι μίξειεν οὐδενὸς δεηθεὶς μέσου; Εἰ δὲ λέγοιμεν, ἐνυπάρχει γὰρ ἤδη ἐν τῇ γῇ καὶ τῷ ὕδατι τὰ ἄλλα, δόξομεν ἴσως τι λέγειν· εἴποι δ' ἄν τις, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ συνδῆσαι συνιόντα τὰ δύο. Ἀλλ' ὅμως ἐροῦμεν ἤδη συνδεῖσθαι τῷ ἔχειν ἑκάτερον πάντα. Ἀλλ' ἐπισκεπτέον, εἰ ἄνευ πυρὸς οὐχ ὁρατὸν γῆ, καὶ ἄνευ γῆς οὐ στερεὸν πῦρ· εἰ γὰρ τοῦτο, τάχα ἂν οὐδὲν ἔχοι ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ἀλλὰ πάντα μὲν μέμικται. Λέγεται δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν ἕκαστον, ἐπεὶ οὐδὲ τὴν γῆν ἄνευ ὑγροῦ φασι συστῆναι δύνασθαι· κόλλαν γὰρ εἶναι τῇ γῇ τὴν ὕδατος ὑγρότητα. Ἀλλ' εἰ καὶ δώσομεν οὕτως, ἀλλ' ἕκαστόν γε ἄτοπον λέγοντα εἶναί τι, ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν μὴ διδόναι σύστασιν αὐτῷ, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων ὁμοῦ οὐδενὸς ἑκάστου ὄντος. Πῶς γὰρ ἂν εἴη γῆς φύσις, καὶ τό τι ἦν εἶναι γῆ, μηδενὸς ὄντος μορίου γῆς, ὃ γῆ ἐστιν, εἰ μὴ καὶ ὕδωρ ἐνείη εἰς κόλλησιν; τί δ' ἂν κολλήσειε μὴ ὄντος ὅλως μεγέθους, ὃ πρὸς ἄλλο

VI. Deinceps considerandum restat, utrum solus in cælo sit ignis, et numquid inde defluat aliquid, unde indigeat nutrimento? Cum igitur Timæus mundi corpus ex igne primum terraque componat, ut per ignem quidem videri, per terram vero solidum esse tangique valeat : consentaneum esse videtur, ut et astra non totum quidem, sed plurimum habeant igneum : quandoquidem astra soliditatem habere videntur [*corr.* apparent]. Forsan vero recte se id habebit, quippe cum Plato sententiam hanc probabili et apparenti ratione confirmet. Nempe ab ipso sensu cum per aspectum, tum per tactum plurimum, vel totum, igneum apparet [*corr.* videtur] habere : per ipsam vero rationem considerantibus terram insuper habere putabitur, siquidem solidum absque terra esse non possit. Sed cur nam aqua et aere indiget? Absurdum enim videri potest in igne tanto esse aquam. Aer autem si illic insit, in naturam ignis subito permutabitur. Verum si solida duo rationem habentia extremorum duobus indigent mediis, ambiget forte quispiam, numquid in rebus etiam naturalibus res ita se habeat : quandoquidem terram quis aquæ permisceat, nullo ad hæc concilianda medio indigens? Quodsi dixerimus, terræ et aquæ inesse jam reliqua, nonnihil forsan afferre videbimur : sed objiciet alius, reliqua illa ad duo conciliandа minime conspirare. Verumtamen dicemus jam invicem colligari, quoniam utrumque possideat omnia. Ceterum considerandum est, an absque igne terra videri non possit, et rursus sine terra ignis solidus esse non valeat. Si enim ita natura sit institutum, forsan nihil in se ipso suam habebit essentiam, sed erunt cuncta confusa. Appellabitur autem quodlibet ex eo, quod prævalebit in ipso : siquidem aiunt terram absque humore sibimet cohærere non posse : aquæ namque humorem terræ glutinum esse. Verum si et ita id concesserimus, attamen absurdum fuerit, dicere quidem, quodlibet aliquid esse, neque tamen in se ipso constitutionem sibi ipsi suppeditare, sed duntaxat una cum ceteris, ubi videlicet nullum in se aliquid sit futurum. Quo enim pacto terræ natura erit atque ipsa essentia terræ, cum nulla terræ portio sit id ipsum quod terra est, nisi et aqua insit ibi pro glutino? Pra terea quidnam ibi conglutinabit, ubi nulla sit magnitudo, quam

μόρων συνεχὲς συνάψει; εἰ γὰρ καὶ ὁτιοῦν μέγεθος γῆς αὐτῆς ἔσται, ἔσται γῆν φύσει καὶ ἄνευ ὕδατος εἶναι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, οὐδὲν ἔσται ὃ κολλήσεται ὑπὸ τοῦ ὕδατος. Ἀέρος δὲ τί ἂν δέοιτο γῆς ὄγκος πρὸς τὸ εἶναι, ἔτι ἀέρος μένοντος πρὶν μεταβάλλειν; περὶ δὲ πυρὸς, εἰς μὲν τὸ γῆ εἶναι, οὐκ εἴρηται· εἰς δὲ τὸ ὁρατὴ εἶναι, καὶ αὐτὴ καὶ τὰ ἄλλα· εὔλογον μὲν γὰρ συγχωρεῖν, παρὰ φωτὸς τὸ ὁρᾶσθαι γίγνεσθαι. Οὐ γὰρ δὴ τὸ σκότος ὁρᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ ὁρᾶσθαι, φατέον, ὥσπερ τὴν ἀψοφίαν μὴ ἀκούεσθαι. Ἀλλὰ πῦρ γε ἐν αὐτῇ οὐκ ἀνάγκη παρεῖναι, φῶς γὰρ ἀρκεῖ· χιὼν γοῦν καὶ τὰ ψυχρότατα πολλὰ λαμπρὰ πυρὸς ἄνευ· ἀλλ' ἐνεγένετο, φήσει τις, καὶ ἔχρωσε πρὶν ἀπελθεῖν. Καὶ περὶ ὕδατος δὲ ἀπορητέον, εἰ μὴ ἔστιν ὕδωρ, εἰ μὴ γῆς λάβοι; ἀὴρ δὲ πῶς ἂν λέγοιτο μετέχειν γῆς, εὐθρυπτος ὤν; Περὶ δὲ πυρὸς, εἰ γῆς δεῖ αὐτῷ, τὸ συνεχὲς παρ' αὐτοῦ οὐκ ἔχοντι, οὐδὲ τὸ διάστατον τριχῇ· ἡ δὲ στερεότης αὐτῷ οὐ κατὰ τὴν διάστασιν τὴν τριχῇ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀντέρεισιν δηλονότι, διὰ τί οὐκ ἔσται, ἢ φυσικὸν σῶμα; σκληρότης δὲ γῇ μόνῃ· ἐπεὶ καὶ τὸ πυκνὸν τῷ χρυσῷ ὕδατι ὄντι προσγίνεται, οὐ γῆς προσγενομένης, ἀλλὰ πυκνότητος ἢ πήξεως. Καὶ πῦρ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ διὰ τί ψυχῆς παρούσης οὐ συστήσεται πρὸς τὴν δύναμιν αὐτῆς; καὶ ζῶα δὲ πύρινά ἐστι δαιμόνων. Ἀλλὰ κινήσομεν τὸ πᾶν ζῶον ἐκ πάντων τὴν σύστασιν ἔχειν; ἢ τὰ ἐπὶ γῆς τις ἐρεῖ, γῆν δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν αἴρειν παρὰ φύσιν εἶναι καὶ ἐναντίον τοῖς ὑπ' αὐτῆς τεταγμένοις· συμπεριάγειν δὲ τὴν ταχίστην φορὰν, γεηρὰ σώματα, οὐ πιθανὸν εἶναι· ἐμπόδιόν τε καὶ πρὸς τὸ φανὸν καὶ λευκὸν τοῦ ἐκεῖ πυρός.

ad proximam partem continuatione connectat? Si enim quantalibet terræ ipsius fuerit magnitudo, licebit terram suapte natura sine aqua consistere: alioquin nihil amplius erit, quod ab aqua conglutinetur. Item terræ moles quidnam ad hoc, ut terra sit, aere indigebit, aere adhuc manente antequam transmutetur? Igne vero terram ad hoc, ut terra sit, egere non est dictum: sed ad hoc ipsum, ut et hæc alia spectari possint, igne indigere concessum. Rationi namque consentaneum est concedere, aspectum a lumine fieri. Neque enim videri tenebras, sed non videri dicendum, quemadmodum silentium non audiri. At vero ignem inesse terræ nequaquam necessarium est: sufficit enim lumen. Si quidem nix et frigidissima multa absque igne sunt lucida: quamvis dixerit aliquis affuisse illic ignem et illa, antequam discederet, colorasse. De aqua insuper est ambigendum, an nequeat esse aqua, nisi terræ sit particeps? Aer item quanam ratione terræ particeps appellabitur, cum sit mollissimus et penetrantibus quam facillime cedat? De igne autem dubitatur, num ipsi opus sit terra, quasi videlicet continuitatem ex se ipso non habeat, neque trinam dimensionem, [quatenus corpus est naturale]: soliditas vero in ipso non per trinam dimensionem, sed per quandam repercussionem nimirum, quam ob rem non erit, quatenus est corpus naturale? Duritiei autem aspera tantum convenit terræ: quandoquidem densitudo auro, quod aqua est, competit, non ob terram quidem, sed propter densitudinem glutinumque concretum. Proinde ipse quidem in se ipso ignis cur non presente anima secum ipso ad animæ potentiam connectatur? Sunt enim et ignea dæmonum animalia. An vero immutemus id, quod dicitur, universum animal ex universis esse compositum? Fortasse vero quis animalia terrena composita sic esse concesserit: terram vero in cælum attollere, contra naturam esse dicet, contrariumque his, quæ in naturæ ordine disponuntur. Jam vero nulla ratione videri probabile, ut celerrimus cælestium cursus terrena in se corpora perferat: denique terram nitori splendorique cælestis ignis impedimento futuram.

VII. Confirmat idem auctoritate Platonica.

Ζ'. Ἴσως οὖν βέλτιον χρὴ ἀκούειν τοῦ Πλάτωνος λέγοντος, ἐν μὲν τῷ παντὶ κόσμῳ δεῖν εἶναι τὸ τοιοῦτον στερεὸν, τὸ ἀντίτυπον ὄν, ἵνα τε ἡ γῆ ἐν μέσῳ ἱδρυμένη ἐπιβάθρα καὶ τοῖς ἐπ' αὐτῆς βεβηκόσιν ἑδραία ᾖ, τά τε ζῶα τὰ ἐπ' αὐτῆς ἐξ ἀνάγκης τὸ τοιοῦτον στερεὸν ἔχῃ· ἡ δὲ γῆ τὸ μὲν εἶναι συνεχὴς παρ' αὐτῆς ἔχῃ, ἐπιλάμποιτο δὲ ὑπὸ πυρός· μετέχειν δὲ ὕδατος πρὸς τὸ μὴ αὐχμηρόν· ἔχῃ δὲ καὶ μερῶν πρὸς μέρη μὴ κωλύεσθαι συναγωγὴν, ἀέρα δὲ κουφίζειν γῆς ὄγκους· μεμίχθαι δὲ τῷ ἄνω πυρὶ οὐκ ἐν τῇ συστάσει τῶν ἄστρων τὴν γῆν, ἀλλ' ἐν κόσμῳ γενομένου ἑκάστου, καὶ τὸ πῦρ ἀπολαῦσαί τι τῆς γῆς, ὥσπερ καὶ τὴν γῆν τοῦ πυρός· καὶ ἕκαστον ἑκάστων, οὐχ ὡς τὸ ἀπολαῦσαν γενέσθαι ἐξ ἀμφοῖν, ἑαυτοῦ τε καὶ οὗ μετέσχεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐν κόσμῳ κοινωνίαν ὄν, ὅ ἐστι, λαβεῖν οὐκ αὐτὸ, ἀλλά τι αὐτοῦ, οἷον οὐκ ἀέρα, ἀλλ' ἀέρος τὴν ἀπαλότητα, καὶ τὴν γῆν, πυρὸς τὴν λαμπρότητα, τὴν δὲ μίξιν, πάντα διδόναι, καὶ τὸ συναμφότερον τότε ποιεῖν, οὐχὶ γῆν μόνον καὶ τὴν πυρὸς φύσιν, τὴν στερεότητα ταύτην καὶ τὴν πυκνότητα. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς τούτοις εἰπών· Φῶς ἀνῆψεν ὁ θεὸς περὶ τὴν δευτέραν ἀπὸ γῆς περιφοράν· τὸν ἥλιον λέγων, καὶ λαμπρότατόν που λέγει ἀλλαχοῦ τὸν ἥλιον, τὸν αὐτὸν

VII. Fortasse operæ pretium est audire Platonem dicentem, oportere in universo esse tale quiddam solidum, quod videlicet sit resistens, ut terra in medio collocata fundamentum sit omnibus per eam incedentibus stabilissimum, animaliaque terrena necessario talem quandam habeant soliditatem, terra vero hoc ipsum, quod continua sit, ex se ipsa possideat: illustretur autem ab igne, particeps quoque sit aquæ ad ariditatem nimiam devitandam: habeat insuper facultatem, qua non prohibeantur partes ejus cum partibus conspirare: aer denique terræ molem quadam levitate suffulciat. Meminisse vero oportet, terram non ita misceri igni sublimi, ut in ipsa stellarum compositione connumeretur: sed cum in uno mundi corpore singula collocentur, nimirum et ignem aliquid habere terreni: quemadmodum et terra ignei aliquid habet. Ac summatim singula habere aliquid singulorum, non adeo quidem, ut, quod dicitur alia possidere, ex utrisque constituatur, videlicet ex se ipso atque ex eo, cujus est particeps: imo in ipsa mundi communione rite situm, non tam alterum, quam alterius nonnihil accipiat: velut non ipsum aerem, sed aeris ipsius liquiditatem: sic et terra non tam ignem, quam igneam claritatem. Mixtio autem ipsa adhibet omnia et utrumque conflat in unum, non terram quidem tantum, atque naturam ignis, vel ignem tantum, atque terræ naturam, videlicet soliditatem quandam densitatemque ejusmodi. Testimonium his Plato ipse perhibet dicens: « Accendit deus lumen circa secundam a terra sphæram: » solem certe significans, quem alibi nuncupat splendidissi-

δὲ λευκότατον· ἀπάγων ἡμᾶς τοῦ ἄλλο τι νομίζειν, ἢ πυρὸς εἶναι. Πυρὸς δὲ οὐδετέρων τῶν εἰδῶν αὐτοῦ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ τὸ φῶς, ὅ φησιν, ἕτερον φλογὸς εἶναι· θερμὸν δὲ προσηνῶς μόνον· τοῦτο δὲ τὸ φῶς σῶμα εἶναι· ἀποστίλβειν δὲ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ὁμώνυμον αὐτῷ φῶς, ὃ δὴ φαμὲν καὶ ἀσώματον εἶναι· τοῦτο δὲ ἀπ' ἐκείνου τοῦ φωτὸς παρέχεσθαι, ἐκλάμπον ἐξ ἐκείνου ὥσπερ ἄνθος ἐκείνου καὶ στιλπνότητα, ὃ δὴ καὶ εἶναι τὸ ὄντως λευκὸν σῶμα· ἡμεῖς δὲ τὸ γεηρὸν πρὸς τὸ χεῖρον λαμβάνοντες, τοῦ Πλάτωνος κατὰ τὴν στερεότητα λαβόντος τὴν γῆν, ἵν τι γοῦν δὴ γῆν ὀνομάζομεν ἡμεῖς, διαφορὰς γῆς ἐκείνου τιθεμένου. Τοῦ δὴ τοιούτου πυρὸς τὸ φῶς παρέχοντος τὸ καθαρώτατον, ἐν τῷ ἄνω τόπῳ κειμένου, καὶ κατὰ φύσιν ἐκεῖ ἱδρυμένου, ταύτην τὴν φλόγα οὐκ ἐπιμίγνυσθαι τοῖς ἐκεῖ ὑπολῃπτέον, ἀλλὰ φθάνουσαν μέχρι τινὸς ἀποσβέννυσθαι, πλείονι ἐντυχοῦσαν ἀέρι, ἀνελθοῦσάν τε μετὰ γῆς ῥίπτεσθαι κάτω, οὐ δυναμένην ὑπερβαίνειν πρὸς τὸ ἄνω, κάτω δὲ τῆς σελήνης ἵστασθαι, ὥστε καὶ λεπτότερον ποιεῖν τὸν ἐκεῖ ἀέρα, καὶ φλόγα, εἰ μένοι, μαραινομένην, εἰς τὸ πραότερον γίγνεσθαι, καὶ τὸ λαμπρὸν μὴ ἔχειν, ὅσον εἰς τὴν ζέσιν, ἀλλ' ἢ ὅσον παρὰ τοῦ φωτὸς τοῦ ἄνω ἐναυγάζεσθαι· τὸ δὲ φῶς ἐκεῖ, τὸ μὲν ποικιλθὲν ἐν λόγοις τοῖς ἄστροις, ὥσπερ ἐν τοῖς μεγέθεσιν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς χρόαις τὴν διαφορὰν ἐργάσασθαι· τὸν δ' ἄλλον οὐρανὸν εἶναι καὶ αὐτὸν τοιούτου φωτός· μὴ ὁρᾶσθαι δὲ λεπτότητι τοῦ σώματος καὶ διαφανείᾳ οὐκ ἀντιτύπῳ, ὥσπερ καὶ τὸν καθαρὸν ἀέρα· πρόσεστι δὲ τούτοις καὶ τὸ πόρρω.

mum, eundemque nitidissimum. Quibus in verbis omnem a nobis opinionem abigit suspicantem, aliquid illic esse aliud præter ignem. Significat quoque, nullam adesse ignis aliam qualitatem præter lumen, quod quidem esse ait a flamma diversum; calorem vero lenem tantum atque suavem. Item lumen hoc esse corpus: emicare autem ab ipso lumen æquivocum, quod esse dicimus incorporeum: quod quidem ab illo lumine pendet, ex illo micans quasi flos ejus atque nitor, quod utique vere dicitur corpus album exsistere. Nos autem, quod terrenum dicitur, in deterius accipere consuevimus: quippe cum Plato terram pro soliditate quadam accipiat; nos vero unum aliquid tantum terram appellare solemus, cum tamen ille differentes in terra consideret qualitates. Cum igitur talis ignis purissimum præbeat lumen ipseque in sede sublimi resideat ibique naturaliter habitet, non est putandum nostram hanc flammam superioribus esse permistam, sed ad certum spatium percurrentem prorsus exstingui, aere quam plurimo videlicet occurrente: procedentem vero sæpe cum terra deorsum præcipitari: quippe cum superius transcendere nequeat, sed subsideat infra lunam, ubi aerem extenuat proximum: ac si maneat ibi flamma, certe facta subtilior, evadit et mitior, splendoremque habet non quo ad fervorem spectat, sed quatenus a superiori lumine perlustratur. Lumen vero cæleste, partim quidem varia ratione distributum est in stellis, in quibus tam colorum quam magnitudinum differentia discrepat; partim vero in reliquo præter stellas cælo simili ratione viget. Et si oculis non apparet propter corporis tenuitatem perspicuitatemque aspectui minime resistentem, quemadmodum in aere quoque puro contingit: accedit ad hæc intervalli etiam longitudo.

Quod cælo nihil effluat, nihil influat.

Η'. Τούτου δὴ μείναντος ἄνω τοῦ τοιούτου φωτὸς, ἐν ᾧ τέτακται, καθαροῦ, ἐν καθαρωτάτῳ, τίς ἂν τρόπος ἀπορρύῃς ἀπ' αὐτοῦ ἂν γένοιτο; οὐ γὰρ δὴ πρὸς τὸ κάτω πέφυκεν ἀπορρεῖν ἡ ἄνω τοιαύτη φύσις· οὐδ' αὖ τί ἐστιν ἐκεῖ τῶν βιαζομένων ὠθεῖν πρὸς τὸ κάτω· πᾶν δὲ σῶμα μετὰ ψυχῆς ἄλλο, καὶ οὐ ταὐτὸν οἷον μόνον ἦν· τοιοῦτον δὲ τὸ ἐκεῖ, οὐχ οἷον τὸ μόνον· τό τε γειτονοῦν, εἴτε ἀὴρ εἴτε πῦρ εἴη· ἀὴρ μέν, τί ἂν ποιήσειε; πυρὸς δὲ, οὐδ' ἂν ἐναρμόσειε πρὸς τὸ ποιῆσαι, οὐδ' ἂν ἐφάψαιτο εἰς τὸ δρᾶσαι· τῇ ῥύμῃ τε γὰρ καὶ παραλλάξειεν ἂν, πρὶν παθεῖν ἐκεῖνο· ἐλαττόν τε τοῦτο ἰσχνόν τε, οὐκ ἴσα τοῖς ἐνθάδε· εἶτα καὶ τὸ ποιῆσαι θερμῆναί ἐστι. Δεῖ τε τὸ θερμανθησόμενον μὴ θερμὸν παρ' αὐτοῦ εἶναι· εἰ δέ τι φθαρήσεται παρὰ πυρὸς, θερμανθῆναι δεῖ πρότερον αὐτὸ, καὶ παρὰ φύσιν αὐτὸ ἐν τῷ θερμαίνεσθαι γίνεσθαι· οὐδὲν δεῖ τοίνυν ἄλλου σώματος τῷ οὐρανῷ, ἵνα μένῃ, οὐδ' αὖ, ἵνα κατὰ φύσιν ἡ περιφορά· οὐ γάρ πω δέδεικται οὐδὲ ἐπ' εὐθείας οὖσα ἡ κατὰ φύσιν αὐτῷ φορά· ἢ γὰρ μένειν ἢ περιφέρεσθαι κατὰ φύσιν αὐτοῖς· αἱ δ' ἄλλαι βιασθέντων. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τροφῆς δεῖσθαι φατέον τὰ ἐκεῖ, οὐδὲ ἀπὸ τῶν τῇδε περὶ ἐκείνων ἀποφαντέον, οὔτε ψυχὴν τὴν αὐτὴν τὴν συνέχουσαν ἐχόντων, οὔτε τὸν αὐτὸν τόπον, οὔτε αἰτίας οὔσης ἐκεῖ, δι' ἣν τὰ τῇδε τρέφεται συγκρί-

VIII. Cum itaque tale lumen vigeat in excelso, ubi est naturaliter constitutum, purum videlicet in sede purissima, quanam via potest defluxus inde ullus accidere? neque enim natura talis tamque sublimis sua sponte defluit: neque rursus est ibi quicquam, quo impellente deorsum præcipitetur. Adde quod omne corpus longe se aliter habet, quando animæ conjunctum est, quam si esset ab anima separatum: corpus vero cæleste nullo modo est ab anima destitutum. Item, quicquid propinquat cælo, aut aer est, aut ignis. Primo quidem, si aer est, non video quo pacto agat in cælum. Deinde si est ignis, nequaquam ad id congruit tangitque cælum, ut agat in ipsum. Accedit quod repente ad cælestem permutatur naturam, priusquam cælum patiatur ab ipso. Item et magnitudine admodum minor est, et robore longissime cedit. Præterea ignis actio potissima est calefactio. Oportet autem, quod quod calefaciendum est, non esse calidum ex se ipso. Si quid vero dissolvatur ab igne, calefieri omnino prius oportet, atque in ipsa calefactione ex naturali ejus habitu dimoveri. Quamobrem nullo prorsus alio corpore ad id opus est cælo, ut suam servet naturam: neque rursus ut circuitus ejus sit naturalis, quanquam nondum de hoc est demonstratum. Neque in rectum vergit cæli motio naturalis: nempe vel quiescere vel revolvi natura propria cælestia jubet: reliqui vero motus ad violentiam pertinerent: neque igitur alimonia cælestia indigent. Proinde non decet ex nostrarum rerum conditione sublimia judicare: quippe cum neque animam prorsus eandem habeant continentem, neque similem regionem, neque illic ea sit causa, ob quam inferiora composita continue profluentia

μετα ἀεὶ ῥέοντα· τήν τε μεταβολὴν τῶν τῇδε σωμάτων ἀφ' ἑαυτῶν μεταβάλλειν, ἄλλης ἐπιστατούσης φύσεως αὐτοῖς, ἣ ὑπ' ἀσθενείας οὐκ οἶδε κατέχειν ἐν τῷ εἶναι, μιμεῖται δὲ ἐν τῷ γίγνεσθαι ἢ γεννᾶν τὴν πρὸ αὐτῆς φύσιν· τὸ δὲ μὴ ὡσαύτως πάντῃ, ὥσπερ τὰ νοητά, εἴρηται.

nutrimento indigere coguntur. Absit ergo permutatio ab illis ea, quæ in his corporibus dominans ex habitu naturæ deturbat : quippe cum alia quædam his natura præsideat, quæ propter debilitatem in ipso suo esse continere ea non potest, imitatur tamen in eo, quod generari est atque generare naturam, quoad potest, superiorem : de qua dictum est alibi, non posse et ipsam eodem prorsus modo, quo intelligibilia, se semper habere.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Β.

ΠΕΡΙ ΚΙΝΗΣΕΩΣ ΟΥΡΑΝΟΥ.

ENNEADIS II

LIBER II.

DE MOTU CÆLI.

(107, 108.) [199—201.]

Motus cæli fit ab anima intellectuali, et fit in circulum, cum quia et anima et intellectus circuitum quendam in se ipsis faciunt; tum quia ad circuitum confert circularis figura cæli.

Α'. Διὰ τί κύκλῳ κινεῖται; ὅτι νοῦν μιμεῖται. Καὶ τίνος ἡ κίνησις; ψυχῆς ἢ σώματος; Τί οὖν; ὅτι ψυχὴ ἐν αὐτῇ ἐστι καὶ πρὸς αὐτὴν ἀεὶ σπεύδει ἰέναι; ἢ ἔστιν ἐν αὐτῇ οὐ συνεχεῖ οὖσα, ἡ φερομένη συμφέρει; ἀλλ' ἔδει συμφέρουσαν μηκέτι φέρειν, ἀλλ' ἐνηνοχέναι, τοῦτ' ἔστι, στῆναι μᾶλλον ποιῆσαι, καὶ μὴ ἀεὶ κύκλῳ· ἢ καὶ αὐτὴ στήσεται, ἢ εἰ κινεῖται, οὔτι γε τοπικῶς. Πῶς οὖν τοπικῶς κινεῖ, αὐτὴ ἄλλον τρόπον κινουμένη; ἢ ἴσως οὐδὲ τοπική, ἡ κύκλῳ. Ἀλλ' εἰ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς, ποία οὖν τις; εἰς αὐτὴν συναισθητικὴ καὶ συννοητικὴ καὶ ζωτικὴ, καὶ οὐδαμοῦ ἔξω, οὐδ' ἄλλοθι, καὶ τὸ πάντα δεῖν περιλαμβάνειν. Τοῦ γὰρ ζώου τὸ κύριον περιληπτικὸν καὶ ποιοῦν ἓν· οὐ περιλήψεται οὐ ζωτικῶς, ἢ τοπικῶς, εἰ μένοι· οὐδὲ σώσει τὰ ἔνδον, σῶμα ἔχον· καὶ γὰρ σώματος ζωὴ κίνησις. Εἰ οὖν καὶ τοπική, ὡς δυνήσεται κινήσεται· καὶ οὐχ ὡς ψυχὴ μόνον, ἀλλ' ὡς σῶμα ἔμψυχον, καὶ ὡς ζῶον, ὥστε εἶναι μικτὴν ἐκ σωματικῆς καὶ ψυχικῆς, τοῦ μὲν σώματος εὐθὺ φερομένου φύσει, τῆς δὲ ψυχῆς κατεχούσης, ἐκ δ' ἀμφοῖν γενομένου, φερομένου τε καὶ μένοντος. Εἰ δὲ σώματος ἡ κύκλῳ λέγοιτο, πῶς, παντὸς εὐθυποροῦντος καὶ τοῦ πυρός; ἢ εὐθυπορεῖ, ἕως ἂν ἥκοι εἰς τὸ, οὗ τέτακται. Ὡς γὰρ ἂν ταχθῇ, οὕτω δοκεῖ καὶ ἑστάναι κατὰ φύσιν καὶ φέρεσθαι, εἰς ὃ ἐτάχθη. Διὰ τί οὖν οὐ μένει ἐλθόν; ἆρα ὅτι ἡ φύσις τῷ πυρὶ ἐν κινήσει; εἰ οὖν μὴ κύκλῳ, σκεδασθήσεται ἐπ' εὐθύ· δεῖ ἄρα κύκλῳ; Ἀλλὰ τοῦτο προνοίας; ἀλλ' ἐν αὑτῷ παρὰ τῆς προνοίας· ὥστε εἰ ἐκεῖ γένοιτο, κύκλῳ κινεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ· ἢ ἐφιέμενον τοῦ εὐθέως, οὐκ ἔχον οὐκέτι τόπον, ὥσπερ περιολισθάνον ἀνακάμπτει ἐν οἷς τόποις δύναται· οὐ γὰρ ἔχει τόπον μεθ' ἑαυτὸ, οὗτος γὰρ ἔσχατος. Θεῖ οὖν ἐν ᾧ ἔχει, καὶ αὐτὸς αὑτοῦ τόπος, οὐχ ἵνα μένῃ γεγενημένος, ἀλλ' ἵνα φέρηται. Καὶ κύκλου δὲ τὸ μὲν κέντρον μένει κατὰ φύσιν, ἡ δὲ ἔξωθεν περιφέρεια εἰ μένοι, κέντρον ἔσται μέγα· μᾶλλον οὖν ἔσται περὶ τὸ κέντρον, καὶ ζῶντι καὶ κατὰ φύσιν δὲ ἔχοντι σώματι· οὕτω γὰρ συννεύσει πρὸς τὸ κέντρον, οὐ τῇ συνιζήσει· ἀπολεῖ γὰρ τὸν κύκλον· ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο οὐ δύναται, τῇ περιδινήσει· οὕτω γὰρ μόνως ἀποπληρώσει τὴν ἔφεσιν· εἰ ψυχὴ δὲ περιάγοι, οὐ καμεῖται· οὐ γὰρ ἕλκει, οὐδὲ παρὰ φύσιν· ἡ γὰρ φύσις τὸ ὑπὸ ψυχῆς τῆς πάσης ταχθὲν, ἔτι πανταχοῦ οὖσα ἡ ψυχὴ ὅλη. Καὶ οὐ διειλημμένη ἡ τοῦ παντὸς κατὰ μέρος δίδωσι καὶ τῷ οὐρανῷ, ὡς δύναται, πανταχοῦ εἶναι· δύναται δὲ τῷ πάντα μετιέναι καὶ ἐπιπορεύεσθαι. Ἔστι μὲν γὰρ,

I. Quare cælum movetur circulo? quia mentem imitatur. Sed cujusnam est ille motus? animæne an corporis? Quid ergo? num quoniam anima in sphæra est, atque hæc circa ipsam procedere properat? Item numquid est in ea quasi non continua, an potius ita, ut ipsa mota commoveat? At forsitan oportebat animam commoventem haud ultra movere, sed jam movisse: id autem est efficere potius, ut permaneat, neque agitare semper in gyrum. Fortasse enim et ipsa stabit, aut, si moveatur, non tamen loco mutabitur. Quo igitur modo movet loco, quum ipsa modo quodam alio moveatur? Forsitan circularis motus non videatur alicui esse localis. Quodsi secundum accidens sit motus ejusmodi, qualisnam igitur per se est hic motus? Profecto conspiratio quædam in se ipsam consentiens, suorumque conscia atque vitalis, nec extra ullo modo vel usquam, nec alio vergens, in qua oportet cuncta comprehendi. Quod enim in animali principale est, comprehendit in se cuncta et conflat in unum. Non complectetur autem vitaliter, si quiescat: neque, cum habeat corpus, interiora servabit; etenim vita corporis est motio quædam. Quodsi motus ejusmodi etiam sit localis, utcunque poterit, agitabitur. Neque tanquam anima solum, sed tanquam corpus animatum atque vivens, adeo ut agitatio talis ex motione corporea simul et animali sit mixta: quippe cum corpus quidem suapte natura feratur in rectum, anima vero contineat, atque ita ex utrisque conficiatur motio quædam, in qua ferri simul sit atque manere. Si autem circuitus motio corporis esse dicatur, quonam modo rite dicetur, cum omne corpus vel ipse ignis recta motione feratur? Fortasse vero dicendum est, via recta procedere, donec eo perveniat, ubi esse est naturaliter institutum. Ut enim ordine institutum est, ita videtur et manere secundum naturam et ferri, in quod est ordinatum. Cur nam igitur non quiescit ignis, postquam fuerit sedem propriam consequutus? Numquid, quoniam ipsa natura ignis est in motu versari? Itaque nisi volvatur, nimirum distractus in rectum protinus dissipabitur; restat igitur, ut agitetur in orbem? At vero id jam est providentiæ munus? Esto id quidem: nam et ipse ignis in se ipso est ab ipsa providentia positus. Quapropter, si ibi fiat, ex se circulariter revolvetur: aut forsan, si rectum cupit motum, ubi non habeat ultra locum, ad quem feratur, necessario quasi circumlabens, quibus in locis potest, jam revolvitur. Nullus enim huic ultra se ipsum patet locus: hic namque est locus extremus. Itaque circumcurrit ea in sede, quam possidet: imo ipse sui ipsius est locus sic naturaliter institutus, non quidem ut maneat, sed ut feratur. Proinde in circulo centrum quidem natura quiescit: exterior vero circumferentia si quiescat, centrum erit ingens. Potius igitur aderit circa centrum, corpori videlicet viventi, atque naturaliter se habenti. Sic enim ad ipsum medium nutu continuo conspirabit, non videlicet considendo, alioquin orbem perderet, sed quando id non valet, saltem circumvagando. Hac enim ratione duntaxat appetitum prorsus explebit. Quodsi anima circumvolvat, nunquam defatigabitur: neque enim vel ipsa trahit, vel corpus præter naturam agitur. Id namque ipsum natura est, quod ab anima universi est ordinatum. Præterea mundi anima ubique exsistens non divisa per partes, sed ubique tota, dat et cælo, ut et ipsum, quoad potest, sit ubique. Potest autem duntaxat ex eo, quod pertranseat progrediaturque per omnia. Quiesceret sane ipsum, sicubi quiesceret anima,

εἴ που ἑστῶσα ἦν ἡ ψυχή, ἐλθὸν ἐκεῖ· νῦν δὲ, ἐπειδὴ πᾶσά ἐστιν αὐτῆς, παντὸς ἐφίεται. Τί οὖν; οὐδέποτε τεύξεται; ἢ οὕτως ἀεὶ τυγχάνει, μᾶλλον δὲ αὐτὴ πρὸς αὑτὴν ἄγουσα ἀεὶ, ἐν τῷ ἀεὶ ἄγειν ἀεὶ κινεῖ, καὶ οὐκ ἐλλιχοῦ κινοῦσα, ἀλλὰ πρὸς αὑτὴν ἐν τῷ αὐτῷ, οὐκ ἐκ' ἄλλο, ἀλλὰ κύκλῳ ἄγουσα, δίδωσιν αὐτῷ, οὗ ἂν ἅπτηται, ἐκεῖ ἔχειν αὐτήν. Εἰ δὲ μένοι ὡς ἐκεῖ οὖσης μόνον, οὗ ἕκαστον μένει, στήσεται· εἰ οὖν μὴ ἐκεῖ μόνον ὑποιοῦν, πανταχοῦ οἰσθήσεται καὶ οὐκ ἔξω· κύκλῳ δὲ ἡ φορά.

cum tandem ad animam pervenisset. Nunc vero, cum anima ipsa, quam appetit, totam se per totum fundat, nimirum ipsum quoque passim sequitur anima. Quid igitur? an nunquam animam assequetur? Forsan vero sic eam semper assequitur, imo ipsa potius cælum ad se semper agens, semper agendo movet et semper : non alio quidem movens, sed ad se ipsam et in eodem, non quidem in rectum, sed circulo ducens, ideoque tradit illi, ut, quocunque pervenerit, ibi reperiat ipsam. Quodsi quieverit anima, tanquam hac duntaxat illic manente, ubi quodlibet requiescit, conquiescit et cælum. Si ergo non alicubi tantum est anima, sed ubique, nimirum per omnia movetur cælum; cumque non feratur extra, merito retorquetur in orbem.

Solvuntur quæstiones : Quomodo moveatur anima et corpus hominis. Rursus, Quomodo cælum in circulum.

Β'. Τὰ οὖν ἄλλα, πῶς; ἢ οὐχ ὅλον ἕκαστον· μέρος δὲ καὶ κατεχόμενον μερικῷ τόπῳ· ἐκεῖνο δὲ ὅλον καὶ ὁλόν τόπος, καὶ οὐδὲν κωλύει· αὐτὸ γὰρ τὸ πᾶν. Πῶς οὖν ἄνθρωποι; ἢ ὅσον παρὰ τοῦ παντὸς μέρος· ὅσον δὲ αὐτοί, οἰκεῖον ὅλον· εἰ οὖν πανταχοῦ, οὗ ἂν ᾖ, ἔχει αὐτήν, τί δεῖ περιιέναι; ἢ ὅτι μὴ μόνον ἐκεῖ· εἰ δὲ ἡ δύναμις αὐτῆς περὶ τὸ μέσον, καὶ ταύτῃ ἂν κύκλῳ· μέσον δὲ οὐχ ὡσαύτως σώματος καὶ φύσεως ψυχῆς λητέον· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν μέσον, ἀφ' οὗ ἡ ἄλλη, τοπικῶς δὲ, σώματος· ἀνάλογον οὖν δεῖ τὸ μέσον· ὡς γὰρ ἐκεῖ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα μέσον δεῖ εἶναι, ὃ μόνως ἐστὶ μέσον σώματος καὶ σφαιρικοῦ· ὡς γὰρ ἐκεῖνο περὶ αὐτὸ, οὕτω καὶ τοῦτο. Εἰ δὴ ψυχή ἐστι περιθέουσα τὸν θεὸν, ἀμφαγαπάζεται, καὶ περὶ αὐτὸν, ὡς οἷόν τε, αὐτὴ ἔχει· ἐρέρτηται γὰρ αὐτοῦ πάντα. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔστι πρὸς αὐτὸν, περὶ αὐτόν· πῶς οὖν οὐ πᾶσαι οὕτως; ἢ ἑκάστη, ὅπου ἐστὶν, οὕτως. Διὰ τί οὖν οὐ καὶ τὰ σώματα ἡμῶν οὕτως; ὅτι τὸ εὐθύπορον προσήρτηται καὶ πρὸς ἄλλα αἱ ὁρμαὶ, καὶ τὸ σφαιροειδὲς ἡμῶν οὐκ εὔτροχον· γεῶδες γάρ· ἐκεῖ δὲ συνέπεται λεπτὸν καὶ εὐκίνητον. Διὰ τί γὰρ ἂν καὶ σταίη, ἡντιναοῦν κίνησιν τῆς ψυχῆς κινουμένης; ἴσως δὲ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πνεῦμα τὸ περὶ τὴν ψυχὴν τοῦτο ποιεῖ. Εἰ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς ἐν πᾶσι, τὴν συνεῖναι βουλομένην ψυχὴν περὶ αὐτὸν δεῖ γίγνεσθαι· οὐ γὰρ πῇ. Καὶ Πλάτων δὲ τοῖς ἄστροις οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ ὅλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν· ἕκαστον γὰρ οὗ ἐστι περιειληφὸς τὸν θεὸν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῷ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνάγκαις

II. Cetera vero quanam ratione moventur? Profecto non quodlibet est totum, sed pars unumquodque et proprio loco contentum : cælum vero totum est ac veluti locus, neque quicquam prohibet : ipsum enim est universum. Quo igitur modo moventur homines? Fortasse, qua ratione a toto pendent, pars est unusquisque : qua vero ipsi nos sumus, quilibet totum est proprium. Item si, ubicunque sit corpus, reperit animam, quidnam cogitur pervagari? Forsitan quia neque solum alicubi viget anima, neque solum alicubi eam assequi corpus affectat. Si autem potestas animæ circa medium viget, hac etiam ratione fit motus in circulum. Medium vero non eadem ratione in anima, qua et in corpore est ponendum : sed in anima quidem medium est, a quo alia pendet vita, in corpore vero medium est conditione locali. Quam ob rem proportione quadam medium hic esse oportet : ut enim ibi, ita et hic medium esse debet : quod quidem duntaxat medium est corporis, atque hujus quidem sphærici : nam sicut illud, ita et hoc circa se ipsum. Quodsi ita est, anima rursus revolvitur circa deum affectatque complecti, et, utcunque potest, circa ipsum sese habet ; cuncta enim a deo pendent. Quoniam vero non permanet penes ipsum, saltem se versat circa ipsum : curnam igitur non omnes id efficiunt? Imo vero quælibet, ubicunque est, id agit. Sed curnam corpora quoque nostra idem minime faciunt? Quoniam videlicet adjunctum est, quod recta motione progreditur, et impetus insuper ad alia vergunt. Quod rursus sphæricum est in nobis, in orbem facile retorqueri nequit : terrenum namque jam evasit : ibi vero consequitur, quod tenue est et facile mobile. Qua enim ratione quiescat, non satis video, quocunque motu anima moveatur. Fortasse in nobis etiam spiritale corpus, quod circa animam est diffusum, efficit idem. Si enim est deus in cunctis, oportet animam cum illo congredi cupientem sese fundere circa ipsum : non enim est duntaxat alicubi. Proinde Plato stellis non solum attribuit motum una cum toto orbicularem, verum etiam singulis motionem circa centrum proprium revolutam. Quilibet enim globus, ubicunque est, deum quodammodo circumplectens prorsus exsultat, non utique consilio quodam, sed naturali quadam necessitate commotus.

Confirmantur superiora, quoniam anima mundi per superiorem ejus vim in orbem retorquet inferiorem, rursusque per inferiorem rotat cælum.

Γ'. Ἔστω δὲ καὶ ὧδε· τῆς ψυχῆς ἡ μέντοι δύναμις ἡ ἰσχάτη, ἀπὸ γῆς ἀρξαμένη, καὶ διόλου διαπλακεῖσα ἐστὶν· ἡ δὲ αἰσθάνεσθαι πεφυκυῖα, καὶ ἡ λόγον δοξαστικὸν δεχομένη, πρὸς τὸ ἄνω ἐν ταῖς σφαίραις ἑαυτὴν ἔχει, ἐποχουμένη καὶ τῇ πρότερα, καὶ δύναμιν διδοῦσα παρ' αὐτῆς εἰς τὸ ποιεῖν ζωτικωτέραν. Κινεῖται οὖν ὑπ' αὐτῆς κύκλῳ περιεχούσης καὶ ἐφιδρυμένης παντί, ὅσον αὐτῆς εἰς τὰς σφαίρας ἀνέδραμε. Κύκλῳ οὖν ἐκείνης περιεχούσης συννεύουσα ἐπιστρέφεται πρὸς αὐτήν· ἡ δὲ ἐπιστροφὴ αὐτῆς περιάγει τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ἐμπέπλεκται. Ἑκάστου γὰρ μορίου κἂν ὁπωσοῦν

III. Idem hac insuper ratione consideretur. Postrema quidem vis animæ a terra exordiens, sese fundit per universum : vis autem animæ sensualis, et quæ opinantem possidet rationem, penes superiora viget in sphæris, incubans inferiori potentiæ atque ex se ipsa vim huic porrigens vitalem magis atque vivificam. Agitatur igitur hæc ab illa circulariter complectente totique insidente, quantum ipsius recurrit in sphæras. Itaque cum illa hanc circulo comprehendat, merito hæc connivens reflectitur in se ipsam. Hujus vero reflexio corpus una, cui est infusa, contorquet. In sphæra enim quantacunque pars moveatur, si modo

κινηθέντος ἐν σφαίρᾳ, εἰ μένον κινοῖτο, ἔσεισεν ἐν ᾧ ἐστι, καὶ τῇ σφαίρᾳ κίνησις γίνεται. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων τῶν ἡμετέρων τῆς ψυχῆς ἄλλως κινουμένης, οἷον ἐν χαραῖς καὶ τῷ φανέντι ἀγαθῷ τοῦ σώματος ἡ κίνησις καὶ τοπικὴ γίγνεται. Ἐκεῖ δὴ ἐν ἀγαθῷ γινομένη καὶ αἰσθητικωτέρα γενομένη κινεῖται πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ σείει ὡς πέφυκεν ἐκεῖ τοπικῶς τὸ σῶμα. Ἡ τε αἰσθητικὴ, ἀπὸ τοῦ ἄνω αὖ καὶ αὐτὴ τὸ ἀγαθὸν λαβοῦσα καὶ τὰ αὑτῆς, ἡσθεῖσα, διώκουσα αὐτὸ ὂν πανταχοῦ, πρὸς τὸ πανταχοῦ συμφέρεται. Ὁ δὲ νοῦς οὕτω κινεῖται· ἕστηκε γὰρ καὶ κινεῖται· περὶ αὐτὸν γάρ· οὕτως οὖν καὶ τὸ πᾶν τῷ κύκλῳ κινεῖται ἅμα καὶ ἕστηκεν.

permanens moveatur, sphæram, in qua est, necessario concutit, unde motus sphæræ procedit. In nostris enim corporibus quando movetur animus, etsi longe aliter moveatur, velut lætitia gestiens opinione boni, motus inde corporis etiam localis efficitur. Illinc igitur anima, eradens bono proxima effectaque sensu sagacior, movetur circa bonum, corpusque pro natura sua secundum localem concitat motionem. Sensualis virtus a superiori rursus concita, ipsaque suum percipiens bonum, secumque congratulans id prosequitur : cumque ubique sit, merito se per omnia confert. Intellectus autem quidnam agit? Sic certe movetur. Manet enim simul atque movetur : nam reflectitur in se ipsum. Ratione itaque simili universum circulo movetur simul et permanet.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Γ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙ ΠΟΙΕΙ ΤΑ ΑΣΤΡΑ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER III.

UTRUM STELLÆ ALIQUID AGANT.

(137,138.) [242—244.]

Narrat opiniones astrologorum de motibus et virtutibus planetarum.

Α'. Ὅτι ἡ τῶν ἄστρων φορὰ σημαίνει περὶ ἕκαστον τὰ ἐσόμενα, ἀλλ' οὐκ αὐτὴ πάντα ποιεῖ, ὡς τοῖς πολλοῖς δοξάζεται, εἴρηται μὲν πρότερον ἐν ἄλλοις, καὶ πίστεις τινὰς παρείχετο ὁ λόγος· λεκτέον δὲ καὶ νῦν ἀκριβέστερον διὰ πλειόνων· οὐ γὰρ μικρὸν, τὸ ἢ ὧδε ἢ ὧδε ἔχειν δοξάζειν. Τοὺς δὴ πλανήτας φερομένους ποιεῖν λέγουσιν οὐ μόνον τὰ ἄλλα, πενίας, καὶ πλούτους, καὶ ὑγιείας, καὶ νόσους, ἀλλὰ καὶ αἴσχη, καὶ κάλλη αὖ, καὶ δὴ τὸ μέγιστον, καὶ κακίας, καὶ ἀρετὰς, καὶ δὴ καὶ τὰς ἀπὸ τούτων πράξεις καθ' ἕκαστα ἐπὶ καιρῶν ἑκάστων, ὥσπερ θυμουμένους εἰς ἀνθρώπους, ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτοὶ οἱ ἄνθρωποι ἀδικοῦσιν, οὕτω παρ' αὐτῶν κατεσκευασμένοι ὡς ἔχουσι· καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ διδόναι οὐκ ἀγασθέντας τῶν λαμβανόντων, ἀλλ' αὐτοὺς ἢ κακουμένους κατὰ τοὺς τόπους τῆς φορᾶς, ἢ αὖ εὐπαθοῦντας· καὶ αὖ ἄλλους αὐτοὺς ταῖς διακρίσεις γιγνομένους· ὅταν τε ἐπὶ κέντρων ὦσι, καὶ ἀποκλίνοντας, ἄλλους· τὸ δὲ μέγιστον, τοὺς μὲν κακοὺς αὐτῶν λέγοντες, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς εἶναι, ὅμως καὶ τοὺς κακοὺς αὐτῶν λεγομένους ἀγαθὰ διδόναι, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς φαύλους γίγνεσθαι· ἔτι δὲ ἀλλήλους ἰδόντας ποιεῖν ἕτερα, μὴ ἰδόντας δὲ ἄλλα, ὥσπερ οὐχ αὑτῶν ὄντας, ἀλλὰ ἰδόντας μὲν, ἄλλους, μὴ ἰδόντας δὲ, ἑτέρους· καὶ τόνδε μὲν ἰδόντα ἀγαθὸν εἶναι, εἰ δ' ἄλλον ἴδοι, ἀλλοιοῦσθαι· καὶ ἄλλως μὲν ὁρᾶν, εἰ κατὰ σχῆμα τόδε ἡ ὄψις, ἄλλως δὲ, εἰ κατὰ τόδε· ὁμοῦ τε πάντων τὴν κρᾶσιν ἑτέραν γίγνεσθαι· ὥσπερ ἐξ ὑγρῶν διαφόρων τὸ κρᾶμα ἕτερον παρὰ τὰ μεμιγμένα. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα δοξαζόντων περὶ ἑκάστου λέγειν ἐπισκοπουμένοις προσήκει. Ἀρχὴ δ' ἂν εἴη προσήκουσα αὕτη.

I. Stellarum motum circa unum quodque significare quidem futura, non autem facere omnia, ut opinantur multi, alibi diximus persuasiones aliquas adducentes : dicendum autem in præsentia exactioribus jam et pluribus argumentis. Non enim parum refert hoc vel illo modo de his opinari. Tradunt astrologi multi, planetas suis motibus facere non solum cetera, velut inopias et divitias, valetudinemque prosperam vel adversam : verum etiam turpia atque pulchra atque, id quod maximum est, vitia insuper et virtutes. Item singulas in temporibus singulis actiones ab his orientes, perinde ac si adversus homines sint irati, in his videlicet, in quibus homines ipsi injuriam nullam inferunt : utpote qui tales sunt, quales a planetis fuerint instituti. Addunt præterea, illos, quæ bona dicuntur afferre, non propterea, quod diligant accepturos, sed quoniam ipsi pro diversitate motus atque loci vel bene vel male prorsus afficiantur : rursus adducantur mutare sententias pro mutatione cursus, diversique a se ipsis evadant, quando vel sunt in angulis vel quando declinant. Quod vero maximum est, cum dicant, alios quidem inter illos esse malos, alios vero bonos, nihilo minus cum malos sæpe bona largiri, tum bonos nonnunquam evadere malos. Adjungunt, planetas, quando mutuo se conspiciunt, alia, quando non conspiciunt, alia facere, quasi sui juris minime sint, sed aspiciendo quidem alii, non aspiciendo autem alii fiant. Postremo, planetam, cum certum aliquem intuetur, evadere bonum : cum vero intuetur alium, repente mutari. Afferunt quin etiam, eos aliter contueri, si certa quadam figura fiat intuitus, aliter autem, si intuendi figura mutetur : deinde ex cunctis una invicem conspirantibus aliam confici mistionem : quemadmodum ex liquoribus variis diversa quædam præter mista singula mistura conflatur. Cum hæc igitur hunc in modum et alia similiter opinentur, operæ pretium est de singulis accurate disserere. Conveniens autem exordium erit hujusmodi.

Si stellæ inanimatæ sunt, non faciunt nisi corporea : si animatæ, non faciunt mala .

Β'. Πότερα ἔμψυχα νομιστέον ἢ ἄψυχα ταῦτα τὰ φερόμενα. Εἰ μὲν γὰρ ἄψυχα, οὐδὲν, ἀλλ' ἢ θερμὰ καὶ ψυχρὰ παρεχόμενα, εἰ δὴ καὶ ψυχρὰ ἄττα τῶν ἄστρων φήσομεν. Ἀλλ' οὖν ἐν τῇ τῶν σωμάτων ἡμῶν φύσει στήσουσι τὴν δόσιν, φορᾶς δηλονότι σωματικῆς εἰς ἡμᾶς γινομένης, ὡς μηδὲ πολλὴν τὴν παραλλαγὴν τῶν σωμάτων γίγνεσθαι, τῆς τ' ἀπορροῆς ἑκάστων τῆς αὐτῆς οὔσης· καὶ δὴ καὶ ὁμοῦ εἰς ἓν ἐπὶ γῆς μιγνυμένων, ὡς μόνον κατὰ τοὺς τόπους τὰς διαφορὰς γίγνεσθαι, ἐκ τοῦ ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν πρὸς τὴν διαφορὰν διδόντας· καὶ τοῦ ψυχροῦ ὡσαύτως· σοφοὺς δὲ καὶ ἀμαθεῖς, καὶ γραμματικοὺς ἄλλους, τοὺς δὲ ῥήτορας, τοὺς δὲ

II. Principio considerandum est, utrum cælestia sint animata vel contra. Si enim, quæ ita feruntur, anima careant, nihil aliud, præter caliditatem et frigiditatem atque similia quædam adducere poterunt, si modo stellas ullas esse frigidas concesserimus. Jam igitur usque ad corporum nostrorum naturas tantum actiones suas et munera propagabunt : quippe cum corporeus duntaxat impulsus in nos inde proveniat, adeo ut neque etiam multa inde corporum diversitas accidat : quandoquidem defluxus idem sit singulorum, atque simul in terra commisceantur in unum, ubi solum pro varietate locorum diversitas orietur : diversitate videlicet nata ex eo, quod aut propinquius aliquid aut remotius exponatur ad influxum sic vel aliter capiendum. Eadem quoque ratio erit, si frigus inter hæc admittatur. Sapientes autem et ignorantes, item alios quidem grammaticos, alios autem rhetores, alios citharœdos [*l.* ci-

χιθαριστὰς, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας· ἔτι δὲ πλουσίους καὶ πένητας, πῶς; καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα μὴ ἐκ σωμάτων κράσεως τὴν αἰτίαν ἔχει τοῦ γίγνεσθαι· οἷον καὶ ἀδελφὸν τοιόνδε καὶ πατέρα, καὶ υἱὸν γυναῖκά τε· καὶ τὸ νῦν εὐτυχῆσαι, καὶ στρατηγὸν καὶ βασιλέα γενέσθαι· εἰ δ' ἔμψυχα ὄντα προαιρέσει ποιεῖ, τί παρ' ἡμῶν παθόντα, κακὰ ἡμᾶς ποιεῖ ἑκόντα; καὶ ταῦτα ἐν θείῳ τόπῳ ἱδρυμένα καὶ αὐτὰ θεῖα ὄντα. Οὐδὲ γὰρ δι' ἃ ἄνθρωποι γίνονται κακοὶ ταῦτα ἐκείνοις ὑπάρχει, οὐδέ γε ὅλως γίνεται ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν αὐτοῖς, ἡμῶν ἢ εὐπαθούντων, ἢ κακὰ πασχόντων.

tharistas] ceterisque artibus discrepantes: item alios quidem divites, alios vero pauperes qua ratione faciant, minime video. Similiterque et alia, quæ nullo modo ex ipsa corporum mistione causam, per quam fiant, habere possunt : veluti quod talem habeas fratrem, talem et patrem atque filium et uxorem : postremo, quod aliquando prospere tibi res succedant, et nunc dux exercitus designeris regnoque potiaris. Sin autem animata cælestia sint agantque consilio, dic, amabo, quidnam injuriæ a nobis acceperint, unde nobis sponte quotidie noceant? præsertim cum et in sede divina collocata sint, et ipsa divina. Non enim illis hæc accidunt, quorum causa homines mali fiunt : neque omnino ex humana sive prosperitate sive adversitate boni quicquam vel mali illis accidit.

Stellæ non mutant naturam motibus, locis, aspectibus.

Γ'. Ἀλλ' οὐχ ἑκόντες ταῦτα, ἀλλ' ἠναγκασμένοι τοῖς τόποις καὶ τοῖς σχήμασιν. Ἀλλ' εἰ ἠναγκασμένοι, τὰ αὐτὰ δήπουθεν ἐχρῆν ἅπαντας ποιεῖν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων καὶ σχημάτων γιγνομένους. Νῦν δὲ τί διάφορον πέπονθεν ὅδε, τόδε τὸ τμῆμα τοῦ τῶν ζωδίων κύκλου παριών; καὶ αὖ τόδε; οὐ γὰρ δὴ οὐδ' ἐν αὐτῷ τῷ ζωδίῳ γίγνεται, ἀλλ' ὑπ' αὐτῷ πλεῖστον ἀπέχων, καὶ καθ' ὁποῖον ἂν γίγνηται κατὰ τὸν οὐρανὸν ὤν. Γελοῖον γὰρ, καθ' ἕκαστον ὧν τις παρέρχεται, ἄλλον καὶ ἄλλον γίγνεσθαι, καὶ διδόναι ἄλλα καὶ ἄλλα· ἀνατέλλων δὲ καὶ ἐπὶ κέντρου γεγονὼς καὶ ἀποκλίνας ἄλλος. Οὐ γὰρ δὴ τοτὲ μὲν ἥδεται ἐπὶ τοῦ κέντρου ὢν, τοτὲ δὲ λυπεῖται ἀποκλίνας ἢ ἀργὸς γίνεται· οὐδ' αὖ θυμοῦται ἀνατείλας ἄλλος, πραΰνεται δὲ ἀποκλίνας· εἷς δέ τις αὐτῶν καὶ ἀποκλίνας ἀμείνων· ἔστι γὰρ ἀεὶ ἕκαστος, καὶ ἐπίκεντρος ἄλλοις, ἀποκλίνας ἄλλοις, καὶ ἀποκλίνας ἑτέροις, ἐπίκεντρος ἄλλοις· καὶ οὐ δήπου κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον χαίρει τε καὶ λυπεῖται, καὶ θυμοῦται, καὶ πρᾷός ἐστι. Τὸ δὲ τοὺς μὲν αὐτῶν χαίρειν λέγειν δύνοντας, τοὺς δὲ ἐν ἀνατολαῖς ὄντας, πῶς οὐκ ἄλογον; καὶ γὰρ οὕτω συμβαίνει ἅμα λυπεῖσθαί τε καὶ χαίρειν. Εἶτα, διὰ τί ἡ ἐκείνων λύπη ἡμᾶς κακώσει; Ὅλως δὲ οὐδὲ λυπεῖσθαι οὐδὲ ἐπὶ καιροῦ χαίρειν αὐτοῖς δοτέον, ἀλλ' ἀεὶ τὸ ἥδιον ἔχειν, χαίροντας ἐφ' οἷς ἀγαθοῖς ἔχουσι, καὶ ἐφ' οἷς ὁρῶσι. Βίος γὰρ ἐφ' αὑτοῦ ἑκάστῳ, καὶ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ τὸ εὖ· τὸ δὲ οὐ πρὸς ἡμᾶς· καὶ μάλιστα τοῖς οὐ κοινωνοῦσιν ἡμῖν ζώοις κατὰ συμβεβηκὸς οὐ προηγούμενον οὐδὲ ὅλως τὸ ἔργον πρὸς ἡμᾶς, εἰ ὥσπερ ὄρνισι κατὰ συμβεβηκὸς τὸ σημαίνειν.

III. Dicent fortasse, stellas non sponte talia facere, sed locis figurisque coactas. At enim si compulsæ facerent, oporteret omnes, dum in eisdem locis figurisque [statuque] sunt, eadem facere. Nunc autem quid differens hic planeta patitur, dum per gradum hunc aut rursus per illum zodiaci circuli transit? quidve differens ille? Neque enim in ipso zodiaco est, sed sub ipso longissime distans, et, per qualemcunque portionem transeat, similiter est in cælo. Ridiculum namque est, secundum quamlibet cæli portiunculam, quam percurrit, planetam alterius fieri alteriusque naturæ, aliaque rursus et alia exhibere. Item aliam habere naturam, cum exoritur atque est in angulo, aliam cum declinat. Non enim tunc quidem gaudet, quando est in angulo; tunc autem dolet aut torpet, quando declinat. Neque rursum sævit, quando exoritur alius : mansuescit vero, cum inclinatur : unus vero inter eos, cum inclinatur, melior. Est enim continue quilibet aliis quidem angularis [*l.* in cardinibus], aliis vero cadens : item cadens aliis, vicissim aliis angularis [*l.* in cardinibus] : neque tamen eodem tempore delectatur et mœret, et irascitur atque mitigatur. Quod autem aiunt alios quidem occasu, alios contra ortu gaudere, videtur absurdum. Sic enim accideret, eundem oblectari simul atque mœrere. Præterea, curnam illorum mœror nobis inferat malum? At enim neque dolere neque pro tempore delectari eos est concedendum : imo semper esse tranquillos, bonis gaudentes præsentibus, et quibus ipsi fruantur, et quæ prospiciant. Nempe vita illic sua cuique in se ipso consistit, ipsoque actu suum possidet bonum. Id autem non vergit ad nostra. Nimirum viventium illorum, quæ nullum nobiscum commercium habent, opus non præcipue, sed potius consequenter, imo vero nullo modo ad nostra declinat, siquidem tanquam avibus penes augures, sic et illis accidit futura portendere.

Astrologi non vere assignant planetarum aspectus.

Δ'. Κἀκεῖνο δὲ ἄλογον, τόνδε μὲν τόνδε ὁρῶντα χαίρειν, τόνδε δὲ τόνδε τοὐναντίον· τίς γὰρ αὐτοῖς ἔχθρα; ἢ περὶ τίνων; διὰ τί δὲ τρίγωνος μὲν ὁρῶν, ἄλλως, ἐξ ἐναντίας δὲ ἢ τετράγωνος, ἄλλως; διὰ τί δὲ ὠδὶ μὲν ἐσχηματισμένος ὁρᾷ, κατὰ δὲ τὸ ἑξῆς ζώδιον ἐγγυτέρω ὢν μᾶλλον, οὐχ ὁρᾷ; ὅλως δὲ, τίς καὶ ὁ τρόπος ἔσται τοῦ ποιεῖν, ἃ λέγονται ποιεῖν; πῶς τε χωρὶς ἕκαστος καὶ ἔτι πῶς ὁμοῦ πάντες ἄλλο ἐκ πάντων; οὐ γὰρ δὴ συνθέμενοι πρὸς ἀλλήλους οὕτω ποιοῦσιν εἰς ἡμᾶς τὰ δόξαντα. ὑφεὶς ἕκαστός τι τῶν ἀφ' αὑτοῦ· οὐδ' αὖ ἄλλος ἐκώλυσε τὴν τοῦ ἑτέρου δόσιν γενέσθαι βιασάμενος,

IV. Præterea absurdum esse videtur, hunc quidem planetarum hujus aspectu congratulari, illum vero conspectu illius offendi. Quænam inter illos et qua de re potest esse discordia? Deinde quam ob causam aliter sese habent, cum aspectu trino se contuentur, aliter autem, cum averso vel quadrato respiciunt? Item curnam sic quidem et hic configuratus aspicit? procedens vero ad signum deinceps positum et propinquius negatur aspicere? Omnino autem quis esse poterit modus ad illa, quæ inde fieri dicuntur, efficienda? Et quo pacto illorum quilibet seorsum suum aliquid agit? cuncti vero simul quiddam ex omnibus aliud? Non enim inter se quasi consulto convenientes, quæ deliberarunt in nos, exsequuntur, remittens unusquisque ex officio suo nonnihil : neque rursus alter alterius munus

οὐδ' αὖ ὁ ἕτερος παρεχώρησε τῷ ἑτέρῳ πεισθεὶς αὐτῷ πράττειν. Τὸ δὲ τόνδε μὲν χαίρειν ἐν τοῖς τοῦδε γενόμενον, ἀνάπαλιν δὲ τὸν ἕτερον ἐν τοῖς τοῦ ἑτέρου γενόμενον, πῶς οὐχ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ὑποθέμενος δύο φιλοῦντας ἀλλήλους, ἔπειτα λέγοι τὸν μὲν ἕτερον φιλεῖν τὸν ἕτερον, ἀνάπαλιν δὲ θάτερον μισεῖν θάτερον.

illata vi prohibet : neque etiam alter cedet alteri, persuasus alteri suum officium tradere. Postremo quod aiunt, alium quidem in hujus sedibus positum oblectari, contra vero alterum in ipsius sede receptum, perinde se habere videtur, ac si quis, cum duos quosdam inter se amicos esse concesserit, deinde tamen asserat, alterum quidem diligere alterum, vicissim vero alterum habere odio alterum.

Errant circa naturas planetarum

Ε'. Λέγοντες δὲ ψυχρόν τινα αὐτῶν εἶναι, ἔτι πόρρω γινόμενον ἀφ' ἡμῶν μᾶλλον ἡμῖν ἀγαθὸν εἶναι, ἐν τῷ ψυχρῷ τὸ κακὸν αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τιθέμενοι· καίτοι δεῖ ἐν τοῖς ἀντικειμένοις ζωδίοις ἀγαθὸν ἡμῖν εἶναι· καὶ, ἐναντίους γενομένους, τὸν ψυχρὸν τῷ θερμῷ δεινοὺς ἀμφοτέρους γίνεσθαι· καίτοι ἔδει κρᾶσιν εἶναι· καὶ τόνδε μὲν χαίρειν τῇ ἡμέρᾳ καὶ ἀγαθὸν γίγνεσθαι θερμαινόμενον· τὸν δὲ τῇ νυκτὶ χαίρειν πυρώδη ὄντα, ὥσπερ οὐκ ἀεὶ ἡμέρας αὐτοῖς οὔσης, λέγω δὲ φωτός· ἢ τοῦ ἑτέρου καταλαμβανομένου ὑπὸ νυκτὸς, πολὺ ὑπεράνω τῆς σκιᾶς τῆς γῆς ὄντος· τὸ δὲ τὴν σελήνην πληρέστατον μὲν οὖσαν ἀγαθὴν εἶναι, τῷδε συνερχομένην, λείπουσαν δὲ κακὴν, ἀνάπαλιν, εἴπερ δοτέον. Πλήρης γὰρ οὖσα πρὸς ἡμᾶς, ἐκείνῳ ὑπεράνω ὄντι ἐφωτιστος ἂν εἴη τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ· λείπουσα δὲ ἡμῖν, ἐκείνῳ πλησίφωτος, ὥστε τὰ ἐναντία ποιεῖν ἔδει λείπουσαν, ἐκείνῳ μετὰ φωτὸς ὁρῶσαν. Αὐτῇ μὲν οὖν ἱκανὸς ἐχούσῃ οὐδὲν διαφέροι ἂν, τὸ ἥμισυ ἀεὶ φωτιζομένῃ· τῷ δ' ἴσως διαφέροι ἂν θερμαινομένῳ ὡς λέγουσιν· ἀλλὰ θερμαίνοιτο ἄν, εἰ ἀφώτιστος πρὸς ἡμᾶς ἡ σελήνη εἴη· πρὸς δὲ τὸν ἕτερον ἀγαθὴ οὖσα ἐν τῷ ἐφωτίστῳ πλήρης ἐστὶ πρὸς αὐτόν· τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς τῆς σελήνης ἀφώτιστόν ἐστι πρὸς τὰ ἐπὶ γῆς, οὐ τὸ ἄνω λυπεῖ. Οὐκ ἐπικουροῦντος δὲ ἐκείνου τῷ πόρρω χεῖρον εἶναι δοκεῖ· ὅταν δὲ πλήρης ᾖ, ἀρκεῖ τῷ κάτω, κἂν ἐκεῖνος πόρρωθεν ᾖ· πρὸς δὲ τὸν πυρώδη ἀφώτιστος οὖσα, πρὸς ἡμᾶς ἔδοξεν εἶναι ἀγαθή. Αὐταρκεῖ γὰρ τὸ ἐκείνου πυρωδεστέρου ἢ πρὸς ἐκεῖνον ὄντος. Τὰ δὲ ὄντα ἐκεῖθεν σώματα ἐμψύχων, ἄλλα ἄλλων ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον θερμὰ, ψυχρὸν δὲ οὐδέν· μαρτυρεῖ δὲ ὁ τόπος. Δία δὲ ὃν λέγουσιν, εὔκρατος πυρί· καὶ ὁ Ἔρως οὗτος· διὸ καὶ σύμφωνοι δοκοῦσιν ὁμοιότητι· πρὸς δὲ τὸν Πυρόεντα καλούμενον τῇ κράσει· πρὸς δὲ Κρόνον ἀλλοτρίως τῷ πόρρω. Ἑρμῆς δὲ ἀδιάφορος, πρὸς ἅπαντας ὡς δοκεῖ ὁμοιούμενος· πάντες δὲ πρὸς τὸ ὅλον σύμφοροι· ὥστε πρὸς ἀλλήλους οὕτως, ὡς τῷ ὅλῳ συμφέρει· ὡς ἐφ' ἑνὸς ζώου ἕκαστα τῶν μερῶν ὁρᾶται. Τούτου γὰρ χάριν μάλιστα, οἷον χολὴ καὶ τῷ ὅλῳ καὶ πρὸς τὸ ἐγγύς· καὶ γὰρ ἔδει καὶ θυμὸν ἐγείρειν, καὶ τὸ πᾶν καὶ τὸ πλησίον μὴ ἐᾷν ὑβρίζειν· καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ παντελεῖ ἔδει τινὸς τοιούτου καί τινος ἄλλου πρὸς τὸ ἧττον ἀνημμένου· τὰ δὲ ὀφθαλμοὺς εἶναι, συμπαθῆ δὲ πάντα τῷ ἀλόγῳ αὐτῶν εἶναι. Οὕτω γὰρ ἓν καὶ μία ἁρμονία. Ταῦτ' οὖν πῶς οὐ σημεῖα ἐξ ἀναλογίας εἴη ἄν;

V. Tradunt vero, quendam ex illis frigidum etiam procul a nobis positum magis nobis bonum, in ipso videlicet frigido malum ipsius adversum nos collocantes : etsi oportebat in oppositis zodiaci signis bonum nobis exsistere. Ferunt insuper planetam frigidum oppositum calido ambos evadere graves, quanquam oportuit ex hoc temperantiam fieri. Præterea alium quidem delectari die, fierique diurno calore propitium : alium vero, utpote igneum, nocte gaudere, perinde ac si non perpetuus ibi sit dies, id est, lumen : vel alter occupetur nocte, cum tamen supra umbram terræ sit longe elatus. Quod vero aiunt, lunam lumine plenam huic congredientem fieri bonam, vacuam vero lumine, malam, si modo tale quiddam concedendum sit, contra dicendum. Cum enim versum nos plena est, tunc illi super eam incedenti vacua, altero videlicet semicirculo : cum vero nobis ex adverso minuitur, illinc impletur : quapropter contraria oportuit facere deminutam, videlicet cum lumine illud aspicientem. Itaque penes ipsam nihil interest, quomodocunque se habeat, cum semper sit ex dimidio plena : ac penes illum forsitan interest, quem inde calefieri tradunt : verum calefiet forsan, si luna erga nos sit luminis expers. Erga alterum vero exsistens bona, dum orba lumine dicitur, plena interim ad ipsum, ad nos autem vacua. *Quod vero ad nos lunæ est expers luminis, ad ea pertinet, quæ in terra sunt : superiora non lædit.* Proinde quando ille non adjuvat, propterea quod sit procul, deterius se habere videtur : quando vero plena est, sufficit eo, quod inferius, etsi ille sit procul : cum autem ad ipsum igneum orba lumine est, erga nos bona esse videtur. Per se enim sufficit potestas illius : utpote quod ferventius est, si ad alterum comparetur. Corpora vero viventium inde currentia magis minusque inter se sunt calida, nullum autem est frigidum : quod quidem locus ipse testatur. Præterea, quem vocant Jovem, bene temperatus est igne : similiter quoque Lucifer : quapropter et similitudine quadam concordes esse videntur. Quoad ipsum vero spectat, qui dicitur igneus [*i. e. Martis stella*], ad temperationem quandam conferre putandum. Quoad Saturnum denique, eo quod procul, aliene se habere dicendum. Postremo, quod aiunt Mercurium ad omnes indifferentem, intelligendum est, facile cunctis persimilem fieri : omnes autem conducunt ad universum : itaque inter se ita se habent, ut expedit toti : quemadmodum in uno vivente partes singulæ dispositæ sunt. Hujus enim gratia potissimum sunt appositæ, ceu bilis et toti et parti proxime confert. Oportuit enim animum excitare neque permittere vel totum vel partem proximam injuriis affici : quin etiam in universo tale quiddam oportuit esse, et aliud insuper ad suaviorem temperiem adhiberi : alia vero velut oculos esse : et omnia irrationali ipsorum vita invicem compati. Sic enim unum est totum et harmonia totius una. Hæc igitur quomodo non signa quædam erunt per proportionem quandam considerata ?

Errant circa planetarum actiones.

Ϛ'. Ἄρεα δὲ τόνδε ἢ Ἀφροδίτην θεμένους μοιχείας ποιεῖν, εἰ ὠδὶ εἶεν, ὥσπερ ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀκολασίας αὐτοὺς ἐμπιπλάντας ὧν πρὸς ἀλλήλους δέονται, πῶς οὐ πολλὴν ἀλογίαν ἔχοι; καὶ τὴν μὲν θέαν αὐτοῖς τὴν πρὸς ἀλλήλους, εἰ οὕτωσὶ θεῷντο, ἡδεῖαν εἶναι, πέρας δὲ αὐτοῖς μηδὲν εἶναι, πῶς ἄν τις παραδέξαιτο;' μυριάδων δὲ ζώων ἀναριθμήτων γινομένων, καὶ οὐσῶν ἑκάστῳ τελεῖν ἀεί, τό τοι δόξαν αὐτοῖς διδόναι, πλουτεῖν ποιεῖν, πένητας, ἀκολάστους, καὶ τὰς ἐνεργείας ἑκάστων αὐτοὺς τελεῖν, τίς αὐτοῖς ἐστιν ὁ βίος; ἢ πῶς δυνατὸν τοσαῦτα ποιεῖν; Τὸ δὲ ἀναφορὰς ζωδίων ἀναμένειν, καὶ τότε τελεῖν, καὶ ὅσαις μοίραις ἀνατέλλει ἕκαστον, ἐνιαυτοὺς εἶναι τοσούτους τῆς ἀναφορᾶς, καὶ οἷον ἐπὶ δακτύλων τίθεσθαι ὅτε ποιήσουσι, μὴ ἐξεῖναι δ' αὐτοῖς πρὸ τούτων τῶν χρόνων· ὅλως δὲ μηδενὶ ἐνὶ τὸ κύριον τῆς διοικήσεως διδόναι, τούτοις δὲ τὰ πάντα διδόναι, ὥσπερ οὐκ ἐπιστατοῦντος ἑνὸς ἀφ' οὗ διηρτῆσθαι τὸ πᾶν, ἑκάστῳ διδόντος κατὰ φύσιν τὸ αὐτοῦ περαίνειν καὶ ἐνεργεῖν τὰ αὐτοῦ, συντεταγμένον αὖ μετ' αὐτοῦ, λύοντός ἐστι καὶ ἀγνοοῦντος κόσμου φύσιν ἀρχὴν ἔχοντος καὶ αἰτίαν πρώτην ἐπὶ πάντα ἰοῦσαν.

VI. Præterea quod aiunt Martem aut Venerem certo modo dispositos adulteria procreare, valde a ratione dissentit: quippe cum id non aliud sit, quam illos humanæ intemperantiæ more mutuam aviditatem indigentiamque suam ardenter explere. Proinde quod dicunt, quando certa se conditione conspiciunt, gratum esse conspectum, terminum vero illis penitus esse nullum, nulla concedendum ratione videtur. Item cum innumerabilia animalium millia continue sint atque nascantur, quonam pacto unicuique semper singula perficiunt, afferunt et gloriam et divitias, faciunt pauperes atque incontinentes, singulasque singulorum efficiunt actiones? Quænam illis ejusmodi vita foret? aut quomodo tot tamque diversa conficere possunt? Perabsurde quoque dicitur, illos exspectare signorum cursus ascensiones et reditus, et tunc demum institutum officium consummare, et quot partibus ascendit quodlibet, totidem esse ascensionis, sive reditus annos, et quasi digitis computare, quando facturi sint, neque licere illis ante id tempus efficere. Postremo nulli prorsus uni gubernationis auctoritatem ascribere, sed his attribuere cuncta, quasi non unus quidam præsideat princeps, a quo pendeat universum, distribuente videlicet unicuique munera propria naturaliter peragenda, [in quibus deinceps similiter coordinata sunt omnia]: id certe hominis est et solventis ordinem, in quo ipse connumeratur, et ignorantis universi naturam principium habentis causamque primam per omnia vim suam penitus propagantem.

Significationes stellarum fiunt propter mirabilem rerum in mundo connexionem.

Ζ'. Ἀλλ' εἰ σημαίνουσιν οὗτοι τὰ ἐσόμενα, ὥσπερ φαμὲν πολλὰ καὶ ἄλλα σημαντικὰ εἶναι τῶν ἐσομένων, τί ἂν τὸ ποιοῦν εἴη; καὶ ἡ τάξις πῶς; οὐ γὰρ ἂν ἐσημαίνετο τεταγμένως μὴ ἑκάστων γινομένων. Ἔστω τοίνυν ὥσπερ γράμματα ἐν οὐρανῷ γραφόμενα ἀεί, ἢ γεγραμμένα καὶ κινούμενα, ποιοῦντα μέν τι ἔργον καὶ ἄλλο, ἐπακολουθείτω δὲ τῷδε ἡ παρ' αὐτῶν σημασία· ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἐν ἑνὶ ζώῳ παρ' ἄλλου μέρους ἄλλο ἄν τις μάθοι· καὶ γὰρ καὶ ἤθος ἄν τις γνοίη εἰς ὀφθαλμούς τινος ἰδών, ἢ τι ἄλλο μέρος τοῦ σώματος, καὶ κινδύνους καὶ σωτηρίας· καὶ οὖν μέρη μὲν ἐκεῖνα· μέρη δὲ καὶ ἡμεῖς· ἄλλα οὖν ἄλλοις. Μεστὰ δὲ πάντα σημείων, καὶ σοφός τις ὁ μαθὼν ἐξ ἄλλου ἄλλο. Πολλὰ δὲ ἤδη ἐν συνηθείᾳ γιγνόμενα γινώσκεται πᾶσι. Τίς οὖν ἡ σύνταξις ἡ μία; οὕτω γὰρ καὶ τὸ κατὰ τοὺς ὄρνεις εὔλογον, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἀφ' ὧν σημαινόμεθα ἕκαστα· συνηρτῆσθαι δὴ δεῖ ἀλλήλοις τὰ πάντα· καὶ μὴ μόνον ἐν ἑνὶ τῶν καθ' ἕκαστα τοῦ εὖ εἰρημένου σύμπνοια μία, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον καὶ πρότερον ἐν τῷ παντί, καὶ μίαν ἀρχὴν ἐν πολὺ ζῶον ποιῆσαι, καὶ ἐκ πάντων ἕν. Καὶ ὡς ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ τὰ μέρη ἕν τι ἔργον ἕκαστον εἴληφεν, οὕτω καὶ τὰ ἐν τῷ παντὶ ἕκαστα ἔργα ἕκαστον ἔχειν· καὶ μᾶλλον ἢ ταῦτα, ὅσον μὴ μόνον μέρη, ἀλλὰ καὶ ὅλα καὶ μείζω. Πρόεισι μὲν δὴ ἕκαστον ἀπὸ μιᾶς τὸ αὐτοῦ πράττον, συμβάλλει δὲ ἄλλῳ ἄλλο· οὐ γὰρ ἀπήλλακται τοῦ ὅλου, καὶ δὴ καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει ὑπ' ἄλλων· καὶ ἄλλο αὖ προσῆλθε, καὶ ἐλύπησεν ἢ ἧσε. Πρόεισι δὲ οὐκ εἰκῇ οὐδὲ κατ' ἐπιτυχίαν· καὶ γὰρ ἄλλο τι καὶ ἐκ τούτων, καὶ ἐφεξῆς κατὰ φύσιν ἄλλο.

VII. Ceterum si stellæ futura portendunt, quemadmodum et alia multa futurorum signa observare solemus: quidnam hæc omnia facit? et qua ratione ordo servatur? Nisi enim certo quodam ordine procederent singula, significari non possent. Sint igitur tanquam literæ in cælo, quæ vel scribantur assidue vel jam conscriptæ perpetuo explicentur, aliud quiddam opus efficientes: unde significatio rerum ab ipsis facta sequatur: quemadmodum in uno vivente ab uno principio ab alio membro aliud judicare quis potest. Etenim mores quoque quis potest conjicere, vel oculos vel aliam corporis partem rite considerans, pericula quinetiam devitationesque periculorum. Partes quidem hæc nostri sunt corporis, partes quoque mundi nos sumus. Aliis igitur alia serviunt. Plena vero omnia sunt signorum, et sapiens aliquis aliud argumentatur ex alio. Multa quin etiam quotidie consueta nota sunt omnibus. Quinam igitur omnium est mutuus [isque unus] ordo? sic enim consentaneum est in auguriis valere præsagium, imo et in ceteris animalibus, ex quibus singula præsagimus. Oportet igitur cuncta simul ordinata esse deinceps que pendere. Non solum enim in quolibet eorum, quæ optime sunt connexa, una conspiratio viget, verum etiam multo magis et prius in universo. Ubi necesse est ex uno principio animal ipsum multiplex unum fieri, unum, inquam, ex omnibus constitutum. Et quemadmodum in uno quoque pars quælibet proprium habet opus, sic et in universo singula opera singula sortiuntur: multoque magis propterea, quod hæc non solum partes sunt, sed tota etiam sunt atque majora. Progreditur igitur unum quodque ab uno principio munus proprium peragens, alia vero aliis ubique conducunt. Nihil enim usquam ab ipsa totius forma sejungitur: aguntque invicem atque patiuntur, et accedit ad quodlibet aliquid, quod vel offendat vel adjuvet. Procedunt autem non temere neque utcunque contingit: etenim aliud quiddam ex his efficitur, aliudque naturaliter deinceps aliudque consequitur.

Anima mundi est principium rerum naturalium. Animæ omnes rationales habent arbitrii libertatem.

Η'. Καὶ δὴ καὶ ψυχὴ τὸ αὑτῆς ἔργον ποιεῖν ὡρμημένη (ψυχὴ γὰρ πάντα ποιεῖ ἀρχῆς ἔχουσα λόγον), κἂν εὐθυποροῖ, καὶ παράγοιτο ἄν, καὶ ἕπεται τοῖς ὡρισμένοις ἐν τῷ παντὶ δίκη, εἴπερ μὴ λυθήσεται. Μένει δ' ἀεὶ, ὀρθουμένου τοῦ ὅλου τάξει καὶ δυνάμει τοῦ κρατοῦντος· συνεργοῦντα δὲ καὶ τὰ ἄστρα, ὡς ἂν μόρια οὐ σμικρὰ ὄντα τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸ ὅλον ἁρμοττόντως, καὶ πρὸς τὸ σημαίνειν ἐστί· σημαίνει μὲν οὖν πάντα, ὅσα ἐν αἰσθητῷ· ποιεῖ δὲ ἄλλα, ὅσα φανερῶς ποιεῖ. Ἡμεῖς δὲ ψυχῆς ἔργα κατὰ φύσιν ποιοῦμεν, ἕως μὴ ἐξαλήμεν ἐν τῷ πλήθει τοῦ παντός· σφαλέντες δὲ ἔχομεν δίκην καὶ τὸ σφάλμα αὐτὸ καὶ τὸ ἐν χείρονι μοῖρα εἰς ὕστερον. Πλοῦτοι μὲν οὖν καὶ πενίαι, συντυχία τῶν ἔξω· ἀρεταὶ δὲ καὶ κακίαι· ἀρεταὶ μὲν διὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς ψυχῆς· κακίαι δὲ συντυχία πρὸς τὰ ἔξω τῆς ψυχῆς. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις εἴρηται.

VIII. Jam vero et anima dum munus proprium exordiens agit (anima enim cuncta facit habens principii rationem), plurimum recta procedit. Quodsi aliorsum adducta prævaricetur, judicio quodam cursum eorum sequitur, quæ efficiuntur in mundo, nisi forte solvatur. Permanet enim judicium ipsum semper : quippe cum universum ordine potentiaque dominantis regatur atque dirigatur. Serviunt huic conferuntque stellæ, ceu partes cæli non parvæ : tum ad decoram totius formam, etiam ad significationis officium : portendunt itaque omnia, quæcumque in mundo sensibili oriuntur ; faciunt vero alia quæcumque faciunt manifeste. Nos autem animæ opera secundum naturam agimus, quamdiu in ipsa totius multitudine minime aberramus et labimur. Aberrantes autem damus judicio pœnam, videlicet tum ipsum erratum, tum deteriorem quandam sortem nobis in posterum proventuram. Divitiæ igitur et paupertas externorum concursu contingunt : virtutes autem et vitia quomodo? Virtutes quidem ob id, quod in anima est antiquius atque præstantius : vitia vero ex commercio quodam animæ ad externa. Sed de his alibi dictum est.

Anima, quæ in nobis dependet e cælo, subest fato ; quæ vero datur nobis a deo, libera est a fato, et nos liberare potest.

Θ'. Νῦν δὲ ἀναμνησθέντες τοῦ ἀτράκτου, ὃν τοῖς μὲν πρόπαλαι αἱ Μοῖραι ἐπικλώθουσι. Πλάτωνι δὲ ὁ ἄτρακτός ἐστι τό τε πλανώμενον καὶ τὸ ἀπλανὲς τῆς περιφορᾶς· καὶ αἱ Μοῖραι δὲ καὶ ἡ Ἀνάγκη μήτηρ οὖσα στρέφουσι καὶ ἐν τῇ γενέσει ἑκάστου ἐπικλώθουσι, καὶ δι' αὐτῆς εἶσιν εἰς γένεσιν τὰ γεννώμενα. Ἔν τε Τιμαίῳ θεὸς μὲν ὁ ποιήσας τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς δίδωσιν· οἱ δὲ φερόμενοι θεοὶ τὰ δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα πάθη, θυμούς, καὶ ἐπιθυμίας, καὶ ἡδονάς, καὶ λύπας αὖ, καὶ ψυχῆς ἄλλο εἶδος, ἀφ' οὗ τὰ παθήματα ταυτί· ὥστε γὰρ οἱ λόγοι συνδέουσιν ἡμᾶς τοῖς ἄστροις παρ' αὐτῶν ψυχὴν κομιζομένους, καὶ ὑποτάττουσι τῇ ἀνάγκῃ, ἐνταῦθα ὄντας· καὶ ἦθη τοίνυν παρ' αὐτῶν, καὶ κατὰ τὰ ἤθη πράξεις καὶ πάθη, ἀπὸ ἕξεως παθητικῆς οὔσης· ὥστε τί λοιπὸν ἡμεῖς, ἢ ὅπερ ἐσμὲν κατ' ἀλήθειαν ἡμεῖς, οἷς καὶ κρατεῖν τῶν παθῶν ἔδωκεν ἡ φύσις. Καὶ γὰρ ὅμως ἐν τούτοις τοῖς κακοῖς διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπειλημμένοις ἀδέσποτον ἀρετὴν θεὸς ἔδωκεν. Οὐ γὰρ ἐν ἡσύχῳ οὖσιν ἀρετῆς δεῖ ἡμῖν, ἀλλ' ὅταν κίνδυνος ἐν κακοῖς εἶναι ἀρετῆς οὐ παρούσης. Διὸ καὶ φεύγειν ἐντεῦθεν δεῖ καὶ χωρίζειν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν συγκεχυμένων, καὶ μὴ τὸ σύνθετον εἶναι σῶμα ἐψυχωμένον, ἐν ᾧ κρατεῖ μᾶλλον ἡ σώματος φύσις ψυχῆς τὴν τέχνης λαβοῦσα, ὡς τὴν ζωὴν τὴν κοινὴν μᾶλλον τοῦ σώματος εἶναι· πάντα γὰρ σωματικὰ, ὅσα ταύτης. Τῆς δὲ ἑτέρας τῆς ἔξω ἡ πρὸς τὸ ἄνω φορὰ, καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ θεῖον, ὧν οὐδεὶς κρατεῖ, ἀλλ' ᾗ προσχρῆται, ἵν' ᾖ ἐκεῖνο, καὶ κατὰ τοῦτο ζῇ ἀναχωρήσας· ὁ ἔσχατος ταύτης τῆς ψυχῆς γενόμενος ζῇ ἐν εἱμαρμένῃ. Καὶ ἐνταῦθα τὰ ἄστρα αὐτῷ οὐ μόνον σημαίνει, ἀλλὰ καὶ γίγνεται αὐτὸς οἷον μέρος, καὶ τῷ ὅλῳ συνέπεται, ὡς μέρος. Διττὸς γὰρ ἕκαστος· ὁ μὲν τὸ συναμφότερόν τι, ὁ δὲ αὐτός· καὶ πᾶς ὁ κόσμος δὲ ὁ μὲν τὸ ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς τινος δεθείσης σώματι· ὁ δὲ, ἡ τοῦ παντὸς ψυχὴ, ἡ μὴ ἐν σώματι, ἐκλάμπουσα δὲ ἡ ἕξις τῇ ἐν

IX. In præsentia vero operæ pretium est, in memoriam revocare fusum illum, quem apud antiquos Parcæ contorqueant : per quem Plato significat, quod in mundi circuitu erraticum dicitur vel non erraticum. Hunc apud eum Parcæ ac Necessitas, Parcarum mater, torquent, et in cujusque generatione convolvunt. Atque per hunc circuitum revolutioneinque in ortum [*l.* generationem] nascentis prodeunt, quæcumque gignuntur. In Timæo quoque artifex mundi deus tradit animæ ipsius principium : dii vero, qui feruntur, graves necessariasque adhibent passiones, iras, libidines, voluptates, dolores, aliamque animæ speciem, ex qua perturbationes ejusmodi oriuntur. Hæc utique Platonis verba stellis nos devincire videntur, animas videlicet ab illis accipientes, item nos huc labentes necessitati subjicere. Ab eisdem quoque mores habere dicit, atque secundum mores etiam actiones et passiones a passivo quodam habitu procedentes. Quare perquirendum est, quidnam nos præterea simus. Fortasse vero reliquum est, quod ipsi re vera sumus : quibus et natura dedit, ut passionibus dominari possemus. Etenim præter id, quod ob ipsam naturam corporis his malis circumventi sumus, deus virtutem largitus est a servitute penitus liberam. Non enim virtute nobis opus est in tuto quodam statu positis, sed quando absente virtute discrimen in malis imminet. Quam ob rem fugere hinc oportet, nosque ipsos ab his, quæ in generatione adjuncta nobis sunt, segregare : dandaque opera est, ne id ipsum forte simus, quod compositum est, corpus videlicet animatum : in quo natura corporis magis prævalet, vestigium quoddam animæ nacta, adeo, ut vita ipsa communis corporis sit potissimum : quæcumque enim hujus sunt, corporea sunt. Ad alteram vero animam, quæ extrinsecus exstat, ascensus pertinet ad sublimia, ad pulchrum scilicet atque divinum, quibus nihil alicubi dominatur : imo vero animus pro viribus utitur, quo id ipsum evadat, atque secundum hoc ipsum vivit, quando in se ipsum se recipit. Quicumque vero animæ sic institutæ fit expers, jam vivit in fato. In hoc autem vitæ habitu stellæ homini non solum significant, verum etiam ipse fit tanquam pars universi, totique, cujus ipse pars est, non injuria servit. Utilibet enim est geminus : partim quidem ambo in se comprehendens, partim vero ipse quod est exsistens. Totus quoque mundus partim quidem compositum quiddam est ex corpore simul atque anima quadam corpori mancipata, partim vero ipsa totius anima, quæ non inest corpori, im-

σώματι. Καὶ ἥλιος δὴ καὶ τὰ ἄλλα διττὰ οὕτω· καὶ τῇ μὲν ἑτέρᾳ ψυχῇ τῇ καθαρᾷ οὐδὲν φαῦλον δίδωσιν· ἃ δὲ γίγνεται εἰς τὸ πᾶν παρ' αὐτῶν, καθ' ὅ μέρος εἰσὶ τοῦ παντός, σῶμα, καὶ ἐψυχωμένον τὸ σῶμα μέρος, μέρη δίδωσι προαιρέσεως τοῦ ἄστρου καὶ ψυχῆς τῆς ὄντως αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄριστον βλεπούσης. Παρακολουθεῖ δ' αὐτῷ τὰ ἄλλα· μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτῷ, ἀλλὰ τοῖς περὶ αὐτόν· οἷον ἐκ πυρὸς θερμότητος εἰς τὸ ὅλον ἰούσης, καὶ εἴ τι παρὰ ψυχῆς τῆς ἄλλης εἰς ψυχὴν ἄλλην συγγενῆ οὖσαν· τὰ δὲ δυσχερῆ, διὰ τὴν μίξιν· μεμιγμένη γὰρ οὖν δὴ ἡ τοῦδε τοῦ παντὸς φύσις· καὶ εἴ τις τὴν ψυχὴν τὴν χωριστὴν αὐτοῦ χωρίσειε, τὸ λοιπὸν οὐ μέγα. Θεὸς μὲν οὖν ἐκείνης συναριθμουμένης· τὸ δὲ λοιπὸν δαίμων, φησί, μέγας, καὶ τὰ πάθη τὰ ἐν αὐτῷ δαιμόνια.

primit autem vestigia quædam in eam, quæ jacet in corpore. Sol quin etiam atque cetera similiter duplicia sunt. Et alteri quidem animæ, quæ pura est, pravi aut vilis nihil afferunt : quæ vero ab illis fiunt per universum, quatenus partes sunt universi, videlicet cum quia corpus, tum quia animatum corpus sunt, tanquam partes quædam prodeunt, interim electione stellæ veraque ipsius anima ad id, quod optimum est, spectante. Consequuntur autem ad hoc ipsum cetera : imo vero non tam ad hoc ipsum, quam ad illa quæ sunt circa ipsum, quemadmodum ex igne fiunt multa calore passim inde diffuso, et si quid ab alia anima in aliam profluit ejus cognatam. Molesta vero sive difficilia atque aversa propter mixtionem quandam in mundo nascuntur : mixta enim est hujus mundi natura : ac si quis separabilem ejus animam quodammodo sejungat ab eo, residuum videbit non esse magnum. Mundus enim ita demum deus est, si modo illa separabilis anima in ejus substantia numeretur. Reliquum namque est daemon, quem Plato magnum daemonem appellavit affectus quoque in eo daemonici sunt.

Stellæ non faciunt nisi corporea, anima vero per se venit in fatum atque fortunam.

Ι'. Εἰ δ' οὕτω, τὰς σημασίας καὶ νῦν δοτέον· τὰς δὲ ποιήσεις οὐ πάντως οὐδὲ τοῖς ὅλοις αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ὅσα τοῦ παντὸς πάθη, καὶ ὅσον τὸ λοιπὸν αὐτῶν. Καὶ ψυχῇ μέν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν εἰς γένεσιν, δοτέον ἥκειν τι φερούσῃ παρ' αὐτῆς· οὐ γὰρ ἂν ἔλθοι εἰς σῶμα μὴ μέγα τι παθητικὸν ἔχουσα. Δοτέον δὲ καὶ τύχας εἰσιούσῃ τὸ κατ' αὐτὴν τὴν φορὰν εἰσιέναι. Δοτέον δὲ καὶ αὐτὴν τὴν φορὰν ποιεῖσθαι συνεργοῦσαν καὶ ἀποπληροῦσαν παρ' αὐτῆς, ἃ δεῖ τελεῖν τὸ πᾶν, ἑκάστου τῶν ἐν αὐτῇ τάξιν μερῶν λαβόντος.

X. Quodsi res ita se habet, nunc quoque concedenda significatio est. Effectiones autem neque omnino, neque totis ipsorum concedendæ videntur, sed et quatenus totius passiones sunt, et quatenus reliquum est ipsorum. Admittendum rursus, animam etiam, antequam in generationem perveniat, labi ferentem aliquid ex se ipsa; neque enim deveniret in corpus, nisi passivum aliquid, et id quidem ingens, haberet. Admittendum, fortunas ingredienti corpus accidere, hoc ipsum videlicet, quod secundum universi cursum ingreditur. Admittendum postremo, mundi cursum sic efficere, ut conducat simul in opere, et impleat ex se ipso, quæ ab universo sunt peragenda : quippe cum, quæ in ipso universi sunt cursu, partium ordinem sortiantur.

Quæ hic contingunt mala, non mittuntur e cælo mala.

ΙΑ'. Χρὴ δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι, ὡς τὸ ἀπ' ἐκείνων ἰὸν οὐ τοιοῦτόν ἐστιν εἰς τοὺς λαβόντας, οἷον παρ' ἐκείνων ἔρχεται. Οἷον εἰ πῦρ ἀμυδρὸν τοῦτο, καὶ ἡ φιλιακὴ διάθεσις ἀσθενὴς γενομένη ἐν τῷ λαβόντι, οὐ μάλα καλὴν τὴν φλησιν εἰργάσατο· καὶ θυμὸς δὴ οὐκ ἐν μέτρῳ τυχόντος, ὡς ἀνδρεῖον γενέσθαι, ἢ ἀκροχολίαν ἢ ἀθυμίαν εἰργάσατο· καὶ τὸ τιμῆς ἐν ἔρωτι ὂν καὶ περὶ τὸ καλὸν ἔχον τῶν δοκούντων καλῶν ἔφεσιν εἰργάσατο, καὶ νοῦ ἀπόρροια πανουργίαν· καὶ γὰρ ἡ πανουργία ἐθέλει νοῦς εἶναι, τυχεῖν οὗ ἐφίεται οὐ δυνάμενος. Γίγνεται οὖν κακὰ ἕκαστα τούτων ἐν ἡμῖν, ἐκεῖ οὐ τούτων ὄντων· ἐπεὶ καὶ τὰ ἐλθόντα, καίτοι οὐκ ἐκεῖνα ὄντα, οὐ μένει οὐδὲ ταῦτα οἷα ἦλθε, σώματι μιγνύμενα καὶ ὕλῃ καὶ ἀλλήλοις.

XI. Neque vero latere non debet, quod a cælestibus provenit, non tale prorsus evadere in his, quæ suscipiunt, quale a superis proficiscitur. Veluti si ignis in nobis a cælesti longe degenerans et affectio propensa ad diligendum apud nos debilior facta amorem peperit non honestum : sic animositas, ubi forte præter modum accidit ad fortitudinem necessarium, excandescentiam et furorem procreat vel segnitiem. Sic honoris veri honestatisque studium appetitum eorum affert, quæ pulchra et honesta videntur : sic mentis defluxus gignit astutiam : astutia enim mentem æmulatur, quod velit assequi non potentem. Hæc itaque singula cum apud superos mala non sint, apud nos mala contingunt. Quæ enim inde proveniunt, neque eadem sunt atque illa, neque etiam permanent qualia provenerunt, corporibus videlicet mixta materiæque et invicem.

Res generantur præcipue a seminalibus naturæ rationibus; cælestis influxus materiam disponit.

ΙΒ'. Καὶ δὴ καὶ τὰ ἰόντα εἰς ἓν συμπίπτει, καὶ κομίζεται ἕκαστον τῶν γιγνομένων τι ἐκ τούτου τοῦ κράματος, ὥστε, ὃ ἔστι καὶ ποῖόν τι, γενέσθαι. Οὐ γὰρ τὸν ἵππον ποιεῖ, ἀλλὰ τῷ ἵππῳ δίδωσιν· ὁ γὰρ ἵππος ἐξ ἵππου καὶ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος· συνεργὸς δὲ ἥλιος τῇ πλάσει· ὁ δὲ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ἀνθρώπου γίγνεται· ἀλλ' ἔβλαψέ ποτε ἢ ὠφέλησε τὸ ἔξω· ὁμοίως γὰρ τῷ πατρὶ, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιον πολλάκις· ἔστι δὲ ὅτε πρὸς τὸ χεῖρον συνέπεσεν, ἀλλ' οὐκ ἐκβιβάζει τοῦ ὑποκειμένου· ὅτε δὲ καὶ ἡ ὕλη κρατεῖ, οὐχ ἡ φύσις, ὡς μὴ τέλεον γενέσθαι ἡττωμένου τοῦ εἴδους.

XII. Præterea, quæ inde veniunt, in unum congrediuntur, atque ex hac commixtione quodlidet genitum contrahit aliquid : unde et quod est, exsistit, et tale quiddam evadit. Non enim equum facit cælestis influxus, sed dat equo nonnihil : nam et equus ex equo, et homo ex homine generatur : sol autem ad hanc formationem ut adjutor accedit. Homo vero fit ex seminaria hominis ratione : ita tamen, ut, quod externum est, vel impediat vel conducat. Provenit enim similiter filius parenti congruens : sed et sæpe in melius, et nonnunquam accidit in deterius, nunquam tamen abducitur ab ipso subjecto. Nonnunquam materia prævalet potius, quam natura, adeo ut effectus non proveniat absolutus, quando videlicet a materia species superatur.

De communi mundi vita et actione : item quæ vivunt propria vita, actiones proprias habent.

ΙΓ'. Δεῖ τοίνυν τὸ ἐντεῦθεν, ἐπειδὴ τὰ μὲν παρὰ τῆς ὁρμῆς γίνεται, τὰ δὲ οὔ, διαλαβεῖν καὶ διακρῖναι καὶ εἰπεῖν, πόθεν ἕκαστα ὅλως. Ἀρχὴ δὲ ἥδε· ψυχῆς ἡ τὸ πᾶν τόδε διοικούσης κατὰ λόγον, οἷα δὴ καὶ ἑφ' ἑκάστου ζώου, ἡ ἐν αὐτῷ ἀρχὴ, ἀφ' ἧς ἕκαστα τὰ τοῦ ζώου μέρη καὶ πλάττεται καὶ πρὸς τὸ ὅλον συτίταχται, οὗ μέρη ἐστίν· ἐν μὲν τῷ ὅλῳ ἐστὶ τὰ πάντα, ἐν δὲ τοῖς μέρεσι τοσοῦτον μόνον, ὅσον ἐστὶν ἕκαστον. Τὰ δὲ ἔξωθεν προσιόντα, τὰ μὲν καὶ ἐναντία τῇ βουλήσει τῆς φύσεως, τὰ δὲ καὶ πρόσφορα· τῷ δὲ ὅλῳ πάντα ἅτε μέρη ὄντα αὐτοῦ τὰ πάντα συντίταχται, φύσιν μὲν λαβόντα ἣν ἔχει, καὶ συμπληροῦντα τῇ οἰκείᾳ ὁμοῦ ὁρμῇ πρὸς τὸν ὅλον τοῦ παντὸς βίον. Τὰ μὲν οὖν ἄψυχα τῶν ἐν αὐτῷ πάντη ὄργανα, καὶ οἷον ὠθούμενα ἔξω, εἰς τὸ ποιεῖν· τὰ δὲ ἔμψυχα, τὰ μὲν τὸ κινεῖσθαι ἀορίστως ἔχει ὡς ὑφ' ἅρμασιν ἵπποι, πρὶν τὸν ἡνίοχον ἀφορίσαι αὐτοῖς τὸν δρόμον, ἅτε δὴ πληγῇ νεμόμενα. Λογικοῦ δὲ ζώου φύσις ἔχει παρ' ἑαυτῆς τὸν ἡνίοχον· καὶ ἐπιστήμονα μὲν ἔχουσα κατ' οὗ φέρεται, μηδὲ ὡς ἔτυχε πολλάκις. Ἄμφω δὲ εἴσω τοῦ παντὸς καὶ συντελοῦντα πρὸς τὸ ὅλον· καὶ τὰ μὲν μείζω αὐτῶν καὶ ἐν πλείοσι τῇ ἀξίᾳ πολλὰ ποιεῖ καὶ μεγάλα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ὅλου ζωὴν συντελεῖ, τάξιν ποιητικὴν μᾶλλον ἢ παθητικὴν ἔχοντα· τὰ δὲ πάσχοντα διατελεῖ μικρὰν δύναμιν πρὸς τὸ ποιεῖν ἔχοντα· τὰ δὲ μεταξὺ τούτων, πάσχοντα μὲν παρ' ἄλλων, ποιοῦντα δὲ πολλὰ καὶ ἐν πολλοῖς, ἀρχὴν παρ' αὐτῶν εἰς πράξεις καὶ ποιήσεις ἔχοντα. Καὶ γίγνεται τὸ πᾶν ζωὴ τελεία, τῶν μὲν ἀρίστων ἐνεργούντων τὰ ἄριστα, καθ' ὅσον τὸ ἄριστον ἐν ἑκάστῳ· ὃ δὴ καὶ τῷ ἡγεμονοῦντι συνταχτέον, ὥσπερ στρατιώτας στρατηγῷ, οἱ δὴ λέγονται καὶ ἕπεσθαι Διὶ ἐπὶ φύσιν τὴν νοητὴν ἰσμένῳ. Τὰ δὲ ἥττονι τῇ φύσει κεχρημένα δεύτερα τοῦ παντὸς, οἷα καὶ τὰ ἐν ἡμῖν ψυχῆς δεύτερα· τὰ δ' ἄλλα ἀνάλογον τοῖς ἐν ἡμῖν μέρεσιν· οὐδὲ γὰρ ἐφ' ἡμῶν πάντα ἴσα. Ζῶα μὲν οὖν πάντα κατὰ λόγον τὸν τοῦ παντὸς ὅλον, τά τε ἐν οὐρανῷ πάντα καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἰς τὸ ὅλον μεμέρισται· καὶ οὐδὲν τῶν μερῶν, οὐδ' εἰ μέγα, δύναμιν ἔχει τοῦ ἐξαλλαγὴν ἐργάσασθαι τῶν λόγων, οὐδὲ τῶν κατὰ τοὺς λόγους γενομένων. Ἀλλοίωσιν δὲ ἀμφότερα, χείρονός τε καὶ βελτίονος, ἐργάσασθαι, ἀλλ' οὐκ ἐκστῆσαί γε τῆς οἰκείας φύσεως δύναται. Χεῖρον δὲ ἐργάζεται ἡ κατὰ σῶμα ἀσθένειαν διδὸν, ἢ τῇ ψυχῇ τῇ συμπαθεῖ καὶ παρ' αὐτοῦ δοθείσῃ εἰς τὸ κάτω κατὰ συμβεβηκὸς, φαυλότητος αἴτιον γιγνόμενον, ἢ σώματος κακῶς συντεθέντος, ἐμπόδιον τὴν εἰς αὐτὸ ἐνέργειαν δι' αὐτὸ ποιῆσαι· οἷον οὐχ οὕτως ἁρμοσθείσης λύρας, ὡς δέξασθαι τὸ ἀκριβὲς ἁρμονίας εἰς τὸ μουσικοὺς ἀποτελεῖν τοὺς φθόγγους.

XIII. Oportet deinceps, quando alia quidem a motu mundano fiunt, alia vero nequaquam, distinguere jam et dijudicare atque explicare, unde omnino re vera sint quælibet. Principium igitur erit ejusmodi. Anima totum id ratione gubernat, quemadmodum in quolibet animal ipsum vitæ principium, a quo singula viventis membra formantur et ad totum, cujus partes sunt, ordinantur : in toto quidem sunt omnia; in partibus autem duntaxat, quantum est unumquodque. Quæ vero accedunt extrinsecus, partim quidem naturali appetitui adversantur, partim vero consentanea sunt : ipsi tamen toti cuncta tanquam ipsius membra undique concinunt, naturam quidem nacta, quam possident, simulque impletia impetu proprio totam universi vitam. Quæ igitur inanimata sunt in mundo, omnino aliorum sunt instrumenta, et quasi ab extrinseco impelluntur ad actionem. Quæ vero animata sunt, si ratione carent, motum indeterminatum habent : quemadmodum equi trahentes currum, priusquam auriga præscribat eis cursum, quippe cum quasi flagello quodam agantur. Rationalis autem animantis natura ex ipsa se aurigam habet : quodsi hunc peritum habeat, plurimum fertur in rectum, neque, ut fieri solet, casu vagatur. Utraque vero sunt intra mundum ad totumque conducunt : et quæ inter hæc majora sunt graduque præstantiora, multa magnaque faciunt, ad ipsamque totius vitam undique conferunt, ordinem agendi potius, quam patiendi, sortita : multa vero in patiendo versantur exiguam vim habentia ad agendum. Horum vero media patiuntur quidem ab aliis, agunt autem frequenter in alia, utpote quæ agendi et faciendi principium habent in se ipsis. Quam ob rem totus mundus vita fit universa atque perfecta, dum, quæ optima sunt, agunt et optima, quatenus est in quolibet optimum. Quod quidem ipsi totius duci quasi collega est adhibendum, ceu commilitones exercitus duci, qui a Platone dicuntur sequi Jovem in naturam intelligibilem incedentem. At vero, quæ in inferiori naturæ gradu sunt constituta, secundum universi locum obtinent, taliaque ferme sunt, quales in nobis secundæ sunt animæ vires : cetera quoque similiter perinde se habent atque partes in nobis ultimæ : neque enim in nobis omnia æqualia sunt. Viventia igitur omnia sunt vel fiunt secundum totam universi rationem, et quæ in cœlo sunt omnia, et quæcumque per totum distribuuntur. Neque pars ulla, etiam ingens, potentiam habet vel ad rationes mundi seminarias ex suo ordine deturbandas, vel ad res, quæ secundum ejusmodi rationes proficiscuntur e sua specie, permutandas. Et quamvis mutationem quandam, cum in melius, tum in pejus, possit afferre, non tamen a natura propria extrudere potest. Facit vero deterius vel secundum corpus debilitatem inferens, vel secundum animam, quatenus videlicet ex accidenti quodam pravitatis causa fit in anima illa compatiente, et a superiori tradita inferiori : vel quando corpore male composito impedimentum affertur ad actionem animæ per corpus explendam, ceu si lyra non ita composita temperataque sit, ut queat perfectam suscipere harmoniam ad musicos tonos perficiendos.

Assignat causas rerum humanarum præter stellas, etiam ubi significantur a stellis.

ΙΔ'. Περὶ δὲ πενίας καὶ πλούτους καὶ δόξας καὶ ἀρχὰς τίς; ἢ εἰ μὲν παρὰ πατέρων οἱ πλοῦτοι, ἐφήμηναν

XIV. De paupertate vero atque divitiis, et gloria, et imperio, quidnam dicendum? Fortasse si divitiæ a parent-

τὸν πλούσιον· ὥσπερ καὶ εὐγενῆ τὸν ἐκ Ποιούτων διὰ τὸ γένος τὸ ἔνδοξον ἔχοντα ἐδήλωσαν μόνον. Εἰ δ' ἐξ ἀνδραγαθίας, εἰ σῶμα συνεργὸν γεγένηται, συμβάλλοιντο ἂν οἱ τὴν σώματος ἰσχὺν ἐργασάμενοι· γονεῖς μὲν πρῶτον· εἶτα εἴ τις ἄρα τῶν τόπων ἔσχε τὰ οὐράνια, καὶ ἡ γῆ. Εἰ δὲ ἄνευ σώματος ἡ ἀρετὴ, αὐτῇ μόνῃ δοτέον τὸ πλεῖστον, καὶ ὅσα θεῖα παρὰ τῶν ἀμειψαμένων συνεβάλλετο· οἱ δὲ δόντες εἰ μὲν ἀγαθοὶ, εἰς ἀρετὴν ἀνακτέον καὶ οὕτω τὴν αἰτίαν· εἰ δὲ φαῦλοι, δικαίως δὲ δόντες, τῷ ἐν αὐτοῖς βελτίστῳ ἐνεργήσαντι τοῦτο γεγονέναι· εἰ δὲ πονηρὸς ὁ πλουτήσας, τὴν μὲν πονηρίαν προηγουμένην, καί τι τὸ αἴτιον τῆς πονηρίας. Προσληπτέον δὲ καὶ τοὺς δόντας, συναιτίους ὡσαύτως γενομένους. Εἰ δ' ἐκ πόνων, οἷον ἐκ γεωργίας, ἐπὶ τὸν γεωργὸν, συνεργὸν τὸ περιέχον γεγενημένον. Εἰ δὲ θησαυρὸν εὗρε, συμπεσεῖν τι τῶν ἐκ τοῦ παντός· εἰ δὲ σημαίνεται, πάντως γὰρ ἀκολουθεῖ ἀλλήλοις πάντα, διὸ καὶ πάντως. Εἰ δὲ ἀπέβαλέ τις πλοῦτον, ἢ ἀφαιρεθείς, ἐπὶ τὸν ἀφελόμενον, κἀκεῖνος ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀρχήν· εἰ δὲ ἐν θαλάττῃ, τὰ συμπεσόντα. Τὸ δ' ἔνδοξον ἢ δικαίως ἢ οὔ. Εἰ οὖν δικαίως, τὰ ἔργα καὶ τὸ παρὰ τοῖς δοξάζουσι βέλτιον· εἰ δ' ᾗ δικαίως, ἐπὶ τὴν τῶν τιμώντων ἀδικίαν. Καὶ ἀρχῆς δὲ πέρι ὁ αὐτὸς λόγος· ἢ γὰρ προσηκόντως, ἢ οὔ· καὶ θάτερον μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον τῶν ἑλομένων, ἢ ἐπ' αὐτὸν διαπραξάμενον ἑτέρων συστάσει, καὶ ὁπωσοῦν ἄλλως. Περὶ δὲ γάμων, ἡ προαίρεσις, ἡ συντυχία καὶ σύμπτωσις ἐκ τῶν ὅλων. Παίδων δὲ γενέσεις ἀκόλουθοι τούτοις, καὶ ἡ πέπλασται κατὰ λόγον ἐμποδίσαντος οὐδενὸς, ἢ χεῖρον ἔσχε, γενομένου ἔνδον κωλύματός τινος ἢ παρ' αὐτὴν τὴν κύουσαν, ἢ τοῦ περιέχοντος οὕτω διατεθέντος, ὡς ἀσυμμέτρως πρὸς τήνδε τὴν κύησιν ἐσχηκότος.

tibus provenerunt, cælestia divitem futurum significarunt: quemadmodum et generosum, qui ex genere duntaxat trahit gloriam, declaraverunt. Ubi autem divitiæ virtutis præstantia comparatæ sunt, si corpus ad idem vires suppeditavit, profecto, qui vires corpori præbuerunt, ad divitias conferunt cumulandas: parentes quidem primum; deinde si qua regio cælum habet propitium: accedit et salubris terræ fertilitas. Sin autem virtus absque beneficio corporis pecunias auxit, virtuti hac in re soli plurimum tribuendum, et quotcumque divina quadam sorte ex his, quæ vicissim commutantur rependunturque, contigere. Ubi vero homines dedere divitias, si quidem boni sint, ad virtutem quoque similiter harum causa referenda. Si vero pravi, sed tamen juste dederunt, existimandum est ex quodam, quod in eis agit, optimo id beneficii provenisse. At si malus sit, qui divitias congregavit, judicandum est, præcipuam esse causam pravitatem, et si qua fuit causa pravitatis. Assumendi præterea sunt similiter in ordine causarum, si qui divitias contulerunt. Proinde si laboribus, sicut in agricultura contingit, bonorum copia provenit, in agricultorem causa referenda, nec non in soli fertilitatem cælique clementiam. At si thesaurum reperit, putandum est, aliquid ex universo ad id concurrisse: neque mirum est, si hæc quibusdam significantur indiciis. Omnia enim omnino invicem consequuntur, ideoque possunt passim significari. Si quis projecerit divitias, ipsemet causa est: si subripiantur, raptor causa est: si naufragio facta est jactura, multa, quæ confluunt, causam damni dederunt. Gloria vel juste habetur vel injuste: si juste, cum officiis, tum existimantium æquitate comparata est: si injuste, ex honorantium injustitia proficiscitur. Eadem est de imperio ratio. Aut enim honeste possidetur, aut contra. Et alterum quidem ex eorum, qui elegerunt, æquitate causam habet, vel ad eum pertinet, qui id aliorum concursu amicorumque favore est consequutus, vel quomodocunque aliter id se habeat. Matrimonium procreat vel electio vel contingentia concursusque ex omnibus. Generatio filiorum hæc sequitur, atque vel secundum seminariam rationem fetus nullo impediente formatur, vel evadit deterior aliquo intus impediente, vel concipientis vitio, vel continentis dispositione conceptui hæc adversante.

Anima priusquam subeat fatum, appetit corpus. Quid fatum, quid fortuna. Anima proprium habet esse, quo etiam in fato habet propriam actionem, et potest a fato se solvere.

ΙΕ'. Ὁ δὲ Πλάτων πρὸ τῆς περιφορᾶς τοῦ ἀτράκτου δοὺς κλήρους καὶ προαιρέσεις συνεργοὺς, ὕστερον δίδωσιν τοὺς ἐν τῷ ἀτράκτῳ, ὡς πάντως τὰ αἱρεθέντα συναποτελοῦντας, ἐπεὶ καὶ ὁ δαίμων συνεργὸς εἰς πλήρωσιν αὐτῶν. Ἀλλ' οἱ κλῆροι τίνες; ἢ τοῦ παντὸς ἔχοντος οὕτως, ὡς τότε εἶχεν, ὅτε εἰσῄεσαν εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι, καὶ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τόδε τὸ σῶμα, καὶ τῶνδε τῶν γονέων, καὶ ἐν τοιούτοις τόποις γίγνεσθαι, καὶ ὅλως ὡς εἴπομεν τὰ ἔξω· πάντα δὲ ὁμοῦ γενόμενα καὶ οἷον συγκλωσθέντα διὰ τῆς μιᾶς τῶν λεγομένων Μοιρῶν δεδήλωται ἐπί τε ἑκάστων, ἐπί τε τῶν ὅλων· ἡ δὲ Λάχεσις, τοὺς κλήρους· καὶ τὰ συμπεσόντα τάδε πάντως ἀναγκαῖον τὴν Ἄτροπον ἐπάγειν. Τῶν δὲ ἀνθρώπων οἱ μὲν γίγνονται τῶν ἐκ τοῦ ὅλου καὶ τῶν ἔξω ὥσπερ γοητευθέντες, καὶ ὀλίγα ἢ οὐδὲν αὐτοί· οἱ δὲ κρατοῦντες τούτων καὶ ὑπεραίροντες οἷον τῇ κεφαλῇ πρὸς τὸ ἄνω καὶ ἐκτὸς, ψυχῆς ἀποσώζουσι τὸ ἄριστον καὶ ἀρχαῖον τῆς ψυχικῆς οὐσίας. Οὐ γὰρ δὴ νομιστέον, τοιοῦτον εἶναι ψυχὴν, οἷον ὅ τι ἂν ἔξωθεν πάθῃ, ταύτην φύσιν ἴσχειν μόνην πάντων, οἰκείαν φύσιν οὐκ ἔχουσαν. Ἀλλὰ χρὴ

XV. Plato, cum ante mundani fusi circulum sortes quasdam electionesque simul adjuvantes in medium adduxisset, deinceps vires sortesve in ipso fuso descripsit, quibus, quæ electa fuerant, consummentur: quandoquidem et dæmon ad eadem implenda confirmator accedit. Sortes vero quænam sunt? Fortasse per sortes significatur dispositio universi, qualis tunc erat, quando animæ aggressæ sunt ingredi corpus. Item significatur in hoc et ejusmodi corpus ingredi et sub talibus quibusdam parentibus: præterea in tali quadam regione nasci, quodve summatim dicebam, concursio externorum: cuncta vero simul facta, et quasi convoluta per unam Parcarum, Clotho nominatam, tam in cunctis, quam in singulis demonstratur. Lachesis autem sortes ipsas adducit in medium. Postremo Atropos efficit necessario, ut concurrentia hæc omnia peragantur. Inter homines autem alii quidem ita fiunt, ut, quasi ab universo externisque fascinati, vel in paucis vel in nonnullis sint sui juris. Alii vero dominantur externis, attollentesque ad sublimia caput, nimirum id, quod optimum est in anima, antiquitatemque ipsius essentiæ servant. Non enim existimandum est animam esse talem, ut ipsa duntaxat, qualemcunque ab externis acceperit passionem, talem reportet naturam, perinde ac si naturam propriam

πολὺ πρότερον αὐτὴν, ἢ τὰ ἄλλα, ἅτε ἀρχῆς λόγον ἔχουσαν, πολλὰς οἰκείας δυνάμεις πρὸς ἐνεργείας τὰς κατὰ φύσιν ἔχειν. Οὐ γὰρ δὴ οἷόν τε οὐσίαν οὖσαν μὴ μετὰ τοῦ εἶναι καὶ ὀρέξεις καὶ πράξεις καὶ τὸ πρὸς τὸ εὖ κεκτῆσθαι. Τὸ μὲν οὖν συναμφότερον ἐκ τοῦ συναμφοτέρου τῆς φύσεως, καὶ τοιόνδε, καὶ ἔργα ἔχει τοιάδε. Ψυχὴ δὲ εἴ τις χωρίζεται, χωριστὰ καὶ ἴδια ἐνεργεῖ, τὰ τοῦ σώματος πάθη οὐχ αὑτῆς τιθεμένη· ἅτε ἤδη ὁρῶσα, ὡς τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο.

non possideat : sed oportet ipsam multo prius, quam alia, utpote quæ principii habeat rationem, multas merito vires proprias ad naturales actiones explendas habere. Fieri namque non potest, ut, cum essentia sit, non possideat insuper una cum esse appetitiones et actiones facultatemque ad bene vivendum. Quod igitur conjunctum est, ex ipso naturæ conjuncto pendet, taleque evadit et tales nanciscitur actiones. Anima vero si qua sejungitur, sejuncta nimirum et propria peragit, passionesque corporis non esse suas existimat : quippe cum jam aliud quiddam se exsistere, aliud esse vivum corpus animadvertat.

Utrum anima mundi, dum omnia seminalibus generat rationibus, interim imaginatione per singula distrahatur.

ΙϚ'. Ἀλλὰ τί τὸ μικτὸν καὶ τί τὸ μὴ, καὶ τί τὸ χωριστὸν καὶ ἀχώριστον, ὅταν ἐν σώματι ᾖ, καὶ ὅλως τί τὸ ζῶον ἀρχὴν ἑτέραν ὕστερον λαβοῦσι ζητητέον· οὐ γὰρ ἅπαντες τὴν αὐτὴν δόξαν ἔσχον περὶ τούτου. Νῦν δὲ ἔτι λέγωμεν, τὸ πῶς κατὰ λόγον ψυχῆς διοικούσης τὸ πᾶν εἴπομεν· πότερον γὰρ ἕκαστα οἷον ἐπ' εὐθείας ποιοῦσα ἄνθρωπον, εἶτα ἵππον καὶ ἄλλο ζῶον, καὶ δὴ καὶ θηρία; πῦρ δὲ καὶ γῆν πρότερον, εἶτα συμπεσόντα ταῦτα ἰδοῦσα καὶ φθείροντα ἄλληλα ἢ καὶ ὠφελοῦντα, τὴν συμπλοκὴν τὴν ἐκ τούτων ἰδοῦσα μόνον· καὶ τὰ ὕστερον συμβαίνοντα αὐτῇ ἀεὶ γίγνεσθαι οὐδὲν ἔτι συμβαλλομένη πρὸς τὰ ἐφεξῆς, ἀλλ' ἢ μόνον ζώων γενέσεις τῶν ἐξ ἀρχῆς πάλιν ποιοῦσα, καὶ τοῖς πάθεσι τοῖς δι' ἀλλήλων αὐτὰ συγχωροῦσα· ἢ αἰτίαν λέγοντες καὶ τῶν οὕτω γινομένων, ὅτι παρ' αὐτῆς γενόμενα τὰ ἐφεξῆς ἐργάζεται; ἢ τὸ τόδε καὶ τόδε ποιῆσαι ἢ παθεῖν ἔχει ὁ λόγος; οὐκ εἰκῇ οὐδὲ κατ' ἐπιτυχίαν οὐδὲν τῶνδε γιγνομένων, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης οὕτως; ἆρ' οὖν τῶν λόγων αὐτὰ ποιούντων; ἢ ὄντων μὲν τῶν λόγων, οὐχ ὡς ποιούντων δέ, ἀλλ' ὡς εἰδότων; μᾶλλον δὲ τῆς ψυχῆς τῆς τοὺς λόγους τοὺς γεννητικοὺς ἐχούσης, εἰδυίας τὰ ἐκ τῶν ἔργων συμβαίνοντα αὐτῆς ἅπάντων; τῶν γὰρ αὐτῶν συμπιπτόντων καὶ περιεστηκότων τὰ αὐτὰ πάντως προσήκει ἀποτελεῖσθαι· ἃ δὴ παραλαβοῦσα ἢ προϊδοῦσα ἡ ψυχὴ ἐπὶ τούτοις τὰ ἐφεξῆς περαίνει καὶ συνείρει· προηγούμενα οὖν καὶ ἑπακολουθοῦντα πάντως, καὶ πάλιν ἐπὶ τούτοις τὰ ἐφεξῆς προηγούμενα, ὡς ἐκ τῶν παρόντων· ὅθεν ἴσως ἀεὶ χείρω τὰ ἐφεξῆς· οἷον ἀνδρες ἄλλοι πάλαι, νῦν δ' ἄλλοι, τῷ μεταξὺ καὶ δὴ ἀναγκαίῳ τῶν λόγων εἰδόντων τοῖς τῆς ὕλης πάθήμασι. Συνορῶσα οὖν ἀεὶ ἄλλα, τὰ δ' ἄλλα, καὶ παρακολουθοῦσα τοῖς τῶν αὐτῆς ἔργων παθήμασι τὸν βίον τοιοῦτον ἔχει; καὶ οὐκ ἀπήλλακται τῆς ἐπὶ τῷ ἔργῳ φροντίδος τέλος ἐπιθεῖσα τῷ ποιήματι, καὶ ὅπως ἕξει καλῶς καὶ εἰς ἀεὶ ἅπαξ μηχανησαμένη· οἷα δέ τις γεωργὸς σπείρας ἢ καὶ φυτεύσας ἀεὶ διορθοῦται, ὅσα χειμῶνες ἔβλαψαν ὑέτιοι ἢ κρυμῶν συνέχεια ἢ ζάλαι ἀνέμων; Ἀλλ' εἰ ταῦτα ἄτοπα, ἐκεῖνο δεῖ λέγειν, ὅτι ἤδη ἔγνωσται, ἢ καὶ κεῖται ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἡ φθορὰ καὶ τὰ ἀπὸ κακίας ἔργα. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, καὶ τὰς κακίας τοὺς λόγους ποιεῖν φήσομεν, καίτοι ἐν ταῖς τέχναις καὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν οὐκ ἔνι ἁμαρτία, οὐδὲ παρὰ τὴν τέχνην, οὐδ' ἡ φθορὰ τοῦ κατὰ τέχνην. Ἀλλ' ἐνταῦθά τις ἐρεῖ, μὴ εἶναι μηδὲν κατὰ φύσιν μηδὲ κακὸν τῷ

XVI. Ceterum quidnam sit mistum quidve non, quid item separabile et quid inseparabile, quando sit in corpore, et omnino quid animal, quærendum est nobis deinceps exordium alterum facientibus. Non enim omnes idem hac de re senserunt. In præsentia igitur repetamus quod in superioribus quærebamus : quemadmodum videlicet, anima per seminariam rationem omnia gubernante, ordo rerum progrediatur. Numquid ergo singula quasi recta quadam successione anima facit scilicet hominem, deinde equum aliudque animal ferasque omnes? Prius autem ignem atque terram, deinde concurrentia hæc omnia videns, invicemque vel interimentia vel adjuvantia, complicationem ex his omnibus factam summatimque accidentia solum conspicit. Quæ vero deinceps his sigillatim contingere consueverunt, nequaquam animadvertit vel agit, sed duntaxat animalia rursus priora regenerat, et, quæ genita sunt, passionibus mutuo inter se inferendis subjecta relinquit. An dicemus, animam effectuum etiam ita provenientium causam esse, propterea quod, quæ ab ipsa gignuntur, agunt, et quæ sequuntur? Num forte seminalis animæ ratio in se etiam continet hoc tale quiddam sigillatim talia quædam facere, et talia pati? Atque ita neque temere neque ex contingenti horum aliquid acoidit, sed ita necessario provenit. Quod si ita est, num rationes ipsæ hæc agunt? Vel potius rationes non tanquam agentes sunt, sed veluti cognoscentes? Imo vero anima ejusmodi rationes continens genitales cognoscit, quæcumque ex omnibus operibus suis proficiscuntur? Eisdem namque concidentibus atque circumstantibus eosdem omnino effectus fieri consentaneum est. Quæ quidem comprehendens aut prævidens anima in his illa etiam, quæ sequuntur, determinat atque connectit. Præcedentia igitur et sequentia prorsus animadvertit et curat, rursusque in illis etiam, quæ deinceps præcedentia et quæ sequentia, quasi ex præsentibus contuetur : unde forsan deteriora fiunt continue, quæ sequuntur : ceu homines alii quondam, nunc autem alii, dum interea perpetua quadam distantiæ degenerationisque necessitate rationes passionibus materiæ cedunt. An igitur contuetur alia semper et alia, subsequiturque assidue singulas suorum operum passiones, ac talem agit vitam? Neque unquam ab instanti propter opus [singulorum operum suorum] curâ fit libera, neque imponit præscriptum operi suo finem, utpote quæ non semel excogitaverit, qua ratione opificium suum semper recte progrediatur : sed similis sit agricultori, qui non solum serit et plantat, sed assidue corrigit et instaurat, quæ hiemales imbres vel frigora vel ventorum turbines devastarunt? Verum si hæc absurda sunt, fortasse dicendum erit, hæc jam esse præscita aut etiam in rationibus destinata, interitus videlicet et effectus vitio procedentes. At vero si res ita se habeat, dicturi sumus, et rationibus ipsis etiam vitia provenire, etsi in artibus artiumque rationibus nullus est error, neque quicquam artis expers, neque rei artificiosæ destructio. Respondebit ad hæc aliquis, nihil universo malum ac præter naturam accidere, sed, quod videtur deterius, etiam

ὅλῳ· ἀλλ' ὅμως τὸ χεῖρον καὶ τὸ βέλτιον συγχωρήσεται. Τί οὖν, εἰ τῷ ὅλῳ καὶ τὸ χεῖρον συνεργὸν, καὶ οὐ δεῖ πάντα καλὰ εἶναι; ἐπεὶ καὶ τὰ ἐναντία συντελεῖ, καὶ οὐκ ἄνευ τούτων κόσμος· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα ζώων οὕτω· καὶ τὰ μὲν βελτίω ἀναγκάζει καὶ πλάττει ὁ λόγος, ὅσα δὲ μὴ τοιαῦτα, δυνάμει κεῖται ἐν τοῖς λόγοις, ἐνεργείᾳ δὲ ἐν τοῖς γενομένοις, οὐδὲν ἔτι δεομένης ἐκείνης ποιεῖν, οὐδὲ ἀνακινεῖν τοὺς λόγους· ἤδη τῆς ὕλης τῷ σεισμῷ τῶν ἐκ τῶν προηγουμένων λόγων καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ποιούσης τὰ χείρω, κρατουμένης δ' αὖ οὐδὲν ἧττον πρὸς τὰ βελτίω· ὥστε ἓν ἐκ πάντων ἄλλως ἑκατέρως γιγνομένων, καὶ ἄλλως αὖ ἐν τοῖς λόγοις.

fore melius concedendum. Quid ergo, si etiam, quod deterius est, universo conducat, neque oporteat omnia esse pulchra? Quandoquidem contraria etiam ad perficiendum conferunt universum, neque absque his mundus esse potest: siquidem et in singulis viventibus natura se similiter habet. Profecto, quæ meliora sunt, ratio ipsa necessario adducit et format: quæ vero minus bona, secundum potentiam quandam jacent in rationibus; secundum vero actum in his, quæ gignuntur. Itaque animæ nihil jam opus est ultra facere rationesve suscitare: quippe cum materia jam concussione quadam rationum a præcedentibus venientium, quæ penes ipsam sunt, reddat deteriora: rursusque nihilominus ad meliora concipienda rationibus superetur. Quapropter unus ex cunctis decor efficitur, dum singula aliter ex materia ipsa resultant, aliter in rationibus ipsis continentur et fiunt.

Utrum seminales rationes sint intelligentiæ, vel quælibet motiones.

ΙΖ'. Πότερα δὲ οἱ λόγοι οὗτοι οἱ ἐν ψυχῇ νοήματα; ἀλλὰ πῶς κατὰ τὰ νοήματα ποιήσει; ὁ γὰρ λόγος ἐν ὕλῃ ποιεῖ, καὶ τὸ ποιοῦν φυσικῶς, οὐ νόησις οὐδὲ ὅρασις, ἀλλὰ δύναμις τρεπτικὴ τῆς ὕλης, οὐκ εἰδυῖα, ἀλλὰ δρῶσα μόνον, οἷον τύπον καὶ σχῆμα ἐν ὕδατι, ὥσπερ κύκλος, ἄλλου ἐνδόντος εἰς τοῦτο τῆς φυσικῆς δυνάμεως καὶ γεννητικῆς λεγομένης τὸ ποιεῖν, εἰ τοῦτο ποιήσει τὸ ἡγούμενον τῆς ψυχῆς τῷ τρέφειν τὴν ἔνυλον καὶ γεννητικὴν ψυχήν. Τρέφει οὖν λογισαμένη αὕτη; ἀλλ' εἰ λογισαμένη, ἀναφορὰν ἕξει· πότερον εἰς ἄλλο, ἢ εἰς τὰ ἐν αὐτῇ; ἀλλ' εἰς τὰ ἐν αὐτῇ οὐδὲν δεῖ λογισμῶν. Οὐ γὰρ οὕτος τρέψει, ἀλλὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἔχον τοὺς λόγους· τοῦτο γὰρ καὶ δυνατώτερον καὶ ποιεῖν ἐν ψυχῇ δυνάμενον· κατ' εἴδη ἄρα ποιεῖ. Δεῖ τοίνυν καὶ αὐτὴν παρὰ νοῦ ἔχουσαν διδόναι· νοῦς δὴ ψυχῇ δίδωσι τῇ τοῦ παντός· ψυχὴ δὲ παρ' αὐτῆς ἡ μετὰ νοῦν τῇ μετ' αὐτὴν ἐλλάμπουσα καὶ τυποῦσα· ἡ δὲ ὥσπερ ἐπιταχθεῖσα ἤδη ποιεῖ· ποιεῖ δέ, τὰ μὲν ἀνεμποδίστως, τὰ δὲ ἐμποδισθεῖσα, χείρω. Ἅτε δὲ δύναμιν εἰς τὸ ποιεῖν λαβοῦσα καὶ λόγων οὐ τῶν πρώτων πληρωθεῖσα, οὐ μόνον, καθ' ἃ ἔλαβε, ποιήσει, ἀλλὰ γένοιτο ἄν τι καὶ παρ' αὐτῆς, καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι χεῖρον· καὶ ζῶον μέν, ζῶον δὲ ἀτελέστερον καὶ δυσχεραῖνον τὴν αὑτοῦ ζωὴν, ἅτε χείριστον καὶ δύσκολον δὴ καὶ ἄγριον, καὶ ἐξ ὕλης χείρονος οἷον ὑποστάθμης τῶν προηγουμένων πικρᾶς, καὶ πικρὰ ποιούσης, καὶ ταῦτα παρέξει καὶ αὐτὴ τῷ ὅλῳ.

XVII. Quærendum vero, utrum seminales hæ rationes, quæ animæ insunt, intelligentiæ sint. At enim quonam modo per intelligentias faciet? Ratio enim in materia facit: et quod naturaliter efficit, neque intellectio est neque visio, sed vis quædam materiæ agitatrix haud sane cognoscens, sed agens tantum velut formam figuramque in aqua: quemadmodum ex circulo quodam aliunde facto redundat circulus alter: quippe cum naturalis potentiæ atque genitalis officium sit efficere, si modo præcipua potestas animæ ad id conducat, quatenus materialem genitalemque animam movet et format. Sed numquid movet et format quadam rationis discursione? At si rationali discursu id egerit, jam referetur. Numquid ergo in aliud quiddam? an potius in ea, quæ sunt in ipsa? Verum si in ea, quæ insunt, nihil opus est rationis discursione. Non enim hæc movendo formabit, sed quod in ipsa continet rationes: id namque potentius est atque ad agendum in anima efficacius: quam ob rem secundum species efficit. Oportet igitur et animam ipsam ab intellectu accipientem species tradere. Intellectus enim eas animæ universi largitur: anima vero intellectui proxima ex se tradit animæ, quæ post ipsam sequitur illustrans eam atque formans. Hæc autem, tanquam jussa, species facit: facit autem alias quidem expedita, alias impedita, atque idcirco deteriores. Cum igitur potentiam susceperit ad agendum, rationibusque non primis imbuta sit solum, quatenus acceperat, agit, sed fit etiam ex ipsa non nonnihil, idque proculdubio fit deterius. Et vivens quidem, vivens autem jam imperfectius suamque vitam graviter ferens, quasi sit deterrimum et difficile et agreste compositumque ex deteriori materia, quasi fæce quadam præcedentium subsidente: quæ quidem amara est facitque amara: et talia quædam ipsa quoque inferet universo.

Unde mala, et quæ sint causæ universis, et quomodo.

ΙΗ'. Ἆρ' οὖν τὰ κακὰ τὰ ἐν τῷ παντὶ ἀναγκαῖα, ὅτι ἕπεται τοῖς προηγουμένοις; ἢ ὅτι, καὶ εἰ μὴ ταῦτα ἦν, ἀτελὲς ἂν ἦν τὸ πᾶν. Καὶ γὰρ χρείαν τὰ πολλὰ αὐτῶν ἢ καὶ πάντα παρέχεται τῷ ὅλῳ, οἷα τὰ τῶν ἰοβόλων· λανθάνει δὲ τὰ πλεῖστα, διὰ τί. Ἐπεὶ καὶ τὴν κακίαν αὐτὴν ἔχειν πολλὰ χρήσιμα, καὶ πολλῶν ποιητικὴν καλῶν, οἷον κάλλους τεχνητοῦ παντός· καὶ κινεῖν εἰς φρόνησιν, μὴ ἐῶσαν ἐπ' ἀδείας εὕδειν. Εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς εἴρηται, δεῖ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν θεωρεῖν μὲν τὰ ἄριστα ἀεὶ, ἰσμένην πρὸς τὴν νοητὴν φύσιν καὶ τὸν θεόν· πληρουμένης δὲ αὐτῆς καὶ πεπληρωμένης, οἷον ἀποιστρωμένης αὐτῆς, τὸ ἐξ αὐτῆς

XVIII. Numquid ergo mala, quæ in mundo fiunt, necessario fiunt, propterea quod præcedentia consequuntur? Fortasse etiam quia, nisi hæc essent, imperfectum foret etiam totum. Plurima namque malorum vel cuncta potius quandam toti præstant utilitatem, quemadmodum venenosa: quamvis plurimorum usus et ratio lateat. Jam vero pravitatem quoque ipsam multa constat utilia continere, multaque reddere pulchra pulchritudinis artificiosæ more. Suscitat sæpe homines ad prudentiam, neque securiori licentia torpere permittit. Si hæc igitur recte dicta sunt, animam totius oportet assidue optima contemplari, ad naturam intelligibilem deumque surgentem: cumque ipsa implcatur plenaque jam sit, exundare deinceps in simu-

ἴνδαλμα καὶ τὸ ἔσχατον αὐτῆς πρὸς τὸ κάτω τὸ ποιοῦν τοῦτο εἶναι· ποιητὴς οὖν ἔσχατος οὗτος· ἐπὶ δ' αὐτῷ τῆς ψυχῆς τὸ πρώτως πληρούμενον παρὰ νοῦ· ἐπὶ πᾶσι δὲ νοῦς δημιουργὸς, ὃς καὶ τῇ ψυχῇ τῇ μετ' αὐτὸν δίδωσιν, ὧν ἴχνη ἐν τῇ τρίτῃ. Εἰκότως οὖν λέγεται οὗτος ὁ κόσμος εἰκὼν, ἀεὶ εἰκονιζόμενος· ἑστηκότων μὲν τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου, τοῦ δὲ τρίτου ἑστηκότος μὲν καὶ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ ὕλῃ, καὶ κατὰ συμβεβηκὸς κινουμένου. Ἕως γὰρ ἂν ᾖ νοῦς καὶ ψυχὴ, ῥεύσονται οἱ λόγοι εἰς τοῦτο τὸ εἶδος τῆς ψυχῆς· ὥσπερ ἕως ἂν ᾖ ἥλιος, πάντα τὰ ἀπ' αὐτοῦ φῶτα.

lacrum suum, atque postremum : idque infimum quendam esse factorem. Quamobrem hic jam effector est ultimus : huic vero præsidet, quod primo in anima impleatur ab intellectu. Cunctis denique præsidet intellectus artifex universi, qui sane et animæ sibi proximæ formas infundit, quarum vestigia imprimuntur in tertia. Merito igitur mundus hic appellatur imago, quæ semper in assimilatione versatur. Consistit utique primum atque secundum : consistit quoque tertium, sed in materia : ideoque tanquam ex accidente fit mobile. Quamdiu enim intellectus est atque anima, tamdiu in hoc animæ simulacrum seminales effluunt rationes : quemadmodum, quamdiu sol ipse viget, omnia ab eo lumina profluunt.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Δ.

ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER IV.

DE MATERIA.

(159, 160.) [282—284.]

Movet dubia de materia, utrum sit in corporibus tantum, an etiam alibi.

Α'. Τὴν λεγομένην ὕλην ὑποκείμενόν τι καὶ ὑποδοχὴν εἰδῶν λέγοντες εἶναι κοινόν τινα τοῦτον λόγον περὶ αὐτῆς πάντες λέγουσιν, ὅσοι εἰς ἔννοιαν ἦλθον τῆς τοιαύτης φύσεως, καὶ μέχρι τούτου τὴν αὐτὴν φέρονται. Τίς δέ ἐστιν αὕτη ἡ ὑποκειμένη φύσις, καὶ πῶς δεκτικὴ καὶ τίνων, τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ζητοῦντες διέστησαν· καὶ οἱ μὲν σώματα μόνον τὰ ὄντα εἶναι θέμενοι καὶ τὴν οὐσίαν ἐν τούτοις, μίαν τε τὴν ὕλην λέγουσι καὶ τοῖς στοιχείοις ὑποβεβλῆσθαι, καὶ αὐτὴν εἶναι τὴν οὐσίαν· τὰ δ' ἄλλα πάντα, οἷον πάθη ταύτης, καί πως ἔχουσαν αὐτὴν καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι. Καὶ δὴ καὶ τολμῶσι καὶ μέχρι θεῶν αὐτὴν ἄγειν· καὶ τέλος δὴ καὶ αὐτὸν αὐτῶν τὸν θεὸν ὕλην ταύτην πως ἔχουσαν εἶναι. Διδόασι δὲ καὶ σῶμα αὐτῇ, ἄποιον αὐτὸ σῶμα λέγοντες· καὶ μέγεθος δέ. Οἱ δὲ ἀσώματον λέγουσι, καὶ ταύτην οὐ μίαν τινὲς αὐτῶν, ἀλλὰ ταύτην μὲν τοῖς σώμασιν ὑποβεβλῆσθαι καὶ αὐτοί, περὶ ἧς οἱ πρότεροι λέγουσιν· ἑτέραν μέντοι προτέραν ἐν τοῖς νοητοῖς ὑποβεβλημένην τοῖς ἐκεῖ εἴδεσι καὶ ταῖς ἀσωμάτοις οὐσίαις.

I. Omnes, qui de materia disputant, si modo in notitiam ullam hujus naturæ pervenerint, communi descriptione eam subjectum quoddam et susceptaculum specierum esse asserunt: atque hactenus consentire videntur. Quid autem sit hæc ipsa subjecta natura, et quo pacto et quæ suscipiat, inquirendo dissentiunt. Profecto, quicumque res ipsas corpora solum esse putant essentiamque in his consistere, unam in his materiam esse dicunt: quæ quidem elementis subjecta sit, ipsaque sit essentia: cetera vero omnia quasi materiæ passiones, easeque hæc materiam ipsam, sic aut sic affectam: atque esse sic etiam elementa. Audent quin etiam ipsam ad deos usque protendere. Denique illum summum ipsorum deum materiam hanc existere certo modo sese habentem. Tribuunt præterea ipsi corpus, dicentes eam esse corpus vacuum qualitate: tribuunt insuper magnitudinem. Qui autem incorpoream admittunt essentiam, et ipsam materiam non unam tantum ipsorum aliqui ponunt, sed alteram quidem et ipsi corporibus esse subjectam aiunt, de qua priores illi loquuntur: alteram tamen in rebus intelligibilibus prioremque esse materiam, speciebus, quæ sunt illic, incorporeisque essentiis subditam.

Rationes probantium in mundo intelligibili non esse materiam.

Β'. Διὸ πρότερον ζητητέον περὶ ταύτης, εἰ ἔστι, καὶ τίς οὖσα τυγχάνει, καὶ πῶς ἔστιν. Εἰ δὴ ἀόριστόν τι καὶ ἄμορφον δεῖ τὸ τῆς ὕλης εἶναι, ἐν δὲ τοῖς ἐκεῖ ἀρίστοις οὖσιν οὐδὲν ἀόριστον οὐδὲ ἄμορφον, οὐδ' ἂν ὕλη ἐκεῖ εἴη. Καὶ εἰ ἁπλοῦν ἕκαστον, οὐδ' ἂν δέοι ὕλης, ἵνα ἐξ αὐτῆς καὶ ἄλλου τὸ σύνθετον. Καὶ γιγνομένοις μὲν ὕλης δεῖ, καὶ ἐξ ἑτέρων ἕτερα ποιουμένοις, ἀφ' ὧν καὶ ἡ τῶν αἰσθητῶν ὕλη ἐνοήθη· μὴ γιγνομένοις δέ, οὔ. Πόθεν δὲ ἐλήλυθε καὶ ὑπέστη; εἰ γὰρ ἐγένετο, καὶ ὑπό τινος· εἰ δὲ ἀΐδιος, καὶ ἀρχαὶ πλείους· καὶ κατὰ συντυχίαν τὰ πρῶτα· κἂν εἶδος δὲ προσέλθῃ, τὸ σύνθετον ἔσται σῶμα, ὥστε κἀκεῖ σῶμα.

II. Quam ob rem de hac ipsa prius est perquirendum, an sit, et quo pacto. Si autem materiam esse oportet indefinitum aliquid et informe, in rebus vero incorporeis utpote optimis nihil indefinitum est, nihil informe, non erit ibi materia. Præterea si quodlibet illorum est simplex, nequaquam materia indiget, ex qua et alio quodam addito compositum quoddam conficiatur. Rursus in his, quæ gignuntur, atque sub his quæ ex aliis alia gignunt, opus est materia; illis autem quæ non gignuntur, minime. Siquidem in rebus sensibilibus materia ex ipsa generatione mutuaque permutatione videtur inventa. Denique undenam materia apud illa processit et substitit? Si enim facta est, certe est ab aliquo facta: sin autem sempiterna est, plura principia sunt: atque ea, quæ prima sunt omnium, secundum contingentiam sunt: ac si species illic accedit, quod ita componitur, erit corpus. Itaque corpus illic insuper erit.

Solvit argumenta probantia, non esse in intelligibili mundo materiam.

Γ'. Πρῶτον μὲν οὖν λεκτέον, ὡς οὐ πανταχοῦ τὸ ἀόριστον ἀτιμαστέον, οὐδὲ ὃ ἂν ἄμορφον ᾖ τῇ ἑαυτοῦ ἐπινοίᾳ, εἰ μέλλει παρέχειν αὐτὸ τοῖς πρὸ αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀρίστοις· οἷόν τι καὶ ψυχὴ πρὸς νοῦν καὶ λόγον πέφυκε, μορφουμένη παρὰ τούτων καὶ εἰς εἶδος βέλτιον ἀγομένη. Ἔν τε τοῖς νοητοῖς τὸ σύνθετον ἑτέρως, οὐχ ὡς τὰ σώματα· ἐπεὶ καὶ λόγοι σύνθετοι, ἐνεργείᾳ δὲ σύνθετον ποιοῦσι, τὴν ἐνεργοῦσαν εἰς εἶδος φύσιν. Εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλο, καὶ παρ' ἄλλου, καὶ μᾶλλον. Ἡ δὲ τῶν γιγνομένων ὕλη ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο εἶδος ἴσχει· τῶν

III. Principio dicendum est, non ubique, quod indefinitum est, esse penitus contemnendum, neque quod in ipsa sui notione sit informe, si modo se ipsum superioribus et optimis sit præbiturum. Quemadmodum et anima suapte natura ad intellectum rationemque se habet: quæ quidem ab his formatur, et in speciem perducitur meliorem. Accedit ad hæc, quod in intelligibilibus, quod compositum dicitur, se aliter habet, neque certe sicut corpora. Quandoquidem et rationes ipsæ compositæ sunt, atque actu compositum quoddam faciunt, ipsam scilicet naturam, quæ agit ad speciem. Si autem fertur ad aliud, nimirum et pendet ab alio, multoque magis. Item materia eorum, quæ gignuntur, aliam semper et aliam habet speciem

δὲ ἀϊδίων ἡ αὐτὴ ταὐτὸν ἀεί. Τάχα δ' ἀνάπαλιν ἡ ἐνταῦθα· ἐνταῦθα μὲν γὰρ παρὰ μέρος πάντα, καὶ ἓν ἑκάστοτε. Διὸ οὐδὲν ἐμμένει, ἄλλου ἄλλο ἐξωθοῦντος· διὸ οὐ ταὐτὸν ἀεί· ἐκεῖ δ' ἅμα πάντα, διὸ οὐκ ἔχει εἰς ὃ μεταβάλλοι· ἤδη γὰρ ἔχει πάντα· οὐδέποτ' οὖν ἄμορφος, οὔτε ἐκεῖ ἡ ἐκεῖ· ἐπεὶ οὐδ' ἡ ἐνταῦθα, ἀλλ' ἕτερον τρόπον ἑκατέρα· τὸ δὲ εἴτε ἀΐδιος, εἴτε γενομένη, ἐπειδὰν ὅ τί ποτ' ἐστὶ λάβωμεν, δῆλον ἔσται.

Sempiternorum vero materia eadem semper possidet idem. Ferme vero hæc apud nos materia contra se habet, atque illa. Hæc enim per partes et alterne fit omnia, in singulisque temporibus singula : ideo que nihil usquam permanet, dum alia ab aliis extruduntur. Idcirco nihil semper est idem. In superis autem materia simul est cuncta. Cumque jam cuncta possideat, non habet omnino, in quod valeat permutari. Nunquam igitur materia illic est informis : quando neque informis unquam est materia nostra. Sed et in hoc aliter hæc atque illa se habet. Quod insuper dicebatur : utrum sempiterna sit, an genita, tunc demum nobis erit perspectum, postquam, quid ipsa sit, ostenderimus.

Probat esse in intelligibili mundo materiam.

Δ'. Ὁ δὴ λόγος ἡμῖν ὑποθεμένοις τὸ νῦν, εἶναι τὰ εἴδη, δέδεικται γὰρ ἐν ἄλλοις, προΐτω. Εἰ οὖν πολλὰ τὰ εἴδη, κοινόν μέν τι ἐν αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι· καὶ δὴ καὶ ἴδιον, ᾧ διαφέρει ἄλλο ἄλλου. Τοῦτο δὴ τὸ ἰδιον καὶ ἡ διαφορὰ ἡ χωρίζουσα ἡ οἰκεία ἐστὶ μορφή· εἰ δὲ μορφή, ἔστι καὶ τὸ μορφούμενον, περὶ ὃ ἡ διαφορά. Ἔστιν ἄρα καὶ ὕλη ἡ τὴν μορφὴν δεχομένη, καὶ ἀεὶ τὸ ὑποκείμενον· ἔτι εἰ κόσμος νοητός ἐστιν ἐκεῖ, μίμημα δὲ οὗτος ἐκείνου, οὗτος δὲ σύνθετος καὶ ἐξ ὕλης, κἀκεῖ δεῖ ὕλην εἶναι· ἢ πῶς προσερεῖς κόσμον, μὴ ὕλην εἰς εἶδος ἰδών; πῶς δὲ εἶδος, μὴ ἐφ' ᾧ τὸ εἶδος λαβών; ἀμερὲς μὲν γὰρ παντελῶς πάντη αὐτό· μεριστὸν δὲ ὁπωσοῦν. Καὶ εἰ μὲν διασπασθέντα ἀπ' ἀλλήλων τὰ μέρη, ἡ τομὴ καὶ ἡ διάσπασις [ὕλης] ὕλης ἐστὶ πάθος· αὕτη γὰρ ἡ τμηθεῖσα. Εἰ δὲ πολλὰ ὄν ἀμέριστόν ἐστι, τὰ πολλὰ ἐν ἑνὶ ὄντα ἐν ὕλῃ ἐστὶν ἑνί, αὐτὰ μορφαὶ αὐτοῦ ὄντα. Τὸ γὰρ ἓν τοῦτο τὸ ποικίλον νόησον ποικίλον καὶ πολύμορφον· οὐκοῦν ἄμορφον αὐτὸ πρὸ τοῦ ποικίλου. Εἰ γὰρ τῷ νῷ ἀφελοις τὴν ποικιλίαν καὶ τὰς μορφὰς καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰ νοήματα, τὸ πρὸ τούτων ἄμορφον καὶ ἀόριστον· καὶ τούτων οὐδὲν τῶν ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐν αὐτῷ.

IV. Principio cum alibi ideas esse fuerit demonstratum, admittentes in præsentia ideas esse, ad institutum progrediamur. Profecto si plures ibi sunt species, commune quiddam in ipsis esse necessarium est : rursusque proprium, quoad aliud ab alio distinguatur. Hoc utique proprium atque hæc separans differentia forma certe est propria. Quodsi illic est forma, est insuper et formatum, circa quod differentia est. Subest itaque materia, quæ illam accipiat formam, perpetuoque subjectum. Præterea si intelligibilis illic mundus exsistit, hic vero noster illius est imitatio, atque componitur ex materia, illic quoque oportet esse materiam. Alioquin quanam ratione mundum ornatumque appellabis, nisi speciem sive species contempleris? Quo autem modo contuebere speciem, nisi id quoque, in quo species est, comprehendas? Indivisibilis quidem prorsus est ubique mundus ipse superior, et quadam rursus conditione dividuus. Ac si partes ejus inter se dispersæ sint, sectio ipsa atque dispersio est quædam materiæ passio : ipsa enim est proprie, quæ passa dicitur sectionem. Sin autem, quæ multa illic sunt, unum ens impartibile sint : nimirum multa illa in uno exsistentia, in uno illo sunt ceu materia, ipsaque ipsius sunt formæ. Unum namque ipsum, quod est varium, considerandum in primis est varium atque multiforme. Considerandum rursus velut informe, antequam varium. Si enim cogitatione illinc abstuleris varietatem, formas, rationes, intelligentias, procul dubio, quod hæc antecedit, informe indefinitumque occurrit : nihilque apparet eorum, quæ penes ipsum in ipsoque sunt.

Solvit, quæ objici possent superioribus, et dicta confirmat.

Ε'. Εἰ δ' ὅτι ἀεὶ ἔχει ταῦτα, καὶ ὁμοῦ ἓν ἄμφω, καὶ οὐχ ὕλη ἐκεῖνο, οὐδ' ἐνταῦθα ἔσται τῶν σωμάτων ὕλη. Οὐδέποτε γὰρ ἄνευ μορφῆς, ἀλλ' ἀεὶ ὅλον σῶμα· σύνθετον μὴν ὅμως· καὶ νοῦς εὑρίσκει τὸ διττόν· οὗτος γὰρ διαιρεῖ, ἕως εἰς ἁπλοῦν ἦκῃ, μηκέτι αὐτὸ ἀναλύεσθαι δυνάμενον· ἕως δὲ δύναται, χωρεῖ αὐτοῦ εἰς τὸ βάθος. Τὸ δὲ βάθος ἑκάστου ἡ ὕλη, διὸ καὶ σκοτεινὴ πᾶσα, ὅτι τὸ φῶς ὁ λόγος, καὶ ὁ νοῦς λόγος. Διὸ τὸν ἐφ' ἑκάστου λόγον ὁρῶν, τὸ κάτω, ὡς ὑπὸ τὸ φῶς, σκοτεινὸν ἡγεῖται· ὥσπερ ὀφθαλμὸς φωτοειδὴς ὤν, πρὸς τὸ φῶς βαλὼν καὶ χρόας φῶτα ὄντα, τὰ ὑπὸ τὰ χρώματα σκοτεινὰ καὶ ὑλικὰ εἶναι λέγει, κεχρυμμένα τοῖς χρώμασιν. Διάφορόν γε μὴν τὸ σκοτεινὸν τό τε ἐν τοῖς νοητοῖς, τό τε ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὑπάρχει· διάφορός τε ἡ ὕλη, ὅσον καὶ τὸ εἶδος τὸ ἐπικείμενον ἀμφοῖν διάφορον· ἡ μὲν γὰρ θεία, λαβοῦσα τὸ ὁρίζον αὐτὴν, ζωὴν ὡρισμένην καὶ νοερὰν ἔχει· ἡ δὲ ὡρισμένον μέν τι γίγνεται, οὐ μὴν ζῶν οὐδὲ νοοῦν, ἀλλὰ νεκρὸν κεκοσμημένον. Καὶ ἡ μορφὴ δὲ εἴδωλον, ὥστε καὶ τὸ ὑποκείμενον εἴδωλον· ἐκεῖ δὲ ἡ μορφὴ ἀληθινὸν, ὥστε καὶ τὸ ὑποκείμενον.

V. Si autem ex eo, quod essentia ejusmodi semper hæc habet, simulque ambo sunt unum, dicatur, non esse ibi materiam : sequetur, ut neque etiam hic sit materia corporum. Nunquam enim materia hæc est absque forma, sed semper totum corpus : nihiloque minus est compositum : atque intellectus duplicitatem invenit. Hic enim dividit, quousque ad id, quod simplex est, pervenerit : quod videlicet ulterius resolvi non valeat. Quatenus vero referri in aliud potest, in ejus profundum penetrando progreditur. Profundum denique uniuscujusque est materia. Quapropter materia omnis est tenebrosa, quoniam ipsa ratio lumen est, et ipse intellectus est ratio. Itaque rationem in unoquoque perspiciens, id quod inferius est, quasi sub lumine obscurum esse conjectat. Quemadmodum oculus, cum sit luminosus, in lumen aspiciens simulque in colores, qui lumina quædam sunt, adducit, ut dicas, ea, quæ sub coloribus latent, obscura materialiaque restare, coloribus adoperta. Veruntamen longe discrepat, quod tenebrosum rebus intelligibilibus, quodve rebus sensibilibus subesse conjicimus : tantoque differt ab hac materia illa, quanto species inhærens illi a specie, quæ huic inhæret, est differens. Divina enim materia accipiens, quod eam terminat, vitam determinatam intellectualemque nanciscitur. Hæc autem determinatum quidem aliquid fit : neque tamen vivens neque intellectuale quicquam, sed vita vacuum quiddam quamvis ornatum. Forma quinetiam hæc imaginaria est : ideoque imaginarium est [etiam] subjectum. Illic autem et forma vera res est : et subjectum consequen-

Διὸ καὶ τοὺς λέγοντας οὐσίαν τὴν ὕλην, εἰ περὶ ἐκείνης ἔλεγον, ὀρθῶς ἔδει ὑπολαμβάνειν λέγειν. Τὸ γὰρ ὑποκείμενον ἐκεῖ οὐσία· μᾶλλον δὲ μετὰ τοῦ ἐπ' αὐτῇ νοουμένη, καὶ ὅλη οὖσα πεφωτισμένη οὐσία. Πότερα δὲ ἀΐδιος ἡ νοητὴ, ὁμοίως ζητητέον, ὡς ἄν τις καὶ τὰς ἰδέας ζητοῖ· γεννητὰ μὲν γὰρ τῷ ἀρχὴν ἔχειν· ἀγέννητα δὲ, ὅτι μὴ χρόνῳ τὴν ἀρχὴν ἔχει, ἀλλ' ἀεὶ παρ' ἄλλου, οὐχ ὡς γιγνόμενα ἀεὶ, ὥσπερ ὁ κόσμος, ἀλλὰ ὄντα ἀεὶ, ὥσπερ ὁ ἐκεῖ κόσμος. Καὶ γὰρ ἡ ἑτερότης ἡ ἐκεῖ ἀεὶ τὴν ὕλην ποιεῖ· ἀρχὴ γὰρ ὕλης αὕτη, ἡ κίνησις ἡ πρώτη· διὸ καὶ αὕτη ἑτερότης ἐλέγετο, ὅτι ὁμοῦ ἐξέφυσαν κίνησις καὶ ἑτερότης. Ἀόριστον δὲ καὶ ἡ κίνησις καὶ ἡ ἑτερότης ἡ ἀπὸ τοῦ πρώτου, κἀκείνου πρὸς τὸ ὁρισθῆναι δεόμενα. Ὁρίζεται δὲ, ὅταν πρὸς αὐτὸ ἐπιστραφῇ· πρὶν δὲ ἀόριστον καὶ ἡ ὕλη καὶ τὸ ἕτερον, καὶ οὔπω ἀγαθὸν, ἀλλὰ ἀφώτιστον ἐκείνου. Εἰ γὰρ παρ' ἐκείνου τὸ φῶς, τὸ δεχόμενον τὸ φῶς, πρὶν δέξασθαι φῶς, οὐκ ἔχει ἀεὶ, ἀλλὰ ἄλλο ὂν ἔχει, εἴπερ τὸ φῶς παρ' ἄλλου. Καὶ περὶ μὲν τῆς ἐν τοῖς νοητοῖς ὕλης πλείω τῶν προσηκόντων παραγυμνωθέντα ταύτῃ·

ter essentia vera. Quam ob rem, qui materiam essentiam esse dicunt, si modo de illa loquuntur, existimandi sunt recte sentire. Quod enim illic est subjectum, essentia est: imo vero una cum eo, quod est in ipso, consideratum. Essentia enim re vera est id totum jam luminosum. Quod autem quæritur, utrum intelligibilis illa materia sempiterna sit necne: perinde se habet, ac si quis percontaretur, an ideæ sint sempiternæ. Genita quidem illa sunt, qua ratione principium habent: ingenita vero propterea, quod non tempore habent principium, sed sunt semper ab alio, non quasi quæ fiant inde semper, ut hic mundus, sed existentia semper, sicut ille mundus. Etenim quæ illic alteritas est, materiam semper efficit. Hæc enim principium est materiæ primaque motio. Quapropter et hæc dicta est alteritas: quoniam motio et alteritas inde sunt simul exortæ. Indeterminata vero et motio est et alteritas, quæ a primo pendent egentque illo, quo terminentur. Terminantur autem, quando convertuntur ad ipsum. Ante vero indeterminatum id est materiaque et alterum, atque nondum est bonum, sed quiddam boni lumine vacuum. Si enim a bono lumen emicat, nimirum quod capit lumen, antequam capiat, non [semper] habet lumen: et quatenus habet, ipsum quidem velut aliud, illud habet ut aliud: siquidem lumen ipsum procedit ab alio. Hactenus de intelligibilis mundi materia fortasse ulterius, quam disputatio hæc exigebat, fuerit disputatum.

Probat, in corporibus esse materiam primam.

Ϛ'. Περὶ δὲ τῆς τῶν σωμάτων ὑποδοχῆς ὧδε λεγέσθω. Ὅτι μὲν οὖν δεῖ τι τοῖς σώμασιν ὑποκείμενον εἶναι, ἄλλο ὂν παρ' αὐτὰ, ἥ τε εἰς ἄλληλα μεταβολὴ τῶν στοιχείων δηλοῖ. Οὐ γὰρ παντελῶς τοῦ μεταβάλλοντος ἡ φθορά· ἢ ἔσται τις οὐσία, εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπολλυμένη· οὐδ' αὖ τὸ γενόμενον ἐκ τοῦ παντελῶς μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν ἐλήλυθεν, ἀλλ' ἔστιν εἴδους μεταβολὴ ἐξ εἴδους ἑτέρου. Μένει δὲ τὸ δεξάμενον τὸ εἶδος τοῦ γενομένου, καὶ ἀποβαλὸν θάτερον. Τοῦτό τε οὖν δηλοῖ καὶ ὅλως ἡ φθορά· συνθέτου γάρ· εἰ δὲ τοῦτο, ἐξ ὕλης καὶ εἴδους ἕκαστον· ἥ τε ἐπαγωγὴ μαρτυρεῖ, τὸ φθειρόμενον σύνθετον δεικνῦσα· καὶ ἡ ἀνάλυσις δέ· οἷον εἰ ἡ φιάλη εἰς τὸν χρυσὸν, ὁ δὲ χρυσὸς εἰς ὕδωρ, καὶ τὸ ὕδωρ δὲ φθειρόμενον τὸ ἀνάλογον ἀπαιτεῖ. Ἀνάγκη δὲ τὰ στοιχεῖα ἢ εἶδος εἶναι, ἢ ὕλην πρώτην, ἢ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους· ἀλλ' εἶδος μὲν, οὐχ οἷόν τε· πῶς γὰρ ἄνευ ὕλης, ἐν ὄγκῳ καὶ μεγέθει; ἀλλ' οὐδ' ὕλη ἡ πρώτη· φθείρεται γάρ· ἐξ ὕλης ἄρα καὶ εἴδους. Καὶ τὸ μὲν εἶδος κατὰ τὸ ποιὸν καὶ τὴν μορφήν· ἡ δὲ [ὕλη] κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀόριστον, ὅτι μὴ εἶδος.

VI. De susceptaculo vero corporum deinceps ita dicatur. Principio quod oporteat corporibus aliquid esse subjectum, quod aliud quiddam sit, præter corpora, mutua elementorum commutatio nobis ostendit. Quod enim transmutatur, non omnino corrumpitur: alioquin essentia quædam in non ens penitus evaneseeret: neque rursus, quod fit, ex eo, quod nullo modo est, efficitur. Sed commutatio quædam ex specie altera fit in alteram. Permanet autem, quod genitas rei speciem induit, dum exuit alteram. Constat hoc insuper ex interitu: hic enim pertinet ad compositum. Quod si ita est, ex materia et forma est unumquodque caducum. Inductio quoque testatur, quod dissolvitur, esse compositum. Resolutio rursus idem nobis ostendit. Veluti si phiala resolvatur in aurum: aurum vero resolvatur in aquam: aqua denique simili ratione, cum perit, proportionale aliquid exigat. Præterea necesse est elementa vel speciem vel materiam primam esse, vel ex materia simul specieque constare. Speciem quidem esse impossibile est. Quo enim pacto, si absque materia sint, molem magnitudinemque habebunt? Sed neque etiam prima materia sunt: quoniam dissolvuntur. Itaque ex materia simul et specie componuntur. Ac species quidem ad qualitatem spectat et formam, materia vero pertinet ad subjectum. Et id quidem, quia non sit species, non terminatum.

Confutat opiniones falsas de materia.

Ζ'. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὰ στοιχεῖα ἐν ὕλῃ θέμενος ἀντιμαρτυροῦσαν ἔχει τὴν φθορὰν αὐτῶν. Ἀναξαγόρας δὲ τὸ μῖγμα ὕδωρ [ὕλην] ποιῶν, οὐκ ἐπιτηδειότητα πρὸς πάντα, ἀλλὰ πάντα ἐνεργείᾳ ἔχειν λέγων, ὃν εἰσάγει νοῦν, ἀναίρει, οὐκ αὐτὸν τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος διδόντα ποιῶν, οὐδὲ πρότερον τῆς ὕλης, ἀλλ' ἅμα. Ἀδύνατον δὲ τὸ ἅμα· εἰ γὰρ μετέχει τὸ μῖγμα τοῦ εἶναι, πρότερον τὸ ὄν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ὂν καὶ τὸ μῖγμα κἀκεῖνο, ἄλλου ἐπ' αὐτοῖς δεήσει τρίτου. Εἰ οὖν πρότερον ἀνάγκη τὸν δημιουργὸν εἶναι, τί ἔδει τὰ εἴδη κατὰ σμικρὰ ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι; εἶτα τὸν νοῦν διὰ πραγμάτων

VII. Proinde contra Empedoclem pro materia elementa ponentem elementorum corruptio ipsa reclamat. Anaxagoras autem misturam quandam inducens, velut aquam, dicensque hanc non aptitudinem quandam habere ad omnia, sed actu omnia continere: profecto intellectum [mentem], quem introduxerat, tollit e medio: quippe cum non eum dicat formam speciemque tribuere neque priorem esse materia, sed cum materia simul. Impossibile quidem est simul esse. Si enim mistura ipsius esse est particeps, certe ens ipsum antiquius est. Quodsi et ipsum ens mistura quædam est, alio quodam his opus est tertio. Quam ob rem, si necesse est rerum artificem esse priorem, quandam oportuit species secundum exigua in materia esse, deinde intellectum inextricabili negotio confusa discernere?

ἀνηνύτων διακρίνειν; ἐξὸν ἀποίῳ οὔσῃ τὴν ποιότητα καὶ τὴν μορφὴν ἐπὶ πᾶσαν ἐκτεῖναι. Τό τε πᾶν ἐν παντὶ εἶναι πῶς οὐκ ἀδύνατον; Ὁ δὲ τὸ ἄπειρον ὑποθείς, τί ποτε τοῦτο, λεγέτω· καὶ εἰ οὕτως ἄπειρον, ὡς ἀδιεξίτητον, ὡς οὐκ ἔστι τοιοῦτόν τι ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε αὐτοάπειρον οὔτε ἐπ' ἄλλῃ φύσει, ὡς συμβεβηκὸς σώματί τινι· τὸ μὲν αὐτοάπειρον, ὅτι καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης ἄπειρον· τὸ δὲ ὡς συμβεβηκὸς, ὅτι τὸ ᾧ συμβέβηκεν, ἐκεῖνο οὐκ ἂν καθ' ἑαυτὸ ἄπειρον εἴη, οὔτε ἁπλοῦν οὐδὲ ὕλη ἔτι δῆλον· ἀλλ' οὐδὲ αἱ ἄτομοι τάξιν ὕλης ἔχουσιν, αἱ τοπαράπαν οὐκ οὖσαι· τμητὸν γὰρ πᾶν σῶμα, κατὰ πᾶν, καὶ τὸ συνεχὲς δὲ τῶν σωμάτων καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ μὴ οἷόν τε ἄνευ νοῦ ἕκαστα καὶ ψυχῆς, ἣν ἀδύνατον ἐξ ἀτόμων εἶναι, ἄλλην τε φύσιν παρὰ τὰς ἀτόμους ἐκ τῶν ἀτόμων δημιουργεῖν, οὐχ οἷόν τε· ἐπεὶ καὶ οὐδεὶς δημιουργὸς ποιήσει τι ἐξ οὐχ ὕλης συνεχοῦς. Καὶ μυρία ἂν λέγοιτο πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν καὶ εἴρηται, διὸ ἐνδιατρίβειν περιττὸν ἐν τούτοις.

cum liceat materiæ, siquidem sit non qualis, imprimere qualitatem, atque formam per totam extendere. Postremo qua ratione fieri possit, ut in quolibet omnia sint, profecto non video. Qui autem infinitum materiæ loco ponit, quid hoc ipsum sit, debet exponere. Ac si ita infinitum est, ut id pertransire quis nequeat, meminisse oportet, non posse ejusmodi quicquam in rebus existere, neque si ipsum per se et in se infinitum sit, neque si in alia sit natura quasi cuiquam corpori accidens. Profecto neque ipsum in se immensum, quoniam pars quoque ejus necessario foret immensa : neque infinitum accidens alteri, quoniam illud, cui accidit, suapte natura infinitum minime foret, neque simplex, et profecto neque materia : sed neque atomi etiam materiæ ordinem sortientur, quæ quidem nihil sunt omnino. Omne enim corpus est per omnia divisibile. Refellitur quoque idem ex ipsa corporum continuitate atque humore. Rursus ex eo, quod absque mente et anima singula esse non possint, quam ex atomis componi natura non patitur. Item quia nulla prorsus natura præter atomos adinventa potest quicquam ex atomis fabricare : quandoquidem nullus artifex ex materia non continua conficere quicquam valet. Quam plurima præterea adversus opinionem hanc dici possent dictaque sunt : quapropter supervacuum est in his diutus immorari.

Quid non sit, quidve sit materia, i. e. quod nullas habeat formas, et quomodo ad formas se habeat.

Η'. Τίς οὖν ἡ μία αὕτη καὶ συνεχὴς καὶ ἄποιος λεγομένη; καὶ ὅτι μὲν μὴ σῶμα εἴπερ ἄποιος, δῆλον· ἢ ποιότητα ἕξει. Λέγοντες δὲ πάντων αὐτὴν εἶναι τῶν αἰσθητῶν, καὶ οὐ τινῶν μὲν ὕλην, πρὸς ἄλλα δὲ εἶδος οὖσαν· οἷον τὸν πηλὸν ὕλην τῷ κεραμεύοντι, ἁπλῶς δὲ οὐχ ὕλην· οὐ δὴ οὕτως, ἀλλὰ πρὸς πάντα λέγοντες, οὐδὲν ἂν αὐτῇ προσάπτοιμεν τῇ αὐτῆς φύσει, ὅσα ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς ὁρᾶται. Εἰ δὴ τοῦτο, πρὸς ταῖς ἄλλαις ποιότησιν, οἷον χρώμασι καὶ θερμότησι καὶ ψυχρότησιν, οὐδὲ τὸ κοῦφον, οὐδὲ τὸ βάρος, οὐ πυκνὸν, οὐχ ἁραιὸν, ἀλλ' οὐδὲ σχῆμα· οὐ τοίνυν οὐδὲ μέγεθος· ἄλλο γὰρ τὸ μεγέθει, ἄλλο τὸ μεμεγεθυσμένῳ εἶναι, ἄλλο τὸ σχήματι, ἄλλο τὸ ἐσχηματισμένῳ. Δεῖ δὲ αὐτὴν μὴ σύνθετον εἶναι, ἀλλὰ ἁπλοῦν καὶ ἕν τι τῇ αὐτῆς φύσει· οὕτω γὰρ πάντων ἔρημος. Καὶ δ μορφὴν διδοὺς δώσει καὶ μορφὴν ἄλλην οὖσαν παρ' αὐτὴν, καὶ μέγεθος, καὶ πάντα ἐκ τῶν ὄντων οἷον προσφέρων· ἢ δουλεύσει τῷ μεγέθει αὐτῆς, καὶ ποιήσει οὐχ ἡλίκον θέλει, ἀλλ' ὅσον ἡ ὕλη βούλεται. Τὸ δὲ συντροχάζειν τὴν βούλησιν τῷ μεγέθει αὐτῆς πλασματῶδες. Εἰ δὲ καὶ πρότερον τῆς ὕλης τὸ ποιοῦν, ταύτῃ ἔσται ἡ ὕλη, ᾗ πάντως τὸ ποιοῦν θέλει, καὶ εὐάγωγος εἰς ἅπαντα, καὶ εἰς μέγεθος τοίνυν. Μέγεθός τε εἰ ἔχοι, ἀνάγκη καὶ σχῆμα ἔχειν· ὥστε ἔτι μᾶλλον δύσεργος ἔσται. Ἐπεισι τοίνυν τὸ εἶδος αὐτῇ, πάντα ἐπ' αὐτῇ φέρον· τὸ δὲ εἶδος πᾶν καὶ μέγεθος ἔχει, καὶ ὁπόσον ἂν ᾖ, μετὰ τοῦ λόγου, καὶ ὑπὸ τούτου· διὸ καὶ ἐπὶ τῶν γενῶν ἑκάστων μετὰ τοῦ εἴδους καὶ τὸ ποσὸν ὥρισται. Ἄλλο γὰρ ἀνθρώπου, καὶ ἄλλο ὄρνιθος· καὶ ὄρνιθος τοιουτουὶ θαυμαστότερον τὸ ποσὸν τῇ ὕλῃ ἄλλο ἐπάγειν τοῦ ποιὸν αὐτῇ προστιθέναι. Οὐδὲ τὸ μὲν ποιὸν λόγος, τὸ δὲ ποσὸν οὐκ εἶδος, καὶ μέτρον καὶ ἀριθμὸς ὄν.

VIII. Quænam igitur est hæc, quæ una continua qualitatis expers esse dicitur? Principio hanc non esse corpus, si modo qualitatis est expers, est manifestum : alioquin qualitatem est habitura. Cum vero dicamus hanc ipsam omnium sensibilium esse materiam, non autem quorundam quidem materiam esse, quorundam vero speciem : ceu lutum solemus dicere penes figulum quidem materiam esse, simpliciter autem non esse materiam. Cum, inquam, non ita de ipsa mundi materia distinguamus, sed ad omnia simpliciter referamus : nimirum nihil prorsus eorum, quæ in ipso sensibilium genere percipiuntur, ipsi secundum naturam suam attribuemus. Si ita est præter alias qualitates, velut colores, calorem, frigus, neque etiam levitatem neque gravitatem, neque densitatem neque raritatem, neque figuram materiæ debemus ascribere : igitur neque etiam magnitudinem. Aliud namque est ipsa magnitudo, aliud vero magnum. Rursus aliud figura, aliud figuratum. Oportet vero ipsam nihil esse compositum, sed simplex et unum quiddam suapte natura. Nam ita demum omnium erit vacua. Et qui ei traditurus est formam, tradet eam velut aliud quiddam exsistens præter materiam. Magnitudinem quoque et omnia ex his quæ sunt, velut offerens et afferens largietur : alioquin materiæ ipsius magnitudini serviet opusque faciet, non quantum ipse decernit, sed quantum ipsa materia capit. Quod autem nonnulli ferunt, artificis voluntatem cum ipsa materiæ magnitudine congredi, videtur esse figmentum. Si autem efficiens causa materiam antecedit, sic prorsus materia se habebit, ut vult efficiens, ductuque ad omnia facilis, igitur et ad magnitudinem. Sin autem habeat magnitudinem, habebit quoque figuram : quapropter difficilius etiam elaborari poterit ab artifice. Ingreditur igitur materiam species omnia secum afferens : species vero omnis continet magnitudinem, et omnino quantitatis modum una cum ratione atque sub ratione. Idcirco in singulis rerum generibus quantitas una cum specie designatur. Alia namque præscripta est hominis magnitudo, avis alia : profecto absurdum foret aliud esse certæ avis propriam quantitatem adducere, quam ejusdem propriam imprimere qualitatem. Neque enim dicendum est, qualitatem quidem esse rationem quandam, quantitatem vero non esse speciem, cum mensura quædam numerusque exsistat.

Quod materia nullam habeat quantitatem.

Θ'. Πῶς οὖν τις λήψεταί τι τῶν ὄντων, ὃ μὴ μέγεθος ἔχει; ἢ πᾶν, ὅπερ μὴ ταὐτὸν τῷ ποσῷ. Οὐ γὰρ δὴ τὸ ὂν καὶ τὸ ποσὸν ταὐτόν· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἕτερα τοῦ ποσοῦ· ὅλως δὲ πᾶσαν ἀσώματον φύσιν ἀποσον θετέον· ἀσώματος δὲ καὶ ἡ ὕλη· ἐπεὶ καὶ ἡ ποσότης αὐτὴ οὐ ποσὸν, ἀλλὰ τὸ μετασχὸν αὐτῆς· ὥστε καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι εἶδος ἡ ποσότης. Ὡς οὖν ἐγένετό τι λευκὸν παρουσίᾳ λευκότητος, τὸ δὲ πεποιηκὸς τὸ λευκὸν χρῶμα ἐν ζώῳ, καὶ τὰ ἄλλα δὲ χρώματα ποικίλα, οὐκ ἦν ποικίλον χρῶμα, ἀλλὰ ποικίλος, εἰ βούλει, λόγος· οὕτω καὶ τὸ ποιοῦν τὸ τηλικόνδε οὐ τηλικόνδε, ἀλλ' αὐτό τι πηλίκον, ἢ πηλικότης, ἢ λόγος, τὸ ποιοῦν. Προσελθοῦσα οὖν ἡ πηλικότης ἐξελίττει εἰς μέγεθος τὴν ὕλην; οὐδαμῶς. Οὐδὲ γὰρ ἐν ὀλίγῳ συνεσπειρᾶτο, ἀλλ' ἔδωκε μέγεθος τὸ οὐ πρότερον ὄν, ὥσπερ καὶ ποιότητα τὴν οὐ πρότερον οὖσαν.

IX. Verum quanam ratione rem aliquam quis apprehendet, quæ nullam prorsus habeat magnitudinem? Fortasse vero quodcumque non idem est, quod quantum. Non enim idem est ens et quantum : nam et alia præter quantum multa sunt. Omnino autem incorpoream naturam omnem ponere debemus a quantitate remotam : incorporea vero et materia est : quin etiam ipsa quantitas non est quanta. Quantum enim est, quod quantitatis est particeps : quapropter ex hoc quoque manifestum est, quantitatem speciem quandam esse. Quemadmodum igitur albedinis præsentiâ fit aliquid album : quod autem albedinem facit in animali coloresque varios, non est color varius, sed varia quædam ratio : sic, quod facit quantum, non est quantum aliquid, sed quantum ipsum, vel quantitas ipsa, vel ratio quantitatis effectrix. Accedens ipsa igitur quantitas in materiam numquid materiam in amplitudinem explicat et extendit? Nullo modo. Neque enim in angustum coacta fuerat : imo vero magnitudinem, quæ prius non erat, affert, sicut et qualitatem, quæ ante non erat, adducit.

Utrum, et quomodo cogitari materia possit, cum careat quantitate et omni forma.

Ι'. Τί οὖν νοήσω ἀμέγεθες ἐν ὕλῃ; τί δὲ νοήσεις ἄποιον ὁπωσοῦν; καὶ τίς ἡ νόησις καὶ τῆς διανοίας ἡ ἐπιβολή; ἢ ἀοριστία. Εἰ γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, καὶ τῷ ἀορίστῳ τὸ ἀόριστον, λόγος μὲν οὖν γένοιτο ἂν περὶ τοῦ ἀορίστου ὡρισμένος· ἡ δὲ πρὸς αὐτὸ ἐπιβολὴ ἀόριστος. Εἰ δ' ἕκαστον λόγῳ καὶ νοήσει γιγνώσκεται, ἐνταῦθα δὲ ὁ μὲν λόγος λέγει, ἃ δεῖ λέγειν περὶ αὐτῆς, ἡ δὲ βουλομένη εἶναι νόησις οὐ νόησις, ἀλλ' οἷον ἄνοια, μᾶλλον νόθον ἂν εἴη τὸ φάντασμα αὐτῆς, καὶ οὐ γνήσιον, ἐκ θατέρου οὐκ ἀληθοῦς, καὶ μετὰ τοῦ ἑτέρου λόγου συγκείμενον. Καὶ τάχα εἰς τοῦτο βλέπων ὁ Πλάτων νόθῳ λογισμῷ εἶπε ληπτὴν εἶναι. Τίς οὖν ἡ ἀοριστία τῆς ψυχῆς; ἆρα παντελὴς ἄγνοια ὡς ἀπουσία; ἢ ἐν καταφάσει τινὶ τὸ ἀόριστον, καὶ οἷον ὀφθαλμῷ τὸ σκότος, ὕλη ὂν παντὸς ἀοράτου χρώματος, οὕτως οὖν καὶ ἡ ψυχὴ ἀφελοῦσα ὅσα ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς οἷον φῶς, τὸ λοιπὸν οὐκέτι ἔχουσα ὁρίσαι, ὁμοιοῦται τῇ ὄψει τῇ ἐν σκότῳ, ταὐτόν πως γιγνομένη τότε τῷ, ὃ οἷον ὁρᾷ. Ἆρ' οὖν ὁρᾷ; ἢ οὕτως ὡς ἀσχημοσύνην καὶ ὡς ἄχροιαν, καὶ ὡς ἀλαμπές, καὶ προσέτι δὲ ὡς οὐκ ἔχον μέγεθος· εἰ δὲ μή, εἰδοποιήσει ἤδη. Ὅταν οὖν μηδὲν νοῇ, οὐ ταὐτὸ τοῦτο περὶ ψυχὴν πάθος; ἢ οὔ; ἀλλ' ὅταν μὲν μηδέν, λέγει μηδέν, μᾶλλον δὲ πάσχει οὐδέν· ὅταν δὲ τὴν ὕλην, οὕτω πάσχει πάθος, οἷον τύπον τοῦ ἀμόρφου· ἐπεὶ καὶ ὅταν τὰ μεμορφωμένα καὶ τὰ μεμεγεθυσμένα νοῇ, ὡς σύνθετα νοεῖ· ὡς γὰρ κεχωρισμένα, καὶ ὅλως πεποιωμένα. Τὸ ὅλον οὖν νοεῖ καὶ τὸ συνάμφω, καὶ ἐναργὴς μὲν ἡ νόησις, ἢ ἡ αἴσθησις τῶν ἐπόντων· ἀμυδρὰ δὲ ἡ τοῦ ὑποκειμένου τοῦ ἀμόρφου· οὐ γὰρ εἶδος. Ὁ οὖν ἐν τῷ ὅλῳ καὶ συνθέτῳ λαμβάνει μετὰ τῶν ἐπόντων, ἀναλύσασα ἐκεῖνα καὶ χωρίσασα, ὃ καταλείπει ὁ λόγος, τοῦτο νοεῖ ἀμυδρῶς ἀμυδρὸν καὶ σκοτεινῶς σκοτεινὸν, καὶ νοεῖ οὐ νοοῦσα. Καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔμεινεν οὐδ' αὐτὴ ἡ ὕλη ἄμορφος, ἀλλ' ἐν τοῖς πράγμασίν ἐστι μεμορφωμένη, καὶ ἡ ψυχὴ εὐ-

X. Quid ergo intelligam ipsum expers magnitudinis in materia? Quid autem intelliges quoquo modo informe? Et quænam intellectio quisve cogitationis intuitus? Fortasse indefinitas ipsa. Si enim simile simili quodam attingitur, ergo et ipsa indefinitate indefinitum quoque percipitur. Ratio quidem circa indefinitum esse definita potest : intuitus autem in ipsum indefinitus evadit. At si quodlibet ratione intelligentiaque cognoscitur, hic autem ratio quidem dicit de ipsa [quæcumque dicit], quæ debet dicere, quæ vero intelligentia esse studet, nequaquam intelligentia est, sed velut orbitas quædam intelligentiæ : profecto imaginatio circa materiam non legitima est, sed spuria, partim ex altera non vera, partim cum altera ratione composita. Ac forsan huc Plato spectans ait, materiam adulterina percipi ratione. Quænam igitur ipsa animæ indefinitas est? Numquid inscitia integra velut absentia? Fortasse potius in [quadam negatione cum] affirmatione quadam infinitum consistit. Sicut oculo obscuritas est tenebrarum, quæ quidem omnis invisibilis coloris materia est : sic igitur et anima auferens quodcumque est in genere sensibili quasi lumen, neque valens, quod residuum est, terminare, similis evadit oculo in tenebris constituto, idem quodammodo tunc effecta ei, quod quasi videt. An igitur videt? Fortasse tanquam aliquid, quod sit figuræ, coloris, luminis expers : præterea nullam magnitudinem habens, alioquin in speciem jam redigeret. Quando igitur nihil prorsus intelligit, nonne eadem illa est, atque hæc, animæ passio? Nequaquam fortasse. Sed quando nihil intelligit, dicit nihil, imo vero nihil patitur. Quando vero materiam cogitat, talem patitur passionem, qualem, si quandam informis rei recipiat formam. Siquidem et quando, quæ formata sunt, quæve magnitudinem habent, intelligit, tanquam compositum quiddam cogitat. Quasi enim distincta [*vel* coloribus distincta] et qualitatibus insignita considerat. Totum ergo quiddam intelligit ac simul ambo, atque perspicua quidem intellectio sive sensus fit inhærentium. Umbratilis vero fit informis subjecti suspicio : neque enim species est. Quando igitur in toto atque composito subjectum una cum his quæ insunt, accipit, si resolvat et separet consequentia, tunc residuum, quod relinquit ratio, velut tenue quiddam tenuiter suspicatur, obscureque obscurum, et intelligit non intelligens. Et quoniam nec ipsa materia informis permanet, sed in rebus formatur assidue

ὡς ἐπέβαλε τὸ εἶδος τῶν πραγμάτων αὐτῇ, ἀλγοῦσα τῷ ἀορίστῳ, οἷον φόβῳ τοῦ ἔξω τῶν ὄντων εἶναι, καὶ ὡς ἀνεχομένη ἐν τῷ μὴ ὄντι ἐπιπολὺ ἑστάναι.

idcirco et anima repente ipsi rerum adhibet speciem, indefinitatem ægre ferens, perinde ac si metuat ne extra rerum ordinem corruat, neque toleret in eo, quod non est, diutius immorari.

Quod materia non sit quantum aliquid.

ΙΑ'. Καὶ τί δεῖ τινος ἄλλου πρὸς σύστασιν σωμάτων μετὰ μέγεθος καὶ ποιότητας ἁπάσας; ἢ τοῦ ὑποδεχομένου πάντα; οὔκουν ὁ ὄγκος· εἰ δὲ ὄγκος, μέγεθος δή που· εἰ δὲ ἀμέγεθες, οὐδ' ὅπου δέξεται ἔχει· ἀμέγεθες δὲ ὄν, τί ἂν συμβάλλοιτο, εἰ μήτε εἰς εἶδος καὶ τὸ ποιόν, μήτε εἰς τὴν διάστασιν καὶ τὸ μέγεθος; ὃ δὴ παρὰ τῆς ὕλης δοκεῖ, ὅπου ἂν ᾖ, ἔρχεσθαι εἰς τὰ σώματα. Ὅλως δὲ, ὥσπερ πράξεις καὶ ποιήσεις, καὶ χρόνοι καὶ κινήσεις ὑποβολὴν ὕλης ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔχοντα, ἔστιν ἐν τοῖς οὖσιν· οὕτως οὐδὲ τὰ σώματα τὰ πρῶτα ἀνάγκη ὕλην ἔχειν, ἀλλ' ὅλα ἕκαστα εἶναι, ἃ ἐστι, ποικιλώτερα ὄντα μίξει τοῖς πλειόνων εἰδῶν τὴν σύστασιν ἔχοντα· ὥστε τοῦτο τὸ ἀμεγεθὲς ὕλης ὄνομα κενὸν εἶναι. Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀνάγκη τὸ ὑποδεχόμενον ὁτιοῦν ὄγκον εἶναι, ἐὰν μὴ μέγεθος ἤδη αὐτῷ παρῇ· ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ πάντα δεχομένη, ὁμοῦ ἔχει πάντα· εἰ δὲ μέγεθος αὐτῇ συμβεβηκὸς ἦν, ἔσχεν ἂν ἕκαστα ἐν μεγέθει. Ἡ δὲ ὕλη διὰ τοῦτο ἐν διαστήματι, ἃ δέχεται, λαμβάνει, ὅτι διαστήματός ἐστι δεκτική· ὥσπερ καὶ τὰ ζῷα καὶ τὰ φυτὰ μετὰ τοῦ αὐξάνεσθαι, καὶ τὸ ποιὸν ἀντιπαραγόμενον ἴσχει τῷ τοσῷδε, καὶ συστελλομένου, συσταλείη ἄν. Εἰ δ' ὅτι τρωπάρχει τι μέγεθος ἐν τοῖς τοιούτοις ὑποκείμενον τῷ μορφοῦντι, κἀκεῖ ἀπαιτεῖ, οὐκ ὀρθῶς. Ἐνταῦθα γὰρ ἡ ὕλη, οὐχ ἡ ἁπλῶς, ἀλλ' ἡ τούτου· τὴν δ' ἁπλῶς δεῖ καὶ τοῦτο παρ' ἄλλου ἔχειν. Οὐ τοίνυν ὄγκον δεῖ εἶναι τὸν δεξόμενον τὸ εἶδος, ἀλλ', ὁμοῦ τῷ γενέσθαι ὄγκον, καὶ τὴν ἄλλην ποιότητα δέχεσθαι· καὶ φάντασμα μὲν ἔχειν ὄγκου, ὡς ἐπιτηδειότητα τούτου, ὥσπερ πρώτην· κενὸν δὲ ὄγκον, ὅθεν τινὲς ταὐτὸν τῷ κενῷ τὴν ὕλην εἰρήκασι. Φάντασμα δὲ ὄγκον λέγω, ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ, ὡδὲν ἔχουσα ὁρίσαι, ὅταν τῇ ὕλῃ προσομιλῇ, εἰς ἀοριστίαν χεῖ ἑαυτὴν, οὔτε περιγράφουσα, οὔτε εἰς σημεῖον ἴσχνει δυναμένη· ἤδη γὰρ ὁρίζοι. Διὸ οὔτε μέγα λευκὸν χωρὶς, οὔτε σμικρὸν αὖ, ἀλλὰ μέγα καὶ σμικρόν· καὶ οὕτως ὄγκος, καὶ ἀμέγεθες οὕτως, ὅτι ὕλη ὄγκου· καὶ συστελλόμενον ἐκ τοῦ μεγάλου ἐπὶ τὸ σμικρὸν, καὶ ἐκ τοῦ σμικροῦ ἐπὶ τὸ μέγα, οἷον ὄγκον διατρέχει· καὶ ἡ ἀοριστία αὐτῆς ὁ τοιοῦτος ὄγκος, ὑποδοχὴ μεγέθους ἐν αὐτῇ· ἐν δὲ φαντασίᾳ ἐκείνως. Καὶ γὰρ τῶν μὲν ἄλλων ἀμεγέθων ὅσα εἴδη, ὥρισται ἕκαστον, ὥστε ἀπεμὴ ἔννοια ὄγκου· ἡ δὲ ἀόριστος οὖσα, καὶ μή πω οὖσα παρ' αὐτῆς, ἐπὶ πᾶν εἶδος φερομένη δεῦρο κἀκεῖσε, καὶ πάντη εὐάγωγος οὖσα, πολλή τε γίγνεται τῇ ἐπὶ πάντα ἀγωγῇ καὶ γενέσει καὶ ἔσχε τοῦτον τὸν τρόπον φύσιν ὄγκου.

XI. Sed curnam alio quodam opus est ad corporea componenda, præter magnitudinem omnesque qualitates? An forte opus est eo, quod suspiciat omnia? Non igitur id erit moles. Si enim moles esset, foret et magnitudo. At enim si expers est magnitudinis, forsan ubi cetera suscipiat, non habebit: siquidem magnitudine carens quidnam conducet, si neque ad speciem et qualitatem, neque ad distantiam et magnitudinem conferat? quæ quidem, ubicumque sit, corporibus ab ipsa materia videtur accidere. Omnino autem sicut actiones, effectiones, tempora, motus, quamquam suspicionem in se materiæ nullam habent, sunt tamen in ordine rerum: ita neque prima corpora necesse est habere materiam, sed tota sigillatim id ipsum, quod sunt, exsistere, exsistentia quidem magis varia mistione ex pluribus speciebus constitutionem habentia. Nomen igitur id materiæ, quod carens magnitudine dicitur, vanum esse videtur. Ceterum nequaquam necessarium est suscipiens quodlibet esse molem sive dimensionem, nisi forte adsit jam magnitudo: quandoquidem et anima capiens omnia simul omnia possidet. Quodsi ei contingeret magnitudo, merito haberet in magnitudine singula. Materia vero ob hoc ipsum in spatio quodam, quæ accipit, excipit [*Ed. pr. add.*: quoniam spatium quoque suscipit]: quemadmodum animalia et plantæ, dum magnitudine protenduntur, productionem interea qualitatis accipiunt: ubi etiam quantitate contracta, qualitas quoque contrahitur. Si quis autem ex eo, quod in rebus ejusmodi præcedit aliqua magnitudo formatori subjecta, dixerit [simpliciter] illic quoque exigi magnitudinem, non recte utique dicet. In his enim conficiendis non simpliciter ipsa materia, sed talis rei materia cogitatur. Ipsam vero, quæ simpliciter materia est, oportet magnitudinem quoque ab alio quodam accipere. Itaque non oportet id esse molem, quod est speciem suscepturum, imo vero dum fit moles, qualitatem quoque aliam suscipere: et visum quidem imaginemque molis habere, utpote quæ, cum prima sit, aptitudo quædam est ad illam. Fingitur autem quasi moles quædam sive dimensio vacua: idcirco nonnulli materiam idem esse atque vacuum tradiderunt. Imaginationem vero dimensionis inquam: quoniam animus, cum nihil determinare valeat, quando inspicit in materiam, per indefinitatem sese fundit, neque circumscribens, neque in signum se alicubi dirigens; alioquin jam aliquid definiret. Quam ob rem neque magnum aliquid seorsum dicendum est, neque parvum rursus id subjectum, sed magnum atque parvum. Atque ita moles et ita magnitudine carens, quia videlicet sit materia molis. Ac si in angustum contrahatur ex amplo, et vicissim ex angusto protendatur in amplum, quasi molem percurrit, indefinitasque ipsius est ejusmodi moles: capacitas, inquam, magnitudinis in se ipsa: in imaginatione autem eo modo, quo diximus. Etenim cetera carentia magnitudine, quæ quidem species sunt, ita se habent, ut quodlibet sit definitum: ideoque [nulla] usquam in illis molis suspicio cadit. Materia vero cum et indefinita sit, et nunquam penes se ipsam quiescat, sed huc atque illuc in omnem speciem transferatur, passimque lubricitate mira in quælibet derivetur: nimirum fit multa, ob ipsam videlicet per omnia deductionem atque genituram. Hac conditione naturam quandam molis dimensionisque nacta videtur.

Susceptio formarum non fit ratione quantitatis, sed ratione materiæ differentis a quantitate.

ΙΒ'. Συμβάλλεται οὖν τὰ μέγιστα τοῖς σώμασι· τά τι γὰρ εἴδη τῶν σωμάτων ἐν μεγέθεσι. Περὶ δὲ μέ-

XII. Conferunt igitur spatia corporibus: species enim corporum in dimensionibus fiunt, non tamen circa ipsam

γεθος οὐκ ἂν ἐγένετο ταῦτα, ἀλλ' ἢ περὶ τὸ μεμεγεθυσμένον. Εἰ γὰρ περὶ μέγεθος, οὐ περὶ ὕλην, ὁμοίως ἂν ἀμεγέθη καὶ ἀνυπόστατα ἦν, ἢ λόγοι μόνοι ἂν ἦσαν· οὗτοι δὲ περὶ ψυχήν, καὶ οὐκ ἂν ἦν σώματα. Δεῖ οὖν ἐνταῦθα περὶ ἕν τι τὰ πολλά· τοῦτο δὲ μεμεγεθυσμένον· τοῦτο δὲ ἕτερον τοῦ μεγέθους· ἐπεὶ καὶ νῦν, ὅσα μίγνυται, τῷ ὕλην ἔχειν εἰς ταὐτὸν ἔρχεται, καὶ οὐ δεῖται ἄλλου του περὶ ὃ, ὅτι ἕκαστον τῶν μιγνυμένων ἥκει, φέρον τὴν αὐτοῦ ὕλην. Δεῖται δ' ὅμως καὶ ἑνός τινος τοῦ δεξομένου ἢ ἀγγείου ἢ τόπου· ὁ δὲ τόπος ὕστερος τῆς ὕλης καὶ τῶν σωμάτων· ὥστε πρότερον ἂν δέοιτο τὰ σώματα ὕλης· οὐδὲ ὅτι αἱ ποιήσεις καὶ αἱ πράξεις ἄϋλοι, διὰ τοῦτο καὶ τὰ σώματα· σύνθετα γὰρ τὰ σώματα· αἱ δὲ πράξεις οὔ. Καὶ τοῖς πράττουσιν ἡ ὕλη, ὅταν πράττωσι, τὸ ὑποκείμενον δίδωσι, μένουσα ἐν αὐτοῖς, εἰς τὸ πράττειν οὐχ αὑτὴν δίδωσιν· οὐδὲ γὰρ οἱ πράττοντες τοῦτο ζητοῦσι. Καὶ οὐ μεταβάλλει ἄλλη πρᾶξις εἰς ἄλλην, ἵνα ἂν ᾖ καὶ αὐταῖς ὕλη, ἀλλ' ὁ πράττων ἐπ' ἄλλην μεταβάλλει πρᾶξιν ἐξ ἄλλης, ὥστε ὕλην αὐτὴν εἶναι ταῖς πράξεσιν. Ἔστι τοίνυν ἀναγκαῖον ἡ ὕλη καὶ τῇ ποιότητι καὶ τῷ μεγέθει, ὥστε καὶ τοῖς σώμασι· καὶ οὐ κενὸν ὄνομα, ἀλλ' ἔστι τι ὑποκείμενον, κἂν ἀόρατον καὶ ἀμέγεθες ὑπάρχῃ· ἢ οὔτως οὐδὲ τὰς ποιότητας φήσομεν, οὐδὲ τὸ μέγεθος τῷ αὐτῷ λόγῳ· ἕκαστον γὰρ τῶν τοιούτων λέγοιτο ἂν οὐδὲν εἶναι ἐφ' ἑαυτοῦ μόνον λαμβανόμενον· εἰ δὲ ταῦτά ἐστι, καίπερ ἀμυδρῶς ὂν ἕκαστον, πολὺ μᾶλλον ἂν εἴη ὕλη, κἂν μὴ ἐναργὴς ὑπάρχῃ, αἱρετὴ οὖσα οὐ ταῖς αἰσθήσεσιν· οὔτε γὰρ ὄμμασιν, ἄχρους γάρ· οὔτε ἀκοῇ, οὐ γὰρ ψόφος· οὐδὲ χυμοί, διὸ οὐδὲ ῥῖνες, οὐδὲ γλῶσσα. Ἆρ' οὖν ἁφῇ; ἢ οὔ, ὅτι μηδὲ σῶμα· σώματος γὰρ ἡ ἁφὴ, ὅτι ἢ πυκνοῦ, ἢ ἀραιοῦ, μαλακοῦ, σκληροῦ, ὑγροῦ, ξηροῦ· τούτων δὲ οὐδὲν περὶ τὴν ὕλην, ἀλλὰ λογισμῷ οὐκ ἐκ νοῦ, ἀλλὰ κενῶς, διὸ καὶ νόθος, ὡς εἴρηται. Ἀλλ' οὐδὲ σωματότης περὶ αὐτήν· εἰ μὲν λόγος ἡ σωματότης, ἕτερος αὐτῆς, αὕτη οὖν ἄλλο, εἰ δὲ ἤδη ποιήσασα καὶ οἷον κραθεῖσα, σῶμα φανερῶς ἂν εἴη, καὶ οὐχ ὕλη μόνον.

magnitudinem quasi subjectum efficiuntur, imo vero circa ipsum, quod fit quantum. Si enim circa magnitudinem ipsam potius, quam circa materiam orirentur, similiter utique magnitudine substantiaque carerent, vel rationes tantum essent. Hæ vero circa animam versantur, ideoque non essent corpora. Oportet igitur hic circa unum multa versari, unum, inquam, quod fit quantum: id autem aliud, quam magnitudo, esse debet: quoniam quæcumque miscentur, ex eo, quod materiam habent, in idem congrediuntur, neque alio egent, circa quod fiant. Quodlibet enim eorum, quæ commiscentur, concurrit, suam secum [eandemque] materiam afferens: opus est tamen simul etiam uno quodam quod recipiat [receptaculo], id est, vel vase vel loco. Locus autem materia corporibusque posterior est: quapropter corpora prius materia indigent. Neque vero propterea, quod actiones et effectiones immateriales sint, convincitur etiam corpora esse absque materia. Hæc enim composita sunt: actiones vero nequaquam. Ipsaque materia subjectum præbet agentibus, quando agunt, in ipsis videlicet permanens. Neque tamen in actionem exhibet semet ipsam: neque enim agentes ipsi id quærunt: neque actio altera permutatur in alteram, quo necesse sit, ipsis inesse materiam, sed agens ipse ex alia actione pertransit in aliam: adeo ut consentaneum sit, eum actionibus esse materiam. Est igitur materia necessaria cum qualitati, tum etiam magnitudini, ideoque corporibus. Neque nomen est vanum, sed subjectum aliquod est, quamvis invisibile [sit] et magnitudinis expers: alioquin qualitates etiam et magnitudinem simili ratione esse negaturi sumus. Horum namque quodlibet, si in se ipso tantum accipiatur, nihil esse dicetur, sin autem hæc sunt, etsi horum quodlibet est tenuiter, multo magis materia quoque erit, quamvis non sit perspicua, perceptibilis quidem non sensibus. Neque enim oculis, incolor namque est: neque auditu, caret enim sono: neque vel olfactu vel gustu: humorem namque vaporemque non habet. Sed numquid tactu? Neque hoc quidem: quoniam non est corpus. Corpus enim tactus attingit, percipiens vel densum esse, vel rarum, aut molle, aut durum, sive humidum, sive siccum. Horum vero nihil est materiæ proprium. Materia igitur non sensu, sed ratione conjici potest: non ratione, inquam, intellectu plena, sed vacua. Ideoque ratio hæc adulterina vocatur. Proinde neque corporeitas ipsa est materiæ propria. Sive enim corporeitas est ratio quædam, sane differens a materia: nimirum materia aliud quiddam est, quam illa: sive jam in efficiendo quasi commista, procul dubio jam erit corpus, neque amplius materia solum.

Materia nec qualitas est, nec habet propriam qualitatem.

ΙΓ'. Εἰ δὲ ποιότης τις τὸ ὑποκείμενον, κοινή τις οὖσα ἐν ἑκάστῳ τῶν στοιχείων, πρῶτον μὲν τίς αὕτη λεκτέον· ἔπειτα πῶς ποιότης ὑποκείμενον ἔσται· πῶς δὲ ἐν ἀμεγέθει ποιὸν θεωρηθήσεται, μὴ ἔχον ὕλην, μηδὲ μέγεθος. Ἔπειτα εἰ μὲν ὡρισμένη ἡ ποιότης, πῶς ὕλη; εἰ δ' ἀόριστόν τι, οὐ ποιότης, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον καὶ ἡ ζητουμένη ὕλη. Τί οὖν κωλύει ἄποιον μὲν εἶναι, τῷ τῶν ἄλλων μηδεμιᾶς τῇ αὐτῆς φύσει μετέχειν, αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ μηδεμιᾶς μετέχειν, ποιὰν εἶναι, ἰδιότητα πάντως τινὰ ἔχουσαν καὶ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, οἷον στέρησίν τινα ἐκείνων. Καὶ γὰρ ὁ στερημένος ποιὸς, οἷον ὁ τυφλός. Εἰ οὖν στέρησις τούτων περὶ αὐτὴν, πῶς οὐ ποιά; εἰ δὲ καὶ ὅλως στέρησις περὶ αὐτὴν, ἔτι μᾶλλον· εἰ γε δὴ καὶ στέρησις ποιόν τι. Ὁ δὴ ταῦτα λέγων τί ἄλλο ἢ ποιὰ καὶ ποιότητας

XIII. Si autem qualitas quædam dicatur rerum esse subjectum, quæ quidem communis sit omnibus elementis primo exponendum erit, quænam sit ejusmodi qualitas: deinde, quonam modo qualitas possit esse subjectum: item, quo pacto in eo, quod magnitudine caret, quale quiddam percipiatur, neque materiam neque magnitudinem possidens: postremo, sive qualitas hæc definita est, quomodo poterit esse materia? sive quoddam indefinitum, nequaquam erit qualitas, sed subjectum potius et materia jam ipsa, quam quærimus. At objiciet forsan aliquis, nihil prohibere, quo minus materia expers quidem sit qualitatis, quatenus suapte natura nullam aliorum participet qualitatem, sed ob id ipsum, quod nullam participat aliorum, jam esse qualem, quasi proprietatem ejusmodi possidentem, per quam ab aliis differat, velut illorum privatio quædam. Etenim, qui privatus est, quodammodo dicitur esse qualis, sicut et cæcus. Si igitur horum privatio est circa materiam, quidnam prohibet eam esse qualem? Si autem et omnino privatio est circa ipsam, ex hoc etiam magis id sequetur: siquidem privatio est quale quiddam. Ceterum, qui talia dicit, quidnam aliud, quam qualia et

τάντα ποιεῖ; ὥστε καὶ ἡ ποσότης ποιότης ἂν εἴη καὶ ἡ οὐσία δέ. Εἰ δὲ ποιὸν, πρόσεστι ποιότης. Γελοῖον δὲ τὸ ἕτερον τοῦ ποιοῦ, καὶ μὴ ποιὸν, ποιὸν ποιεῖν. Εἰ δὲ ὅτι ἕτερον ποιὸν· εἰ μὲν αὐτοετερότης, οὐδ' ὡς ποιόν, ἐκεῖ οὐδ' ἡ ποιότης ποιά· εἰ δ' ἕτερον μόνον, οὐχ ἑαυτῇ, ἀλλ' ἑτερότητι ἕτερον μόνον, καὶ ταυτότητι ταὐτόν. Οὐδὲ δὴ ἡ στέρησις ποιότης οὐδὲ ποιὸν, ἀλλ' ἐρημία ποιότητος, ἢ ἄλλου, ὡς ἡ ἀψοφία ψόφου, ἢ ὁτουοῦν ἄλλου. Ἄρσις γὰρ ἡ στέρησις· τὸ δὲ ποιὸν, ἐν κατηφάσει· ἢ τε ἰδιότης τῆς ὕλης οὐ μορφή· τὸ γὰρ μὴ ποιὰ εἶναι, μηδ' εἶδός τι ἔχειν. Ἄτοπον δὴ, ὅτι μὴ ποιά, ποιὸν λέγειν, καὶ ὅμοιον τῷ ὅτι ἀμέγεθες, αὐτῷ τούτῳ μέγεθος ἔχειν. Ἔστιν οὖν ἡ ἰδιότης αὐτῆς οὐκ ἄλλο τι, ἢ ὅπερ ἐστὶ, καὶ οὐ πρόσκειται ἡ ἰδιότης, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν σχέσει τῇ πρὸς τὰ ἄλλα, ὅτι ἄλλο αὐτῶν. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐ μόνον ἄλλα, ἀλλὰ καί τι ἕκαστον ὡς εἶδος. Αὕτη δὲ πρεπόντως ἂν λέγοιτο μόνον ἄλλο· τάχα δὲ ἄλλα, ἵνα μὴ τῷ ἄλλο ἑνικῶς φήσῃς, ἀλλὰ τῷ ἄλλα τὸ ἀόριστον ἐνδείξῃ.

qualitates efficit omnia? adeo ut et quantitas futura sit qualitas, similiterque essentia. Quodsi quale est horum quodlibet, nimirum qualitas adest. Ridiculum vero est fateri, quod quale fit, non tam a quali quodam fieri, quam a quodam quod alterum sit a quali. Quodsi dicatur idcirco id fieri posse, quoniam id ipsum, quod dicitur alterum, sit quale, quærendum erit, utrum quod alterum dicitur, sit alteritas ipsa. Quod si ita sit, non erit ut quale, quandoquidem neque qualitas ipsa fit qualis. At si dicatur solum alterum, respondebitur, non se ipsa, sed alteritate fieri alterum atque idem identitate. Sed neque privatio qualitas est vel qualis, imo vero vel qualitas vel alterius orbitas: sicut silentium vocis, vel alterius cujuscumque vacatio. Privatio enim negatio [*corr.* sublatio] est: quale vero in affirmatione [*assertione*] consistit. Accedit ad hæc, quod proprietas materiæ non est forma: proprium namque ejus est, neque qualem esse, neque speciem possidere. Absurdum est autem ob hoc ipsum, quod non sit qualis, eam qualem denominare: perinde enim id se habet, ac si dixeris, qua ratione magnitudinem nullam habet, eadem quoque magnitudinem possidere. Quam ob rem proprietas ejus est non aliud quiddam, quam quod est ipsa: neque ipsi proprietas est apposita, imo potius in habitudine quadam ad alia proprietas ipsa censetur: quoniam videlicet materia aliud est, quam illa. Et alia quidem non solum alia sunt, verum etiam quodlibet eorum aliquid est ut species: materia vero congrue admodum dicetur solum aliud esse. Fortasse vero convenientius plurali numero esse dicetur Alia, ne forte singulariter pronuntians hoc ipsum Aliud materiam jam determines, sed potius pluraliter Alia nominando, naturam ejus ostendas indefinitam.

Utrum materia sit privatio, an privatio de materia prædicetur.

ιδ'. Ἀλλ' ἐκεῖνο ζητητέον, πότερα στέρησις, ἢ περὶ αὐτῆς ἡ στέρησις. Ὁ τοίνυν λέγων λόγος ὑποκειμένῳ μὲν ἓν ἄμφω, λόγῳ δὲ δύο, δίκαιος ἦν διδάσκειν καὶ τὸν λόγον ἑκατέρου, ὄντινα δεῖ ἀποδιδόναι τῇ μὲν ὕλῃ, ὡς ὁρίσεται αὐτὴν, οὐδὲν προσαπτόμενος τῆς στερήσεως, τῆς τε αὖ στερήσεως ὡσαύτως· ἢ γὰρ οὐδέτερον ἐν οὐδετέρῳ τῷ λόγῳ, ἢ ἑκάτερον ἐν ἑκατέρῳ, ἢ θάτερον ἐν θατέρῳ μόνον ὁποτερονοῦν. Εἰ μὲν οὖν ἑκάτερον χωρὶς, καὶ οὐκ ἐπιζητεῖ οὐδέτερον, δύο ἔσται ἄμφω, καὶ ἡ ὕλη ἕτερον στερήσεως, κἂν συμβεβήκει τούτῃ ἡ στέρησις. Δεῖ δὲ ἐν τῷ λόγῳ μηδὲ δυνάμει ἐνεῖσθαι θάτερον. Εἰ δ' ὡς ἡ ῥὶς ἡ σιμὴ καὶ τὸ σιμὸν, καὶ οὕτω διπλοῦν ἑκάτερον καὶ δύο· εἰ δὲ ὡς τὸ πῦρ καὶ ἡ θερμότης, ἐν μὲν τῷ πυρὶ τῆς θερμότητος οὔσης, ἐν δὲ τῇ θερμότητι οὐ λαμβανομένου τοῦ πυρὸς, καὶ ἡ ὕλη οὕτω στέρησις ὡς τὸ πῦρ θερμὸν, οἷον εἶδος αὐτῆς ἔσται ἡ στέρησις, τὸ δὲ ὑποκείμενον ἄλλο, ὃ δεῖ τὴν ὕλην εἶναι· καὶ οὐδ' οὕτως ἕν. Ἆρα οὖν οὕτως ἓν τῷ ὑποκειμένῳ, δύο δὲ τῷ λόγῳ, τῆς στερήσεως οὐ σημαινούσης τι παρεῖναι, ἀλλὰ μὴ παρεῖναι, καὶ οἷον κατάφασις ἡ στέρησις τῶν ὄντων, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι οὐκ ὄν; οὐ γὰρ προστίθησιν ἡ ἀπόφασις, ἀλλά φησιν οὐκ εἶναι, καὶ οὕτω στέρησις ὡς οὐκ ὄν. Εἰ μὲν οὖν οὐκ ὄν, ὅτι μὴ τὸ ὄν, ἀλλὰ ἄλλο ὄν τι, ἔστι δύο οἱ λόγοι; ὁ μὲν τοῦ ὑποκειμένου ἁπτόμενος, ὁ δὲ τῆς στερήσεως, τὴν πρὸς τὰ ἄλλα σχέσιν δηλῶν; ἢ ὁ μὲν τῆς ὕλης πρὸς τὰ ἄλλα, καὶ ὁ τοῦ ὑποκειμένου δὲ πρὸς τὰ ἄλλα· ὁ δὲ τῆς στερήσεως εἰ τὸ ἀόριστον αὐτῆς δηλοῖ, τάχα ἂν αὐτὸς αὐτῆς ἐφάπτοιτο· πλὴν ἔν γε ἑκατέρως τῷ ὑποκειμένῳ, λόγῳ δὲ δύο. Εἰ μέντοι

XIV. Verum quærendum jam est, utrum materia sit ipsa privatio, an potius privatio de materia prædicetur. Qui igitur materiam privationemque dixit unum esse subjecto, ratione autem duo, docere debebat, quam potissimum utriusque rationem adducere deceat. Materiæ quidem rationem, quæ definiat ipsam, nihil privationis attingens, privationis quoque similiter. Vel enim neutrum in alterius est ratione, vel utrumque in utriusque, vel alterum in alterius tantum, quodcumque sit illud. Si igitur utrumque seorsum definiatur, neutrumque exigat alterum, duo erunt ambo, atque materia erit alterum, quam privatio, quamvis accidat ei privatio. Oportet autem in definitione alterius alterum ne potentia quidem perspici. Si autem ita se habeant, ut nasus simus atque simum: sic etiam duplex est utrumque atque duo. At si perinde se habeat atque ignis atque calor, videlicet cum in igne quidem calor sit, in calore autem non necessario ignis accipiatur, atque materia ita sit privatio, ut ignis est calidus, certe privatio erit materiæ species, subjectum vero aliud, quod quidem oportet esse materiam. Itaque neque hac ratione erit unum. Ceterum numquid ita unum subjecto sunt, duo autem ratione, quasi privatio non designet adesse quicquam, sed potius non adesse? atque ita privatio entium negatio sit, ceu si quis dicat non ens? Negatio enim nihil adjungit, sed non esse dicit: atque ita privatio erit tanquam non ens. Si igitur ita non ens dicatur, quia videlicet non sit ens, sed aliud quiddam: an sic duæ quædam rationes erunt? altera quidem subjectum spectans, altera vero privationem, significans quandam ad alia habitudinem? Vel potius ratio quidem materiæ ad alia respicit, subjectique ratio prorsus ad alia. Ratio autem privationis si indefinitatem ejus ostendit, forsan naturam ejus attinget: hoc forsan excepto, quod dicitur utrumque unum esse subjecto, ratione autem duo. Sin autem ex eo, quod indeter-

τῷ ἀορίστῳ εἶναι καὶ ἀπείρῳ εἶναι, καὶ ἀποίῳ εἶναι τῇ ὕλῃ ταὐτὸν, πῶς ἔτι δύο οἱ λόγοι;

minatum quiddam est indefinitumque et informe, idem est atque materia, quonam pacto adhuc duæ rationes erunt?

Quomodo materia dicatur indefinita, sive indefinitas vel privatio.

ΙΕ'. Πάλιν οὖν ζητητέον, εἰ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀόριστον ἐπ' ἄλλῃ φύσει· καὶ πῶς συμβεβηκός· καὶ εἰ στέρησις συμβέβηκεν. Εἰ δὴ ὅσα μὲν ἀριθμοὶ καὶ λόγοι ἀπειρίας ἔξω· ὅροι γὰρ καὶ τάξεις καὶ τὸ τεταγμένον καὶ τοῖς ἄλλοις παρὰ τούτων· τάττει δὲ ταῦτα οὐ τὸ τεταγμένον οὐδὲ τάξεις, ἀλλὰ ἄλλο τὸ ταττόμενον παρὰ τὸ τάττον· τάττει δὲ τὸ πέρας καὶ ὅρος καὶ λόγος· ἀνάγκη δὲ τὸ ταττόμενον καὶ ὁριζόμενον τὸ ἄπειρον εἶναι. Τάττεται δὲ ἡ ὕλη, καὶ ὅσα δὲ μὴ ὕλη τῷ μετέχειν ἢ ὕλης λόγον ἔχειν. Ἀνάγκη τοίνυν τὴν ὕλην τὸ ἄπειρον εἶναι· οὐχ οὕτω δὲ ἄπειρον, ὡς κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ τῷ συμβεβηκέναι τὸ ἄπειρον αὐτῇ. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ συμβαῖνόν τῳ δεῖ λόγον εἶναι· τὸ δὲ ἄπειρον οὐ λόγος. Ἔπειτα τίνι ὄντι τὸ ἄπειρον συμβήσεται, πέρατι καὶ πεπερασμένῳ; ἀλλ' οὐ πεπερασμένον οὐδὲ πέρας ἡ ὕλη. Καὶ τὸ ἄπειρον δὲ προσελθὸν τῷ πεπερασμένῳ ἀπολεῖ αὐτοῦ τὴν φύσιν· οὐ τοίνυν συμβεβηκὸς τῇ ὕλῃ τὸ ἄπειρον· αὐτὴ τοίνυν τὸ ἄπειρον, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ἡ ὕλη τὸ ἄπειρον. Καὶ εἴη ἂν γεννηθὲν ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἀπειρίας, ἢ δυνάμεως, ἢ τοῦ ἀεὶ, οὐκ οὔσης ἐν ἐκείνῳ ἀπειρίας, ἀλλὰ ποιοῦντος. Πῶς οὖν ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα; ἢ διττὸν καὶ τὸ ἄπειρον. Καὶ τί διαφέρει; ὡς ἀρχέτυπον καὶ εἴδωλον. Ἐλαττόνως οὖν ἄπειρον τοῦτο; ἢ μᾶλλον· ὅσῳ γὰρ εἴδωλον πεφευγὸς τὸ εἶναι καὶ τὸ ἀληθὲς, μᾶλλον ἄπειρον· ἡ γὰρ ἀπειρία ἐν τῷ ἧττον ὁρισθέντι μᾶλλον· τὸ γὰρ ἧττον ἐν τῷ ἀγαθῷ, μᾶλλον ἐν τῷ κακῷ. Τὸ ἐκεῖ οὖν, μᾶλλον ὄν, εἴδωλον ὡς ἄπειρον· τὸ δὲ ἐνταῦθα ἧττον, ὅσῳ πέφευγε τὸ εἶναι καὶ τὸ ἀληθὲς, εἰς δὲ εἰδώλου κατερρύη φύσιν, ἀληθέστερον ἄπειρον. Τὸ αὐτὸ οὖν τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀπείρῳ εἶναι; ἢ ὅπου λόγος καὶ ὕλη, ἄλλο ἑκάτερον· ὅπου δὲ ὕλη μόνον, ἢ ταὐτὸν λεκτέον, ἢ ὅλως, ὃ καὶ βέλτιον, οὐκ εἶναι ἐνθάδε τὸ ἀπείρῳ εἶναι· λόγος γὰρ ἔσται, ὃς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἀπείρῳ, ἵν' ᾖ ἄπειρον. Ἄπειρον μὲν δὴ παρ' αὐτῆς τὴν ὕλην λεκτέον, ἀντιτάξει τῇ πρὸς τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ὥσπερ ὁ λόγος, οὐκ ἄλλο τι ὤν, ἐστὶ λόγος, οὕτω καὶ τὴν ὕλην ἀντιτεταγμένην τῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἀπειρίαν, οὐκ ἄλλο τι οὖσαν, λεκτέον ἄπειρον.

XV. Rursus perscrutandum est, num secundum accidens ipsum infinitum interminatumque in alia sit natura; et quomodo accidens: et numquid privatio accidat. Profecto, si, quæcumque numeri rationesque sunt, extra infinitatem sunt: quippe cum termini ordinesque sint, atque ipsa ordinatio ab his descendat in alia, ordinent autem non ordinatum quidem neque ordines, sed aliud quiddam præter ordinantem sit ordinatum, terminus autem et finis et ratio ordinet: profecto necessarium est, ut, quod ordinatur et terminatur, suapte natura sit infinitum. Ordinatur autem materia, aut etiam quodcunque non est materia, ex eo, quod vel participat eam, vel materiæ sortitur conditionem. Itaque necesse est infinitum ipsum esse materiam. Non tamen id ita dicendum est infinitum, quasi secundum accidens atque ex eo, quod materiæ accidat infinitum. Nam primo quidem, quicquid alicui accidit, rationem esse quandam oportet: infinitum vero non est ratio. Deinde cuinam existenti accidet infinitum? numquid termino atque terminato? At enim materia neque terminatum quiddam est, neque terminus. Item infinitum accedens ad terminatum, ejus perdet naturam: non igitur infinitum accidens est materiæ: ipsa igitur est infinitum: quandoquidem et in mundo intelligibili materia ipsum est infinitum. Quod quidem forsan genitum est ex ipsa unius infinitate, sive potentia, sive æternitate: adeo ut in ipso uno non sit infinitudo, sed ipsum sit infinitudinis auctor. Quapam igitur ratione et ibi et hic est infinitum? Fortasse duplex est infinitum. Sed quonam differunt? Nempe tanquam exemplar atque imago. Numquid igitur, id quod apud nos est, minus est infinitum? Fortasse vero magis. Quatenus enim simulacrum ab exsistentia veritateque deficit, eatenus magis est infinitum. Infinitudo enim magis est in eo, quod minus est terminatum. Quod autem minus est in bono, majus est in malo. Quod igitur illic est, utpote quod magis exsistit ens, velut imaginarie est infinitum. Quod autem hic ens minus, quatenus ab ipso esse veritateque cadit, atque in naturam imaginis labitur, verius est infinitum. Proinde num idem est infinitum atque infinito esse? Fortasse ubi ratio est atque materia, alterum est utrumque; ubi vero materia tantum, vel idem dicendum est, vel omnino, quod quidem et rectius se habet, non est ibi ipsum esse, suum infinito assignandum: alioquin ratio quædam erit, quæ tamen in infinito nulla est, si modo futurum sit infinitum. Dicendum igitur materiam ex se ipsa infinitum esse, oppositione quadam ad rationem. Etenim sicut ratio non exsistens aliud quicquam ratio est, sic et materiam, oppositam rationi secundum infinitatem, dicendum est ita infinitum esse, ut non aliud præterea sit, quam ipsa materia.

Quæstiones de materia circa alteritatem et privationem, et infinitum et malum.

ΙϚ'. Ἆρ' οὖν καὶ ἑτερότητι ταὐτὸν, ἢ οὔ; ἀλλὰ μορίῳ ἑτερότητος ἀντιταττομένῳ πρὸς τὰ ὄντα κυρίως, ἃ δὴ λόγοι. Διὸ καὶ μὴ ὂν οὕτω τι ὄν, καὶ στερήσει ταὐτὸν, εἰ ἡ στέρησις ἀντίθεσις πρὸς τὰ ἐν λόγῳ ὄντα. Οὐκοῦν φθαρήσεται ἡ στέρησις προσελθόντος τοῦ οὗ στέρησις; οὐδαμῶς· ὑποδοχὴ γὰρ ἕξεως οὐχ ἕξις, ἀλλὰ στέρησις· καὶ πέρατος, οὐ τὸ πεπερασμένον οὐδὲ τὸ πέρας, ἀλλὰ τὸ ἄπειρον καὶ καθ' ὅσον ἄπειρον. Πῶς οὖν οὐκ ἀπολεῖ αὐτοῦ τὴν

XVI. At numquid materia idem est atque alteritas? Fortasse non idem alteritati simpliciter, sed alteritatis parti videlicet oppositæ ad ipsa, quæ præcipue sunt: quæ quidem rationes exsistunt. Qua propter et, quod ita non ens, dici ens quoddam potest: atque privationi idem [*i. e. idem, quod privatio*], si modo privatio oppositio quædam sit ad illa, quæ in ipsa ratione consistunt. Numquid igitur privatio disperdetur accedente illo, cujus dicitur esse privatio? nequaquam. Susceptaculum enim ipsius habitus non est habitus, sed privatio. Item susceptaculum termini neque terminatum quiddam est, neque terminus, sed infinitum, quatenus infinitum. At quonam pacto fieri potest, ut acce-

φύσιν τοῦ ἀπείρου προσελθὸν τὸ πέρας, καὶ ταῦτα οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντος ἀπείρου; ἢ, εἰ μὲν κατὰ τὸ ποσὸν ἄπειρον, ἀνῄρει; νῦν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον σώζει αὐτὸ ἐν τῷ εἶναι· ὃ γὰρ πέφυκεν, εἰς ἐνέργειαν καὶ τελείωσιν ἄγει· ὥσπερ τὸ ἄσπαρτον, ὅταν σπείρηται, καὶ ὅταν τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, καὶ οὐκ ἀπόλλυται τὸ θῆλυ, ἀλλὰ μᾶλλον θηλύνεται· τοῦτο δέ ἐστιν, ὅ ἐστι, μᾶλλον γίγνεται. Ἆρ' οὖν καὶ κακὸν ἡ ὕλη μεταλαμβάνουσα ἀγαθοῦ; ἢ διὰ τοῦτο ὅτι ἐδεήθη; οὐ γὰρ εἶχε. Καὶ γὰρ ὃ μὲν, ἂν δέηταί τινος, τόδ' ἔχει, μέσον ἂν ἴσως γίγνοιτο ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, εἰ ἰσάζοι πως ἐπ' ἄμφω· ὃ δ' ἂν μηδὲν ἔχῃ, ἅτε ἐν πενίᾳ ὄν, μᾶλλον δὲ πενία ὄν, ἀνάγκη κακὸν εἶναι. Οὐ γὰρ πλούτου πενία τοῦτο οὐδὲ ἰσχύος, ἀλλὰ πενία μὲν φρονήσεως, πενία δὲ ἀρετῆς, κάλλους, ἰσχύος, μορφῆς, εἴδους, ποιοῦ. Πῶς οὖν οὐ δυσειδές; πῶς δὲ οὐ πάντη αἰσχρόν; πῶς δὲ οὐ πάντη κακόν; ἐκείνη δὲ ἡ ὕλη, ἡ ἐκεῖ, ὄν· τὸ γὰρ πρὸ αὐτῆς ἐπέκεινα ὄντος· ἐνταῦθα δὲ τὸ πρὸ αὐτῆς, ὄν· οὐκ ὂν ἄρα αὐτὴ, ἕτερον ὂν πρὸς τῷ καλῷ τοῦ ὄντος.

dens terminus naturam ipsam infiniti non destruat? præsertim cum infinitum hoc secundum accidens non dicatur? Fortasse si infinitum hoc infinitum quantitate foret, disperderet: nunc autem non ita fit, sed contra in esse conservat. Ad quod enim natura fuerat institutum, in actum perfectionemque producit: ceu quod nondum satum fuerat, quando seritur, atque velut femina cum potitur masculo: tunc enim eminea natura non perditur, sed magis effeminatur, scilicet id ipsum, quod est, magis efficitur. Sed numquid materia bonum nacta malum est? Fortasse ob hoc quoniam jam ndiguit: neque enim habebat. Etenim, quod indiget aliquo idque nanciscitur, medio quodam se habet bonum inter atque malum, si molo æque se habeat ad utrumque. Quod autem habet nihil, utpote inopia pressum, imo vero cum ipsa inopia sit, necesse est esse malum. Non enim vel divitiarum vel roboris hæc est inopia, sed inopia quidem sapientiæ, inopia et virtutis, pulchritudinis, valoris, formæ, speciei, qualitatis. Quidnam igitur prohibet, quominus deforme id sit et omnino turpe omninoque malum? Materia vero apud superos ens dici debet. Quod enim super ipsam exstat, superius ente censetur: apud nos vero, quod est super materiam, ens exsistit. Quapropter, cum de hac non ens dicitur, intelligitur alterum ens ad ipsius entis pulchritudinem [comparatum].

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Ε.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ Ο ΔΥΝΑΜΕΙ ΚΑΙ ΕΝΕΡΓΕΙΑΙ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER V.

DE EO QUOD IN POTENTIA, ET DE EO QUOD IN ACTU.

(712, 173.) [310, 312.]

Quod dicitur esse in potentia, refertur ad illud, quod in actu: ipsa potentia refertur ad actum.

Α'. Λέγεται τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ εἶναι· λέγεται δέ τι καὶ ἐνέργεια ἐν τοῖς οὖσι· σκεπτέον οὖν, τί τὸ δυνάμει, καὶ τί τὸ ἐνεργείᾳ· ἆρα τὸ αὐτὸ τῷ ἐνεργείᾳ εἶναι ἡ ἐνέργεια; καὶ εἴ τι ἐστὶν ἐνέργεια, τοῦτο καὶ ἐνεργείᾳ, ἢ ἕτερον ἑκάτερον; καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ὂν οὐκ ἀνάγκη καὶ ἐνέργειαν εἶναι; Ὅτι μὲν οὖν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ δυνάμει, δῆλον· εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς, σκεπτέον. Ἢ ἐκεῖ τὸ ἐνεργείᾳ μόνον καὶ εἰ ἔστι τὸ δυνάμει, δυνάμει μόνον ἀεί, κἂν ἀεὶ ᾖ, οὐδέποτε ἂν ἔλθοι εἰς ἐνέργειαν, οὐ τῷ χρόνῳ ἐξειργεσθαι. Ἀλλὰ τί ἐστι τὸ δυνάμει, πρῶτον λεκτέον· εἰ δὴ τὸ δυνάμει [ὂν] δεῖ μὴ ἁπλῶς λέγεσθαι· οὐ γὰρ ἔστι τὸ δυνάμει, μηδενὸς εἶναι, οἷον δυνάμει ἀνδριὰς ὁ χωνικός· εἰ γὰρ μηδὲν ἐξ αὐτοῦ μηδ' ἐπ' αὐτῷ, μηδ' ἐμελλε μηδὲν ἔσεσθαι μεθ' ὃ ἦν, μηδ' ἐνεδέχετό τι γενέσθαι, ἦν ἂν ὃ ἦν μόνον· ὃ δὲ ἦν, ἤδη παρῆν, καὶ οὐκ ἐμελλε. Τί οὖν ἠδύνατο ἄλλο μετὰ τὸ παρὸν αὐτό; οὐ τοίνυν ἦν ἂν δυνάμει. Δεῖ τοίνυν τὸ δυνάμει τι ὄν, ἄλλο ἤδη τό τι, καὶ ἄλλο μετ' αὐτὸ δύνασθαι, ἤτοι μένον μετὰ τοῦ ἐκεῖνο ποιεῖν, ἢ παρέχον ἑαυτὸ ἐκείνῳ, ὃ δύναται, φθαρὲν αὐτό, δυνάμει λέγεσθαι. Ἄλλως γὰρ δυνάμει ἀνδριὰς ὁ χαλκὸς, ἄλλως τὸ ὕδωρ δυνάμει χαλκὸς, καὶ ὁ ἀὴρ πῦρ. Τοιοῦτον δὴ ὂν τὸ δυνάμει ἆρα καὶ δύναμις λέγοιτο ἂν πρὸς τὸ ἐσόμενον; οἷον ὁ χαλκὸς δύναμις τοῦ ἀνδριάντος· ἢ εἰ μὲν ἡ δύναμις κατὰ τὸ ποιεῖν λαμβάνοιτο, οὐδαμῶς. Οὐ γὰρ ἡ δύναμις ἡ κατὰ τὸ ποιεῖν λαμβανομένη λέγοιτο ἂν δυνάμει. Εἰ δὲ τὸ δυνάμει μὴ μόνον πρὸς τὸ ἐνεργείᾳ λέγεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐνέργειαν, εἴη ἂν καὶ δύναμις δυνάμει. Βέλτιον δὲ καὶ σαφέστερον τὸ μὲν δυνάμει πρὸς τὸ ἐνεργείᾳ, τὴν δὲ δύναμιν πρὸς ἐνέργειαν λέγειν· τὸ μὲν δὴ δυνάμει τοιοῦτον, ὥσπερ ὑποκείμενόν τι πάθεσι καὶ μορφαῖς καὶ εἴδεσιν, ἃ μέλλει δέχεσθαι καὶ πέφυκεν, ἢ καὶ σπεύδει ἐλθεῖν, καὶ τὰ μὲν ὡς πρὸς τὸ βέλτιον, τὰ δὲ πρὸς τὰ χείρω καὶ λυμαντικὰ αὐτῶν, ὧν ἕκαστον καὶ ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἄλλο.

I. Dici solet aliquid in potentia, aliquid rursus in actu, aliquid etiam in rerum ordine esse actus. Considerandum igitur, quidnam sit, quod in potentia: quidve, quod in actu, et numquid idem sit omnino esse in actu atque ipse actus. Item, si quid est actus, num sit etiam et in actu, an potius utrumque sit differens: adeo ut, quod actu est, non necessarium sit actum quoque exsistere. Esse igitur in genere sensibili aliquid in potentia, perspicuum est: utrum omnino et in genere intelligibili aliquid in potentia sit, est inquirendum. An forte ibi solum sit, quod est in actu: et si quid forsan ibi sit in potentia, num in potentia solum semper, siquidem sit et semper: neque unquam procedat in actum, propterea quod tempore minime peragatur. Verum primo exponendum est, quid sit, quod esse dicitur in potentia: siquidem, quod in potentia est, non simpliciter est dicendum. Non enim fieri potest, ut, quod in potentia dicitur, ad aliud quicquam minime referatur: sicut æs potentia dicitur ad statuam faciendam: alioquin, si neque quicquam ex ipso neque in ipso faciendum foret, neque futurum esset aliquid ultra id, quod erat, neque possibile foret aliquid ultra fieri: esset utique, quod erat tantum. Quod autem erat jam et aderat, neque futurum erat quicquam. Quidnam igitur posset aliud præter id ipsum præsens? Itaque dici non poterat in potentia esse. Oportet igitur, quod est aliquid in potentia et jam aliquid actu, ex eo in potentia dici, quod aliquid præterea aliud fieri possit, sive quodammodo ipso priori manente, sive præbente se ipsum ei, quod inde fieri potest, adeo ut, quod prius fuerat, pereat. Aliter enim æs est in potentia statua; aliter autem aqua est in potentia æs, et aer similiter ignis. Quod igitur sic in potentia est, numquid etiam esse potentia quædam dicitur ad futurum? ceu si æs dicatur potentia quædam statuæ? Forte si potentia secundum effectionem accipiatur, nullo modo ita dicendum. Non enim potentia secundum effectionem considerata esse dicitur in potentia. Sin autem, quod in potentia est, non tantum ad id, quod in actu est, referatur, sed ad ipsum quoque actum, erit utique et potentia in potentia. Rectius autem atque apertius referre quis potest, quod quidem in potentia est, ad id, quod est in actu, ipsam vero potentiam ad ipsum similiter actum. Sane, quod est in potentia, ejusmodi est, velut subjectum quoddam passionibus atque formis et speciebus, quæ suscepturum est suapte natura, vel etiam ad consequendas properat, et partim quidem ad melius, partim vero ad deteriora peremptoriaque eorum, quorum quodlibet aliud quoque est actu.

Ubi ex potentia et actu fit tertia res composita, subjectum quidem esse dicitur in potentia, compositum vero in actu: sed forma dicitur actus non simpliciter, sed subjecti. Ubi vero non fit res tertia, idem, quod dicebatur in potentia, mox dicitur in actu exsistere.

Β'. Περὶ δὲ τῆς ὕλης σκεπτέον, εἰ ἕτερόν τι οὖσα ἐνεργείᾳ δυνάμει ἐστὶ πρὸς ἃ μορφοῦται· ἢ οὐδὲν ἐνεργείᾳ· καὶ ὅλως καὶ τὰ ἄλλα, ἃ λέγομεν δυνάμει, λαβόντα τὸ εἶδος καὶ μένοντα αὐτὰ, ἐνεργείᾳ γίγνεται.

De materia vero perscrutandum est, an aliud quiddam exsistens actu sit insuper in potentia ad illa, quibus ipsa formatur, vel potius nihil in actu. Atque omnino et alia quæ dicimus in potentia, videlicet accipientia speciem atque manentia eadem, in actu fiunt. Fortasse vero ipsum

Ἢ τὸ ἐνεργείᾳ κατὰ τοῦ ἀνδριάντος λεχθήσεται, ἀντιτιθεμένου μόνον τοῦ ἐνεργείᾳ ἀνδριάντος πρὸς τὸν δυνάμει ἀνδριάντα, ἀλλ' οὐ τοῦ ἐνεργείᾳ κατηγορουμένου κατ' ἐκείνου, καθ' οὗ τὸ δυνάμει ἀνδριὰς ἐλέγετο. Εἰ δὴ οὕτως, οὐ τὸ δυνάμει γίγνεται ἐνεργείᾳ, ἀλλ' ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος πρότερον ἐγένετο τὸ ἐνεργείᾳ ὕστερον· καὶ γὰρ αὐτὸ ἐνεργείᾳ ὄν, τὸ συναμφότερον, οὐχ ἡ ὕλη· τὸ δὲ εἶδος τὸ ἐπ' αὐτῇ· καὶ τοῦτο μὲν, εἰ ἑτέρα γίγνοιτο οὐσία, οἷον ἐκ χαλκοῦ ἀνδριάς· ἄλλη γὰρ οὐσία, ὡς τὸ συναμφότερον, ὁ ἀνδριάς· ἐπὶ δὲ τῶν ὅλως οὐ μενόντων φανερὸν ὡς τὸ δυνάμει παντάπασιν ἕτερον ἦν. Ἀλλ' ὅταν ὁ δυνάμει γραμματικὸς ἐνεργείᾳ γένηται, ἐνταῦθα τὸ δυνάμει πῶς οὐ καὶ ἐνεργείᾳ τὸ αὐτό; ὁ γὰρ δυνάμει Σωκράτης ὁ αὐτὸς καὶ ἐνεργείᾳ σοφός. Ἆρα οὖν καὶ ὁ ἀνεπιστήμων ἐπιστήμων; δυνάμει γὰρ ἦν ἐπιστήμων· ἢ κατὰ συμβεβηκὸς ὁ ἀμαθὴς ἐπιστήμων; οὐ γὰρ ᾗ ἀμαθὴς δυνάμει ἐπιστήμων· ἀλλὰ συμβεβήκει αὐτῷ ἀμαθεῖ εἶναι, ἡ δὲ ψυχὴ, καθ' ἑαυτὴν ἐπιτηδείως ἔχουσα, τὸ δυνάμει ἦν, ἥπερ καὶ ἐπιστήμων, ἔτι οὖν σώζει τὸ δυνάμει· καὶ δυνάμει γραμματικὸς, ἤδη γραμματικὸς ὤν. Ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ ἄλλον τρόπον, ἐκεῖ μὲν δυνάμει μόνον, ἐνταῦθα δὲ τῆς δυνάμεως ἐχούσης τὸ εἶδος. Εἰ οὖν ἔστι τὸ μὲν δυνάμει τὸ ὑποκείμενον, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ τὸ συναμφότερον, ὁ ἀνδριὰς, τὸ εἶδος τὸ ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ τί ἂν λέγοιτο; ἢ οὐκ ἄτοπον τὴν ἐνέργειαν, καθ' ἣν ἐναργείᾳ ἐστὶ, καὶ οὐ μόνον δυνάμει, τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος λέγειν οὐχ ἁπλῶς ἐνέργειαν, ἀλλὰ τοῦδε ἐνέργειαν· ἐπεὶ καὶ ἄλλην ἐνέργειαν τάχα κυρώτερον ἂν λέγοιμεν τὴν ἀντίθετον τῇ δυνάμει τῇ ἐπαγούσῃ ἐνέργειαν. Τὸ μὲν γὰρ δυνάμει τὸ ἐνεργείᾳ ἔχειν παρ' ἄλλου· τῇ δὲ δυνάμει ὃ δύναται παρ' αὐτῆς ἡ ἐνέργεια, οἷον ἕξις, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν λεγομένη ἐνέργεια, ἀνδρία, καὶ τὸ ἀνδρίζεσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως.

quod est in actu, de statua dicetur : ita videlicet, ut ipsum, quod est actu statua, opponatur ei, quod sit in potentia statua : neque tamen ipsum, quod est in actu, prædicetur de illo, de quo ipsum quod in potentia statua dicebatur. Si itaque sic, neque id, quod in potentia, fit quod in actu, sed ex illo, quod in potentia prius erat, fit quod posterius est in actu. Etenim ipsum, quod in actu exsistens dicitur, compositum ipsum est, non autem materia : reliquum vero est, quod species est in ipsa. Atque id quidem ita se habet, si altera quædam fiat essentia, velut ex ære statua : altera enim essentia statua est velut conjunctum. In illis autem, quæ nullo modo permanent, manifestum est, illud, quod in potentia dicitur, alterum omnino esse. At quando, qui potentia grammaticus est, evadit actu grammaticus, hic illud, quod in potentia, cur non idem sit, atque id, quod exsistit actu? Idem namque Socrates et qui sapiens potentia et qui actu sapiens. Numquid igitur et qui ignorans est, est et sciens? Potentia namque sciens erat : imo vero secundum accidens homo inscius fit sciens. Non enim, qua ratione inscius, est in potentia sciens, sed accidit ei, ut inscius esset. Anima vero secundum se ipsam exsistens apta, in potentia perdurat etiam quatenus est sciens, servatque adhuc, quod dicitur *in* potentia : adeo ut, qui jam est grammaticus, non desinat potentia esse grammaticus. Neque forte quicquam prohibet aliter id atque aliter se habere. Illic enim in potentia solum dicitur : hic autem in potentia speciem jam habente. Si igitur, quod in potentia dicitur, est subjectum, quod autem in actu, est conjunctum, velut statua, species quæ fit ære quomodo nuncupabitur? Fortasse non alienum est, actum cognominare, secundum quem in actu est subjectum, non autem in potentia solum, cognominare, inquam, formam speciemque non simpliciter actum, sed potius hujus actum. Quoniam et actum quendam alium ratione magis præcipua possumus nominare : actum videlicet oppositum illi potentiæ, quæ educit in actum. Quod enim in potentia dicitur, ab alio id ipsum accipit, quod fiat in actu : potentia vero illa, per quam aliquid agi potest, ex se ipsa edit actum sibi [quodammodo oppositum], velut habitus, et qui secundum illum actus dicitur, fortitudo scilicet, atque fortiter agere. Sed de his hactenus.

In mundo intelligibili non est aliquid ad aliud in potentia, quamvis sit ibi potentia quædam, sed ita semper ut actus, ut totum dicatur actus exsistere.

IV'. Οὗ δ' ἕνεκα ταῦτα προείρηται, νῦν λεκτέον. Ἐν τοῖς νοητοῖς, πῶς ποτε τὸ ἐνεργείᾳ λέγεται καὶ εἰ ἐνεργείᾳ μόνον ἢ καὶ ἐνέργεια ἕκαστον· καὶ εἰ ἐνέργεια πάντα, καὶ εἰ τὸ δυνάμει κἀκεῖ· εἰ δὲ μήτε ὕλη ἐκεῖ, ἐν ᾗ τὸ δυνάμει, μήτε τι μέλλει τῶν ἐκεῖ, ὃ μὴ ἤδη ἐστὶ, μηδέ τι μεταβάλλον εἰς ἄλλο ἢ μένον ἕτερόν τι γεννᾷ, ἢ ἐξιστάμενον ἑαυτοῦ ἔδωκεν ἄλλῳ ἀντ' αὐτοῦ εἶναι, οὐκ ἂν εἴη ἐκεῖ τὸ δυνάμει, ἐν ᾧ ἐστι τῶν ὄντων, καὶ αἰῶνα οὐ χρόνον ἐχόντων. Εἴ τις οὖν καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν τοὺς τιθεμένους κἀκεῖ ὕλην ἔροιτο, εἰ μὴ κἀκεῖ τὸ δυνάμει κατὰ τὴν ὕλην τὴν ἐκεῖ (καὶ γὰρ εἰ ἄλλον τρόπον ἡ ὕλη, ἀλλ' ἔσται ἐφ' ἑκάστου, τὸ μὲν ὡς ὕλη, τὸ δὲ ὡς εἶδος, τὸ δὲ συναμφότερον), τί ἐροῦσιν; ἢ καὶ τὸ ὡς ὕλη ἐκεῖ εἶδός ἐστιν, ἐπεὶ καὶ ἡ ψυχὴ εἶδος ὂν πρὸς ἕτερον ἂν εἴη ὕλη. Οὐκοῦν πρὸς ἐκεῖνο καὶ δυνάμει; ἢ οὔ· εἶδος γὰρ ἦν αὐτῆς, καὶ οὐκ εἰς ὕστερον δὲ τὸ εἶδος, καὶ οὐ χωρίζεται δὲ, ἀλλ' ἢ λόγῳ καὶ οὕτως ὕλην ἔχον, ὡς διπλοῦν νοούμενον·

III. Cujus autem gratia hæc prædicta sunt, *in præsentia* nobis est explicandum. Huc itaque tendebant omnia, quæ plane consideraremus, quonam pacto in mundo intelligibili id ipsum, quod est in actu, sit dicendum : atque utrum ibi solum sit, quod dicitur esse actu, an etiam unumquodque sit actus : ac si omnia ibi sunt actus, quanam ratione sit ibi, quod esse in potentia nominatur. Profecto si ibi neque materia est, in qua id ipsum consistit, quod esse dicitur in potentia, neque quicquam illorum aliquid, quod non jam sit, est futurum, neque permutatur in aliud, neque manens ipsum ex se generat aliud, neque a se ipso digrediens tradit alteri, ut ipsius sit vice : certe non erit illic, quod esse dicitur in potentia : ubi entium [regnum] est, non temporalium, sed æternorum. Si quis igitur ponentes in intelligibili mundo materiam, percontetur, quomodo possit ibi esse materia, si non sit ibidem secundum materiam illam, quod esse in potentia judicatur (etenim si alio modo ibi sit materia, attamen in quolibet aliud quidem tanquam materia erit, aliud tanquam species, aliud vero conjunctum), quidnam respondebunt? Fortasse quod ibi materia dicitur species esse, quod et anima species quidem est in se, ad aliud vero materia. Num igitur ad illud in potentia est? nequaquam. Species enim est ipsius, neque species in futurum, neque aliter, quam ratione distinguitur, atque ita materiam habet quasi duplex

ἄμφω δὲ μία φύσις, οἷον καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ, τὸ πέμπτον σῶμα ἄϋλον εἶναι. Περὶ δὲ ψυχῆς, πῶς ἐροῦμεν; δυνάμει γὰρ ζῷον, ὅταν μήπω, μέλλῃ δέ. Καὶ μουσικὴ δυνάμει καὶ τὰ ἄλλα ὅσα γίνεται, οὐκ ἀεὶ οὖσα. Ὥστε καὶ ἐν νοητοῖς τὸ δυνάμει, ἢ οὐ δυνάμει ταῦτα. Ἀλλὰ δύναμις ἡ ψυχὴ τούτων· τὸ δὲ ἐνεργείᾳ, πῶς ἐκεῖ; ἆρα ὡς ὁ ἀνδριὰς τὸ συναμφότερον ἐνεργείᾳ, ὅτι τὸ εἶδος ἕκαστον ἀπεληφεν, ἢ ὅτι εἶδος ἕκαστον καὶ τέλειον, ὅ ἐστι; Νοῦς γὰρ οὐκ ἐκ δυνάμεως, τῆς κατὰ τὸ οἷόν τε νοεῖν, εἰς ἐνέργειαν τοῦ νοεῖν· ἄλλου γὰρ ἂν προτέρου τοῦ οὐκ ἐκ δυνάμεως δέοιτο, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὸ πᾶν. Τὸ γὰρ δυνάμει βούλεται ἑτέρου ἐπελθόντος εἰς ἐνέργειαν ἄγεσθαι, ἵνα ἐνεργείᾳ γίγνηταί τι· ὃ δ' αὐτὸ παρ' αὑτοῦ τὸ ἀεὶ οὕτως ἔχει, τοῦτο ἐνέργεια ἂν εἴη. Πάντα οὖν τὰ πρῶτα ἐνέργεια· ἔχει γάρ, ὃ δεῖ ἔχειν, καὶ παρ' αὑτῶν, καὶ ἀεί. Καὶ ψυχὴ δὴ οὕτως, ἡ μὴ ἐν ὕλῃ, ἀλλ' ἐν τῷ νοητῷ· καὶ ἡ ἐν ὕλῃ δέ, ἄλλη ἐνέργεια, οἷον ἡ φυτική· ἐνέργεια γὰρ καὶ αὕτη ὅ ἐστιν· ἀλλ' ἐνεργείᾳ μὲν πάντα, καὶ οὕτως, ἐνέργεια δὲ πάντα, ἢ πῶς; εἰ δὴ καλῶς εἴρηται ἐκείνη ἡ φύσις ἄγρυπνος εἶναι, καὶ ζωὴ, καὶ ζωὴ ἀρίστη, καὶ κάλλισται ἂν εἶεν ἐκεῖ ἐνέργειαι· καὶ ἐνεργείᾳ ἆρα, καὶ ἐνέργεια τὰ πάντα, καὶ ζωαὶ τὰ πάντα· καὶ ὁ τόπος ὁ ἐκεῖ τόπος ἐστὶ ζωῆς, καὶ ἀρχὴ καὶ πηγὴ ἀληθοῦς ψυχῆς τε καὶ νοῦ.

consideratum : sed ambo una natura, quemadmodum et Aristoteles quintum corpus immateriale corpus asseruit. At vero de anima quid dicemus? In potentia enim animal est, quando nondum natum est animal, sed nasciturum. Item in potentia musica est, et alia similiter, quodcumque efficitur aliquando, neque est semper. Quapropter in genere intelligibili sic erit, quodque in potentia dici solet (vel quod non in potentia). Verum anima [non est hæc in potentia, imo vero anima] horum est potestas. Quod autem in actu esse nominari solet, quanam ratione apud superos esse potest? Numquid, sicut statua velut compositum est in actu, sic et ibi, quoniam intelligibile quodlibet suam possidet speciem, vel potius quoniam quodlibet species est, atque ipsum, quod est, species est perfecta? Intellectus enim nequaquam ex potentia, quæ intelligere possit, in actum prodit intelligendi : alioquin alio quodam priore opus huic esset, quod ex potentia non prorumpat in actum, sed totum jam possideat in se ipso. Quod enim in potentia est, exigit alterum, quo accedente perducatur ad actum, ut aliquid tandem fiat in actu. Quod autem ipsum a se ipso semper ita se habet, est actus. Itaque omnia prima actus exsistunt : habent enim quicquid oportet habere, atque id quidem et a se ipsis et semper. Jam vero et anima ita se habet, præcipue quæ non in materia est, sed in intelligibili mundo. Atqui et quæ in materia est, actus est alius, scilicet vegetalis : actus enim et ipsa hoc ipsum, quod exsistit. Sed enim in actu sint omnia, atque ita, numquid etiam actus sunt omnia? et qua ratione? Nempe si recte dictum est, intelligibilem naturam esse pervigilem et vitam, optimamque vitam : optimi procul dubio ibi sunt actus. Ideoque et in actu et actus ibi cuncta consistunt, et vitæ sunt omnia. Locusque ille locus est vitæ, principiumque et fons animæ veræ atque mentis.

Materia prima non est aliquid in actu.

Δ'. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα, ὅσα δυνάμει τί ἐστιν, ἔχει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι ἄλλο τι, ὃ ἤδη ὄν, πρὸς ἄλλο δυνάμει εἶναι λέγεται. Περὶ δὲ τῆς λεγομένης εἶναι ὕλης, ἣν πάντα δυνάμει λέγομεν τὰ ὄντα, πῶς ἔστιν εἰπεῖν ἐνεργείᾳ τι τῶν ὄντων εἶναι; ἤδη γὰρ οὐ πάντα τὰ ὄντα δυνάμει ἂν εἴη. Εἰ οὖν μηδὲν τῶν ὄντων, ἀνάγκη μηδ' ὂν αὐτὴν εἶναι. Πῶς οὖν ἂν ἐνεργείᾳ τι εἴη, μηδὲν τῶν ὄντων οὖσα; Ἀλλ' οὐδὲν τῶν ὄντων ἂν εἴη τούτων, ἃ γίγνεται ἐπ' αὐτῆς. Ἄλλο δέ τι οὐδὲν κωλύει εἶναι, εἴπερ μηδὲ πάντα τὰ ὄντα ἐπὶ τῇ ὕλῃ· ἡ μὲν δὴ οὐδέν ἐστι τούτων τῶν ἐπ' αὐτῇ, ταῦτα δὲ ὄντα, μὴ ὂν ἂν εἴη· οὐ μὲν δή, ἀνείδεόν τι φανταζομένῃ, εἶδος ἂν εἴη· οὐ τοίνυν οὐδ' ἐν ἐκείνοις ὂν ἀριθμηθείη· μὴ ὂν ἄρα καὶ ταύτῃ ἔσται. Ἐπ' ἄμφω ἄρα μὴ ὂν οὖσα, πλεόνως καὶ μὴ ὂν ἔσται. Εἰ δὴ πέφευγε μὲν τὴν τῶν ὡς ἀληθῶς ὄντων φύσιν, οὐ δύναται δὲ ἐφικέσθαι οὐδὲ τῶν ψευδῶς λεγομένων εἶναι, ὅτι μηδὲ ἔνδαλμα λόγου ἐστὶν ὡς ταῦτα, ἐν τίνι τῷ εἶναι ἂν ἀλοίη; εἰ δὲ ἐν μηδενὶ τῷ εἶναι, τί ἂν ἐνεργείᾳ εἴη;

IV. Cetera quidem omnia, quæcumque aliquid in potentia sunt, id habent, ut etiam in actu aliud quiddam sint. Quod quidem cum jam sit, vergatque ad aliud, esse in potentia judicatur. At vero materiam ipsam, quam esse entia omnia in potentia judicamus, quanam conditione esse actu entium aliquid possumus affirmare? Alioquin non jam entia cuncta in potentia foret [materia]. Si igitur entium nullum est, necesse est, neque ens quidem ipsam esse. Itaque cum nullum sit entium, quomodo aliquid actu esse poterit? Forsan vero nullum est horum, quæ in ipsa fiunt. Quid tamen prohibet hanc aliud quiddam esse? siquidem neque omnia entia in materia sunt. Profecto si nihil sit eorum, quæ sunt in ipsa, hæc vero sint entia, non ens dicetur. Item quatenus informe aliquid cogitatur, non est species : neque igitur in illis quidem velut ens numerabitur. Ergo et hac insuper ratione non ens judicabitur. Cum igitur ad utraque comparata non sit ens, plus nimirum non ens censebitur. Si ergo aufugit quidem verorum naturam entium, neque tamen id assequi potest, ut ex horum numero sit, quæ falso esse dicuntur, quandoquidem ne imago quidem rationis est, sicut hæ esse traduntur : in quonam essendi genere hæc deprehendi poterit? Quod si in nullo, quidnam actu esse valebit?

Confirmat superiora, et concludit esse materiæ nihil aliud dici debere, quam in potentia esse.

Ε'. Πῶς οὖν λέγομεν περὶ αὐτῆς; πῶς δὲ τῶν ὄντων ὕλη; ἢ ὅτι δυνάμει· οὐκοῦν ὅτι ἤδη δυνάμει, ἤδη οὖν ἔστι καθ' ὃ μέλλει; ἀλλὰ τὸ εἶναι αὐτῇ μόνον τὸ μέλλον ἐπαγγελλόμενον· οἷον τὸ εἶναι αὐτῇ εἰς ἐκεῖνο ἀναβάλλεται, ὃ ἔσται. Τὸ τοίνυν δυνάμει, οὔ τι, ἀλλὰ δυνάμει πάντα· μηδὲν δὲ ὂν καθ' αὑτὸ, ἀλλ' ὅ ἐστιν ὕλη ὄν, οὐδὲ ἐνεργείᾳ ἐστίν. Εἰ γὰρ ἔσται τι ἐνερ-

V. Ceterum si ita est, quomodo de ipsa loquimur? et qua conditione entium materia judicatur? Fortasse quoniam in potentia. Nonne igitur quoniam jam in potentia, jam et est, qua ratione in ea futurum consideratur? At enim esse ipsi solum est id ipsum, quod futurum promittitur : quippe cum esse ipsius in illud, quod erit, referatur atque differatur. Quod igitur in potentia est; non quidem aliquid, imo (potentia) cuncta : neque secundum se ipsum ens aliquod est, sed ipsum, quod est, materia est, merito non est in actu. Si enim aliquid sit in actu, id

γείᾳ, ἐκεῖνο ὅ ἐστιν ἐνεργείᾳ, οὐχ ἡ ὕλη ἔσται· οὐ πάντη οὖν ὕλη, ἀλλὰ οἷον χαλκός. Εἴη ἂν οὖν τοῦτο μὴ ὄν, οὐχ ὡς ἕτερον τοῦ ὄντος, οἷον κίνησις· αὕτη γὰρ καὶ ἐποχεῖται τῷ ὄντι, οἷον ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ οὖσα· ἡ δέ ἐστιν οἷον ἐκριφεῖσα, καὶ πάντη χωρισθεῖσα, καὶ μεταβάλλειν ἑαυτὴν οὐ δυναμένη, ἀλλ' ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν, μὴ ὂν δὲ ἦν, οὕτως ἀεὶ ἔχουσα. Οὔτε δὲ ἦν ἐξ ἀρχῆς ἐνεργείᾳ τι ἀποστᾶσα πάντων τῶν ὄντων, οὔτε ἐγένετο. Ἃ γὰρ ὑποδῦναι ἠθέλησεν, οὐδὲ χρωσθῆναι ἀπ' αὐτῶν δεδύνηται· ἀλλὰ μένουσα πρὸς ἄλλο, δυνάμει οὖσα πρὸς τὰ ἐφεξῆς. Τῶν δ' ὄντων ἤδη παυσαμένων ἐκείνων, φανεῖσα, ὑπό τε τῶν μετ' αὐτὴν γενομένων καταληφθεῖσα, ἔσχατον καὶ τούτων κατέστη· ὑπ' ἀμφοτέρων οὖν καταληφθεῖσα, ἐνεργείᾳ μὲν οὐδετέρων ἂν εἴη· δυνάμει δὲ μόνον ἐγκαταλέλειπται εἶναι ἀσθενές τι καὶ ἀμυδρὸν εἴδωλον, μορφοῦσθαι μὴ δυνάμενον. Οὐκοῦν ἐνεργείᾳ εἴδωλον; οὐκοῦν ἐνεργείᾳ ψεῦδος; τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἀληθινῶς ψεῦδος· τοῦτο δὲ ὄντως μὴ ὄν. Εἰ οὖν ἐνεργείᾳ μὴ ὄν, μᾶλλον μὴ ὄν, καὶ ὄντως ἄρα μὴ ὄν. Πολλοῦ ἄρα δεῖ αὐτῷ ἐνεργείᾳ τι τῶν ὄντων εἶναι, τὸ ἀληθὲς ἔχοντι ἐν τῷ μὴ ὄντι· εἴπερ ἄρα δεῖ αὐτὸ εἶναι, δεῖ αὐτὸ ἐνεργείᾳ μὴ εἶναι, ἵνα ἐκβεβηκὸς τοῦ ἀληθῶς εἶναι, ἐν τῷ μὴ εἶναι ἔχῃ τὸ εἶναι· ἐπείπερ τοῖς ψευδῶς οὖσιν, ἐὰν ἀφέλῃς τὸ ψεῦδος αὐτῶν, ἀφεῖλες αὐτῶν ἥντινα εἶχον οὐσίαν· καὶ τοῖς δυνάμει τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν ἔχουσιν εἰσαγαγὼν τὴν ἐνέργειαν ἀπολώλεκας αὐτῶν τῆς ὑποστάσεως τὴν αἰτίαν, ὅτι τὸ εἶναι αὐτοῖς ἐν δυνάμει ἦν. Εἴπερ ἄρα δεῖ ἀνώλεθρον τὴν ὕλην τηρεῖν, ὕλην αὐτὴν δεῖ τηρεῖν. Δεῖ ἄρα δυνάμει, ὡς ἔοικεν, εἶναι λέγειν μόνον, ἵνα ᾖ ὅ ἐστιν, ἢ τούτους τοὺς λόγους ἐξελεγκτέον.

ipsum, quod in actu est, non erit materia: non igitur omnino materia erit, sed tanquam æs se habebit. Judicabitur igitur id non ens, non tanquam alterum ab ente quicquam, velut motus. Hic enim adhæret enti, utpote qui ab ipso est atque in ipso. Hæc autem est quasi rejecta ac penitus segregata, neque permutare se ipsam valet: sed quod ab initio erat, erat autem non ens, ita sese semper habet. Sed neque ab initio erat actu quicquam, utpote ab entibus cunctis valde deficiens: neque etiam facta est quicquam. Nam quæ subinduere [*l.* subire, *s.* subrepere] perpetuo studuit, ab his colorari nunquam potuit: sed assidue remanet vergens ad aliud, in potentia se habens ad ea continue, quæ sequuntur. Cumque ubi entium (illorum) ordo desinit, hæc jam appareat atque ab his, quæ post ipsam fiunt, coerceatur, nimirum [illorum simul atque] horum extremitas subsidet: et cum utrisque coerceatur, in actu quidem est ad neutrum: solum vero residet in potentia relictaque est debile quoddam et umbratile simulacrum formari non valens. Nonne igitur in actu simulacrum est? nonne igitur in actu falsitas est? Id vero idem est atque re vera falsitas, atque id enter [*voc. fictum, ut reddatur Græcum* ὄντως, *latine*, re vera] non ens. Si ergo in actu non ens, magis itaque non ens: atque non ens enter. Longe itaque abest, ut hoc in actu sit aliquid entium, quod in ipso non ente suam retinet veritatem. Quam ob rem si ipsum oportet esse, oportet ipsum in actu non esse, ut id, quod est vere, esse devitans, in ipso non esse suum habeat esse: quandoquidem, si ab his, quæ falso sunt, abstuleris falsitatem, repente quamcunque habuerant essentiam abstulisti. Similiter si illis, quæ in potentia esse essentiamque habent, introduxeris actum, simul substantiæ eorum causam sustulisti: propterea, quod eorum esse erat in potentia esse. Itaque si oportet materiam incorruptibilem conservare, necesse est eam servare materiam. Oportet igitur, ut apparet, eam dicere solum in potentia esse, ut id ipsum, quod est, permaneat, aut rationes ejusmodi accurate discutere (*redarguere*).

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Ϛ'.

ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΚΑΙ ΠΟΙΟΤΗΤΟΣ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER VI.

DE ESSENTIA ET QUALITATE.

(170, 180.)

Movet dubia de essentia et qualitate, ac tentat solutionem.

[321—335]

Α'. Ἆρα τὸ ὂν καὶ ἡ οὐσία ἕτερον, καὶ τὸ μὲν ὄν, ἀπηρτημωμένον τῶν ἄλλων, ἡ δὲ οὐσία τὸ ὂν μετὰ τῶν ἄλλων, κινήσεως, στάσεως, ταὐτοῦ, ἑτέρου, καὶ στοιχεῖα ταῦτα ἐκείνης; τὸ οὖν ὅλον οὐσία· ἕκαστον δὲ ἐκείνων τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ κίνησις, τὸ δὲ ἄλλο τι. Κίνησις μὲν οὖν κατὰ συμβεβηκὸς ὄν, οὐσία δὲ ἆρα κατὰ συμβεβηκός; ἢ συμπληρωτικὸν οὐσίας; ἢ καὶ αὐτὴ ἡ οὐσία, καὶ τὰ ἐκεῖ πάντα οὐσία; Πῶς οὖν οὐ καὶ ἐνταῦθα; ἢ ἐκεῖ, ὅτι ἓν πάντα; ἐνθάδε δὲ διαληφθέντων τῶν εἰδώλων, τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο· ὥσπερ ἐν μὲν τῷ σπέρματι ὁμοῦ πάντα, καὶ ἕκαστον πάντα· καὶ οὐ χεὶρ χωρὶς, καὶ χωρὶς κεφαλή· ἔνθα δὲ χωρίζεται ἀλλήλων· εἴδωλα γάρ, καὶ οὐκ ἀληθῆ. Τὰς οὖν ποιότητας ἐκεῖ φήσομεν οὐσίας διαφορὰς περὶ οὐσίαν οὖσας, ἢ περὶ ὄν· διαφορὰς δὲ, ποιούσας ἑτέρας οὐσίας πρὸς ἀλλήλας, καὶ ὅλως οὐσίας· ἢ οὐκ ἄτοπον, ἀλλὰ περὶ τῶν τῇδε ποιοτήτων, ὧν αἱ μὲν διαφοραὶ οὐσιῶν, ὡς τὸ δίπουν καὶ τὸ τετράπουν· αἱ δὲ οὐ διαφοραὶ οὖσαι, αὐτὸ τοῦτο μόνον, ποιότητες λέγονται, καίτοι τὸ αὐτὸ καὶ διαφορὰ γίγνεται συμπληροῦσα, καὶ οὐ διαφορὰ ἐν ἄλλῳ οὐ συμπληροῦσα τὴν οὐσίαν· συμβεβηκὸς δὲ, οἷον τὸ λευκόν· ἐν μὲν κύκνῳ ἢ ψιμυθίῳ, συμπληροῦν, ἐν δὲ σοὶ, συμβεβηκός· ἢ τὸ λευκὸν, τὸ μὲν ἐν τῷ λόγῳ, συμπληροῦν καὶ οὐ ποιότης, τὸ δὲ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ, ποιόν· ἢ διαιρετέον τὸ ποιὸν, ὡς τὸ μὲν οὐσιῶδες, ἰδιότης τις οὖσα τῆς οὐσίας, τὸ δὲ μόνον ποιόν· καθ' ὃ ποιὰ οὐσία τοῦ ποιοῦ, οὐ διαλλαγὴν εἰς τὴν οὐσίαν ποιοῦντος, οὐδ' ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' οὔσης ἤδη καὶ πεπληρωμένης, διάθεσίν τινα ἔξωθεν ποιοῦντος, καὶ μετὰ τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος προσθήκην, εἴτε περὶ ψυχὴν, εἴτε περὶ σῶμα γίγνοιτο. Ἀλλ' εἰ καὶ τὸ δρώμενον λευκὸν ἐπὶ τοῦ ψιμυθίου συμπληρωτικὸν εἴη αὐτοῦ· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ κύκνου οὐ συμπληρωτικὸν, γένοιτο γὰρ ἂν καὶ οὐ λευκός· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ψιμυθίου, καὶ τοῦ πυρὸς δὲ ἡ θερμότης. Ἀλλ' εἴ τις λέγοι τὴν πυρότητα τὴν οὐσίαν εἶναι, καὶ ἐπὶ τοῦ ψιμυθίου τὸ ἀνάλογον, ἀλλ' ὅμως τοῦ ὁρωμένου πυρὸς πυρότης ἡ θερμότης συμπληροῦσα, καὶ ἡ λευκότης ἐπὶ τοῦ ἑτέρου. Αἱ αὐταὶ τοίνυν συμπληρώσουσι, καὶ οὐ ποιότητες· καὶ οὐ συμπληρώσουσι, καὶ ποιότητες. Καὶ ἄτοπον ἐν μὲν οἷς συμπληροῦσι λέγειν ἄλλο εἶναι, ἐν δὲ οἷς μὴ, ἄλλο, τῆς αὐτῆς φύσεως οὔσης· ἀλλὰ ἆρα τοὺς μὲν λόγους τοὺς ποιήσαντας αὐτὰ οὐσιώδεις ὅλους, τὰ δὲ ἀποτελέσματα ἔχειν ἤδη τὰ ἐκεῖ τι ἐνταῦθα ποιά, οὐ τί· ὅθεν καὶ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς ἀεὶ περὶ τὸ τί, ἀπολισθάνοντας ἐν ταῖς ζητήσεσιν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ποιὸν κατα-

1. Numquid ens est alterum, quam essentia, atque ens quidem etiam seclusis aliis dicitur? Essentia vero est ens una cum aliis simul adjunctis, videlicet motu, statu, identitate, alteritate: atque hæc essentiæ sunt elementa. Totum igitur est essentia. Quodlibet autem illorum aliud quidem ens, aliud vero motus, aliaque similiter. Motus igitur ens est per accidens: sed numquid etiam per accidens est essentia? an forte essentiam complens? quin potius et ipse est essentia, atque omnia, quæ in divinis sunt, essentia sunt. Cur non igitur et apud nos ita se res habet? Fortasse sic est ibi, quoniam cuncta sunt unum: hic autem, cum simulacra discreta jam sint, hoc quidem aliud, illud vero est aliud: quemadmodum in semine quidem simul omnia sunt et quodlibet omnia; neque seorsum manus, caputve seorsum: in effectu vero inter se discernuntur: non enim vera sunt, sed simulacra. Qualitates igitur ibi num esse dicemus essentias? quæ quidem circa essentiam vel circa ens differentiæ sunt. Differentias, inquam, esse dicemus efficientes, ut essentiæ inter se alteræ sint, atque omnino sint essentiæ? Fortasse id dictu non est absurdum: sed absurde id diceretur de his, quæ apud nos sunt, qualitatibus, quarum aliæ quidem essentiarum differentiæ sunt, ut bipes et quadrupes, aliæ vero nequaquam sunt differentiæ, et ob hoc ipsum solum qualitates esse dicuntur: quanquam idem tum differentia videri potest, ubi complet essentiam, tum minime differentia in alio essentiam ibi non implens, [sed accidens]: quemadmodum albedo in cygno vel cerussa naturam complet, in homine autem duntaxat est accidens. Aut albedo quatenus in ratione est, non qualitas est, sed implens; quatenus vero in superficie, qualitas. Fortasse vero, quod quale dicitur, distinguendum est, adeo ut aliud quidem essentiale sit, exsistens videlicet proprietas quædam essentiæ: aliud autem sit solum quale, secundum quod essentia qualis denominatur: ubi hoc ipsum quale diversitatem permutationemque essentiæ non inducat, neque dimoveat ab essentia: sed cum essentia jam sit, plenaque sit, dispositionem quandam extrinsecus afferat, atque post ipsam rei essentiam additamenti nonnihil adhibeat, sive circa animam id, sive circa corpus efficiatur. Proinde, ut dixerit aliquis, albedo visibilis, [licet in cerussa compleat ipsam,] in cygno non complet essentiam: esse namque cygnus potest minime albus. At vero in cerussa albedo complere essentiam dicitur: similiterque calor in igne. Quodsi quis præterea dixerit ignitatem (ut ita dixerim) essentiam esse, et de cerussa similiter: veruntamen ignis hujus visibilis ignitas est caliditas essentiam complens, similiterque in cerussa est albedo. Eadem itaque res complebunt essentiam, neque qualitates erunt, rursusque non complebunt, et qualitates erunt. Etsi absurdum est, ubi complent quidem esse aliud dicere, ubi vero non complent, insuper aliud, cum tamen eadem sit natura. Forsan vero dicendum est, rationes quidem ipsas, quæ hæc efficiunt, totas essentiales exsistere: hos autem effectus illa, quæ in rationibus ipsis substantialia sunt, non jam ut substantialia, sed ut qualia reportare: atque hinc fieri, ut semper in eo, quod quid est, assignando peccemus in ipsa inquisitione substantiæ prævaricantes atque labentes in qualitatem. Neque enim esse censendum

φερομένους. Οὐ γὰρ εἶναι τὸ πῦρ ὃ λέγομεν, εἰς τὸ ποιὸν ἀφορῶντες, ἀλλὰ τὸ μὲν εἶναι οὐσίαν· ἃ δὲ νῦν βλέπομεν, εἰς ἃ καὶ ἀφορῶντες λέγομεν, ἀπάγειν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ τί, καὶ ὁρίζεσθαι τὸ ποιὸν, καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν, εὐλόγως· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οὐσίαν εἶναι, ἀλλ' αὐτῆς πάθη. Ὅθεν κἀκεῖνο, πῶς οὐκ ἐξ οὐσιῶν οὐσία; ἐλέγετο μὲν οὖν, ὅτι οὐ δεῖ τὸ αὐτὸ τὸ γιγνόμενον εἶναι τοῖς ἐξ ὧν· νῦν δὲ λέγειν δεῖ, ὅτι οὐδὲ τὸ γενόμενον οὐσία. Ἀλλὰ πῶς ἐκεῖ ἦν ἐλέγομεν οὐσίαν, οὐκ ἐξ οὐσίας λέγοντες; τὴν γὰρ οὐσίαν φήσομεν ἐκεῖ κυριώτερον καὶ ἀμιγέστερον ἔχουσαν τὸ ὂν εἶναι οὐσίαν, ὡς ἐν διαφοραῖς ὄντως, μᾶλλον δὲ μετὰ προσθήκης ἐνεργειῶν, λεγομένην οὐσίαν, τελείωσιν μὲν δοκοῦσαν εἶναι ἐκείνου, τάχα δ' ἐνδεεστέραν τῇ προσθήκῃ, καὶ τῷ οὐχ ἁπλῷ ἀλλ' ἤδη ἀφισταμένην τούτου.

est ignem hoc ipsum quod appellamus ignem, quando aspicimus qualitatem, imo vero ipsum essentiam esse. Quæ autem nunc aspicimus aspicientesque pronuntiamus, nos ab eo, quod quid est, procul abducere, et quale quiddam recte in genere sensibili designari: nihil enim horum essentiam esse, sed essentiæ passiones. Unde et illud quæritur, quomodo ex non essentiis conficiatur essentia? Diximus itaque non oportere, quod fit, idem esse atque illa ex quibus conficitur: nunc autem dicendum est, neque etiam id, quod fit, essentiam esse. At quomodo illam, quam illic essentiam nominavimus, ex non essentia dicimus constitutam? Essentiam dicemus illic principalius puriusque ens habentem esse essentiam, velut in entis ipsius differentiis constitutam: potius autem cum actionum additamento, essentiam nominatam esse censebimus: quæ quidem entis perfectio videatur. Forsan vero ex adjunctione facta judicanda sit indigentior: quippe cum a simplicitate degeneret, et ab ipso jam ente declinet.

Quid sit qualitas, et utrum ad rationem essentialem ullo modo pertineat.

Β'. Ἀλλὰ περὶ τῆς ποιότητος σκεπτέον τί ὅλως. Τάχα γὰρ γνωσθὲν ὅ τι ἐστὶ μᾶλλον παύσει τὰς ἀπορίας. Πρῶτον οὖν ἐκεῖνο ζητητέον, εἰ τὸ αὐτὸ θετέον, ὁτὲ μὲν ποιὸν μόνον, ὁτὲ δὲ συμπληροῦν οὐσίαν, οὐ δυσχεράναντας ποιὸν συμπληρωτικὸν οὐσίας εἶναι, ἀλλὰ ποιᾶς μᾶλλον οὐσίας. Δεῖ τοίνυν ἐπὶ τῆς ποιᾶς οὐσίας, τὴν οὐσίαν πρὸ τοῦ ποιὰν εἶναι, καὶ τὸ τί ἐστί. Τί οὖν ἐπὶ τοῦ πυρὸς πρὸ τῆς ποιᾶς οὐσίας ἡ οὐσία; ἆρα τὸ σῶμα· τὸ γένος τοίνυν οὐσία ἔσται, τὸ σῶμα, τὸ δὲ πῦρ, σῶμα θερμόν· καὶ οὐκ οὐσία τὸ ὅλον, ἀλλ' οὕτω τὸ θερμὸν ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ ἐν σοὶ τὸ σιμόν· ἀφαιρεθείσης τοίνυν τῆς θερμότητος, καὶ τοῦ λαμπροῦ καὶ τοῦ κούφου, ἃ δὴ δοκεῖ ποιὰ εἶναι, καὶ ἀντιτυπίας, τὸ τριχῇ διαστατὸν καταλείπεται, καὶ ἡ ὕλη οὐσία. Ἀλλ' οὐ δοκεῖ· τὸ γὰρ εἶδος μᾶλλον οὐσία. Ἀλλὰ τὸ εἶδος ποιότης· ἢ οὐ ποιότης, ἀλλὰ λόγος τὸ εἶδος. Τὰ οὖν ἐκ τοῦ λόγου καὶ τοῦ ὑποκειμένου, τί ἐστιν; οὐ γὰρ τὸ ὁρώμενον καὶ τὸ καῖον, τοῦτο δὲ ποιόν· εἰ μή τις λέγοι τὸ καίειν ἐνέργειαν ἐκ τοῦ λόγου, καὶ τὸ θερμαίνειν, καὶ τὸ λευκαίνειν τοίνυν καὶ τὰ ἄλλα ποιήσεις· ὥστε τὴν ποιότητα, οὐχ ἕξομεν ὅπου καταλείψομεν. Ἡ ταύτας μὲν οὐ λεκτέον ποιότητας, ὅσαι λέγονται συμπληροῦν οὐσίας, εἴπερ ἐνέργειαι αὐτῶν ἀπὸ τῶν λόγων καὶ τῶν δυνάμεων τῶν οὐσιωδῶν ἰοῦσαι· ἃ δέ ἐστιν ἔξωθεν πάσης οὐσίας, οὐ πῇ μὲν ποιότητες, ἄλλοις δὲ οὐ ποιότητες φανταζόμεναι, τὸ δὲ περιττὸν μετὰ τὴν οὐσίαν ἔχουσαι· οἷον καὶ ἀρεταὶ καὶ κακίαι, καὶ αἴσχη, καὶ κάλλη, καὶ ὑγίειαι, καὶ οὕτως ἐσχηματίσθαι. Καὶ τρίγωνον μὲν καὶ τετράγωνον, καθ' αὑτὸ τὸ ποιόν· τὸ δὲ τετριγωνίσθαι, ᾗ μεμόρφωται, ποιὸν λεκτέον, καὶ οὐ τὴν τριγωνότητα, ἀλλὰ τὴν μόρφωσιν, καὶ τὰς τέχνας δὲ καὶ τὰς ἐπιτηδειότητας· ὥστε εἶναι τὴν ποιότητα διάθεσίν τινα ἐπὶ ταῖς οὐσίαις ἤδη οὔσαις, εἴ τε ἑκάστην εἴ τε ἐξ ἀρχῆς συνοῦσαν· ἢ εἰ μὴ συνῆν, οὐδὲν ἧττον εἶχεν ἡ οὐσία· ταύτην δὲ καὶ εὐκίνητον καὶ δυσκίνητον εἶναι· ὡς διττὸν εἶναι εἶδος, τὸ μὲν εὐκίνητον, τὸ δὲ ἔμμονον αὐτῆς.

II. Verum de qualitate quid sit omnino considerandum est. Fortasse enim quando, quid sit, cognoverimus, dubitationes ejusmodi propellemus. Principio perquirendum est, num existimandum sit aliquid idem alias quidem esse solummodo qualitatem, alias autem essentiam quoque complere, adeo ut nequaquam durius contendamus ad id convincendum, quo qualitas simpliciter essentiam compleat, sed essentiam potius talem. Oportet igitur in tali quadam essentia essentiam esse, et quod quid est, antequam sit talis. Quid ergo? num in igne ante talem essentiam simpliciter est essentia? Fortasse hinc sequitur, ut sit corpus. Ipsum itaque genus quod est corpus, essentia erit: ignis autem corpus erit calidum, neque totum id erit essentia, sed ita calor erit in ipso, quemadmodum in te figura sima. Quamobrem, si auferatur calor et splendor et levitas, quæ videntur esse qualia, et tollatur oppositio, relinquaturque quod dicitur trina dimensione porrectum, atque materia, id ipsum quod residuum est, erit essentia. At id verisimile non videtur. Species enim magis essentia est. Sed numquid species qualitas est? Fortasse non qualitas, sed ratio, species ipsa est. Quod igitur ex ratione subjectoque constat, quidnam est? Non enim id, quod visibile occurrit atque urens; id autem quale est: nisi quis forte dicat combustionem ipsam esse actum ex ratione manantem: atque ita et calefacere et albefacere et ejusdem generis alia esse actiones affirmet. Itaque, ubi collocemus qualitatem, nequaquam inveniemus. Forsan vero eas non debemus dicere qualitates, quæcumque essentias complere dicuntur; siquidem actiones vel actus sunt earum a rationibus essentialibusque potentiis orientes: sed eas duntaxat, quæ extra totam essentiam sunt. Quæ non alicubi quidem qualitates, alicubi vero non qualitates apparent, atque supervacuum aliquid post essentiam videntur afferre: veluti virtutes et vitia, pulchritudo atque turpitudo, et valitudo dispositioque figuræ, [vel situs]. Triangulus vero atque quadrangulus secundum se ipsum non est quale, sed hoc ipsum, quod est triangulare fieri, quatenus ita formatur, est quale dicendum: neque triangulitatem, sed formationem totius, qualitatem possumus appellare: possumus et artes et aptitudines studiorum. Itaque qualitas erit dispositio quædam in essentiis, quæ jam sunt, sive adventitia hæc sit, sive ab initio comitans. Quæ quidem, si etiam non comitata fuisset, nihil minus habuisset essentia. Licet hanc dicere partim quidem facile mobilem, partim vero difficile, ut duplex ejus species videatur, altera quidem stabilis, altera vero mobilis.

Qualitatem manifestam esse passionem ab actione virtutis occultæ : item, quod haud prorsus essentiæ suæ, esse ipsius actum et proprietatem specialem : quod ab essentia distat, esse qualitatem.

Γ'. Τὸ οὖν λευκὸν τὸ ἐπὶ σοὶ θετέον οὐ ποιότητα, ἀλλ' ἐνέργειαν δηλονότι ἐκ δυνάμεως τῆς τοῦ λευκαίνειν, κἀκεῖ πάσας τὰς λεγομένας ποιότητας, ἐνεργείας, τὸ ποιὸν λαβούσας παρὰ τῆς ἡμετέρας δόξης, τῷ ἰδιότητα εἶναι ἑκάστην, οἷον διοριζούσας τὰς οὐσίας πρὸς ἀλλήλας, καὶ πρὸς ἑαυτὰς, ἴδιον χαρακτῆρα ἐχούσας. Τί οὖν διοίσει ποιότης ἡ ἐκεῖ; ἐνέργειαι γὰρ καὶ αὗται· ἢ ὅτι μὴ οἷον τί ἐστι δηλοῦσιν, οὐδὲ ἐναλλαγὴν τῶν ὑποκειμένων οὐδὲ χαρακτῆρα, ἀλλ' ὅσον μόνον τὴν λεγομένην ποιότητα, ἐκεῖ ἐνέργειαν οὖσαν· ὥστε, τὸ μὲν ὅταν ἰδιότητα οὐσίας ἔχῃ, δῆλον αὐτόθεν ὡς οὐ ποιόν· ὅταν δὲ χωρίσῃ ὁ λόγος τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἴδιον, οὐκ ἐκεῖθεν ἀφελὼν, ἀλλὰ μᾶλλον λαβὼν καὶ γεννήσας ἄλλο, ἐγέννησε ποιὸν οἷον μέρος οὐσίας λαβὼν, τὸ ἐπιπολῆς φανὲν αὐτῷ. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν κωλύει καὶ τὴν θερμότητα, τῷ σύμφυτον εἶναι τῷ πυρὶ, εἶδός τι εἶναι τοῦ πυρὸς καὶ ἐνέργειαν, καὶ οὐ ποιότητα αὐτοῦ, [καὶ αὖ ἄλλως ποιότητα]· μόνην δὲ ἐν ἄλλῳ ληφθεῖσαν, οὐκέτι μορφὴν οὐσίας οὖσαν, ἀλλὰ ἴχνος μόνον καὶ σκιὰν καὶ εἰκόνα, ἀπολιποῦσαν αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἧς ἡ ἐνέργεια, ποιότητα εἶναι. Ὅσα οὖν συμβέβηκε καὶ μὴ ἐνέργειαι καὶ εἴδη οὐσιῶν, μορφάς τινας παρεχόμενα, ποιὰ ταῦτα· οἷον καὶ ἕξεις καὶ διαθέσεις ἄλλαι τῶν ὑποκειμένων λεκτέαι ποιότητες, τὰ δὲ ἀρχέτυπα αὐτῶν, ἐν οἷς πρώτως ἐστὶν, ἐνεργείας ἐκείνων, καὶ οὐ γίγνεται αὐτὸ ποιότης καὶ οὐ ποιότης, ἀλλὰ τὸ ἀπηρημωμένον οὐσίας, ποιόν· τὸ δὲ σὺν ταύτῃ, οὐσίαν, ἢ εἶδος, ἢ ἐνέργειαν. Οὐδὲν γάρ ἐστι ταὐτὸν ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ἄλλῳ, μόνον ἐκπεσὸν τοῦ εἴδος καὶ ἐνέργεια εἶναι· ὃ μέντοι μηδέποτε εἶδος ἄλλου, ἀλλὰ συμβεβηκὸς ἀεὶ, καθαρῶς ποιότης καὶ μόνον τοῦτο.

III. Albedo igitur in te apparens dicenda est non tam qualitas esse, quam actus quidam ex potentia albefaciendi procedens. Illic autem dicendum est, omnes, quæ qualitates nominantur, esse actus. Qui tamen ab opinione nostra qualitatis nomen accipiunt, propterea quod quælibet sint proprietates, quasi distinguentes essentias inter se, atque ad se ipsas proprium habentes characterem. Quonam igitur discrepat qualitas, quæ illic est, a nostris? actus enim hæ quoque sunt. Fortasse, quia non ostendunt, quale quid sit, neque discrepantiam subjectorum, neque characterem : sed duntaxat ipsam quæ qualitas dicitur, quæ quidem illic est actus. Quapropter quando proprietatem habet essentiæ, inde proprie constat non esse qualitatem : quando vero ratio, quod in his proprium est, secernit, non inde auferens vel decerpens, sed magis accipiens generansque aliud procreat quale, quasi partem essentiæ capiens sibi in superficie apparentem. Quod si ita est, nihil prohibet calorem igni innatum esse speciem aliquam actumque ignis, neque ignis qualitatem [et rursus aliter qualitatem]. At tunc demum qualitatem, quando in alio quodam accipitur, ubi non amplius sit essentiæ forma, sed vestigium tantum et umbra atque imago, relinquens illam ipsius essentiam, cujus est actus. Quotcumque igitur accidunt, neque actus neque species essentiarum sunt, præbent autem formas duntaxat quasdam [*hæc sunt qualia*], per quas subjecta qualia faciunt : velut habitus dispositionesque, sive affectiones aliæ a subjectis dicendæ sunt qualitates : in quarum principiis exemplaribusque actus sunt; quæ in his subjectis qualitates cognominantur. Nec idem fit alicubi quidem qualitas, alicubi vero non qualitas : sed quod ab essentia desertum est, evadit qualitas. Quod autem cum essentia permanet, nimirum essentia, vel species, vel actus existit. Nulla enim natura eadem est, prout in suo fonte est, et prout in alio, ubi a sua origine jam destituta dignitatem speciei actusque non retinet. Veruntamen, quod nullius aliquando species est, sed accidens semper, pure jam qualitas est solumque qualitas.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙ' ΟΛΩΝ ΚΡΑΣΕΩΣ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER VII.

DE PERMISTIONE PER TOTA.

(184, 185.) [333—338.]

Narratio opinionum trium de mistione, et rationes earum.

Α'. Περὶ τῆς δι' ὅλων λεγομένης τῶν σωμάτων κράσεως ἐπισκεπτέον. Ἆρα ἐνδέχεται ὅλον δι' ὅλου ὑγρὸν ὑγρῷ συμμιχθὲν ἑκάτερον δι' ἑκατέρου, ἢ θάτερον διὰ θατέρου χωρεῖν; διαφέρει γὰρ οὐδὲν ὁποτερωσοῦν εἰ γίγνοιτο. Οἱ μὲν γὰρ τῇ παραθέσει διδόντες ὡς μιγνύντες μᾶλλον ἢ κιρνάντες ἑαυτοῖς, εἴπερ δεῖ τὴν κρᾶσιν ὁμοιομερῆ τὸ πᾶν ποιεῖν· καὶ ἕκαστον μέρος τὸ σμικρότατον ἐκ τῶν κεκρᾶσθαι λεγομένων εἶναι. Οἱ μὲν οὖν τὰς ποιότητας μόνας κιρνάντες, τὴν δὲ ὕλην παρατιθέντες ἑκατέρου τοῦ σώματος καὶ ἐπ' αὐτῶν ἑκάγοντες τὰς παρ' ἑκατέρας ποιότητας, πιθανοὶ ἂν εἶεν τῷ διαβάλλειν τὴν δι' ὅλων κρᾶσιν· τῷ τε εἰς τομὰς τὰ μεγέθη συμβαίνειν τῶν ὄγκων ἴέναι, εἰ μηδὲν διάλειμμα μηδετέρῳ τῶν σωμάτων γίγνοιτο, εἰ συνέχῃς ἔσται ἡ διαίρεσις, τῷ κατὰ πᾶν τὴν διάδυσιν γίγνεσθαι θατέρῳ εἰς θάτερον. Καὶ δὴ ὅταν τὰ κραθέντα μείζω τόπον κατέχῃ ἢ θάτερον, καὶ τοσοῦτον ὅσον συνελθόντα τὸν ἑκατέρου τόπον· καίτοι εἰ δι' ὅλου ὅλον ἦν διελήλυθὸς, τὸν τοῦ ἑτέρου ἔδει φασὶ μένειν τὸν αὐτὸν, εἰς ὃ θάτερον ἐνεβλήθη· οὗ δὲ μὴ μείζων ὁ τόπος γίγνεται, ἀέρος τινὰς ἐξόδους αἰτιῶνται, ἀνθ' ὧν ἐσέδυ θάτερον· καὶ τὸ σμικρὸν δὲ ἐν τῷ μείζονι πῶς ἂν ἐκταθὲν δι' ὅλου χωρήσειε; καὶ πολλὰ ἄλλα λέγουσιν. Οἱ δ' αὖ τὴν δι' ὅλων κρᾶσιν εἰσάγοντες τέμνεσθαι μὲν καὶ μὴ εἰς τομὰς ἀναλίσκεσθαι λέγειν ἂν δύναιντο, καὶ δι' ὅλον τῆς κράσεως γιγνομένης· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἱδρῶτας οὐ τοῦ σώματος τομὰς ποιεῖν οὐδ' αὖ κατατετρῆσθαι φήσουσι. Καὶ γὰρ εἴ τις λέγοι, μηδὲν κωλύειν τὴν φύσιν οὕτω πεποιηκέναι τοῦ διιέναι τοὺς ἱδρῶτας χάριν, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν τεχνητῶν, ὅταν λεπτὰ ᾖ καὶ συνεχῆ, ὁρᾶσθαι τὸ ὑγρὸν δι' ὅλου δεύοντα αὐτὰ καὶ διαῤῥεῖν ἐπὶ θάτερα τὸ ὑγρόν. Ἀλλὰ σωμάτων ὄντων πῶς οἷόν τε τοῦτο γίγνεσθαι, ὡς διιέναι μὴ τέμνοντα, ἐπινοῆσαι οὐ ῥᾴδιον· τέμνοντα δὲ κατὰ πᾶν ἀναιρήσει ἄλληλα δηλονότι. Τὰς δὲ αὔξας ὅταν λέγωσι μὴ γίγνεσθαι πολλαχῶ, διδόασι τοῖς ἑτέροις ἀέρων ἐξόδους αἰτιᾶσθαι. Πρός τε τὴν τῶν τόπων αὔξην, χαλεπῶς μὲν, ὅμως δὲ τί κωλύει λέγειν, συνεισφερομένου ἑκατέρου σώματος, καὶ τὸ μέγεθος μετὰ τῶν ἄλλων ποιοτήτων ἐξ ἀνάγκης τὴν αὔξην γίνεσθαι· μὴ γὰρ μηδὲ τοῦτο ἀπόλλυσθαι, ὥσπερ οὐδὲ τὰς ἄλλας ποιότητας· καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ποιότητος ἄλλο εἶδος μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν, οὕτω καὶ μέγεθος ἄλλο· οὗ δὴ τὸ μίγμα ποιεῖ τὸ ἐξ ἀμφοῖν μέγεθος. Ἀλλ' εἰ ἐνταῦθ' ἂν πρὸς αὐτοὺς οἱ ἕτεροι λέγοιεν, ὡς εἰ μὲν ἡ ὕλη τῇ ὕλῃ παράκειται,

I. Considerandum est de illa corporum permistione, quæ per tota corpora fieri dicitur, utrum fieri possit, ut alter liquor ita cum altero liquore commisceatur, ut totus perfundatur in totum: sive uterque per utrumque, sive alter tantum per alterum penetret. Nihil enim interest, utro id modo fiat. Principio, qui permistionem in quadam appositione collocant, quasi admisceant potius, quam permisceant, dimittendi videntur: siquidem oporteat permistionem reddere totum in singulis partibus quam simillimum, adeo ut vel minima quæque particula ex illis, quæ permista dicuntur, conficiatur. Quicumque vero qualitates solas omnino commiscent, materias vero corporis utriusque apponunt, atque per ipsas undequaque qualitates utriusque perducunt, forsan persuadere possent ex eo, quod reprobari forsan liceat permistionem illam, quæ per tota fieri dicitur. Item ex eo, quod alioquin contingeret, magnitudines molium in sectiones penitus pertransire, si nullum prorsus intervallum in alterutro corporum relinquatur: quandoquidem continua divisio fuerit ex eo, quod alterum toti penitus se insinuet alteri. Præterea ex eo quoque persuaderent, quod sæpe, quæ mista sunt, majorem simul, quam alterum e duobus, occupant locum, tantumque locum, quantum, si cohæserint, ab utrisque locus impletur. Atqui si totum per totum prorsus ingrederetur, aiunt oportere locum alterius eundem permanere atque prius, in quem alterum sit conjectum. Ubi autem locus duo comprehendens mista amplior non evadit, adducunt in causa exhalationes quasdam aeris, quarum vice alterum est ingressum. Denique pro sua opinione adducunt, quando minus corpus majori se inserit. Interrogant enim, quomodo fieri possit, ut minus hoc adeo extendatur, ut per totum majus esse effundat: alia præterea multa similiter in medium adducere solent. Qui autem permistionem per totum utrumque corpus inducunt, videntur posse dicere, distribui quidem corpora, neque in sectiones absumi, etiam ubi permistio per tota conficitur. Quandoquidem et sudores sectiones non inferant corpori, neque rursus ibi aliquid perforetur. Jam vero et si quis objecerit, nihil prohibere ita naturam instituisse, quo sudor facilius exundaret, attamen addent in artificiis [*arte factis*] quibusdam, quando tenuia continuaque sunt, videri ea sæpe per totum humore madentia instillantiaque, atque in alteram partem humorem inde transfluere. At vero cum hæc corpora sint, haud facile intellectu est, qua ratione fieri possit, ut alterum absque incisione pertranseat alterum. Sin autem per totum mutuo dividantur, procul dubio se mutuo destruunt. Deinde quando aiunt, sæpe ex duorum corporum congressione in mole non fieri augmentum, concessuri videntur aliis exhalationes aeris in causa assignare. Sed ad locorum augmentum difficile quidem, nihil tamen prohibet dicere, ubi utrumque corpus mutuo insinuatum est, magnitudinem quoque una cum ceteris qualitatibus necessario augeri. Neque enim hanc ipsam perdi, quemadmodum neque ceteræ qualitates, et quemadmodum alia ibi species qualitatis provenit ex utrisque commista, sic et aliam magnitudinem, ubi profecto mistura ex utrisque conficit magnitudinem. Verum hic forsan adversum hos sic alii dicerent: si materia materiæ adjacet, molesque moli, quam

καὶ ὄγκος τῷ ὄγκῳ, ᾧ σύνεστι τὸ μέγεθος, τὸ ἡμέτερον ἂν λέγοιτε· εἰ δὲ δι' ὅλου καὶ ἡ ὕλη μετὰ τοῦ ἐπ' αὐτῇ πρώτως μεγέθους, οὕτως ἂν γένοιτο, οὐχ ὡς γραμμὴ γραμμῇ ἐφεξῆς ἂν κέοιτο, κατὰ τὰ πέρατα τοῖς σημείοις ἑαυτῶν συνάψαι, οὗ δὴ αὔξη ἂν γίγνοιτο, ἀλλ' ἐκείνως ὡς ἂν γραμμὴ γραμμῇ ἐφαρμοσθείη, ὥστε αὔξην μὴ γίγνεσθαι· τὸ δὲ ἔλαττον διὰ παντὸς τοῦ μείζονος, καὶ μεγίστου τὸ μικρότατον, καὶ ἐφ' ὧν φανερὸν ὅτι κίρναται. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἀδήλων ἔξεστι λέγειν, μὴ εἰς πᾶν φθάνειν, ἀλλ' ἐφ' ὧν γε φανερῶς συμβαίνει, λέγοιτ' ἂν [λέγοιεν] ἐκτάσεις τῶν ὄγκων, οὐ σφόδρα πιθανὰ λέγοντες, εἰς τοσοῦτον τὸν σμικρότατον ὄγκον ἐκτείνοντες· οὐδὲ γὰρ μεταβάλλοντες τὸ σῶμα μέγεθος αὐτῷ πλέον διδόασιν, ὥσπερ εἰ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γίγνοιτο.

comitatur et magnitudo, pro nostra opinione istud adducitis : sin autem materia una cum magnitudine, quæ et prius erat in ipsa, per totam alteram molem ingrediatur, sic utique fiet, non perinde ac si linea deinceps lineæ juxta terminos ipsarum punctis conjungatur, ubi potest fieri augmentum : sed illo, inquam, potius modo fiet, veluti si ita inseratur linea lineæ, ut nullum proveniat incrementum. Postremo contra hos afferebatur : impossibile videri minus corpus per totum majus se porrigere, præsertim minimum quodque per maximum, ubi videlicet constet mistionem esse peractam. Profecto, ubi non satis exploratum est, talia simul omnino confundi, licet objicere, minimum per totum maximum non percurrere. Ubi vero evidenter id sit compertum, assignari poterunt quædam molium ipsarum extensiones : quamvis non satis probabilia dicant, qui molem quam minimam in molem amplissimam protendere moliuntur, præsertim cum magnitudinem corpori tribuant ampliorem, neque tamen ipsum ita transmutent, sicut si ex aqua aer efficiatur.

Corpora in mistione cum per molem, tum per qualitatem corporibus penitus commiscerí.

Β'. Τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐφ' αὑτοῦ ζητητέον, τί συμβαίνει, ὅταν, ὅσπερ ἦν ὄγκος ὕδατος, ἀὴρ γίγνηται, πῶς τὸ μεῖζον ἐν τῷ γενομένῳ· νῦν δὲ τὰ μὲν εἰρήσθω πολλῶν καὶ ἄλλων παρ' ἑκατέρων λεγομένων. Ἡμεῖς δὲ ἐφ' ἑαυτῶν σκοπῶμεν, τί χρὴ λέγειν περὶ τούτου, τίς δόξα σύμφωνος τοῖς λεγομένοις, ἢ καὶ τίς ἄλλη παρὰ τὰς νῦν λεγομένας φανεῖται. Ὅταν τοίνυν διὰ τοῦ ἐρίου ῥέῃ τὸ ὕδωρ, ἢ βίβλος ἐκστάζῃ τὸ ἐν αὐτῇ ὕδωρ, πῶς οὐ τὸ πᾶν ὑδάτινον σῶμα δίεισι δι' αὐτῆς; ἢ καί, ὅταν μὴ ῥέῃ, πῶς συνάψομεν τὴν ὕλην τῇ ὕλῃ, καὶ τὸν ὄγκον τῷ ὄγκῳ; τὰς δὲ ποιότητας μόνον ἐν συγκράσει ποιησόμεθα; Οὐ γὰρ δὴ ἔξω τῆς βίβλου ἡ τοῦ ὕδατος ὕλη παρακείσεται, οὐδ' αὖ ἔν τισι διαστήμασιν αὐτῆς· πᾶσα γὰρ ὑγρά ἐστι, καὶ οὐδαμοῦ ὕλη κενὴ ποιότητος. Εἰ δὲ πανταχοῦ ἡ ὕλη μετὰ τῆς ποιότητος, πανταχοῦ τῆς βίβλου τὸ ὕδωρ, ἢ οὐ τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἡ τοῦ ὕδατος ποιότης· ἀλλὰ ποῦ ὄντα τοῦ ὕδατος. Πῶς οὖν οὐχ ὁ αὐτὸς ὄγκος; ἢ ἐξέτεινε τὴν βίβλον τὸ προστεθέν· ἔλαβε γὰρ μέγεθος παρὰ τοῦ εἰσελθόντος· ἀλλ' εἰ ἔλαβε, προσετέθη τις ὄγκος· εἰ δὲ προσετέθη, οὐ κατεπόθη ἐν τῷ ἑτέρῳ· δεῖ οὖν ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ τὴν ὕλην εἶναι. Ἢ τί κωλύει, ὥσπερ δίδωσι τῆς ποιότητος καὶ λαμβάνει σῶμα θάτερον παρὰ θατέρου, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μεγέθους. Ποιότης μὲν γὰρ ποιότητι συνελθοῦσα, οὐκ ἐκείνη οὖσα, ἀλλὰ μετ' ἄλλης, ἐν τῷ μετ' ἄλλης εἶναι, οὐ καθαρὰ οὖσα, οὐκ ἔστι παντελῶς ἐκείνη, ἀλλ' ἠμαύρωται· μέγεθος δὲ συνελθὸν ἄλλῳ μεγέθει, οὐκ ἀφανίζεται· τὸ δὲ τὸ σῶμα χωροῦν διὰ σώματος πάντως τομὰς ποιεῖν πῶς λέγεται, ἐπιστήσειεν ἄν τις· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ τὰς ποιότητας [τὰς] διὰ τῶν σωμάτων χωρεῖν λέγομεν, καὶ οὐ τομὰς ποιεῖν, ἢ ὅτι ἀσώματοι. Ἀλλ', εἰ ἡ ὕλη καὶ αὐτὴ ἀσώματος, διὰ τί τῆς ὕλης ἀσωμάτου οὔσης καὶ τῶν ποιοτήτων, εἰ τοιαῦται εἶεν ὡς ὀλίγαι εἶναι, οὐ μετὰ τῆς ὕλης τὸν αὐτὸν τρόπον διίασι; μὴ διιέναι δὲ τὰ στερεά, ὅτι τοιαύτας ἔχει τὰς ποιότητας, ὡς κωλυθῆναι διιέναι· ἢ πολλὰς ὁμοῦ ἀδυνατεῖν μετὰ τῆς ὕλης ποιεῖν τοῦτο; Εἰ μὲν οὖν τὸ πλῆθος τῶν ποιοτήτων τὸ πυκνὸν λεγόμενον σῶμα ποιεῖ, τὸ πλῆθος ἂν εἴη αἴτιον· εἰ δὲ πυκνὸν ἰδία ποιότης ἐστίν,

II. Hoc autem ipsum inquisitionem propriam exigit : quidnam contingat, quando, quæ fuerat moles aquæ, fit aer : quo videlicet modo amplior in eo, quod gignitur, moles efficiatur. In præsentia vero hæc hactenus pauca e multis, quæ pro utraque opinione adduci solent, dicta fuerint. Nos autem [ipsi seorsum] his in rebus investigemus, quid sit potissimum asserendum, utra opinio rationi magis consentanea sit : et numquid alia quædam sententia, præter dictas, appareat. Principio, quando per lanam fluit aqua, aut lana vel papyrus aquam, quam ebibit, exstillat, cur non totum aquæ corpus per ipsam effluendo pertransit? Aut etiam, quando non effluit, quo pacto materiam materiæ conjungemus molemque moli? Num qualitates solas confundi invicem concedemus? Sane non extra bombycem aquæ materia illic apponitur, neque in quibusdam duntaxat intervallis : tota enim madet, nec usquam materia est vacua qualitate. Quodsi ubique materia est una cum qualitate, nimirum per totam bombycem est aqua. Aut si non sit ibi aqua, sed qualitas aquæ, quærendum est, ubinam ipsa sit aqua. Quidnam igitur prohibet, quin eadem ibi sit moles? Fortasse, quod adjunctum est, extendit bombycem. Accepit enim ab eo, quod ingressum est, magnitudinem. At si accepit, moles quædam est addita : sin autem addita est atque apposita, nequaquam in altero imbibita est : oportet itaque in alio atque alio situ materiam esse. Fortasse etiam nihil prohibet, quemadmodum ab altero corpore alterum accipit qualitatem, sic etiam accipere magnitudinem. Sane qualitas differens cum qualitate congrediens, ob id ipsum, quod cum altera jam conflata est, nequaquam permanet pura, neque, quæ erat, est omnino [*l.* neque est omnino illa], sed jam deleta vel obscurata : magnitudo vero concurrens cum magnitudine non deletur vel obscuratur. Ad id autem, quod dicitur, corpus progrediens per corpus sectiones prorsus efficere, quo pacto dicatur, aliquis objicere potest : quandoquidem et nos qualitates per corpora se propagare concedimus, neque tamen facere sectiones. Sed forsan non facere dixerit quispiam, quoniam incorporeæ sunt At vero si materia ipsa quoque incorporea est, sicut incorporeæ qualitates : quidnam prohibet paucas quasdam qualitates una cum materia penitus per corpus aliud penetrare, solida vero non penetrare, quoniam tales habeant qualitates, ut penetrationem ipsam impediant : vel fortasse multas simul qualitates non posse dicemus una cum materia id efficere. Verum si multitudo qualitatum densum corpus efficeret, multitudo utique causa foret : sin autem densitas propria quædam qualitas est, sicut et corporeit-

ὥσπερ καὶ ἣν λέγουσι σωματότητα, ἰδία ποιότης· ὥστε οὐχ ἧ ποιότητες τὴν μίξιν ποιήσονται, ἀλλ' ἧ τοιαίδε. Οὐδ' αὖ ἡ ὕλη ᾗ ὕλη οὐ μιχθήσεται, ἀλλ' ᾗ μετὰ τοιᾶσδε ποιότητος· καὶ μάλιστα εἰ μέγεθος οἰκεῖον οὐκ ἔχει, ἀλλ' εἰ μὴ ἀποβαλοῦσα τὸ μέγεθος. Ταῦτα μὲν οὖν ἔστω καὶ οὕτω διηπορημένα.

ipsa est propria qualitas, fortasse neque qualitates, qua ratione qualitates sunt, conficient mistionem, sed qua certæ quædam sunt qualitates. Neque rursus materia, qua materia est, respuet mixtionem, sed qua cum tali quadam est qualitate : idque præsertim si nullam habeat magnitudinem, videlicet ut neque propriam sibi vindicet, neque venientem ullam natura rejiciat. De his itaque hactenus sic fuerit dubitatum.

Quomodo definiatur corpus atque corporeitas.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ ἐμνήσθημεν σωματότητος, ἐπισκεπτέον, πότερα ἡ σωματότης ἐστὶ τὸ ἐκ πάντων συγκείμενον, ἢ εἶδός τι ἡ σωματότης, καὶ λόγος τις, ὃς ἐγγιγνόμενος τῇ ὕλῃ σῶμα ποιεῖ. Εἰ μὲν οὖν τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τὸ ἐκ πασῶν τῶν ποιοτήτων σὺν ὕλῃ, τοῦτο ἂν εἴη ἡ σωματότης· καὶ εἰ λόγος δὲ εἴη, ὃς προσελθὼν ποιεῖ τὸ σῶμα, δηλονότι ὁ λόγος ἐμπεριλαβὼν ἔχει τὰς ποιότητας ἁπάσας· δεῖ δὲ τὸν λόγον τοῦτον, εἰ μὴ ἔστιν ἄλλως ὥσπερ ὁρισμὸς δηλωτικὸς τοῦ τί ἐστι τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ λόγος ποιῶν πρᾶγμα, μὴ τὴν ὕλην συμπεριειληφέναι, ἀλλὰ περὶ ὕλην λόγον εἶναι, καὶ ἐγγιγνόμενον ἀποτελεῖν τὸ σῶμα, καὶ εἶναι μὲν τὸ σῶμα ὕλην καὶ λόγον ἐνόντα, αὐτὸν δὲ εἶδος ὄντα ἄνευ ὕλης ψιλὸν θεωρεῖσθαι, κἂν ὅτι μάλιστα ἀχώριστος αὐτὸς ᾖ. Ὁ γὰρ χωριστὸς ἄλλος ὁ ἐν νῷ· ἐν νῷ δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸς νοῦς· ἀλλὰ ταῦτα ἄλλοθι.

III. Quoniam vero de corporeitate fecimus mentionem, perscrutandum est, utrum ipsa corporeitas sit quiddam ex cunctis compositum, an potius sit species et ratio quædam, quæ infusa materiæ corpus efficiat. Profecto si corpus est hoc ipsum ex cunctis qualitatibus una cum materia congregatum, id utique corporeitas erit. Atqui si ratio est, quæ accedens efficit corpus, nimirum ratio complectens cunctas continet qualitates. Oportet autem ejusmodi rationem, si non est omnino qualis ratio definiens quid res quæque sit, sed ratio rem ipsam faciens, nequaquam intus complecti materiam, sed potius circa materiam rationem esse, atque infusam facere corpus. Esse præterea corpus materiam simul rationemque infusam : ipsam vero rationem, cum sit species, considerari posse absque materia nudam, vel si quam maxime inseparabilis sit a materia. Ipsa vero ratio separata alia est atque in mente : in mente, inquam ; quoniam et ipsa mens est. Sed de his alibi.

ΕΝΝΕΛΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Η.

ΠΕΡΙ ΟΡΑΣΕΩΣ, Η ΠΩΣ ΤΑ ΠΟΡΡΩ ΜΙΚΡΑ ΦΑΙΝΕΤΑΙ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER VIII.

DE VISU, VEL QUARE REMOTA PROCUL A NOBIS PARVA VIDEANTUR.

Rationes aliorum duæ, et Plotini duæ: cur remotiora videantur minora.

Α'. Ἆρα τὰ πόρρω φαίνεται ἐλάττω, καὶ τὰ πολὺ ἀφεστηκότα ὀλίγον δοκεῖ ἔχειν τὸ μεταξύ, τὰ δὲ ἐγγύθεν, ἡλίκα ἐστί, φαίνεται, καὶ ὅσην ἔχει τὴν ἀπόστασιν; Ἐλάττω μὲν δοκεῖ τοῖς ὁρῶσι τὰ πόρρω, ὅτι συναιρεῖσθαι πρὸς τὴν ὄψιν ἐθέλει καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς κόρης τὸ φῶς· καὶ ὅσῳ ἂν πόρρω ἡ ὕλη ᾖ τοῦ ὁρωμένου, τόσῳ τὸ εἶδος οἷον μεμονωμένον ἀφικνεῖται, γιγνομένου καὶ τοῦ πηλίκου εἴδους καὶ αὐτοῦ καὶ ποιοῦ, ὡς τὸν λόγον αὐτοῦ ἀφικνεῖσθαι μόνον· ἢ καὶ ὅτι τὸ μὲν μέγεθος ἐν διεξόδῳ καὶ ἐπελεύσει καθ' ἕκαστον μέρος ὅσον ἐστὶν αἰσθανόμεθα. Παρεῖναι οὖν δεῖ αὐτὸ καὶ πλησίον εἶναι, ἵνα γνωσθῇ ὅσον· ἢ καὶ ὅτι κατὰ συμβεβηκὸς ὁρᾶται τὸ μέγεθος, τοῦ χρώματος πρώτως θεωρουμένου. Πλησίον μὲν οὖν, ὅσον κέχρωσται, γινώσκεται, πόρρω δέ, ὅτι κέχρωσται, τὰ δὲ μέρη κατὰ ποσὸν συνδιαιρούμενα οὐκ ἀκριβῆ δίδωσι τὴν τοῦ ποσοῦ διάγνωσιν· ἐπεὶ καὶ τὰ χρώματα αὐτὰ ἀμυδρὰ προσέρχεται. Τί οὖν θαυμαστόν, εἰ καὶ τὰ μεγέθη ὥσπερ καὶ αἱ φωναὶ ἐλάττους, ὅσῳ ἂν τὸ εἶδος αὐτῶν ἀμυδρὸν ᾖ; εἶδος γὰρ κἀκεῖ ἡ ἀκοὴ ζητεῖ. Τὸ δὲ μέγεθος κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθάνεται· ἀλλὰ περὶ τῆς ἀκοῆς εἰ τὸ μέγεθος κατὰ συμβεβηκὸς, τίνι γὰρ πρώτως τὸ ἐν τῇ φωνῇ μέγεθος, ὥσπερ δοκεῖ τῇ ἁφῇ τὸ ὁρώμενον, ἢ τὸ δοκοῦν μέγεθος ἡ ἀκοή, οὐ κατὰ τὸ ποσὸν, ἀλλὰ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, οἷον τὸ σφόδρα· ὡς καὶ ἡ γεῦσις τὸ σφόδρα τοῦ γλυκέος οὐ κατὰ συμβεβηκός. Τὸ δὲ κυρίως μέγεθος φωνῆς, τὸ ἐφ' ὅσον· τοῦτο δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἐκ τοῦ σφόδρα σημήνειεν ἂν, οὐκ ἀκριβῶς δέ. Τὸ μὲν γὰρ σφόδρα ἑκάστῳ τὸ αὐτὸ, τὸ δὲ εἰς πλῆθος εἰς ἅπαντα τὸν τόπον, ὃν ἐπέσχεν. Ἀλλ' οὐ σμικρὰ τὰ χρώματα, ἀλλὰ ἀμυδρὰ, τὰ δὲ μεγέθη σμικρά· ἢ ἐν ἀμφοτέροις κοινὸν τὸ ἧττον ὅ ἐστι· χρῶμα μὲν οὖν τὸ ἧττον ἀμυδρὸν, μέγεθος δὲ τὸ ἧττον σμικρὸν, καὶ ἑπόμενον τῷ χρώματι τὸ μέγεθος ἀνάλογον ἠλάττωται. Σαφέστερον δὲ ἐπὶ τῶν ποικίλων γίγνεται τὸ πάθος· οἷον ὀρῶν ἐχόντων πολλὰς οἰκήσεις καὶ δένδρων πλῆθος, καὶ ἄλλα πολλὰ, ὧν ἕκαστον, εἰ μὲν ὁρῷτο, εἴδωσιν ἐκ τῶν ὁρωμένων ἑκάστων μετρεῖν τὸ ὅλον. Τοῦ δὲ εἴδους καθ' ἕκαστον οὐκ ἰόντος ἀπεστέρηται τοῦ καθ' ἕκαστον ὄψις, μετροῦσα τὸ ὑποκείμενον μέγεθος, τὸ πᾶν ὅσον ἐστὶ γινώσκειν· ἐπεὶ καὶ τὸ πλησίον ὅταν ποικίλα ᾖ, ἀθρόως δὲ γίγνηται ἡ ἐπιβολὴ πρὸς αὐτὰ, καὶ μὴ πάντα τὰ εἴδη ὁρῷτο, ἐλάττω ἂν φανείη κατὰ λόγον, ὅσον ἂν ἕκαστον κλαπῇ ἐν τῇ θέᾳ· ὅταν δὲ πάντα ὀφθῇ,

I. Quare, quæ procul a nobis sunt, minora videntur? et, quæ longo spatio separata sunt, parvo distare spatio nobis apparent? quæ vero prope nobis occurrunt, quanta sint, apparent, et quantum habeant intervallum? An minora quidem videntur aspicientibus, quæ sunt procul: quoniam lumen ad visum et ad magnitudinem pupillæ quodammodo desiderat colligi? Et quatenus rei visibilis remota materia est, eatenus species quasi sub materia nulaque speciei forma pervenit. Atqui et quantitas et qualitas species quædam est. Atque ita quasi ratio hujus sola pervenit. An forte etiam, quia, quanta sit magnitudo, sentimus in quadam secundum quamlibet partem gradatim facta discursione [*f.* percursione et adventu]? Adesse igitur hanc oportet; atque adesse prope, ut, quanta sit cognoscatur. Num et quia secundum accidens cernitur magnitudo, cum color primo cernatur? Cominus itaque, quantum coloratum est, discernitur, eminus autem quantaxat, coloratum esse: partes vero secundum quantitatem condistributæ non exactam quantitatis notitiam afferunt: quando et colores ipsi debiles tenuesque veniunt. Quid ergo mirum, si etiam magnitudines quemadmodum et voces apparent minores: quatenus earum species exilis ac debilis advenit? Nempe ibi quoque speciem auditus affectat. Magnitudo vero ex accidenti percipitur. Verum quantum ad auditum spectat, si magnitudo sentitur secundum accidens, cuinam potentiæ patet primum magnitudo, quæ est in voce, quemadmodum apparet tactui, quod est visibile aut certe quod apparet magnitudo auditus, percipit, non secundum quantum, sed secundum majus ac minus: neque secundum accidens, ubi videlicet percipit tanquam vehemens: sicut et gustus dulcedinis vehementiam non per accidens percipit. Principalis autem et proprie dicta magnitudo vocis protensio quædam est in quantum: hanc vero secundum accidens ex ipsa vehementia designari contingit: veruntamen non exacte. Vehementia sane cujusque naturæ idem est [atque ipsa natura]: progressio vero in multitudinem secundum protensionem in omnem locum, qui impletur, consideratur. At enim non parvi colores, sed debiles sunt: magnitudines vero parvæ. Fortasse vero utrisque commune est, quod minus esse in eo, quod est, dici solet. Color quidem id, quod minus dicitur, habet in eo, quod debilis et caducus. Magnitudo autem, id est dimensio, ipsum, quod minus dicitur, habet in eo, quod parva. Nempe magnitudo colorem sequens consequenti quadam proportione minuitur. Manifestior autem in spectaculis, quæ varia sunt, fit ejusmodi passio quemadmodum in spectaculo montium habitationes multas arboresque habentium aliaque permulta: quorum quodlibet, si perspicitur, efficit, ut ex inspectis singulis totum metiri possis. At ubi species ex singulis non accedit, oculus non habet, quomodo, quantum sit totum, cognoscat metiens videlicet secundum unamquamque speciem supositam magnitudinem. Quoniam et quæ prope sunt quando sunt varia, intuitus autem simul in cuncta repente se vertit, adeo, ut non omnes species discernantur, solea minora videri pro rata ratione, quatenus videlicet species quælibet contenti defraudat: sed quando species singula

ἀκριβῶς μετρηθέντα, ὅσα ἐστὶ, γιγνώσκεται. Ὅσα δὲ τῶν μεγεθῶν ὁμοειδῆ ὁμοιόχροα ὄντα, ψεύδεται καὶ ταῦτα, τὸ ποσὸν αὐτῆς οὐ κατὰ μέρος πάνυ τι μετρεῖν δυναμένης τῆς ὄψεως, ὅτι ἀπολισθάνει κατὰ μέρος μετροῦσα, ὅτι μὴ ἔχει ἵστασθαι καθ' ἕκαστον μέρος τῇ διαφορᾷ· ἐγγύθεν δὲ τὸ πόρρω, ὅτι μεταξὺ συναιρεῖται, ὅσον ἐστὶ, κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Τὸ μὲν γὰρ πλησίον ἐστὶν αὐτοῦ ὅσον οὐ λανθάνει, διὰ τὰ αὐτά· οὐ διεξελεύσασα δὲ τὸ πόρρω τοῦ διαστήματος, οἷον ἐστὶ κατ' εἶδος, οὐκ ἂν δύναιτο, οὐδ' ὅσον ἐστὶ κατὰ μέγεθος, εἰπεῖν.

perspicue discernuntur, tunc recte magnitudinis mensura censetur. Quæcumque vero magnitudines ex uno coloro uniformes occurrunt, quantitatis judicium maxime fallunt: quippe cum visus non facile possit per partes discrete metiri: sed in metiendo secundum partem ultra repente labatur, non habens videlicet, qua differentiæ via in singulis partibus progressum sistere possit. Prope autem situm esse videtur, quod longe remotum est, quoniam medium spatium secundum eandem causam, quantum est, colligi solet. Quod enim est propinquum, quantum sit, non latet, easdem ob causas. At ubi visus non discurrit distantiæ longitudinem qualis est secundum speciem, nimirum neque, quantum sit magnitudine, metiri potest.

Quod non propter minores angulos videantur minora, quæ remotiora sunt.

Β'. Τὸ δὲ κατὰ τὰς τῆς ὄψεως γωνίας ἐλάττους εἴρηται μὲν καὶ ἐν ἄλλοις, ὡς οὐκ ἔστι, καὶ νῦν δὲ ἐκεῖνο λεκτέον, ὡς ὁ λέγων ἔλαττον φαίνεσθαι ἐλάττονι γωνίᾳ καταλείπει τὴν λοιπὴν ἔξωθέν τι ὁρῶσαν, ἢ ἄλλο τι, ἢ ὁν τι ἔξωθεν ὅλως, οἷον ἀέρα. Ὅταν οὖν μηδὲν καταλείπῃ τῷ πολὺ εἶναι τὸ ὄρος, ἀλλ' ἢ ἰσάζῃ, καὶ μηκέτι ἄλλο οἷόν τε ᾖ αὐτῇ ὁρᾶν, ἅτε τοῦ διαστήματος αὐτῆς συναρμόσαντος τῷ ὁρωμένῳ, ἢ καὶ ὑπερτείνῃ τὸ ὁρώμενον ἑφ' ἑκάτερα τὴν τῆς ὄψεως προσβολὴν, τί ἂν τις ἐνταῦθα λέγοι, ἐλάττονος μὲν, ἢ ἔστι, πολλῷ φαινομένου τοῦ ὑποκειμένου, πάσῃ δὲ τῇ ὄψει ὁρωμένου; εἰ δὲ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ θεωροῖ, ἀναμφισβητήτως μάθοι ἄν τις. Πᾶν μὲν γὰρ τὸ ἡμισφαίριον οὐκ ἂν τις ὁρᾷν μιᾷ προσβολῇ δύναιτο, οὐδὲ ἐπὶ τοσοῦτον χυθῆναι ἡ ὄψις, μέχρις αὐτοῦ ἐκτεινομένη. Ἀλλ' εἴ τις βούλεται, δεδόσθω. Εἰ οὖν πᾶσα μὲν περιλαβε πᾶν, πολλαπλάσιον δὲ τὸ μέγεθος τοῦ φαινομένου ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, τοῦ ἐλαττον πολλῷ ἢ ἔστι φαίνεσθαι, πῶς ἂν ἐλάττωσιν γωνίας τοῦ ἐλάττω φαίνεσθαι τὰ πόρρω αἰτιῷτο;

II. Quod autem dicitur a nonnullis, quæ procul distant, idcirco videri minora, quoniam per minores visionis angulos videantur, dictum est et alibi esse falsum, et in præsentia sic est confutandum. Profecto, qui ait, per minorem angulum objectum videri minus, relinquit reliquum visum, sive angulum aliquid extra videntem: videlicet vel aliud quiddam visibile, vel saltem nonnihil extrinsecus, velut aerem. Quando igitur nihil relinquit, ex eo, quod mons sit ingens, sed vel adæquat, neque aliud quidquam visu ercipi potest. Quippe cum ipsius spatium accommodetur objecto: vel etiam superexcedat objectum utrimque visionis intuitum. Quidnam hic aliquis respondebit? quandoquidem objectum ipsum multo minus, quam sit, appareat, et omni visu conspiciatur. Quodsi in cælum suspiciat, procul dubio id quivis intelliget. Nam alioquin non posset quisquam uno quodam ictu totum simul hemisphærium contueri: neque in tantum aspectus diffundi, eousque prorsus extentus. Veruntamen, si quis id affectaverit, detur. Si igitur omnis quidem visus comprehendit totum, est autem in cælo magnitudo longissime amplior apparente, quanam ratione quis causam assignabit, ob quam adeo minus appareat, per illos minores angulos, quos in causa esse, ut remotiora nobis minora videantur, affirmare consueverunt?

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β

ΛΟΓΟΣ Θ.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΓΝΩΣΤΙΚΟΥΣ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER IX.

CONTRA GNOSTICOS.

(193,2'xi.)

[358—360.]

Tria tantum principia sunt : ipsum bonum, mens, anima.

Α'. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἁπλῆ φύσις καὶ πρώτη, πᾶν γὰρ τὸ οὐ πρῶτον οὐχ ἁπλοῦν, καὶ οὐδὲν ἔχον ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἕν τι, καὶ τοῦ ἑνὸς λεγομένου ἡ φύσις, ἡ αὐτή. Καὶ γὰρ αὕτη οὐκ ἄλλο εἶτα ἕν· οὐδὲ τοῦτο ἄλλο, εἶτα ἀγαθόν, ὅταν λέγωμεν τὸ ἕν, καὶ ὅταν λέγωμεν τἀγαθόν, ταύτην δεῖ νομίζειν τὴν φύσιν καὶ μίαν λέγειν, οὐ κατηγοροῦντας ἐκείνης οὐδέν, δηλοῦντας δὲ ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οἷόν τε. Καὶ τὸ πρῶτον δὲ οὕτως, ὅτι ἁπλούστατον· καὶ τὸ αὐταρκες, ὅτι οὐκ ἐκ πλειόνων· οὕτω γὰρ ἀναρτηθήσεται εἰς τὰ ἐξ ὧν· καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ, ὅτι πᾶν τὸ ἐν ἄλλῳ καὶ παρ' ἄλλου. Εἰ οὖν μηδὲ παρ' ἄλλου, μηδὲ ἐν ἄλλῳ, μηδὲ σύνθεσις μηδεμία, ἀνάγκη μηδὲν ὑπὲρ αὐτὸ εἶναι· οὐ τοίνυν δεῖ ἐφ' ἑτέρας ἀρχὰς ἰέναι, ἀλλὰ τοῦτο προστησαμένους, εἶτα νοῦν μετ' αὐτό, καὶ τὸ νοοῦν πρώτως, εἶτα ψυχὴν μετὰ νοῦν· αὕτη γὰρ τάξις κατὰ φύσιν, μήτε πλείω τούτων τίθεσθαι ἐν τῷ νοητῷ, μήτε ἐλάττω· εἴτε γὰρ ἐλάττω, ἢ ψυχὴν καὶ νοῦν ταὐτὸ φήσουσιν, ἢ νοῦν καὶ τὸ πρῶτον· ἀλλ' ὅτι ἕτερα ἀλλήλων, ἐδείχθη πολλαχῇ. Λοιπὸν δὲ ἐπισκέψασθαι ἐν τῷ παρόντι, εἰ πλείω τῶν τριῶν τούτων, τίνες ἂν οὖν εἶεν φύσεις παρ' αὐτάς. Τῆς τε γὰρ λεχθείσης οὕτως ἔχειν ἀρχῆς τῆς πάντων οὐδεὶς ἂν εὕροι ἁπλουστέραν, οὐδὲ ἐπαναβεβηκυῖαν ἡντιναοῦν· οὐ γὰρ δὴ τὴν μὲν δυνάμει, τὴν δὲ ἐνεργείᾳ φήσουσι. Γελοῖον γὰρ ἐν τοῖς ἐνεργείᾳ οὖσι καὶ ἀΰλοις τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ διαιρουμένους φύσεις ποιεῖσθαι πλείους· ἀλλ' οὐδ' ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα οὐδ' ἐπινοεῖν τὸν μέν τινα νοῦν ἐν ἡσυχίᾳ τινί, τὸν δέ, οἷον κινούμενον. Τίς γὰρ ἂν ἡσυχία νοῦ, καὶ τίς κίνησις καὶ προφορὰ ἂν εἴη; ἢ τίς ἀργία, καὶ τοῦ ἑτέρου τί ἔργον; Ἔστι γὰρ ὥς ἐστι, νοῦς ἀεὶ ὡσαύτως ἐνεργείᾳ κείμενος ἑστώσῃ· κίνησις δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ περὶ αὐτόν, ψυχῆς ἤδη ἔργον, καὶ λόγος ἀπ' αὐτοῦ εἰς ψυχήν, ψυχὴν νοερὰν ποιῶν, οὐκ ἄλλην τινὰ μεταξὺ νοῦ καὶ ψυχῆς φύσιν. Οὐ μὴν οὐδὲ διὰ τοῦτο πλείους νοῦς ποιεῖν, εἰ ὁ μὲν νοεῖ, ὁ δὲ νοεῖ ὅτι νοεῖ· καὶ γὰρ εἰ ἄλλο τὸ ἐν τούτοις νοεῖν, ἄλλο δὲ τὸ νοεῖν ὅτι νοεῖ· ἀλλ' οὖν μία προσβολὴ οὐκ ἀναίσθητος τῶν ἐνεργημάτων ἑαυτῆς. Γελοῖον γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀληθινοῦ νοῦ τοῦτο ὑπολαμβάνειν· ἀλλὰ πάντως γε ὁ αὐτὸς ἔσται, ὅσπερ ἐνόει, ὁ νοῶν ὅτι νοεῖ· εἰ δὲ μή, ὁ μὲν ἔσται νοῶν μόνον, ὁ δὲ ὅτι νοεῖ νοῶν, ἄλλου ὄντος, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ τοῦ νενοηκότος. Ἀλλ' εἰ ἐπινοίᾳ φήσουσι, πρῶτον μὲν τῶν πλειόνων ὑποστάσεων ἀποστήσονται· ἔπειτα δεῖ σκοπεῖν εἰ καὶ

I. Quoniam ex aliis disputationibus nobis constat, ipsius boni naturam esse simplicem atque primam : nisi enim prima esset, simplex esse non posset : constitit et in se ipsa nihil habere, sed unum esse duntaxat, atque etiam ipsius, quod dicitur unum, eandem esse naturam. Etenim hæc non prius quidem aliud quiddam est, deinde insuper unum : neque ipsum bonum aliud quiddam est, et præterea bonum. Cum, inquam, ita sit, nimirum quando dicimus unum, et quando dicimus ipsum bonum, intelligendum est, unam nos eandemque naturam significare : adeo ut nihil de illa prædicemus omnino, sed nobis ipsis potius illam, quoad possumus, designemus. Atqui et primum idcirco dicitur, quoniam simplicissimum : item se ipso sufficiens, quoniam non constat ex pluribus : alioquin in ea, ex quibus componitur, referretur. Rursus non est in alio : quoniam, quicquid est in alio, est et ab alio. Itaque si neque ab alio, neque in alio, neque ulla in eo est compositio, necesse est, eo nihil esse superius. Quam ob rem non est conandum in alia principia se conferre, sed hoc præposito, intellectum deinde, quodve primo intelligit, mox animam post intellectum collocare debemus ; hic enim naturalis ordo est, ideoque neque his plura neque pauciora in genere intelligibili decet connumerare : nempe si qui pauciora ponant, vel animam et intellectum omnino idem esse dicent, vel intellectum idem prorsus atque primum. Hæc autem inter se esse diversa, sæpe est demonstratum. Reliquum vero est in præsentia perscrutari, si plura quam hæc tria sint, quænam præter has naturæ sint. Profecto cum ipsum universi principium ita, ut modo dicebamus, se habeat : nemo principium ullum simplicius et excelsius poterit invenire. Non enim principium quidem alterum in potentia, alterum in actu audebunt ponere. Ridiculum namque est, in his, quæ in actu et absque materia sunt, per distinctionem quandam, potentia actuque distributam, naturas plures inducere : sed neque etiam in sequentibus commentari licet, intellectum quidem alterum in quiete quadam positum, alterum vero velut in motu. Quænam enim intellectus quies? quisve motus atque progressio, sive prolatio? Rursus quod hujus otium, quodve opus alterius? Est enim sicut est intellectus, eodem modo semper in actu stabili constitutus : motus autem vel ad ipsum vel circa ipsum jam animæ est officium. Atqui et ratio ab intellectu in animam usque procedens, animam reddit intellectualem, neque aliam quandam adducit naturam intellectus et animæ mediam. Proinde neque ob id intellectus decet plures inducere, quod alius quidem intelligat, alius autem intelligat alium intelligere. Etenim si in his aliud est simpliciter intelligere, aliud autem intelligere, quod intelligat : absque controversia tamen unius ibi viget intuitus, quem actiones propriæ minime latent. Absurdum namque est, aliter de vero intellectu sentire. Sed ipse idem prorsus erit, qui intelligit, et qui intelligit, quod intelligat. Alioqui hic quidem erit solum intelligens, ille vero animadvertens hunc intelligere : ubi videlicet alius quidam intelligat potius, quam qui animadvertit. Quodsi dixerint, duo hæc ex cogitatione quadam inter se differre : primo quidem non poterunt substantias ibi plures adducere : deinde operæ pretium est considerare, numquid ulla exco-

εἰ ἐπίνοιαι χώραν ἔχουσι λαβεῖν νοῦν νοοῦντα μόνον μὴ παρακολουθοῦντα δὲ ἑαυτῷ ὅτι νοεῖ. Ὃ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν εἰ γίγνοιτο, τῶν ἀεὶ ἐπιστατούντων ταῖς ὁρμαῖς καὶ ταῖς διανοήσεσιν, εἰ καὶ μετρίως σπουδαῖοι εἶεν, αἰτίαν ἂν ἀφροσύνης ἔχοιεν. Ὅταν δὲ δὴ ὁ νοῦς ὁ ἀληθινὸς ἐν ταῖς νοήσεσιν αὐτὸν νοῇ, καὶ μὴ ἔξωθεν ᾖ τὸ νοητὸν αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ᾖ καὶ τὸ νοητόν, εἰς ἀνάγκης ἐν τῷ νοεῖν ἔχει ἑαυτὸν, καὶ ὁρᾷ ἑαυτόν· ἰὼν δὲ ἑαυτὸν, οὐκ ἀνοηταίνοντα ἀλλὰ νοοῦντα ὁρᾷ. Ὥστε ἐν τῷ πρώτως νοεῖν, ἔχοι ἂν καὶ τὸ νοεῖν ὅτι νοεῖ, ὡς ἓν ὄν· καὶ οὐδὲ τῇ ἐπινοίᾳ ἐκεῖ διπλοῦν. Εἰ δὲ καὶ ἀεὶ νοῶν εἴη ὅπερ ἐστὶ, τίς χώρα τῇ ἐπινοίᾳ τῇ χωριζούσῃ τὸ νοεῖν ἀπὸ τοῦ νοεῖν, ὅτι νοεῖ; Εἰ δὲ δὴ καὶ ἑτέραν ἐπίνοιάν τις τρίτην ἐπεισάγοι, τὴν ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ τῇ λεγούσῃ νοεῖν ὅτι νοεῖ, τὴν λέγουσαν ὅτι νοεῖ, ἔτι μᾶλλον καταφανὲς τὸ ἄτοπον, καὶ διὰ τί οὐκ εἰς ἄπειρον οὕτω; Τὸν δὲ λόγον ὄντιν' ἂν τις ἀπὸ τοῦ νοῦ ποιῇ, εἶτα ἀπὸ τούτου γίγνεσθαι ἐν ψυχῇ ἄλλον, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου, ἵνα μεταξὺ ψυχῆς καὶ νοῦ ᾖ οὗτος, ἀποστερήσει τὴν ψυχὴν τοῦ νοεῖν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ νοῦ κομιεῖται, ἀλλὰ παρὰ ἄλλου του μεταξὺ τὸν λόγον καὶ εἴδωλον λόγου, ἀλλ' οὐ λόγον ἕξει καὶ ὅλως οὐκ εἰδήσει νοῦν, οὐδ' ὅλως νοήσει.

gitatio vel commentum potius admittere possit intellectum duntaxat intelligentem, neque tamen animadvertentem se intelligere? quod quidem si nobis accidat, qui circa impetus et consilia semper incumbimus, etiam si moderate studiosi et probi simus, causam crimenque insipientiæ nobis afferet. Jam vero quando intellectus ille verus in intelligendo intelligit semet ipsum, neque extra intelligentem intelligibile ponitur, sed intelligens ipse ipsum intelligibile est, necessario in intelligendo habet se ipsum, videtque se ipsum: se vero videns profecto intelligentiæ non expertem, sed intelligentem videt. Quapropter in ipso primo intelligendi actu habet et quod intelligat, et quod intelligere se intelligat, tanquam unum prorsus exsistens: neque ullo excogitationis figmento, quod unum est, ibi fit duplex. Ac si semper id ipsum, quod est, intelligit, quinam locus illic commento datur, separanti quod est simpliciter intelligere, ab eo, quod est animadvertere quod intelligat? Quod si tertium commentum insuper quis attulerit, ultra illud, quod dicebat intelligere, quod intelligat, jam ulterius fingens intelligere, quod intelligat intelligere, jam prorsus, quod in hac opinione absurdum est, clarius apparebit, neque quicquam prohibebit, quo minus in infinitum ita vagemur. Quod autem rationem quandam adducunt in medium ab intellectu manantem, a qua deinceps (alia) ab ipsa ratione diversa quædam ratio fiat in anima, ut videlicet illa ratio inter intellectum animamque sit media, cogit animam carere intelligentia: siquidem non ab ipso intellectu, sed ab alio quodam medio accipiat rationem: idcirco non rationem ipsam habebit, sed quandam rationis imaginem: denique neque intellectum ipsum cognoscet, neque quicquam prorsus intelliget.

Confirmat superiora. Item, quod diverso modo anima mundi et anima nostra provideat.

Β'. Οὐ τοίνυν οὔτε πλείω τούτων, οὔτε ἐπινοίας περιττὰς ἐν ἐκείνοις, ἃς οὐ δέχονται, θετέον, ἀλλ' ἕνα νοῦν τὸν αὐτὸν ὡσαύτως ἔχοντα, ἀκλινῆ πανταχῇ, μιμούμενον τὸν πατέρα, καθ' ὅσον οἷόν τε αὐτῷ· ψυχῆς δὲ ἡμῶν, τὸ μὲν ἀεὶ πρὸς ἐκείνοις, τὸ δὲ πρὸς ταῦτα ἔχειν, τὸ δὲ ἐν μέσῳ τούτων. Φύσεως γὰρ οὔσης μιᾶς ἐν δυνάμεσι πλείοσιν, ὁτὲ μὲν τὴν πᾶσαν συμφέρεσθαι τῷ ἀρίστῳ αὐτῆς καὶ τοῦ ὄντος, ὁτὲ δὲ τὸ χεῖρον αὐτῆς καθελκυσθὲν, συνεφελκύσασθαι τὸ μέσον· τὸ γὰρ πᾶν αὐτῆς οὐκ ἦν θέμις καθελκύσαι, καὶ τοῦτο συμβαίνει αὐτῇ τὸ πάθος, ὅτι μὴ ἔμεινεν ἐν τῷ καλλίστῳ, ὅπου ψυχὴ μείνασα ἡ μὴ μέρος, μηδὲ ἧς ἡμεῖς ἔτι μέρος, ἔδωκε τῷ παντὶ σώματι αὐτῷ τε ἔχειν ὅσον ξύνταται παρ' αὐτῆς ἔχειν· μένει τε ἀπραγμόνως αὐτὴ, οὐκ ἐκ διανοίας διοικοῦσα, οὐδέ τι διορθουμένη, ἀλλὰ τῇ εἰς τὸ πρὸ αὐτῆς θέᾳ καταχοσμοῦσα δυνάμει θαυμαστῇ. Ὅσον γὰρ πρὸς αὐτὴν ἔστη, τόσον καλλίων καὶ ἀνυστικωτέρα κἀκεῖθεν ἔχουσα, δίδωσι τῷ μετ' αὐτὴν, καὶ ὥσπερ ἐλλάμπουσα ἀεὶ ἐλλάμπεται.

II. Igitur neque iis plura in mundo intelligibili, neque excogitationes illic supervacuas, quas non admittunt, ponere decet, sed intellectum unum eodem modo se semper habentem, prorsus indeclinabilem, qui et patrem suum pro viribus imitetur: animam vero nostram parte quidem sui penes illa viventem, parte vero ad hæc nostra vergentem, parte denique in medio collocatam. Cum enim una in pluribus potentis natura sit, aliquando totam una cum optimo sui atque universi [entis] ad superiora se conferre: aliquando vero, quod est in ipsa deterius, tractum ad inferiora una secum medium quoque contrahere: totum vero ipsius non licere ad inferiora unquam præcipitare, atque ejusmodi passionem ob id accidere animæ, quod in optimo universi non constitit: in quo quidem anima illa consistens, quæ non est pars, et cujus neque nos quidem partes sumus, tradidit universo mundi corpori munera pro susciplendi potentia: ipsaque interim procul ab omni sollicitudine vivit, nulla videlicet consultatione gubernans, neque quicquam corrigens curiose: sed ex ipso suo intuitu ad superna mirabili potentia totum ornans. Quo enim magis in suo se figit intuitu, eo pulchrior atque potentior, atque hinc desuper hauriens in inferiora transfundit, et tanquam divinitus semper illustrata perlustrat.

Mundum fieri non a casu animæ, sed a potestate ejus in divinis penitus consistente, ideoque sempiternum esse.

Γ'. Ἀεὶ οὖν ἐλλαμπομένη καὶ διηνεκὲς ἔχουσα τὸ φῶς, δίδωσιν εἰς τὰ ἑφεξῆς, τὰ δὲ ἀεὶ συνέχεται καὶ ἄρδεται τούτῳ τῷ φωτὶ, καὶ ἀπολαύει τοῦ ζῆν, καθ' ὅσον δύναται· ὥσπερ εἰ πυρὸς ἐν μέσῳ που κειμένου, ἐθαλπόμεθα οἷς οἷόν τε, καίτοι τὸ πῦρ ἐστὶν ἐν μέτρῳ. Ὅταν δὲ δυνάμεις μὴ μετρηθεῖσαι μὴ ἐκ τῶν ὄντων ὦσιν ἀνῃρημέναι, πῶς οἷόν τε εἶναι μὲν, μηδὲν δὲ αὐτῶν μεταλαμβάνειν; Ἀλλ' ἀνάγκη ἕκαστον τὸ αὐτοῦ εἶναι καὶ ἄλλῳ, ἢ τὸ ἀγαθὸν οὐκ ἀγαθὸν ἔσται,

III. Semper igitur illustrata lumenque possidens sempiternum, deinceps ad inferiora traducit: hæc autem hoc lumine semper et continentur et virent, vitamque inde pro sua quæque capacitate suscipiunt: perinde ac si igne quodam medio alicubi posito calefiant inde, quæcumque calefieri possint, etsi ignis in mensura quadam est coarctatus. Quando vero potentiæ non coarctatæ mensura universo non desint, quanam ratione fieri potest, ut exsistant quidem hæ potentiæ, nihil autem sit alicubi, quod earum sit particeps? Profecto necessarium est, unumquodque aliquid de suo ceteris elargiri, alioquin neque bonum ipsum erit bonum, neque intellectus ipse intellectus erit, neque anima

ἢ ὁ νοῦς οὐ νοῦς, ἡ ψυχὴ μὴ τοῦτο, εἰ μή τι μετὰ τοῦ πρώτως ζῇν ζώῃ καὶ δευτέρως ἕως ἐστὶ τὸ πρώτως· ἀνάγκη τοίνυν ἐφεξῆς εἶναι πάντα ἀλλήλοις καὶ ἀεί, γενητὰ δὲ τὰ ἕτερα τῷ παρ' ἄλλων εἶναι. Οὐ τοίνυν ἐγένετο, ἀλλ' ἐγίνετο, καὶ γενήσεται, ὅσα γενητὰ λέγεται, οὐδὲ φθαρήσεται, ἀλλ' ἢ ὅσα ἔχει εἰς ἄ· ὃ δὲ μὴ ἔχει εἰς ὃ, οὐδὲ φθαρήσεται. Εἰ δέ τις εἰς ὕλην λέγοι, διὰ τί οὐ καὶ τὴν ὕλην; εἰ δὲ καὶ τὴν ὕλην φήσει, τίς ἦν ἀνάγκη φήσομεν γενέσθαι. Εἰ δὲ ἀναγκαῖον εἶναι φήσουσι παρακολουθεῖν, καὶ νῦν ἀνάγκη· εἰ δὲ μόνη καταλειφθήσεται, οὐ πανταχοῦ, ἀλλ' ἔν τινι τόπῳ ἀφωρισμένῳ τὰ θεῖα ἔσται, καὶ οἷον ἀποτετειχισμένα· εἰ δὲ οὐχ οἷόν τε, ἐλλαμφθήσεται.

rursus erit anima : nisi post illud, quod primo vivit, vivat et aliunde consequenter quamdiu vivit et primum : quam ob rem necesse est, omnia post primum deinceps semperque esse, et quadam in generatione versari, propterea quod aliunde dependeant. Non igitur facta sunt aliquando, sed fiebant et fient, quotcumque in generatione versari dicuntur, neque etiam corrumpentur, iis exceptis, quæ habent, in quæ dissolvantur : quod autem nihil, in quod resolvatur, habet, interire non poterit. At si quis in materiam dixerit resolvendum, respondeat, cur non similiter et materiam resolubilem esse concedat? quodsi materiam insuper fateatur, quæremus, quænam fuerit necessitas, ut fieret? At si dicant, necessarium esse, deinceps consequi, asseremus et nunc esse similiter necessarium : at si relinquatur sola, sequetur, ut divina non ubique, sed quodam in loco determinato sint, veluti quodam limite segregata. Quodsi id fieri nequeat, consequens est, ut perpetuo collustretur.

Confirmat superiora, probans mundum nec esse malum, nec a malo.

Δ'. Εἰ δὲ οἷον πτεροῤῥυήσασαν τὴν ψυχὴν φήσουσι πεποιηκέναι, οὐχ ἡ τοῦ παντὸς τοῦτο πάσχει. Εἰ δὲ σφαλεῖσαν αὐτὴν φήσουσι, τοῦ σφάλματος λεγέτωσαν τὴν αἰτίαν. Πότε δὲ ἐσφάλη; εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀϊδίου, μένει κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον ἐσφαλμένη· εἰ δὲ ἤρξατο, διὰ τί οὐ πρὸ τοῦ; ἡμεῖς δὲ οὐ νεῦσιν φαμὲν τὴν ποιοῦσαν, ἀλλὰ μᾶλλον μὴ νεῦσιν· εἰ δὲ ἔνευσε, τῷ ἐπιλελῆσθαι δηλονότι τῶν ἐκεῖ· εἰ δὲ ἐπελάθετο, πῶς δημιουργεῖ; πόθεν γὰρ ποιεῖ; ἢ ἐξ ὧν εἶδεν ἐκεῖ; εἰ δὲ ἐκείνων μεμνημένη ποιεῖ, οὐδὲ ὅλως ἔνευσεν· οὐδὲ γὰρ ἀμυδρῶς ἔχει, εἰ οὐ μᾶλλον νεύει ἐκεῖ, ἵνα μὴ ἀμυδρῶς ἴδῃ. Διὰ τί γὰρ ἂν οὐκ ἠθέλησεν ἔχουσα ἡντινοῦν μνήμην ἐπανελθεῖν; τί γὰρ ἂν ἑαυτῇ καὶ ἐλογίζετο γενέσθαι ἐκ τοῦ κοσμοποιῆσαι; γελοῖον γὰρ τὸ ἵνα τιμῶτο, καὶ μεταφερόντων ἀπὸ τῶν ἀγαλματοποιῶν τῶν ἐνταῦθα· ἐπεὶ καὶ εἰ διανοίᾳ ἐποίει, καὶ μὴ ἐν τῇ φύσει ἦν τὸ ποιεῖν, καὶ ἡ δύναμις ἡ ποιοῦσα ἦν, πῶς ἂν κόσμον τόνδε ἐποίησε; πότε δὲ καὶ φθερεῖ αὐτόν; εἰ γὰρ μετέγνω, τί ἀναμένει; εἰ δὲ οὔπω, οὐδ' ἂν μεταγνοίη ἔτι, ἤδη εἰθισμένη, καὶ τῷ χρόνῳ προσφιλεστέρα γενομένη· εἰ δὲ τὰς καθ' ἕκαστον ψυχὰς ἀναμένει, ἤδη ἔδει μηκέτι ἐλθεῖν εἰς γένεσιν πάλιν, πειραθείσας ἐν τῇ προτέρᾳ γενέσει τῶν τῇδε κακῶν· ὥστε ἤδη ἂν ἐπέλιπον ἰοῦσαι. Οὐδὲ τὸ κακῶς γεγονέναι τόνδε τὸν κόσμον δοτέον, τῷ πολλὰ εἶναι ἐν αὐτῷ δυσχερῆ· τοῦτο γὰρ ἀξίωμα μεῖζόν ἐστι περιτιθέντων αὐτῷ, εἰ ἀξιοῦσι τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ νοητῷ, ἀλλὰ μὴ εἰκόνα ἐκείνου ἢ τίς ἂν ἐγένετο ἄλλη καλλίων εἰκὼν ἐκείνου; τί γὰρ ἄλλο πῦρ βέλτιον τοῦ ἐκεῖ πυρὸς, παρὰ τὸ ἐνταῦθα πῦρ; ἢ τίς γῆ ἄλλη παρὰ ταύτην μετὰ τὴν ἐκεῖ γῆν; τίς δὲ σφαῖρα ἀκριβεστέρα καὶ σεμνοτέρα ἢ εὐτακτοτέρα τῇ φορᾷ μετὰ τὴν ἐκεῖ τοῦ κόσμου τοῦ νοητοῦ περιοχὴν ἐν αὐτῷ; ἄλλος δὲ ἥλιος μετ' ἐκεῖνον πρὸ τούτου τοῦ ὁρωμένου, τίς;

IV. Si autem dixerint, animam quasi jam confractis alis prolapsam fecisse mundum, objiciemus ipsam mundi animam id pati non posse. At si animam aliquando prævaricatam adducant in medium, exponere compellendi sunt prævaricationis errorisque causam. Præterea quonam tempore aberravit? Nam sive ab æterno : profecto secundum eandem [*s.* ipsorum] rationem adhuc permanet in errore : sive incepit aliquando, perquirendum est, cur non ante id temporis aberraverit : nos autem non inclinationem animæ effectricem mundi esse putamus; imo habitum potius minime inclinatum : si autem inclinata est, profecto ex eo, quod eorum, qui illic sunt, jam est oblita Quodsi oblita est, quanam facultate fabricat universum? Atqui et unde facit? an forte ex his, quæ illic inspexerat? Sin autem eorum memor facit, non omnino inde divertit : non enim tenuiter habet : si non magis inclinatur illic, ne obscure videat. Cur enim noluérit continuo regredi, quorumcunque [*s.* quamcunque] memoriam retinens? Præterea quidnam ex mundi effectione sibi proventurum excogitavit? Absurdum namque dictu est, ut honoraretur mundum progenuisse : eorumque hæc opinio est, qui sculptorum nostrorum affectus ad superos transferunt : quoniam et si cogitatione fecit, neque in natura ejus erat, ut faceret, ad potentiam tamen pertinebat efficere, quonam pacto mundum hunc effecit? Præterea quandonam ipsum destruet? sive enim jam pœnituit effecisse, quid differt? sive nondum pœnituit, neque pœnitentia unquam afficietur, utpote quæ jam assuefacta est, temporisque diuturnitate indulgentior operi jam effecta : sin autem exspectat animas singulorum, jamdiu oportuit haud ulterius in generationem iterum adventare animas videlicet, non ignaras malorum, quæ ipsas in priore generatione presserunt, quapropter jamdiu descendere desiverunt. Proinde quod mundum male institutum esse aiunt, ideoque multa in eo adversa molestaque accidere, non est admittendum : hæc enim sententia est majorem mundo tribuentium dignitatem siquidem judicent eundem hunc atque intelligibilem esse, quasi hic sit illius imago. Tum vero quænam pulchrior illius imago fieri potuit? quis enim ignis alter imago melior intelligibilis ignis, quam noster hic ignis esse potest? Item quæ terra præter hanc post illam terram? et quænam sphæra perfecta magis atque veneranda, ac motibus ordinatior post illam intelligibilis mundi in se ipso complexionem? denique sol post illum alter super visibilem hunc solem, quinam possit effingi?

Neque animam esse corpoream, neque mundum fuisse a malo principio constitutum.

Ε'. Ἀλλ' [ἄλογον,] αὐτοὺς μὲν σῶμα ἔχοντας, οἷον ἔχουσιν ἄνθρωποι, καὶ ἐπιθυμίας καὶ λύπας, καὶ ὀργὰς, τὴν παρ' αὐτοῖς δύναμιν μὴ ἀτιμάζειν, ἀλλ' ἐφάπτεσθαι τοῦ νοητοῦ λέγειν ἔξεῖναι, μὴ εἶναι δὲ ἐν ἡλίῳ ταύτης ἀπαθεστέραν, ἐν τάξει μᾶλλον καὶ οὐκ

V. Omnino vero absurdum est, cum ipsi corpus habeant, quemadmodum habent homines, et cupiditates doloresque et iras, potentiam tamen ipsorum non parvi faciant, sed asserant licere eis intelligibile ipsum attingere : at vero in sole non esse potentiam a passione remotiorem : siquidem in majori ordine stabilitateque consistit, neque sapientiam

ἐν ἀλλοιώσει μᾶλλον οὖσαν, οὐδὲ φρόνησιν ἔχειν ἀμείνονα ἡμῶν, τῶν ἄρτι γενομένων, καὶ διὰ τοσούτων κωλυομένων τῶν ἁπαντώντων ἐπὶ τὴν ἀληθειαν ἐλθεῖν· οὐδὲ τὴν μὲν αὐτῶν ψυχὴν ἀθάνατον καὶ θείαν λέγειν, καὶ τὴν τῶν φαυλοτάτων ἀνθρώπων, τὸν δὲ οὐρανὸν πάντα, καὶ τὰ ἐκεῖ ἄστρα, μὴ τῆς ἀθανάτου κεκοινωνηκέναι, ἐκ πολλῷ καλλιόνων καὶ καθαρωτέρων ὄντα, ὁρῶντας ἐκεῖ μὲν τὸ τεταγμένον καὶ εὔσχημον καὶ εὔτακτον, καὶ μάλιστα τὴν ἐνταῦθα περὶ γῆν ἀταξίαν αὐτοὺς αἰτιωμένους, ὥσπερ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς τὸν χείρω τόπον ἐπίτηδες ἑλομένης, παραχωρῆσαι τοῦ βελτίονος τῇ θνητῇ ψυχῇ ἑλομένης. Ἄλογος δὲ καὶ ἡ ἀντιπαρεισαγωγὴ αὐτοῖς τῆς ἑτέρας ψυχῆς ταύτης, ἣν ἐκ τῶν στοιχείων συνιστᾶσι. Πῶς γὰρ ἂν ζωὴν ἡντιναοῦν ἔχοι ἡ ἐκ τῶν στοιχείων σύστασις; ἡ γὰρ τούτων κρᾶσις ἢ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ μικτὸν ποιεῖ, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ μῖγμα ἐκ τούτων. Πῶς δὲ συνοχὴ τῶν τεσσάρων ὑστέρα γενομένη ἐξ αὐτῶν; ὅταν δὲ προστιθῶσι καὶ ἀντίληψιν αὐτῇ καὶ βούλευσιν καὶ ἄλλα μυρία, τί ἂν τις εἴποι; Ἀλλ' οὐ τιμῶντες ταύτην τὴν δημιουργίαν, οὐδὲ τήνδε τὴν γῆν, καινὴν αὐτοῖς φασι γῆν γεγονέναι, εἰς ἣν δὴ ἐντεῦθεν ἀπελεύσονται· τοῦτο δὲ λόγον εἶναι κόσμου. Καίτοι, τί δεῖ αὐτοῖς ἐκεῖ γενέσθαι ἐν παραδείγματι κόσμου, ὃν μισοῦσι; πόθεν δὲ τὸ παράδειγμα τοῦτο; τοῦτο γὰρ κατ' αὐτοὺς νενευκότος ἤδη πρὸς τὰ τῇδε τοῦ τὸ παράδειγμα πεποιηκότος. Εἰ μὲν οὖν ἐν αὐτῷ τῷ ποιήσαντι πολλὴ ὁρωντὶς τοῦ κόσμου μετὰ τὸν κόσμον τὸν νοητὸν, ὃν ἔχει, ἄλλον ποιῆσαι, καὶ τί ἔδει; καὶ εἰ μὲν πρὸ τοῦ κόσμου, ἵνα τί; ἵνα φυλάξωνται αἱ ψυχαί; πῶς οὖν οὐκ ἐφυλάξαντο, ὥστε μάτην ἐγένετο· εἰ δὲ μετὰ τὸν κόσμον ἐκ τοῦ κόσμου λαβὼν ἀποσυλήσας τῆς ὕλης τὸ εἶδος, ἦρκει ἡ πεῖρα ταῖς πειραθείσαις ψυχαῖς πρὸς τὸ φυλάξασθαι· εἰ δὲ ἐν ταῖς ψυχαῖς λαβεῖν ἀξιοῦσι τοῦ κόσμου τὸ εἶδος, τί τὸ καινὸν τοῦ λόγου;

habere præstantiorem, quam nos, qui nuper nati sumus, ac tot incidentibus rebus impedimur assequi veritatem. Neque vero decet animam duntaxat nostram immortalem divinamque asserere vel ignavissimorum hominum : totum vero cælum, stellasque vitæ immortalitate carere, cum ex rebus longe pulchrioribus purioribusque constent : præsertim cum suspiciamus, quicquid ibi est, ordinatissimum esse atque pulcherrimum, præcipue cum ipsi confusionem, quæ circa terrena versatur, criminentur, quasi anima immortalis deteriorem hunc locum eligat studiose et cedere præstantiorem mortali animæ eligat. Absurda insuper penes eosdem alterius hujus animæ introductio, quam ex elementis compositam arbitrantur. Quo enim pacto compositio ulla ex elementis vitam aliquam habere potest? Horum namque mistura vel calidum, vel frigidum, vel mistum facit, aut siccum, aut humidum, aut quandam ex his compositionem. Præterea quomodo anima est virtus elementa connectens, si quidem ex illis conflata sit atque posterior? Postremo quando animæ adjungunt animadversionem atque consilium, aliaque permulta percontari quis poterit, quanam ratione talia possint animæ assignari? Ceterum cum mundanum hoc opificium minime venerentur, neque terram hanc honorent, novam sibi terram asserunt reservari, in quam hinc denique sint ascensuri : hanc vero esse ipsam mundi rationem atque exemplar. Verum curnam operæ pretium sit, eos in exemplari mundi, quem odio habent, illic habitare? Item, undenam hoc exemplar? Id enim apud illos tunc emicat, quando, qui concepit hoc exemplar, ad hæc nostra jam declinaverit. Si igitur in ipso efficiente multa est mundi cura, ad alterum videlicet mundum efficiendum, ultra intelligibilem, quem possidet, mundum : curnam id illi expediebat? et si ante mundum id jam curabat, cujusnam id gratia decernebat? forsan, ut animæ ipsæ custodirent? qua igitur ratione non custodiverunt? unde frustra factus est mundus. Sin autem post mundum, ex mundo videlicet accipiens, quasi expilans materiæ speciem, sufficiebat peritia ad custodiam animabus expertis. Si autem mundi speciem in animabus accipiendam existimant, quænam hæc loquendi novitas est?

Anima mundi alligat sibi corpus suum, et per hoc quasi alias animas. Item, quomodo etiam anima propria det corpori vitam.

6. Τὰς δὲ ἄλλας ὑποστάσεις, τί χρὴ λέγειν, ἃς εἰσάγουσι, παροικήσεις, καὶ ἀντιτύπους, καὶ μετανοίας; εἰ μὲν γὰρ ψυχῆς ταῦτα λέγουσι πάθη, ὅταν ἐν μετανοίᾳ ᾖ, καὶ ἀντιτύπους, ὅταν οἷον εἰκόνας τῶν ὄντων, ἀλλὰ μὴ αὐτά πω τὰ ὄντα θεωρῇ, καινολογούντων ἐστὶν, εἰς σύστασιν τῆς ἰδίας αἱρέσεως. Ὡς γὰρ τῆς ἀρχαίας Ἑλληνικῆς [σοφίας] οὐχ ἁπτόμενοι, ταῦτα σκευωροῦνται, εἰδότων καὶ σαφῶς τῶν Ἑλλήνων ἀτύφως λεγόντων ἀναβάσεις ἐκ τοῦ σπηλαίου, καὶ κατὰ βραχὺ εἰς θέαν ἀληθεστέραν μᾶλλον καὶ μᾶλλον προϊούσας· ὅλως γὰρ αὐτοῖς τὰ μὲν παρὰ τοῦ Πλάτωνος εἴληπται, τὰ δὲ, ὅσα καινοτομοῦσιν, ἵνα ἰδίαν φιλοσοφίαν θῶνται, ταῦτα ἔξω τῆς ἀληθείας εὕρηται· ἐπεὶ καὶ αἱ δίκαι καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ ἐν ᾅδου, καὶ αἱ μετενσωματώσεις ἐκεῖθεν, καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν δὲ πλῆθος ποιῆσαι, τὸ ὄν, καὶ τὸν νοῦν, καὶ τὸν δημιουργὸν ἄλλον, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν ἐν τῷ Τιμαίῳ λεχθέντων εἴληπται. Εἰπόντος γὰρ αὐτοῦ, ὅπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας ἐν τῷ ὃ ἔστι ζῶον καθορᾷ,

VI. Quid præterea dicam de ceteris substantiis, quas inducunt, cognominantes tum transmigrationes, tum simulacra repercussa, tum pœnitentias [*consilii mutationes*]? Si enim talia quædam esse passiones animæ volunt, quando scilicet afficitur pœnitentia : item repercussa simulacra, quando velut imagines entium, sed nondum ipsa entia contemplatur : profecto id totum vaniloquium est confirmandæ sectæ gratia introductum. Atqui cum antiquam Græcorum sapientiam non attigerint, figmenta ejusmodi commentantur. Sane veteres Græci et recte noverunt, et sine tumiditate jactantiaque descripserunt quasdam ex spelunca quadam ascensiones, animasque inde paulatim in veriorem contemplationem progredientes. Compertum habemus, eos pleraque a Platone surripuisse, et, quæcumque innovant, quo philosophiam propriam asserant, a veritate procul errare : nempe judicia, pœnæ apud inferos, flumina, transmigrationes in corpora varia, a Platone accipiuntur : item quod in mundo intelligibili multitudinem ponunt, videlicet ipsum ens, et deinde intellectum, et post hæc opificem alium, ipsam scilicet animam sibi ex Timæi verbis usurpaverunt. Sic enim in Timæo scribitur a Platone : Quatenus igitur intellectus ideas exsistentes

τοσαύτας καὶ ὁ τόδε ποιῶν τὸ πᾶν διενοήθη σχεῖν. Οἱ δὲ, οὐ συνέντες, τὸν μὲν ἔλαβον ἐν ἡσυχίᾳ ἔχοντα ἐν αὑτῷ πάντα τὰ ὄντα, τὸν δὲ νοῦν ἕτερον παρ' αὐτὸν θεωροῦντα, τὸν δὲ διανοούμενον. Πολλάκις δὲ αὐτοῖς ἀντὶ τοῦ διανοουμένου ψυχὴ ἐστιν ἡ δημιουργοῦσα, καὶ κατὰ Πλάτωνα τοῦτον οἴονται εἶναι τὸν δημιουργὸν, ἀφεστηκότες τοῦ εἰδέναι, τίς ὁ δημιουργός. Καὶ ὅλως τὸν τρόπον τῆς δημιουργίας καὶ ἄλλα πολλὰ καταψεύδονται αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἕλκουσι τὰς δόξας τοῦ ἀνδρὸς, ὡς αὐτοὶ μὲν τὴν νοητὴν φύσιν κατανενοηκότες, ἐκείνου δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν μακαρίων ἀνδρῶν, μή. Καὶ πλῆθος νοητῶν ὀνομάζοντες τὸ ἀκριβὲς ἐξευρηκέναι δόξειν οἴονται, αὐτῷ τῷ πλήθει τὴν νοητὴν φύσιν τῇ αἰσθητικῇ καὶ ἐλάττονι εἰς ὁμοιότητα ἄγοντες, δέον ἐκεῖ τὸ ὡς ὅτι μάλιστα ὀλίγον εἰς ἀριθμὸν διώκειν, καὶ τῷ μετὰ τὸ πρῶτον τὰ πάντα ἀποδιδόντας ἀπηλλάχθαι, ἐκείνου τῶν πάντων ὄντος, καὶ νοῦ τοῦ πρώτου καὶ οὐσίας, καὶ ὅσα ἄλλα καλὰ μετὰ τὴν πρώτην φύσιν, ψυχῆς δὲ εἶδος τρίτον· διαφορὰς δὲ ψυχῶν ἐν πάθεσιν ἢ ἐν φύσει ἰχνεύειν, μηδὲν τοὺς θείους ἄνδρας διασύροντας· ἀλλ' εὐμενῶς δεχομένους τὰ ἐκείνων ὡς παλαιοτέρων· καὶ, ἃ καλῶς λέγουσι, παρ' ἐκείνων λαβόντας, ψυχῆς ἀθανασίαν, νοητὸν κόσμον, θεὸν τὸν πρῶτον, τὸ τὴν ψυχὴν δεῖν φεύγειν τὴν πρὸς τὸ σῶμα ὁμιλίαν, τὸν χωρισμὸν τὸν ἀπ' αὐτοῦ, τὸ ἐκ γενέσεως φεύγειν εἰς οὐσίαν. Ταῦτα γὰρ κείμενα παρὰ τῷ Πλάτωνι σαφῶς οὕτως λέγοντες καλῶς ποιοῦσιν· οἷς θέλουσι διαφωνεῖν φθόνος οὐδεὶς λεγόντων, οὐδ' ἐκ τῷ τοὺς Ἕλληνας διασύρειν καὶ ὑβρίζειν τὰ αὐτῶν ἐν συστάσει παρὰ τοῖς ἀκούουσι ποιεῖν, ἀλλ' αὐτὰ παρ' αὐτῶν δεικνύναι ὀρθῶς ἔχοντα, ὅσα ἴδια αὐτοῖς ἔδοξε παρὰ τὴν ἐκείνων δόξαν λέγειν, εὐμενῶς καὶ φιλοσόφως αὐτὰς τὰς δόξας τιθέντας αὐτῶν· καὶ οἷς ἐναντιοῦνται δικαίως πρὸς τὸ ἀληθὲς βλέποντας, οὐ τὴν εὐδοκίμησιν θηρωμένους ἐκ τοῦ πρὸς ἄνδρας κεκριμένους ἐκ παλαιοῦ οὐ παρὰ φαύλων ἀνδρῶν ἀγαθοὺς εἶναι ψέγειν, λέγοντας ἑαυτοὺς ἐκείνων ἀμείνους εἶναι· ἐπεὶ τά γε εἰρημένα τοῖς παλαιοῖς περὶ τῶν νοητῶν πολλῷ ἀμείνω καὶ πεπαιδευμένως εἴρηται, καὶ τοῖς μὴ ἐξαπατωμένοις τὴν ἐπιθέουσαν εἰς ἀνθρώπους ἀπάτην ῥᾳδίως γνωσθήσεται· τὰ δὲ ὕστερον τούτοις παρ' ἐκείνων ληφθέντα, προσθήκας δέ τινας οὐδὲν προσηκούσας εἰληφότα, ἔν τε οἷς ἐναντιοῦσθαι θέλουσι γενέσεις καὶ φθορὰς εἰσάγοντες παντελεῖς, καὶ μεμφόμενοι τῷδε τῷ παντὶ, καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν τῇ ψυχῇ αἰτιώμενοι, καὶ τὸν διοικοῦντα τόδε τὸ πᾶν ψέγοντες, καὶ εἰς ταὐτὸν ἄγοντες τὸν δημιουργὸν τῇ ψυχῇ, καὶ τὰ αὐτὰ πάθη διδόντες ἅπερ καὶ τοῖς ἐν μέρει.

in eo, quod vivens est, intuetur, eatenus atque totidem architectus mundi cogitavit in mundo comprehendi. At illi, Platonem nequaquam intelligentes, numen quoddam existimaverunt in quadam quiete in se omnia continere: intellectum vero sequentem, quæ sunt in illo, suspicere, alium autem excogitare. Sæpe vero apud eos id, quod excogitare dicitur, anima est artifex universi: talemque apud Platonem mundi artificem esse putant, nulla ex parte intelligentes quis mundi sit opifex, quæve opificii ratio. Multa præterea in Platone interpretando mentiri deprehenduntur, opinionesque ejus in deterius detorquere: quasi vero ipsi tantum naturam intelligibilem fuerint consecuti, Plato autem ceterique beati viri assequi non potuerint. Tum vero ex eo, quod intelligibilium multitudinem nominant, videri palam confidunt, ad summum intelligibilium pervenisse, cum tamen ex ipsa multitudine naturam intelligibilem in similitudinem deducant sensibilis deteriorisque naturæ. Decet profecto naturam intelligibilem in numerum, quoad fieri potest, minimum quasi colligere, atque ipsi, quod est post primum, attribuere cuncta, neque ulterius intelligibilia numerare: quippe cum illud omnia sit, et intellectus primus et essentia prima, et quotcumque alia pulchra post primam naturam considerantur: speciem vero animæ tertiam collocare. Præterea differentias animarum in passionibus vel natura decet investigare, nec ulla in re viros divinos cavillari: sed antiquorum mysteria benigne interpretari, accipientes ab illis, quæ recte dicunt, immortalitatem animæ, intelligibilem mundum, deum primum, item, animam oportere commercium corporis aufugere, rursus, separationem animæ a corpore nihil aliud esse, quam a generatione ad essentiam se conferre. Hæc utique a Platone tractata, siquidem ita perspicue dicant, recte faciunt: quibus volentibus dissentire nulla invidia dicentium, nefas esse cavillationibus conviciisque in Græcos sua dogmata audientibus confirmare: quin imo demonstrandum est sua recte se habere, quotcumque præter illorum opinionem propria invenerunt, disserendumque benigne integritateque philosophica ipsas eorum opiniones adducere decet: et, in quibus adversantur, juste spectare verum: nec ullo modo popularem approbationem aucupari viros illos vituperando, qui a viris non mediocribus jam multis sunt seculis comprobati. Omnino vero ridiculum est profiteri, se illis esse præstantiores: nempe quæ de ordine intelligibili ab antiquis tradita sunt, multo melius eruditiusque dicuntur, facileque cognoscentur ab illis, qui fallacia passim homines invadente decepti minime fuerint. Profecto rebus, quas deinceps hi ab illis acceperunt, adjunctiones quædam nullo modo convenientes annexæ deprehenduntur: sane, in quibus adversari contendunt, generationes corruptionesque multiplices afferunt. Præterea universum hoc incusant, commerciumque animæ cum corpore criminantur: ipsumque, qui totum disponit mundum, vituperant. Atque in idem omnino architectum mundi animamque reducunt; cui quidem passiones easdem, quas et particularibus animalibus, attribuunt.

Quomodo facilius anima mundi regat mundum, quam anima nostra corpus nostrum: et quam bene mundus disponatur.

Ζ'. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε ἤρξατο, οὔτε παύσεται, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ καὶ ὅδε ὁ κόσμος, ἕως ἂν ἐκεῖνα ᾖ, εἴρηται. Τὴν δὲ πρὸς τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ κοινωνίαν τῇ ἡμετέρᾳ, πρὸ αὐτῶν εἴρηται, ὡς οὐκ ἄμεινον τῇ ψυχῇ. Τὸ δὲ

VII. Dictum est alibi, hunc mundum neque incepisse unquam, neque desinere, sed esse tamdiu quamdiu sunt et divina. Quod præterea commercium animæ nostræ cum corpore non sit animæ melius, etiam ante illos est dictum. Animam vero totius a nostra accipere atque cu

ἀπὸ τῆς ἡμετέρας καὶ τὴν τοῦ παντὸς λαμβάνειν, ὁμοιον, ὡς εἴ τις, τὸ τῶν χυτρέων ἢ χαλκέων λαβὼν γένος ἐν πόλει εὖ οἰκουμένῃ, τὴν ἅπασαν ψέγοι. Δεῖ δὲ τὰς διαφορὰς λαμβάνειν τὰς τῆς ὅλης, ὅπως διοικεῖ· ὅτι μὴ ὁ αὐτὸς τρόπος, μηδὲ ἐνδεδεμένη. Πρὸς γὰρ αὖ ταῖς ἄλλαις διαφοραῖς, αἱ μυρίαι εἰρηνται ἐν ἄλλοις, κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι ἔδει, ὅτι ἡμεῖς μὲν ὑπὸ τοῦ σώματος δεδέμεθα ἤδη δεσμοῦ γεγενημένου. Ἐν γὰρ τῇ πάσῃ ψυχῇ ἡ τοῦ σώματος φύσις δεδεμένη ἤδη συνδεῖ· ὁ ἂν περιλάβῃ, αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ παντὸς ψυχὴ οὐκ ἂν δέοιτο ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτῆς δεδεμένων· ἄρχει γὰρ ἐκείνη, διὸ καὶ ἀπαθὴς πρὸς αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ τούτων οὐ κύριοι. Τὸ δ' ὅσον αὐτῆς πρὸς τὸ θεῖον τὸ ὑπεράνω ἀπέρατον μένει, καὶ οὐκ ἐμποδίζεται· ὅσον δὲ αὐτῆς δίδωσι τῷ σώματι ζωὴν, οὐδὲν παρ' αὐτοῦ προσλαμβάνει· ὅλως γὰρ τὸ μὲν ἄλλου πάθημα τὸ ἐν αὐτῷ ἐξ ἀνάγκης δέχεται. Ὁ δ' αὐτῷ ἐκείνῳ οὐκέτι τὸ αὐτοῦ δίδωσιν οἰκείαν ζωὴν ἔχοντι, οἷον εἰ ἐγκεντρισθέν τι εἴη ἐν ἄλλῳ, παθόντος μὲν τοῦ ἐν ᾧ συμπέπονθεν, αὐτὸ δὲ ζηρανθὲν εἴασεν ἐκεῖνο τὴν αὐτοῦ ζωὴν ἔχειν· ἐπεὶ οὐδ' ἀποσβεννυμένου τοῦ ἐν σοὶ πυρὸς τὸ ὅλον πῦρ ἀπέσβη· ἐπεὶ οὐδ' εἰ τὸ πᾶν πῦρ ἀπόλοιτο, πάθοι ἄν τι ἡ ψυχὴ ἡ ἐκεῖ, ἀλλ' ἡ τοῦ σώματος σύστασις, καὶ εἰ ἰσάν τε εἴη διὰ τῶν λοιπῶν κόσμον τινὰ εἶναι, οὐδὲν ἂν μέλοι τῇ ψυχῇ τῇ ἐκεῖ, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ σύστασις ὁμοίως τῷ παντὶ, καὶ ζώῳ ἑκάστῳ· ἀλλ' ἐκεῖ οἷον ἐπιθεῖ, κελεύσασα μένειν, ἐνταῦθα δὲ, ὡς ὑπεκφεύγοντα, εἰς τὴν τάξιν τὴν ἑαυτῶν δέδεται δεσμῷ δευτέρῳ. Ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔχει ὅπου φύγῃ· οὔτε οὖν ἐντὸς δεῖ κατέχειν, οὔτε ἔξωθεν, πιέζουσαν εἰς τὸ εἴσω ὠθεῖν, ἀλλ' ὅπου ἠθέλησεν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ φύσις μένει· ἐὰν δέ πού τι αὐτῶν κατὰ φύσιν κινηθῇ, οἷς οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν, ταῦτα πάσχει, αὐτὰ δὲ καλῶς φέρεται, ὡς τοῦ ὅλου· τὰ δὲ μόρια τοῦ ὅλου τάξιν φέρειν· οἷον ἐν χορῷ μεγάλου ἐν τάξει φερομένου ἐν μέσῃ τῇ πορείᾳ αὐτοῦ χελώνη ληφθεῖσα πατοῖτο, οὐ δυνηθεῖσα συγεῖν τὴν τάξιν τοῦ χοροῦ· εἰ μέντοι μετ' ἐκείνης τάξειεν ἑαυτὴν, οὐδὲν ἂν ὑπὸ τούτων οὐδὲ αὐτὴ πάθοι.

sere perinde se habet, ac si quis in civitate bene instituta accipiens figulorum vel fabrorum ærariorum genus, totam vituperet civitatem. Operæ pretium vero est considerare, quam differenti ratione anima mundi gubernet : nempe non idem modus est, neque tanquam alligata gubernat. Nam præter ceteras differentias, quæ alibi enumeratæ quam plurimæ sunt, illud quoque considerare decebat, nos quidem ligari a corpore utpote vinculo jam effecto. In universa vero anima natura corporis jam ligata alligat, quicquid apprehenderit : ipsa vero totius anima haudquaquam ab his, quæ ligat ipsa, ligatur : ipsa enim tanquam domina præbet exordium : idcirco neque ab ipsis neque cum ipsis patitur. Nos autem horum domini minime sumus. Quantum vero ipsius ad divinum, quod superius est, erigitur, integrum simplexque manet, nec impeditur : quantum autem ejusdem tradit corpori vitam, nihil ab ipso reportat. Communiter enim, quod est in alio, ejus, in quo est, necessario accipit passionem. Hoc autem haud ulterius sui aliquid tradit illi, quod vitam propriam possidet : veluti, si quid alicui sit insertum, patiente quidem eo, in quo est, compatitur ; ipsum vero si quando exaruerit, permittit illud suam vitam habere. Quandoquidem neque exstincto hoc, qui in te est, igne, totus ignis exstinguitur : quin etiam neque si totus ignis exstinguitur, anima illa quicquam patitur, sed ipsa corporis constitutio. Atqui etiam, si posset per reliqua mundus aliquis esse, nulla tamen de hoc cura illi animæ foret : quoniam neque constitutio ipsa similis est mundo, atque cuilibet animali : sed ibi quidem quasi imminet, consistere jubens, hic autem elementa, quasi subterlabentia, secundo quodam vinculo in (priorem) suum, sive proprium, ordinem redigantur. At vero illic non habent, quo diffugere possint. Neque igitur intus continere necesse est, neque extrinsecus coercendo ad interiora reducere : sed ubicumque ipsius natura ab initio voluit, ibi naturaliter singula permanent : si quid autem eorum naturaliter moveatur, illa interim patiuntur, quorum naturis motus ejusmodi minime congruit. Ipsa vero, quæ natura moventur, rite feruntur : utpote quæ universi sunt membra : nonnulla vero hinc perimuntur, quippe quæ totius ordinem sustinere vel declinare non possint : ceu si chorea ingens agatur ordine, atque in medio ejus ductu testudo comprehensa alicubi pessumdetur, cum chori ordinem effugere nequeat : attamen si ordini choreæ se ipsam annecteret, nec ipsa quidem ab his aliquid pateretur.

Mundus non errore, sed naturali potentia factus est : et bonus, quia divinitati similis, quamvis non æqualis.

Η'. Τὸ δὲ, διὰ τί ἐποίησε κόσμον, ταὐτὸν τῷ διὰ τί ἐστι ψυχή; καὶ διὰ τί ὁ δημιουργὸς ἐποίησεν; Ὃ πρῶτον μὲν ἀρχὴν λαμβανόντων ἐστὶ τοῦ ἀεί· ἔπειτα οἰονται τραπέντα ἔκ τινος εἴς τι καὶ μεταβάλλοντα αἴτιον τῆς δημιουργίας γεγονέναι. Διδακτέον οὖν αὐτοὺς, εἰ εὐγνωμόνως ἂν ἔχοιντο, τίς ἡ φύσις τούτων, ὡς αὐτοὺς παύσασθαι τῆς εἰς τὰ τίμια λοιδορίας, ἣν εὐχερῶς ποιοῦνται, ἀντὶ πολλῆς, προσηκόντως ἂν, γενομένης εὐλαβείας· ἐπεὶ οὐδὲ τοῦ παντὸς τὴν διοίκησιν ὀρθῶς ἄν τις μέμψαιτο, πρῶτον μὲν ἐνδειξαμένην τῆς νοητῆς φύσεως τὸ μέγεθος. Εἰ γὰρ οὕτως εἰς τὸ ζῆν παρελήλυθεν, ὡς μὴ ζωὴν ἀδιάρρωτον ἔχειν, ὁποῖα τὰ σμικρότερα τῶν ἐν αὐτῷ, ἃ τῇ ὅλῃ ζωῇ τῇ ἐν αὐτῷ ἀεὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν γίνεται· ἀλλ' ἔστι συνεχὴς καὶ ἐναργὴς, καὶ πολλὴ

VIII. Quod autem quæri solet, quam ob causam fecit mundum? idem est, ac si quæratur : quare est anima? et quare ipse opifex fecit? Quod primo quidem eorum est, qui sempiternitatis ipsius principium apprehendere moliuntur : deinde putant opificem mundi conversum permutatumque ab aliquo in aliquid evasisse causam fabricandi. Docendi itaque sunt (si modo dociles se præstiterint), quæ eorum natura sit, ut desinant aliquando, quæ sunt veneranda, vituperare : quæ quidem propensius detestantur, cum tamen magnopere deceat venerari : et quisnam dispositionem mundi jure vituperet, quæ quidem in primis magnitudinem intelligibilis naturæ demonstrat? Si enim ita processit in vitam, ut vitam non habeat indistinctam atque confusam, qualia sunt, quæ in mundo sunt minima, quæ copia mundanæ vitæ assidue die nocteque gignuntur, sed est continua perspicuaque et multa et ubi-

καὶ παντα χοῦ ζωὴ, σοφίαν ἀμήχανον ἐνδεικνυμένη, πῶς οὐκ ἄν τις ἄγαλμα ἐναργὲς καὶ καλὸν τῶν νοητῶν θεῶν εἴποι; Εἰ δὲ μιμούμενον μὴ ἔστιν ἐκεῖνο, αὐτὸ τοῦτο κατὰ φύσιν ἔχει· οὐ γὰρ ἦν ἔτι μιμούμενον. Τὸ δὲ ἀνομοίως μιμεῖσθαι, ψεῦδος· οὐδὲν γὰρ παραλέλειπται, ὧν οἷόν τε ἦν καλὴν εἰκόνα φυσικὴν ἔχειν· ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ἦν εἶναι, οὐκ ἐκ διανοίας καὶ ἐπιτεχνήσεως, τὸ μίμημα. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν ἔσχατον τὸ νοητὸν εἶναι· εἶναι γὰρ αὐτοῦ ἐνέργειαν ἔδει διττὴν, τὴν μὲν ἐν ἑαυτῷ, τὴν δὲ εἰς ἄλλο. Ἔδει οὖν εἶναί τι μετ' αὐτό· ἐκείνου γὰρ μόνον οὐδέν ἐστιν ἔτι πρὸς τὸ κάτω ὃ τῶν πάντων ἀδυνατώτατόν ἐστι· δύναμις δὲ θαυμαστὴ ἐκεῖ θεῖ, ὥστε καὶ εἰργάσατο. Εἰ μὲν δὴ ἄλλος κόσμος ἐστὶ τούτου ἀμείνων, τίς οὗτος; εἰ δὲ ἀνάγκη εἶναι, ἄλλος δὲ οὐκ ἔστιν, οὗτός ἐστιν ὁ τὸ μίμημα ἀποσώζων ἐκείνου· γῇ μὲν δὴ πᾶσα ζώων ποικίλων πλήρης καὶ ἀθανάτων, καὶ μέχρις οὐρανοῦ μεστὰ πάντα. Ἄστρα δὲ τά τε ἐν ταῖς ὑποκάτω σφαίραις, τά τε ἐν τῷ ἀνωτάτῳ, διὰ τί οὐ θεοὶ, ἐν τάξει φερόμενα, καὶ κόσμῳ περιιόντα; διὰ τί γὰρ οὐκ ἀρετὴν ἔξουσιν; ἢ τί κώλυμα πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς αὐτοῖς; οὐ γὰρ δὴ ταῦτά ἐστιν ἐκεῖ, ἅπερ τοὺς ἐνταῦθα ποιεῖ κακοὺς, οὐδ' ἡ τοῦ σώματος κακία ἐνοχλουμένη καὶ ἐνοχλοῦσα. Διὰ τί δὲ οὐ συνιᾶσιν ἐπὶ σχολῆς ἀεὶ, καὶ ἐν νῷ λαμβάνουσι τὸν θεὸν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς νοητοὺς θεούς; ἀλλ' ἡμῖν σοφία βελτίων ἔσται τῶν ἐκεῖ. Ταῦτα τίς ἂν μὴ ἔκφρων γεγενημένος ἀνάσχοιτο; ἐπεὶ καὶ αἱ ψυχαὶ, εἰ μὲν βιασθεῖσαι ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς ἦλθον, πῶς βελτίους αἱ βιασθεῖσαι; ἐν γὰρ ψυχαῖς τὸ κρατῆσαν κρεῖττον· εἰ δὲ ἑκοῦσαι, τί μέμφεσθε εἰς ὃν ἑκόντες ἦλθετε; διδόντος καὶ ἀπαλλάττεσθαι, εἴ τις μὴ ἀρέσκοιτο. Εἰ δὲ δὴ καὶ τοιοῦτόν ἐστι τόδε τὸ πᾶν ὡς ἐξεῖναι ἐν αὐτῷ καὶ σοφίαν ἔχειν, καὶ ἐνταῦθα ὄντας βιοῦν κατ' ἐκεῖνα, πῶς οὐ μαρτυρεῖ ἐξηρτῆσθαι τῶν ἐκεῖ;

que vita sapientiam inæstimabilem præ se ferens: quidnam prohibet statuam manifestam deorum intelligibilium et pulcherrimam affirmare? Quodsi mundana hæc statua, dum supernum imitatur exemplar, non est idem, profecto hoc ipsum naturaliter habet: alioquin imitatio illius minime foret. Quod autem objiciunt dissimiliter imitari, falsum est. Nihil enim prætermissum est eorum, quæ pulchra naturalisque imago posset habere: siquidem necessarium erat, imitationem hanc exstare, neque tamen ex quadam cogitatione artificiosaque cura. Neque enim fieri poterat, ut ipsum intelligibile esset in universo postremum: quippe cum actum ejus esse geminum oportuerit: alterum quidem in se ipso manentem, alterum in aliud prodeuntem. Oportuit igitur post ipsum aliud insuper esse. Solum namque, quod omnium infirmissimum est, ita se habet, ut nihil ipsius ad inferiora descendat, potestas vero mirabilis ibi vigeat. Quapropter et opus inde [semper] emicuit. Ac si mundus alter est hoc melior, quisnam ille? Quodsi necesse est mundum esse, neque tamen est alter, solus hic est, qui superioris imaginem imitando conservat. Terra quidem tota variorum animalium plena est, atque etiam immortalium, et usque ad cœlum horum plena sunt omnia. Stellæ vero et quæ inferioribus insunt sphæris, et quæ in suprema micant, cur dii non sint, cogitari non potest: quippe cum mirabili ordine perferantur ornatuque præcipuo circumcurrant. Quid enim in causa esse possit, ut virtutem non habeant, quidve illis impedimenti ad virtutem consequendam? Non enim ibi hæc sunt, quæ terrenos efficiunt malos: neque in corporibus illis vitium est, quale hic, quod perturbatur atque conturbat: præterea quidnam vetat superos, qui in perpetuo vivunt otio, intelligere, atque mente deum ceterosque intelligibiles deos accipere? Forsan sapientia nobis præstantior, quam illis, adest. At hoc nemo unquam, nisi insanus, admiserit: quandoquidem animæ, si huc compulsæ a mundi anima descenderunt, quomodo præstantiores sunt, cum vim patiantur? Sane in animabus, quod superat, præstantius est et melius. Sin autem huc sponte venerunt, curnam huic regioni detrahitis, in quam sponte venistis? præsertim cum et abire permittat, si cui non placeat habitare. Jam vero si tale est hoc universum, ut liceat in eo et sapientiam comparare, et hic habitantes ad supernorum similitudinem vivere, procul dubio id ipsum testatur mundum desuper dependere.

Omnia juste dispensantur in mundo: bonaque in eo sunt numina: et ipse bonus est, ac deus curam habet.

Θ'. Πλούτους δὲ καὶ πενίας εἴ τις μέμφοιτο, καὶ τὸ οὐκ ἴσον ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασι, πρῶτον μὲν ἀγνοεῖ, ὡς ὁ σπουδαῖος ἐν τούτοις τὸ ἴσον οὐ ζητεῖ, οὐδέ τι νομίζει τοὺς πολλὰ κεκτημένους πλέον ἔχειν, οὐδὲ τοὺς δυναστεύοντας τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ τὴν τοιαύτην σπουδὴν ἄλλους ἐᾷ ἔχειν. Καὶ καταμεμάθηκεν, ὡς διττὸς ὁ ἐνθάδε βίος, ὁ μὲν τοῖς σπουδαίοις, ὁ δὲ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων· τοῖς μὲν σπουδαίοις πρὸς τὸ ἀκρότατον καὶ τὸ ἄνω, τοῖς δὲ ἀνθρωπικωτέροις, διττὸς αὖ ὢν, ὁ μὲν μεμνημένος ἀρετῆς μετίσχει ἀγαθοῦ τινος, ὁ δὲ φαῦλος ὄχλος οἷον χειροτέχνης τῶν πρὸς ἀνάγκην τοῖς ἐπιεικεστέροις· εἰ δὲ φονεύει τις ἢ ἐλαττοῦται τῶν ἡδονῶν ὑπὸ ἀδυναμίας, τί θαυμαστὸν καὶ ἁμαρτίας εἶναι, οὐ νῷ, ἀλλὰ ψυχαῖς, ὥσπερ παισὶν ἀνήβοις; εἰ δὲ γυμνάσιον εἴη νικώντων καὶ ἡττωμένων, πῶς οὐ καὶ ταύτῃ καλῶς ἔχει; εἰ δ' ἀδικεῖ, τί δεινὸν τῷ ἀθανάτῳ; Καὶ εἰ φονεύει, ἔχεις ὃ θέλεις· εἰ δὲ ἤδη μέμφῃ, πολιτεύεσθαι ἀνάγκην οὐκ ἔχεις. Ὁμολογεῖται δὲ καὶ

IX. Si quis autem de mundi sorte queratur, divitiarum paupertatisque gratia culpans videlicet, quod æqualis in his distributio non contingat, hic prorsus ignorat, probum virum æqualitatem in his rebus nequaquam exigere: neque arbitrari, homines plus habentes pecuniarum habere plus boni: neque judicare, dominantes plus, quam privati habeant, possidere: sed harum rerum studium aliis consulto concedere. Novit profecto vir probus, geminam hic esse vitam: alteram quidem proborum, alteram vero multorum: proborumque vitam ad summum gradum supremamque naturam erigi, eorum vero vitam, qui humiliores sunt, similiter esse duplicem: ut altera quidem virtutis memor merito alicujus boni sit particeps, altera vero sit velut turba vilis atque mechanica, honestioribus viris necessaria subministrans. Si autem vel committitur homicidium, vel ob infirmitatem animus a voluptatibus superatur, nihil mirum videri debet, hic esse peccata non quidem in mente, sed in animabus tanquam in puerisatque quibusdam citra pubertatem adolescentulis. Quodsi ejusmodi sors exercitatio quædam sit vincentium atque victorum, hac quoque ratione recte se habet: sin autem patiaris injuriam, nil inde immortali est grave futurum. Rursus si occidaris, quod et optabas, habebis. Si vero adhuc talia damnas, nihil te in hac urbe moras trahent

εἶκας εἶναι ἐνθάδε καὶ κολάσεις. Πῶς οὖν ὀρθῶς ἔχει μέμφεσθαι πόλει διδούσῃ ἑκάστῳ τὴν ἀξίαν, οὗ καὶ ἀρετὴ τετίμηται, καὶ κακία τὴν προσήκουσαν ἀτιμίαν ἔχει. Καὶ θεῶν οὐ μόνον ἀγάλματα, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἄνωθεν ἐφορῶντες, οἳ ῥᾳδίως αἰτίας, φησίν, ἀποφεύγονται πρὸς ἀνθρώπων, πάντα ἄγοντες τάξει ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος, μοῖραν ἑκάστῳ τὴν προσήκουσαν διδόντες, κατὰ ἀμοιβὰς βίων τοῖς προϋπηργμένοις ἀκόλουθον, ἦν ὁ ἀγνοῶν προπετέστερος ἀνθρώπων, περὶ πραγμάτων θείων ἀγροικιζόμενος. Ἀλλὰ χρὴ ὡς ἄριστον μὲν αὐτὸν πειρᾶσθαι γίγνεσθαι, μὴ μόνον δὲ αὐτὸν νομίζειν ἄριστον δύνασθαι γενέσθαι, οὕτω γὰρ οὔπω ἄριστος, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους ἄλλους ἀρίστους, ἔτι καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς εἶναι, πολὺ δὲ μᾶλλον θεοὺς τούς τε ἐν τῷδε ὄντας, κἀκεῖ βλέποντας· πάντων δὲ μάλιστα, τὸν ἡγεμόνα τοῦδε τοῦ παντὸς, ψυχὴν μακαριωτάτην, ἐντεῦθεν δὲ ἤδη καὶ τοὺς νοητοὺς ὑμνεῖν θεούς, ἐφ' ἅπασι δὲ ἤδη τὸν μέγαν τὸν ἐκεῖ βασιλέα, καὶ ἐν τῷ πλήθει μάλιστα τῶν θεῶν τὸ μέγα αὐτοῦ ἐνδεικνυμένους. Οὐ γὰρ τὸ συστεῖλαι εἰς ἓν, ἀλλὰ τὸ δεῖξαι πολὺ τὸ θεῖον ὅσον ἔδειξεν αὐτὸς, τοῦτ' ἔστι δύναμιν θεοῦ εἰδότων, ὅταν, μένων ὅς ἐστι, πολλοὺς ποιῇ πάντας εἰς αὐτὴν ἀνηρτημένους, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ παρ' ἐκείνου ὄντας· καὶ ὁ κόσμος ὅδε δι' ἐκεῖνον ἐστὶ, κἀκεῖ βλέπει καὶ πᾶς, καὶ θεῶν ἕκαστος, καὶ τὰ ἐκείνου προφητεύει ἀνθρώποις, καὶ χρῶσιν, ἃ ἐκείνοις φίλα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτό εἰσιν, ὃ ἐκεῖνος ἐστὶν, αὐτὸ τοῦτο κατὰ φύσιν ἔχει. Εἰ δ' ὑπερορᾷν θέλεις, καὶ σεμνύεις σαυτὸν ὡς οὐ χείρων, πρῶτον μὲν ὅσῳ τις ἄριστος, πρὸς πάντας εὐμενῶς ἔχει καὶ πρὸς ἀνθρώπους· ἔπειτα σεμνὸν δεῖ εἰς μέτρον, μετὰ οὐκ ἀγροικίας, ἐκὶ τοσοῦτον ἰόντα, ἐφ' ὅσον ἡ φύσις δύναται ἡμῶν ἀνιέναι· τοῖς δ' ἄλλοις νομίζειν εἶναι χώραν παρὰ τῷ θεῷ, καὶ μὴ αὐτὸν μόνον μετ' ἐκεῖνον τάξαντα, ὑπερ ὀνείρασι πέτεσθαι, ἀποστεροῦντα ἑαυτὸν, καὶ ὅσον ἐστὶ δυνατὸν ψυχῇ ἀνθρώπου θεῷ γενέσθαι. Δύναται δὲ, εἰς ὅσον νοῦς ἄγει· τὸ δὲ ὑπὲρ νοῦν ἤδη ἐστὶν ἔξω νοῦ πεσεῖν. Πείθονται δὲ ἄνθρωποι ἀνόητοι τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων ἐξαίφνης ἀκούοντες, ὡς Σὺ ἔσῃ βελτίων ἁπάντων οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεῶν· πολλὴ γὰρ ἐν ἀνθρώποις ἡ αὐθάδεια, καὶ ὁ πρότερον ταπεινὸς καὶ μέτριος καὶ ἰδιώτης ἀνὴρ εἰ ἀκούσειε· Σὺ εἶ θεοῦ παῖς, οἱ δ' ἄλλοι, οὓς ἐθαύμαζες, οὐ παῖδες, οὐδὲ ἃ τιμῶσιν ἐκ πατέρων λαβόντες· Σὺ δὲ κρείττων καὶ τοῦ οὐρανοῦ, οὐδὲν πονήσας. Εἶτα καὶ συνεπηχοῦσιν ἄλλοι, οἷον εἰ [τις] ἐν πλείστοις ἀριθμεῖν οὐκ εἰδόσιν, ἀριθμεῖν οὐκ εἰδὼς, πηχέων χιλίων εἶναι ἀκούοι, τί ἂν εἰ χιλιόπηχυς εἶναι νομίζοι, τοὺς ἄλλους πεντακοσίους εἶναι ἀκούοι, μόνον δὲ φαντάζοιτο, ὡς τὰ χίλια ἀριθμὸς μέγας. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἡμῶν προνοεῖ ὁ θεός· τοῦ δὲ κόσμου παντὸς, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ, διὰ τί ἀμελεῖ; Εἰ μὲν γὰρ, ὅτι οὐ σχολὴ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν βλέπειν, οὐδὲ θέμις αὐτῷ πρὸς τὸ κάτω· καὶ πρὸς αὐτὸν βλέπων, διὰ τί οὐκ ἔξω βλέπει, καὶ πρὸς τὸν

cogit. Constat præterea judicia pœnasque hic esse : quo fit, uti injustum sit civitatem hanc criminari, unicuique pro dignitate distribuentem : in qua honoratur virtus, pravitas meritum reportat dedecus. Neque solum statuæ hic sunt deorum, sed ipsi quoque dii ab alto prospicientes : qui facile apud homines (ut fertur) culpas evadunt atque devitant : omnia a principio ad finem ordine perducentes, sortemque unicuique congruam secundum vitarum vicissitudines distribuentes : sortem, inquam, opera præcedentia consequentem : quam quidem sortem quisquis ignorat, maxime omnium temerarius rudisque in rebus divinis evadit. Oportet autem viribus cunctis contendere, ut optimus tandem efficiaris, neque putare, te solum fieri posse optimum, alioquin nondum optimus esses, verum cum alios quoque homines optimos esse, tum etiam dæmones esse bonos : multoque magis deos, qui mundum hunc habitantes, superiorem suspiciunt mundum; horum vero omnium maxime totius mundi ducem, animam beatissimam : hinc et deos intelligibiles colere : præter cunctos denique, et in cunctis magnum ibi regem omnium venerari : quem quidem in multitudine deorum potissimum excellentiam suam demonstrare procul dubio censeamus. Non enim in unicum duntaxat rem omnem repente contrahere, sed explicare tantam divinitatis amplitudinem, quantam explicavit ipse, eorum munus est, qui dei ipsius potentiam cognoverunt, quatenus videlicet unus ipse, qui est permanens, efficit multos, qui ab ipso cuncti dependeant : quippe cum per ipsum ab ipsoque sint : atqui et hic mundus per illum est, et illuc suspicit totus. Suspicit et totus et quisque deorum, qui hominibus dei decreta prænunciant : et, quæ ipsis placent, oraculis responsisque declarant. Quodsi sequentes hi dii non idem sunt, quod et primus deus, profecto hoc ipsum naturæ consentaneum est. Sin autem superiora despicere libet, teque ipsum, quasi non sis deterior, magni facere : memento primum quidem, quanto quis melior est, tanto erga ceteros, cum homines, tum superos, benignorem esse atque modestiorem : deinde, oportere dignitatem suam moderate servare, procul ab omni acerba rusticitate remotum, eatenus se attollentem, quatenus natura nostra progredi potest, atque existimantem, ceteris quoque autem ad deum patere, neque velut in somnis pervolantem, solum se deo proxime subdere. In primisque cavere decet, ne se ipsum ea etiam facultate privet, quantacumque animo nostro ad hoc data est, ut deus efficiatur. Potest autem qualenus mens ipsa ducit. Mentem vero transcendere nihil aliud est, quam ab ipsa mente jam cadere. Credunt autem homines stulti verbis ejusmodi, cum primum audiunt : Eris tu quidem omnibus non tantum hominibus, sed dis quoque præstantior. Multa enim regnat in hominibus arrogantia : et qui antea modestus erat humilisque et simplex, confidentius jam effertur, quando audit : Tu quidem es dei filius, ceteri autem, quos hactenus admirabaris, non sunt dei filii : sed neque etiam, quæ ipsi ritu majorum colunt, dei filii sunt : tu vero, absque controversia vel labore, es ipso cælo præstantior. Accedit ad hæc, quod idem alii quoque conclamant : ceu si quis numerare nesciens in multorum turba numerare similiter nescientium audiat alicunde magnitudinem suam cubitos mille prorsus implere. Quidnam? si mille cubitorum se existimet, ceteros autem quinque cubitos non excedere; nesciat quidem, qui quotve sint ii numeri, hinc tamen imaginetur numerum, quo ipse superat, esse quam plurimum. Confitentur præterea deum humanarum quidem rerum curam habere, totius autem mundi, in quo sunt homines, nullam : sed curnam mundum negligit? Si enim ideo negligit, quoniam non tantum habet olii, ut prospiciat universum, nimirum neque fas est ipsum inferiora curare. Item dum prospicit homines, cur non et quæ cir-

κόσμον δὲ βλέπει, ἐν ᾧ εἰσιν· εἰ δὲ μὴ ἔξω, ἵνα μὴ τὸν κόσμον ἐφορᾷ, οὐδ' αὐτοὺς βλέπει. Ἀλλ' οὐδὲν δέονται αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ κόσμος δεῖται, καὶ οἶδε τὴν τάξιν αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐν αὐτῷ, ὅπως ἐν αὐτῷ, καὶ ὅπως ἐκεῖ. Καὶ ἀνδρῶν, οἳ ἂν θεῷ ὦσι φίλοι, πράως μὲν τὰ παρὰ τοῦ κόσμου φέροντες, εἴ τι ἐκ τῆς τῶν πάντων φορᾶς ἀναγκαῖον αὐτοῖς συμβαίνει. Οὐ γὰρ πρὸς τὸ ἑκάστῳ καταθύμιον, ἀλλὰ πρὸς τὸ πᾶν δεῖ βλέπειν· τιμῶν δὲ ἑκάστους κατ' ἀξίαν, σπεύδων δ' ἀεὶ οὗ πάντα σπεύδει τὰ δυνάμενα, πολλὰ δὲ εἶναι τὰ σπεύδοντα ἐκεῖ πάντα, καὶ τὰ μὲν τυγχάνοντα, μακάρια, τὰ δὲ, ὡς δυνατὸν, ἔχει τὴν προσήκουσαν αὐτοῖς μοῖραν, οὐχ αὐτῷ μόνῳ διδοὺς τὸ δύνασθαι. Οὐ γὰρ ᾗ ἐπαγγέλλει τὸ ἔχειν, ὃ λέγει τις ἔχειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ εἰδότες, ὅτι μὴ ἔχουσι, λέγουσιν ἔχειν, καὶ οἴονται ἔχειν, οὐκ ἔχοντες, καὶ μόνοι ἔχειν, ὃ αὐτοὶ μόνοι οὐκ ἔχουσιν.

cumstant interea conspicit? atque ita mundum, in quo sunt homines: sin autem non aspicit extra, ne mundum videat, neque etiam videt homines. At dicent, illo homines non egere; attamen mundus indiget. Quin etiam novit ejus ordinem, et qui sint in ipso, qua conditione in eo sint, et quo pacto sint ibi. Proinde quicumque inter homines deo sunt amici, quæ a mundo contingunt, æquo animo tolerantes, quicquid ex ipso omnium motu necessario provenit, recte ferunt. Neque id quidem injuria: non enim ad suum cujusque votum, sed ad totum ipsum spectare decet, honorantem singulos pro dignitate: eoque pro viribus contendentem, quo omnia, quæcumque possunt, natura contendunt, existimantem rursus multa esse: imo vero omnia, quæ illuc annitantur, et quæ consequantur, esse beata: nonnulla vero, quoad sua fert natura, convenientem sibi sortem assequi. Profecto vir probus non sibi soli arrogat felicitatis consequendæ potentiam. Non enim ex eo, quod profiteatur aliquid possidere, jam possidet: quin et multa plerique non habere se cognoscentes, habere se jactant, atque etiam non habentes opinantur habere, solique possidere, cum tamen ipsi [soli] sint, qui non possideant.

Quantum errent, qui dicunt, mundi fabrum errore quodam fecisse mundum atque malum.

Ι'. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα, μᾶλλον δὲ πάντα ἄν τις ἐξετάζων ἀφθονίαν ἔχοι ἂν, καθ' ἕκαστον λόγον δεικνὺς ὡς ἔχει. Αἰδὼς γάρ τις ἡμᾶς ἔχει πρός τινας τῶν φίλων, οἳ τούτῳ τῷ λόγῳ ἐντυχόντες πρότερον ἢ ἡμῖν φίλοι γενέσθαι, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπ' αὐτοῦ μένουσι, καίτοι αὐτοὶ οὐκ ὀκνοῦσι τὰ αὐτῶν ἐθέλοντες δοκεῖν εἶναι ἀληθῆ ἀξιοπίστως, ἢ καὶ οἰόμενοι τὰ αὐτῶν οὕτως ἔχειν, λέγειν δὴ ἃ λέγουσιν· ἀλλ' ἡμεῖς πρὸς τοὺς γνωρίμους οὐ πρὸς αὐτοὺς λέγοντες, πλέον γὰρ οὐδὲν ἂν γίγνοιτο πρὸς τὸ πεῖθειν αὐτούς, ἵνα μὴ πρὸς αὐτῶν ἐνοχλοῖντο, οὐκ ἀποδείξεις κομιζόντων, πῶς γάρ; ἀλλ' ἀπαυθαδιζομένων, ταῦτα εἰρήκαμεν· ἄλλου ὄντος τρόπου, καθ' ὃν ἄν τις γράφων ἡμύνατο τοὺς διασύρειν τὰ τῶν παλαιῶν καὶ θείων ἀνδρῶν καλῶς καὶ τῆς ἀληθείας ἐχομένως εἰρημένα τολμῶντας. Ἐκείνως μὲν οὖν ἑατέον ἐξετάζειν· καὶ γὰρ τοῖς ταῦτα ἀκριβῶς λαβοῦσι τὰ νῦν εἰρημένα ἔσται καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅπως ἔχει, εἰδέναι· ἐκεῖνα δὲ εἰπόντα ἑατέον τὸν λόγον, ὃ δὴ καὶ πάντα ὑπερβέβληκεν ἀτοπίᾳ, εἰ δεῖ ἀτοπίαν τοῦτο λέγειν· ψυχὴν γὰρ εἰπόντες νεῦσαι κάτω, καὶ σοφίαν τινὰ, εἴτε τῆς ψυχῆς ἀρξάσης, εἴτε τῆς τοιαύτης αἰτίας γενομένης σοφίας, εἴτε ἄμφω ταὐτὸν ἐθέλουσιν εἶναι, τὰς μὲν ἄλλας ψυχὰς συγκατελυθέναι λέγοντες, καὶ μέλη τῆς σοφίας, ταύτας μὲν ἐνδῦναι λέγουσι σώματα, οἷον τὰ τῶν ἀνθρώπων. Ἧς δὲ χάριν καὶ αὖται κατῆλθον, ἐκείνην λέγουσι πάλιν αὖ μὴ κατελθεῖν, οἷον μὴ νεῦσαι, ἀλλ' ἐλλάμψαι μόνον τῷ σκότῳ· εἶτ' ἐκεῖθεν εἴδωλον ἐν τῇ ὕλῃ γεγονέναι· εἶτα τοῦ εἰδώλου εἴδωλον πλάσαντες, ἐνταῦθά που δι' ὕλης ἢ ὑλότητος, ἢ ὅ τι ὀνομάζειν θέλουσι, τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο λέγοντες, καὶ πολλὰ ἄλλα ὀνόματα εἰπόντες, οὗ λέγουσιν εἰς ἐπισκότησιν, τὸν λεγόμενον παρ' αὐτοῖς δημιουργὸν γεννῶσι· καὶ ἀποστάντα τῆς μητρὸς ποιήσαντες τὸν κόσμον παρ' αὐτοῦ λέγουσιν, ἐπ' ἔσχατα εἰδώλων, ἵνα σφόδρα λοιδορήσεται ὁ τοῦτο γράψας.

X. Alia præterea multa, imo vero omnia aliquis discutiens, abunde facileque inveniet, qua ratione sigillatim, qualis sit illorum sermo, demonstret. Non possum equidem pudore non affici amicorum quorundam gratia, qui, antequam familiaritatem nobiscum inirent, in sermones ejusmodi inciderunt: in quibus adhuc nescio quomodo perseverant: quamvis non pudeat eos, sed impensius studeant, ut opiniones suæ veræ procul dubio videantur: vel etiam ipsi rem ita se habere existimant: nos autem ad notos tantum verba facimus, ad multos autem, qui illos audiunt, minime: nihil enim suadendo proficeremus, persuadere conantes, ne ab illis se perverti permittant, demonstrationes quidem nullas in medium afferentibus; qua enim ratione valeant? sed pertinacius se jactantibus. Cum alter quidam sit modus, quo quis scribens eos refellat, qui non verentur circa præclarissima verissimaque priscorum divinorumque virorum mysteria cavillari. Quam ob rem illum discussionis modum missum in præsentia faciamus. Qui enim, quæ modo dicta sunt, perfecte comprehenderint, plane, qualia sint et reliqua, poterunt judicare. Mitto et in præsentia dictum illud absurditate omnia superans, si modo absurditatem convenit hanc appellare: aiunt enim, animam atque sapientiam quandam ad id, quod inferius, annuisse [*declinasse*], sive nutum hunc inclinaverit anima, sive sapientia nutandi causa fuerit, sive ambo idem esse velint, alias utique animas condescendisse ferunt, et sapientiæ membra, easque ingredi corpora velut humana. Cujus autem gratia animæ delapsæ sunt, illam rursus tradunt minime labi, quasi non annuerit quidem, sed tantum tenebras illustraverit. Deinde hinc simulacrum in materia resultasse: deinceps simulacri simulacrum hinc formantes per materiam, sive per materialitatem, sive quomodocumque nominare velint, aliud quidem hoc dicentes, aliud vero illud, aliaque multa nomina obscuritatis gratia confingentes, eum sic, qui apud eos mundi opifex nominatur, efficiunt. Atque desciscentem a matre fingentes mundum ab ipso deducunt ad extrema simulacrorum: ut, qui hæc scripsit, mordacius etiam conviciaretur.

Refellit, quod dicebant, illustrationem ab anima in materiam fecisse aliam animam, et illam fabricavisse singula.

ΙΑ'. Πρῶτον μὲν οὖν εἰ μὴ κατῆλθεν, ἀλλ' ἐνέλαμψε τὸ σκότος, πῶς ἂν ὀρθῶς λέγοιτο νενευκέναι; οὐ γὰρ, εἴ τι παρ' αὐτῆς ἔρρευσεν οἷον φῶς, ἤδη νενευκέναι αὐτὴν λέγειν προσήκει· εἰ μή που τὸ μὲν ἔκειτό που ἐν τῷ κάτω, ἡ δὲ ἦλθε τοπικῶς πρὸς αὐτὸ, καὶ ἐγγὺς γενομένη ἐνέλαμψεν· εἰ δ' ἐφ' ἑαυτῆς μένουσα ἐνέλαμψε, μηδὲν εἰς τοῦτο ἐργασαμένη, διὰ τί μόνη αὐτὴ ἐνέλαμψεν, ἀλλ' οὐ τὰ δυνατώτερα αὐτῆς ἐν τοῖς οὖσιν; Εἰ δὲ τῷ λογισμὸν λαβεῖν αὐτὴ κόσμου ἠδυνήθη ἐλλάμψαι ἐκ τοῦ λογισμοῦ, διὰ τί οὐχ ἅμα ἐλλάμψασα καὶ κόσμον ἐποίησεν, ἀλλ' ἔμεινε τὴν τῶν εἰδώλων γένεσιν; Ἔπειτα καὶ ὁ λογισμὸς ὁ τοῦ κόσμου, ἡ γῆ αὐτοῖς ἡ ξένη λεγομένη, γενομένη ὑπὸ τῶν μειζόνων, ὡς λέγουσιν αὐτοὶ, οὐ κατήγαγεν εἰς νεῦσιν τοὺς ποιήσαντας. Ἔπειτα πῶς ἡ ὕλη φωτισθεῖσα εἴδωλα ψυχικὰ ποιεῖ, ἀλλ' οὐ σωμάτων φύσιν; Ψυχῆς δὲ εἴδωλον οὐδὲν ἂν δέοιτο σκότους ἡ ὕλης· ἀλλὰ γενόμενον, εἰ γίγνεται, παρακολουθοῖ ἂν τῷ ποιήσαντι, καὶ συνηρτημένον ἔσται. Ἔπειτα πότερον οὐσία τοῦτο, ἢ, ὥς φασιν, ἐννόημα; Εἰ μὲν γὰρ οὐσία, τίς ἡ διαφορὰ πρὸς τὸ ἀφ' οὗ; εἰ δ' ἄλλο εἶδος ψυχῆς, εἰ ἐκείνη λογικὴ, τάχα ἂν φυτικὴ καὶ γεννητικὴ αὕτη· εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἂν ἔτι ἕνα τιμῶτο, καὶ πῶς δι' ἀλαζονείαν καὶ τόλμαν ποιεῖ, καὶ ὅλως, τὸ διὰ φαντασίας; καὶ ἔτι μᾶλλον τοῦ λογίζεσθαι ἀνήρηται· τί δ' ἔτι ἔδει ἐμποιεῖν ἐξ ὕλης καὶ εἰδώλου τὸν ποιήσαντα; εἰ δ' ἐννόημα, πρῶτον τὸ ὄνομα ἐπισημαντέον ὅθεν· ἔπειτα πῶς ἐστιν, εἰ μὴ τῷ ἐννοήματι δώσει τὸ ποιεῖν; ἀλλὰ πρὸς τῷ πλάσματι πῶς ἡ ποίησις; τοῦτο μὲν πρῶτον, ἄλλο δὲ μετ' ἐκεῖνο, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἐξουσίας λέγοντες· διὰ τί δὲ πρῶτον πῦρ;

XI. At vero, si anima illa non decidit [*i. e. deorsum cecidit*], sed tenebras illustravit, quomodo recte dicetur inferius annuisse? Non enim ex eo, quod aliquid quasi lumen effluxit ab ipsa, jam dicenda est annuisse: nisi aliud quidem aliquo modo inferius positum sit; hæc autem ad id, quasi de loco ad locum translata descenderit, factaque propinquior illustraverit: si autem in se ipsa permanens lumen effudit, nihil in hoc familiarius operata, curnam sola anima illustravit, non autem illa etiam, quæ in ipso rerum ordine potentiora sunt, quam anima? Quodsi dicant, animam ex eo, quod rationalem mundi notionem in se comprehenderit, potuisse ex ipso rationali discursu illuminare: quidnam prohibet, quo minus, cum primum illuminavit, simul quoque mundum effecerit: cur simulacrorum genituram ulterius exspectavit? Deinde rationalis ipsa mundi notio, quæ ab illis terra peregrina hospitalisque dicitur, facta a majoribus, ut ipsi ferunt, haudquaquam effectores deorsum coegit annuere. Præterea, quænam ratio est, per quam materia illustrata non corporum naturam, sed simulacra faciat animarum? Jam vero animæ simulacrum nihil vel tenebris vel materia indigere videtur: sed si quid fiat, mox factum comitabitur effectorem, secumque [*corr.* eique] manebit annexum. Item, quod primum infunditur in materiam, utrum essentia est, an potius (ut eorum verbis utar) excogitamen? Si enim est essentia, quænam differentia erit inter hoc et illud, a quo manavit? Sin autem altera est animæ species, siquidem superior rationalis sit, fortasse hæc vegetalis est atque genitalis: quod si ita sit, quomodo verum erit, ut honoraretur effecisse mundum? Et quo pacto per audaciam superbiamque fecit, atque omnino, quod dicitur, per imaginationem quandam? multoque magis, quod per ratiocinationem fecisse dicitur, sic est confutatum. Quidve rursus oportuit effectorem ex materia simulacroque intus efficere? sin autem dicatur, quod primum infunditur, esse excogitamen: primo quidem interpretandum erit, unde nomen ejusmodi sit deductum: deinde qua ratione id est, nisi excogitamini huic dederit efficiendi virtutem? At vero quonam pacto penes figmentum hoc vigebit effectio? Dicent utique, hoc quidem prius fieri, aliud vero deinceps. Verum id sua quadam licentia dicent. Cur autem primo quidem ignis, [deinde cetera]?

Refellit eadem, et probat mundum factum esse simul totum.

ΙΒ'. Καὶ ἄρτι γενόμενον πῶς ἐπιχειρεῖ μνήμῃ ὧν εἶδεν; Ἀλλ' ὅλως οὐκ ἦν, ἵνα ἂν καὶ εἶδεν, οὔτε αὐτὸς, οὔτε ἡ μήτηρ, ἣν διδόασιν αὐτῷ· εἶτα πῶς οὐ θαυμαστὸν αὐτοὺς μὲν οὐκ εἴδωλα ψυχῶν ἐνθάδε ἐλθόντας εἰς τὸν κόσμον τόνδε, ἀλλ' ἀληθινὰς ψυχὰς, μόλις καὶ ἀγαπητῶς ἕνα ἢ δύο αὐτῶν ἐκ τοῦ κόσμου κινηθῆναι, ἐλθόντας εἰς ἀνάμνησιν, μόλις ἀναπόλησιν λαβεῖν ὧν ποτε εἶδον. Τὸ δὲ εἴδωλον τοῦτο εἰ καὶ ἀμυδρῶς, ὡς λέγουσιν, ἀλλ' οὖν ἄρτι γενόμενον, ἐνθυμηθῆναι ἐκεῖνα, ἢ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, εἴδωλον ὑλικὸν, καὶ μὴ μόνον ἐνθυμηθῆναι ἐκεῖνα, καὶ κόσμου λαβεῖν ἔννοιαν κόσμου ἐκείνου, ἀλλὰ καὶ μαθεῖν ἐξ ὧν ἂν γένοιτο, πόθεν δὴ καὶ πρῶτον πῦρ ποιῆσαι, οἰηθέντα δεῖν τοῦτο πρῶτον. Διὰ τί γὰρ οὐκ ἄλλο; ἀλλ' εἰ ἐδύνατο ποιεῖν, ἐνθυμηθεὶς πῦρ, διὰ τί ἐνθυμηθεὶς κόσμον (πρῶτον γὰρ ἔδει ἐνθυμηθῆναι τὸν ὅλον) οὐ κόσμον ἀθρόως ἐποίει; ἐμπεριείχετο γὰρ κἀκεῖνα ἐν τῇ ἐνθυμήσει· φυσικώτερον γὰρ πάντως, ἀλλ' οὐχ ὡς αἱ τέχναι ἐποίει· ὕστεραι γὰρ τῆς φύσεως καὶ τοῦ κόσμου αἱ τέχναι, ἐπεὶ καὶ νῦν καὶ τὰ κατὰ μέρος γιγνόμενα

XII. Similiter quærendum est, qua ratione simulacrum illud nuper genitum aggrediatur effectionem recordatione quadam eorum, quæ antea noverat? Non enim erat omnino, quo posset cognoscere: neque etiam erat illa, quam illi suam matrem esse dicunt. Accedit ad hæc, quod illi hunc in mundum non tanquam animarum simulacra quædam, sed tanquam veræ animæ descenderunt, et tamen vix et ægre inter illos unus et ad summum duo ex mundo commoti, seque in memoriam revocantes, vix tandem nonnihil eorum, quæ viderant, animadversione resumunt. Nonne igitur supra modum mirabile est, vel simulacrum hoc, etiamsi (ut aiunt) tenuiter, attamen statim genitum excogitare superna: vel etiam ejus matrem eadem suspicari, quæ simulacrum est prorsus materiale? Neque solum illa considerare, et mundi hujus illiusque accipere notionem, sed etiam comprehendere, ex quibus efficiatur: Undenam primo ignem fieri cogitavit, existimans oportere id fieri primum? Cur non similiter aliud? Sed si potuit facere ex eo, quod notio ejus insiguita est igne? cur non insignita mundo (prius enim oportuit insigniri toto) mundum simul totum effecit? In ipso namque excogitato totius signaculo illa quoque sunt consignata. Ita certe naturalius judicabitur effecisse. Neque putandum est artificum more fabricavisse: quippe cum artes sint et natura et mundo posteriores. Quandoquidem, quæ in singulis quotidie speciebus naturaliter generantur, non

ὑπὸ τῶν φύσεων, οὐ πρῶτον πῦρ, εἶθ' ἕκαστον, εἶτα φύρασις τούτων, ἀλλὰ περιβολὴ καὶ περιγραφὴ, τυποῦσα ἐπὶ τοῖς καταμηνίοις παντὸς τοῦ ζώου. Διὰ τί οὖν οὐ κἀκεῖ ἡ ὕλη περιεγράφετο τύπῳ κόσμου, ἐν ᾧ τύπῳ καὶ γῆ, καὶ πῦρ, καὶ τὰ ἄλλα; Ἀλλ' ἴσως αὐτοὶ οὕτω κόσμον ἐποίησαν, ὡς ἂν ἀληθεστέρᾳ ψυχῇ χρώμενοι· ἐκεῖνος δὲ οὕτως ἠγνόει ποιῆσαι· καίτοι προϊδεῖν καὶ μέγεθος οὐρανοῦ, μᾶλλον δὲ τοσοῦτον εἶναι, καὶ τὴν λόξωσιν τῶν ζωδίων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν τὴν φοράν, καὶ τὴν γῆν οὕτως, ὡς ἔχειν εἰπεῖν αἰτίας, δι' ἃς οὕτως, οὐκ εἰδώλου ἦν, ἀλλὰ πάντως ἀπὸ τῶν ἀρίστων τῆς δυνάμεως ἐλθούσης, ὃ καὶ αὐτοὶ ἄκοντες ὁμολογοῦσιν. Ἡ γὰρ ἐλλαμψις ἡ εἰς τὸ σκότος ἐξετασθεῖσα ποιήσει ὁμολογεῖν τὰς ἀληθεῖς τοῦ κόσμου αἰτίας. Τί γὰρ ἐλλάμπειν ἔδει, εἰ μὴ πάντως ἔδει; ἢ γὰρ κατὰ φύσιν ἢ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη. Ἀλλ' εἰ μὲν κατὰ φύσιν, ἀεὶ οὕτως· εἰ δὲ παρὰ φύσιν, καὶ ἐν τοῖς ἐκεῖ ἔσται τὸ παρὰ φύσιν, καὶ τὰ κακὰ πρὸ τοῦ κόσμου τοῦδε. Καὶ οὐχ ὁ κόσμος αἴτιος τῶν κακῶν, ἀλλὰ τἀκεῖ τούτῳ· καὶ τῇ ψυχῇ οὐκ ἐντεῦθεν, ἀλλὰ παρ' αὐτῆς ἐνταῦθα· καὶ ἥξει ὁ λόγος ἀναφέρων τὸν κόσμον ἐπὶ τὰ πρῶτα. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἡ ὕλη, ὅθεν φανείη· ἡ γὰρ ψυχὴ ἡ νεύσασα, ἦδη ὂν τὸ σκότος, φασὶν, εἶδε καὶ κατέλαμψε. Πόθεν οὖν τοῦτο; εἰ δ' αὐτὴν φήσουσι ποιῆσαι νεύσασαν, οὐκ ἦν δηλονότι, ὅπου ἂν ἔνευσεν, οὐδ' αὐτὸ τὸ σκότος αἴτιον τῆς νεύσεως, ἀλλ' αὐτὴ ἡ ψυχῆς φύσις. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν ταῖς προηγησαμέναις ἀνάγκαις· ὥστε ἐπὶ τὰ πρῶτα ἡ αἰτία.

ita fiunt, ut primo quidem fiat ignis, deinde reliqua sigillatim, denique mistura cunctorum, imo vero totius simul viventis configuratio necessariam membrorum ad totum complectens connexionem, in menstruis coalescit. Quidnam igitur obstat, quin in ipso rerum ordine materia simul insignita sit totius mundi figura? in qua quidem figura et terra, et ignis, et cetera connexa necessario fuerint. Forsan illi ita mundum procreavissent: utpote qui meliorem nacti sint animam. Faber vero mundi ita mundum facere nesciebat, quanquam prævidere magnitudinem cæli, certamque mensuram, et orbis signiferi obliquitatem, et motus sub illis actos, et terram, atque ita hæc omnia prævidere, ut singulorum ratio, per quam ita se habeant, teneatur, non simulacri ullius est munus, sed alicujus potius potestatis, quæ proficiscatur ab optimis. Quod quidem ipsi quoque vel inviti confitebuntur. Illustratio enim illa diffusa per tenebras diligenter examinata faciet, ut veras mundi causas fateantur. Quid enim oportebat illuminare, si non oportebat omnino? Vel enim secundum naturam, vel præter naturam erat illa necessitas. Verum si secundum naturam, certe ita esset et semper: sin autem præter naturam, et superioribus illis præter naturam aliquid accidit, procul dubio ante hunc mundum mala fuerunt. Neque hic mundus malorum causa est, sed superiora sunt hujus causa mali: neque malum animæ ex hoc accidit mundo: sed potius mundo huic ab anima, atque ita ratio rite discurrens mundum hunc rediget in suprema. Verum si materiam quoque esse mali causam dixerint, undenam materia prodiit: anima namque ad inferiora vergens, tenebras (ut aiunt) quæ jam erant, vidit atque illustravit. Ut enim igitur dicemus tenebras prodiisse? Si dicent, animam ad inferiora vergentem eas in medium attulisse, sequetur, antequam inclinaretur anima, tenebras non fuisse: atque ita inclinationis causa non in tenebris, sed in ipsa natura animæ constat. Id autem nihil aliud est, quam causam ex præcedentibus necessitatibus assignare: quapropter in ipsa rerum principia ejusmodi causa referetur.

Non fieri a cælo mala: et omnia mundana naturaliter esse bona, quamvis non æque inter se bona, nec æqualia divinis.

ΙΓ'. Ὁ ἄρα μεμφόμενος τῇ τοῦ κόσμου φύσει, οὐκ οἶδεν ὅ τι ποιεῖ, οὐδ' ὅπου τὸ θράσος αὐτοῦ τοῦτο χωρεῖ. Τοῦτο δὲ, ὅτι οὐκ ἴσασι τάξιν τῶν ἐφεξῆς, πρώτων καὶ δευτέρων καὶ τρίτων, καὶ ἀεὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων, καὶ ὡς οὐ λοιδορητέον τοῖς χείροσι τῶν πρώτων, ἀλλὰ πράως συγχωρητέον τῇ πάντων φύσει αὐτὸν θέοντα πρὸς τὰ πρῶτα, παυσάμενον τῆς τραγῳδίας τῶν φοβερῶν, ὡς οἴονται ἐν ταῖς τοῦ κόσμου σφαίραις, αἳ δὴ πάντα μᾶλλον τεύξουσιν αὐτοῖς. Τί γὰρ φοβερὸν ἔχουσιν αὗται, ὡς φοβοῦσι τοὺς ἀπείρους λόγων, καὶ πεπαιδευμένης ἀνηκόους καὶ ἐμμελοῦς γνώσεως; οὐ γὰρ, εἰ πύρινα τὰ σώματα αὐτῶν, φοβεῖσθαι δεῖ, συμμέτρως πρὸς τὸ πᾶν καὶ πρὸς τὴν γῆν ἔχοντα, εἰς δὲ τὰς ψυχὰς αὐτῶν βλέπειν, οἵας καὶ αὐτοὶ δήπουθεν ἀξιοῦσι τίμιοι εἶναι· καίτοι καὶ τὰ σώματα αὐτῶν μεγέθει καὶ κάλλει διαφέροντα, συμπράττοντα καὶ συνεργοῦντα τοῖς κατὰ φύσιν γιγνομένοις· ἃ οὐκ ἂν οὐ γένοιτό ποτε, ἐς τ' ἂν ᾖ τὰ πρῶτα, συμπληροῦντα δὲ τὸ πᾶν καὶ μεγάλα μέρη ὄντα τοῦ παντός. Εἰ δὲ ἄνθρωποι τίμιόν τι παρ' ἄλλα ζῶα, πολλῷ μᾶλλον ταῦτα οὐ τυραννίδος ἕνεκα ἐν τῷ παντὶ ὄντα, ἀλλὰ κόσμον καὶ τάξιν παρέχοντα. Ἃ δὲ λέγεται γίγνεσθαι παρ' αὐτῶν, σημεῖα [δεῖ] νομίζειν τῶν ἐσομένων εἶναι· γίγνεσθαι δὲ τὰ γιγνόμενα διάφορα καὶ τύχαις.

XIII. Qui ergo naturam mundi vituperat, quid agat, prorsus ignorat, neque quo eum temeraria arrogantia sua deducat, intelligit. In hoc autem errant plerique, quia nesciunt perpetuum ordinem a primis per media ad tertia, atque ita semper usque ad extrema necessario descendentem: neque considerant, non decere [vel inferiores incusare suprema vel] supremorum subsequentia improbare: sed oportere universi naturæ æquo animo semper obtemperare, seque ad ipsos superiora conferre: spernentes omnino tragicos terrores, quos nonnulli mortalibus ex mundi sphæris incutiunt. Quæ tamen salutaria omnia hominibus struunt. Quid enim hæc in se continent metuendum, quo plerique perterrere debeant homines rationum imperitos et doctrinarum rectæque cognitionis expertes? Quamvis enim ignea sphærarum corpora sint, non tamen timenda sunt: quippe cum ad universi terræque bonum accommodatissimæ sint. Decet autem animas illarum considerare, penes quas et ipsi magni pretii censeri se putant. Etsi illarum corpora magnitudine pulchritudineque nostra hæc mirifice antecedunt, atque ad illa, quæ naturæ gignuntur, efficienda conferunt, et servanda conducunt. Alioquin, quamdiu prima sunt, sequentia hæc non fierent. Complent utique universum, membraque sunt totius ingentia. Quodsi homines præ ceteris animantibus honorandi sunt, multo magis illa, quæ quidem non tyrannidis exercendæ gratia sunt in mundo, sed ornamentum ordinemque efficiunt. Quæ vero fieri dicuntur ab illis, significari ab eis potius, quam fieri, est judicandum: provenire autem quæ fiunt differentia etiam fortunis. Non enim fieri potest, ut eadem pro-

Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν ταῦτα περὶ ἑκάστους συμβαίνειν, καὶ καιροῖς γενέσεων, καὶ τόποις πλεῖστον ἀφεστηκόσι, καὶ διαθέσεσι ψυχῶν. Καὶ οὐκ ἀπαιτητέον πάλιν ἀγαθοὺς πάντας, οὐδ', ὅτι μὴ τοῦτο δυνατὸν, μέμφεσθαι προχείρως, πάλιν ἀξιοῦσι μηδὲν διαφέρειν ταῦτα ἐκείνων, τό τε κακὸν μὴ νομίζειν ἄλλο τι ἢ τὸ ἐνδεέστερον εἰς φρόνησιν, καὶ ἧττον ἀγαθὸν, καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ σμικρότερον. Οἷον εἴ τις τὴν φύσιν κακὸν λέγοι, ὅτι μὴ αἰσθησίς ἐστι· καὶ τὸ αἰσθητικὸν, ὅτι μὴ λόγος· εἰ δὲ μή, κἀκεῖ τὰ κακὰ ἀναγκασθήσονται λέγειν εἶναι· καὶ γὰρ ἐκεῖ ψυχὴ χεῖρον νοῦ, καὶ οὗτος ἄλλου ἧττον.

veniant circa singulos, cum generationis temporibus, tum diversitate locorum, tum affectionibus animorum inter se longe distantes. Nec rursus exigendum est, ut omnes in mundo sint boni: neque, si id fieri nequeat, repente mundi ordinem incusare decet: neque requirere rursus, ut inferiora hæc nihilo a superioribus differant: neque censere, aliud esse malum, quam quod ad prudentiam est ineptius, minusque bonum, deincepsque procedendo semper in minus. Perinde ac si quis naturam asserat esse malam, propterea quod ipsa non sit sensus: similiterque sensuale malum esse, quoniam non sit ratio: alioquin apud superos quoque mala esse fateri cogentur. Etenim illic anima est inferior mente, atque mens est inferior alio.

Refellit, quod dicunt certo verborum sono supera flecti, et morbos esse dæmonia, et hæc expelli quibusdam verbis et ritibus absque virtute.

ΙΔ'. Μάλιστα δὲ αὐτοὶ καὶ ἄλλως ποιοῦσιν οὐκ ἀκράτα τὰ ἐκεῖ. Ὅταν γὰρ ἐπαοιδὰς γράφωσιν, ὡς πρὸς ἐκεῖνα λέγοντες, οὐ μόνον πρὸς τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπάνω τί ποιοῦσιν; ἢ γοητείας καὶ θέλξεις, καὶ πείσεις λέγουσι; καὶ λόγῳ ὑπακούειν, καὶ ἄγεσθαι, εἴ τις ἡμῶν τεχνικώτερος εἰπεῖν ταδὶ καὶ οὕτωσὶ μέλη καὶ ἤχους, καὶ προσπνεύσεις καὶ σιγμοὺς τῆς φωνῆς, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἐκεῖ μαγεύειν γέγραπται; Εἰ δὲ μὴ βούλονται τοῦτο λέγειν, ἀλλὰ πῶς φωναῖς τὰ ἀσώματα, ὥστε οἱ οἷς σεμνοτέρους αὐτῶν τοὺς λόγους ποιοῦσι φαίνεσθαι, τούτοις λελήθασιν αὐτοὺς τὸ σεμνὸν ἐκείνων ἀφαιρούμενοι· καθαίρεσθαι δὲ νόσων λέγοντες αὐτοὺς, λέγοντες μὲν ἂν σωφροσύνῃ καὶ κοσμίᾳ διαίτῃ, ἔλεγον ἂν ὀρθῶς, καθάπερ οἱ φιλόσοφοι λέγουσι. Νῦν δὲ ὑποστησάμενοι τὰς νόσους δαιμόνια εἶναι, καὶ ταῦτα ἐξαιρεῖν λόγῳ φάσκοντες δύνασθαι καὶ ἐπαγγελλόμενοι, σεμνότεροι μὲν ἂν εἶναι δόξαιεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἳ τὰς παρὰ τοῖς μάγοις δυνάμεις θαυμάζουσι, τοὺς μέντοι εὖ φρονοῦντας οὐκ ἂν πείθοιεν, ὡς οὐχ αἱ νόσοι τὰς αἰτίας ἔχουσιν, ἢ καμάτοις, ἢ πλησμοναῖς, ἢ ἐνδείαις, ἢ σήψεσι, καὶ ὅλως μεταβολαῖς ἢ ἔξωθεν τὴν ἀρχὴν, ἢ ἔνδοθεν λαβούσαις. Δηλοῦσι δὲ καὶ αἱ θεραπεῖαι αὐτῶν· γαστρὸς γὰρ ῥυείσης ἢ φαρμάκου δοθέντος, διεχώρησε κάτω εἰς τὸ ἔξω τὸ νόσημα· καὶ αἵματος ἐκτμηθέντος, καὶ ἔνδεια δὲ ἰάσατο, ἢ πεινήσαντος τοῦ δαιμονίου, καὶ τοῦ φαρμάκου ποιήσαντος τήκεσθαι, τοτὲ δὲ ἀθρόως ἐξελθόντος ἢ μένοντος ἔνδον. Ἀλλ' εἰ μὲν ἔτι μένοντος, πῶς ἔνδον οὐ νοσεῖ ἔτι; εἰ δὲ ἐξελήλυθε, διὰ τί; τί γὰρ αὐτὸ πέπονθεν, ἢ ὅτι ἐστρέφετο κατὰ τῆς νόσου; ἦν ἄρα ἡ νόσος ἑτέρα οὖσα τοῦ δαίμονος. Ἔπειτα εἰ οὐδενὸς ὄντος αἰτίου εἴσεισι, διὰ τί οὐκ ἀεὶ νοσεῖ; εἰ δὲ γενομένου αἰτίου, τί δεῖ τοῦ δαίμονος πρὸς τὸ νοσεῖν; τὸ γὰρ αἴτιον τὸν πυρετὸν αὐταρκές ἐστιν ἐργάσασθαι. Γελοῖον δὲ τὸ ἅμα τὸ αἴτιον γενέσθαι, καὶ εὐθέως ὥσπερ παρυποστῆναι τῷ αἰτίῳ τὸ δαιμόνιον ἕτοιμον ὄν. Ἀλλὰ γὰρ ὅπως καὶ ταῦτα εἴρηται αὐτοῖς, καὶ ὅτου χάριν, δῆλον· τούτου γὰρ ἕνεκα [illegible] ἧττον, καὶ τούτων τῶν δαιμονίων ἐμνήσθημεν· τὰ δ' ἄλλα ὑμῖν καταλείπω ἀναγινώσκουσιν ἐπισκο-

XIV. Maxime vero hinc rursus efficiunt, ut superna inviolata non videantur, quod cantilenas quasdam componunt, ad illa pro arbitrio commovenda, non [corpora] solum [et] animas, sed etiam his superiora flectenda. Verum per hæc quidnam in his efficiunt? Respondebunt, se fascinationes et delinimenta persuasionesque componere: adeo ut et verba exaudiant atque trahantur. Si quis videlicet nostrûm artificiose admodum noverit talia quædam pronunciare, et certa quadam ratione cautus sonosque edere, atque aspiramenta vocis, et sibila, et quæcumque alia apud eos scripta sunt virtutem magicam continere. Quodsi id dicere nolint, imo vocibus incorporea quædam significare, sequetur ut, dum suam artem reddere volunt honestiorem, interim etsi minus advertant, gloriam suam e medio tollant. Gloriantur præterea se morbos expellere. Quodsi per temperantiam rectamque vitæ regulam facturos id se pollicerentur, recte utique et philosophorum more loquerentur. Nunc autem cum morbos dicant esse dæmones, eosque verbis expellere, idque professi, divulgent, vulgo præstantiores habentur. Consuevit enim vulgus magorum vires nimium admirari: prudentibus tamen viris nequaquam persuaderent, morbos humanos causas non habere: videlicet ex laboribus, vel saturitate, vel indigentia, vel putrefactione quadam provenientes, et summatim a mutationibus quibusdam vel intrinsecus vel extrinsecus orientibus. Declarant hoc nobis curationes ipsæ morborum: siquidem ex fluxu ventris et pharmacis morbus per inferiora solet educi: quin etiam misso sanguine atque jejunio sæpe curatur, forsan esuriente tunc dæmone, atque ita afficiente pharmaco, ut dæmon liquefiat atque tabescat. Si quando vero quis subito convalescat, aut prodeunte aut intus manente dæmone id efficitur. Quodsi etiam permanente, cur regnante adhuc intus non ægrotat? Sin autem foras abiit, quidnam in causa fuit? Nam quid ipse passus est? numquid, quoniam a morbo torquebatur (*vexabatur*)? Erat igitur morbus aliud quiddam, quam ipse dæmon. Præterea si nulla etiam causa exsistente dæmon ingreditur, quare non semper ægrotat? Sin autem præsente causa solum: quidnam ad ægrotandum opus est dæmone? ipsa enim causa febrem sufficienter potest accendere. Ridiculum vero est, cum primum accidit causa, repente adesse dæmonem, quasi sedulo ad id paratum. Ceterum quo pacto et cujus gratia talia jactantur ab illis, compertum satis habemus. Hujus enim non minus, quam alterius gratia de his dæmonibus modo fecimus mentionem: cetera legentibus vobis consideranda relin-

πεῖσθαι, καὶ θεωρεῖν ἐκεῖνο πανταχοῦ, ὡς τὸ μὲν παρ' ἡμῶν εἶδος φιλοσοφίας μεταδιωκόμενον, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγαθοῖς, καὶ τὴν ἁπλότητα τοῦ ἤθους μετὰ τοῦ φρονεῖν καθαρῶς ἐνδείκνυται τὸ σεμνὸν, οὐ τὸ αὖθαδες μεταδιώκουσα, τὸ θαρραλέον μετὰ λόγου καὶ μετὰ ἀσφαλείας πολλῆς καὶ εὐλαβείας καὶ πλείστης περιωπῆς ἔχουσα, τὰ δ' ἄλλα τῷ τοιούτῳ παραβάλλειν· τὸ δὲ παρὰ τῶν ἄλλων ἐναντιώτατα κατεσκεύασται διὰ πάντων· οὐδὲν γὰρ ἂν πλέον· οὕτω γὰρ περὶ αὐτῶν λέγειν ἡμῖν ἂν πρέποι.

quo : illudque in primis ubique animadvertendum, nostræ philosophiæ genus rite perceptum præter omnia reliqua bona morum simplicitatem una cum intelligentiæ puritate complecti : neque inanem jactantiam sequi, sed elegantiæ dignitatem; animositatem præterea cum ratione tutaque cautione et circumspecta providentia continere, reliqua vero ad id comparata, idque vicissim ad reliqua contraria prorsus ex partibus singulis apparere. Nihil enim ultra dici potest. Nos vero ita de illis loqui decere videtur.

Quam noxia sit moribus opinio, vituperans totam mundi naturam atque vitam, et quicquid in mundo gignitur aut etiam ab hominibus agitur.

ΙΕ'. Ἐκεῖνο δὲ μάλιστα δεῖ μὴ λανθάνειν ἡμᾶς, τί ποτε ποιοῦσιν οἱ λόγοι οὗτοι εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων, καὶ τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ καταφρονεῖν πεισθέντων. Δυοῖν γὰρ οὐσῶν αἱρέσεων τοῦ τυχεῖν τοῦ τέλους, μιᾶς μὲν, τῆς ἡδονὴν τὴν τοῦ σώματος τέλος τιθεμένης, ἑτέρας δὲ, τῆς τὸ καλὸν καὶ τὴν ἀρετὴν αἱρουμένης, ἧς καὶ ἐκ θεοῦ καὶ εἰς θεὸν ἀνήρτηται ἡ ὄρεξις· ὡς δὲ ἐν ἄλλοις θεωτητέον. Ὁ μὲν Ἐπίκουρος τὴν πρόνοιαν ἀνελὼν, τὴν ἡδονὴν καὶ τὸ ἥδεσθαι, ὅπερ ἦν λοιπὸν, τοῦτο διώκειν παρακελεύεται· ὁ δὲ λόγος οὗτος, ἔτι νεανικώτερον, τὸν τῆς πρυνοίας κύριον καὶ αὐτὴν τὴν πρόνοιαν μεμψάμενος, καὶ πάντας νόμους τοὺς ἐνταῦθα ἀτιμάσας, καὶ τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου ἀνευρημένην, τό τε σωφρονεῖν τοῦτο ἐν γέλωτι θέμενος, ἵνα μηδὲν καλὸν ἐνταῦθα δὴ ὀφθείη ὑπάρχον, ἀνεῖλε τό τε σωφρονεῖν καὶ τὴν ἐν τοῖς ἤθεσι σύμφυτον δικαιοσύνην, τὴν τελουμένην ἐκ λόγου καὶ ἀσκήσεως, καὶ ὅλως, καθ' ἃ σπουδαῖος ἄνθρωπος ἂν γένοιτο· ὥστε αὐτοῖς καταλείπεσθαι τὴν ἡδονὴν καὶ τὸ περὶ αὐτοὺς, καὶ τὸ οὐ κοινὸν πρὸς ἄλλους ἀνθρώπους, καὶ τὸ τῆς χρείας μόνον, εἰ μή τις τῇ φύσει τῇ αὑτοῦ κρείττων εἴη τῶν λόγων τούτων. Τούτων γὰρ οὐδὲν αὐτοῖς καλὸν, ἀλλὰ ἄλλο τι, ὅ ποτε μεταδιώξουσι. Καίτοι ἐχρῆν τοὺς ἤδη ἐγνωκότας ἐντεῦθεν διώκειν, διώκοντας δὲ πρῶτα κατορθοῦν ταῦτα ἐκ θείας φύσεως ἥκοντας. Ἐκείνης γὰρ τῆς φύσεως καλοῦ ἐπαίειν, τὴν ἡδονὴν τοῦ σώματος ἀτιμαζούσης· οἷς δὲ ἀρετῆς μὴ μέτεστιν, οὐκ ἂν εἶεν τὸ παράπαν κινηθέντες πρὸς ἐκεῖνα· μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τόδε, τὸ μηδένα λόγον περὶ ἀρετῆς πεποιῆσθαι, ἐκλελοιπέναι δὲ παντάπασι τὸν περὶ τούτων λόγον, καὶ μήτε τί ἐστιν εἰπεῖν, μήτε πόσα, μήτε ὅσα τεθεώρηται πολλὰ καὶ καλὰ τοῖς τῶν παλαιῶν λόγοις, μήτε ἐξ ὧν περιέσται καὶ κτήσεται, μήτε ὡς θεραπεύεται ψυχὴ, μήτε ὡς καθαίρεται. Οὐ γὰρ δὴ τὸ εἰπεῖν, βλέπε πρὸς θεὸν, προὔργου τι ἐργάζεται, ἐὰν μὴ, πῶς καὶ βλέψῃ, διδάξῃ. Τί γὰρ κωλύει, εἰποί τις ἂν, βλέπειν, καὶ μηδεμιᾶς ἀπέχεσθαι ἡδονῆς, ἢ ἀκρατῆ θυμοῦ εἶναι, μεμνημένον μὲν ὀνόματος τοῦ θεός, συνεχόμενον δὲ ἅπασι πάθεσι, μηδὲν δὲ αὐτῶν πειρώμενον ἐξαιρεῖν; Ἀρετὴ μὲν οὖν εἰς τέλος προῖοῦσα, καὶ ἐν ψυχῇ ἐγγενομένη μετὰ φρονήσεως, θεὸν δείκνυσιν· ἄνευ δὲ ἀρετῆς ἀληθινῆς θεὸς λεγόμενος ὄνομά ἐστιν.

XV. In primis autem nos latere non debet, quid pariant in audientium animis sermones eorum, qui mundum, et quæ in ipso sunt, despicere persuadent. Duplex profecto est electio sectaque de fine : una quidem in voluptate corporis finem collocat, altera vero honestatem virtutemque anteponit : cujus quidem appetitio ex deo pendet, in deumque refertur. Idque qua ratione fiat, alibi contemplandum. Epicurus quidem, cum providentiam sustulisset, quod reliquum est, voluptatem oblectamentaque sequi præcepit. Gnosticorum vero sermo insolentius etiam dominationem auctoritatemque providentiæ propriam ipsamque providentiam culpans, et quæ hic sunt leges omnes, atque virtutem multis seculis comprobatam [*l.* repertam] honore privans et ridiculam existimans temperantiam, ne quid boni apud nos esse appareat, exstirpat temperantiam, et justitiam moribus insitam ratione exercitationeque comparandam, atque omnem prorsus viam, qua quis virtutem consequi possit : adeo ut nihil aliud illis reliquum sit, quam voluptatem sequi, propriisque rebus duntaxat incumbere, desertaque generis humani communione propriæ solum utilitati studere : nisi forte quis suapte natura sermonibus ejusmodi sit præstantior. Nam eorum, quæ apud nos bona honestaque censentur, nihil apud illos bonum existimatur, sed aliud quiddam, quodcumque illi aliquando prosequantur. Quanquam decebat eos, qui jam noverint, hinc jam prosequi, sequentes autem prima hæc nostra corrigere ex divina natura ad hæc accedentes. Illius namque naturæ duntaxat, quæ voluptatem corporis negligit, est, quid bonum honestumque sit, intelligere. Qui autem virtutis expertes sunt omnino, nullo modo ad superna accedere poterunt. Testimonium id quoque his adhibet, quod nullum faciunt de virtute verbum, sermonemque omnem de his, quæ ad virtutem pertinent, omnino dimittunt, neque definire student, quid virtus et bonum, quotve sint, et omnino quæcumque tam præclara quam multa priscorum disputationibus continentur, neque rursus ex quibus acquirantur bona atque possideantur : neque quo pacto animus excolatur : atque purgetur. Quod enim solent dicere, *ad deum aspice*, nihil prodest omnino : nisi, quo pacto inspecturus sis, perspicue doceant. Nam nihil prohibere quis dixerit, quin aliquis aspiciat quidem, nulla tamen abstineat voluptate, neque cohibeat iram atque commemorans duntaxat ipsum dei nomen, succumbat interim perturbationibus omnibus, neque eas propulsare contendat. Virtus profecto per prudentiam acquisita, ad summumque progressa, deum nobis ostendit : si quis autem absque vera virtute pronunciat deum, nihil habet aliud præter nomen.

Qui dicunt nullum in corporibus mundi numen esse bonum, pervertunt ordinem universi, et sibi adimunt media, quibus ad superiora possent commodius pervenire.

ΙϚ'. Οὐδ' αὖ τὸ καταφρονῆσαι κόσμου καὶ θεῶν τῶν ἐν αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων καλῶν ἀγαθόν ἐστι γενέσθαι. Καὶ γὰρ πᾶς κακὸς καὶ πρὸ τοῦ καταφρονήσειεν ἂν θεῶν, καὶ μὴ πρότερον πᾶς κακὸς [ἦ] καταφρονῆσαι· καὶ εἰ τἆλλα μὴ πάντα κακὸς εἴη, αὐτῷ τούτῳ ἂν γεγονὼς εἴη. Καὶ γὰρ ἂν καὶ ἡ πρὸς τοὺς νοητοὺς θεοὺς λεγομένη αὐτοῖς τιμὴ ἀσυμπαθὴς ἂν γένοιτο. Ὁ γὰρ τὸ φιλεῖν πρὸς ὁτιοῦν ἔχων καὶ τὸ συγγενὲς πᾶν, οὗ φιλεῖ, ἀσπάζεται, καὶ τοὺς παῖδας, ὧν τὸν πατέρα ἠγάπᾳ· ψυχὴ δὲ πᾶσα πατρὸς ἐκείνου. Ψυχαὶ δὲ καὶ ἐν τούτοις, καὶ νοεραὶ, καὶ ἀγαθαὶ, καὶ συναφεῖς τοῖς ἐκεῖ πολὺ μᾶλλον, ἢ αἱ ἡμῶν. Πῶς γὰρ ἂν ἐκοσμήθη ὅδε ὁ κόσμος ἐκείνου ἦν; πῶς δὲ οἱ ἐν αὐτῷ θεοί; ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ πρότερον· νῦν δὲ, ὅτι καὶ τῶν συγγενῶν ἐκείνοις καταφρονοῦντες, ὅτι μηδὲ ἐκεῖνα ἴσασιν, ἀλλ' ἢ λόγῳ. Ἐπεὶ καὶ τὸ πρόνοιαν μὴ διῖκνεῖσθαι εἰς τὰ τῇδε, ἢ εἰς ὁτιοῦν, πῶς εὐσεβές; πῶς δὲ καὶ σύμφωνον ἑαυτοῖς; λέγουσι γὰρ αὐτῶν προνοεῖν αὖ μόνον· πότερα δὲ ἐκεῖ γενομένων, ἢ καὶ ἐνθάδε ὄντων; Εἰ μὲν γὰρ ἐκεῖ, πῶς ἦλθον; εἰ δὲ ἐνθάδε, πῶς ἔτι εἰσὶν ἐνθάδε; πῶς δὲ οὐ καὶ αὐτός ἐστιν ἐνθάδε; πόθεν γὰρ γνώσεται, ὅτι εἰσὶν ἐνθάδε; πῶς δὲ, ὅτι ἐνθάδε ὄντες, οὐκ ἐπελάθοντο αὐτοῦ, καὶ ἐγένοντο κακοί; εἰ δὲ γίγνωσκει τοὺς μὴ γενομένους κακοὺς, καὶ τοὺς γενομένους γιγνώσκει, ἵνα διακρίνῃ ἀπ' ἐκείνων αὐτούς· πᾶσιν οὖν παρέσται, καὶ ἔσται ἐν τῷ κόσμῳ τῷδε, ὅστις ὁ τρόπος· ὥστε καὶ μεθέξει αὐτοῦ ὁ κόσμος. Εἰ δὲ ἀπέστι τοῦ κόσμου, καὶ ὑμῶν ἀπέσται· καὶ οὐδ' ἂν ἔχοιτέ τι λέγειν περὶ αὐτοῦ, οὐδὲ τῶν μετ' αὐτόν. Ἀλλ' εἴτε ὑμῖν πρόνοιά τις ἔρχεται ἐκεῖθεν, εἴτε ὅ τι βούλεσθε, ἀλλ' ὅ γε κόσμος ἐκεῖθεν ἔχει, καὶ οὐκ ἀπολέλειπται οὐδ' ἀπολειφθήσεται· πολὺ γὰρ μᾶλλον τῶν ὅλων ἢ τῶν μερῶν ἡ πρόνοια καὶ ἡ μέθεξις, κἀκείνης τῆς ψυχῆς πολὺ μᾶλλον· δηλοῖ δὲ καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ ἐμφρόνως εἶναι. Τίς γὰρ οὕτω τεταγμένος ἢ ἔμφρων τῶν ὑπερφρονούντων ἀφρόνως ὡς τὸ πᾶν; ἢ παραβάλλειν καὶ γελοῖον, καὶ πολλὴν τὴν ἀτοπίαν ἔχει· καὶ ὅ γε μὴ τοῦ λόγου ἕνεκα παραβάλλων οὐκ ἔξω ἂν τοῦ ἀσεβεῖν γένοιτο, καὶ οὐδὲ τὸ ζητεῖν περὶ τούτων ἔμφρονος, ἀλλὰ τυφλοῦ τινος καὶ παντάπασιν οὔτε αἰσθησιν οὔτε νοῦν ἔχοντος, καὶ πόρρω τοῦ νοητὸν κόσμον ἰδεῖν ὄντος, ὃς τοῦτον οὐ βλέπει. Τίς γὰρ ἂν μουσικὸς ἀνὴρ εἴη, ὃς τὴν ἐν νοητῷ ἁρμονίαν ἰδὼν οὐ κινήσεται τῆς ἐν φθόγγοις αἰσθητοῖς ἀκούων; ἢ τίς γεωμετρίας καὶ ἀριθμῶν ἔμπειρος, ὃς τὸ σύμμετρον καὶ ἀνάλογον καὶ τεταγμένον ἰδὼν δι' ὀμμάτων οὐχ ἡσθήσεται; εἴπερ οὐχ ὁμοίως τὰ αὐτὰ βλέπουσιν, οὐδὲ ἐν ταῖς γραφαῖς, οἱ δι' ὀμμάτων τῶν τῆς τέχνης βλέποντες, ἀλλ' ἐπιγιγνώσκοντες μίμημα ἐν τῷ αἰσθητῷ, τοῦ ἐν νοήσει κειμένου, οἷον θορυβοῦνται καὶ εἰς ἀνάμνησιν ἔρχονται τοῦ ἀληθοῦς· ἐξ οὗ δὴ πάθους καὶ κινοῦνται οἱ ἐρωτες. Ἀλλ' ὁ μὲν ἰδὼν κάλλος ἐν προσ-

XVI. Nemo putet, ex hoc ipso bonum se evasurum, quod despiciat mundum deosque, qui in mundo regnant, ceteraque mundi bona atque præclara. Etenim malus omnis in primis id habet, ut despiciat deos: neque prius aliquis totus est malus, quam despiciat superos. Ac si nondum in aliis omnibus malus sit, ex hoc tamen uno in cunctis malus evadit. Proinde quod aiunt, se deos intelligibiles colere, consentaneum sive cognatum nihil habet. Qui enim aliquid amat, quicquid ejus, quod amat, cognatum est, dilectione prosequitur. Nam et filios diligit, quorum patrem amat. Anima vero omnis patris illius est filia. Atque animæ in mundi sphæris sunt intellectuales atque bonæ, cognataeque supernis multo magis, quam nostræ. Quo enim pacto hic mundus ab illo segregatus esset, quove modo et dii, qui sunt in mundo? Sed de his quidem in superioribus quoque diximus. Nunc autem affirmandum est, eos, qui superiorum numinum cognata despiciunt, neque numina quidem illa cognoscere, sed verbis duntaxat apprehendere. Quin etiam, quod aiunt, providentiam ad hæc omnia, vel etiam ad aliquid, quodcumque sit, non pervenire, quomodo potest esse pium? Item quomodo ipsis omnino consentiens? Ferunt enim hominum duntaxat curam esse deo. Utrum vero hominum, dum illic sunt, solummodo, vel etiam in terra viventium? Si enim illic, quomodo descenderunt? Si autem et hic, quomodo sunt adhuc in terra? Rursum cur non si et hic deus? Unde enim cognoscet, his eos esse? Et quomodo compertum habet, quod, hic viventes neque deficientes ab ipso, facti sunt mali? Quodsi cognoscit animos nondum malos, nimirum et malos jam factos animadvertit, ut hos ab illis discernere valeat. Itaque omnibus aderit, eritque hoc in mundo, quacumque ratione adsit: quapropter ejus particeps erit mundus. Sin autem abest a mundo, a vobis quoque aberit: nihilque vel de ipso, vel de his, quæ sunt post ipsum, loqui valebitis. At sive quædam vobis illinc providentia favet, sive quodcumque velitis, certe et hic mundus illinc similiter habet, neque destitutus est a deo, neque unquam destituetur. Multo enim magis universorum, quam partium, curam deus habet: magisque totum, quam pars mundi divinitatis est particeps. Atqui et universi anima a deo curatur magis atque exornatur. Declarat hoc ipsum esse mundi, esseque sapienter. Et quisnam eorum, qui stulte superbiunt, tam ordinatus est atque sapiens, quam universum? Imo vero ridiculum est prorsusque absurdum in comparationem hæc adducere. Et quisquis aliter, quam disputandi gratia, comparat, ab impietate alienus esse non potest. Nempe de his ambigere nequaquam prudentis est, imo cæci cujusdam potius, et omnino neque sensum habentis neque mentem, procul-que ab ipsa intelligibilis mundi cognitione semoti, quippe cum hunc mundum minime videat. Quis enim vir musicus erit, qui, cum intelligibilem comprehenderit harmoniam, non deinde commoveatur, cum harmoniam sentit in vocibus resonantem? Aut quis geometriæ numerorumque peritus, qui, ubi conspiciat spectaculum congrua proportione compositum, non admodum delectetur? Siquidem haudquaquam similiter conspiciunt eadem, vel in [descriptionibus] ipsis [atque] picturis, qui per artificiosos oculos contuentur. Sed animadvertunt imitationem quandam in eo, quod sentitur, illius, quod est in intelligentia positum. Itaque quasi stupent, in verique memoriam revocantur. Ex qua quidem affectione amores insuper oriuntur. At vero, qui pulchritudinem in vultu cernit

ὥπῳ εὖ μεμιμημένον φέρεται ἐκεῖ. Ἀργὸς δὲ τίς οὕτως ἔσται τὴν γνώμην, καὶ εἰς οὐδὲν ἄλλο κινήσεται, ὥστε ὁρῶν σύμπαντα μὲν τὰ ἐν αἰσθητῷ κάλλη, σύμπασαν δὲ συμμετρίαν, καὶ τὴν μεγάλην εὐταξίαν ταύτην, καὶ τὸ ἐμφαινόμενον ἐν τοῖς ἄστροις εἶδος καὶ πόῤῥωθεν οὖσιν, οὐκ ἐντεῦθεν ἐνθυμηθήσεται, καὶ σέβας αὐτῶν λαμβάνει, οἷα ἀφ' οἵων. Οὐκ ἄρα οὔτε ταῦτα κατενόησεν, οὔτε ἐκεῖνα εἶδε.

aptius refulgentem, ad intelligibilem elevatur. Ille igitur animo erit prorsus ignavo, neque ad aliquid unquam aliud incitabitur, quisquis videns cuncta in hoc mundo præclara spectacula, absolutumque ordinem ex perfecta mensurarum proportione compositum, ac speciem in stellis quamvis longe remotis mirifice resplendentem, hinc non admiratione intentissima contempletur, et colat, qualia videlicet a qualibus proficiscantur admirans. Alioquin neque hæc consideravit, neque illa cognovit.

Super mundum corporeum est mundus animalis mobilis quodammodo, et dimensiones corporum suæ virtutis magnitudine possidens, et producens mundum hunc ipsa suæ virtutis stabilitate, et pulcherrimus ipse pulcherrimum.

ΙΖ'. Καί τοι εἰ καὶ μισεῖν αὐτοῖς ἐπῄει τὴν τοῦ σώματος φύσιν, διότι ἀκηκόασι Πλάτωνος πολλὰ μεμψαμένου τῷ σώματι, οἷα ἐμπόδια παρέχει τῇ ψυχῇ, καὶ πᾶσαν τὴν σωματικὴν φύσιν εἶπε χείρονα, ἐχρῆν ταύτην περιελόντας τῇ διανοίᾳ ἰδεῖν τὸ λοιπὸν, σφαῖραν νοητὴν, τὸ ἐπὶ τῷ κόσμῳ εἶδος ἐμπεριέχουσαν, ψυχὰς ἐν τάξει ἄνευ τῶν σωμάτων μέγεθος δούσας, κατὰ τὸ νοητὸν εἰς διάστασιν προαγαγούσας· ὡς τῷ μεγέθει τοῦ γενομένου, τῷ ἀμερεῖ τῷ τοῦ παραδείγματος εἰς δύναμιν ἐξισωθῆσαι· τὸ γὰρ ἐκεῖ μέγα ἐν δυνάμει, ἐνταῦθα ἐν ὄγκῳ. Καὶ εἴτε κινουμένην ταύτην τὴν σφαῖραν ἐβούλοντο νοεῖν, περιαγομένην ὑπὸ θεοῦ δυνάμεως, ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τέλος τῆς πάσης ἔχοντος, εἴτε ἑστῶσαν, ὡς οὕπω καὶ ἄλλο τι διοικούσης, καλῶς ἂν εἶχεν εἰς ἔννοιαν τῆς τόδε τὸ πᾶν ψυχῆς διοικούσης· ἐνθέντας δὲ ἤδη καὶ τὸ σῶμα αὐτῇ, ὡς οὐδὲν ἂν παθούσης, δούσης δὲ ἑτέρῳ, ὅτι μὴ θέμις φθόνον ἐν τοῖς θεοῖς εἶναι, ἔχειν, εἴ τι δύναται λαμβάνειν ἕκαστα, οὕτως αὐτοὺς διανοεῖσθαι κατὰ κόσμον, τοσούτῳ διδόντας τῇ τοῦ κόσμου ψυχῇ δυνάμεως, ὅσῳ τὴν σώματος φύσιν οὐ καλὴν οὖσαν ἐποίησεν, ὅσον ἦν αὐτῇ καλλύνεσθαι, μετέχειν κάλλους· ὃ καὶ αὐτὸ τὰς ψυχὰς θείας οὔσας κινεῖ· εἰ μὴ ἄρα αὐτοὶ φαῖεν μὴ κινεῖσθαι, μηδὲ διαφόρως αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὁρᾶν σώματα. Ἀλλ' οὕτως οὐδὲ διαφόρως αἰσχρὰ καὶ καλὰ ἐπιτηδεύματα, οὐδὲ καλὰ μαθήματα· οὐδὲ θεωρίας τοίνυν, οὐδὲ θεὸν τοίνυν· καὶ γὰρ διὰ τὰ πρῶτα ταῦτα. Εἰ οὖν μὴ ταῦτα, οὐδὲ ἐκεῖνα· μετ' ἐκεῖνα τοίνυν ταῦτα καλά. Ἀλλ' ὅταν λέγωσι καταφρονεῖν τοῦ τῇδε κάλλους, καλῶς ἂν ποιοῖεν τοῦ ἐν παισὶ καὶ γυναιξὶ καταφρονοῦντες, ὡς μὴ εἰς ἀκολασίαν ἡττᾶσθαι. Ἀλλ' εἰδέναι δεῖ, ὅτι οὐκ ἂν σεμνύνοιντο, εἰ αἰσχροῦ καταφρονοῖεν, ἀλλ' ὅτι καταφρονοῦσι πρότερον εἰπόντες καλὸν, καὶ πῶς διατιθέντες· ἔπειτα ὅτι οὐ ταὐτὸν κάλλος ἐπὶ μέρει καὶ ὅλῳ καὶ πᾶσι καὶ παντί· εἶθ' ὅτι ἐστὶ τοιαῦτα κάλλη καὶ ἐν αἰσθητοῖς, καὶ τοῖς ἐν μέρει, οἷα δημιόνων, ὡς θαυμάσαι τὸν πεποιηκότα καὶ πιστεῦσαι, ὡς ἐκεῖθεν· καὶ ἐντεῦθεν ἀμήχανον τὸ ἐκεῖ κάλλος εἰπεῖν, οὐκ ἐχόμενον τούτων, ἀλλ' ἀπὸ τούτων ἐπ' ἐκεῖνα ἰόντα, μὴ λοιδορούμενον δὲ τούτοις· καὶ εἰ μὲν καὶ τἄνδον καλὰ σύμφωνα ἀλλήλοις εἶναι λέγειν, εἰ δὲ τἄνδον ψαῦλα, τοῖς βελτίοσιν ἡλαττῶσθαι· μηδέποτε δὲ οὐδέ ἐστιν ὄντως τι καλὸν ὃν τὰ ἔξω αἰσχρὸν εἶναι τἄνδον. Καὶ γὰρ τὸ ἔξω πᾶν καλὸν κρατήσαντός ἐστι τοῦ ἔν-

XVII. Et si forte ad odium corporis provocati sunt a Platone, ubi de corpore queritur, quod impediat animam, et ubi totam corpoream naturam longe inferiorem anima judicat, oportebat tamen naturam corporis intelligentia segregantes inspicere reliquum, intelligibilem videlicet sphæram in se mundanam speciem complectentem, animas in ordine absque corporibus magnitudinem sub ratione intelligibili dantes, atque in distantiam producentes: adeo ut ejus, quod gignitur, magnitudine ad rationem imparibilem exemplaris pro viribus adæquatio fiat. Quod enim illic est virtute magnum, hic mole magnum evadit. Ac sive agitatam hanc ipsam sphæram considerare voluerint a divina potentia, continente totius sphæræ principium mediaque et finem, circumductam; sive consistentem, quasi nondum quicquam aliud gubernantem: profecto sic rite ad excogitandam animam, quæ mundum gubernat, accedent. Ac si deinceps animæ corpus annectant, non ita videlicet, ut hæc aliquid patiatur, sed aliquid potius alteri largiatur: propterea quod nefas sit, esse penes deos invidiam: quo minus singula inde pro facultate percipiant, recte admodum de mundo sentire judicabuntur. Ingentem ex eo potentiam in mundi anima cogitantes, quod naturam corporis, per se minime pulchram, pro ipsius capacitate participem pulchritudinis efficit. Quæ quidem pulchritudo animas ad se rapit quasi divinas. Nisi forsan illi dixerint suos animos ab hac minime incitari, neque differenti ratione corpora turpia formosaque spectare. Quod si id admittatur, sequetur etiam, ut neque erga turpia atque honesta studia differenter afficiantur, neque doctrinas pulchras ceteris anteponant, neque ergo contemplationem ipsam [contemplationes ipsas], neque igitur ipsum deum. Etenim hæc propter prima sunt bona vel pulchra. Si igitur hæc bona pulchrave non sunt, conjicimus, neque illa quidem esse bona, vel pulchra: itaque post illa jam hæc bona pulchrave censentur. Proinde quoties aiunt, hanc se pulchritudinem nihili pendere, si formam in pueris mulieribusque contemnant, ne libidini pareant, recte utique faciunt. Verumtamen nos latere non decet, eos nequaquam gloriaturos, si turpe aliquid nihili penderent: sed hoc ipso jam gloriari, quod spernant quod prius concesserant esse pulchrum, ipsique affecti quodammodo fuerint: præterea non eandem esse pulchritudinem in parte atque toto et omnibus atque universo: denique multa esse adeo pulchra in rebus etiam, quæ sentiuntur particularesque sunt, velut in ordine dæmonum, ut horum auctorem sæpe hinc admodum admiremur, facileque hæc ab eo facta credamus: atque hinc auctoris inæstimabilem pulchritudinem laudare possimus si modo his quidem nequaquam irretiamur; sed ab his ad illa volemus, neque opera hæc illius vituperemus. Profecto si interiora quoque, sicut exteriora, pulchra sunt, consentire inter se affirmare debemus: sin autem interna mala sunt, in melioribus diminuta fuisse. Sed certe fieri nequit, ut, quod est extrinsecus re vera pulchrum, intrinsecus sit deforme. Etenim quod extrinsecus pulchrum est, omnino eo, quod est interius, superante fit tale. Qui vero dicu-

ὄν. Οἱ δὲ λεγόμενοι καλοὶ, τάνδον αἰσχροὶ, ψεῦδος καὶ τὸ ἔξω κάλλος ἔχουσιν. Εἰ δέ τις φήσει ἑωρακέναι καλοὺς ὄντως ὄντας, αἰσχροὺς δὲ τάνδον, οἶμαι μὲν αὐτὸν μὴ ἑωρακέναι, ἀλλ' ἄλλους εἶναι νομίζειν τοὺς καλούς· εἰ δ' ἄρα, τὸ αἰσχρὸν αὐτοῖς ἐπίκτητον εἶναι, καλοὺς τὴν φύσιν οὖσι. Πολλὰ γὰρ ἐνθάδε τὰ κωλύματα εἶναι ἐλθεῖν εἰς τέλος. Τῷ δὲ παντὶ καλῷ ὄντι, τί ἐμπόδιον ἦν, εἶναι καλῷ καὶ τάνδον; καὶ μὴν οἷς μὴ τὸ τέλειον ἀπέδωκεν ἐξ ἀρχῆς ἡ φύσις, τούτοις τάχα ἂν οὐκ ἐλθεῖν εἰς τέλος γένοιτο· ὥστε καὶ φαύλοις ἐνδέχεσθαι γενέσθαι. Τῷ δὲ παντὶ οὐκ ἦν ποτε παιδὶ ὡς ἀτελεῖ εἶναι, οὐδὲ προσεγένετο αὐτῷ προϊόντι, καὶ προσετίθετο εἰς σῶμα· πόθεν γάρ; πάντα γὰρ εἶχεν· ἀλλ' οὐδὲ εἰς ψυχὴν πλάσειεν ἄν τις. Εἰ δ' ἄρα τοῦτό τις αὐτοῖς χαρίσαιτο, ἀλλ' οὐ κακόν τι.

tur aspectu quidem pulchri, intus vero turpes, falsam quoque habent extrinsecam pulchritudinem. Quodsi quis objiciat, se vidisse formosos quidem corpore, animo tamen turpes, arbitror equidem non vidisse, sed alios quosdam pulchros existimare: ac si forte viderit, assero, turpitudinem adventitiam illis esse natura pulchris. Multa enim apud nos sunt ad finem consequendum impedimenta. Toti autem mundo aspectu pulcherrimo quid impedimenti esse potuit, quo minus intrinsecus quoque sit pulcher? Tum vero, quibus perfectionem ab initio natura non dedit, iis forte accidit ad finem minime pervenire, ideoque prava fieri possunt. At vero mundo non contigit, ut aliquando quasi puer esset, atque nondum perfectus: neque tanquam ulterius progredienti mundo novi quicquam coaluit, corporique ejus est appositum. Unde enim id fieri potuisset? Quippe cum omnia jam habuerit. Sed neque ejus animæ subjunctum quicquam licet fingere. Ac si forsan id Gnosticis quis concesserit, non tamen mali quicquam licebit admittere.

Non decet vituperare opificium mundanum et ejus opificem, neque vi hinc abire. Licet tamen et ferre fatalia, et insuper moderari. Datur quoque ad vitam mundanæ animæ et illius beatitudinem pervenire.

ΙΗ'. Ἀλλ' ἴσως φήσουσιν, ἐκείνους μὲν τοὺς λόγους φεύγειν τὸ σῶμα ποιεῖν πόρρωθεν μισοῦντας, τοὺς δὲ ἡμετέρους κατέχειν τὴν ψυχὴν πρὸς αὐτῷ. Τοῦτο δὲ ὁμοίων ἂν εἴη, ὥσπερ ἂν εἰ δύο οἶκον καλὸν τὸν αὐτὸν οἰκούντων, τοῦ μὲν ψέγοντος τὴν κατασκευὴν καὶ τὸν τοιήσαντα, καὶ μένοντος οὐχ ἧττον ἐν αὐτῷ, τοῦ δὲ μὴ ψέγοντος, ἀλλὰ τὸν ποιήσαντα τεχνικώτατα πεποιηκέναι λέγοντος, τὸν δὲ χρόνον ἀναμένοντος, ἕως ἂν ἥκῃ ἐν ᾧ ἀπαλλάξεται, οὗ μηκέτι οἴκου δεήσοιτο· ὁ δὲ τοιοῦτος εἶναι οἴοιτο, καὶ ἑτοιμότερος ἐξελθεῖν, ὅτι οἶδε λέγειν ἐκ λίθων ἀψύχων τοὺς τοίχους καὶ ξύλων τετεκτάνθαι, καὶ πολλοῦ δεῖν τῆς ἀληθινῆς οἰκήσεως, ἀγνοῶν, ὅτι τῷ μὴ φέρειν τὰ ἀναγκαῖα διαφέρει, εἴπερ καὶ μὴ ποιεῖται δυσχεραίνειν, ἀγαπῶν ἡσυχῇ τὸ κάλλος τῶν λίθων. Δεῖ δὲ μένειν μὲν ἐν οἴκοις σῶμα ἔχοντας, κατασκευασθεῖσιν ὑπὸ ψυχῆς ἀδελφῆς ἀγαθῆς, πολλὴν δύναμιν εἰς τὸ δημιουργεῖν ἀπόνως ἐχούσης· ἢ ἀδελφοὺς μὲν καὶ τοὺς φαυλοτάτους ἀξιοῦσι προσενέπειν, ἥλιον δὲ καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ ἀπαξιοῦσιν ἀδελφοὺς λέγειν, οὐδὲ τὴν κόσμου ψυχὴν στόματι μαινομένῳ· φαύλους μὲν οὖν ὄντας, οὐ θεμιτὸν εἰς συγγένειαν συνάπτειν· ἀγαθοὺς δὲ γενομένους, καὶ μὴ σώματα ὄντας, ἀλλὰ ψυχὰς ἐν σώμασι, καὶ οὕτως οἰκεῖν δυναμένους ἐν αὐτοῖς, ὡς ἐγγυτάτω εἶναι οἰκήσεως τῆς πάντως ἐν σώματι τῷ ὅλῳ. Ἔστι δὲ τοῦτο, τὸ μὴ κρούειν μηδὲ ὑπακούειν τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσιν ἡδέσιν ἢ ὀρωμένοις, μηδ', εἴ τι σκληρὸν, ταράττεσθαι. Ἐκείνη μὲν οὖν οὐ πλήττεται, οὐ γὰρ ἔχει ὑπό του· ἡμεῖς δὲ ἐνθάδε ὄντες, ἀρετῇ τὰς πληγὰς ἀποκρουσόμεθ' ἂν ἤδη ὑπὸ μεγέθους γνώμης, τὰς μὲν ἐλάττους, τὰς δὲ οὐδὲ πληττούσας, ὑπὸ ἰσχύος γενομένας. Ἐγγὺς δὲ γενόμενοι τοῦ ἀπλήκτου, μιμοίμεθ' ἂν τὴν τοῦ σύμπαντος ψυχὴν, καὶ τὴν τῶν ἄστρων, εἰς ἐγγύτητα δὲ ὁμοιότητος ἐλθόντες σπεύδοιμεν ἂν πρὸς τὸ αὐτό. Καὶ τὰ αὐτὰ ἂν ἐν θέᾳ καὶ ἡμῖν εἴη, ὅτε καλῶς καὶ αὐτοῖς παρεσκευασμένοις φύσεσι καὶ ἐπιμελείαις·

XVIII. Dicent *forte* sermonibus quidem suis effici, ut corporis commercium fugiatur, atque odio admodum habeatur: nostros vero sermones animam in corpore detinere. Id autem persimile est, ac si duo quidam domum eandem habitent pulchram: et alter quidem constitutionem et apparatum domus auctoremque vituperet, nihilominus tamen ibi permaneat: alter vero nequaquam vituperet, sed domicilii fabrum artificiosissime construxisse dicat: exspectet vero tempus, quamdiu habitat, quo inde sit abiturus: utpote qui tunc habitaculo ulterius non indigeat: ille vero sapientior et ad exitum paratior ob hoc [sibi] videatur, quod novit dicere ædificium ex lapidibus inanimatis liguisque esse constructum, et ab ædificio vero procul abesse: ignorans plurimum interesse necessaria tolerare, vel minime ferre: siquidem ab ædificio, quod pulchrum existimat, non moleste discedet, si pulchritudinem lapidum diligat moderate. Manendum est sane, dum corpus habemus, in domiciliis, quæ ab anima bona nostraque sorore sunt fabricata, potestatem habente quam plurimam, per quam fabricet absque labore. An vero illi homines etiam pessimos quotidie fratres appellare dignantur, solem vero ceteraque cælestia appellare fratres penitus dedignantur? quin etiam mundi totius animam ore prorsus insano a fraterno consortio segregant, et profecto, quamdiu pravi sumus, nefas est, nos cum superis affinitatem conjungere: sed tunc demum, cum boni sumus, neque sumus corpora, sed animæ in corporibus, atque ita in ipsis habitare potentes, ut quam proxime ad illam habitandi rationem accedamus, qua mundi anima totum habitat corpus. Id autem est e suo gradu non dejici, neque externis illecebris aut spectaculis indulgere, neque duris frangi. Illa quidem anima non pulsatur; neque enim est, unde pulsetur. Nos autem hic habitantes virtute ictus possumus propulsare, adeo ut animi magnitudine atque robore alii quidem ictus leviores fiant, alii vero minime tangant. Cum vero ad id, quod pulsari nequit, proxime accesserimus, tunc demum mundi stellarumque animam imitabimur. Item cum similitudinem proximam adepti fuerimus, in idem denique conspirabimus. Tum vero eadem nobis spectacula offerentur, quæ et superis ab initio adsunt, et nobis non desunt, videlicet cum natura bene

τοῖς δὲ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχει· οὐδὲ, εἰ μόνοι λέγοιεν θεωρεῖν δύνασθαι, πλέον ἂν θεωρεῖν αὐτοῖς γίγνοιτο· οὐδ' ὅτι αὐτοῖς φασὶν εἶναι ἐξελθεῖν ἀποθανοῦσι· τοῖς δὲ μὴ, ἀεὶ τὸν οὐρανὸν κοσμοῦσιν· ἀπειρίᾳ γὰρ ἂν τοῦ ἔξω ὅ τί ποτέ ἐστι, τοῦτο ἂν λέγοιεν, καὶ τοῦ ὂν τρόπον ψυχὴ παντὸς ἐπιμελεῖται ἡ ὅλη τοῦ ἀψύχου. Ἔξεστιν οὖν καὶ μὴ φιλοσωματεῖν καὶ καθαροῖς γίνεσθαι, καὶ τοῦ θανάτου καταφρονεῖν, καὶ τὰ ἀμείνω εἰδέναι, κἀκεῖνα διώκειν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δυναμένοις διώκειν καὶ διώκουσιν ἀεὶ μὴ φθονεῖν ὡς οὐ διώκουσι· μηδὲ ταὐτὸ πάσχειν τοῖς οἰομένοις τὰ ἄστρα μὴ θεῖν, ὅτι αὐτοῖς ἡ αἴσθησις ἑστάναι αὐτὰ λέγει· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτοὶ οὐκ οἴονται τὰ ἔξω βλέπειν τὴν τῶν ἄστρων φύσιν, ὅτι οὐχ ὁρῶσι τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἔξωθεν οὖσαν.

institutis, tum studio præparatis. Si qui vero se jactent, quod soli divina valeant contemplari, nihil ob hoc plus habent facultatis ad contemplandum : sed neque etiam ob hoc ipsum, quod glorientur, se quidem per obitum e corporibus abituros : animabus autem mundum semper gubernaturis nunquam id licere : hi namque id aiunt imperitia quadam, quid sit, quod extra dicitur, ignorante, quin etiam nesciente, qua ratione totius anima tota gubernet inanimatum. Data est ergo facultas per quam non indulgeamus corpori, sed puri quandoque efficiamur, contemnamus mortem, superiora intelligamus, intellecta sequamur : ceteris, qui consequi possunt, semperque sequuntur, nequaquam invideamus, et, quasi nequeant, detrahamus, neque unquam patiamur idem, quod et plerique putantes astra non currere, propterea quod sensus eis nuncient illis quiescere : ob id enim et ipsi non putant astrorum naturam ea, quæ sunt extra, suspicere, quoniam ipsi non vident ipsorum animam exstrinsecus exsistentem.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ.

(22,229.)

ENNEADIS III

LIBER I.

DE FATO.

[411—413.]

Alia sunt, alia fiunt. Quæ fiunt, a causa fiunt : ac, præter causas propinquas, sæpe remotiores investigare compellimur.

Α'. Ἅπαντα τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ ὄντα ἤτοι κατ' αἰτίας γίγνεται τὰ γιγνόμενα καὶ ἔστι τὰ ὄντα, ἢ ἄνευ αἰτίας ἀμφω· ἢ τὰ μὲν ἄνευ αἰτίας, τὰ δὲ μετ' αἰτίας ἐν ἀμφοτέροις· ἢ τὰ μὲν γιγνόμενα μετ' αἰτίας πάντα, τὰ δὲ ὄντα τὰ μέν ἐστιν αὐτῶν μετ' αἰτίας, τὰ δὲ ἄνευ αἰτίας· ἢ οὐδὲν μετ' αἰτίας ἢ ἀνάπαλιν, τὰ μὲν ὄντα μετ' αἰτίας πάντα, τὰ δὲ γιγνόμενα τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ ἐκείνως· ἢ οὐδὲν αὐτῶν μετ' αἰτίας. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀϊδίων τὰ μὲν πρῶτα εἰς ἄλλα αἴτια ἀνάγειν οὐχ οἷόν τε πρῶτα ὄντα· ὅσα δὲ ἐκ τῶν πρώτων ἤρτηται, ἐξ ἐκείνων τὸ εἶναι ἐχέτω. Τάς τε ἐνεργείας ἑκάστων ἀποδιδούς τις ἐπὶ τὰς οὐσίας ἀναγέτω. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἶναι αὐτῶν, τὸ τοιάνδε ἐνέργειαν ἀποδιδόναι. Περὶ δὲ τῶν γιγνομένων ἢ ὄντων μὲν ἀεί, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ἐνέργειαν ποιουμένων ἀεί, κατ' αἰτίας ἅπαντα λεκτέον γίγνεσθαι· τὸ δὲ ἀναίτιον οὐ παραδεκτέον, οὔτε παρεγκλίσεσι κεναῖς χώραν διδόντα, οὔτε κινήσει σωμάτων τῇ ἐξαίφνης ἢ οὐδενὸς προηγησαμένου ὑπέστη, οὔτε ψυχῆς ὁρμῇ ἐμπλήκτῳ, μηδενὸς κινήσαντος αὐτὴν εἰς τό τι πρᾶξαι, ὧν πρότερον οὐκ ἐποίει. Ἡ αὐτῷ γε τούτῳ μεῖζον ἂν τις ἔχοι αὐτὴν ἀνάγκη τῷ μὴ αὐτῆς εἶναι· φέρεσθαι δὲ τὰς τοιαύτας ὁρμὰς, ἀβουλήτους τε καὶ ἀναιτίους οὔσας. Ἡ γὰρ τὸ βουλητὸν, τοῦτο δὲ ἢ ἔξω, ἢ εἴσω, ἢ τὸ ἐπιθυμητὸν ἐκίνησεν· ἢ εἰ μηδὲν ὀρεκτὸν ἐκίνησεν, οὐδ' ἂν ὅλως ἐκινήθη. Γιγνομένων δὲ πάντων κατ' αἰτίας τὰς μὲν προσεχεῖς ἑκάστῳ ῥᾴδιον λαβεῖν καὶ εἰς ταύτας ἀνάγειν· οἷον τοῦ βαδίσαι εἰς ἀγορὰν τὸ οἰηθῆναι δεῖν τινα ἰδεῖν ἢ χρέος ἀπολαβεῖν, καὶ ὅλως τοῦ τάδε ἢ τάδε ἑλέσθαι καὶ ὁρμῆσαι. Ἔπειτα δὲ τὸ φανῆναι ἑκάστῳ τοδὶ ποιεῖν, καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τὰς τέχνας ἀνάγειν· τοῦ γράσαι ἡ ἰατρικὴ καὶ ὁ ἰατρὸς, καὶ τοῦ πλουτῆσαι θησαυρὸς εὑρεθεὶς, ἢ δόσις παρά του, ἢ ἐκ πόνων ἢ τέχνης χρηματίσασθαι· καὶ τοῦ τέκνου ὁ πατὴρ, καὶ εἴ τι συνεργὸν ἔξωθεν εἰς παιδοποιίαν, ἄλλο παρ' ἄλλου ἦκον· οἷον σιτία τοιάδε, ἢ καὶ ὀλίγῳ προσώτερα σύρους εἰς παιδοποιίαν ἡ γυνὴ, ἐπιτήδειος εἰς τόκους, καὶ ὧς εἰς φύσιν.

I. Ordo eorum, quæ sunt et quæ fiunt, ejusmodi esse debet, ut vel tam, quæ sunt, sint per causam, quam quæ fiunt, fiant quoque per causam, vel utraque sine causa, vel in utrisque partim quidem absque causa, partim vero ex causa : vel, quæ fiunt quidem omnia, ex causa veniant; quæ vero exsistunt, partim causam habeant, partim vero non habeant : vel exsistentium nullum in causam referatur, aut vicissim exsistentia quidem omnia sint ex causa; quæ vero fiunt, partim quidem hoc modo, partim illo : vel eorum nullum a causa veniat. Principio in ordine rerum sempiternarum, quæcumque primæ sunt, ob id ipsum, quod primæ sunt, in alias causas referri non possunt : quæcumque vero pendent ex primis, esse ab illis accipiant. Actiones quoque singulis rite distribues, si referas in essentias. Id enim est illorum esse, actum videlicet ejusmodi edere. In eorum vero genere quæ fiunt, vel quæ semper quidem sunt, non eundem tamen semper producunt actum, omnia prorsus fieri secundum causas affirmandum. Fieri vero aliquid sine causa nullo modo debemus admittere : patefacientes videlicet aditum vel inclinationibus incursionibusque vanis, vel repentinæ corporum motioni nullo præcedente duceque prodeunti, vel impetu animæ temerario atque subito, nullo videlicet animam incitante ad aliquid agendum eorum, quæ antea non agebat. Fortasse vero ex hoc ipso major animam adstringet necessitas, quod sui ipsius minime sit : feratur autem ejusmodi motionibus præter voluntatem atque causam propriam incidentibus. Aut enim ad volendum aliquid animam incitavit, sive id extra sit, sive sit intus : aut concupiscendum aliquid provocavit : alioquin si nihil prosequendum movisset, nullo prorsus modo usquam mota fuisset. Cum vero secundum causas fiant omnia, propinquas quidem singulis causas facile possumus invenire, effectusque in eas reducere : velut eundi in forum causa propinqua est existimatio, per quam decernimus quendam inveniendum vel debitum exigendum : atque omnino eligere hæc aut illa et prosequi. Denique similium causa est opinio, in qua cuique videatur talia quædam esse efficienda. Et nonnulla quidem in artes referimus velut causas, ceu convalescentiam in medicinam atque medicum : et divitiarum nuper accumulatarum causam in thesaurum forte repertum, vel largitionem ab aliquo factam, vel labores, vel quæstuariam artem. Similiter pater est filii causa, et si quid præterea conducit extrinsecus ad liberos procreandos : dum videlicet aliud procedit ab alio : velut tales quidam cibi, vel aliquanto priora remotioraque ad generandos filios conferentia, ceu femina ad fetum partumque aptior : et omnino referimus in naturam.

Quia causæ sæpe e propinquo sufficientes non sunt, ideo superiores causæ indagantur. Unde nascitur opinio de fato in quatuor sententias distributa.

Β'. Μέχρι μὲν οὖν τούτων ἐλθόντα ἀναπαύσασθαι καὶ πρὸς τὸ ἄνω μὴ ἐθελῆσαι χωρεῖν ῥαθύμου ἴσως καὶ οὐ κατακούοντος τῶν ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ ἐπὶ τὰ ἐπέκεινα αἴτια ἀντόντων. Διὰ τί γὰρ τῶν αὐτῶν γενομένων, οἷον τῆς σελήνης φανείσης, ὁ μὲν ἥρπασεν, ὁ δὲ οὔ; καὶ τῶν ὁμοίων ἐκ τοῦ περιέχοντος ἠκόντων ὁ μὲν

II. Hucusque vero progressum subito conquiescere, neque velle ad superiora procedere, pigri forsan hominis videatur, ejusque, qui viris ad sublimes causas ascendentibus aures non præstiterit. Quid enim in causa est, ut iisdem provenientibus, velut apparente luna, alter quidem rapuerit, alter vero minime? atque, similibus venientibus a continente cælo vel aere, alter quidem ægrotet, alter vero ne-

ἐνόσησεν, ὁ δὲ οὔ; καὶ πλούσιος, ὁ δὲ πένης ἐκ τῶν αὐτῶν ἔργων; Καὶ τρόποι δὴ καὶ ἤθη διάφορα, καὶ τύχαι ἐπὶ τὰ πόῤῥω ἀξιοῦσιν ἰέναι. Καὶ οὕτω δὴ ἀεὶ οὐχ ἱστάμενοι, οἱ μὲν ἀρχὰς σωματικὰς θέμενοι, οἷον ἀτόμους, τῇ τούτων φορᾷ, καὶ πληγαῖς καὶ συμπλοκαῖς πρὸς ἄλληλα ἕκαστα ποιοῦντες, καὶ οὕτως ἔχειν καὶ γίγνεσθαι ᾗ ἐκεῖνα συνέστη, ποιεῖ τε καὶ πάσχει· καὶ τὰς ἡμετέρας ὁρμὰς καὶ διαθέσεις ταύτῃ ἔχειν, ὡς ἂν ἐκεῖναι ποιῶσιν, ἀνάγκην ταύτην καὶ τὴν παρὰ τούτων εἰς τὰ ὄντα εἰσάγουσι. Κἂν ἄλλα δέ τις σώματα ἀρχὰς διδῷ, καὶ ἐκ τούτων τὰ πάντα γίγνεσθαι, τῇ παρὰ τούτων ἀνάγκῃ δουλεύειν ποιεῖ τὰ ὄντα. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἐλθόντες ἀπ' αὐτῆς κατάγουσι πάντα, διὰ πάντων φοιτήσασαν αἰτίαν, καὶ ταύτην οὐ μόνον κινοῦσαν, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσαν ἕκαστα λέγοντες, εἱμαρμένην ταύτην καὶ κυριωτάτην αἰτίαν θέμενοι, αὐτὴν οὖσαν τὰ πάντα, οὐ μόνον τὰ ἄλλα ὅσα γίγνεται, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμετέρας διανοήσεις ἐκ τῶν ἐκείνης ἰέναι κινημάτων· οἷον ζώου μορίων κινουμένων ἑκάστων οὐκ ἐξ αὐτῶν, ἐκ δὲ τοῦ ἡγεμονοῦντος ἐν ἑκάστῳ τῶν ζώων· ἄλλοι δὲ τὴν τοῦ παντὸς φορὰν περιέχουσαν καὶ πάντα ποιοῦσαν τῇ κινήσει, καὶ ταῖς τῶν ἄστρων πλανωμένων τε καὶ ἀπλανῶν σχέσεσι καὶ σχηματισμοῖς πρὸς ἄλληλα, ἀπὸ τῆς ἐκ τούτων προῤῥήσεως πιστούμενοι, ἕκαστα ἐντεῦθεν γίγνεσθαι ἀξιοῦσι. Καὶ μὴν καὶ τὴν τῶν αἰτίων ἐπιπλοκὴν πρὸς ἄλληλα, καὶ τὸν ἄνωθεν εἱρμὸν, καὶ τὸ ἕπεσθαι τοῖς προτέροις ἀεὶ τὰ ὕστερα, καὶ ταῦτα ἐπ' ἐκεῖνα ἀνιέναι δι' αὐτῶν γενόμενα, καὶ ἄνευ ἐκείνων οὐκ ἂν γενόμενα, δουλεύειν τε τοῖς πρὸ αὐτῶν τὰ ὕστερα, ταῦτα εἴ τις λέγοι εἱμαρμένην, ἕτερον τρόπον εἰσάγων φανεῖται. Διττοὺς δὲ ἄν τις θέμενος καὶ τούτους, οὐκ ἂν τοῦ ἀληθοῦς ἀποτυγχάνοι. Οἱ μὲν γὰρ ἀφ' ἑνός τινος τὰ πάντα ἀναρτῶσιν, οἱ δὲ, οὐχ οὕτω. Λεχθήσεται δὲ περὶ τούτων· νῦν δὲ ἐπὶ τοὺς πρώτους ἰτέον τῷ λόγῳ· εἶτ' ἐφεξῆς τὰ τῶν ἄλλων ἐπισκεπτέον.

quaquam? quin etiam ex eisdem operibus hic dives evadat, at ille pauper? Præterea varii ingeniorum modi, moresque differentes et fortunæ diversæ nos admonent, ut remotiores causas perscrutemur. Itaque cum philosophi nunquam in propinquis causis conquiescere vellent, quicumque principia corporea posuerunt, velut atomos, earum motu impulsibusque et complicationibus mutuis singula facientes, dixerunt ea conditione fieri atque se habere singula, qua illa principia coeunt facluntque atque patiuntur, nostros quoque impetus affectionesque tales esse, quales illa faciunt. Hi ergo necessitatem hanc in principiis et in iis, quæ sunt ab illis, passim rebus inducunt: et quæcumque alia quis corpora esse principia dicit, ab eisque omnia fieri, is nimirum necessitati cuidam in his fundatæ servire omnia putat. Alii vero, ad ipsum universi principium ascendentes, ab ipso cuncta deducunt, atque causam hanc primam per omnia se diffundere, neque movere solum, verum etiam singula facere arbitrantur. Quam quidem et fatum vocant, fatum existimantes causam potentissimam cuncta moventem, non modo cetera quotcumque fiunt, sed cogitationes quoque nostras ex ipsius motionibus proficisci: non aliter quam in animali partes singulæ moveantur, non quidem a se ipsis, sed ab eo, quod in quolibet animali obtinet principatum. Alii præterea totius mundi circuitum omnia complectentem motuque singula facientem, atque habitibus configurationibusque stellarum, tam errantium quam non errantium, mutuis peragentem fatum judicant; et prædictionibus per cœlestia factis freti singula inde fieri arbitrantur. Posset insuper aliquis alia quadam ratione describere fatum, dicens, id esse complexionem mutuam causarum, seriemque connexam desuper emanantem, per quam posteriora semper prioribus obsecundent: atque hæc ipsa posteriora in præcedentia reflectantur, utpote quæ per ipsa fiant, et absque ipsis effici nequeant: quo efficiatur, ut antecedentibus semper sequentia serviant. Si quis autem bifariam hos distinxerit, a veritate forsan non aberrabit. Nempe alii quidem cuncta ab uno principio dependere putabunt: alii vero nequaquam. De quibus in sequentibus disputabitur. In præsentia vero primum quidem cum primis disputare debemus: deinde et aliorum dicta deinceps considerare.

Neque cogi neque fieri a corporibus omnia; neque fatum neque præsagium fore aliquid, si principia rerum fuerint contingentia.

Γ'. Σώμασι μὲν οὖν ἐπιτρέψαι τὰ πάντα, εἴτε ἀτόμοις εἴτε τοῖς στοιχείοις καλουμένοις, καὶ τῇ ἐκ τούτων ἀτάκτῳ φορᾷ, τάξιν καὶ λόγον καὶ ψυχὴν τὴν ἡγουμένην γεννᾷν, ἀμφοτέρως μὲν ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Ἀδυνατώτερον δὲ, εἰ οἷόν τε λέγειν, τὸ ἐξ ἀτόμων. Καὶ περὶ τούτων πολλοὶ εἰρηνται λόγοι ἀληθεῖς. Εἰ δὲ δὴ καὶ θεῖτό τις τοιαύτας ἀρχὰς, οὐδ' οὕτως ἀναγκαῖον οὔτε τὴν κατὰ πάντων ἀνάγκην οὔτε τὴν ἄλλως εἱμαρμένην ἕπεσθαι. Φέρε γὰρ πρῶτον τὰς ἀτόμους εἶναι· αὗται τοίνυν κινήσονται, τὴν μὲν εἰς τὸ κάτω· ἔστω γάρ τι κάτω· τὴν δ' ἐκ πλαγίων, ὅπη ἔτυχεν, ἄλλαι κατ' ἄλλα. Οὐδὲν δὴ πάντως, τάξεώς γε οὐκ οὔσης· τὸ δὲ γενόμενον τοῦτο, ὅτε γέγονε, πάντως· ὥστε οὔτε πρόῤῥησις, οὔτε μαντικὴ τοπαράπαν ἂν εἴη, οὔτε εἴ τις ἐκ τέχνης· πῶς γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀτάκτοις τέχνη; οὔτε ἤτις ἐξ ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἐπιπνοίας. Δεῖ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὡρισμένον τὸ μέλλον εἶναι· καὶ σώμασι

III. Impossibile certe est et absurdum, corporeis causis cuncta committere, sive atomis, sive elementis motionique corporum inordinatæ ordinem et rationem et animam ducem subdere. Maxime vero impossibile est subjicere atomis, et de his quidem refellendis rationes multæ veræque traditæ sunt. Si quis autem principia posuerit talia, neque sic tamen necessarium est, vel necessitatem quandam per omnia, vel alio quodam pacto inde fatum sequi. Pone primum atomos esse: hæ igitur movebuntur partim quidem deorsum, si modo quicquam sit deorsum: partim vero e transverso, utcumque contigerit, alio videlicet aliæ: nihil utique omnino, ordine scilicet non exsistente: id ipsum vero factum, quando factum est, omnino. Quam ob rem neque prædictio, neque vaticinium prorsus erit, neque præsagium ullum ex arte. Quo enim pacto in rebus inordinatis ars ulla esse potest? Neque ex oraculo inspiratoneque divina vel mentis instinctu. Nam in his quoque oportet futurum jam esse determinatum: et corporibus

μὲν ἔσται παρὰ τῶν ἀτόμων πάσχειν πληττομένοις, ἅπερ ἂν ἐκεῖναι φέρωσιν ἐξ ἀνάγκης. Τὰ δὲ δὴ ψυχῆς ἔργα καὶ πάθη τίσι κινήσεσι τῶν ἀτόμων ἀναθήσει τις; ποία γὰρ πληγὴ ἢ κάτω φερομένης ἢ ὁπουοῦν προσκρουούσης ἐν λογισμοῖς τοιοῖσδε ἢ ὁρμαῖς τοιαῖσδε, ἢ ὅλως ἐν λογισμοῖς ἢ ὁρμαῖς ἢ κινήσεσι ποιήσει ἀναγκαίαις εἶναι, ἢ ὅλως εἶναι; Ὅταν δὲ δὴ ἐναντιῶται ψυχὴ τοῖς τοῦ σώματος παθήμασι; κατὰ ποίας δὲ φορὰς ἀτόμων ὁ μὲν γεωμετρικὸς ἀναγκασθήσεται εἶναι, ὁ δὲ ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν ἐπισκέψεται, ὁ δὲ σοφὸς ἔσται; ὅλως γὰρ τὸ ἡμέτερον ἔργον καὶ τὸ ζώοις εἶναι ἀπολεῖται, φερομένων ἢ τὰ σώματα ἄγει, ὠθοῦντα ἡμᾶς ὥσπερ ἄψυχα σώματα. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ πρὸς τοὺς ἕτερα σώματα αἴτια τῶν πάντων τιθεμένους, καὶ ὅτι θερμαίνειν μὲν καὶ ψύχειν ἡμᾶς καὶ φθείρειν δὲ τὰ ἀσθενέστερα δύναται ταῦτα. Ἔργον δὲ οὐδὲν τῶν ὅσα ψυχὴ ἐργάζεται παρὰ τούτων ἂν γίγνοιτο· ἀλλ' ἀφ' ἑτέρας δεῖ ταῦτα ἀρχῆς εἶναι.

quidem accidet ab atomis pulsantibus pati, quæcumque atomi ferant ex necessitate. Animæ vero actiones et passiones quibusnam motibus atomorum ascribere poteris? Quinam impulsus sive per descensum, sive per qualemcunque incidentiam atomorum, faciet in anima tales quosdam rationis discursus vel tales impetus, aut omnino discursiones vel impetus vel motus necessario provenire, vel quomodocumque etiam provenire? Præterea quando animus perturbationibus corporis adversatur, quidnam atomi ad id conducunt? Dic rursus, per quas differentias atomorum homines compellantur, ut alii quidem geometræ sint, alii arithmetici atque astronomi, alii sapientes? Omnino vero libertas arbitrii opusque nostrum tolletur e medio, atque id insuper quod est animal esse. Ferremur enim quocumque corpora trahant: ita, ut inanimata corpora nos impellentia. Eadem similiter illis objici possunt, qui alia corpora esse omnium causas arbitrantur: quodve præterea calefacere, frigefacere, dissolvere nos, et quæcumque illis infirmiora sunt, possunt. Actiones vero quales parit anima ab his fieri nequeunt: sed has oportet ab alio quodam principio fieri.

Non esse in universo tantum unum agens.

Δ'. Ἀλλ' ἆρα μία τις ψυχὴ διὰ παντὸς διήκουσα περαίνει τὰ πάντα, ἑκάστου ταύτῃ κινουμένου ὡς μέρους ᾗ τὸ ὅλον ἄγει; φερομένων δὲ ἐκεῖθεν τῶν αἰτίων ἀκολούθων ἀνάγκη τὴν τούτων ἐφεξῆς συνέχειαν καὶ συμπλοκὴν εἱμαρμένην, οἷον εἰ φυτοῦ ἐκ ῥίζης τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ πάντα διοίκησιν αὐτοῦ τὰ μέρη καὶ πρὸς ἄλληλα συμπλοκήν, ποίησίν τε καὶ πεῖσιν, διοίκησιν μίαν, καὶ οἷον εἱμαρμένην τοῦ φυτοῦ τις εἶναι λέγοι. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοῦτο τὸ σφοδρὸν τῆς ἀνάγκης καὶ τῆς τοιαύτης εἱμαρμένης αὐτὸ τοῦτο τὴν εἱμαρμένην καὶ τῶν αἰτίων τὸν εἱρμὸν καὶ τὴν συμπλοκὴν ἀναιρεῖ. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἡμετέροις μέρεσι κατὰ τὸ ἡγεμονοῦν κινουμένοις ἄλογον τὸ καθ' εἱμαρμένην λέγειν κινεῖσθαι· οὐ γὰρ ἄλλο μὲν τὸ ἐνδεδωκὸς τὴν κίνησιν, ἄλλο δὲ τὸ παραδεξάμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ τῇ ὁρμῇ κεχρημένον· ἀλλ' ἐκεῖνό ἐστι πρῶτον τὸ κινῆσαν τὸ σκέλος· τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἓν ἔσται τὸ πᾶν ποιοῦν καὶ πάσχον, καὶ οὐκ ἄλλο παρ' ἄλλου, κατ' αἰτίας τὴν ἀναγωγὴν ἀεὶ ἐφ' ἕτερον ἐχούσας, οὐ δὴ ἀληθὲς κατ' αἰτίας τὰ πάντα γίγνεσθαι, ἀλλ' ἓν ἔσται τὰ πάντα. Ὥστε οὔτε ἡμεῖς ἡμεῖς, οὔτε τι ἡμέτερον ἔργον· οὐδὲ λογιζόμεθα αὐτοί· ἀλλ' ἑτέρου λογισμὸς τὰ ἡμέτερα βουλεύματα, οὐδὲ πράττομεν ἡμεῖς, ὥσπερ οὐδὲ οἱ πόδες λακτίζουσιν, ἀλλ' ἡμεῖς διὰ μερῶν τῶν ἑαυτῶν. Ἀλλὰ γὰρ δεῖ καὶ ἕκαστον ἕκαστον εἶναι, καὶ πράξεις ἡμετέρας, καὶ διανοίας ὑπάρχειν, καὶ τὰς ἑκάστου καλάς τε καὶ αἰσχρὰς πράξεις, παρ' ἑαυτοῦ ἑκάστου, ἀλλὰ μὴ τῷ παντὶ τὴν γοῦν τῶν αἰσχρῶν ποίησιν ἀνατιθέναι.

IV. Sed numquid una quædam anima per cuncta discurrens singula peragit, adeo ut quodlibet ceu pars perferatur illuc, quo ducit totum? ferantur autem inde causæ consequentes necessitate, atque continuam horum omnium connexionem fatum appellare debemus? Perinde ac si in planta habente principium a radice aliquis plantæ fatum dicat dispositionem ab ipsa radice per omnes plantæ partes quasi gubernando diffusam conspirationemque mutuam et actionem et passionem una dispensatione contentam. At vero nimius hic necessitatis excessus fatique ejusmodi constitutio ipsum fatum seriemque causarum et earum complexionem funditus aufert. Sicut enim in partibus nostris a nostro principali motis absurdum est dicere secundum fatalem seriem agitari: non enim aliud quidem est, quod tradit motum, aliud vero, quod accipit, ipsum quoque proprium quendam habens [*corr.* accipit et ab illo mutuatur] impetum; sed primum illud est, quod crus etiam movet: eodem modo si et in universo unum erit omne faciens atque patiens, neque aliud prorsus ab alio secundum causas continue reductas in aliud; certe non erit verum, omnia secundum causas fieri, sed erunt omnia unum. Quapropter neque nos ipsi nos erimus, neque nostrum opus ullum: neque ipsi ratiocinabimur, sed alterius cujusdam ratiocinatio erit nostrum consilium: neque agemus ipsi, quemadmodum nunc neque pedes calcitrant, sed nos per pedes tanquam partes nostras dicimur calcitrare. Oportet tamen quemlibet nostrûm id proprie, quod est, exsistere, actionesque et cogitationes esse nostras: et uniuscujusque vel honestas vel turpes actiones ab ipso unoquoque procedere; neque decet universo actiones turpes ascribere.

Neque nos a cælo regi, neque cetera a cælo tantum, et necessario fieri.

Ε'. Ἀλλ' ἴσως μὲν οὐχ οὕτως ἕκαστα περαίνεται, ἡ δὲ φορὰ διοικοῦσα πάντα καὶ ἡ τῶν ἄστρων κίνησις οὕτως ἕκαστα τίθησιν, ὡς ἂν πρὸς ἄλληλα στάσεως ἐν μεσουρανήσεσι καὶ ἀνατολαῖς, δύσεσί τε καὶ πα-

V. Fortasse vero non ita singula peraguntur: verum circuitus cælestium cuncta gubernans, astrorumque motus singula ita disponunt, prout se mutuo inter se habent, secundum meridianum tempus atque situm et ortus et occa-

ραβολαῖς. Ἀπὸ τούτων γοῦν μαντευόμενοι προλέγουσι περί τε τῶν ἐν τῷ παντὶ ἐσομένων, περί τε ἑκάστου, ὅπως τε τύχης καὶ διανοίας οὐχ ἥκιστα ἕξει· ὁρᾶν δὲ καὶ τὰ ἄλλα ζῷά τε καὶ φυτὰ ἀπὸ τῆς τούτων συμπαθείας αὐξόμενά τε καὶ μειούμενα καὶ τὰ ἄλλα παρ' αὐτῶν πάσχοντα, τούς τε τόπους τοὺς ἐπὶ γῆς διαφέροντας ἀλλήλων εἶναι, κατά τε τὴν πρὸς τὸ πᾶν σχέσιν, καὶ πρὸς ἥλιον μάλιστα· ἀκολουθεῖν δὲ τοῖς τόποις οὐ μόνον τὰ ἄλλα φυτά τε καὶ ζῶα, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων εἴδη τε καὶ μεγέθη καὶ χρόας καὶ θυμοὺς καὶ ἐπιθυμίας, ἐπιτηδεύματά τε καὶ ἤθη. Κυρία ἄρα ἡ τοῦ παντὸς πάντων φορά. Πρὸς δὴ ταῦτα πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ῥητέον, ὅτι καὶ οὗτος ἕτερον τρόπον ἐκείνοις ἀνατίθησι τὰ ἡμέτερα, βουλὰς καὶ πάθη, κακίας τε καὶ ὁρμάς· ἡμῖν δὲ οὐδὲν διδοὺς, λίθοις φερομένοις καταλείπει εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώποις ἔχουσι παρ' αὐτῶν καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν φύσεως ἔργον. Ἀλλὰ χρὴ διδόναι μὲν τὸ ἡμέτερον ἡμῖν, ἥκειν δὲ εἰς τὰ ἡμέτερα, ἤδη τινὰ ὄντα καὶ οἰκεῖα ἡμῶν, ἀπὸ τοῦ παντὸς, ἅττα καὶ διαιρούμενον, τίνα μὲν ἡμεῖς ἐργαζόμεθα, τίνα δὲ πάσχομεν ἐξ ἀνάγκης, μὴ πάντα ἐκείνοις ἀνατιθέναι· καὶ ἴέναι μὲν παρὰ τῶν τόπων καὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ περιέχοντος εἰς ἡμᾶς οἷον θερμότητας ἢ ψύξεις ἐν τῇ κράσει, ἴέναι δὲ καὶ παρὰ τῶν γιγνομένων, τοῖς γοῦν γονεῦσιν ὁμοίοις καὶ τὰ εἴδη ὡς τὰ πολλὰ, καί τινα τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς παθῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁμοίων ὄντων τοῖς εἴδεσι παρὰ τοὺς τόπους, ἔν γε τοῖς ἤθεσι πλείστη παραλλαγὴ καὶ ἐν ταῖς διανοίαις ἐνορᾶται, ὡς ἂν ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τῶν τοιούτων ἰόντων, αἵ τε πρὸς τὰς κράσεις τῶν σωμάτων καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἐναντιώσεις καὶ ἐνταῦθα πρεπόντως λέγοιντο ἄν. Εἰ δ', ὅτι εἰς τὴν τῶν ἄστρων σχέσιν ὁρῶντες περὶ ἑκάστων λέγουσι τὰ γιγνόμενα, παρ' ἐκείνων ποιεῖσθαι τεκμαίρονται, ὁμοίως ἂν καὶ οἱ ὄρνεις ποιητικοὶ ὧν σημαίνουσιν εἶεν, καὶ πάντα, εἰς ἃ βλέποντες οἱ μάντεις προλέγουσιν. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε ἀκριβέστερον ἂν τις ἐπισκέψαιτο περὶ τούτων· ἅ τις ἂν ἰδὼν εἰς τὴν τῶν ἄστρων σχέσιν, ἣν εἶχον, ὅτε ἕκαστος ἐγίγνετο, προείποι, ταῦτα φασὶ καὶ γίγνεσθαι παρ' αὐτῶν, οὐ σημαινόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιούντων. Ὅταν τοίνυν περὶ εὐγενείας λέγωσιν, ὡς ἐξ ἐνδόξων τῶν πατέρων καὶ μητέρων, πῶς ἐνι ποιεῖσθαι λέγειν ταῦτα, ἃ προϋπάρχει περὶ τοὺς γονεῖς, πρὶν σχέσιν γενέσθαι ταύτην τῶν ἄστρων, ἀφ' ἧς προλέγουσι; Καὶ μὴν καὶ γονέων τύχας ἀπὸ τῶν παίδων τῆς γενέσεως, καὶ παίδων διαθέσεις οἷαι ἔσονται, καὶ ὁποίαις συνέσονται τύχαις, ἀπὸ τῶν πατέρων περὶ τῶν οὔπω γεγονότων λέγουσι· καὶ ἐξ ἀδελφῶν ἀδελφῶν θανάτους· καὶ ἐκ γυναικῶν τὰ περὶ τοὺς ἄνδρας ἀνάπαλίν τε ἐκ τούτων ἐκεῖνα. Πῶς ἂν οὖν ἡ ἑκάστου σχέσις ἐπὶ τῶν ἄστρων ποιεῖ, ἃ ἤδη ἐκ πατέρων οὕτως ἔξειν λέγεται; Ἢ γὰρ ἐκεῖνα τὰ πρότερα ἔσται τὰ ποιοῦντα, ἢ εἰ μὴ ἐκεῖνα ποιεῖ, οὐδὲ ταῦτα. Καὶ μὴν καὶ ἡ ὁμοιότης ἐν τοῖς εἴδεσι πρὸς τοὺς γονέας οἴκοθεν φησὶ καὶ κάλλος καὶ αἶσχος ἴέναι

sus atque congressus. Ab his utique præsagientes prædicunt de his quæ circa universum et quæ circa quemlibet futura sunt. Neque solum qualis fortuna, sed etiam qualis ferme cogitatio sit futura. Videre licet alia quoque animalia plantasque ab ipsa illorum consensione tum augeri, tum minui, tum cetera ab illis omnia perpeti. Regiones quin etiam in terra inter se differre secundum habitum quendam ad universum, præcipue vero per aspectum ad solem. Sequi autem loci naturam apparet non solum plantas et bruta, verum etiam hominum species et magnitudines et colores, iras, cupiditates, studia, mores. Itaque omnium auctoritas penes ipsum consistere videtur universi circuitum. Ad hæc igitur primo dicendum est, hunc quoque sermonem, quamvis alio quodam pacto, superioribus omnia nostra subjicere, voluntates, passiones, vilia, impetus : nobis autem nihil assignare nostrum, sed nos existimare tanquam lapides agitari potius, quam, tanquam homines, quoddam ex nobis nostraque natura proprium munus habentes. Verumtamen concedere decet nostrum nobis opinarique præterea, pervenire quædam ab universo usque ad nostra, quæ jam per se aliquid sint, nobisque propria. Sane distinguendum est, quænam ipsi nos agamus, quæve necessario patiamur, neque cœlestibus omnia concedenda. Existimare debemus a regionibus aerisque circumfusi diversitate multa nobis accidere : velut in corporis complexione frigus atque calorem; accidere quoque ab eorum, qui gignuntur, conditione. Nonne parentibus ut plurimum nati similes oriuntur, tum forma atque figura, tum quibusdam animæ irrationalis affectibus? Quinimo sæpe similes forma sunt ob communem loci naturam : quam plurimam tamen habent in moribus et cogitationibus differentiam, quasi hæc ab alio quodam principio oriantur. Præterea repugnantia rationis adversus complexionem corporis atque libidines ad hæc similiter refellenda conducit. Sin autem ex eo, quod habitudinem stellarum suspicientes singula futura prænunciant, ab illis quoque fieri opinentur : perinde id se habebit, ac si aves eorum, quæ significant, causæ forent : similiterque si omnia, quorum inspectione vates præsagiunt, facere etiam, quæ significant, dicerentur. Item ex his eadem perfectius considerare licet, quæ natus prædicit astrologus, suspiciens stellarum dispositionem, quando nascitur, constitutam : quæ quidem si dixerint non significari tantum a præsenti dispositione, sed fieri, sæpius mentientur. Nempe quando de generosa stirpe judicant dicentes, natum ex nobilibus patribus, vel matribus ortum : quonam pacto licet dicere hinc illa fieri, quæ parentibus insunt prius, quam talis stellarum veniat dispositio cujus contemplatione prædicunt? Etenim parentum quoque fortunas a filiorum generatione declarant. Rursus futuras filiorum conditiones atque fortunas ab ipsis parentibus ortis illos, qui nondum sunt nati, portendunt. A fratrum quoque genituris sæpe fratrum mortes, item ex mulieribus virorum sortes, vicissimque ex his illa dijudicant. Quonam igitur ratione stellarum dispositio cujusque propria facit ea, quæ jam ex patribus certa quadam conditione futura dicuntur? Aut enim priora illa sunt efficientes causæ, aut, si illa causæ non sunt, neque hæc etiam causæ erunt. Quin etiam filiorum forma parentibus similis testatur pulchritudinem deformitatemque ab ipsa stirpe, non ab astris

λλ' οὐ παρὰ φορᾶς ἄστρων. Εὔλογόν τε κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἄλλα ζῷά τε παντοδαπὰ, καὶ ἀνθρώπους ἅμα γίγνεσθαι, οἷς ἅπασιν ἐχρῆν τὰ αὐτὰ εἶναι, οἷς ἡ αὐτὴ σχέσις. Πῶς οὖν ἅμα μὲν ἀνθρώπους, ἅμα δὲ καὶ τὰ ἄλλα διὰ τῶν σχημάτων;

rum motibus proficisci. Probabile est insuper, eodem in tempore animalia omnigena hominesque simul oriri : in quibus eadem omnino oporteret accidere, quibuscumque stellarum eadem dispositio imminet. Quo igitur modo homines simul et cetera per easdem cæli figuras exoriuntur?

Singula hic a naturis propriis magis, quam cælo, propriam in generatione accipiunt qualitatem, quamvis a cælo significentur.

Ϛ'. Ἀλλὰ γὰρ γίγνεται μὲν ἕκαστα κατὰ τὰς αὐτῶν φύσεις· ἵππος μέν, ὅτι ἐξ ἵππου, καὶ ἄνθρωπος, ὅτι ἐξ ἀνθρώπου· καὶ τοιόσδε, ὅτι ἐκ τοιοῦδε. Ἔστω δὲ συνεργὸς καὶ ἡ τοῦ παντὸς φορὰ, συγχωροῦσα τὸ πολὺ τοῖς γινομένοις· ἔστωσαν δὲ πρὸς τὰ τοῦ σώματος πολλὰ σωματικῶς διδόντες, θερμότητας καὶ ψύξεις, καὶ σωμάτων κράσεις ἑπακολουθούσας· πῶς οὖν τὰ ἤθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ μάλιστα οὐχ ὅσα δοκεῖ κράσει σωμάτων βουλεύειν· οἷον γραμματικός τις καὶ γεωμέτρης, καὶ κυβευτικὸς, καὶ τῶνδέ τις εὑρετής; πονηρία δὲ ἤθους παρὰ θεῶν ὄντων πῶς ἂν δοθείη; καὶ ὅλως ὅσα λέγονται διδόναι κακὰ κακούμενοι ὅτι δύνουσι, καὶ ὅτι ὑπὸ γῆν φέρονται, ὥσπερ διάφορόν τι πασχόντων, εἰ πρὸς ἡμᾶς δύνοιεν, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ ἐπὶ σφαίρας οὐρανίας φερομένων, καὶ πρὸς τὴν γῆν τὴν αὐτὴν ἰόντων σχέσιν. Οὐδὲ λεκτέον, ὡς ἄλλος ἄλλον ἰδὼν τῶν θεῶν κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην στάσιν χείρων ἢ κρείττων γίγνεται· ὥστε εὐπαθοῦντας μὲν ἡμᾶς εὐποιεῖν, κακῶν δὲ, εἰ τἀναντία. Ἀλλὰ μᾶλλον ὡς φέρεται μὲν ταῦτα ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων, παρέχεται δὲ καὶ ἄλλην χρείαν τὴν τοῦ εἰς αὐτὰ ὥσπερ γράμματα βλέποντας τοὺς τὴν τοιαύτην γραμματικὴν εἰδότας ἀναγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν σχημάτων κατὰ τὸ ἀνάλογον, μεθοδεύοντας τὸ σημαινόμενον· ὥσπερ εἴ τις λέγοι, ἐπειδὴ ὑψηλὸς ὁ ὄρνις, σημαίνει ὑψηλάς τινας πράξεις.

VI. Sed profecto singula secundum naturas suas fiunt : equus quidem, quoniam ex equo; homo autem, quoniam ex homine nascitur : quin etiam talis vel equus vel homo, quoniam fit ex tali. Conducat ad idem quoque cæli motus, concedens tamen genitoribus genitisque quam plurimum. Tradant vero cælestia quantum ad corpus spectat multa, et hæc quidem conditione corporea, calores, frigora, complexiones corporum consequentes : at quonam pacto mores et studia, præsertim quæcumque non videntur corporum complexionibus obsequi : ceu quod aliquis sit grammaticus, vel geometra, vel aleator, talisque rei aut talis inventor? Jam vero pravitas morum quomodo a cælestibus, qui dii sunt, hominibus dari potest? et omnino, quotcumque dare dicuntur mala, ipsi videlicet facti mali, propterea quod occidant, vel sub terram ferantur, quasi diversum aliquid patiantur, si nobis occiderint, non autem semper per cælestem sphæram circumferantur, et quantum in se est, terram eadem ratione respiciant. Neque etiam dicendum est, deorum alium dum alio atque alio situ aspicit alium, meliorem deterioremve evadere : adeo ut affecti bene nobis etiam benefaciant, male vero affecti noceant. Præstat vero dicere, cælestia pro universi salute percurrere, sed interim ad alium quendam usum conducere : quo scilicet, qui illa suspiciunt quasi literas, qui videlicet literaturam ejusmodi noverint, futura legant, ex ipsis figuris comparatione quadam analogica indagantes significatum : quemadmodum si quis dixerit, avem per sublimia pervolantem actiones quasdam sublimes significare.

Qui necessariam rerum seriem introducunt inevitabiliter singula peragentem, auferunt cum infimis contingentiam, tum consilio libertatem.

Ζ'. Λοιπὸν δὲ ἰδεῖν τὴν ἐπιπλέκουσαν καὶ οἷον συνείρουσαν ἄλληλοις πάντα, καὶ τὸ πῶς ἐφ' ἑκάστου ἐπιλέγουσαν, ἀρχὴν τιθεμένην μίαν, ἀφ' ἧς πάντα κατὰ λόγους σπερματικοὺς περαίνεται. Ἔστι μὲν οὖν καὶ αὕτη ἡ δόξα ἐγγὺς ἐκείνης τῆς πᾶσαν καὶ σχέσιν καὶ κίνησιν ἡμετέραν τε καὶ πᾶσαν ἐκ τῆς τῶν ὅλων ψυχῆς ἥκειν λεγούσης, εἰ καὶ βούλεταί τι ἡμῖν καὶ ἑκάστοις χαρίζεσθαι, εἰς τὸ παρ' ἡμῶν ποιεῖν τι, ἔχει μὲν οὖν τὴν πάντας πάντων ἀνάγκην· καὶ πάντων εἱλημμένων τῶν αἰτίων οὐκ ἔστιν ἕκαστον μὴ οὐ γίγνεσθαι· οὐδὲν γὰρ ἔτι τὸ κωλῦσον ἢ ἄλλως γενέσθαι ποιῆσον, εἰ πάντα συνήπται ἐν τῇ εἱμαρμένῃ. Τοιαῦτα δὲ ὄντα, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ὡρμημένα, ἡμῖν οὐδὲν καταλείψει, ἢ φέρεσθαι, ὅπῃ ἂν ἐκεῖνα ὠθῇ· αἵ τε γὰρ φαντασίαι τοῖς προηγησαμένοις, αἵ τε ὁρμαὶ κατὰ ταύτας ἔσονται· ἑκούσιά τε μόνον τὸ ἐφ' ἡμῖν ἔσται. Οὐ γὰρ, ὅτι ὁρμῶμεν ἡμεῖς, ταύτῃ τι πλέον ἔσται, τῆς ὁρμῆς κατ' ἐκεῖνα γινομένης· τοιοῦτόν τε τὸ ἡμέτερον ἔσται, οἷον καὶ τὸ τῶν ἄλλων ζώων καὶ τὸ τῶν νηπίων, καθ' ὁρμὰς

VII. Reliquum est considerare opinionem dicentem cuncta simul implicari atque connecti, unde singulis conditio assignatur : ponentem quoque principium unum, a quo per rationes seminales singula generentur. Est autem hæc opinio illi persimilis, cum dicit, omnem habitum atque motum, cum nostrum tum universum, ab anima universi procedere. Et si quis velit nobis et singulis condonare, ut nonnihil a nobis ipsis efficiamus, habet tamen omnino omnium necessitatem. Sane omnibus una causis comprehensis impossibile est, unumquodque non effici. Nihil enim præterea reliquum est, quod vel prohibere queat, vel aliter fieri fortasse compellat : siquidem cuncta comprehendantur in fato. Cum vero talia sint, ut ab uno principio profluant, nihil jam nobis aliud restat, nisi ut feramur quocumque nos illa compulerint. Nam et imaginationes causas sequentur antecedentes, et impetus imaginationes comitabuntur : arbitriique libertas nomen erit inane. Non enim ex eo, quod ipsi nos aliquid impetu quodam aggredimur, arbitrii plus habebimus : quippe cum impetus omnis ab antecedentibus incitetur : jusque nostrum erit tale, quale animalium reliquorum infantiumque atque

τυφλὰς ἰόντων, καὶ τὸ τῶν μαινομένων· ὁρμῶσι γὰρ καὶ οὗτοι, καὶ νὴ Δία αἱ πυρὸς ὁρμαί, καὶ πάντων ὅσα δουλεύοντα τῇ αὐτῶν κατασκευῇ φέρεται κατὰ ταύτην. Τοῦτο δὲ καὶ πάντες ὁρῶντες οὐκ ἀμφισβητοῦσιν, ἀλλὰ τῆς ὁρμῆς ταύτης ἄλλας αἰτίας ζητοῦντες οὐχ ἵστανται ὡς ἐπ' ἀρχῆς ταύτης.

furentium cæcis quibusdam stimulis discurrentium : nam et in his sunt impetus. Et, per Jovem, similis ferme impetus est in igne, atque in omnibus, quotcumque conditioni propriæ servientia ipsius instinctu præcipitantur. Id autem omnes perspicue contuentes non ambigunt : verum alias quasdam hujus impetus causas indagantes in hoc quasi principio minime conquiescunt.

Quomodo anima sit super fatum, in fato, sub fato.

Η'. Τίς οὖν ἄλλη αἰτία παρὰ ταύτας ἐπελθοῦσα ἀναίτιόν τε οὐδὲν καταλείψει, ἀκολουθίαν τε τηρήσει καὶ τάξιν, ἡμᾶς τέ τι εἶναι συγχωρήσει, προρρήσεις τε καὶ μαντείας οὐκ ἀναιρήσει; Ψυχὴν δὴ δεῖ ἀρχὴν οὖσαν ἄλλην, ἐπεισφέροντας εἰς τὰ ὄντα, οὐ μόνον τὴν τοῦ παντὸς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑκάστου μετὰ ταύτης, ὡς ἀρχῆς οὐ σμικρᾶς οὔσης, πλέκειν τὰ πάντα, οὐ γιγνομένης καὶ αὐτῆς ὥσπερ τὰ ἄλλα ἐκ σπερμάτων, ἀλλὰ πρωτουργοῦ αἰτίας οὔσης. Ἄνευ μὲν οὖν σώματος οὖσα κυριωτάτη τε αὐτῆς καὶ ἐλευθέρα, καὶ κοσμικῆς αἰτίας ἔξω· ἐνεχθεῖσα δὲ εἰς σῶμα οὐκ ἔτι πάντα κυρία, ὡς ἂν μεθ' ἑτέρων ταχθεῖσα. Τύχαι δὲ τὰ κύκλῳ πάντα, οἷς συνέπεσεν ἐλθοῦσα εἰς μέσον, τὰ πολλὰ ἤγαγον, ὥστε τὰ μὲν ποιεῖν διὰ ταῦτα, τὰ δὲ κρατοῦσαν αὐτὴν ταῦτα, ὅπῃ ἐθέλει, ἄγειν. Πλείω δὲ κρατεῖ ἡ ἀμείνων, ἐλάττω δὲ ἡ χείρων· ἢ γὰρ κράσει σώματός τι ἐνδιδοῦσα ἐπιθυμεῖν ἢ ὀργίζεσθαι ἠνάγκασται, ἢ πενίαις ταπεινὴ, ἢ πλούτοις χαῦνος, ἢ δυνάμεσι τύραννος· ἡ δὲ καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις ἀντέσχεν, ἡ ἀγαθὴ τὴν φύσιν· καὶ ἠλλοίωσεν αὐτὴ μᾶλλον, ἢ ἠλλοιώθη, ὥστε τὰ μὲν ἑτεροιῶσαι, τοῖς δὲ συγχωρῆσαι, μὴ μετὰ κάκης.

VIII. Quænam igitur alia, præter has, restat causa, quæ accedens nihil relinquat extra causam, consequentiam rerum ordinemque conservet, nos aliquid esse permittat, prædictiones vaticiniaque non tollat? Animam itaque oportet, quæ aliud principium sit, rerum ordinibus inserentes, neque universi tantum, sed etiam cujuslibet animam una cum totius anima, utpote quæ principium sit non parvum, cuncta contexere : cum videlicet anima non sicut cetera ex seminibus oriatur, sed in causarum generationem præcedentium ordine collocetur. Quam ob rem, quando a corpore semota vivit, maxime sui ipsius domina est atque libera et extra mundanæ causæ potestatem : at infusa corpori haud amplius in omnibus dominandi auctoritatem habet vel libertatem, utpote quæ una cum aliis jam fuerit ordinata. Fortunæ vero, scilicet ea, quæ circumstant, quibuscum concidit profecta in medium, possunt quam plurimum, usque adeo, ut anima propter circumstantiam faciat multa, quædam vero quodam imperio, quocumque decreverit, agat. In pluribus sane dominatur anima, si melior sit : in paucioribus vero, si pejor. Aut enim complexioni corporis obsequens concupiscere vel irasci compellitur, aut paupertati succumbens evadit humilior, aut admirata divitias jam tumescit, aut exsultans imperio tyrannidem jam exercet : anima vero bonitate naturæ freta, si in eadem inciderit, his repugnat atque dominatur : potiusque permutat ipsa, quam permutetur : et partim quidem mutat, partim absque culpa permittit.

Quomodo anima in fato sit ut agens. Item, de contingentia rerum.

Θ'. Ἀναγκαῖα μὲν οὖν ταῦτα, ὅσα προαιρέσει καὶ τύχαις κραθέντα γίγνεται· τί γὰρ ἂν ἔτι καὶ ἄλλο εἴη; πάντων δὲ ληφθέντων τῶν αἰτίων πάντα πάντως γίγνεται ἐν τοῖς ἔξωθεν, καὶ εἴ τι ἐκ τῆς φορᾶς συντελεῖται. Ὅταν μὲν οὖν ἀλλοιωθεῖσα παρὰ τῶν ἔξω ψυχὴ πράττῃ τι καὶ ὁρμᾷ, οἷον τυφλῇ τῇ φορᾷ χρωμένη, οὐχὶ ἑκούσιον τὴν πρᾶξιν οὐδὲ τὴν διάθεσιν λεκτέον· καὶ ὅταν αὐτὴ παρ' αὑτῆς χείρων οὖσα περιττὸν οὐκ ὀρθαῖς πανταχοῦ οὐδὲ ἡγεμονούσαις ταῖς ὁρμαῖς ᾖ χρωμένη· λόγον δὲ ὅταν ἡγεμόνα καθαρὸν καὶ ἀπαθῆ τὸν οἰκεῖον ἔχουσα ὁρμᾷ, ταύτην μόνον τὴν ὁρμὴν φατέον εἶναι ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσιον, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἡμέτερον ἔργον, ὃ μὴ ἀλλοθεν ἦλθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν ἀπὸ καθαρᾶς τῆς ψυχῆς, ἀπ' ἀρχῆς πρώτης ἡγουμένης καὶ κυρίας, ἀλλ' οὐ πλάνην ἐξ ἀγνοίας παθούσης, ἢ ἥττων ἐκ βίας ἐπιθυμιῶν, αἳ προσελθοῦσαι ἄγουσι καὶ ἕλκουσι καὶ οὐκ ἔτι ἔργα ἐῶσιν εἶναι, ἀλλὰ παθήματα παρ' ἡμῶν.

IX. Necessaria itaque sunt, quæcumque proposito simul atque fortunis comprehensa conficiuntur. Quid enim præter hæc esse queat? Cunctis autem una causis comprehensis omnino omnia fiunt. Inter illa, quæ sunt extrinsecus, connumeratur et si quid ex universi motu una cum sequentibus causis conducit ad opus. Quoties igitur anima ab externis jam mutata agit aliquid et aggreditur, quasi cæco utens motu, neque actionem neque affectionem ejusmodi voluntariam liberamque appellare debemus : similiter, quando ipsa ex se ipsa pejor exsistens non rectis ubique nec principalibus motionum exordiis utitur. At quoties rationem puram et passionis expertem tanquam proprium ducem habens aggreditur, hanc solam aggressionem judicare debemus in nostro arbitrio sitam esse vereque liberam : idque opus nostrum exsistere. Quod quidem non aliunde ducitur, sed intrinsecus ab anima pura : anima, inquam, a primo præcipuoque et proprio progressa principio, neque propter ignorantiam aberrante, vel a violentia libidinum superata. Concupiscentiæ namque vehementius animam occupantes ducunt atque trahunt, neque permittunt ulterius penes nos actiones esse, sed passiones.

Natura intellectualis agit libere, sed ejus effectus aliquando impeditur in ratione.

Ι'. Τέλος δὴ φησὶν ὁ λόγος, πάντα μὲν σημαίνεσθαι καὶ γίγνεσθαι· κατ' αἰτίας μὲν πάντα, διττὰς δὲ ταύτας· καὶ τὰ μὲν ὑπὸ ψυχῆς, τὰ δὲ διὰ ἄλλας αἰτίας, τὰς κύκλῳ· πραττούσας δὲ ψυχὰς, ὅσα πράττουσι, κατὰ

X. Ratio tandem summatim jam concludit, omnia quidem secundum causas significari atque fieri, causas vero geminas esse : partim videlicet ad animam, partim ad circumstantia pertinentes : item animas inter agendum, si

μὲν λόγον ποιούσας ὀρθὸν, παρ' αὐτῶν πράττειν, ὅσα πράττουσι, τὰ δὲ ἄλλα ἐμποδιζομένας τὰ αὑτῶν πράττειν πάσχειν τε μᾶλλον ἢ πράττειν, ὥστε τοῦ μὲν μὴ φρονεῖν ἄλλα αἴτια εἶναι· καὶ ταῦτα ἴσως ὀρθὸν καθ' ἃ εἱμαρμένην λέγειν πράττειν, οἷς γε καὶ δοκεῖ ἔξωθεν τὴν εἱμαρμένην αἴτιον εἶναι, τὰ δὲ ἄριστα παρ' ἡμῶν. Ταύτης γὰρ καὶ τῆς φύσεως ἐσμὲν, ὅταν μόνοι ὦμεν, καὶ τοὺς γε σπουδαίους πράττειν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὰ καλὰ πράττειν, τοὺς δ' ἄλλους καθ' ὅσον ἂν ἀναπνεύσωσι συγχωρηθέντες, τὰ καλὰ πράττειν, οὐκ ἄλλοθεν λαβόντας τὸ φρονεῖν, ὅταν φρονῶσι, μόνον δὲ οὐ κωλυθέντας.

secundum rationem rectam agant, a se ipsis omnia facere, cetera vero facere velut impeditas opus proprium exsequi, ideoque pati magis, quam facere. Quapropter, quod anima prudentia careat, alias esse causas est putandum, taliaque agere secundum fatum recte forsitan diceretur, præcipue penes illos, qui putant fatum causam externam esse. Optima vero quæque a nobis ipsis agi censendum est. Optimæ namque naturæ sumus, quando soli sumus. Denique judicare decet, probos quidem agere, atque ex se ipsis libere honesta facere : alios autem, quatenus respiraverint expeditique jam fuerint, eatenus libere honesta similiter agere : nec aliunde nancisci sapientiam, quoties sapiunt, sed, cum primum non impediuntur uti sapientia, sapere.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Β.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER II.

DE PROVIDENTIA PRIMUS.

(214, 235.) [453—485.]

Dispositio mundi fit a providentia divinæ mentis, non præcedente per tempus vel consultante, sed antecedente per ordinem causæ et exprimente mundum modo sigilli naturalis et firmi.

Α'. Τὸ μὲν τῷ αὐτομάτῳ καὶ τῇ τύχῃ διδόναι τοῦδε τοῦ παντὸς τὴν οὐσίαν καὶ σύστασιν, ὡς ἄλογον καὶ ἀνδρὸς οὔτε νοῦν οὔτε αἴσθησιν κεκτημένου, δῆλόν που καὶ πρὸ λόγων, καὶ πολλοὶ καὶ ἱκανοὶ καταβέβληνται δεικνύντες τοῦτο λόγοι. Τὸ δὲ τίς ὁ τρόπος τοῦ ταῦτα γίγνεσθαι ἕκαστα καὶ πεποιῆσθαι, ἐξ ὧν καὶ ἐνίων ὡς οὐκ ὀρθῶς γιγνομένων ἀπορεῖν περὶ τῆς τοῦ παντὸς προνοίας συμβαίνει, καὶ τοῖς μὲν ἐπῆλθε μηδὲ εἶναι εἰπεῖν, τοῖς δέ, ὡς ὑπὸ κακοῦ δημιουργοῦ ἐστι γεγενημένος, ἐπισκέψασθαι προσήκει, ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸν λόγον λαβόντας. Πρόνοιαν τοίνυν τὴν μὲν ἐφ' ἑκάστῳ, ἥ ἐστι λόγος πρὸ ἔργου, ὅπως δεῖ γενέσθαι ἢ μὴ γενέσθαι τι τῶν οὐ δεόντων πραχθῆναι, ἢ ὅπως τι εἴη, ἢ μὴ εἴη ἡμῖν, ἀφείσθω· ἣν δὲ τοῦ παντὸς λέγομεν πρόνοιαν εἶναι, ταύτην ὑποθέμενοι τὰ ἑφεξῆς συνάπτωμεν. Εἰ μὲν οὖν ἀπό τινος χρόνου πρότερον οὐκ ὄντα τὸν κόσμον ἐλέγομεν γεγονέναι, τὴν αὐτὴν ἂν τῷ λόγῳ ἐτιθέμεθα, οἵαν καὶ ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος ἐλέγομεν εἶναι, προόρασίν τινα καὶ λογισμὸν θεοῦ, ὡς ἂν γένοιτο τόδε τὸ πᾶν, καὶ ὡς ἂν ἄριστα κατὰ τὸ δυνατὸν εἴη. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ οὔποτε μὴ τῷ κόσμῳ τῷδε φαμὲν παρεῖναι, τὴν πρόνοιαν ὀρθῶς ἂν καὶ ἀκολούθως λέγοιμεν τῷ παντὶ εἶναι, τὸ κατὰ νοῦν αὐτὸν εἶναι, καὶ νοῦν πρὸ αὐτοῦ εἶναι, οὐχ ὡς χρόνῳ πρότερος ὄντα, ἀλλ' ὅτι παρὰ νοῦ ἐστι· καὶ φύσει πρότερος ἐκεῖνος, καὶ αἴτιος τούτου, ἀρχέτυπον οἷον καὶ παράδειγμα εἰκόνος τούτου ὄντος, καὶ δι' ἐκεῖνον ὄντος, καὶ ὑποστάντος ἀεὶ τόνδε τὸν τρόπον. Ἡ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ ὄντος φύσις κόσμος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς καὶ πρῶτος, οὐ διαστὰς ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἀσθενὴς τῷ μερισμῷ, οὐδὲ ἐλλιπὴς, οὐδὲ τοῖς μέρεσι γενόμενος, ἅτε ἑκάστου μὴ ἀποσπασθέντος τοῦ ὅλου, ἀλλ' ἡ πᾶσα ζωὴ αὐτοῦ καὶ πᾶς νοῦς, ἐν ἑνὶ ζῶσα καὶ νοοῦσα ὁμοῦ, καὶ τὸ μέρος παρέχεται ὅλον, καὶ πᾶν αὐτῷ φίλον, οὐ χωρισθὲν ἄλλο ἀπ' ἄλλου, οὐδὲ ἕτερον γεγενημένον μόνον, καὶ τῶν ἄλλων ἀπεξενωμένον· ὅθεν οὐδὲ ἀδικεῖ ἄλλο ἄλλο, οὐδ' ἂν ᾖ ἐναντίον. Πανταχοῦ δὲ ὂν ἕν, καὶ τέλειον ὁπουοῦν, ἕστηκέ τε καὶ ἀλλοίωσιν οὐκ ἔχει· οὐδὲ γὰρ ποιεῖ ἄλλο εἰς ἄλλο. Τίνος γὰρ ἂν ἕνεκα ποιοῖ, ἐλλεῖπον οὐδενί; τί δ' ἂν λόγος λόγον ἐργάσαιτο, ἢ νοῦς νοῦν ἄλλον, ἀλλὰ τὸ δι' αὐτοῦ δύνασθαί τι ποιεῖν; Ἦν ἄρα οὐκ εὖ ἔχοντος πάντη, ἀλλὰ ταύτῃ ποιοῦντος καὶ κινουμένου, καθ' ὅ τι καὶ χεῖρον ἐστὶ τοῖς δὲ πάντῃ μακαρίοις ἐν αὐτοῖς ἑστάναι καὶ τοῦτο

I. Quod essentiam compositionemque universi committere casui atque fortunæ irrationale sit, propriumque hominis neque intellectum neque sensum habentis, perspicuum est etiam ante quamlibet rationem : quanquam et de hoc ipso multæ sufficientesque adductæ sunt rationes. Oportet autem a principio disputationem assumentes considerare modum ipsum, quo hæc omnia fiant factaque fuerint : præsertim cum in quibusdam, quasi non recte fiant, accidat de totius providentia dubitare, unde nonnullis contigit providentiam omnino negare, nonnullis autem affirmare, mundum fuisse a malo artifice constitutum. Missam in præsentia faciamus providentiam illam, quæ in singulis faciendis est ratio quædam ante opus, describens, quo pacto oporteat fieri, et quo non fieri quicquam eorum, quæ facere non expediat : item quomodo nobis adsit aliquid, vel non adsit : quam vero universi providentiam appellamus, hanc in præsentia supponentes, quæ deinceps sequuntur congrue connectamus. Si igitur mundum ex quodam tempore, cum prius non fuisset, factum arbitraremur, eandem providentiam poneremus, quam et in singulorum effectione posuimus, prævisionem videlicet quandam ratiocinationemque dei deliberantis, qua conditione potissimum fieret universum, et qua ratione quam optime, quoad fieri posset, construeretur. Quoniam vero mundum hunc arbitramur esse quidem semper, nunquam vero non esse, merito providentiam consequenter mundo assignare debemus : hoc ipsum, quod secundum mentem sit, mensque sit ante ipsum non quasi præcedens tempore, sed quoniam hic est a mente, priorque natura mens est, quam mundus, causaque mens exsistit mundi, ac velut principalis forma atque exemplar : mundi, inquam, hujus velut imaginis per exemplar illud exsistentis, eodemque modo inde perpetuo subsistentis. Est autem modus ejusmodi : Ipsa mentis entisque natura mundus est et verus et primus, a se ipso non distans, neque conditione ulla dividua debilis, neque ob defectum ullum etiam in partibus indigens, quippe cum nulla pars sit a toto secreta, sed tota ipsius vita, totaque mens in uno universa simulque intelligens, etiam partem reddat ut totum, et omne sibimet amicum, ubi aliud non est ab alio segregatum, neque aliquid solitarium, vel a ceteris destitutum : quo fit, ut alterum non noceat alteri, neque etiam si sit contrarium. Cum vero ubique sit [unum] perfectumque, ubique nimirum permanet, nec mutationem ullam prorsus admittit : neque enim aliud illic agit in aliud. Nam cujus gratia in aliud agat, cum nihil desit omnino? Cur enim ratio illic faciat rationem, vel intellectus alium intellectum, numquid ex eo, quod per se possit aliquid facere? At vero ita non omnino se bene prius haberet : sed eatenus tentaret facere, moveretur, quatenus in se nonnihil deterius esset. Omnino vero beatis satis est consistere in se ipsis

εἶναι, ὅπερ εἰσὶ, μόνον ἀρκεῖ. Τὸ δὲ πολυπραγμονεῖν οὐκ ἀσφαλὲς ἑαυτοὺς ἐξ αὐτῶν παρακινοῦσιν· ἀλλὰ γὰρ οὕτω μακάριον κἀκεῖνο, ὡς ἐν τῷ μὴ ποιεῖν μεγάλα αὖ ἐργάζεσθαι, καὶ ἐν τῷ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν οὐ σμικρὰ ποιεῖν.

idque, quod sunt, duntaxat exsistere. At negotiari non satis est tutum, sed negotiantes cogit digredi a se ipsis. Usque adeo vero beatum est illud mundi hujus exemplar, ut non faciendo maxima faciat, penesque se ipsum permanendo non parva perficiat.

Mundus hic ex intelligibili nascitur, ex unito dispersus, ut animal ex semine : dum materia ab intellectu primo simul et animali rationem accipit seminalem.

Β'. Ὑφίσταται γοῦν ἐκ τοῦ κόσμου τοῦ ἀληθινοῦ καὶ ἑνὸς κόσμος οὗτος, οὐχ εἷς ἀληθῶς· πολὺς γοῦν καὶ εἰς πλῆθος μεμερισμένος, καὶ ἄλλο ἀπ' ἄλλου ἀφεστηκὸς καὶ ἀλλότριον γεγενημένον. Καὶ οὐκέτι φιλία μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔχθρα τῇ διαστάσει, καὶ ἐν τῇ ἐλλείψει ἐξ ἀνάγκης πολέμιον ἄλλο ἄλλῳ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ αὐτῷ τὸ μέρος, ἀλλὰ σωζόμενον τῷ ἄλλῳ πολέμιόν ἐστιν, ὑφ' οὗ σώζεται. Γέγονε δὲ οὐ λογισμῷ τοῦ δεῖν γενέσθαι, ἀλλὰ φύσεως δευτέρας ἀνάγκῃ· οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτον ἐκεῖνο, οἷον ἔσχατον εἶναι τῶν ὄντων. Πρῶτον γὰρ ἦν, καὶ πολλὴν δύναμιν ἔχον καὶ πᾶσαν, καὶ ταύτην τοίνυν τὴν τοῦ ποιεῖν ἄλλο, ἄνευ τοῦ ζητεῖν ποιῆσαι· ἤδη γὰρ ἂν αὐτόθεν οὐκ εἶχεν, εἰ ἐζήτει. Οὐδ' ἂν ἦν ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ἀλλ' ἦν οἷον τεχνίτης, ἀφ' αὑτοῦ τὸ ποιεῖν οὐκ ἔχων, ἀλλ' ἐπακτὸν, ἐκ τοῦ μαθεῖν λαβών τοῦτο. Νοῦς τοίνυν δούς τι ἑαυτοῦ εἰς ὕλην ἀτρεμὴς καὶ ἥσυχος τὰ πάντα εἰργάζετο· οὗτος δὲ ὁ λόγος ἐκ νοῦ ῥυείς. Τὸ γὰρ ἀπορρέον ἐκ νοῦ, λόγος· καὶ ἀεὶ ἀπορρεῖ, ἕως ἂν ᾖ παρὼν ἐν τοῖς οὖσι νοῦς. Ὅσπερ δὲ ἐν λόγῳ τῷ ἐν τῷ σπέρματι ὁμοῦ πάντων καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ὄντων, καὶ οὐδενὸς οὐδενὶ μαχομένου οὐδὲ διαφερομένου οὐδὲ ἐμποδίου ὄντος γίγνεταί τι ἤδη ἐν ὄγκῳ, καὶ ἄλλο μέρος ἀλλαχοῦ· καὶ δὴ καὶ ἐμποδίσειεν ἂν ἕτερον ἑτέρῳ, καὶ ἀπαναλώσειεν ἄλλο ἄλλο· οὕτω δὴ καὶ ἐξ ἑνὸς νοῦ καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ λόγου ἀνέστη τόδε τὸ πᾶν, καὶ διέστη, καὶ ἐξ ἀνάγκης τὰ μὲν ἐγένετο φίλα καὶ προσηνῆ, τὰ δὲ ἐχθρὰ καὶ πολέμια, καὶ τὰ μὲν ἑκόντα, τὰ δὲ καὶ ἄκοντα ἀλλήλοις ἐλυμήνατο, καὶ φθειρόμενα θάτερα γένεσιν ἀλλήλοις εἰργάσατο· καὶ μίαν ἐπ' αὐτοῖς τοιαῦτα ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν ὅμως ἁρμονίαν ἐνεστήσατο, φθεγγομένων μὲν ἑκάστων τὰ αὑτῶν, τοῦ δὲ λόγου ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἁρμονίαν καὶ μίαν τὴν σύνταξιν εἰς τὰ ὅλα ποιουμένου. Ἔστι γὰρ τὸ πᾶν τόδε, οὐχ ὥσπερ ἐκεῖ νοῦς καὶ λόγος, ἀλλὰ μετέχον νοῦ καὶ λόγου. Διὸ καὶ ἐδεήθη ἁρμονίας συνελθόντος νοῦ καὶ ἀνάγκης, τῆς μὲν πρὸς τὸ χεῖρον ἑλκούσης καὶ εἰς ἀλογίαν φερούσης, ἅτε οὔσης ἀλόγου, ἄρχοντος δὲ νοῦ ὅμως ἀνάγκης. Ὁ μὲν γὰρ νοητὸς μόνον λόγος, καὶ οὐκ ἂν γένοιτο ἄλλος μόνον λόγος. Εἰ δέ τι ἐγένετο ἄλλο, ἔδει ἔλαττον ἐκείνου, καὶ μὴ λόγον, μηδ' αὖ ὕλην τινὰ, ἄκοσμον γάρ· μικτὸν ἄρα. Καὶ εἰς ἃ μὲν λήγει, ὕλη καὶ λόγος, ὅθεν δὲ ἄρχεται, ψυχὴ ἐφεστῶσα τῷ μεμιγμένῳ· ἣν οὐ κακοπαθεῖν δεῖ νομίζειν ῥᾷστα διοικοῦσαν τόδε τὸ πᾶν τῇ οἷον παρουσίᾳ.

II. Ab illo itaque mundo vero prorsus et uno mundus hic dependet jam non vere unus : multiplex ergo in multitudinemque divisus, in quo aliud ab allo distans alienumque provenit. Neque amplius hic viget amicitia solum, sed propter distantiam discordia nascitur, atque in ipso defectu alia jam necessario aliis adversantur. Non enim pars ulla sibi ipsi sufficit : sed, dum salutem sibi quærit aliunde, bellum illi infert, ex quo servatur. Factus est autem non ratiocinatione quadam concludente faciendum esse, sed necessitate quadam faciente, ut secunda natura primam comitaretur : non enim intelligibilis mundus talis erat, ut rerum esse posset extremum. Primum namque erat, potestatemque habebat quam plurimam, imo vero totam, et hanc quidem ad aliud faciendum, procul ab ea cura, quæ agere quærat : alioquin id suapte natura minime habuisset, si forte quæsiverit. Neque ex sua esset essentia, sed foret velut artifex non habens a se ipso, quod faciat, sed tanquam adventitium comparans perdiscendo. Intellectus igitur, infundens sui aliquid in materiam, immohilis ipse quietusque consistens omnia fabricavit : Id autem est ratio ab intellectu profluens. Sane, quod ab intellectu defluit, ratio est; effluitque semper, quamdiu intellectus ipse in rerum ordine permanet. Quemadmodum vero in ratione inserta semini simul omnia in eodemque sunt, nihilque cum alio pugnat aut dissidet aut impedit, atque interea aliquid fit in mole, in qua quidem alibi est pars alia, et aliud impeditur læditurque ab alio : sic utique ex uno intellectu rationeque ab ipso manante pullulavit hoc universum a se ipso jam distans : atque necessario alia quidem nata sunt amica inter se atque salutaria, alia vero inimica atque perniciosa; et partim quidem volentia, partim nolentia invicem se disperdunt, ipsoque interitu generationem mutuam operantur. Atque simul harmoniam unam in his talia patientibus agentibusque faber instituit, dum singula proprium quiddam sonant : ratio vero in ipsis consonantiam contemperantiamque ordinis unam per universa constituit. Est enim id universum, non quemadmodum illic intellectus et ratio, sed intellectus ipsius rationisque particeps. Quapropter indiguit consonantia, intellectu videlicet simul necessitateque concurrente, et hac quidem ad id, quod deterius est, trahente, in privationemque rationis deflectente, quippe cum ipsa careat ratione; intellectu autem necessitati interim dominante. Intelligibilis enim mundus solum ratio est, neque fieri potest alter talis, ut sit ratio solum. Quodsi quid aliud post ipsum factum est, oportuit minus illo evadere, neque amplius rationem, neque rursus quandam duntaxat materiam, alioquin ordine caruisset : prodiit itaque mixtum. Et profecto illa, in quam mundus desinit, materia est et ratio : illud vero unde exorditur et regitur, anima est mixto præfecta quam quidem laborare non est putandum, quippe cum ipsa velut præsentia gubernet facillime totum.

Mundus corporeus procedit ab intelligentia divina modo naturæ, et quam optimus fieri potest, si totus ipse consideretur.

Γ'. Καὶ οὐκ ἄν τις εἰκότως οὐδὲ τούτῳ μέμψαιτο ὡς οὐ καλῷ, οὐδὲ τῶν μετὰ σώματος οὐκ ἀρίστῳ, οὐδ' αὖ τὸν αἴτιον τοῦ εἶναι αὐτῷ αἰτιάσαιτο. Πρῶτον μὲν ἐξ ἀνάγκης ὄντος αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐκ λογισμοῦ γενομένου, ἀλλὰ φύσεως ἀμείνονος γεννώσης κατὰ φύσιν ὅμοιον ἑαυτῇ. Ἔπειτα οὐδ', εἰ λογισμὸς εἴη ὁ ποιήσας, αἰσχυνεῖται τῷ ποιηθέντι· ὅλον γάρ τι ἐποίησε πάγκαλον καὶ αὐταρκες καὶ φίλον αὑτῷ· καὶ τοῖς μέρεσι τοῖς αὑτοῦ τοῖς τε κυριωτέροις καὶ τοῖς ἐλάττοσιν ὡσαύτως πρόσφορον. Ὁ τοίνυν ἐκ τῶν μερῶν τὸ ὅλον αἰτιώμενος ἄτοπος ἂν εἴη τῆς αἰτίας· τά τε γὰρ μέρη πρὸς αὐτὸ τὸ ὅλον δεῖ σκοπεῖν, εἰ σύμφωνα καὶ ἁρμόττοντα ἐκείνῳ· τό τε ὅλον σκοπούμενον μὴ πρὸς μέρη ἄττα μικρὰ βλέπειν. Τοῦτο γὰρ οὐ τὸν κόσμον αἰτιωμένου, ἀλλά τινα τῶν αὐτοῦ χωρὶς λαμβάνοντος, οἷον εἰ παντὸς ζώου τρίχα, ἢ τῶν χαμαὶ δακτύλων, ἀμελήσας τὸν πάντα ἄνθρωπον δαιμονίαν τινὰ ὄψιν βλέπειν· ἢ, νὴ Δία, τὰ ἄλλα ζῶα ἀφεὶς τὸ εὐτελέστατον λαμβάνοι, ἢ ὅλον τὸ γένος παρεὶς, οἷον τὸ ἀνθρώπου, Θερσίτην εἰς μέσον ἄγοι. Ἐπεὶ οὖν τὸ γενόμενον ὁ κόσμος ἐστὶν ὁ σύμπας, τοῦτον θεωρῶν τάχ' ἂν ἀκούσαις παρ' αὐτοῦ, ὡς Ἐμὲ πεποίηκε θεὸς, κἀγὼ ἐκεῖθεν ἐγενόμην τέλειος ἐκ πάντων ζώων, καὶ ἱκανὸς ἐμαυτῷ καὶ αὐτάρκης, οὐδενὸς δεόμενος, ὅτι πάντα ἐν ἐμοὶ, καὶ φυτὰ καὶ ζῶα, καὶ συμπάντων τῶν γεννητῶν φύσις, καὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ δαιμόνων δῆμοι, καὶ ψυχαὶ ἀγαθαὶ, καὶ ἄνθρωποι ἀρετῇ εὐδαίμονες. Οὐ γὰρ δὴ γῆ μὲν κεκόσμηται φυτοῖς τε πᾶσι καὶ ζώοις παντοδαποῖς, καὶ μέχρι θαλάσσης ψυχῆς ἦλθε δύναμις· ἀὴρ δὲ πᾶς καὶ αἰθὴρ, καὶ οὐρανὸς σύμπας, ψυχῆς ἄμοιρος· ἀλλ' ἐκεῖ ψυχαὶ ἀγαθαὶ πᾶσαι ἄστροις ζῆν διδοῦσαι, καὶ τῇ εὐτάκτῳ οὐρανοῦ καὶ ἀϊδίῳ περιφορᾷ, νοῦ μιμήσει κύκλῳ φερομένῃ, ἐμφρόνως περὶ ταὐτὸν ἀεί· οὐδὲν γὰρ ἔξω ζητεῖ. Πάντα δὲ τὰ ἐν ἐμοὶ ἐφίεται μὲν τοῦ ἀγαθοῦ, τυγχάνει δὲ κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν ἕκαστα· ἐξήρτηται γὰρ πᾶς μὲν οὐρανὸς ἐκείνου, πᾶσα δὲ ἐμὴ ψυχὴ, καὶ οἱ ἐν μέρεσιν ἐμοῖς θεοὶ, καὶ τὰ ζῶα δὲ πάντα, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ εἴ τι ἄψυχον δοκεῖ εἶναι ἐν ἐμοί· καὶ τὰ μὲν τοῦ εἶναι μετέχειν δοκεῖ μόνον, τὰ δὲ τοῦ ζῆν, τὰ δὲ μᾶλλον ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι, τὰ δὲ ἤδη λόγον ἔχει, τὰ δὲ πᾶσαν ζωήν. Οὐ γὰρ τὰ ἴσα ἀπαιτεῖν δεῖ τοῖς μὴ ἴσοις, οὐδὲ γὰρ δακτύλῳ τὸ βλέπειν, ἀλλὰ ὀφθαλμῷ τοῦτο, δακτύλῳ δὲ ἄλλο· τὸ εἶναι, οἶμαι, δακτύλῳ, καὶ τὸ αὐτοῦ ἔχειν.

III. Neque potest quispiam huic mundo quasi non pulchro jure detrahere, vel quasi non optimus sit omnium, quæ esse cum corpore possint : neque rursus causam, per quam mundus est, incusare. Primo quidem, cum ex necessitate sit mundus, neque rationis consilio sit constructus, sed a natura præstantiore, secundum naturam opus sibi simile generante : deinde neque, etiam si consilium in causa fuerit, mundus dedecori est auctori. Ille namque totum quiddam fecit pulchrum prorsus atque sufficiens, sibique-met amicum, præterea partibus suis tum majoribus tum minoribus æque conveniens. Quisquis igitur in partibus vituperat totum, stulte vituperat : siquidem cum partes ad ipsum totum comparando decet considerare, num consonent accommodenturque toti : tum ipsum totum considerando ad minimas quasque particulas nequaquam decet aspicere : alioquin id non foret hominis mundum vituperantis, sed quasdam mundi partes ab aliis seorsum accipientis : quemadmodum si quis totius animalis pilum solum vel digitulum pedis intueatur, negligens mirum totius hominis spectaculum contemplari, et, per Jovem, perinde ac si quis, omissis omnino ceteris animantibus, scripiat abjectissimum, vel genere quodam toto dimisso velut humano Thersiten adducat in medium. Quoniam vero, quod factum est mundus simul est totus, si mentis aures ad hunc convertere liceat, forsan audies ita clamantem : Me procul dubio fecit deus, atque ego inde factus sum perfectus ex cunctis animalibus constitutus, mihi ipsi sufficiens, mihi penitus satisfaciens, nullius indigus : quoniam omnia sunt in me animalia simul atque plantæ, cunctorum natura generalium, dii quam plurimi, dæmonum populi, bonorum exercitus animorum, homines virtute felices. Neque enim terra sola ornata quidem est plantis omnibus et omnigenis animantibus, neque tantum usque ad mare potestas animæ se diffudit ; aer autem totus et æther totumque cælum anima vitaque caret : verum animæ illic quoque sunt omnes bonæ, vitam stellis suppeditantes, revolutionique cælesti ordinatissimæ simul atque sempiternæ, adde et ad imitationem mentis in circuitum agitatæ sapienter circa idem semper : nihil enim quærit extrinsecus. Præterea, quæcumque in me sunt, appetunt quidem omnia bonum, singula vero pro facultate propria consequuntur. Dependet enim totum ab illo cælum, tota quin etiam anima : præterea dii, qui in partibus meis regnant, item animalia omnia simul et plantæ, denique si quid etiam esse in me videtur inanimum. Tum vero alia quidem essendi tantum participia esse videntur, alia vero vivendi, alia magis sentiendi, alia jam rationem habent, alia totam denique vitam. Non enim æqualia passim in rebus non æqualibus requirere decet : neque, ut digitus videat, exigendum, sed oculo id est assignandum : digito vero aliud quiddam desiderandum. Id autem esse arbitror, ut si digitus, propriumque officium peragat.

Nusquam est purum malum : nam et circa corpora et circa animas miscetur bono.

Δ'. Πῦρ δὲ εἰ ὑπὸ ὕδατος σβέννυται, καὶ ἕτερον ὑπὸ πυρὸς φθείρεται, μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ εἰς τὸ εἶναι ἄλλο αὐτὸ ἤγαγεν, οὐκ ἀχθὲν ὑφ' αὑτοῦ ὑπ' ἄλλου ἐφθάρη, καὶ ἦλθε δὲ εἰς τὸ εἶναι ὑπ' ἄλλου φθορᾶς, καὶ ἡ φθορὰ δὲ αὐτῷ οὐδὲν ἂν, εἰ οὕτω, δεινὸν φέροι, καὶ ἀντὶ τοῦ φθαρέντος πυρὸς πῦρ ἄλλο· τῷ μὲν γὰρ ἀσωμάτῳ οὐρανῷ ἕκαστον μένει, ἐν δὲ τῷδε τῷ οὐρανῷ

IV. Nemo mirari debet, quod ignis ab aqua exstinguatur et ipse alia sæpe consumat : etenim aliud quiddam hunc a suum esse perduxit, nec injuria a se ipso non productu ab alio quoque corrumpitur : quin etiam in esse suum e alterius corruptione processit, atque interitus ipsi sic habenti nihil infert iniquum. Item pro exstincto igne alia aliquando viget ignis : profecto in cælo incorporeo unum quodque permanet. In hoc autem cælo totum quod

πᾶν μὲν ἀεὶ ζῇ, καὶ ὅσα τίμια καὶ κύρια μέρη. Αἱ δὲ ἀμείβουσαι ψυχαὶ σώματα [καὶ] ἄλλο τε ἐν ἄλλῳ εἴδει γίγνονται· καὶ ὅταν δὲ δύνηται, ἔξω γενέσεως στᾶσα ψυχὴ μετὰ τῆς πάσης ἐστὶ ψυχῆς· σώματα δὲ ζῇ κατ' εἶδος καὶ καθ' ὅλα ἕκαστα, εἴπερ ἐξ αὐτῶν καὶ ζῶα ἔσται καὶ τραφήσεται· ζωὴ γὰρ ἐνταῦθα κινουμένη, ἐκεῖ δὲ ἀκίνητος. Ἔδει δὲ κίνησιν ἐξ ἀκινησίας εἶναι, καὶ ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ ζωῆς τὴν ἐξ αὐτῆς γεγονέναι ἄλλην, οἷον ἐμπνέουσαν καὶ οὐκ ἀτρεμοῦσαν ζωὴν ἀναπνοήν τῆς ἠρεμούσης οὖσαν· ζώων δὲ εἰς ἄλληλα ἀναγκαῖαι αἱ ἐπιθέσεις καὶ φθοραί, οὐδὲ γὰρ ἀΐδια ἐγένετο. Ἐγένετο δέ, ὅτι λόγος πᾶσαν ὕλην κατελάμβανε, καὶ εἶχεν ἐν αὑτῷ πάντα, ὄντων αὐτῶν ἐκεῖ ἐν τῷ ἄνω οὐρανῷ· πόθεν γὰρ ἂν ἦλθε μὴ ὄντων ἐκεῖ; Ἀνθρώπων δὲ εἰς ἀλλήλους ἀδικίαι ἔχοιεν μὲν ἂν αἰτίαν ἔφεσιν τοῦ ἀγαθοῦ· ἀδυναμίᾳ δὲ τοῦ τυχεῖν σφαλλόμενοι ἐπ' ἄλλους τρέπονται. Ἴσχουσι δὲ ἀδικοῦντες δίκας κακυνόμενοί τε ταῖς ψυχαῖς ἐνεργείαις κακίας, τάττονταί τε εἰς τόπον χείρονα· οὐ γὰρ μήποτε ἐκφύγῃ μηδὲν τὸ τεταγμένον ἐν τῷ τοῦ παντὸς νόμῳ. Ἔστι δὲ οὐ διὰ τὴν ἀταξίαν τάξις, οὐδὲ διὰ τὴν ἀνομίαν νόμος, ὥς τις οἴεται, ἵνα γένοιτο ἐκεῖνα διὰ τὰ χείρω καὶ ἵνα φαίνοιτο, ἀλλὰ διὰ τὴν τάξιν ἐπακτὸν οὖσαν· καὶ ὅτι τάξις ἀταξία καὶ διὰ τὸν νόμον καὶ τὸν λόγον, καὶ ὅτι λόγος, παρανομία καὶ ἄνοια· οὐ τῶν βελτιόνων τὰ χείρω πεποιηκότων, ἀλλὰ τῶν δέχεσθαι δεομένων τὰ ἀμείνω φύσει τῇ ἑαυτῶν, ἢ συντυχίᾳ, καὶ κωλύσει ἄλλων δέξασθαι οὐ δεδυνημένων. Τὸ γὰρ ἐπακτῷ χρώμενον τάξει, τοῦτο ἂν οὐ τύχοι, ἢ δι' αὐτὸ παρ' αὑτοῦ, ἢ δι' ἄλλο παρ' ἄλλου· πολλὰ δὲ ὑπ' ἄλλων πάσχει, καὶ ἀκόντων τῶν ποιούντων καὶ πρὸς ἄλλο ἰεμένων. Τὰ δὲ δι' αὑτὰ ἔχοντα κίνησιν αὐτεξούσιον ζῶα ῥέποι ἂν, ὁτὲ μὲν πρὸς τὰ βελτίω, ὁτὲ δὲ πρὸς τὰ χείρω. Τὴν δὲ πρὸς τὰ χείρω ροπὴν παραυτίκα ζητεῖν ἴσως οὐκ ἄξιον· ὀλίγη γὰρ τροπὴ κατὰ ἀρχὰς γενομένη, προϊοῦσα ταύτῃ, πλέον καὶ μεῖζον τὸ ἁμαρτανόμενον ἀεὶ ποιεῖ. Καὶ σῶμα δὲ σύνεστι καὶ ἐξ ἀνάγκης ἐπιθυμία. Καὶ παροφθὲν τὸ πρῶτον καὶ τὸ ἐξαίφνης, καὶ μὴ ἀναληφθὲν αὐτίκα, καὶ αἵρεσιν εἰς ὅ τις ἐξέπεσεν εἰργάσατο· ἕπεταί γε μὴν δίκη, καὶ οὐκ ἄδικον τοιόνδε γενόμενον ἀκόλουθα πάσχειν τῇ διαθέσει· οὐδ' ἀπαιτητέον τούτοις τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχειν, οἷς μὴ εἴργασται εὐδαιμονίας ἄξια· οἱ δ' ἀγαθοὶ μόνοι εὐδαίμονες· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ θεοὶ εὐδαίμονες.

vivit semper, et, quæcumque honoranda sunt et præcipua, permanent. Animæ vero vicissim corpora permutantes, aliud quidem in alia fiunt specie : et, quotiens anima potest, extra generationem posita una cum universa anima vivit : corpora vero secundum speciem atque singula secundum tota, siquidem ex ipsis et animalia erunt et nutrientur : vita enim hic est mobilis, illic autem immobilis. Oportebat sane motum ex immobili natura prodire, atque ex vita in se ipsa vigente alteram manare, quasi spiraculum quoddam vitale quodammodo, jam instabile, quod quidem exspiratio quædam sit vitæ quietæ. Animalium præterea mutui inter se impetus atque cædes necessario accidunt : non enim nata sunt sempiterna. Nata vero sunt, quoniam ratio totam materiam occupavit, in se ipsa omnia possidens, quæ quidem in superno illic cælo consistunt : alioquin undenam venissent, nisi illic exsisterent? Proinde mutuæ hominum inter se injuriæ ab ipso forsan boni appetitu proficiscuntur : quando videlicet bonum consequi non valentes aberrant aliosque invadunt. At vero, qui egerunt injuste, pœnas luunt, cum quia ex actionibus privatis reportant animam depravatam, tum quia certo quodam ordine in locum transmittuntur deteriorem : nihil enim potest unquam, quod in universi lege ordinatum est, effugere. Non est autem, ut quidam putat, ordo propter prævaricationem ordinis institutus, neque lex propter legis transgressionem, quo videlicet propter deteriora fiant illa nobisque appareant : imo vero propterea, quod ordo hic est adventitius : et quoniam ordo est, transgressio ordinis habet locum, atque propter legem et rationem, et quia exsistit ratio, accidit legis rationisque transgressio : non ita tamen, ut, quæ meliora sunt, deteriora fecerint : sed quia, quæ indigent, debentque meliora suspicere, sæpe vel suapte natura vel fortuna vel impedimento aliunde illato accipere nequeant. Quod enim ordine utitur adventitio, id forsitan non assequitur vel interiori vitio vel propter aliud quiddam ab alio accidens : multa quoque ab aliis patitur, aliis quidem nolentibus alioque tendentibus. Animalia vero, quæ per se ipsa spontaneum habent motum, tum quidem tendunt ad meliora, tum vero ad deteriora labuntur. Quærere autem statim inclinationem lapsumve ad deteriora forte non decet : exiguum namque ad labendum momentum ab initio datum eademque via procedens erratum et plus et majus assidue reddit. Adest quin etiam corpus, atque ex necessitate concupiscentia inest. Præterea quod primo subitoque occurrit, neque statim animadvertitur atque deprehenditur, electionem quoque ad illud efficit, in quod quis primo fuerit inclinatus. Sequitur tamen sub divino judicio pœna : neque injustum est, animum, qui talis est factus, affectioni suæ consentanea pati : neque requirendum est eos fore felices, qui nihil dignum felicitate fecerunt. Boni autem soli felices sunt : nam ob id ipsum sunt et dii beati.

Confirmat eadem, docens nullum posse de providentia conqueri : et unde sit malum.

Ε'. Εἰ τοίνυν καὶ ψυχαῖς ἐν τῷδε τῷ παντὶ ἔξεστιν εὐδαίμοσιν εἶναι, εἴ τινες μὴ εὐδαίμονες, οὐκ αἰτιατέον τὸ πᾶν, ἀλλὰ τὰς ἐκείνων ἀδυναμίας μὴ δυνηθείσας καλῶς ἐναγωνίσασθαι, οὗ δὴ ἆθλα ἀρετῆς πρόκειται. Καὶ μὴ θείους δὲ γενομένους θεῖον βίον μὴ ἔχειν τί δεινόν; Πενίαι δὲ καὶ νόσοι τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οὐδέν, τοῖς δὲ κακοῖς, σύμφορα· καὶ ἀνάγκη νοσεῖν σώματα ἔχουσι· καὶ οὐκ ἀχρεῖα δὲ οὐδὲ ταῦτα παντάπασιν εἰς σύνταξιν καὶ συμπλήρωσιν τοῦ ὅλου· ὡς γὰρ φθαρέντων

V. Si igitur animis quoque hoc in mundo datur facultas ad beatitudinem consequendam, non est hoc universum accusandum, quod aliqui non sint felices, sed eorum imbecillitas potius criminanda, quod strenue certare non valeant, ubi virtutis præmia proposita sunt. Quis enim juste conqueratur, eos, qui nondum facti sint divini, vitam non habere divinam? Proinde paupertas et morbus bonis quidem viris momenti nihil habent, malis vero utilia sunt. Quin etiam necesse interdum est ægrotare, cum corpora habeamus. Nec inutilia hæc sunt omnino ad ordinem ipsum communem ac plenitudinem universi : nempe quem-

τινῶν ὁ λόγος ὁ τοῦ παντὸς κατεχρήσατο τοῖς φθαρεῖσιν εἰς γένεσιν ἄλλων (οὐδὲν γὰρ οὐδαμῆ ἐκφεύγει τὸ ὑπὸ τούτου καταλαμβάνεσθαι), οὕτω καὶ κακωθέντος σώματος καὶ μαλακισθείσης δὲ ψυχῆς τῆς τὰ τοιαῦτα πασχούσης τὰ καὶ νόσοις καὶ κακίᾳ καταληφθέντα ὑπεβλήθη ἄλλῳ εἱρμῷ καὶ ἄλλῃ τάξει· καὶ τὰ μὲν αὐτοῖς συνήνεγκε τοῖς παθοῦσιν, οἷον πενία καὶ νόσος· ἡ δὲ κακία εἰργάσατό τι χρήσιμον εἰς τὸ ὅλον, παράδειγμα δίκης γενομένη καὶ πολλὰ ἐξ αὐτῆς χρήσιμα παρασχομένη· καὶ γὰρ ἐγρηγορότας ἐποίησε, καὶ νοῦν καὶ σύνεσιν ἐγείρει, πονηρίας ὁδοῖς ἀντιταττομένους. Καὶ μανθάνειν δὲ ποιεῖ, οἷον ἀγαθὸν ἀρετὴ, παραθέσει κακῶν, ὧν οἱ πονηροὶ ἔχουσι. Καὶ οὐ γέγονε τὰ κακὰ διὰ ταῦτα, ἀλλὰ ὅτι χρῆται καὶ αὐτοῖς εἰς δέον, ἐπείπερ ἐγένετο, εἴρηται· τοῦτο δὲ δυνάμεως μεγίστης καλῶς καὶ τοῖς κακοῖς χρῆσθαι δύνασθαι· καὶ τοῖς ἀμόρφοις γενομένοις εἰς ἑτέρας μορφὰς χρῆσθαι ἱκανὴν εἶναι. Ὅλως δὲ κακὸν ἔλλειψιν τοῦ ἀγαθοῦ θετέον· ἀνάγκη δὲ ἔλλειψιν εἶναι ἐνταῦθα ἀγαθοῦ, ὅτι ἐν ἄλλῳ. Τὸ οὖν ἄλλο ἐν ᾧ ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἕτερον ἀγαθοῦ ὄν, ποιεῖ τὴν ἔλλειψιν· τοῦτο γὰρ οὐκ ἀγαθὸν ἦν. Διὸ οὔτε ἀπολέσθαι τὰ κακὰ, ὅτι τε ἄλλα ἄλλων ἐλάττω πρὸς ἀγαθοῦ φύσιν, ἕτερά τε ἄλλα τοῦ ἀγαθοῦ τὴν αἰτίαν τῆς ὑποστάσεως ἐκεῖθεν λαβόντα, τοιαῦτα δὴ γενόμενα τῷ πόρρω.

admodum corruptis quibusdam ratio ipsa mundi rerum artifex ad aliorum utitur genituram (nihil enim usquam effugere potest, quin ab hac ipsa comprehendatur), sic et depravato corpore et anima passionibus ejusmodi languida, quæ morbis pravitateque occupata fuerunt, mox sub alia serie et ordine comprehenduntur; et alia quidem ipsis conferunt patientibus, sicut paupertas atque morbus: pravitas autem utile quiddam affert ad universum, facta videlicet juris ipsius exemplum, multaque ex se utilia pariens: reddit enim animos vigilantes, efficitque, ut diligenter excogitent, qua via potissimum a præcipitio pravitatis valeant declinare [*corr.* excitatque mentem et intelligentiam pravitatis viis oppositas]. Facit rursus, ut quantum bonum virtus sit, comparatione malorum vitiosos animos affligentium cognoscamus; neque propter hæc facta sunt mala, sed dictum est, ipsam mundi artificem rationem malis, postquam facta sunt, opportune admodum uti solere: id autem maximæ potestatis est, malis etiam bene uti valere: posse quin etiam rebus, quæ informes jam factæ sunt, uti ad formas alias generandas. Omnino vero malum existimare debemus boni defectum. Necesse autem est hic boni defectum accidere, quoniam est in alio. Ipsum itaque aliud, in quo bonum est, cum diversum sit a bono, infert boni defectum: id namque non erat bonum. Quapropter [ut Plato inquit] impossibile est mala penitus exstirpari, quoniam et alia aliis inferiora sunt ad ipsam boni naturam, et alia diversa sunt a bono, subsistentiæ suæ causam inde sortita, taliaque evaserunt, propterea quod a bono remotissima provenere.

Confirmat eadem, et movet dubia.

Ϛ'. Τὸ δὲ παρ' ἀξίαν, ὅταν ἀγαθοὶ κακὰ ἔχωσι, φαῦλοι δὲ τὰ ἐναντία, τὸ μὲν λέγειν ὡς οὐδὲν κακὸν τῷ ἀγαθῷ, οὐδ' αὖ τῷ φαύλῳ ἀγαθὸν, ὀρθῶς μὲν λέγεται. Ἀλλὰ διὰ τί τὰ μὲν παρὰ φύσιν τούτῳ, τὰ δὲ κατὰ φύσιν τῷ πονηρῷ; πῶς γὰρ καλῶς νέμειν οὗτος; Ἀλλὰ εἰ τὸ κατὰ φύσιν οὐ ποιεῖ προσθήκην πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν, οὐδ' αὖ τὸ παρὰ φύσιν ἀφαιρεῖ τοῦ κακοῦ τοῦ ἐν φαύλοις, τί διαφέρει, τὸ οὕτως, ἢ οὕτως; ὥσπερ οὐδὲ εἰ ὁ μὲν κακὸς καλὸς τὸ σῶμα, ὁ δὲ αἰσχρὸς ὁ ἀγαθὸς, ἀλλὰ τὸ πρέπον καὶ ἀνάλογον καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἐκείνως ἂν ἦν, ὃ νῦν οὐκ ἔστι, προνοίας δὲ ἀρίστης ἐκεῖνο ἦν. Καὶ μὴν καὶ τὸ δεσπότας εἶναι καὶ ἄρχοντας τῶν πόλεων τοὺς κακοὺς, τοὺς δὲ ἐπιεικεῖς δούλους εἶναι, οὐ πρέποντα ἦν, οὐδ' εἰ προσθήκην ταῦτα μὴ φέρει εἰς ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ κτῆσιν· καίτοι καὶ τὰ ἀνομώτατα ἂν πράξειεν ἄρχων πονηρός. Καὶ κρατοῦσι δὲ ἐν πολέμοις οἱ κακοί; καὶ οἷα αἰσχρὰ δρῶσιν αἰχμαλώτους λαβόντες; πάντα γὰρ ταῦτα ἀπορεῖν ποιεῖ, ὅπως προνοίας οὔσης γίγνεται· καὶ γὰρ εἰ πρὸς τὸ ὅλον βλέπειν δεῖ τὸν ὁτιοῦν μέλλοντα ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέρη ὀρθῶς ἔχει τάττειν ἐν δέοντι αὐτῶν καὶ μάλιστα ὅταν ἔμψυχα ᾖ, καὶ ζωὴν ἔχῃ, ἢ καὶ λογικὰ ᾖ, καὶ τὴν πρόνοιαν δὲ ἐπὶ πάντα φθάνειν, καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς τοῦτο εἶναι τὸ μηδενὸς ἠμεληκέναι. Εἰ οὖν φαμὲν ἐκ νοῦ τόδε τὸ πᾶν ἠρτῆσθαι, καὶ εἰς ἅπαντα ἐληλυθέναι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, πειρᾶσθαι δεῖ δεικνύναι, ὅπῃ ἕκαστα τούτων καλῶς ἔχει.

VI. Ad id vero quod videtur præter dignitatem sæpe contingere, quando vel boni mala, vel mali bona reportant, recte utique respondebitur, nihil vel bono malum accidere, vel malo contingere bonum. Ceterum quæri potest, cur nam multa præter naturam bono homini accidant, multa vero naturæ consentanea pravo contingant? Qua enim ratione recta distributio hæc esse potest? Verum si, quod secundum naturam est, neque felicitatis quicquam addit bonis, neque mali quicquam demit pravis, atque quod præter naturam non demit quicquam bonis: quidnam interest, sicne, aut sic potius se habere? Quemadmodum neque si malus quidem pulchro sit corpore, bonus vero deformi, verumtamen decorum atque consentaneum, et quod pro dignitate dici potest, modo illo potissime fieret, quo nunc minime fit: optimæ vero providentiæ erat ita instituisse. Præterea malos quidem esse dominos principesque civitatum, probos autem servos minime decuit: neque etiam, si hæc vel bono vel male nihil addant, profecto princeps iniquus (vel) injustissima patrat facinora. Quid vero? quod scelesti in prælio superant, adversusque captivos turpissima quæque committunt? Hæc omnia dubitare compellunt, qua ratione regnante providentia fiant: et si ad ipsum totum spectare debet, quisquis est aliquid effecturus: verumtamen partes quoque, quod eis expediat, assequi debent, præsertim ubi animatæ sunt vitamque habent, præcipue si rationem. Denique [probabile est] providentiam se per cuncta porrigere, idque ejus officium esse, ut nihil prorsus alicubi negligat. Quam ob rem, si totum hunc mundum ab intellectu pendere concedimus, virtutemque mentis se per omnia fundere, conandum est omnino, quo pacto singula hæc bene se habeant, demonstrare.

Dat principia respondendi. Tractat etiam de conditione hujus mundi a primo degenerante : et de libero animarum arbitrio.

Ζ'. Πρῶτον τοίνυν ληπτέον, ὡς τὸ καλῶς ἐν τῷ μικτῷ ζητοῦντας χρὴ μὴ πάντῃ ἀπαιτεῖν, ὅσον τὸ καλῶς ἐν τῷ μίκτῳ ἔχει, μηδ' ἐν δευτέροις ζητεῖν τὰ πρῶτα· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ σῶμα ἔχει, συγχωρεῖν καὶ παρὰ τούτου εἶναι εἰς τὸ πᾶν, ἀπαιτεῖν δὲ παρὰ τοῦ λόγου, ὅσον ἠδύνατο δέξασθαι τὸ μίγμα, εἰ μηδὲν τούτου ἐλλείπει. Οἷον εἴ τις ἐσκόπει τὸν ἄνθρωπον τὸν αἰσθητὸν ὅστις κάλλιστος, οὐκ ἂν δήπου τῷ ἐν νῷ ἀνθρώπῳ ἠξίωσε τὸν αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐκεῖνο ἀποδεδέχθαι τοῦ ποιητοῦ, εἰ ὅμως ἐν σαρξὶ καὶ νεύροις καὶ ὀστέοις ὄντα κατέλαβε τῷ λόγῳ, ὥστε καὶ ταῦτα καλλῦναι καὶ τὸν λόγον δυνηθῆναι ἐπανελθεῖν τῇ ὕλῃ. Ταῦτα τοίνυν ὑποθέμενον χρὴ προϊέναι τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ ἐπιζητούμενα· τάχα γὰρ ἂν ἐν τούτοις τὸ θαυμαστὸν εὕροιμεν τῆς προνοίας καὶ τῆς δυνάμεως, παρ' οὗ ὑπέστη τὸ πᾶν τόδε. Ὅσα μὲν οὖν ἔργα ψυχῶν, ἃ δὴ ἐν αὐταῖς ἵσταται ταῖς ἐργαζομέναις τὰ χείρω, οἷον ὅσα κακαὶ ψυχαὶ ἄλλας ἔβλαψαν, καὶ ὅσα ἀλλήλας αἱ κακαί· εἰ μὴ καὶ τοῦ κακὰς ὅλως αὐτὰς εἶναι τὸ προνοοῦν αἰτιῶτο, ἀπαιτεῖν λόγον οὐδὲ εὐθύνας προσήκει, αἰτίαν ἑλομένῃ διδόντας. Εἴρηται γὰρ ὅτι ἔδει καὶ ψυχὰς κινήσεις οἰκείας ἔχειν, καὶ ὅτι οὐ ψυχαὶ μόνον, ἀλλὰ ζῶια ἤδη· καὶ δὴ καὶ οὐδὲν θαυμαστόν, οὔσας ὅ εἰσιν, ἀκόλουθον βίον ἔχειν· οὐδὲ γὰρ ὅτι κόσμος ἦν ἐληλύθασιν, ἀλλὰ πρὸ κόσμου τὸ κόσμου εἶναι εἶχον, καὶ ἐπιμελεῖσθαι καὶ ὑφιστάναι καὶ διοικεῖν καὶ ποιεῖν ὅστις τρόπος εἴτε ἐφεστῶσαι καὶ διδοῦσαί τι παρ' αὐτῶν, εἴτε κατιοῦσαι, εἴτε αἱ μὲν οὕτως, αἱ δ' οὕτως. Οὐ γὰρ ἂν τὰ νῦν περὶ τούτων, ἀλλ' ὅτι, ὅπως ποτ' ἂν ᾖ, τήν γε πρόνοιαν ἐπὶ τούτοις οὐ μεμπτέον. Ἀλλ' ὅταν πρὸς τοὺς ὑπεναντίους τὴν παράθεσιν τῶν κακῶν τις θεωρῇ, πένητας ἀγαθοὺς, καὶ πονηροὺς πλουσίους, καὶ πλεονεκτοῦντας ἐν οἷς ἔχειν δεῖ ἀνθρώπους ὄντας τοὺς χείρους, καὶ κρατοῦντας καὶ ἐφ' ἑαυτοῖς καὶ τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις. Ἆρ' οὖν, ὅτι μὴ μέχρι γῆς φθάνει; ἀλλὰ τῶν ἄλλων γιγνομένων λόγῳ μαρτύριον τοῦτο καὶ μέχρι γῆς ἰέναι· καὶ γὰρ ζῶα καὶ φυτὰ καὶ λόγου καὶ ψυχῆς καὶ ζωῆς μεταλαμβάνει. Ἀλλὰ φθάνουσα οὐ κρατεῖ. Ἀλλὰ ζώου ἑνὸς ὄντος τοῦ παντὸς, ὅμοιον ἂν γένοιτο, εἴ τις κεφαλὴν μὲν ἀνθρώπου καὶ πρόσωπον ὑπὸ φύσεως καὶ λόγου γίγνεσθαι λέγοι κρατοῦντος, τὸ δὲ λοιπὸν ἄλλαις ἀναθείη αἰτίαις, τύχαις ἢ ἀνάγκαις, καὶ φαῦλα διὰ τοῦτο, ἢ δι' ἀδυναμίαν φύσεως γεγονέναι· ἀλλ' οὐδὲ ὅσιον οὐδὲ εὐσεβὲς ἐνδόντας τὸ μὴ καλῶς ταῦτα ἔχειν, καταμέμφεσθαι τῷ ποιήματι.

VII. Principio nos latere non debet, quando pulchritudinem in mixto quærimus, non esse omnia exigenda, quæ pulchritudo continet in natura non mixta, neque in rebus secundariis primarias esse quærendas : sed quandoquidem mundus habet corpus, concedendum ab ipsa natura corporis universo nonnihil accidere : item ab ipsa ratione eatenus expetendum, quatenus mixtum suscipere potest, quasi satis fuerit factum, si nihil ex his, quæ potest capere, desit. Quemadmodum si quis in terris hominem pulcherrimum contempletur : nec tamen oportere existimet, hunc ipsi, qui in mente est, homini eundem fore, sed satis ab auctore factum putet, si hominem hunc, quamvis in carnibus, nervis, ossibus sit, tamen ratione complexus est, usque adeo, ut hæc quoque pulchra reddiderit effeceritque, ut ratio super materiam se diffunderet. His itaque concessis deinceps ad quæsita progrediendum. Fortasse enim in his admirandum providentiæ munus mirabilemque potentiam mundi hujus artificem invenire poterimus. Profecto circa illas animarum actiones, quæ in ipsis animabus collocantur, quando agunt deteriora, velut quando iniquæ animæ alias lædunt, vel quando iniquæ iniquas, nisi forte quispiam providentiam pravitatis earum causam esse velit, non decet ab ipsa providentia rationem facti retractationemque exigere, quin potius causam referre in eligentem. Dictum namque est, animas quoque oportere proprias motiones habere : item non animas solum nunc esse, sed jam animalia : præterea non esse mirandum, quando tales quædam sunt, vitam quoque talem habere congrue consequentem. Non enim ex eo, quod mundus erat, huc venerunt, sed ante mundum habuerunt, ut mundi quandoque forent, mundana curarent, sistendi causæ forent, gubernarent, efficerent, quocumque id modo facerent, sive præsidendo ex se nonnihil attribuentes, sive immergendo se dederent, sive aliæ quidem sic, aliæ vero aliter id efficerent. Non enim id agitur in præsentia, sed, quomodocumque se res habeat, providentiam non esse culpandam. At quando quis consideret malorum comparationem ad contrarios, videlicet bonos quidem esse pauperes, malos autem divites, ac plerumque deteriores plus admodum in his possidere, quæ humanæ naturæ necessaria sunt : item dominari, et civitates gentesque occupare, quidnam dicet? An forte providentiam usque ad terras minime pervenire? Verumtamen cum cetera ratione fiant omnia, testimonio id ipsum est ad terram usque descendere : etenim animalia et plantæ rationem et animam vitamque participant. Forsan huc usque pervenit quidem, sed non dominatur. Verum cum universum hoc unum animal sit, perinde id se haberet, ac si quis dicat, caput quidem faciemque hominis a natura fieri, ratione videlicet seminaria superante : reliquum vero aliis quibusdam attribuat causis sive fortuitis, sive etiam necessariis, ideoque esse deteriora : vel etiam ob naturæ imbecillitatem talia provenire. At vero neque sanctum est, neque pium concedere, hæc non pulchre disponi, unde opificium [simul atque opificem] criminari cogaris.

Respondet dubitationibus.

Η'. Λοιπὸν δὴ ζητεῖν, ὅπῃ καλῶς ταῦτα καὶ ὡς τάξεως μετέχει, ἢ ὅπῃ μὴ, ἢ οὐ κακῶς. Παντὸς δὴ ζώου τὰ μὲν ἄνω, πρόσωπα καὶ κεφαλή, καλλίω· τὰ δὲ μέσα καὶ κάτω, οὐκ ἴσα· ἄνθρωποι δὲ, ἐν μέσῳ καὶ κάτω· ἄνω δὲ οὐρανὸς, καὶ οἱ ἐν αὐτῷ θεοί· καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ κόσμου, θεοὶ, καὶ οὐρανὸς πᾶς κύκλῳ· γῆ

VIII. Reliquum est, ut quæramus, quomodo hæc recte se habeant ordinemque teneant, vel si quo pacto nequaquam, vel potius haud male. Omnis autem animalis suprema quidem, scilicet caput et facies, pulchriora sunt, media vero et infima minus. Homines autem in medio inferiorique sunt. At in sublimi cælum diique cælestes, et mundi plurimum dii tenent omneque in circuitu cælum :

δὲ, οἷα κέντρον καὶ πρὸς ἕν τι τῶν ἄστρων. Θαυμάζεται δὲ ἐν ἀνθρώποις ἀδικία, ὅτι ἄνθρωπον ἀξιοῦσιν ἐν τῷ παντὶ τὸ τίμιον εἶναι, ὡς οὐδενὸς ὄντος σοφωτέρου. Κεῖται δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ θηρίων, καὶ ῥέπει ἐπ' ἄμφω, καὶ ὁμοιοῦνται οἱ μὲν τῷ ἑτέρῳ, οἱ δὲ τῷ ἑτέρῳ, οἱ δὲ μεταξύ εἰσιν οἱ πολλοί. Οἱ δὴ κακυνθέντες εἰς τὸ ἐγγὺς ζώων ἀλόγων καὶ θηρίων ἴέναι ἕλκουσι τοὺς μέσους καὶ βιάζονται· οἱ δὲ βελτίους μέν εἰσι τῶν βιαζομένων, κρατοῦνταί γε μὴν ὑπὸ τῶν χειρόνων, ἢ εἰσὶ χείρους καὶ αὐτοὶ, καὶ οὐκ εἰσὶν ἀγαθοὶ οὐδὲ παρεσκεύασαν αὐτοὺς μὴ παθεῖν. Εἰ οὖν παῖδες ἀσκήσαντες μὲν τὰ σώματα, τὰς δὲ ψυχὰς ὑπ' ἀπαιδευσίας τούτων χείρους γιγνόμενοι ἐν πάλῃ κρατοῖεν τῶν μήτε τὰ σώματα, μήτε τὰς ψυχὰς πεπαιδευμένων, καὶ τὰ σιτία αὐτῶν ἁρπάζοιεν, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν τὰ ἁβρὰ λαμβάνοιεν, τί ἂν τὸ πρᾶγμα, ἢ γέλως, εἴη; ἢ πῶς οὐκ ὀρθὸν καὶ τὸν νομοθέτην συγχωρεῖν, ταῦτα μὲν πάσχειν ἐκείνους δίκην ἀργίας καὶ τρυφῆς διδόντας, εἰ ἀποδεδειγμένων γυμνασίων αὐτοῖς, οἱ δ' ὑπ' ἀργίας καὶ τοῦ ζῆν μαλακῶς καὶ ἀνειμένως περιεῖδον ἑαυτοὺς ἄρνας καταπιανθέντας λύκων ἁρπαγὰς εἶναι. Τοῖς δὲ ταῦτα ποιοῦσι πρώτη μὲν δίκη τὸ λύκοις εἶναι καὶ κακοδαίμοσιν ἀνθρώποις· εἶτα αὐτοῖς καὶ κεῖται ἃ παθεῖν χρεὼν τοὺς τοιούτους. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐνταῦθα τοιούτοις κακοῖς γενομένοις ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τοῖς ἀεὶ προτέροις ἕπεται, ὅσα κατὰ λόγον καὶ φύσιν, χείρω τοῖς χείροσι, τοῖς δὲ ἀμείνοσι τὰ ἀμείνω· ἀλλ' οὐ τὰ τοιαῦτα παλαῖστραι· παιδιὰ γὰρ ἐκεῖ. Ἔδει γὰρ μειζόνων τῶν παίδων μετὰ ἀνοίας ἀμφοτέρων γιγνομένων, ἀμφοτέρους μὲν ζώννυσθαι ἤδη καὶ ὅπλα ἔχειν, καὶ ἤθεα καλλίω, ἢ κατὰ πάλας γυμνάζοντι. Νῦν δὲ οἱ μὲν ἄοπλοι, οἱ δὲ ὁπλισθέντες κρατοῦσιν· ἔνθα οὐ θεὸν ἔδει ὑπὲρ τῶν ἀπολέμων αὐτὸν μάχεσθαι. Σώζεσθαι γὰρ ἐκ πολέμων φησὶ δεῖν ὁ νόμος ἀνδριζομένους, ἀλλ' οὐκ εὐχομένους. Οὐδὲ γὰρ κομίζεσθαι καρποὺς εὐχομένους, ἀλλὰ γῆς ἐπιμελουμένους, οὐδέ γε ὑγιαίνειν μὴ ὑγείας ἐπιμελουμένους, οὐδ' ἀγαναχτεῖν δὲ, εἰ τοῖς φαύλοις πλείους γίγνοιντο καρποὶ, ἢ ὅλως αὐτοῖς γεωργοῦσιν εἴη ἄμεινον. Ἔπειτα γελοῖον, τὰ μὲν ἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν βίον γνώμῃ τῇ ἑαυτῶν πράττειν, κἂν μὴ ταύτῃ πράττωσιν, ἢ θεοῖς φίλα, σώζεσθαι δὲ μόνον ζητεῖν παρὰ θεῶν, οὐδὲ ταῦτα ποιήσαντας, δι' ὧν κελεύουσιν αὐτοὺς οἱ θεοὶ σώζεσθαι. Καὶ τοίνυν οἱ θάνατοι αὐτοῖς βελτίους, ἢ τὸ οὕτω ζῶντας εἶναι, ὅπως ζῇν αὐτοὺς οὐκ ἐθέλουσιν οἱ ἐν τῷ παντὶ νόμοι· ὥστε τῶν ἐναντίων γιγνομένων, εἰρήνης ἐν ἀνοίαις καὶ κακίαις πάσαις φυλαττομένης, ἀμελῶς ἂν ἔσχε τὰ τῆς προνοίας, ἑώσης κρατεῖν ὄντως τὰ χείρω. Ἄρχουσι δὲ κακοὶ ἀρχομένων ἀνανδρία· τοῦτο γὰρ δίκαιον, οὐκ ἐκεῖνο.

terra vero quasi centrum et velut una quædam ex stellarum numero. Mirantur profecto plerique hominem injuste vivere : propterea quod hominem in universo existimant apprime venerandum, quasi nihil omnino sit sapientius. Sed re vera homo deorum brutorumque est medius, et ad utraque vergit : itaque alii quidem diis, alii vero brutis similiores evadunt : plurimi autem inter hæc oblinent medium. Qui ergo depravati brutis qualitate propinquant, rapiunt medios vimque illis inferunt : hi vero cogentibus sunt meliores; ab ipsis tamen deterioribus superantur, quatenus ipsi quoque deteriores sunt, neque sunt boni, neque se ita comparaverunt, ut pati non possint. Si ergo pueri quidam exercitaverint quidem corpora, animas autem ob imperitiam deteriores his habeant, ideoque in palæstra vincant eos, qui neque corporibus neque animis exercitati fuerint, rapiant eorum cibos, mollibusque vestibus eos exspolient : quidnam aliud quam ridiculum negotium sit? Cur enim non rectum sit, ut ipse quoque legum conditor talia illos pati permittat, meritas pœnas ignavæ deliciosæque vitæ luentes? Quippe cum gymnasia illis demonstrata jam fuerint, ipsi vero per ignaviam et mollitiem et incuriam adeo suum neglexerint cultum, ut se ipsos reddiderint, velut pingues agnos, prædam luporum. His ergo, qui ejusmodi scelera perpetrarunt, prima imminet pœna, ut lupi sint, et homines infelices : deinde præscriptum est, quæ tales pati conveniat. Neque enim datur hic factos jam malos mori, sed ad priora semper sequuntur, quæcumque secundum rationem sunt atque naturam. Deteriora scilicet sequuntur deteriores, meliora vero similiter meliores. Nec talia quædam palæstra sunt : ludus namque habetur ibi. Oportuit enim, postquam adoleverint pueri et utrique cum inscitia, utrosque jam accingi armaque habere moresque præstantiores, quam esse soleant in palæstra luctantium : nunc autem hi quidem inermes sunt, armati autem superant : ubi profecto non oportet deum ipsum pro his, qui sunt imbelles, pugnare. Lex enim ad salutem non votis, sed fortitudine in bello quærendam. Neque decet eos, qui vovent, sed eos, qui colunt terram, colligere fructus; neque sanos esse eos, qui curam valetudinis negligunt; neque graviter ferendum est, si mali quidam fructus plures accumulent, si modo in agricultura valuerint. Præterea ridiculum est, cetera quidem ad vitam pertinentia omnia propria sententia facere, quamvis non ita, ut placet diis, efficiant : salutem vero solam a diis exigere, præsertim cum neque illa fecerint, per quæ dii homines servari jubent : quin etiam mors illis est melior, quam ejusmodi vita, qualem ipsæ universi leges agere nolunt. Contrariis itaque factis, si perseverante stultitia pravitateque pax divinitus custodiatur, negligentiæ accusari poterit providentia, quasi permittat superare deteriora. Dominantur vero mali ignavia subditorum : hoc enim justius est, quam illud.

Præter actionem dei cetera etiam agunt, præsertim homines, qui interim omnibus modis a providentia provocantur ad deum

Θ'. Οὐ γὰρ δὴ οὕτω τὴν πρόνοιαν εἶναι δεῖ, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς εἶναι· πάντα δὲ οὐσης προνοίας καὶ μόνης αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἴη. Τίνος γὰρ ἂν ἔτι εἴη; ἀλλὰ μόνον

IX. Non oportet autem ita providentiam esse, ut nos omnino nihil simus: alioquin si providentia ipsa sit omnia ipsaque sola, non erit amplius providentia. Cujus enim

ἂν εἴη τὸ θεῖον. Τοῦτο δὲ καὶ νῦν ἐστι, καὶ πρὸς ἄλλο δὲ ἐλήλυθεν, οὐχ ἵνα ἀνέλῃ τὸ ἄλλο, ἀλλ' ἐπιόν τῳ, οἷον ἀνθρώπῳ, ἦν ἐπ' αὐτῷ, τηροῦσα τὸν ἄνθρωπον ὄντα· τοῦτο δέ ἐστι νόμῳ προνοίας ζῶντα· ὃ δή ἐστι πράττοντα ὅσα ὁ νόμος αὐτῆς λέγει. Λέγει δὲ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς γενομένοις ἀγαθὸν βίον ἕσεσθαι κἀκεῖθεν καὶ εἰσύστερον, τοῖς δὲ κακοῖς τὰ ἐναντία· κακοὺς δὲ γενομένους ἀξιοῦν ἄλλους αὐτῶν σωτῆρας εἶναι, ἑαυτοὺς προεμένους, οὐ θεμιτὸν εὐχὴν ποιουμένων· οὐ τοίνυν οὐδὲ θεοὺς αὐτῶν ἄρχειν ἃ καθέκαστα, ἀφέντας τὸν ἑαυτῶν βίον, οὐδέ τε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἄλλον βίον ζῶντας, τὸν ἀρχῆς ἀνθρωπίνης ἀμείνω, τούτους αὐτῶν ἄρχοντας εἶναι· ἐπεὶ οὐδ' αὐτοὶ ἐπεμελήθησάν ποτε ὅπως ἄρχοντες ἀγαθοὶ γένοιντο τῶν ἄλλων, ὅπως αὐτοῖς εἶεν ἐπιμελούμενοι, ἀλλὰ φθονοῦσιν, ἐάν τις ἀγαθὸς παρ' αὐτοῦ φύηται· ἐπεὶ καὶ πλείους ἂν ἐγένοντο ἀγαθοί, εἰ τούτους ἐποιοῦντο προστάτας. Γενόμενον τοίνυν ζῷον οὐκ ἄριστον, ἀλλὰ μέσην τάξιν ἔχον καὶ ἑλόμενον, ὅμως, ἐν ᾧ κεῖται τόπῳ, ὑπὸ προνοίας οὐκ ἐώμενον ἀπολέσθαι, ἀλλὰ ἀναφερόμενον ἀεὶ πρὸς τὰ ἄνω παντοίαις μηχαναῖς, αἷς τὸ θεῖον χρῆται, ἐκπρατεστέραν ἀρετὴν ποιοῦν, οὐκ ἀπώλεσε τὸ λογικὸν εἶναι τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἀλλὰ μετέχον, εἰ καὶ μὴ ἄκρως, ἐστὶ καὶ σοφίας, καὶ νοῦ, καὶ τέχνης, καὶ δικαιοσύνης, τῆς γοῦν πρὸς ἀλλήλους ἕκαστοι· καὶ οὓς ἀδικοῦσι δέ, οἴονται δικαίως ταῦτα ποιεῖν, εἶναι γὰρ ἀξίους. Οὕτω καλόν ἐστιν ἄνθρωπος ποίημα, ὅσον οὐναται καλὸν εἶναι, καὶ συνυφανθὲν εἰς τὸ πᾶν, μοῖραν ἔχει τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα ἐπὶ γῆς, βελτίονα· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα ἐλάττω ζῶα αὐτοῦ κόσμον πη φέροντα μέμφεται οὐδεὶς νοῦν ἔχων· γελοῖον γὰρ, εἴ τις μέμφοιτο, ὅτι τοὺς ἀνθρώπους δάκνει, ὡς δέον αὐτοὺς ζῆν κομψομένους. Ἀνάγκη δὲ καὶ ταῦτα εἶναι· καὶ αἱ μὲν πρόδηλοι παρ' αὐτῶν ὠφέλειαι· τὰς δὲ, οὐ φανερὰς, ἀνεῦρε πολλὰς ὁ χρόνος, ὥστε μηδὲν αὐτοῖς μάτην μηδὲ ἀνθρώποις εἶναι. Γελοῖον δὲ καὶ ὅτι ἄγρια πολλὰ αὐτῶν μέμφεσθαι, γιγνομένων καὶ ἀνθρώπων ἀγρίων· εἰ δὲ μὴ πεπίστευκεν ἀνθρώποις, ἀλλὰ ἀπιστοῦντα ἀμύνεται, τί θαυμαστόν ἐστιν;

ulterius providentia foret? profecto sola divinitas esset. Nunc vero divinitas quidem est, seque confert ad aliud, non tamen ut ipsum aliud auferat, sed accedens exempli gratia ad hominem, servat in eo, quod est esse hominem. Id autem est servare providentiæ lege viventem : quod quidem est agentem quæcumque lex (ei) ejus præscribit. Præscribit autem homines, qui boni facti sint, manere deinceps vitam bonam etiam post obitum constitutam, malos autem contrariam. Nefas autem est existimare eos, qui evasere mali, servatoribus aliis custodiri, dum ipsi desides votis duntaxat confidunt : quam ob rem neque fas est, deos vita propria intermissa malis negotia singula dispensare : neque etiam decet probos viros, aliam agentes vitam humano principio meliorem, deterioribus gubernandis incumbere : quandoquidem neque hi aliquando curaverunt, qua via boni aliorum principes fierent, meditantes qua ratione ipsis id adsit, sed invident etiam, si quis sponte bonus exoriatur : quoniam plures facti jam essent boni, si hos præsides statuissent. Humanum itaque genus factum animal quidem, non tamen rerum omnium præstantissimum, sed medium obtinens eligensque ordinem, simul tamen, quo in loco positum est, providentiæ beneficio perdi nequaquam permittitur, sed ad superna revocatur assidue omnibus ubique machinis, quibus divinitas utitur, virtutem continue reddens potentia prævalentem : quo quidem factum est, ut genus humanum rationalem nunquam amiserit facultatem : imo particeps, etsi non summopere, sapientiæ sit, mentisque et artis atque justitiæ, quam singuli inter se exercent; atque ubi injuria nonnullos afficiunt, se juste id agere opinantur : esse namque eos judicant dignos, qui ab ipsis afficiantur injuria. Homo profecto tam pulchrum opificium est, quam pulchrum esse potest, atque ita in mundo constitutus est, ut sortem habeat potiorem quam cetera, quæ in terra sunt, animalia : quandoquidem animalia etiam inferiora homine quopiam afferentia ornamentum prudens nemo vituperat. Ridiculum namque foret, si quis animalium naturæ detraheret, quod hominem mordeant, quasi deceat homines secura prorsus ignavia vivere. Necessarium est autem hæc etiam esse; atque utilitates, quæ ab illis provenire possunt, partim per se evidentissimæ sunt, partim vero, si minus manifestæ sunt, temporis longitudo demonstrat, adeo ut nihil in eis vel quoad ipsos, vel etiam quoad homines, frustra sit. Risu vero dignum est, si quis propterea improbet, quod pleraque animalium fera sunt : quippe cum homines etiam sint feri. Quodsi multa non parent homini, sed diffidentia reluctantur, nihil mirum videri debet.

Quamvis habitus mali non sint voluntarii, actiones tamen voluntariæ sunt.

Ι'. Ἀλλ' εἰ ἄνθρωποι ἄκοντες εἰσὶ κακοὶ καὶ τοιοῦτοι οὐχ ἑκόντες, οὔτ' ἄν τις τοὺς ἀδικοῦντας αἰτιάσαιτο, οὔτε τοὺς πάσχοντας, ὡς δι' αὐτοὺς ταῦτα πάσχοντας. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἀνάγκη οὕτω κακοὺς γίγνεσθαι, εἴτε ὑπὸ τῆς φορᾶς, εἴτε τῆς ἀρχῆς διδούσης τὸ ἀκόλουθον ἐντεῦθεν, φυσικῶς οὕτως· εἰ δὲ δὴ καὶ ὁ λόγος αὐτός ἐστιν ὁ ποιῶν, πῶς οὐκ ἄδικα οὕτως; ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκοντες, ὅτι ἁμαρτία ἀκούσιον· τοῦτο δὲ οὐκ ἀναιρεῖ τὸ αὐτοὺς τοὺς πράττοντας παρ' αὐτῶν εἶναι· ἀλλ' ὅτι αὐτοὶ ποιοῦσι, διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ ἁμαρτάνουσιν· ἢ οὐδ' ἂν ὅλως ἥμαρτον, μὴ αὐτοὶ οἱ ποιοῦντες ὄντες. Τὸ δὲ τῆς ἀνάγκης οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ὅτι πάντως. Τὸ δὲ τῆς φορᾶς οὐχ ὥστε μηδὲν ἐφ' ἡμῖν εἶναι· καὶ γὰρ εἰ ἔξωθεν τὸ πᾶν, οὕτως ἂν ἦν, ὡς αὐτοὶ οἱ ποιοῦντες ἐβού-

X. At vero si homines inviti sunt mali, talesque sunt nolentes, nullus vel inferentes injuriam criminabitur, vel eos qui patiuntur, quasi per se ipsos talia patiantur. Sane, si necesse est, ita fieri malos, sive motu cælesti, sive principio quodam deinceps afferente quæ consequuntur, naturaliter id ita se habet : atqui si et ratio ipsa hæc efficit, quonam pacto sic non facit injusta? Forsan vero dicuntur non sponte peccare, quoniam peccatum ipsum non sit voluntarium. Id autem non prohibet, quin ipsi ex se ipsis agant : sed quoniam ipsi faciunt, idcirco et ipsi peccant : alioquin nec ipsi quidem peccavissent, si ipsi non essent actionum talium auctores. Quod autem dicitur, eos necessitate malos fieri, non ab extrinseco accipiendum est duntaxat, sed quoniam communi quadam conditione peccant. Quod item de motu cælesti dicitur, non sic accipiendum est, quasi nihil in nostra potestate sit positum : etenim si ab extrinseco duntaxat cuncta fierent, certe ita

λοντο· ὥστε οὐκ ἂν αὐτοῖς ἐναντία ἐτίθεντο ἄνθρωποι· οὐδ' ἂν ἀσεβεῖς, εἰ θεοὶ ἐποίουν· νῦν δὲ παρ' αὐτῶν τοῦτο· ἀρχῆς δὲ δοθείσης τὸ ἐφεξῆς περαίνεται, συμπαραλαμβανομένων εἰς τὴν ἀκολουθίαν καὶ τῶν, ὅσαι εἰσὶν ἀρχαί. Ἀρχαὶ δὲ καὶ ἄνθρωποι· κινοῦνται γοῦν πρὸς τὰ καλὰ οἰκείᾳ φύσει, καὶ ἀρχὴ αὕτη αὐτεξούσιος.

fierent, sicut auctores ipsi volebant : quapropter homines contraria ipsis minime patravissent : atqui nec homines forent impii, si dii hæc omnia perpetrassent. Nunc autem id ab ipsis procedit hominibus : dato vero principio, quod consequitur inde, peragitur, comprehensis videlicet ad consequentiam cunctis quoque illis, quæ principia sunt. Principia vero sunt et homines : moventur igitur ad honesta suapte natura, quæ quidem spontaneum est principium.

Ratio mundi artifex dispares in mundo voluit gradus ad mundi perfectionem.

ΙΑ'. Πότερα δὲ φυσικαῖς ἀνάγκαις οὕτως ἕκαστα καὶ ἀκολουθίαις, καὶ ὅπῃ δυνατὸν καλῶς, ἢ οὔ; Ἀλλ' ὁ λόγος ταῦτα πάντα ποιεῖ ἄρχων, καὶ οὕτω βούλεται, καὶ τὰ λεγόμενα κακὰ αὐτὸς κατὰ λόγον ποιεῖ, οὐ βουλόμενος πάντα ἀγαθὰ εἶναι· ὥσπερ ἂν εἴ τις τεχνίτης οὐ πάντα τὰ ἐν τῷ ζώῳ ὀφθαλμοὺς ποιεῖ· οὕτως οὐδ' ὁ λόγος πάντα θεοὺς εἰργάζετο· ἀλλὰ τὰ μὲν θεούς, τὰ δὲ δαίμονας δευτέραν φύσιν, εἶτα ἀνθρώπους καὶ ζῶα ἐφεξῆς, οὐ φθόνῳ, ἀλλὰ λόγῳ ποικιλίαν νοερὰν ἔχοντι. Ἡμεῖς δέ, ὥσπερ οἱ ἄπειροι γραφικῆς τέχνης αἰτιῶνται, ὡς οὐ καλὰ τὰ χρώματα πανταχοῦ· ὁ δὲ ἄρα τὰ προσήκοντα ἀπέδωκεν ἑκάστῳ τόπῳ· καὶ αἱ πόλεις δὲ οὐκ ἐξ ἴσων ταῖς εὐνομίαις χρῶνται· ἢ εἴ τις δρᾶμα μέμφοιτο, ὅτι μὴ πάντες ἥρωες ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ οἰκέτης, καί τις ἄγροικος καὶ φαύλως φθεγγόμενος; τὸ δὲ οὐ καλόν ἐστιν, εἴ τις τοὺς χείρους ἐξέλοι, καὶ τὸ ἐκ τούτων συμπληρούμενον.

XI. Utrum autem naturalibus quibusdam necessitatibus consequentiisque ita singula fiunt? et utcumque fieri potest, recte fiunt? Forsan vero non ita, sed ipsa ratio dominans hæc omnia facit, atque ita vult : et quæ mala dicuntur, ipsa rationaliter agit, nolens æque bona omnia esse. Quemadmodum enim artifex non omnia, quæ in animali sunt, efficit oculos, ita neque ratio fecit omnia deos : rerum alia quidem esse deos statuit, alia vero dæmones sequenti natura : post hæc autem homines, animaliaque deinceps : neque id quidem invidia, sed ratione intellectualem habente varietatem. Nos autem sic affecti sumus, sicut imperiti picturæ, qui pictorem damnant, quod non ubique pulchros æque colores posuerit : pictor autem unicuique parti, quod eam decebat, attribuit. Civitates quoque bene institutæ non æqualiter in omnibus disponuntur. Præterea quisnam comœdiam tragœdiamque vituperet, quod omnes in ea non sint heroes, sed intersit et servus, et rusticus aliquis rudiori voce pronuntians? Poema tamen non erit pulchrum, si quis inde tollat deteriores, quodve ex his quoque impletur.

Ratio seminaria mundi omniformis emicat ab omniformi natura intellectuali, neque cogit animas se immergere mundo.

ΙΒ'. Εἰ μὲν οὖν αὐτὸς ὁ λόγος ἐναρμόσας ἑαυτὸν εἰς ὕλην ταῦτα εἰργάσατο, τοῦτο ὢν οἷός ἐστιν ἀνόμοιος τοῖς μέρεσιν, ἐκ τοῦ πρὸ αὐτοῦ τοῦτο ὤν, καὶ τοῦτο τὸ γενόμενον οὕτω γενόμενον μὴ ἂν ἔσχε κάλλιον ἑαυτοῦ ἄλλο. Ὁ δὲ λόγος ἐκ πάντων ὁμοίων καὶ παραπλησίων οὐκ ἂν ἐγένετο, καὶ οὗτος ὁ τρόπος οὐ μεμπτὸς, πάντα ὢν ὡς κατὰ μέρος ἕκαστον ἄλλος. Εἰ δὲ ἔξω ἑαυτοῦ ἄλλα εἰσήγαγεν οἷον ψυχάς, καὶ ἐβιάσατο παρὰ τὴν αὐτῶν φύσιν ἐναρμόσας τῷ ποιήματι πρὸς τὸ χεῖρον πολλὰς, πῶς ὀρθῶς; ἀλλὰ φατέον καὶ τὰς ψυχὰς οἷον μέρη αὐτοῦ εἶναι, καὶ μὴ χείρους ποιοῦντα ἐναρμόττειν, ἀλλὰ, ὅπου προσῆκον αὐταῖς καταχωρίζειν, κατ' ἀξίαν.

XII. Si igitur ipsa ratio se ipsam materiæ prorsus accommodans hæc omnia fecit, id ipsum exsistens quale est quiddam, scilicet dissimilibus constans partibus, tale quidem exsistens ex eo, quod est ante ipsum, certe id, quod factum est, ita factum nihil aliud potest habere se pulchrius. Ratio vero ex omnibus similibus penitusque conformibus atque proximis fieri minime debuit : atque hoc quidem modo non est culpandus auctor, cum ejusmodi ratio rerum artifex sit quidem omnia, sed in parte qualibet differens. Sin autem extra se ipsam in mundum alia introduxisset, velut animas, compulisseque præter earum naturam cum opificio mundano congruere, ac plurimas in deterius : quanam ratione id recte factum fuisset? Sed profecto putandum est, animas quoque quasi partes ipsius exsistere, rationemque non faciendo deteriores accommodare mundo : sed, ubi convenit expeditque ipsis, pro dignitate disponere.

Omnium rerum vicissitudo est.

ΙΓ'. Ἐπεὶ οὐδ' ἐκεῖνον ἀποβλητέον τὸν λόγον, ὃς οὐ πρὸς τὸ παρὸν ἑκάστοτέ φησι βλέπειν [δεῖν], ἀλλὰ πρὸς τὰς πρόσθεν περιόδους, καὶ αὖ τὸ μέλλον, ὥστε ἐκεῖθεν τάττειν τὴν ἀξίαν, καὶ μετατιθέναι ἐκ δεσποτῶν τῶν πρόσθεν δούλους ποιοῦντα, εἰ ἐγένοντο κακοὶ δεσπόται, καὶ ὅτι σύμφορον αὐτοῖς οὕτω, καὶ εἰ κακῶς ἐχρήσαντο πλούτῳ, πένητας, καὶ ἀγαθοῖς οὐκ ἀσύμφορον πένησιν εἶναι, καὶ φονεύσαντας ἀδίκως, φονευθῆναι (ἀδίκως μὲν τῷ ποιήσαντι, αὐτῷ δὲ δικαίως τῷ παθόντι), καὶ τὸν πεισόμενον συναγαγεῖν εἰς τὸ αὐτὸ τῷ ἐπιτηδείῳ ποιῆσαι, ἃ παθεῖν ἐχρῆν ἐκεῖνον· μὴ γὰρ δὴ κατὰ συντυχίαν δοῦλον, μηδὲ αἰχμάλωτον ὡς ἔτυχε, μηδὲ ὑβρισθῆναι εἰς σῶμα εἰκῇ· ἀλλὰ ἦν ποτε

XIII. Spernendum præterea non est, quod dici solet non decere semper spectare præsentia, sed præterita quoque circuitus atque futuros. Inde namque juste pro dignitate rependitur, dum commutatio fit ex dominis in priori vita, in servos in vita sequenti, si modo improbi fuere domini : et profecto ita mutari his hominibus expedit. Præterea si divitiis abusi sunt, in pauperes transferuntur : ubi bonis quidem esse pauperes non est inutile. Item, qui injuste quempiam occiderunt, injuste similiter occidentur : injuste quidem, quod ad eum spectat, qui interficit; juste vero, quod ad eum pertinet, qui necatur. Sane, qui patietur ita, in idem conducet una cum illo qui ad hæc perpetranda fit promptus, quæ illum pati decebat. Nemo putet, quempiam temeraria sorte fieri servum, neque casu quodam fore captivum, neque absque ratione violari corpus : sed quondam ille perpetravit ali

ταῦτα ποιήσας, ἃ νῦν ἐστι πάσχων. Καὶ μητέρα τις ἐκλῶν ὑπὸ παιδὸς ἀναιρεθήσεται, γενόμενος γυνὴ, καὶ βιασάμενος γυναῖκα, ἔσται ἵνα βιασθῇ. Ὅθεν καὶ θεία φήμη, Ἀδράστεια, αὕτη γὰρ ἡ διάταξις, Ἀδράστεια ὄντως· καὶ ὄντως Δίκη, καὶ Σοφία θαυμαστή. Τεκμαίρεσθαι δὲ δεῖ τοιαύτην τινὰ εἶναι τὴν τάξιν ἀεὶ τῶν ὅλων, ἐκ τῶν ὁρωμένων ἐν τῷ παντὶ, ὡς τις ἅπαν χωρεῖ, καὶ ὅ τι μικρότατον, καὶ ἡ τέχνη θαυμαστή, οὐ μόνον ἐν τοῖς θείοις, ἀλλὰ καὶ ὧν ἄν τις ὑπονήσῃ καταφρονῆσαι, ὡς μικρῶν, τὴν πρόνοιαν. Οἷα καὶ ἐν τοῖς τυγοῦσι ζώοις ἡ ποικίλη θαυματουργία· καὶ τὸ μέχρι τῶν ἐμφύτων, καρποῖς, καὶ ἔτι φύλλοις τὸ εὐειδές, καὶ τὸ ῥᾷστα εὐανθὲς, καὶ ῥαδινὸν, καὶ ποικίλον, καὶ ὅτι οὐ πεποίηται ἅπαξ καὶ ἐπαύσατο, ἀλλὰ ἀεὶ ποιεῖται, τῶν ὑπεράνω φερομένων κατὰ ταῦτα οὐχ ὡσαύτως. Μετατίθεται τοίνυν τὰ μετατιθέμενα, οὐκ εἰκῇ μετατιθέμενα, οὐδ' ἄλλα σχήματα μεταλαμβάνοντα· ἀλλ' ὡς καλὸν, καὶ ὡς πρέποι ἂν δυνάμεσι θείαις ποιεῖν. Ποιεῖ γὰρ πᾶν τὸ θεῖον ὡς πέφυκε· πέφυκε δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν· οὐσία δὲ αὐτῷ, ἡ τὸ καλὸν ἐν ταῖς ἐνεργείαις αὐτοῦ καὶ τὸ δίκαιον συνεκφέρει. Εἰ γὰρ μὴ ἐκεῖ ταῦτα, ποῦ ἂν εἴη;

quando, quæ in præsentia patitur. Et qui olim exstinxit matrem, in posterum exstinguetur a filio, aliquando natus femina. Et qui vitiaverat mulierem, ortus deinde mulier vitiabitur. Hinc oraculum illud de Adrastia, id est, divinarum legum inevitabili potestate. Ejusmodi namque ordinis institutio procul dubio Adrastia est: ac re vera judicium et justitia sapientiaque miranda. Conjectare licet, talem in universo semper ordinem esse, ex his, quæ quotidie videntur in mundo: ubi certe ordo quidam talis per omnia, vel minima quæque, percurrit: arsque apparet ubique miranda, non in divinis solum, sed in his etiam, quæ facile quis ob exiguitatem sperni a providentia judicarit. Qualis utique est in abjectissimis quibusque bestiolis artificiosa stupendaque varietas: quin etiam usque ad plantarum fructus et folia ars ejusmodi se propagat. Ubi mirari licet, quam pulchræ sint formæ, quam facile opportuneque florescant, quam sine labore naturæ varia speciosaque pullulent, neque semel ita facta sunt, statimque fieri desivere: imo vero semper ita fiunt, dum superiora secundum hæc non omnino similiter perferuntur. Quæcumque igitur per vices alias atque alias traducuntur, non temere permutantur, non casu figuras alias induunt: imo vero sicut et mundi decor expetit, et divinas potentias agere decet. Agit namque divinitas omnis, ut propria fert natura: fert autem divina natura secundum suam duntaxat essentiam: essentia vero ejus pulchrum justumque una in suis actionibus explicat: nisi enim ibi hæc essent, nusquam esse possent.

(Quanto naturalia opera rationabilius disposita sunt moventurque, quam nostra, tanto præstantior ratio ducit illa, quam nostra. Item, non est in partibus ipsa totius perfectio requirenda, nec in parte altera alterius proprietas exigenda.

ΙΔ'. Ἔχει τοίνυν ἡ διάταξις οὕτω κατὰ νοῦν, ὡς μὴ ἄνευ λογισμοῦ εἶναι· οὕτω δὲ εἶναι, ὡς εἴ τις ἄριστα δύναιτο λογισμῷ χρῆσθαι, θαυμάσαι, ὅτι μὴ ἂν ἄλλως ἦρε λογισμὸς ποιῆσαι, ὁποῖόν τι γιγνώσκεται καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα φύσεσι γιγνόμενον, εἰς ἀεί· νοερώτερον, ἢ κατὰ λογισμοῦ διάταξιν. Ἐφ' ἑκάστου μὲν οὖν τῶν γινομένων ἀεὶ γενῶν οὐκ ἔστιν αἰτιᾶσθαι τὸν ποιοῦντα λόγον, εἴ τις μὴ ἀξιοῖ ἕκαστον οὕτω γεγονέναι χρῆναι, ὡς τὰ μὴ γεγονότα, ἀΐδια δὲ, ἔν τε νοητοῖς, ἔν τε αἰσθητοῖς, ἀεὶ καὶ αὐτὰ ὄντα, προσθήκην αἰτῶν τινὰ τοῦ πλείονα, ἀλλ' οὐ τὸ δοθὲν ἑκάστῳ εἶδος αὐταρκες ἡγούμενος· οἷον τῷδε ὅτι μὴ καὶ κέρατα, οὐ σκοπούμενος ὅτι ἀδύνατον ἦν λόγον μὴ οὐκ ἐπὶ πάντα ἥκειν, ἀλλ' ὅτι ἔδει ἐν τῷ μείζονι τὰ ἐλάττω, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τὰ μέρη, καὶ οὐκ ἴσα δυνατὸν εἶναι, ἢ οὐκ ἂν ἦν μέρη. Τὸ μὲν γὰρ ἄνω πᾶν πάντα· τὰ δὲ κάτω οὐ πάντα ἕκαστον. Καὶ ἄνθρωπος δὴ, καθ' ὅσον μέρος ἕκαστος, οὐ πᾶς· εἰ δέ που ἐν μέρεσί τισι καὶ ἄλλο τι ὁ τοῦ μέρος, τούτῳ κἀκεῖνο πᾶν· ὃ δὲ καθ' ἕκαστα, ἧ τοῦτο, οὐκ ἀπαιτητέος τέλειος εἶναι εἰς ἀρετῆς ἄκρον· οὐ γὰρ οἷόν τε μέρος· οὐ μὴν οὐδὲ τῷ ὅλῳ τὸ μέρος κοσμηθὲν εἰς μείζονα ἀξίαν ἐφθόνηται· καὶ γὰρ μᾶλλον τὸ ὅλον ποιεῖ, κοσμηθὲν ἀξίᾳ μείζονι. Καὶ γὰρ γίγνεται τοιοῦτον, ἀφομοιωθὲν τῷ ὅλῳ, καὶ οἷον συναρμοσθὲν τοιοῦτον εἶναι, καὶ συνταχθὲν οὕτως, ἵνα καὶ κατὰ τὸν ἀνθρώπου τόπον ἐκλάμπῃ τι ἐν αὐτῷ, οἷον καὶ κατὰ τὸν θεῖον οὐρανὸν τὰ ἄστρα, καὶ ἡ ἐντεῦθεν ἀντίληψις, οἷον ἀγάλματος μεγάλου καὶ καλοῦ, εἴτε ἐμψύχου, εἴτε καὶ τέχνῃ Ἡφαίστου γενομένου, ὅτι μὲν καὶ κατὰ τὸ πρόσωπον ἐπιστίλβοντες

XIV. Habet igitur ordo sic institui secundum mentem, ut absque rationis discursione consistat, atque ita consistat, ut, si quis perfectissime discurrere valeat ratione, supra modum stupeat totum sic esse dispositum, ut non aliter ratio inventura fuerit atque factura, quale semper animadvertitur in singulis quoque naturis effici: semper, inquam, intellectualis formæ plus habens, quam vel concipiat rationis ordo, vel pariat. In quolibet igitur eorum, quæ fiunt, genere, non licet rationem effectricem incusare, nisi quis existimet, unumquodque oportere ita esse factum, ut ea, quæ non sunt facta, sed sempiterna sunt, tum in genere intelligibili, tum sensibili, in quo nonnulla etiam sunt sempiterna, requirens videlicet cumulum boni quam plurimum, neque putans speciem unicuique attributam per se sufficere: veluti si naturam culparet in homine, quod cornua quoque ei non dederit, neque considerans, fieri non potuisse, quin ratio per omnia se diffuderit, oportuisse tamen in majori minora etiam contineri, partesque in toto, neque posse æqualia esse, alioquin partes minime fore. Supernum quidem omne est omnia: inferiora vero non singula omnia sunt. Atque homo, quatenus unusquisque pars quædam est, non est omnis. Quod sicubi in partibus quibusdam aliquid quoque aliud sit, quod quidem non sit pars, per hoc et illud est omne. Nec exigendum est, ut quilibet singulatim, quatenus id proprie est, summum sit virtutis adeptus, alioquin non ultra pars foret. Non tamen pars dignitate excellentius exornata quasi per invidiam toti detrahit: totum namque efficit pulchrius, quatenus dignitate magis excellit. Talis enim fit, quatenus toti fit similis, et quasi concessa sit esse talis, atque ita simul ordinata, ut et secundum hominis locum in eo nonnihil effulgeat, non aliter, quam per divinum cælum stellæ coruscent. Hinc vero talis quædam oritur excogitatio, velut si statua quædam ingens atque pulchra, sive animata sive arte Vulcani ficta, habeat quidem micantes in facie stellas,

ἀστέρες, καὶ ἐν τοῖς στήθεσι δὲ ἄλλοι· καὶ εἰ ἔμελλεν ἐπιπρέπειν ἄστρων θέσις κειμένων.

alias insuper et in pectore, atque ita dispositas, ut decorem rite conficiant.

In naturæ universalis intentione sunt mala necessaria toti bono, ideoque toti bona. Item, in hoc mundo vanitas vanitatum et omnia vanitas.

ΙΕ'. Τὰ μὲν οὖν ἕκαστα αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν θεωρούμενα οὕτως· ἡ συμπλοκὴ δὲ ἡ τούτων γεννηθέντων, καὶ ἀεὶ γεννωμένων, ἔχοι ἂν τὴν ἐπίστασιν καὶ ἀπορίαν κατά τε τὴν ἀλληλοφαγίαν τῶν ἄλλων ζώων, καὶ τὰς ἀνθρώπων εἰς ἀλλήλους ἐπιθέσεις· καὶ ὅτι πόλεμος ἀεί, καὶ οὐ μήποτε παῦλαν οὐδ' ἂν ἀνοχὴν λάβοι· καὶ μάλιστα εἰ λόγος πεποίηκεν οὕτως ἔχειν, καὶ οὕτω λέγεται καλῶς ἔχειν. Οὐ γὰρ ἔτι τοῖς οὕτω λέγουσιν ἐκεῖνος ὁ λόγος βοηθεῖ, ὡς καλῶς κατὰ τὸ δυνατὸν ἔχειν· αἰτία ὕλη οὕτως ἐχάντων, ὡς ἐλαττόνως ἔχειν, καὶ ὡς οὐ δυνατὸν τὰ κακὰ ἀπολέσθαι, εἴπερ οὕτως ἐχρῆν ἔχειν, καὶ καλῶς οὕτω, καὶ οὐχ ἡ ὕλη παρελθοῦσα κρατεῖ, ἀλλὰ παρήχθη, ἵνα οὕτω· μᾶλλον δὲ ἦν καὶ αὐτὴ [αἰτία] λόγου οὕτως. Ἀρχὴ οὖν λόγος, καὶ πάντα λόγος· καὶ τὰ γιγνόμενα κατ' αὐτὸν καὶ συντατόμενα ἐπὶ τῇ γενέσει πάντως οὕτως. Τίς οὖν ἡ τοῦ πολέμου τοῦ ἀκηρύκτου ἐν ζώοις καὶ ἐν ἀνθρώποις ἀνάγκη; ἢ ἀλληλοφαγίαι μὲν ἀναγκαῖαι, ἀμοιβαὶ ζώων οὖσαι, οὐ δυναμένων, οὐδ' εἴ τις μὴ κτιννύοι αὐτά, οὕτω μένειν εἰς ἀεί. Εἰ δὲ, ἐν ᾧ χρόνῳ δεῖ ἀπελθεῖν, οὕτως ἀπελθεῖν ἔδει, ὡς ἄλλοις γενέσθαι χρείαν παρ' αὐτῶν, τί φθονεῖν ἔδει; τί δ' εἰ βρωθέντα ἄλλα ἐφύετο; οἱονεὶ ἐπὶ σκηνῆς τῶν ὑποκριτῶν ὁ πεφονευμένος ἀλλαξάμενος τὸ σχῆμα, ἀναλαβὼν πάλιν εἰσίοι ἄλλου πρόσωπον. Ἀλλ' οὐ τέθνηκεν ἀληθῶς οὗτος. Εἰ οὖν καὶ τὸ ἀποθανεῖν ἀλλαγή ἐστι σώματος ὥσπερ ἐσθῆτος ἐκεῖ, ἢ καί τινες ἀποθέσεις σώματος, ὥσπερ ἐκεῖ ἔξοδος ἐκ τῆς σκηνῆς παντελὴς τότε εἰς ὕστερον πάλιν ἥξοντος ἐναγωνίσασθαι, τί ἂν δεινὸν εἴη ἡ τοιαύτη τῶν ζώων εἰς ἄλληλα μεταβολὴ, πολὺ βελτίων οὖσα τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ γενέσθαι; Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐρημία ζωῆς, καὶ τῆς ἐν ἄλλῳ οὔσης ἀδυναμία· νῦν δὲ πολλὴ οὖσα ἐν τῷ παντὶ ζωὴ πάντα ποιεῖ καὶ ποικίλλει ἐν τῷ ζῆν· καὶ οὐκ ἀνέχεται μὴ ποιοῦσα ἀεὶ καλὰ καὶ εὐειδῆ ζῶντα παίγνια. Ἀνθρώπων δὲ ἐπ' ἀλλήλους ὅπλα θνητῶν ὄντων ἐν τάξει εὐσχήμονι μαχομένων, οἷα ἐν πυρρίχαις παίζοντες ἐργάζονται, δηλοῦσι τάς τε ἀνθρωπίνας σπουδὰς ἁπάσας παιδιὰς οὔσας, τούς τε θανάτους μηνύουσιν οὐδὲν δεινὸν εἶναι· ἀποθνήσκειν δὲ ἐν πολέμοις καὶ ἐν μάχαις, ὀλίγον προλαβόντας τοῦ γιγνομένου ἐν γήρᾳ, θᾶττον ἀπιόντας, καὶ πάλιν ἀνιόντας. Εἰ δ' ἁφαιροῖντο ζῶντες χρημάτων, γιγνώσκοιεν ἄν, μηδὲ πρότερον αὐτῶν εἶναι, καὶ τοῖς ἁρπάζουσιν αὐτοῖς γελοίαν εἶναι τὴν κτῆσιν, ἀφαιρουμένων αὐτοὺς ἄλλων, ἐπεὶ καὶ τοῖς μὴ ἀφαιρεθεῖσι χεῖρον γίγνεσθαι τῆς ἀφαιρέσεως τὴν κτῆσιν. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν θεάτρων ταῖς σκηναῖς, οὕτω χρὴ καὶ τοὺς φόνους θεᾶσθαι, καὶ πάντας θανάτους, καὶ πόλεων ἁλώσεις, καὶ ἁρπαγὰς, μεταθέσεις πάντα καὶ μετασχημα-

XV. Singula igitur in se ipsis considerata ita se habere videntur. Horum vero complexio cum quæ facta sunt, tum quæ perpetuo fiunt, instantiam dubitationemque patitur : tum circa mutuam animalium brutorum voracitatem, tum circa hominum impetus adversus homines : item propter perpetuum bellum, quod quidem neque sedari potest, neque facile tolerari, præcipue si ipsa mundi ratio, ut hæc ita se haberent, effecerit, atque ita bene se habere dicantur. Non enim ulterius ita dicentibus illa ratio suffragatur dicens, quoad fieri potest, hæc habere se bene, causamque esse materiam, ut quæ sic habent, inferiori habeant conditione, neque posse mala funditus exstirpari : siquidem sic oportuit se habere, atque ita bene : neque accedens materia superat, sed invecta est, ut ita fieret; imo vero et ipsius materiæ causa ratio erat hoc pacto. Principium itaque ratio est, et omnia ratio : et, quæ fiunt, per ipsam fiunt : et, quæ in generatione simul inter se ordinantur, ita penitus se habent. Quænam igitur perpetui naturalisque belli in animalibus et hominibus necessitas est? Forsan devorationes animalium mutuæ ideo necessariæ sunt, quia sunt quædam vicissitudines animalium, quæ quidem, etiam si nullus interimat, ita semper manere non possunt. Quodsi, quo in tempore oportet obire, tunc obire sic oportebat, ut aliis quoque ex ipsis proveniret utilitas, curnam decuit invidere? Quid vero, si, quæ devorata sunt, quandoque alia renascuntur? velut si in scena persona, quæ fingitur interfecta, mox figuram mutet, alteriusque personam induens regrediatur in scenam. At dixerit forte quispiam, non vere hunc esse mortuum. Verum si mori est permutare corpus, non aliter quam permutare vestem in scena : aut si mors est corpus omnino deponere, quemadmodum in comœdia exitus ex ludo postremus; ubi tamen quis in posterum quandoque sit rediturus ad ludum : quidnam mali secum affert ejusmodi animalium invicem commutatio? quæ profecto multo melior est, quam si vel nata ab initio non fuissent. Tunc enim vitæ orbitas esset et impotentia quædam vitæ in alio exsistentis : nunc autem cum multa in universo sit vita, omnia facit variatque in vita, neque continere se potest, quin pulchra semper efficiat animalia, quasi indicra valde grata conspectu. Hominum vero arma vicissim illata, cum et mortales sint, et decenti quodam ordine pugnent eorum more, qui in pyrrhichiis armatorum tripudiis ludunt, plane declarant et omnia hominum studia ludos esse, et obitum non esse durum existimandum : occumbentes autem in prælio breviusculo quodam tempore anticipare mortem in senectute futuram, abeundo quidem velocius, sed vicissim alias rediturus. Proinde si viventes fortunis exspolientur, facile animadvertere poterunt, eas neque antea quidem fuisse suas, ipsisque raptoribus deridendam fore possessionem, quandoque ab alio vicissim exspoliandis : quin, etiam si nullus abstulerit, deteriorem fore possessionem, quam exspoliata jactura fuisset. Quemadmodum vero in theatri scenis similiter et in vita contemplari debemus cædes, obitus, expugnationes urbium, rapinas, et prædas, tanquam omnia

τίσεις, καὶ θρήνων καὶ οἰμωγῶν ὑποκρίσεις· καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ ἑκάστων οὐχ ἡ ἔνδον ψυχὴ, ἀλλ' ἡ ἔξω ἀνθρώπου σκιὰ καὶ οἰμώζει καὶ ὀδύρεται, καὶ πάντα ποιεῖ ἐν σκηνῇ, τῇ ὅλῃ γῇ, [ἐν ᾗ σκιαὶ αἰσσουσι πολλῶν] πολλαχοῦ σκηνὰς ποιησαμένων. Τοιαῦτα γὰρ ἔργα ἀνθρώπου, τὰ κάτω καὶ τὰ ἔξω μόνα ζῆν εἰδότος, καὶ ἐν δακρύοις καὶ σπουδαίοις, ὅτι παίζων ἐστὶν, ἠγνοηκότος. Μόνῳ γὰρ τῷ σπουδαίῳ σπουδαστέον ἐν σπουδαίοις τοῖς ἔργοις· ὁ δ' ἄλλος ἄνθρωπος παίγνιον. Σπουδάζεται δὲ καὶ τὰ παίγνια τοῖς σπουδάζειν οὐκ εἰδόσι καὶ τοῖς αὐτοῖς οὖσι παιγνίοις. Εἰ δέ τις συμπαίζων αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα πάθοι, ἴστω παρακεσὼν παίδων παιδιᾷ, τὸ περὶ αὑτὸν ἀποθέμενος παίγνιον· εἰ δὲ δὴ καὶ παίζει Σωκράτης, παίζει τῷ ἔξω Σωκράτει. Δεῖ δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι, ὡς οὐ δεῖ τεκμήρια τοῦ κακὰ εἶναι τὸ δακρύειν καὶ τὸ θρηνεῖν τίθεσθαι, ὅτι δὴ καὶ παῖδες ἐπὶ οὐ κακοῖς καὶ δακρύουσι καὶ ὀδύρονται.

transmutationes quædam sint, figurarumque vices alternæ, ficti quoque fletus passim atque ululatus. Etenim in singulis vitæ humanæ actibus, non ipsa, quæ intus est, anima homoque verus, sed exterior hominis umbra lamentatur et ejulat, et omnia facit in terra, velut ampliori quadam scena, in qua quidem [multæ animarum umbræ resultant] multa[que] scenarum ædificantur umbracula. Talia itaque sunt hominis opera, qui sola inferiora externaque vivere novit, neque animadvertit in seriis quoque fletibus quasi se ludere. Soli namque probo serio studendum est officiis studio dignis : alius autem homo nihil aliud est quam ludus. Illi vero in rebus quoque ludicris studiose serioque agunt, qui res studio dignas, et quomodo studendum sit, ignorant, ipsique ridiculi sunt. Si quis autem una cum illis ludens talia patiatur, agnoscat, se in puerorum ludos incidisse, deponens, qua indutus est, personam : ac si Socrates quoque ludat, ludet certe Socrate duntaxat externo. Reputare insuper oportet, non esse faciendum argumentum, quod hæc mala sint, ex eo, quod in eis lugeatur et ejuletur : quoniam pueri quoque in rebus non malis deflent atque lamentantur.

Quid sit ratio seminaria mundi : quomodo agat. Item de quatuor gravibus plenitudinis. Item, quomodo rationes rerum in communi ratione contrariæ sint.

ΙϚ'. Ἀλλ' εἰ καλῶς ταῦτα λέγεται, πῶς ἂν ἔτι πονηρία; ποῦ δ' ἀδικία; ἁμαρτία δὲ ποῦ; πῶς γάρ ἐστι καλῶς γιγνομένων ἁπάντων ἀδικεῖν, ἢ ἁμαρτάνειν τοὺς ποιοῦντας; κακοδαίμονες δὲ πῶς, εἰ μὴ ἁμαρτάνοιεν μηδ' ἀδικοῖεν; Πῶς δὲ τὰ μὲν κατὰ φύσιν, τὰ δὲ παρὰ φύσιν φήσομεν εἶναι, τῶν γιγνομένων ἁπάντων καὶ ὁρωμένων κατὰ φύσιν ὄντων; πῶς δ' ἂν καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀσέβειά τις εἴη, τοιούτου ὄντος τοῦ [ποιοῦντος καὶ τοῦ] ποιουμένου; οἷον εἴ τις ἐν δράμασι λοιδορούμενον ποιητὴς ὑποκριτὴν ποιήσαιτο καὶ καταρέχοντα τοῦ ποιητοῦ τοῦ δράματος. Πάλιν οὖν σαφέστερον λέγωμεν, τίς ὁ λόγος, καὶ ὡς εἰκότως τοιοῦτός ἐστιν. Ἔστι τοίνυν οὗτος ὁ λόγος· τετολμήσθω γάρ, τάχα δ' ἂν καὶ τύχοιμεν. Ἔστι τοίνυν οὗτος οὐκ ἄκρατος νοῦς, οὐδ' αὐτονοῦς, οὐδέ γε ψυχῆς καθαρᾶς τὸ γένος, ἠρτημένος δὲ ἐκείνης, καὶ οἷον ἔκλαμψις ἐξ ἀμφοῖν, νοῦ καὶ ψυχῆς, καὶ ψυχῆς κατὰ νοῦν διακειμένης, γεννησάντων τὸν λόγον τοῦτον, ζωὴν λόγον τινὰ ἡσυχῇ ἔχουσαν. Πᾶσα δὲ ζωὴ ἐνέργεια, καὶ ἡ φαύλη. Ἐνέργεια δέ, οὐχ ὡς τὸ πῦρ ἐνεργεῖ, ἀλλ' ἡ ἐνέργεια αὐτῆς, κἂν μὴ αἴσθησίς τις παρῇ, κίνησίς τις οὐκ εἰκῇ. Οἷς γοῦν ἐὰν παρῇ καὶ μετάσχῃ ὁπωσοῦν ὁτιοῦν, εὐθὺς λελόγωται, τοῦτο δέ ἐστι μεμόρφωται, ὡς τῆς ἐνεργείας, τῆς κατὰ τὴν ζωὴν, μορφοῦν δυναμένης καὶ κινούσης οὕτως, ὡς μορφοῦν. Ἡ τοίνυν ἐνέργεια αὐτῆς τεχνικὴ, ὥσπερ ἂν ὁ ὀρχούμενος κινούμενος εἴη· ὁ γὰρ ὀρχηστὴς τῇ οὕτω τεχνικῇ ζωῇ ἔοικεν αὐτὸς, καὶ ἡ τέχνη αὐτὸν κινεῖ, καὶ οὕτω κινεῖ, ὡς τῆς ζωῆς αὐτῆς τοιαύτης πως οὔσης. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω, τοῦ οἷον δεῖ καὶ τὴν ἐντινοῦν ζωὴν ἡγεῖσθαι ἕνεκα. Ἥκων τοίνυν οὗτος ὁ λόγος ἐκ νοῦ ἑνὸς καὶ ζωῆς μιᾶς πλήρους ὄντος ἑκατέρου οὐκ ἔστιν οὔτε ζωὴ μία, οὔτε νοῦς τις εἷς, οὔτε ἑκασταχοῦ πλήρης, οὐδὲ διδοὺς ἑαυτὸν οἷς δίδωσιν ὅλον τε καὶ πάντα.

XVI. Ceterum si hæc recte dicuntur, quonam pacto pravitas ulterius erit? ubinam injustitia? ubi erratum? Qua enim ratione, si omnia rite decenterque fiunt, fieri potest, ut, qui agunt, injuste faciant et aberrent? Et quo pacto infelices erunt, si non agunt injuste, si non aberrant? Item, quomodo alia quidem secundum naturam, alia vero præter naturam esse dicemus? siquidem quæcumque fiunt agunturque, naturali quodam ordine transigantur. Et numquid impietas contra deum ulla esse poterit? quippe cum talis sit qui facit, taleque, quod fit : velut si quis poeta mimum interserat fabulis, poetam ipsum mordentem atque reprobantem. Rursus ergo quidnam ratio sit, planius explicemus, probemusque eam merito esse talem. Est igitur hæc ipsa ratio : audeamus id eloqui : fortasse enim sic assequemur. Est, inquam, ratio hæc non sincera mens, non mens ipsa, non animæ puræ genus : pendens vero ab hac et quasi fulgor ex ambabus, mente videlicet atque anima : ab anima, inquam, affecta secundum mentem : his utique generantibus rationem hanc velut vitam, quæ quietam quandam in se habeat rationem. Omnis vero vita est actus, vel vita vilissima. Actus, inquam, non quemadmodum agit ignis, sed ipsius actus, etiam si nullus adsit sensus, motio quædam est minime temeraria. Quodcumque vero est, quod præsentem participat rationem, subito rationabiliter evadit affectum, id est, formatur : quasi actus, qui est secundum vitam, formare queat, atque ita movere, tanquam formet. Quam ob rem actus ejus artificiosus est : ceu si quis tripudio moveatur. Tripudiator enim vitæ sic artificiosæ persimilis est, atque ars movet ipsum, et ita movet, propterea quod ipsa vita talis quodammodo sit. Talia itaque dicta sint, ut planius cognoscatur, qualis sit etiam qualiscumque vita. Procedens igitur hæc ratio ex una mente unaque vita, ex ambabus scilicet plenis, non est vel vita una, vel mens quædam una : neque est ubique plena, neque tradit se ipsam quibus impertit totam atque

Ἀντιθεὶς δὲ ἀλλήλοις τὰ μέρη καὶ ποιήσας ἐνδεᾶ, πολέμου καὶ μάχης σύστασιν καὶ γένεσιν εἰργάσατο· καὶ οὕτως ἐστὶν εἷς πᾶς, εἰ μὴ ἓν εἴη. Γενόμενον γὰρ ἑαυτῷ τοῖς μέρεσι πολέμιον, οὕτως ἓν ἐστι καὶ φίλον, ὥσπερ ἂν εἰ δράματος λόγος εἷς ὁ τοῦ δράματος ἔχων ἐν αὑτῷ πολλὰς μάχας. Τὸ μὲν οὖν ὁρᾶμα τὰ μεμαχημένα οἷον εἰς μίαν ἁρμονίαν ἄγει σύμφωνον, οἷον διήγησιν τὴν πᾶσαν τῶν μαχομένων ποιούμενον· ἐκεῖ δὲ ἐξ ἑνὸς λόγου ἡ τῶν διαστατῶν μάχη· ὥστε μᾶλλον ἄν τις τῇ ἁρμονίᾳ τῇ ἐκ μαχομένων εἰκάσειε καὶ ζητήσειε, διὰ τί τὰ μαχόμενα ἐν τοῖς λόγοις. Εἰ οὖν καὶ ἐνταῦθα ὀξὺ καὶ βαρὺ ποιοῦσι λόγοι, καὶ συνίασιν εἰς ἕν, ὄντες ἁρμονίας λόγοι, εἰς αὐτὴν τὴν ἁρμονίαν ἄλλον λόγον μείζονα, ὄντος ἐλάττους αὐτοὶ καὶ μέρη· ὁρῶμεν δὲ καὶ ἐν τῷ παντὶ τὰ ἐναντία, οἷον λευκὸν, μέλαν, θερμὸν, ψυχρὸν, καὶ δὴ πτερωτὸν, ἄπτερον, ἄπουν, ὑπόπουν, λογικὸν, ἄλογον. Πάντα δὲ ζώου ἑνὸς τοῦ σύμπαντος μέρη· καὶ τὸ πᾶν ὁμολογεῖ ἑαυτῷ, τῶν μερῶν πολλαχοῦ μαχομένων, κατὰ λόγον δὲ τὸ πᾶν. Ἀνάγκη καὶ τὸν ἕνα τοῦτον λόγον ἐξ ἐναντίων λόγων εἶναι ἕνα, τὴν σύστασιν αὐτῷ καὶ οἷον οὐσίαν τῆς τοιαύτης ἐναντιώσεως φερούσης. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πολὺς ἦν, οὐδ' ἂν ἦν πᾶς, οὐδ' ἂν λόγος· λόγος δὲ ὢν διάφορός τε πρὸς αὑτόν ἐστι, καὶ ἡ μάλιστα διαφορὰ ἐναντίωσίς ἐστιν· ὥστε εἰ ἕτερον ὅλως, τὸ δὲ ἕτερον ποιεῖ, καὶ μάλιστα ἕτερον, ἀλλ' οὐχ ἧττον ἕτερον ποιήσει· ὥστε ἄκρως ἕτερον ποιῶν καὶ τὰ ἐναντία ποιήσει ἐξ ἀνάγκης, καὶ τέλεος ἔσται, οὐκ εἰ διάφορα μόνον, ἀλλ' εἰ καὶ ἐναντία ποιεῖ εἶναι ἑαυτόν.

omnem. Cum vero partes in se oppositas inter se habeat, ideoque indigas, certe belli seditionisque profert originem, atque ita est una omnis, si non sit unum. Facta enim sibimet per partes hostis, sic unum quiddam est et amicum, perinde ac si fabulæ [tragicæ sive comicæ] ratio una sit totius, multa in se prælia continens. Fabula quidem ipsa cuncta, quæ dissident, in unam concordem redigit temperantiam, ceu pugnantium dispositionem omnem conficiens: ibi autem ex una ratione distantium dissidentiumque pugna deducitur. Quapropter quispiam harmoniæ ex pugnantibus resultanti magis assimilabit, perquiretque, curnam in rationibus ipsis repugnantia comprehendantur. Si igitur et hic acutum et grave faciunt ipsæ rationes, conspirantque in unum, cum harmoniæ rationes sint, in ipsam videlicet harmoniam, quæ alia est ratio major, cum ipsæ minores sint et partes: profecto videmus similiter in universo contraria: album, nigrum, calidum, frigidum: item alatum, non alatum, pedatum, non pedatum, rationale, irrationale. Singula vero animalis unius universi sunt partes. Jam vero totum secum ipso consentit, partibus passim inter se pugnantibus, secundum rationem vero totum. Itaque necesse est, hanc quoque rationem unam, ex rationibus contrariis unam esse: adeo ut oppositio talis constitutionem ipsi et quasi essentiam afferat. Etenim, nisi esset multiplex, non esset et omnis, non esset et ratio. Ratio vero exsistens, differens est etiam ad se ipsam, maximaque differentia contrarietas esse videtur. Quapropter, si alterum quiddam omnino est, ipsum vero alterum agit aliquid, non tamen alterum minus, sed magis alterum efficiet: sequitur, ut alterum quiddam ad extremum efficiens necessario contraria faciat. Perfectaque erit ratio, si modo non solum differentia quædam, verum etiam contraria multa efficiat semetipsam.

In divina providentia præscripta sunt et quæ nos agimus, et quæ subinde patimur.

ΙΖ'. Ὢν δὴ τοιοῦτος, οἷον καὶ πάντως ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον τὰ ποιούμενα ποιήσει ἐναντία, ὅσῳ καὶ διέστηκε μᾶλλον· καὶ ἧττον ὁ κόσμος ἓν ὁ αἰσθητὸς, ἢ ὁ λόγος αὐτοῦ, ὥστε καὶ πολὺς μᾶλλον, καὶ ἡ ἐναντιότης μᾶλλον· καὶ ἡ τοῦ ζῆν ἔφεσις, μᾶλλον ἑκάστῳ, καὶ ὁ ἔρως τοῦ εἷς ἓν μᾶλλον, φθείρει δὲ καὶ τὰ ἐρῶντα τὰ ἐρώμενα πολλάκις, εἰς τὸ αὐτῶν ἀγαθὸν σπεύδοντα, ὅταν φθαρτὰ ᾖ. Καὶ ἡ ἔφεσις δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὸ ὅλον ἕλκει εἰς αὐτὸ, ὅ δύναται. Οὕτως οὖν καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ ὥσπερ παρὰ τῆς αὐτῆς τέχνης ὀργουμένου [ἐς] τἀναντία [ἕλκονται], καὶ αὐτοῦ τὸ μέν τι μέρος ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακὸν φήσομεν· καὶ οὕτω καλῶς ἔχει. Καίτοι οὐδὲ κακοὶ ἔτι· ἢ τὸ μὲν κακοὺς εἶναι οὐκ ἀναιρεῖται, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι μὴ παρ' αὐτῶν τοιοῦτοι. Ἀλλ' ἴσως συγγνώμη τοῖς κακοῖς, εἰ μὴ καὶ τὸ τῆς συγγνώμης καὶ μὴ ὁ λόγος ποιεῖ. Ποιεῖ δὲ ὁ λόγος μηδὲ συγγνώμονας ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἶναι· ἀλλ' εἰ τὸ μὲν μέρος αὐτοῦ ἀγαθὸς ἀνὴρ, τὸ δὲ ἄλλο πονηρὸς, καὶ πλείω μέρη ὁ πονηρὸς, ὥσπερ ἐν δράμασι, τὰ μὲν τάττει αὐτοῖς ὁ ποιητὴς, τοῖς δὲ χρῆται οὗσιν ἤδη. Οὐ γὰρ αὐτὸς πρωταγωνιστὴν, οὐδὲ δεύτερον, οὐδὲ τρίτον ποιεῖ· ἀλλὰ διδοὺς ἑκάστῳ τοὺς προσήκοντας λόγους, ἤδη ἀπέδωκεν ἑκάστῳ, εἰς ὃ τε-

XVII. Cum igitur talis sit, qualem ipsa omnino [in se] per universa se reddit, multo magis, quæ fiunt, contraria facit, quo magis jam distare coguntur. Sane minus unum est sensibilis mundus, quam ratio ipsius: ideoque magis est multiplex contrariisque refertus. Præterea vivendi appetitus est in singulis vehementior, amorque in unum rapiens est ardentior: quæ vero amant, sæpe amata corrumpunt proprii boni aviditate, quando videlicet corruptioni obnoxia sunt. Amor quinetiam partis erga totum trahit ad ipsum quicquid potest. Sic itaque et boni et mali quasi ab eadem arte cujusdam saltantis tripudio per contraria perducuntur: cujus quidem alteram partem bonam, alteram dicemus esse malam: atque ita pulchre se habet. Sed enim nulli videbuntur amplius esse mali: fortasse vero nihil hinc prohibet aliquos esse malos: verum forsan sequetur ex se ipsis non fieri malos. Fortassis etiam malis hinc venia dabitur, nisi quibus danda sit venia et quibus non ipsa ratio faciat. Faciat vero ratio, ut talibus quibusdam non ignoscatur: ceterum si pars quidem ejus alia vir bonus est, alia vero malus, plures in eo partes obtinet malus. Sed certe ita fit, quemadmodum in fabula, ubi alia quidem histrionibus poeta constituit, alia autem pro eorum natura utitur. Non enim ipse facit, ut alius virtute primus sit in ludo, alius vero secundus, alius denique tertius: sed concedens suas cuique rationes deus ceps assignat ordinem unicuique prorsus accommodatum

τύχθαι δέον. Οὕτω τοι καὶ ἔστι τόπος ἑκάστῳ· ὁ μὲν τῷ ἀγαθῷ, ὁ δὲ τῷ κακῷ πρέπων· ἑκάτερος οὖν κατὰ φύσιν καὶ κατὰ λόγον, εἰς ἑκάτερον καὶ τὸν πρέποντα χωρεῖ, τὸν τόπον ἔχων, ὃν εἵλετο· εἶτα φθέγγεται καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἀσεβεῖς λόγους καὶ ἔργα ποιῶν, ὁ δὲ τὰ ἐναντία. Ἦσαν γὰρ καὶ πρὸ τοῦ δράματος τοιοῦτοι οἱ ὑποκριταὶ διδόντες ἑαυτοὺς τῷ δράματι. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀνθρωπίνοις δράμασιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἔδωκε τοὺς λόγους· οἱ δὲ ἔχουσι παρ' αὑτῶν καὶ ἐξ αὑτῶν τὸ τε καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἕκαστος. Ἔστι γὰρ καὶ ἔργον αὐτοῖς μετὰ τὰς ῥήσεις τοῦ ποιητοῦ· ἐν δὲ τῷ ἀληθεστέρῳ ποιήματι ὅ τι μιμοῦνται κατὰ μέρος ἄνθρωποι ποιητικὴν ἔχοντες φύσιν, ψυχὴ μὲν ὑποκρίνεται, ἃ δ' ὑποκρίνεται, λαβοῦσα παρὰ τοῦ ποιητοῦ, ὥσπερ οἱ τῇδε ὑποκριταὶ τὰ προσωπεῖα, τὴν ἐσθῆτα, τοὺς κροκωτούς, καὶ τὰ ῥάκη, οὕτω καὶ ψυχὴ αὐτὴ τὰς τύχας οὐ λαβοῦσα εἰκῇ. Κατὰ λόγον δὲ καὶ αὗται, καὶ ἐναρμοσαμένη ταύτας, σύμφωνος γίγνεται, καὶ συνέταξεν ἑαυτὴν τῷ δράματι καὶ τῷ λόγῳ παντί· εἶτα οἷον φθέγγεται τὰς πράξεις καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἂν ψυχὴ κατὰ τρόπον τὸν ἑαυτῆς ποιήσειεν, ὥσπερ τινὰ ᾠδήν. Καὶ ὡς ὁ φθόγγος καὶ τὸ σχῆμα παρ' αὐτοῦ καλὸν ἢ αἰσχρόν, καὶ ἢ κόσμον προσέθηκεν, ὡς δόξειεν ἄν, εἰς τὸ ποίημα, ἢ προσθεὶς τὴν αὑτοῦ τῆς φωνῆς κάκην οὐκ ἐποίησε μὲν τὸ δρᾶμα ἕτερον, ἢ οἷον ἦν, αὐτὸς δὲ ἀσχήμων ἐφάνη, ὁ δὲ ποιητὴς τοῦ δράματος ἀπέπεμψε κατ' ἀξίαν ἀτιμάσας, καὶ τοῦτο ἔργον ποιῶν ἀγαθοῦ κριτοῦ· τὸν δὲ ἤγαγεν εἰς μείζους τιμάς, καὶ, εἰ ἔχοι, ἐπὶ τὰ καλλίω δράματα, τὸν δὲ ἕτερον εἴ που εἶχε χείρονα· τοῦτον τὸν τρόπον εἰσελθοῦσα εἰς τόδε τὸ πᾶν ποίημα, καὶ μέρος ἑαυτὴν ποιησαμένη τοῦ δράματος, εἰς ὑπόκρισιν τὸ εὖ ἢ τὸ κακῶς εἰσενεγκαμένη παρ' αὐτῆς· καὶ ἐν τῇ εἰσόδῳ συνταχθεῖσα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα χωρὶς ἑαυτῆς καὶ τῶν ἔργων αὐτῆς λαβοῦσα, οἴκας τε καὶ τιμὰς αὖ ἔχει. Πρόσεστι δέ τι τοῖς ὑποκριταῖς, ἅτε ἐν μείζονι τόπῳ, ἢ κατὰ σκηνῆς μέτρον ὑποκρινομένοις καὶ τοῦ ποιητοῦ τοῦ παντὸς τούτους ποιοῦντος κυρίους, καὶ δυνάμεως οὔσης μείζονος, ἐπὶ πολλὰ ἴέναι τρόπων [l. τόπων] εἴδη. Τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁρίζουσι, καὶ τῷ συνεπιλαμβάνειν καὶ αὐτοὺς ταῖς τιμαῖς καὶ ἀτιμίαις, ἁρμόζοντος ἑκάστου τόπου τοῖς ἤθεσιν, ὡς συμφωνεῖν τῷ τοῦ παντὸς λόγῳ, ἐναρμοζομένου κατὰ δίκην ἑκάστου τοῖς μέρεσι τοῖς δεξομένοις, ὥσπερ χορδῆς ἑκάστης εἰς τὸν οἰκεῖον καὶ προσήκοντα τόπον τεττομένης, κατὰ λόγον τὸν τοῦ φθέγγεσθαι, ῥᾴδιόν ἐστιν αὐτῇ τὸ τῆς δυνάμεως εἰς τοῦτο. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ὅλῳ τὸ πρέπον καὶ τὸ καλόν, εἰ ἕκαστος, οὗ δεῖ, τεταξεται, φθεγγόμενος κακὰ ἐν τῷ σκότῳ καὶ τῷ ταρτάρῳ· ἐνταῦθα γὰρ καλὸν τὸ οὕτω φθέγγεσθαι καὶ τὸ ὅλον τοῦτο καλόν, οὐκ εἰ λίθος εἴη ἕκαστος, ἀλλ' εἰ τὸν φθόγγον τὸν αὑτοῦ εἰσφερόμενος συντελοῖ εἰς μίαν ἁρμονίαν, ζωὴν καὶ αὐτὸς φωνῶν, ἐλάττω δὲ καὶ χείρω καὶ ἀτελεστέραν. Ὥσπερ οὐδὲ ἐν σύριγγι φωνὴ μία, ἀλλὰ καὶ ἐλάττων τις οὖσα καὶ ἀμυδρὰ πρὸς ἁρμονίαν

Sic itaque unicuique destinatur locus cum bonum tum malum maxime decens. Itaque uterque secundum naturam atque rationem ad utrumque progreditur, prout decet, locum, quem elegerat obtinens : deinde pronuntiat atque agit alius quidem verba operaque profana, alius vero contraria. Erant enim histriones sic aut sic affecti etiam ante ludos, inde mores suos fabulis inserentes. In scenicis quidem hominum actibus poeta singulis distribuit rationes : ii vero penes se et ex se ipsis habent, quod recte quodve non recte agant. Est enim munus illis ultra verba poetæ. Sed in veriori poemate, quod referunt homines secundum partem naturam habentes effingentem, anima subornatur. Et quemadmodum histriones a poeta subornantur, accipientes personas, vestes, croceos amictus, lacerosve pannos : sic sub mundano poeta personatus animus fortunas haud temere subit. Hæ namque secundum rationem sunt, easque opportune subiens fit mundanæ tragœdiæ vel comœdiæ concors, seque infert actibus rationique universæ consentientem, deinde quasi pronuntiat actiones et cetera quæcumque anima ingenio etiam proprio faceret, quasi aliquam cantilenam. Et quemadmodum vox atque figura ex se quoque pulchra est aut turpis, atque vel decus poemati videtur adjungere, vel vitium vocis immiscens, non facit ut fabula sit diversa jam, atque fuerat, ipsa vero inconcinna videtur. Poeta vero fabulæ auctor respuit hunc pro dignitate vituperans optimi judicis officio functus : alium autem ad majores promovet dignitates, atque si habeat, ad acta quædam præstantiora : at alterum ad deteriora, si possit. Eadem profecto ratione anima ingrediens in hoc universum mundi poema, seque ipsam scenicorum ludorum efficiens partem, secumque afferens, ut gestus bene transigat aut male. Item in ipso introitu annexa ordini reliquorum, ceteraque omnia seorsum a se suisque officiis nacta, pro dignitate pœnas honoresque reportat. Adest præterea aliquid talibus histrionibus, utpote in ampliori loco quam sub mensura scenæ subornatis : præsertim cum auctor universi hos auctoritate donaverit, majorque sit potentia ad multas morum, gestuum [*imo* locorum] species comparandas. Definiunt igitur honoris et ignominiæ modum ex eo quoque, quod ipsi in honore dedecoreque agendo communicant : ubi videlicet habitationes singulæ singulis accommodatæ sunt moribus : adeo ut rationi ipsius universi consentiant, accommodato videlicet unoquoque secundum justitiæ judicium suis ubique sortibus : sicut chorda in cithara quælibet proprio convenientique loco et ordine tenditur pro ipsa ratione sonandi, qualis videlicet ad hoc ipsum facultas unicuique suppetit. Etenim in toto decorum pulchrumque viget, si quilibet, ubi decet, disponitur, sonans quidem mala in tenebris atque tartaro : in his enim pulchrum est ita sonare. Proinde id totum ita demum pulchrum est, non si quodlibet sit ut lapis, imo si unusquisque tonum conferens proprium ad unam prorsus harmoniam rite conducat, vitam ipse quoque resonans, minorem tamen inferioremque et a perfectione remotiorem. Quemadmodum neque in fistula vox unica satisfacit, sed minor præterea debiliorque requiritur ad totam fistulæ consonantiam prorsus conficien-

τῆς πάσης σύριγγος συντελεῖ, ὅτι μεμέρισται ἡ ἁρμονία εἰς οὐκ ἴσα μέρη, καὶ ἄνισοι μὲν οἱ φθόγγοι πάντες· ὁ δὲ τέλεος, εἷς ἐκ πάντων. Καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος ὁ πᾶς εἷς· μεμέρισται δὲ οὐκ εἰς ἴσα· ὅθεν καὶ τοῦ παντὸς διάφοροι τόποι βελτίους καὶ χείρους, καὶ ψυχαὶ οὐκ ἴσαι ἐναρμόττουσιν οὕτω τοῖς οὐκ ἴσοις. Καὶ οὕτω καὶ ἐνταῦθα συμβαίνει, καὶ τοὺς τόπους ἀνομοίους, καὶ τὰς ψυχὰς οὐ τὰς αὐτάς· ἀλλ' ἀνίσους οὔσας καὶ ἀνομοίους τοὺς τόπους ἐχούσας· οἷον κατὰ σύριγγος ἢ τινος ἄλλου ὀργάνου ἀνομοιότητας ἐν τόποις τε πρὸς ἄλληλα διαφέρουσιν εἶναι καθ' ἕκαστον τόπον, τὰ αὐτῶν συμφώνως καὶ τοῖς τόποις καὶ τῷ ὅλῳ φθεγγομένας, καὶ τὸ κακῶς αὐταῖς ἐν καλῷ κατὰ τὸ πᾶν κεῖσεται· καὶ τὸ παρὰ φύσιν τῷ παντὶ κατὰ φύσιν· καὶ οὐδὲν ἧττον φθόγγος ἐλάττων, ἀλλ' οὐ χεῖρον πεποίηκε τὸ ὅλον οὕτω φθεγγομένη. Ὥσπερ οὐδὲ ὁ δήμιος πονηρὸς ὤν, χείρω πεποίηκε τὴν εὐνομουμένην πόλιν, εἰ δεῖ καὶ ἄλλῃ χρῆσθαι εἰκόνι. Δεῖ γὰρ καὶ τούτου ἐν πόλει, δεῖ δὲ καὶ ἀνθρώπου τοιούτου πολλάκις, καὶ καλῶς καὶ οὗτος κεῖται.

dam : quoniam in partes inæquales divisus est concentus, et inæquales quidem singuli inter se sunt toni : perfectus autem ex cunctis concentus unus efficitur. Etenim universa ratio una est : distribuitur autem in ea, quæ non sunt æqualia : unde diversa sunt totius loca, partim meliora, partim deteriora : tum animæ non æquales inæqualibus locis ita congruunt. Ex quo hic efficitur, ut loca dissimilia sint, animæque inæquales, atque dissimiles loca dissimilia nanciscantur : quasi secundum quasdam fistulæ vel alterius instrumenti dissimilitudines, habitent quoque loca pro animarum varietate inter se differentia, concinentes quolibet in loco proprios quidem cantus, sed cum locis singulis, tum universo concordes : verum quod a quavis anima male sibi ipsi canitur, bene toti concinitur. Item quod ipsis præter naturam accidit, secundum naturam universo contingit. Neque tonus minor concinit minus toti quam major, neque canens sibimet ineptius totum ob hoc reddit ineptius : sicut neque plebeius quidam [corr. carnifex] pravus civitatem justis legibus institutam reddit deteriorem, si modo alio hoc exemplo uti nunc expedit. Necessarius enim est etiam hic in civitate rebus aliquando ita poscentibus, talisque homo recte locatur.

Differentiæ animarum, et confirmatio superiorum.

ΙΗ'. Χείρους δὲ καὶ βελτίους ψυχαί, αἱ μὲν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, αἱ δέ, οἷον ἐξ ἀρχῆς οὐ πᾶσαι ἴσαι. Ἀνάλογον γὰρ καὶ αὗται τῷ λόγῳ μέρη οὐκ ἴσα, ἐπείπερ διέστησαν. Χρὴ δὲ ἐνθυμεῖσθαι καὶ τὰ δεύτερα, καὶ τὰ τρίτα, καὶ τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐνεργεῖν ἀεὶ μέρεσι ψυχήν, ἀλλὰ πάλιν αὖ καὶ ὧδε λεκτέον· πολλὰ γὰρ ἐπιποθεῖ εἰς σαφήνειαν ὁ λόγος. Μὴ γὰρ οὐδὲν δεῖ ἐπεισάγειν τοιούτους ὑποκριτὰς, οἳ ἄλλο τι φθέγγονται, ἢ τὰ τοῦ ποιητοῦ, ὥσπερ ἀτελοῦς παρ' αὐτοῦ τοῦ δράματος ὄντος, αὐτοὶ ἀποπληροῦντες τὸ ἐλλεῖπον, καὶ τοῦ ποιήσαντος διὰ μέσου κενοὺς ποιήσαντος τοὺς τρόπους, ὡς τῶν ὑποκριτῶν οὐχ ὑποκριτῶν ἐσομένων, ἀλλὰ μέρους τοῦ ποιητοῦ καὶ προειδότος ἃ φθέγξονται, ἵν' οὕτω τὰ λοιπὰ συνείρειν καὶ τὰ ἑφεξῆς οἷός τε ᾖ. Καὶ γὰρ τὰ ἑφεξῆς ἐν τῷ παντὶ καὶ ἑπόμενα τοῖς κακοῖς τῶν ἔργων, οἱ λόγοι, καὶ κατὰ λόγον, οἷον ἐκ μοιχείας καὶ αἰχμαλώτου ἀγωγῆς παῖδες κατὰ φύσιν καὶ βελτίους ἄνδρες εἰ τύχοι, καὶ πόλεις ἄλλαι ἀμείνους τῶν πεπορθημένων ὑπὸ ἀνδρῶν πονηρῶν. Εἰ οὖν ἄτοπος ἡ εἰσαγωγὴ τῶν ψυχῶν, αἱ μὲν τὰ πονηρά, αἱ δὲ τὰ χρηστὰ ἐργάσονται (ἀποστερήσομεν γὰρ τὸν λόγον καὶ τῶν χρηστῶν, ἀφαιροῦντες αὐτοῦ τὰ πονηρά), τί κωλύει; καὶ τὰ τῶν ὑποκριτῶν ἔργα μέρη ποιεῖν, ὥσπερ τοῦ δράματος ἐκεῖ, οὕτω καὶ τοῦ ἐν τῷ παντὶ λόγου καὶ ἐνταῦθα καὶ τὸ καλῶς καὶ τὸ ἐναντίον· ὥστε εἰς ἕκαστον τῶν ὑποκριτῶν, οὕτω παρ' αὐτοῦ τοῦ λόγου, ὅσῳ τελειότερον τοῦτο τὸ δρᾶμα, καὶ πάντα παρ' αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὸ κακὸν ποιῆσαι, ἵνα τί; Καὶ αἱ ψυχαὶ δὲ οὐδὲν ἔτι ἐν τῷ παντὶ αἱ θειότεραι, ἀλλὰ μέρη λόγου πᾶσαι· καὶ ἢ οἱ λόγοι πάντες ψυχαί, ἢ διὰ τί οἱ μέν, ψυχαί, οἱ δέ, λόγοι μόνον, παντὸς ψυχῆς τινος ὄντος;

XVIII. Animæ autem meliores vel deteriores partim quidem ob alias causas, partim vero velut ab initio non omnes æquales. Hæ namque competenti proportione universæ congruunt rationi, siquidem et in ratione et in animarum genere in partes inæquales facta est distributio. Reputare oportet animo secundos ac tertios ordines animarum, rursus eandem animam non secundum easdem sui partes semper agere : sed et iterum hoc modo dicendum, multa enim explicationis gratia præsens disputatio postulat. Considerandum ergo, numquid forsitan non oporteat eos introducere histriones, qui aliud quiddam pronuntient præter illa, quæ poeta conscripserat, quasi conscriptio poetæ ex se ipsa imperfecta sit : illi vero, quod reliquum erat, suppleant, implentes ipsi mores (characteres) quos forte vacuos poeta reliquerat, quasi mimi futuri sint non mimi : sed enim auctoris poetæ potius partes sint, qui præviderit, quæ mimi pronuntiaturi sint, ut ita reliqua et quæ deinceps sequuntur rite connectere valeat? Cuncta enim, quæ deinceps in universo sequuntur, et quæ ad mala opera consequuntur, rationibus rite constant, secundum rationem dispensantur ubique, velut quando ex adulterio atque stupro per rapinam commisso, filii naturali ordine generantur, et interdum forte viri præstantiores : et quando urbibus operâ malorum subversis civitates aliæ excellentiores constituuntur. Si ergo absurda est illa introductio supplentium animarum, hæ vero et mala et bona faciunt (detrahemus enim rationi bonorum auctoritatem efficiendorum, adimentes illi omnem prorsus malorum communionem), quidnam prohibet? Histrionum quoque gesta partes asserere, sicut fabulæ in comœdia sic et ipsius, quæ in universo est, rationis : atque hi cum quod honeste, tum quod turpiter fit includi : adeo ut in singulos histriones sic ab ipsa ratione progressio fiat, qu perfectius est mundanum hoc artificium, omniaque a ipso ipsiusque ratione comprehenduntur. At vero male rum hinc effectus cujusnam gratia concedetur? Atqui animæ diviniores nihil amplius esse videbuntur in univers sed partes erunt rationis omnes : atque vel ipsæ ratione omnes erunt animæ : vel earum aliæ quidem ratione erunt animæ, aliæ vero rationes tantum, cum tamen ut versa ratio sit anima quædam?

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Γ.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ENNEADIS TERTIÆ

LIBER III.

QUI EST DE PROVIDENTIA SECUNDUS.

(271,272.) [490 – 492.]

Qualis sit universalis natura, et quam facilis providentia : ubi multa rediguntur in unum.

Α'. Τί τοίνυν δοκεῖ περὶ τούτων; ἢ καὶ τὰ πονηρὰ καὶ τὰ χρηστὰ λόγος περιείληφεν ὁ πᾶς, οὗ μέρη καὶ ταῦτα; οὐ γὰρ ὁ πᾶς λόγος γεννᾷ ταῦτα, ἀλλ' ὁ πᾶς ἐστι μετὰ τούτων. Ψυχῆς γάρ τινος πάσης ἐνέργεια οἱ λόγοι, τῶν δὲ μερῶν τὰ μέρη; μιᾶς δὲ διάφορα ἐχούσης μέρη· ἀνάλογον καὶ οἱ λόγοι, ὥστε καὶ τὰ ἔργα ἔσχατα ὄντα γεννήματα· σύμφωνοι δὲ αἵ τε ψυχαὶ πρὸς ἀλλήλας τά τε ἔργα· σύμφωνα δὲ οὕτως, ὡς ἓν ἐξ αὐτῶν, καὶ εἰ ἐξ ἐναντίων. Ἐκ γὰρ ἑνός τινος ὁρμηθέντα πάντα εἰς ἓν συνέρχεται φύσεως ἀνάγκῃ. Ὥστε καὶ διάφορα ἐκφύντα καὶ ἐναντία γενόμενα τῷ ἐξ ἑνὸς εἶναι συνέλκεται ὅμως εἰς σύνταξιν μίαν. Ὥσπερ γὰρ ἐφ' ἑκάστων ζώων καὶ ἐν ἵπποις γένει, κἂν μάχωνται, κἂν δάκνωσιν ἀλλήλους, κἂν φιλονεικῶσι, κἂν ζήλῳ θυμῶνται, καὶ τὰ ἄλλα καθ' ἓν γένη ὡσαύτως· καὶ δὴ οὕτω καὶ ἀνθρώπους θετέον· συναπτέον τοίνυν αὖ πάλιν πάντα τὰ εἴδη ταῦτα εἰς ἓν τὸ ζῶον γένος· εἶτα καὶ τὰ μὴ ζῶα κατ' εἴδη αὖ· εἶτα εἰς ἓν τὸ μὴ ζῶον· εἶτα ὁμοῦ, εἰ βούλει, εἰς τὸ εἶναι· εἶτα εἰς τὸ παρέχον τὸ εἶναι. Καὶ πάλιν ἐπὶ τούτῳ ἐκδήσας κατάβαινε διαιρῶν, καὶ σκιδνάμενον τὸ ἓν ὁρῶν τῷ ἐπὶ πάντα φθάνειν καὶ ὁμοῦ περιλαμβάνειν συντάξει μιᾷ, ὡς διακεχριμένον ἓν εἶναι ζῶον πολύ, ἑκάστου πράττοντος τῶν ἐν αὐτῷ τὸ κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτοῦ, ἐν αὐτῷ τῷ ὅλῳ ὅμως ὄντος, οἷον πυρὸς μὲν καίοντος, ἵππου τὰ ἵππου ἔργα· ἄνθρωποι δὲ τὰ αὑτῶν ἕκαστοι ἧ πεφύκασι, καὶ διάφορα οἱ διάφοροι. Καὶ ἕπεται κατὰ τὰς φύσεις καὶ τὰ ἔργα καὶ τὸ ζῆν τὸ εὖ καὶ τὸ κακῶς.

I. Quid ergo de his dicendum existimamus? Fortasse et mala simul et bona ratio universa complectitur, cujus hæc quoque sunt partes. Non enim universa ratio hæc gignit: sed una cum his exsistit tota. Ipsius namque animæ universæ actus sunt rationes, partium vero partes. Cum vero una differentes habeat partes, simili quadam proportione rationes distribuuntur : quapropter et opera, quæ ultimæ genituræ sunt, similiter disponuntur. Concordes vero inter se sunt animæ, consona quoque sunt opera : consona, inquam, ita, ut unum quiddam ex ipsis vel contrariis construatur. Cuncta enim ex uno quodam fonte manantia, in unum quoque confluunt necessitate naturæ. Quam ob rem varia germina vel contraria denique facta ex eo, quod ex uno pullulant, in unum nihilo minus ordinem contrahuntur. Sicut enim in singulis animalibus, ceu in equorum genere, quamvis pugnent invicem, quamvis inter se mordeant, quamvis certatim agant, æmulationeque irascantur, reliquaque sigillatim genera pariter, similiterque homines agant : cunctæ tamen hæ species in unum congregandæ sunt animalium genus : deinde et inanimata secundum species iterum : deinde in unum non animal : post hæc simul, si placet, ad ipsum esse : postremo ad ipsum, quod esse unicuique tribuit. At rursus hinc explicans dividendo descende, atque contemplare unum ipsum quasi discerptum : propterea quod per omnia currat, simulque cuncta uno quodam ordine complectatur, adeo ut velut unum animal sit multiplex atque distinctum : unoquoque eorum, quæ in ipso sunt, agente, quod naturæ ipsius est proprium, exsistente tamen in universo, velut igne quidem comburente, equo autem equi opera peragente. Homines vero ita, ut natura instituti sunt, singuli munera propria exsequuntur, differentesque differentia. Sequuntur autem secundum naturas opera, rursusque vivere tam bene quam male.

Providentia divinæ mentis præsens omnibus nihil relinquit in mundo fortuitum.

Β'. Αἱ δὲ συντυχίαι οὐ κύριαι τοῦ εὖ· ἀκολουθοῦσι δὲ καὶ αὗται συμφώνως τοῖς πρὸ αὐτῶν, καὶ ἴασιν ἀκολουθίαι ἐμπλακεῖσαι. Συμπλέκει δὲ πάντα τὸ ἡγούμενον, συμφερομένων τῶν ἐφ' ἑκάτερα κατὰ φύσιν· οἷον ἐν στρατηγίαις, ἡγουμένου μὲν τοῦ στρατηγοῦ, συμπνεόντων δὲ τῶν συντεταγμένων, ἐτάχθη δὲ τὸ πᾶν προνοίᾳ στρατηγικῇ, ὁρώσῃ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὰ πάθη, καὶ ἃ δεῖ παρεῖναι σιτία καὶ ποτά, καὶ δὴ καὶ ὅπλα πάντα καὶ μηχανήματα, καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν συμπλεκομένων προεώρηται, ἵνα τὸ ἐκ τούτων συμβαῖνον ἔχῃ χώραν τοῦ τεθῆναι εὖ. Καὶ ἐλήλυθε πάντα τρόπον τινὰ εὐμήχανον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, καίτοι ἔξωθεν ὄντα, ὅσα ἔμελλον δράσειν οἱ ἐναντίοι. Εἰ δὲ οἷόν τε ἦν κἀκείνου ἄρχειν τοῦ στρατοπέδου, εἰ δὲ δὴ ὁ

II. Casus igitur atque fortunæ auctoritatem bonæ vitæ non habent; consequuntur autem hæ quoque, quatenus præcedentibus est consentaneum, tum vero annexæ rerum consequentiæ ordinatæ procedunt. Connectit vero cuncta ipsum principale, quod omnia ducit, conferentibus ad idem his, quæ utrimque vergunt secundum naturam : quemadmodum in exercitu fit ducente quidem imperatore, conspirantibus autem, qui ordine certo commilitant. Totus namque mundus providentia quadam imperatoria est institutus cernente actiones et passiones, et quæ adesse oporteat alimenta, arma, machinas : et profecto quotcumque ex his inter se connexis conspirantibusve consequuntur, sunt prævisa : ut, quodcumque ex his evenit, locum, ubi bene situm sit, nanciscatur. Procedunt quidem omnia ab exercitus duce sagaci quadam solertique ratione, quamvis etiam externa sint ab eoque aliena, quæ hostes sunt illaturi. Quodsi tam illi quam huic exercitui similiter imperare valeret, imo vero si maximus imperator es-

μέγας ἡγεμὼν εἴη ὑφ' ᾧ πάντα, τί ἂν εἴη ἀσύντακτον; τί δὲ οὐκ ἂν συνηρμοσμένον εἴη;

set, cui subjecta sint omnia, quidnam ulterius ordine carere posset? quidve connexione vacaret?

Quamvis singula sint in providentis dei mente signata, tamen animus agit libere. Item, universum oportuit dispares gradus habere.

Γ'. Καὶ γὰρ εἰ ἐγὼ κύριος τοῦ τάδε ἑλέσθαι ἢ τάδε, ἀλλὰ αἱρέσει συντέτακται ὅτι μὴ ἐπεισόδιον τὸ σὸν τῷ παντὶ, ἀλλ' ἠριθμησαι ὁ τοιόσδε. Ἀλλὰ πόθεν ὁ τοιόσδε; ἔστι δὲ δύο, ἃ ὁ λόγος ζητεῖ. Τὸ μὲν εἰ ἐπὶ τὸν ποιήσαντα, εἴ τις ἐστὶν, ἀνενεγκεῖν δεῖ τοῦ ποιοῦ τοῦ ἐν τοῖς ἤθεσιν ἑκάστου τὴν αἰτίαν, ἢ ἐπὶ τὸ γενόμενον αὐτὸ, ἢ ὅλως οὐκ αἰτιατέον· ὥσπερ οὐδὲ ἐπὶ φυτῶν γενέσεως, ὅτι μὴ αἰσθάνεται, ἢ ἐπὶ ζώων τῶν ἄλλων, ὅτι μὴ ὡς ἄνθρωποι ἔχουσι. Ταὐτὸν γὰρ τούτῳ, διὰ τί ἄνθρωποι οὐχ ὅπερ θεοί· διὰ τί γὰρ ἐνταῦθα οὔτε αὐτὰ οὔτε τὸν ποιήσαντα εὐλόγως αἰτιώμεθα· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, ὅτι μὴ κρεῖττον, ἢ τοῦτο; εἰ μὲν γὰρ, ὅτι ἐδύνατο τοῦτο κάλλιον εἶναι, εἰ μὲν παρ' αὐτοῦ προστιθέντος τι εἰς τὸ κρεῖττον, αὐτὸς αἴτιος ἑαυτῷ ὁ μὴ ποιήσας· εἰ δὲ μὴ παρ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἔδει ἔξωθεν προσεῖναι παρὰ τοῦ γεννητοῦ, ἄτοπος ὁ τὸ πλέον ἀπαιτῶν τοῦ δοθέντος, ὥσπερ εἰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀπαιτοῖ καὶ τῶν φυτῶν· δεῖ γὰρ οὐ ζητεῖν, εἰ ἔλαττον ἄλλου, ἀλλ' εἰ ὡς αὐτὸ αὐτάρκως· οὐ γὰρ πάντα ἴσα ἔδει. Ἆρ' οὖν μετρήσαντος αὐτοῦ προαιρέσει τοῦ μὴ δεῖν πάντα ἴσα; οὐδαμῶς· ἀλλ' οὕτω κατὰ φύσιν εἶχε γενέσθαι. Ἀκόλουθος γὰρ οὗτος ὁ λόγος ψυχῇ ἄλλῃ· ἀκόλουθος δὲ ψυχὴ αὐτὴ νῷ· νοῦς δὲ, οὐ τούτων τι ἓν, ἀλλὰ πάντα· τὰ δὲ πάντα, πολλά· πολλὰ δὲ ὄντα, καὶ οὐ ταὐτὰ, τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα, τὰ δὲ ἐφεξῆς τῇ ἀξίᾳ ἐμελλεν εἶναι. Καὶ τοίνυν καὶ τὰ γενόμενα ζῶα, οὐ ψυχαὶ μόνον, ἀλλὰ ψυχῶν ἐλαττώσεις, οἷον ἐξίτηλον ἤδη προϊόντων. Ὁ γὰρ τοῦ ζώου λόγος, κἂν ἔμψυχος ᾖ, ἑτέρα ψυχὴ οὐκ ἐκείνη, ἀφ' ἧς ὁ λόγος. Καὶ ὁ σύμπας οὗτος ἐλάττων δὴ γίγνεται σπεύδων εἰς ὕλην· καὶ τὸ γενόμενον ἐξ αὐτοῦ ἐνδεέστερον. Σκόπει δὴ ὅσον ἀφέστηκε τὸ γενόμενον, καὶ ὅμως ἐστὶ θαῦμα. Οὐ τοίνυν, εἰ τοιοῦτον τὸ γενόμενον, καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ τοιοῦτον· ἔστι γὰρ παντὸς κρεῖττον τοῦ γενομένου, καὶ ἔξω αἰτίας, καὶ μᾶλλον θαυμάσαι, ὅτι ἔδωκέ τι μετ' αὐτὸ, καὶ τὰ ἴχνη αὐτοῦ τοιαῦτα. Εἰ δὲ δὴ καὶ πλέον ἔδωκεν, ἢ ὅσον ἔχουσι κτήσασθαι, ἔτι μᾶλλον ἀποδεκτέον· ὥστε κινδυνεύειν τὴν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς γενομένους ἰέναι, τὸ δὲ τῆς προνοίας μειζόνως ἔχειν.

III. Et si ego dominus sum ad hæc vel illa potius eligenda, in ipsa tamen electione cum universo nostra ordinantur, quoniam natura tua non est adventitia universo, sed in ejus ordine tu numeratus es talis quidam aut talis. At undenam talis? Duo utique sunt, quæ in præsentia requiruntur, quorum alterum quidem est: utrum in effectorem, si qui est, referre oporteat causam, per quam unusquisque talibus affectus sit moribus, an in ipsum genitum: an forte causa nulla sit assignanda: quemadmodum neque in generatione plantarum causam, per quam non sentiant, desideramus, neque in ceteris animalibus, cur non ita ut homines se habeant. Idem namque id foret, ac, si quare homines dii non sint, quæramus, nempe cum in his neque ipsa neque effectorem jure criminemur, cur nam in hominibus reprehendamus, quod nihil majus humana species habeat? Fortasse naturam culpabit quispiam, quod homo poterat excellentius quiddam esse. Quodsi a se ipso aliquid insuper comparante id consequi posse judicet, accusare debet hominem, non auctorem: sin autem non a se ipso, sed extrinsecus ab effectore aliquid insuper additum fuisse desideret, stultus erit, qui plus quam sit datum, efflagitaverit: perinde ac si in ceteris animalibus plantisque supra modum naturæ desideret. Non enim oportet inquirere, num hoc minus, quam illud habeat: sed numquid hoc satis, quod naturaliter habere expedit, habeat: non enim æqualia esse oportuit omnia. Numquid igitur inæqualis rerum distributio facta est dimetiente ratione per electionem quandam decernentem, non omnia æqualia esse debere? Nequaquam: verum sic fieri naturaliter habuit. Pedissequa enim est ratio hæc alterius animæ, pedissequa et anima ipsa mentis. Mens autem non unum aliquid horum est, sed cuncta: cuncta vero sunt multa: multa rursus cum sint nec eadem, nimirum alia quidem prima, alia vero secunda, alia denique tertia dignitate oportuit esse. Quin etiam, quæ fiunt animalia, non animæ solum sunt, sed animarum decrementa quædam quasi in exile quiddam jam procedentium. Nam ratio animalis quamvis sit animata, alia tamen anima est, non illa, a qua ratio manat. Quin et universa hæc ratio jam quasi decrescit, dum in materiam inclinatur, et quod ex ipsa gignitur, provenit imperfectius. Considera, precor, quanto jam intervallo distet ab origine, quod est factum, et tamen quantum adhuc sit admirandum. Neque tamen, si tale quiddam est, quod gignitur, etiam, quod ante ipsum est, omnino tale putandum. Nempe omni effecto omnino præstantius est, extraque causam exstat, magisque miran dum, quod aliquid edidit post se ipsum, taliaque ipsius vestigia sunt. Quodsi plus tradidit, quam res capere possent, magis etiam id approbandum: unde apparet, culpam omnem in effectos rejiciendam: providentiæ veru munus abundantius esse.

De intellectu, et ratione, et imaginatione. Cur homines natura semper utantur ratione. Cur anima fiat deterior, quod non transit in bestias.

Δ'. Ἁπλοῦ μὲν γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου (λέγω δὲ ἁπλοῦ, ὡς τοῦτο ὃ πεποίηται μόνον ὄντος, καὶ κατὰ ταῦτα ποιοῦντος καὶ πάσχοντος), ἀπῆν αἰτία ἡ κατὰ τὴν ἐπιτίμησιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων τῶν ἄλλων. Νῦν δὲ ἄνθρωπος μόνον ἐν ψόγῳ ὁ κακὸς, καὶ τοῦτο ἴσως εὐλόγως. Οὐ γὰρ μόνον, ὃ πεποίηται, ἔστιν, ἀλλ' ἔχει ἀρχὴν ἄλλην ἐλευθέραν, οὐκ ἔξω τῆς προ-

IV. Si homo esset simplex (simplex, inquam, si solum esset, quod habuit ab initio, atque secundum is ipsum ageret patereturque), procul dubio querelæ omni occasio procul abesset, quemadmodum in ceteris animalibus compertum habemus. Nunc autem vituperatio ho cum habet tantum in homine malo, idque forsan non absque ratione. Non enim solum id est, quod est factu sed principium aliud habet liberum, neque tamen extra h

νοίας οὖσαν, οὐδὲ τοῦ λόγου τοῦ ὅλου. Οὐ γὰρ ἀπήρτηται ἐκεῖνα τούτων, ἀλλ' ἐπιλάμπει τὰ κρείττω τοῖς χείροσι, καὶ ἡ τελεία πρόνοια τοῦτο· καὶ λόγος ὁ μὲν ποιητικὸς, ὁ δὲ συνάπτων τὰ κρείττω τοῖς γενομένοις· καὶ ἐκεῖνα πρόνοια ἡ ἄνωθεν, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ἄνω, ὁ ἕτερος λόγος συνημμένος ἐκείνῳ, καὶ γίγνεται ἐξ ἀμφοῖν πᾶν πλήρωμα, καὶ πρόνοια ἡ πᾶσα. Ἀρχὴν μὲν οὖν ἔχουσιν ἄλλην ἄνθρωποι, οὐ πάντες δὲ πᾶσιν, οἷς ἔχουσι, χρῶνται· ἀλλ' οἱ μὲν τῇ ἑτέρᾳ, οἱ δὲ τῇ ἑτέρᾳ, ἢ ταῖς ἑτέραις ταῖς χείροσι χρῶνται. Πάρεισι δὲ κἀκεῖναι οὐκ ἐνεργοῦσαι εἰς αὐτοὺς, οὔτε γε αὐταὶ ἀργοῦσαι· πράττει γὰρ ἕκαστον τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλ' εἰς τούτους οὐκ ἐνεργοῦσιν. Αἰτία τίνος, εἰπόι τις ἂν, παροῦσαι; ἢ οὐ πάρεισι; καίτοι πάντη φαμὲν παρεῖναι, καὶ οὐδὲν ἔρημον· ἢ οὐ τούτοις, ἐν οἷς μὴ εἰς αὐτοὺς ἐνεργεῖ. Διὰ τί οὖν οὐκ ἐνεργεῖ εἰς πάντας; εἴπερ μέρη καὶ ταῦτα αὐτῶν· λέγω δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν τοιαύτην. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ζώων οὐκ αὐτῶν ἡ ἀρχὴ αὕτη· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, οὐκ ἐπὶ πάντων. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐπὶ πάντων, οὐ μόνον ἥδε; ἀλλὰ διὰ τί οὐ μόνη; ἐφ' ὧν δὲ μόνη καὶ κατὰ ταύτην τὸ ζῆν, τὰ δ' ἄλλα ὅσον ἀνάγκη. Εἴτε γὰρ ἡ σύστασις τοιαύτη, ὡς οἷον εἰς θολερὸν ἐμβάλλειν, εἴτε ἐπιθυμίαι κρατοῦσιν, ὅμως ἀνάγκη λέγειν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ τὸ αἴτιον εἶναι. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν δόξει οὐκέτι ἐν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῇ ὕλῃ, καὶ ἡ ὕλη οὐχ ὁ λόγος κρατήσει, εἶτα τὸ ὑποκείμενον ὡς πέπλασται, ἢ τὸ ὑποκείμενον τῇ ἀρχῇ ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ τὸ ἐκ τοῦ λόγου γενόμενον, καὶ ὃν κατὰ τὸν λόγον· ὥστε οὐχ ἡ ὕλη κρατήσει, εἶτα ἡ πλάσις. Καὶ τὸ τοιόνδε εἶναι ἐπὶ τὴν προτέραν βιοτὴν ἂν ἀνάγοι τις, οἷον γιγνομένου ἐκ τῶν προτέρων ἀμυδροῦ, ὡς πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ, τοῦ λόγου, οἷον ψυχῆς ἀσθενεστέρας γενομένης, ὕστερον δὲ καὶ ἐκλάμψει, καὶ ὁ λόγος δὲ λεγέσθω ἔχειν καὶ τὸν λόγον αὖ ἐν αὐτῷ τῆς ὕλης, ἣν αὐτῷ ἐργάσεται, ποιώσας καθ' αὑτὸν τὴν ὕλην, ἢ σύμφωνον εὑρών. Οὐ γὰρ ὁ τοῦ βοὸς λόγος ἐπ' ἄλλης, ἢ βοὸς ὕλης· ὅθεν καὶ εἰς τὰ ἄλλα ζῷά φησιν εἰσκρίνεσθαι, οἷον ἄλλης τῆς ψυχῆς γενομένης, καὶ ἑτεροιωθέντος τοῦ λόγου, ἵνα γένηται ψυχὴ βοὸς, ἢ πρότερον ἦν ἄνθρωπος· ὥστε κατὰ δίκην ὁ χείρων. Ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς διὰ τί ὁ χείρων ἐγίγνετο, καὶ πῶς ἐσφάλη; πολλάκις εἴρηται, ὡς οὐ πρῶτα πάντα, ἀλλ' ὅσα δεύτερα καὶ τρίτα ἐλάττω τὴν φύσιν τῶν πρὸ αὐτῶν ἔχει, καὶ σμικρὰ ῥοπὴ ἀρκεῖ εἰς ἔκβασιν τοῦ ὀρθοῦ. Καὶ ἡ συμπλοκὴ δὲ ἡ πρὸς ἄλλο ἄλλου ὥσπερ τις σύγκρασίς ἐστιν ἑτέρου ἐξ ἀμφοῖν γιγνομένου· καὶ οὐκ ὄντος ἡλάττωσεν, ἀλλὰ ἐγένετο ἐξ ἀρχῆς ἔλαττον τὸ ἔλαττον, καὶ ἔστιν, ὃ ἐγένετο, κατὰ φύσιν τὴν αὐτοῦ ἔλαττον· καὶ εἰ τὸ ἀπόλουθον πάσχει, πάσχει τὸ κατ' ἀξίαν. Καὶ εἰς τὰ προβεβιωμένα δὲ ἀναπέμπειν δεῖ τὸν λογισμὸν, ὡς κἀκεῖθεν ἠρτημένων τῶν ἐφεξῆς.

mites providentiæ et rationis universæ pervagans. Non enim ab his nostris superiora illa pendent, sed micant meliora pejoribus, idque perfecta providentia est. Atqui et ratio altera quidem est efficiens, altera vero his, quæ fiunt, meliora conjungens : et illorum quidem ordo providentia est desuper agens : hæc autem a superiori providentia est, altera certe ratio illi rationi connexa, totusque ex ambabus contextus efficitur omnisque providentia. Homines igitur principium aliud possident, non omnes tamen omnibus, quæ habent, utuntur, sed alii quidem alio utuntur principio, alii vero alio, vel aliis atque pejoribus. Adsunt autem illa quoque principia etiam in eos non operantia : neque tamen ipsa in se procul ab actu torpentia : agit enim quodlibet suum opus, sed [interdum] in hos minime operantur. Interrogabit forte quispiam, quare, cum adsint, non operentur? an forte non adsint? quanquam omnino adesse fatemur, nihilque esse ab his destitutum. Forsan vero his non adesse dicendum, in quos non agunt. Cur igitur non in omnes agunt? siquidem et hæc eorum partes exsistunt, dico autem tale principium. In aliis quidem animalibus non ipsorum est hoc principium, in hominibus autem nequaquam in omnibus. Numquid igitur non in omnibus, non tantum id principium? Sed cur non solum? in quibus autem solum, et secundum hoc vivere convenit : secundum vero alia quatenus cogit necessitas. Sive enim compositio talis est, ut quasi in turbulentum præcipitetur, sive concupiscentiæ superent, similiter causam in subjectum ipsum rejicere necessarium est. Verum primum quidem videbitur non amplius in ratione esse causam, sed potius in materia : atque ita non ratio, sed materia dominabitur : deinde subjectum, ut formatum est, vel potius subjectum principio ratio est, et quod ex ratione factum exsistensque secundum rationem. Quapropter non materia dominabitur, deinde formatio sequetur : quinetiam quod talis sit, poterit quis causam in præcedentem vitam referre, quasi ratio ex antecedentibus facta sit debilis, si cum ratione conferatur superiore. Quippe cum anima facta sit infirmior, deinde illustret, tum ratio ipsa dici debet in se ipsa habere etiam materiæ rationem : quam quidem materiam sibi operabitur secundum se ipsam materiam fingens, vel nacta concordem. Ratio enim seminaria bovis non in alia, quam bovis, materia est : unde et in alia etiam animalia, inquit, animam destinari, quippe cum anima facta sit alia, ratioque evaserit jam diversa, ut bovis anima fiat, quæ homo ante fuerat; quapropter justitiæ ipsius judicio fit deterior. Sed a principio cur deterior anima facta est, et quomodo aberravit? sæpe dictum est non omnia esse prima, sed quæ secunda tertiave sunt, deteriorem, quam superiora, habere naturam. Item exiguum inclinationis momentum satis efficit, ut rectum transgrediamur. Præterea complexio alterius cum altero quasi quædam commixtio est ad tertium quiddam ex utrisque conficiendum. Neque, quod erat hic, imminuitur, sed, quod minus est, factum est ab initio minus, atque est quod factum fuit secundum naturam suam minus : ac si quod inde consequens est patitur, pro dignitate patitur. Accedit ad hæc, quod ad præcedentem vitam referenda comparatio est : nam ex illis, quæ in illa facta sunt atque concepta, sequentia deducuntur.

Quod oporteat esse diversos rerum gradus : quod providentia dispenset singula geometricæ proportionis æqualitate : quod fatum serviat providentiæ : de libero arbitrio.

Ε'. Γίγνεται τοίνυν ἡ πρόνοια, ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος κατιοῦσα ἄνωθεν, οὐκ ἴσῃ οἷον κατ' ἀριθμὸν, ἀλλὰ κατὰ ἀναλογίαν, ἄλλῃ ἐν ἄλλῳ τόπῳ, ὥσπερ ἐπὶ ζώου ἑνὸς εἰς ἔσχατον ἐξ ἀρχῆς ἠρτημένου, ἑκάστου τὸ οἰκεῖον ἔχοντος, τοῦ μὲν βελτίονος τὸ βέλτιον τῆς ἐνεργείας, τοῦ δὲ πρὸς τὸ κάτω, ἤδη ἐνεργοῦντος τοῦ αὐτοῦ καὶ πάσχοντος τὰ, ὅσα αὐτῷ οἰκεῖα, παθήματα πρὸς αὐτό τε καὶ πρὸς τὴν σύνταξιν τὴν πρὸς ἄλλο. Καὶ δὴ καὶ οὑτωσὶ πληγέντα οὕτως ἐφθέγξατο τὰ φωνήεντα, τὰ δὲ σιωπῇ πάσχει, καὶ κινεῖται τὰ ἀκόλουθα· καὶ ἐκ τῶν φθόγγων ἁπάντων, καὶ ἐκ τῶν παθημάτων, καὶ ἐνεργημάτων, μία τοῦ ζώου οἷον φωνὴ, καὶ ζωὴ, καὶ βίος· καὶ γὰρ καὶ τὰ μόρια διάφορα ὄντα, καὶ διάφορον τὴν ἐνέργειαν ἔχοντα. Ἄλλο γὰρ ποιοῦσι πόδες, ὀφθαλμοὶ δ' ἄλλο· διάνοια δὲ ἄλλο, καὶ νοῦς ἄλλο. Ἓν δὲ ἐκ πάντων, καὶ πρόνοια μία, εἱμαρμένη δὲ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἀρξαμένη, τὸ δὲ ὑπεράνω πρόνοια μόνον. Τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ τῷ νοητῷ πάντα λόγος καὶ ὑπὲρ λόγον· νοῦς γὰρ καὶ ψυχὴ καθαρά· τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη, ὅσον μὲν ἔρχεται ἐκεῖθεν, πρόνοια, καὶ ὅσον ἐν ψυχῇ καθαρᾷ, καὶ ὅσον ἐντεῦθεν εἰς τὰ ζῶα. Ἔρχεται δὲ μεριζόμενος ὁ λόγος οὐκ ἴσα, ὅθεν οὐδὲ ἴσα ποιεῖ, ὥσπερ καὶ ἐν ζώῳ ἑκάστῳ. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη, ἀκόλουθα μὲν τὰ δρώμενα καὶ προνοίᾳ ἑπόμενα, εἴ τις δρᾷη θεοῖς φίλα· ἦν γὰρ θεοφιλὴς ὁ λόγος ὁ προνοίας. Συνείρεται μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων· πεποίηται δὲ οὐ προνοίᾳ, ἀλλὰ γενόμενα ἢ παρὰ ἀνθρώπων τὰ γενόμενα, ἢ παρὰ ὁτουοῦν, ἢ ζώου ἢ ἀψύχου, εἴ τι ἐφεξῆς τούτοις χρηστὸν, πάλιν κατείληπται προνοίᾳ, ὡς πανταχοῦ ἀρετὴν κρατεῖν, καὶ μετατιθεμένων καὶ διορθώσεως τυγχανόντων τῶν ἡμαρτημένων, οἷον ἐν ἑνὶ σώματι ὑγιείας δοθείσης κατὰ πρόνοιαν τοῦ ζώου. Γενομένης δὲ τομῆς καὶ ὅλως τραύματος, πάλιν ἐφεξῆς ὁ λόγος ὁ διοικῶν συνάπτοι καὶ συνάγοι, καὶ ἰᾶτο καὶ διορθοῖτο τὸ πονῆσαν, ὥστε τὰ κακὰ ἑπόμενα εἶναι, ἐξ ἀνάγκης δέ, καὶ γὰρ παρ' ἡμῶν κατ' αἰτίας οὐχ ὑπὸ τῆς προνοίας ἠναγκασμένων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν συναψάντων μὲν τοῖς τῆς προνοίας καὶ ἀπὸ προνοίας ἔργοις, τὸ δὲ ἐφεξῆς συνεῖραι κατὰ βούλησιν ἐκείνης οὐ δυνηθέντων, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν πραξάντων, ἢ κατὰ ἄλλο τι τῶν ἐν τῷ παντὶ, μηδ' αὐτοῦ κατὰ πρόνοιαν πεπραχότος, ἢ πεποιηκότος τι ἐν ἡμῖν πάθος. Οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ ποιεῖ πᾶν προσελθὸν παντί· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πρὸς ἄλλο, καὶ ἄλλο πρὸς ἄλλο. Οἷον καὶ τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος πρὸς μὲν τὸν Πάριν ἄλλο εἰργάζετο, Ἰδομενεῖ δὲ ἔπαθεν οὐ τὸ αὐτό· καὶ ἀκόλαστος ἀκολάστῳ, καλὸς καλῷ συμπεσὼν ἄλλο· ὁ δὲ σώφρων καλὸς, ἄλλο πρὸς σώφρονα τοιοῦτον, ἢ πρὸς ἀκόλαστον ἄλλο ὁ αὐτὸς, ὁ δ' ἀκόλαστος πρὸς αὐτὸν ἄλλο· καὶ παρὰ μὲν τοῦ ἀκολάστου τὸ πραχθὲν οὔτε ὑπὸ προνοίας οὔτε κατὰ πρόνοιαν. Τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ σώφρονος ἔργον, οὐχ ὑπὸ προνοίας μὲν, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ· κατὰ πρόνοιαν δὲ, σύμφωνον

V. Procedit igitur providentia ab initio ad finem desuper se diffundens : nec æquali secundum numerum portione, sed secundum comparationem quandam proportionis aliter distribuit alibi : quemadmodum in uno quodam animali a principio ad extremum rite connexo, membrum quodlibet munus proprium possidet, et melius quidem actionem habet præstantiorem, deterius autem inferiorem sibi convenientem. Patitur quoque proprias passiones tum sibimet, tum ordini ad aliud directo convenientes. Jam vero sua quadam conditione pulsata, sic quæ sunt vocalia resonant : alia vero silentio patiuntur, moventurque consequentia. Proinde ex cunctis tonis, passionibus, actionibus, una animalis quasi vox vitaque et actus efficitur. Etenim partes inter se diversæ, diversas habent et actiones. Aliud namque pedes agunt, aliud oculi, aliud cogitatio, aliud intellectus. Unum vero ex cunctis, et providentia una. At fatum a deteriori quodam sumit exordium : quod autem est superius, solum providentia est. Omnia enim, quæ in mundo intelligibili sunt, ratio sunt superque rationem : nempe intellectus et anima pura : quod vero deinceps, quatenus inde provenit, providentia est, et quatenus est in anima pura, et quantum inde in animalia propagatur. Ratio utique in partes inæquales distributa progreditur, idcirco neque facit æqualia, sicut et in quolibet animali. Quod vero deinceps ita se habet, consequentia quidem comitantiaque providentiam sunt, quæ fiunt si quis diis accepta facit; amica enim deo est providentiæ ratio. Colligantur itaque ejusmodi quoque opera : fiunt vero non providentia, sed facta jam vel ab hominibus vel a quovis alio, sive animali sive inanimato : si quid deinceps optimum est, ab ipsa providentia comprehenduntur, ut virtus ubique superet : dum videlicet, qui erraverant, permutantur errataque corriguntur, non aliter, quam in corpore uno per providentiam animalis custodem sanitas adhibeatur. Deinde sectione vulnereque accidente ratio rursus dispensans singula deinceps coaptet atque conglutinet, morboque sublato restituat sanitatem. Hinc fit, ut mala sequentia sint, et quadam necessitate sequentia : et secundum causas apud nos, non providentia quidem compulsos, sed ex nobis, dum coaptamus quidem nostra operibus providentiæ, a providentiaque profectis, sed non possumus, quod deinceps sequitur, connectere secundum providentiæ voluntatem : imo annectimus secundum voluntatem eorum, qui agunt, vel secundum aliud quiddam eorum, quæ in universo sunt, nec ipso quidem secundum providentiam agente vel faciente in nobis aliquam passionem. Non enim idem facit quodlibet accedens ad quodlibet : sed quod idem est, aliud facit ad aliud. Sicut pulchritudo Helenæ erga Paridem quidem aliud egit : Idomeneus autem aliter est affectus : atque intemperatus intemperato, pulcher pulchro propinquans aliud efficit : temperatus autem pulcher, temperato pulchro aliud : ipseque idem aliud adversus intemperatum, intemperatusque vicissim aliud adversus ipsum. Jam vero quod ab intemperato fit, neque a providentia, neque secundum providentiam proficiscitur. Quod vero a temperato fit, non a providentia quidem agitur, quoniam fit ab ipso : secundum providentiam tamen agitur, rationi namque providentiæ

γὰρ πρὸς τῷ λόγῳ· ὥσπερ καὶ, ὁ ὑγιεινῶς, πράξειεν ἄν τις, αὐτὸς πράξας κατὰ λόγον τὸν τοῦ ἰατροῦ· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἰατρὸς παρὰ τῆς τέχνης ἐδίδου, εἴς τε τὸ ὑγιαῖνον, εἴς τε τὸ κάμνον. Ὁ δ' ἄν τις μὴ ὑγιαῖνον ποιοῖ, αὐτός τε ποιεῖ, καὶ παρὰ τὴν πρόνοιαν τοῦ ἰατροῦ εἰργάσατο.

consentaneum est : quemadmodum, quod quis sanitati conferens agit, ipse quidem agit, secundum tamen medici rationem : id namque et medicus ex arte tradidisset, quantum vel ad salubria vel ad insalubria pertinet. Quod autem quis sanitati facit adversum, ipse quidem facit, ac præter medici providentiam egit.

Quo consequentiæ ordine ex bonis prævideri mala posse videantur. Quomodo in præsentibus sint futurorum signa.

ς'. Πόθεν οὖν καὶ τὰ χείρω μάντεις προλέγουσι, καὶ εἰς τὴν τοῦ παντὸς φορὰν ὁρῶντες, πρὸς ταῖς ἄλλαις μαντείαις, προλέγουσι ταῦτα; ἢ δῆλον ὅτι τῷ συμπεπλέχθαι πάντα τὰ ἐναντία, οἷον τὴν μορφὴν καὶ τὴν ὕλην, οἷον ἐπὶ ζώου συνθέτου ὄντος, ὅτι ὁ τὴν μορφὴν καὶ τὸν λόγον θεωρῶν καὶ τὸ μεμορφωμένον θεωρεῖ. οὐ γὰρ ὡσαύτως ζῷον νοητὸν καὶ ζῷον σύνθετον θεωρεῖ· ἀλλὰ λόγον ζώου, ἐν τῷ συνθέτῳ μορφοῦντα τὰ χείρω. Ζώου δὴ ὄντος τοῦ παντὸς, ὁ τὰ ἐν αὐτῷ γιγνόμενα θεωρῶν θεωρεῖ ἅμα καὶ ἐξ ὧν ἐστι, καὶ τὴν πρόνοιαν τὴν ἐπ' αὐτῷ· τέτακται δὴ ἐπὶ πάντα [τὰ ὄντα] καὶ τὰ γιγνόμενα. Τάδε ἐστὶ καὶ ζῶα καὶ πράξεις αὐτῶν, καὶ διαθέσεις κρατηθεῖσαι λόγῳ, καὶ ἀνάγκῃ μεμιγμέναι· μεμιγμένα οὖν θεωρεῖ, καὶ διηνεκῶς μιγνύμενα, καὶ διακρίνειν μὲν αὐτὸς οὐ δύναται πρόνοιαν, καὶ τὸ κατὰ πρόνοιαν χωρὶς, καὶ αὖ τὸ ὑποκείμενον, ὅσα δίδωσιν εἰς τὸ ὑποκείμενον παρ' αὐτοῦ. Ἀλλ' οὐδ' ἀνδρὸς τοῦτο ποιεῖν, ἢ σοφοῦ τινος καὶ θείου· ἢ θεὸς ἂν εἶχοι, φαίη τις ἄν, τοῦτο τὸ γέρας. Καὶ γὰρ οὐ τοῦ μάντεως τὸ διότι, ἀλλὰ τὸ ὅτι μόνον εἰπεῖν, καὶ ἡ τέχνη ἀνάγνωσις φυσικῶν γραμμάτων καὶ τάξιν δηλούντων, καὶ οὐδαμοῦ πρὸς τὸ ἄτακτον ἀποκλινόντων, μᾶλλον δὲ καταμαρτυρούσης τῆς φορᾶς, καὶ εἰς φῶς ἀγούσης καὶ πρὶν παρ' αὐτῶν φανῆναι, οἷος ἕκαστος, καὶ ὅσα. Συμφέρεται γὰρ καὶ ταῦτα ἐκείνοις, κἀκεῖνα τούτοις, συντελοῦντα ἅμα πρὸς σύστασιν καὶ ἀϊδιότητα κόσμου· ἀναλογίᾳ δὲ σημαίνοντα τὰ ἄλλα τῷ τετηρηκότι, ἐπεὶ καὶ αἱ ἄλλαι μαντικαὶ τῷ ἀναλόγῳ. Οὐ γὰρ ἔδει ἁπτῆσθαι ἀλλήλων τὰ πάντα, ὡμοιῶσθαι δὲ πρὸς ἄλληλα ἀμηχέπη. Καὶ τοῦτ' ἂν ἴσως εἴη τὸ λεγόμενον, ὡς συνέχει τὰ πάντα ἀναλογία· ἔστι δὲ τοιοῦτον ἡ ἀναλογία, ὥστε καὶ τὸ χεῖρον πρὸς τὸ χεῖρον, ὡς τὸ βέλτιον πρὸς τὸ βέλτιον· οἷον ὡς ὄμμα πρὸς ὄμμα, καὶ ποῦς πρὸς πόδα, θάτερον πρὸς θάτερον, καὶ, εἰ βούλει, ὡς ἀρετὴ πρὸς δικαιοσύνην, καὶ κακία πρὸς ἀδικίαν. Εἰ τοίνυν ἀναλογία ἐν τῷ παντὶ, καὶ προειπεῖν ἔνι, καὶ εἰ ποιεῖ δὲ ἐκεῖνα εἰς ταῦτα, οὕτω ποιεῖ, ὡς καὶ τὰ ἐν παντὶ ζώῳ εἰς ἄλληλα· οὐχ ὡς θάτερον γεννᾷ θάτερον, ἅμα γὰρ γεννᾶται· ἀλλ' ὡς, ᾗ πέφυκεν ἕκαστον, οὕτω καὶ πάσχει τὸ πρόσφορον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν· καὶ ὅτι τοῦτο τοιοῦτον, καὶ τὸ τοιοῦτον, τοῦτο· οὕτω γὰρ καὶ λόγος εἷς.

VI. Undenam igitur vates etiam deteriora prædicunt? et [astrologi] præter cetera vaticinia hæc quoque pronuntiant? Profecto ex eo, quod contraria omnia simul contexta sunt, ceu forma atque materia, velut in animali composito [quale est et mundus]. Itaque, qui formam rationemque contemplatur, formatum etiam contemplatur. Non enim intelligibile animal similiter atque compositum animal intuetur; sed rationem animalis in composito deteriora formantem. Cum igitur universum hoc sit animal, qui ea, quæ fiunt in ipso, videt, videt etiam, ex quibus fiunt, providentiamque in ipso regnantem, quæ quidem ordine per cuncta procedit, et quæ sunt et quæ fiunt. Hæc autem et viventia sunt, quorum actiones affectionesque et ratione superatæ sunt, et necessitati permistæ : mista igitur contemplatur, et quæ continue permiscentur. Atque ipse quidem providentiam seorsum ab eo, quod secundum providentiam est, discernere nequit, vel rursus, quod subjectum tradit ex se, ei, quod fit in ipso. Sed enim non hominis est id agere, vel sapientis cujusdam atque divini : at potius solius dei munus hoc esse quis dixerit. Non enim vatis officium est, quam ob causam aliquid fiat, cognoscere, sed sic fore tantum prænuntiare : arsque præsagiendi lectio quædam est naturalium litterarum ordinem indicantium, nec usquam ad inordinatum aliquid declinantium : sed præcipue motu mundano id testificante in lucemque producente, etiam priusquam in rebus ipsis appareat, quales sint, quantave [quæve] patiantur. Concurrunt namque in idem cum hæc una cum illis, tum vicissim cum his illa, simul ad constitutionem perpetuitatemque mundi interim conferentia. Atque secundum quandam analogiam, id est proportionis comparationem, significantia cetera his, qui talia diligenter observant : quandoquidem alia insuper vaticinia analogia quadam efficiuntur. Non enim oportuit omnia vicissim ab omnibus pendere : assimilari autem inter se quodammodo debuerunt. Idque forsan est, quod dici solet, analogiâ omnia contineri. Est autem tale quiddam analogia : Quemadmodum se habet melius ad id, quod melius, sic vicissim deterius ad deterius : ceu sicut oculus ad oculum, sic et pes comparatur ad pedem, tanquam alterum adversus alterum : item si placet, quod est virtus ad justitiam, id vitium ad injustitiam. Si igitur in universo regnat analogia, nimirum licet vaticinari : ac si illa in hæc agunt, sic utique agunt, ut, quæ in omni sunt animali, invicem operantur, non quia alterum generet alterum (simul namque gignuntur); sed quia, quali natura præditum est unumquodque, tali quadam ratione patitur, quod est naturæ propriæ consentaneum. Et quia hoc quidem tale quiddam, et tale quiddam hoc similiter : sic enim et ratio una est.

Quod in providentia dei actio artificiosa et naturalis est eadem, quæ gubernat mundum sicut vita plantam.

ζ'. Καὶ ὅτι δὲ τὰ βελτίω, καὶ τὰ χείρω· ἐπεὶ πῶς ἂν εἴη τι χεῖρον ἐν πολυειδεῖ, μὴ ὄντος βελτίονος; ἢ πῶς τὸ βέλτιον, μὴ χείρονος; ὥστε οὐκ αἰτιατέον τὸ

VII. Præterea, quoniam meliora sunt in mundo, idcirco sunt quoque deteriora. Quo enim pacto deterius aliquid in opere multiformi esse potest, nisi sit et melius? vel vicissim quomodo melius, nisi sit et pejus? Quam ob rem

χεῖρον ἐν τῷ βελτίονι, ἀλλὰ ἀποδεκτέον τὸ βέλτιον, ὅτι ἔδωκεν ἑαυτοῦ τῷ χείρονι. Ὅλως δὲ οἱ ἀναιρεῖν ἀξιοῦντες τὸ χεῖρον ἐν τῷ παντὶ ἀναιροῦσι πρόνοιαν αὐτήν. Τίνος γὰρ ἔσται; οὐ γὰρ δὴ αὐτῆς, οὐδὲ τοῦ βελτίονος· ἐπεὶ καὶ τὴν ἄνω πρόνοιαν ὀνομάζοντες πρὸς τὸ κάτω λέγομεν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς ὃ πάντα ἀρχὴ, ἐν ᾗ ὁμοῦ πάντα καὶ ὅλον πάντα. Πρόεισι δὲ ἤδη ἐκ ταύτης ἕκαστα, μενούσης ἐκείνης ἔνδον, οἷον ἐκ ῥίζης μιᾶς ἑστώσης αὐτῆς ἐν αὐτῇ· τὰ δὲ ἐξήνθησεν εἰς πλῆθος μεμερισμένον, εἴδωλον ἕκαστον ἐκείνου φέρον, ἄλλο δ' ἐν ἄλλῳ ἐνταῦθα ἤδη ἐγίγνετο. Καὶ ἦν τὰ μὲν πλησίον τῆς ῥίζης, τὰ δὲ προϊόντα εἰς τὸ πόρρω ἐσχίζετο, καὶ μέχρις οἷον κλάδων καὶ ἄκρων καὶ καρπῶν καὶ φύλλων· καὶ τὰ μὲν ἔμενεν ἀεὶ, τὰ δὲ ἐγίγνετο ἀεὶ οἱ καρποὶ καὶ τὰ φύλλα. Καὶ τὰ γιγνόμενα ἀεὶ εἶχε τοὺς τῶν ἐπάνω λόγους ἐν αὑτοῖς, οἷον μικρὰ δένδρα βουληθέντα εἶναι. Καὶ εἰ ἐγέννησε πρὶν φθαρῆναι, τὸ ἐγγὺς ἐγέννα μόνον· τὰ δὲ διάκενα, οἷον τῶν κλάδων, ἐπληροῦτο αὖ ἐκ τῆς ῥίζης, καὶ αὐτῶν ἄλλον τρόπον πεφυκότων, ἐξ ὧν καὶ ἔπασχε τὰ ἄκρα τῶν κλάδων, ὡς ἐκ τοῦ πλησίον οἴεσθαι τὸ πάθος ἰέναι μόνον· τὸ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὖ τὸ μὲν ἔπασχε, τὸ δὲ ἐποίει. Ἡ δ' ἀρχὴ ἀνήρτητο καὶ αὐτή· πόρρωθεν μὲν γὰρ ἐλθόντα, ἄλλα τὰ ποιοῦντα εἰς ἄλληλα, ἐξ ἀρχῆς δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, οἷον εἰ ἀδελφοὶ δρῷέν τι ἀλλήλους ὅμοιοι γενόμενοι, ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρμηθέντες τῶν πεποιηκότων.

non debemus in meliori deterius accusare, sed potius, quod est melius, approbare, quoniam deteriori sui nonnihil impertiat. Omnino autem, quicumque deterius e mundo tollendum censent, tollunt ipsam etiam providentiam. Cujusnam amplius providentia erit? Non enim sui ipsius, neque etiam melioris: quandoquidem dum supernam providentiam nominamus, ad id eam, quod inferius est, referimus. Ipsum namque, in quod omnia redigunt, principium est, in quo sunt omnia simul, et omnia totum. Procedunt autem ex hoc jam omnia, intus ipso manente, ceu ex una radice in se ipsa conquiescente in multitudinem jam divisam plurimam pullulant singula illius similitudinem præferentia: aliud autem in alio hic jam est factum. Suntque alia quidem propinqua radici, alia vero longius procedentia dividuntur, ac velut usque ad ramos atque ramusculos fructusque et folia: et alia quidem semper manent, alia vero fiunt semper fructus et folia. Et quæ semper fiunt, superiorum rationes possident in se ipsis, quasi exiguæ quædam arbusculæ esse velint. Ac si generarent, antequam putrescerent, propinquum solummodo generarent: ipsa vero, quasi vacua ramorum spatia, rursus ab ipsa radice replentur, aliterque natura se habent: ex quibus patiuntur extrema ramorum, adeo ut ex ipso propinquo passio solum contingere videatur. Quod autem secundum principium est, hoc quidem patitur, hoc vero facit. Principium vero est ipsum quoque connexum: procul enim progredientia alia jam in alia inter se agunt: ex principio autem ab eodem: ceu si fratres invicem aliquid agant facti similes, utpote qui ex genitoribus eisdem orti fuerint.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Δ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙΛΗΧΟΤΟΣ ΗΜΑΣ ΔΑΙΜΟΝΟΣ.

ENNEADIS TERTIÆ

LIBER IV.

DE PROPRIO CUJUSQUE DÆMONE.

(283, 284.) [512—514.]

Mens sine alteratione sui generat : anima quodam modo mota gignit.

Α'. Τῶν μὲν αἱ ὑποστάσεις γίγνονται μενόντων ἐκείνων· ἡ δὲ ψυχὴ κινουμένη ἐλέγετο γεννᾷν καὶ αἴσθησιν τὴν ἐν ὑποστάσει καὶ φύσιν καὶ μέχρι φυτῶν. Καὶ γὰρ ἔχει αὐτὴν καὶ ἐν ἡμῖν οὖσα· κρατεῖ δὲ μέρος οὖσα. Ὅταν δὲ ἐν φυτοῖς γένηται [l. γεννᾶται], αὕτη κρατεῖ, οἷον μόνη γενομένη· αὕτη μὲν οὖν οὐδὲν γεννᾷ, γεννᾷ πάντη ἕτερον αὐτῆς. Οὐκέτι γὰρ ζωὴ μετὰ ταύτην, ἀλλὰ τὸ γενόμενον ἄζωον. Τί οὖν; ἢ [εἰκός ἐστιν] ὥσπερ πᾶν, ὅσον πρὸ τούτου ἐγεννᾶτο, ἀμόρφωτον ἐγεννᾶτο, εἰδοποιεῖτο δὲ τῷ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὸ γεννῆσαν, οἷον ἐκτρεφόμενον· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τὸ γεννηθὲν, οὐ ψυχῆς ἔτι εἶδος, οὐ γὰρ ἔτι ζῇ, ἀλλ' ἀοριστίαν εἶναι [l. ἔχει] παντελῆ· ἡ μὲν γὰρ κἀν τοῖς πρότερος ἡ ἀοριστία, ἀλλ' ἐν εἴδει. Οὐ γὰρ πάντη ἀόριστον, ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν τελείωσιν αὐτοῦ. Τὸ δὲ νῦν, πάντη, τελειούμενον δὲ γίγνεται σῶμα, μορφὴν λαβὸν τὴν τῇ τοῦ δυνάμει πρόσφορον, ὑποδοχὴν τοῦ γεννήσαντος καὶ ἐκθρέψαντος, καὶ μόνον τοῦτο ἐν σώματι ἔσχατον τῶν ἄνω, ἐν ἐσχάτῳ τοῦ κάτω.

I. Sunt quæ subsidentem actum suum manendo producant : anima vero mota dicitur generare sensum in actu subsidente, atque naturam, et ad plantas usque procedere. Naturam enim subsidentem habet etiam, dum est in nobis, sed tanquam pars dominatur. Quando vero plantis inseritur, ipsa prævalet tanquam sola relicta : ipsa igitur nihil generat, imo generat, sed prorsus ab ea diversum. Non enim ulterius post hanc viget vita, sed, quod factum est, jam vita caret. Quid ergo? Forsan sicut, quicquid ante hoc est genitum, informe genitum est, formatum vero est conversione quadam ad genitorem, quasi sic inde nutritum : similiter et hîc quod gignitur, non amplius est animæ species. Non enim vivit ulterius : sed est quiddam prorsus indefinitum, sive indefinitas quædam. In superioribus quidem est interminata natura, sed in specie quadam consistit. Non enim est prorsus indefinita, sed quatenus ad suam refertur perfectionem. Quod autem hîc indeterminatum dicitur, indefinitum est omnino et indefinitas ipsa : quæ quidem, dum perficitur, corpus evadit, accipiens formam potentiæ suæ accommodatam, participationem videlicet generantis et nutrientis, idque in corpore solum superiorum est extremum, in ipso inferioris extremo.

Transmigratio animarum.

Β'. Καὶ τὸ « ψυχὴ πᾶσα ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου », ἐπὶ ταύτης μάλιστα· αἱ δ' ἄλλαι ἄλλως. Πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσιν, ἢ ἐν αἰσθητικῷ εἴδει, ἢ ἐν λογικῷ, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ φυτικῷ. Τὸ γὰρ κρατοῦν αὐτῆς μόριον τὸ ἑαυτῷ πρόσφορον ποιεῖ, τὰ δ' ἄλλα ἀργεῖ· ἔξω γάρ· ἐν δὲ ἀνθρώπῳ οὐ κρατεῖ τὰ χείρω, ἀλλὰ σύνεστιν. Οὐδέ γε τὸ κρεῖττον ἀεί· ἔστι γὰρ καὶ ταῦτα χώραν τινὰ ἔχοντα· διὸ καὶ ὡς αἰσθητικοί· ἔστι γὰρ καὶ ὄργανα αἰσθήσεως· καὶ πολλὰ ὡς φυτά· ἔστι γὰρ σῶμα αὐξόμενον καὶ γεννῶν· ὥστε πάντα συνεργεῖ. Κατὰ δὲ τὸ κρεῖττον τὸν ὅλον εἶδος ἄνθρωπος. Ἐξελθοῦσα δὲ, ὅ τι περ ἐπλεόνασε, τοῦτο γίγνεται. Διὸ φεύγειν δεῖ πρὸς τὸ ἄνω, ἵνα μὴ εἰς τὴν αἰσθητικὴν, ἐπακολουθοῦντες τοῖς αἰσθητοῖς εἰδώλοις, μηδὲ εἰς τὴν φυτικὴν, ἐπακολουθοῦντες τῇ ἐφέσει τοῦ γεννᾷν καὶ ἐδωδῶν λιχνείαις, ἀλλ' εἰς τὸ νοερὸν καὶ νοῦν καὶ θεόν. Ὅσοι μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐτήρησαν, πάλιν ἄνθρωποι· ὅσοι δὲ αἰσθήσει μόνον ἔζησαν, ζῶα· ἀλλ' εἰ μὲν αἰσθήσει μετὰ θυμοῦ, τὰ ἄγρια· καὶ ἡ διαφορὰ ἡ ἐν τούτοις τὸ διάφορον τῶν τοιούτων ποιεῖ· ὅσοι δὲ μετ' ἐπιθυμίας καὶ τῆς ἡδονῆς τοῦ ἐπιθυμοῦντος, τὰ ἀκόλαστα τῶν ζώων καὶ γαστρίμαργα· εἰ δὲ μηδὲ αἰσθήσει μετὰ τούτων, ἀλλὰ νωθείᾳ αἰσθήσεως μετ' αὐτῶν, καὶ φυτά.

II. Proinde quod dicitur a Platone : « anima omnis totius inanimati curam habet », in hac anima potissimum habet locum : aliæ vero se aliter habent. Per totum itaque cælum revolvitur, alias in aliis speciebus, sive in sensuali specie, sive rationali, sive etiam vegetali. Pars enim ejus dominans consentaneum sibi peragit minus, cetera vero torpent : extra namque relicta videntur : in homine autem non superant, quæ deteriora sunt, sed simul exsistunt. Neque tamen, quod melius est, superat semper : nam hæc quoque locum in eo suum habent. Quam ob rem et tanquam sensuales vivunt : adsunt enim et instrumenta sensus. Multa quoque ab hominibus fiunt quasi plantis : corpus siquidem ceu planta ab intrinseco augetur et gignitur : quapropter omnia in agendo communicant. Secundum vero id quod melius est, tota species homo censetur. Anima tandem e corpore migrans id ipsum, quo abundavit, evadit. Itaque ad superiora confugiendum, ne in sensualem speciem delabamur, simulacris videlicet sensibilibus obsequuti : neve in vegetalem vitam præcipitemur, mancipati libidini generandi et irretiti suavitate saporum, sed ad intellectuale, ad intellectum, ad deum totis viribus assurgendum. Quicumque igitur proprietatem servaverunt humanam, homines iterum renascuntur : quicumque vero solo usi sunt sensu, bruta animalia redeunt : ita tamen, ut, qui sensu præcipue una cum ira, animalia fera exoriantur, atque in his differentia differentiam quoque talium afferat. Qui vero sensu per concupiscentiam voluptatemque usi sunt, salacia et inguviosa animalia revertuntur : verum si non tam sensu una cum his, quam sensus segnitie vixerint, una cum ipsis

Μόνον γὰρ τοῦτο ἢ μάλιστα ἐνήργει τὸ φυτικόν, καὶ ἦν αὐτοῖς μελέτη δενδρωθῆναι· τοὺς δὲ φιλομούσους μὲν, καθαρίους δὲ τὰ ἄλλα, εἰς τὰ ᾠδικά· τοὺς δὲ ἀλόγως βασιλέας, ἀετούς, εἰ μὴ ἄλλη κακία παρείη· μετεωρολόγους δὲ ἄνευ φρονήσεως, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀεὶ αἱρομένους, εἰς ὄρνεις μετεώρους ταῖς πτήσεσιν· ὁ δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν, ἄνθρωπος· ὁ δὲ ἧττον ἀρετῆς πολιτικῆς μετέχων, πολιτικὸν ζῶον, ἢ μέλιττα [ἢ] τὰ τοιαῦτα.

plantæ repullulant. Solum namque vel maxime in his viguit vegetale, omnisque illis cura fuit, ut in plantas commutarentur. Proinde qui musicis modulis nimium deliniti vixerunt, in ceteris non depravati, animalia musica renascuntur. Et qui sine ratione regnarunt, fiunt aquilæ, nisi pravitate alia sint infecti. Qui absque sapientia confidentius sublimia tractarunt, in cælum sæpe suspicientes, mutantur in aves altiora semper volatu petentes. Qui civilem virtutem consequutus est, homo revertitur: sed qui civilem virtutem haud satis est assecutus, in civile animal, in apem vel similia se transformat.

Dæmones nostri sunt aliquid, ipsius animæ præsidens videlicet, potestas potestati animæ, qua vivimus: itaque secundum vitæ differentias sunt in nobis dæmones differentes.

Ι'. Τίς οὖν δαίμων, ὁ καὶ ἐνταῦθα; τίς δὲ θεὸς, ἢ ὁ ἐνταῦθα ἡγούμενον. Ἆρ' οὖν τοῦτό ἐστιν ὁ δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἵλήχει, ἢ οὔ; ἀλλὰ τὸ πρὸ αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ ἐφέστηκεν ἀργοῦν· ἐνεργεῖ δὲ τὸ μετ' αὐτό. Καὶ ἐσμὲν τὸ ἐνεργοῦν, ἢ αἰσθητικοί, καὶ ὁ δαίμων τὸ λογικόν· εἰ δὲ κατὰ τὸ λογικὸν ζῶμεν, ὁ δαίμων τὸ ὑπὲρ τοῦτο, ἐφεστὼς ἀργὸς, συγχωρῶν τῷ ἐργαζομένῳ. Ὀρθῶς οὖν λέγεται ἡμᾶς αἱρήσεσθαι· τὸν γὰρ ὑπερκείμενον κατὰ τὴν ζωὴν αἱρούμεθα. Διὰ τί οὖν αὐτὸς ἄγει; ἢ τὸν βιοτεύσαντα οὐκ ἔστιν ἄγειν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ μὲν ἄγειν, ὅτε ἔζη· παυσάμενον δὲ τοῦ ζῆν ἄλλῳ παραχωρεῖν τὴν ἐνέργειαν, τεθνηκότα τὴν αὐτοῦ κατ' ἐνέργειαν ζωήν. Ὁ μὲν οὖν ἐθέλει ἄγειν, καὶ κρατήσας ζῇ αὐτὸς, ἄλλον καὶ αὐτὸς ἔχων δαίμονα· εἰ δὲ βαρύνοιτο τῇ ῥώσει τοῦ χείρονος ἤθους, ἔχει ἐκεῖνο τὴν δίκην. Ταύτῃ καὶ ὁ κακὸς ἐπὶ τὸ χεῖρον, βρίσαντος πρὸς τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἐνεργήσαντος ἐν τῇ ζωῇ, εἰς βίον θήρειον· εἰ δὲ ἔπεσθαι δύναιτο τῷ δαίμονι τῷ ἄνω αὐτοῦ, ἄνω γίγνεται ἐκεῖνον ζῶν· καὶ ἐφ' ὃ [l. ὑφ' οὗ] ἄγεται κρεῖττον μέρος αὐτοῦ, ἐν προστασίᾳ θέμενος, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἄλλον ἕως ἄνω. Ἔστι γὰρ καὶ πολλὰ ἡ ψυχὴ, καὶ πάντα, καὶ τὰ ἄνω, καὶ τὰ κάτω αὖ, μέχρι πάσης ζωῆς. Καὶ ἐσμὲν ἕκαστος κόσμος νοητὸς, τοῖς μὲν κάτω συνάπτοντες τῷδε, τοῖς δὲ ἄνω καὶ τοῖς κόσμου τῷ νοητῷ, καὶ μένομεν τῷ μὲν ἄλλῳ παντὶ νοητῷ ἄνω· τῷ δὲ ἐσχάτῳ αὐτοῦ, πεπεδήμεθα τῷ κάτω, οἷον ἀπόῤῥοιαν ἀπ' ἐκείνου διδόντες εἰς τὸ κάτω, μᾶλλον δὲ ἐνέργειαν, ἐκείνου οὐκ ἐλαττωμένου.

III. Quisnam igitur in his dæmon esse dicetur? quis item deus? Num, qui in his præcipue operatur? Quod enim operatur, unumquemque ducit tanquam ibi sit principale. Numquid igitur id dæmon est, qui sortitus est viventem? Non forte. Imo vero quod est super ipsum: quod quidem præsidet quasi quietum: quod vero est post ipsum, agit; nosque sumus potissimum id, quod agit. Ac si tanquam sensuales agimus atque vivimus, ipsa ratio noster est dæmon: sin autem ratione vivamus, dæmon est, quod ratione superius, dæmon, inquam, præsidens, negotiosum alteri concedens officium. Recte itaque dicitur apud Platonem: Vos dæmonem eligetis. Præfectum namque nobis secundum vitæ genus eligimus. Cur nam igitur ipse ducit? Forsan non datur ducere vita perfunctum: sed antea quidem poterat, quando vivebat. Vita vero perfunctum alteri oportet concedere actionem: utpote qui actualem sui vitam jam deposuerit. Hic igitur vult jam ducere, et quod superavit, vivit ipse, alium et ipse dæmonem habens: si autem ingravescat, more videlicet deteriore præponderante, dat pœnas. Hac quoque ratione pravus labitur in deterius, declinante scilicet eo, quod in homine agit, per vitæ similitudinem in ferinam vitam: sin autem obtemperare posset superiori ipsius dæmoni, superior fieret, illius vita vivens, atque præscribens sibi ipsi præsidem, ipsam præstantiorem sui partem, qua ducitur: atque ultra illum insuper alium, quousque ad supremum progrediatur. Est enim anima multa, imo omnia, tum superiora, tum rursus inferiora, usque ad omnem vitæ gradum. Nempe unusquisque nostrûm intelligibilis mundus est, ac per inferiora nostra huic mundo conjungimur, per superiora vero, quæ ad intelligibilem mundum pertinent, intelligibilem mundum attingimus, permanemusque in sublimi per id, quod in nobis est prorsus intelligibile: per id autem, quod ejus est ultimum, alligamur inferiori; quasi defluxum quendam ab ipso ad inferius demittentes, imo potius actum illius, ipso minime deminuto.

Natura vegetalis sempiterna est. Anima mundi sine attentione regit corpus et sentit.

Δ'. Ἆρ' οὖν ἀεὶ ἐν σώματι τοῦτο, ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ στραφῶμεν, συνεπιστρέφεται καὶ τοῦτο. Τί οὖν ἢ τοῦ παντὸς ἀποστήσεται καὶ τὸ αὐτῆς μέρος στραφείσης, ἢ οὐδὲ συνένευσε τῷ μέρει αὐτῆς τῷ ἐσχάτῳ; οὐδὲ γὰρ ἦλθεν, οὐδὲ κατῆλθεν, ἀλλὰ μενούσης προσάπτεται τὸ σῶμα τοῦ κόσμου, καὶ οἷον καταλάμπεται, οὐκ ἐνοχλουμένου δὲ παρέχον μερίμνας, ἐν ἀσφαλεῖ τοῦ κόσμου κειμένου. Τί οὖν, οὐκ αἰσθάνεταί τινα αἴσθησιν; ὅρασιν οὐκ ἔχει, φησὶν, ὅτι μηδὲ ὀφθαλμοὺς, οὐδὲ ὦτα, οὐδὲ ῥῖνας δηλονότι, οὐδὲ γλῶτταν. Τί οὖν, συναίσθησιν ὥσπερ ἡμεῖς τῶν ἐντὸς ἡμῶν, ἢ ὁμοίως κατὰ φύσιν ἐχόντων, ἠρέμησις, οὐδὲ

IV. Sed numquid actus animæ ad inferiora demissus semper est in corpore? Nequaquam. Si enim ad superna convertimur, simul ille convertitur. Quid ergo de actu ejusmodi sive parte animæ mundi dicemus? numquid ea ad superiora conversa hæc quoque hinc avertitur? Profecto non consensit omnino hæc anima parti ipsius infimæ, neque processit, neque descendit: sed illa manente mundi corpus annectitur, ac velut accenditur lumineque perfunditur: cumque mundus in tuto sit collocatus, ideoque minime perturbetur, merito animam non perturbat. Quid ergo? nihilne sentit omnino? visum quidem non habet mundus, Timæus inquit: quoniam neque oculos: non habet auditum, ideoque nec aures, neque nares [videlicet] neque linguam. Habetne igitur consensionem quandam, quodammodo, quæ in ipso sunt, percipientem, qualem in nobis nos experimur? At forsan, cum semper secundum naturam in eo cuncta se similiter habeant, quies in eo est,

ἡδονή; πάρεστιν οὖν καὶ τὸ φυτικὸν, οὐ παρὸν, καὶ τὸ αἰσθητικὸν ὡσαύτως. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ κόσμου ἐν ἄλλοις· νῦν δὲ, ὅσον ἐφήπτετο ἡ ἀπορία αὐτοῦ, εἴρηται.

quantum spectat ad sentiendum, neque voluptas inest. Adest igitur et vegetale, quasi non adsit, et sensuale similiter. Verum de mundo quidem alibi : in præsentia vero, quantum attigit dubitatio, dictum fuerit.

Anima secundum mutationes suas mutat dæmonem, quem præcipuum habet intimum, id est, potestatem animæ proximæ præsidentem negotiosæ potentiæ.

Ε'. Ἀλλ' εἰ ἐκεῖ αἱρεῖται τὸν δαίμονα καὶ εἰ τὸν βίον, πῶς ἔτι τινὸς κύριοι; ἢ καὶ ἡ αἵρεσις ἐκεῖ ἡ λεγομένη τὴν τῆς ψυχῆς προαίρεσιν καὶ διάθεσιν καθόλου καὶ πανταχοῦ αἰνίττεται. Ἀλλ' εἰ ἡ προαίρεσις τῆς ψυχῆς κυρία, καὶ τοῦτο κρατεῖ, ὃ ἂν πρόχειρον ἔχῃ μέρος ἐκ τῶν προβεβιωμένων, οὐκέτι τὸ σῶμα αἴτιον οὐδενὸς κακοῦ αὐτῷ. Εἰ γὰρ προτερεῖ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος τοῦ σώματος, καὶ τοῦτο ἔχει, ὃ εἵλετο, καὶ τὸν δαίμονα, φησὶν, οὐκ ἀλλάττεται, οὐδὲ ὁ σπουδαῖος ἐνταῦθα γίγνεται, οὐδὲ ὁ φαῦλος. Ἆρ' οὖν δυνάμει ἐστὶν ἑκάτερος, ἐνεργείᾳ δὲ γίγνεται; τί οὖν εἰ φαύλου σώματος ὁ τὸ ἦθος σπουδαῖος τύχοι; ὁ δὲ τἀναντία; ἢ δύναται μᾶλλον καὶ ἧττον τὰ τῆς ψυχῆς ἑκατέρας ἑκάτερα τὰ σώματα παρέχεσθαι· ἐπεὶ καὶ αἱ ἄλλαι ἔξωθεν τύχαι τὴν ὅλην προαίρεσιν οὐκ ἐκβιβάζουσιν. Ὅταν δὲ λέγηται, ὡς πρῶτον οἱ κλῆροι, εἶτα τὰ τῶν βίων παραδείγματα, ἔπειτα τὰ ἐν ταῖς τύχαις, καὶ ὡς ἐκ τῶν παρόντων τοὺς βίους, κατὰ τὰ ἤθη, τὸ κύριον μᾶλλον δίδωσι ταῖς ψυχαῖς, διατιθείσαις τὰ δοθέντα πρὸς τὰ αὐτῶν ἤθη. Ὅτι γὰρ ὁ δαίμων οὗτος οὐ παντάπασιν ἔξω, ἀλλ' οὕτως ὡς μὴ συνδεδεμένος, οὐδ' ἐνεργῶν, ἡμέτερος δὲ, ὡς ψυχῆς πέρι εἰπεῖν, οὐχ ὁ ἡμέτερος δέ, εἰ ὡς ἄνθρωποι τοιοίδε τὴν ὑπ' αὐτὸν ζωὴν ἔχοντες, μαρτυρεῖ τὰ ἐν τῷ Τιμαίῳ, ἃ εἰ μὲν ὧδε ληφθείη, οὐδεμίαν ἕξει μάχην, σχόντα ἄν τινα ἀσυμφωνίαν, εἰ ἄλλως ὁ δαίμων ληφθείη. Τὸ δὲ ἀποπληρωτὴν ὧν τις εἵλετο, καὶ αὐτὸ σύμφωνον· οὔτε γὰρ πολὺ κατωτέρω ἐᾷ ἐλθεῖν εἰς τὸ χεῖρον ὑπερκαθήμενος· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνεργεῖ μόνον τὸ ὑπ' αὐτὸν οὔτε ὑπεράνω αὐτοῦ, οὔτε εἰς ἴσον· οὐ γὰρ δύναται ἄλλο γενέσθαι, ἢ ἔστι.

V. Proinde si anima illic eligit dæmonem atque vitam, quomodo ulterius actionis alicujus domini sumus? Forsan, quæ illic electio dicitur, subobscure indicat propositum affectionemque animæ communiter et ubique. At si electio animæ domina est, eaque pars superat, quam ex superioris vitæ actis promptiorem habet, non ulterius corpus mali alicujus causa animæ est dicendum. Si enim ipse mos animæ prærogativa quadam antecedit corpus, idque, quod elegit, habet, et dæmonem (ut Plato inquit) non commutat, nimirum neque bonus hic fit, neque malus. Fortasse potentia quadam est uterque, actu vero fit. Quid ergo dicendum, si quando, qui probos habet mores, in corpus incidat malum? atque vicissim malis imbutus moribus, bonum corpus aliquando naneiscatur? Forsan possunt magis minusve, quæ ad animam utramque pertinent, utraque corpora sic aut sic afficere : quandoquidem et aliæ externæ fortunæ totam prorsus electionem nequaquam expellunt. Quando vero dicitur primo quidem sortes exstare, deinde vitarum exempla proponi, post hæc fortunas sequi : rursus ex præsentibus propositisque vitas eligi secundum mores : hæc, inquam, omnia auctoritatem potius tribuunt animabus ad mores suos, quæ data sunt, componentibus. Quod igitur hic dæmon non omnino extrinsecus sit, sed ita se habeat, quasi neque colligatus, neque rursus proprie operans : sit autem noster, quoniam de anima [et aliquid animæ] dici possit, neque tamen noster, qua ratione nos tales quidam homines sumus vitam talem sub ipso habentes, testimonio nobis esse possunt, quæ in Timæo tractantur : quæ quidem si hac ratione accipiantur, nulla sequetur dissonantia : si autem aliter dæmon accipiatur, dissonantia quædam sequitur. Rursus quod ait dæmonem esse eorum, quæ quis elegerit, expletorem, id quoque consonat : nobis namque præsidens non sinit longe inferius ad id, quod est deterius, prolabi : sed illud agit solum, quod sub ipso est, neque superius ipso, neque æqualiter : non enim potest aliud fieri, quam qua ratione exsistit.

Anima vivens intelligentia pro dæmone habet deum : dæmon non cogit animam. Item, mutari potest pro mutatione animæ. Item de judicio animarum. Item, quomodo repetunt sidera, ac vicissim relabuntur in fatum, in quo non patiuntur tantum sed etiam aliquid agunt.

Ϛ'. Τίς οὖν ὁ σπουδαῖος; ἢ ὁ τῷ βελτίονι ἐνεργῶν· ἢ οὐκ ἂν ἦν σπουδαῖος συνεργοῦντα ἑαυτῷ τὸν δαίμονα ἔχων. Νοῦς γὰρ ἐνεργεῖ ἐν τούτῳ· ἢ οὖν δαίμων αὐτὸς, ἢ κατὰ δαίμονα, καὶ δαίμων τούτῳ θεός. Ἆρ' οὖν καὶ ὑπὲρ νοῦν; εἰ τὸ ὑπὲρ νοῦν δαίμων αὐτῷ. Διὰ τί οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς; ἢ διὰ τὸν θόρυβον τὸν ἐκ τῆς γενέσεως· ὑπάρχει δὲ ὅμως καὶ πρὸ λόγου ἡ κίνησις ἡ ἔνδοθεν ὀρεγομένη τῶν αὐτῆς. Πάντως οὖν κατορθοῖ, ἢ οὐ πάντως; εἴπερ οὕτως ἡ ψυχὴ διαθέσεως ἔχει ὡς ἐν τούτοις τοῖς τοιοῖσδε τοιάδε οὖσα, τοῦτον ἔχειν βίον, καὶ ταύτην προαίρεσιν. Ὁ μέντοι δαίμων οὗτος, ὃν λέγομεν, ἀγαγὼν λέγεται εἰς ᾅδου, οὐκέτι ὁ αὐτὸς μένειν, ἐὰν μὴ τὰ αὐτὰ ἕληται πάλιν. Πρὸ δὲ τοῦ πῶς; τὸ ὂν ἀγαγεῖν εἰς τὴν κρίσιν, τὸ εἰς τὸ αὐτὸ

VI. Quisnam igitur probus est, quidve agit? Fortasse probus est, in quo id, quod est, melius operatur : alioquin non esset probus, si dæmonem haberet secum cooperantem. Intellectus enim in hoc agit; aut igitur dæmon ipse est, aut secundum dæmonem : atque dæmon huic est deus. Numquid igitur etiam super intellectum? siquidem id, quod super intellectum est, ipsi dæmon exsistit. Sed cur non ab initio statim hoc munere quis fruitur? Forsan ob perturbationem ab ipsa generatione vehementer illatam. Adest tamen etiam ante rationis discursum intimus quidam motus, ea, quæ sibi consentanea sunt, appetens. Numquid omnino corrigit dirigitque prorsus ad optimum? Forsan haud omnino : siquidem anima sic est affecta, ut in his utique talibus ipsa quoque talia quædam exsistens, hanc habeat vitam, et hanc electionem atque propositum. Præterea hic dæmon, de quo verba facimus, deducere animam ad inferos dicitur : neque idem omnino manere, nisi forte anima rursus eadem eligat. Ante id vero quomodo se habet? dicitur utique adducere ad judicium,

σχῆμα ἐλθεῖν μετὰ τὴν ἀπογένεσιν, ὃ εἶχε πρὸ τῆς γενέσεως· εἶτα, ὥσπερ ἀπ' ἀρχῆς ἄλλης, τὸν μεταξὺ τῆς ὕστερον γενέσεως χρόνον ταῖς κολαζομέναις πάρεστιν· ἢ οὐδὲ βίος αὐταῖς, ἀλλὰ δίκη. Τί δὲ ταῖς εἰς θήρεια σώματα εἰσιούσαις ἔλαττον ἢ δαίμων; ἢ πονηρός γε, ἢ εὐήθης; ταῖς δὲ ἄνω, ἢ τῶν ἄνω, αἱ μὲν ἐν αἰσθητῷ, αἱ δὲ ἔξω. Αἱ μὲν οὖν ἐν αἰσθητῷ, ἢ ἐν ἡλίῳ ἢ ἐν ἄλλῳ τῶν πλανωμένων, αἱ δ' ἐν τῇ ἀπλανεῖ ἑκάστη, καθὸ λογικῶς ἐνήργησεν ἐνταῦθα· χρὴ γὰρ οἴεσθαι καὶ κόσμον εἶναι ἐν ψυχῇ ἡμῶν μὴ μόνον νοητὸν, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς τῆς κόσμου ὁμοειδῆ διάθεσιν. Νενεμημένης οὖν κἀκείνης εἴς τε τὴν ἀπλανῆ καὶ τὰς πλανωμένας κατὰ δυνάμεις διαφόρους, ὁμοειδεῖς ταύταις ταῖς δυνάμεσι καὶ τὰς παρ' ἡμῖν εἶναι, καὶ ἐνέργειαν εἶναι παρ' ἑκάστης· καὶ ἀπαλλαγείσας ἐκεῖ γίγνεσθαι πρὸς ἄστρον τὸ σύμφωνον τῷ ἐνεργήσαντι καὶ ζήσαντι ἦθει καὶ δυνάμει· καὶ τοιούτῳ θεῷ καὶ δαίμονί γε, ᾧ αὐτῷ τούτῳ χρήσεται, ᾧ τῷ ὑπὲρ ταύτην τὴν δύναμιν. Σκεπτέον δὲ τοῦτο [τί] τὸ βέλτιον· τὰς δὲ ἔξω γενομένας τὴν δαιμονίαν φύσιν ὑπερβεβηκέναι, καὶ πᾶσαν εἱμαρμένην γενέσεως, καὶ ὅλως ἐν τῷδε τῷ ὁρατῷ, ἕως ἐστὶν ἐκεῖ· συνανενεχθείσης καὶ τῆς ἐν αὐτῇ φιλογενέσεως οὐσίας, ἣν εἴ τις λέγοι ταύτην εἶναι τὴν περὶ τὰ σώματα γιγνομένην μεριστὴν, συμπληθύνουσαν ἑαυτὴν καὶ συμμερίζουσαν τοῖς σώμασιν, ὀρθῶς λέξει. Μερίζεται δὲ οὐ μεγέθει· τὸ γὰρ αὐτὸ ἐν πᾶσιν ὅλον, καὶ πάλιν ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς ζώου ἀεὶ πολλὰ γεννᾶται, ταύτης μεριζομένης οὕτως ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν φυτῶν· περὶ τὰ σώματα γὰρ καὶ αὐτὴ μεριστή· καὶ ὅτε μὲν μένουσα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, δίδωσιν, οἷον ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς· ὅπου δὲ ἀπελθοῦσα, πρὶν ἀπελθεῖν ἔδωκεν, οἷον καὶ ἐν τοῖς ἀνῃρημένοις φυτοῖς, ἢ ἐν ζώοις ἀποθανοῦσιν, ἐκ σήψεως πολλῶν ἐξ ἑνὸς γεννηθέντων· συνεργεῖν δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ παντὸς τὴν τοιαύτην δύναμιν, ἐνταῦθα τὴν αὐτὴν οὖσαν. Πάλιν δὲ ἐὰν ᾖ ἡ ψυχὴ ἐνταῦθα, ἢ τὸν αὐτὸν, ἢ ἄλλον ἔχει δαίμονα, κατὰ τὴν ζωὴν, ἣν ποιήσεται. Ἐπιβαίνει οὖν μετὰ τούτου τοῦ δαίμονος, ὥσπερ σκάφους, τοῦδε τοῦ παντὸς πρῶτον· εἶτα παραλαβοῦσα ἡ τοῦ ἀτράκτου λεγομένη φύσις κατέταξεν ὥσπερ ἐν νηΐ, εἴς τινα ἕδραν τύχης· περιαγούσης δὲ τῆς περιφορᾶς, ὥσπερ πνεύματος τὸν ἐπὶ τῆς νεὼς καθήμενον ἢ καὶ φερόμενον, πολλαὶ καὶ ποικίλαι γίγνονται καὶ θέαι, καὶ μεταθέσεις, καὶ συμπτώματα, καὶ ὥσπερ ἐν αὐτῇ τῇ νηΐ, ἢ παρὰ τοῦ σάλου τῆς νεὼς, ἢ παρ' αὐτοῦ κινηθέντος ὁρμῇ οἰκείᾳ, ἣν ἂν σχοίη τῷ ἐπὶ νεὼς εἶναι παρὰ τὸν ἑαυτοῦ τρόπον. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἐν τοῖς αὐτοῖς πᾶς κινεῖται, ἢ βούλεται, ἢ ἐνεργεῖ. Γίγνεται οὖν διάφορα διαφόροις, ἢ ἐκ τῶν αὐτῶν, ἢ διαφόρων προσπεσόντων, ἢ τὰ αὐτὰ ἄλλοις, κἂν διάφορα τὰ προσπεσόντα· τοιοῦτον γὰρ ἡ εἱμαρμένη.

in eandem figuram pervenire post quendam generationis exitum, quam ante generationem quandoque habuerat deinde tanquam ab alio quodam principio medium id temporis spatium, quod inter præcedentem et sequentem generationem fluit, dæmon animabus pœnam luentibus imminet; ac forsan non tam vita tunc illis est, quam judicium atque pœna. Quid vero? animabus bruta ingredientibus corpora minusne aliquid, quam dæmon, adest? Forsan malus dæmon vel fatuus et ignavus. Sed animabus ad superiora progressis quidnam numinis adest? Profecto ex earum numero aliæ quidem in mundo sensibili adhuc vitam agunt, aliæ vero jam extra mundum: et quæ in mundo sensibili, aliæ penes solem vel alium quemlibet planetarum, aliæ vero in firmamento: singulæ videlicet, quatenus hic actiones suas ratione direxerant. Putandum enim est, in anima nostra mundum esse non tantum intelligibilem, sed etiam dispositionem quandam ipsi animæ mundi conformem. Cum igitur illa in sphæram inerraticam atque etiam erraticas secundum vires differentes distributa sit, nimirum et nobis vires inesse viribus illius conformes, et a singulis viribus actiones proprias emanare: tum vero animas, quæ hinc illuc abierunt, ad stellam accedere convententem potissimum mori atque potentiæ, quibus in operando ac vivendo maxime usi sumus, talique deo et dæmoni congruentem: ubi anima vel hoc ipso eodem utetur, vel quodam huic potentiæ præsidente Considerandum vero est, quidnam id melius sit. At animas extra sensibilem mundum profectas existimandum est naturam dæmonicam transcendisse, omneque generationis fatum, omnemque hujus mundi necessitatem, quamdiu in mundo intelligibili habitat: præterea retraxisse secum essentiam quoque illam, quæ in ipsa est cupida generandi quam si quis dixerit esse essentiam illam, quam Timæus ait circa corpora partibilem fieri, commultiplicantem videlicet se ipsam condividentemque corporibus, recte utique dicet. Dividitur autem non magnitudine quidem, idem namque in omnibus totum rursusque unum, atque et uno animali semper multa gignuntur: hac scilicet natura ita divisa quemadmodum et ex plantis: nam et hæc natura est circa corpora divisibilis, et quando manens in eodem continuat vitam, sicut in plantis. Ubi vero discedit, priusquam discedat, jam dedit vitam, sicut in truncatis arboribus, vel animalibus mortuis, ubi ex putrefactione ex uno multa nascuntur. Arbitrandum quoque est, conferre ad idem virtutem quoque ejusmodi influentem ab universo eandemque hic exsistentem. Rursus autem, si revertatur huc anima, vel eundem, vel alium assumit dæmonem secundum vitam, quam actura sit. Ingreditur igitur primum una cum hoc dæmone quasi cymba id universum, deinde natura hujus, qui a Platone fusus dicitur mundanus atque fatalis, comprehendens animam velut in nave, certo quodam ordine collocat in quadam sede fortunæ. Circumducente vero mundana revolutione, quasi vento [animam] in nave sedentem, vel etiam deambulantem, multa variaque contingunt spectacula, item transmutationes et casus, quemadmodum in ipsa navi, vel jactatione navis, vel ab ipso, qui movetur impetu proprio, quem quidem habet ex eo, quod in navi modo quodlam sese habet. Non enim similiter in eisdem quilibet agitatur aut vult aut agit. Fiunt ergo aut differentia differentibus, vel ab eisdem vel a differentibus incidentibus, aut eadem fiunt aliis, quamvis differentia sint quæ incidunt. Tale enim quiddam est agitque fatum.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Ε.

ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ.

ENNEADIS TERTIÆ.

LIBER V.

DE AMORE.

De amore illo, qui passio quædam est, quid sit, unde sit, quot habeat species.

Α'. Περὶ ἔρωτος, πότερα θεός τις ἢ δαίμων, ἢ πάθος τῆς ψυχῆς; ἢ ὁ μὲν θεός τις ἢ δαίμων, τὸ δέ τι καὶ πάθος, καὶ ποιόν τι ἕκαστον, ἐπισκέψασθαι ἄξιον καὶ τίς τε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπινοίας ἐπιόντας, καὶ ὅσαι ἐν φιλοσοφίᾳ ἐγένοντο περὶ τούτων· καὶ μάλιστα ὅσα ὁ θεῖος Πλάτων ὑπολαμβάνει, ὃς δὴ καὶ πολλὰ πολλαχῇ τῶν ἑαυτοῦ περὶ ἔρωτος ἔγραψεν· ὃς δὴ οὐ μόνον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγιγνόμενόν τι πάθος εἴρηκεν εἶναι, ἀλλὰ καὶ δαίμονα φησὶν αὐτὸν, καὶ περὶ γενέσεως αὐτοῦ διεξῆλθεν, ὅπως καὶ ὅθεν ἐστὶ γεγεννημένος. Περὶ μὲν οὖν τοῦ πάθους, οὗ τὸν ἔρωτα αἰτιώμεθα, ὅτι ἐγγίγνεται ἐν ψυχαῖς ἐφιεμέναις καλῷ τινι συμπλακῆναι, καὶ ὡς ἡ ἔφεσις αὕτη, ἡ μὲν ἔστι παρὰ σωφρόνων αὐτῷ τῷ κάλλει οἰκειωθέντων, ἡ δὲ καὶ τελευτᾶν ἐθέλει εἰς αἰσχροῦ τινος πρᾶξιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ ἄρτου. Ὅθεν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχει ἑκάτερος, τὸ ἐντεῦθεν ἐπισκοπεῖν διὰ φιλοσοφίας προσήκει· ἀρχὴν δὲ εἴ τις θεῖτο τὴν αὐτοῦ κάλλους πρότερον ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑπάρξιν καὶ ἐπίγνωσιν καὶ συγγένειαν καὶ οἰκειότητος αὐτοῦ σύνεσιν, τυγχάνοι ἂν, οἶμαι, τοῦ ἀληθοῦς τῆς αἰτίας. Τὸ μὲν γὰρ αἰσχρὸν ἐναντίον καὶ τῇ φύσει καὶ τῷ θεῷ. Καὶ γὰρ ἡ φύσις πρὸς τὸ καλὸν βλέπουσα ποιεῖ, καὶ πρὸς τὸ ὡρισμένον βλέπει, ὅ ἐστιν ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ συστοιχίᾳ· τὸ δὲ ἀόριστον αἰσχρὸν καὶ τῆς ἑτέρας συστοιχίας· τῇ δὲ φύσει γένεσις ἐκεῖθεν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ δῆλον ὅτι τοῦ καλοῦ· ὅτῳ δέ τις ἄγεται καὶ ἔστι συγγενὴς, τούτου ὠκείωται καὶ πρὸς τὰς μίξεις· εἰ δέ τις ταύτην τὴν αἰτίαν ἀνέλοι, ὅπη τὸ πάθος γίγνεται, καὶ δι' ἃς αἰτίας, οὐχ ἕξει λέγειν, οὐδ' ἐπ' αὐτῶν τῶν διὰ μίξιν ἐρώτων. Καὶ γὰρ οὗτοι τίκτειν βούλονται ἐν τῷ καλῷ· ἐπείπερ ἄτοπον βουλομένην τὴν φύσιν καλὰ ποιεῖν ἐν αἰσχρῷ γενέσθαι βούλεσθαι. Ἀλλὰ τοῖς μὲν τῇδε γεννᾷν κινουμένοις ἀρκεῖ τὸ τῇδε καλὸν ἔχειν. Ὅπερ πάρεστιν ἐν μορφαῖς καὶ σώμασιν, ἐπεὶ μὴ τὸ ἀρχέτυπον αὐτοῖς πάρεστιν, ὅ ἐστιν αἴτιον αὐτοῖς τοῦ καὶ τοῦδε ἐρᾶν. Καὶ οἱ ἀνάμνησιν μὲν ἐκείνου ἀπὸ τοῦδε ἐλθοῦσιν ἀγαπᾶσι τοῦτο ὡς εἰκών· μὴ ἀναμνησθεῖσι δὲ ὑπ' ἀγνοίας τοῦ πάθους, ἂν ληφθῇς τοῦτο φαντάζεται, καὶ σώφροσι μὲν οὖσιν ἀναμάρτητος ἡ πρὸς τὸ τῇδε καλὸν οἰκείωσις· ἡ πρὸς μίξιν ἔκπτωσις, ἁμαρτία. Καὶ ὅτῳ μὲν παρὼν ὁ τοῦ καλοῦ ἔρως ἀγαπητὸν τὸ κάλλος μόνον, ἢ ἀναμνησθέντι, εἴτε καὶ μή. Ὅτῳ δὲ μέμικται ἄλλη τοῦ ἀθάνατον εἶναι, ὡς ἐν θνητῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἐν τῷ ἀειγενεῖ καὶ ἀϊδίῳ τὸ καλὸν ζητεῖ, καὶ

I. Operæ pretium est de amore considerare, utrum deus quidam sit, vel dæmon, vel passio quædam animæ : an potius partim quidem deus quidam sive dæmon, partim vero sit passio quædam. Præterea quale potissimum, quidve horum quodlibet sit dicendum. Percurrere quoque expedit cum aliorum hominum hac de re opiniones, præcipue philosophicas, tum vel maxime Platonis divini sententiam, qui multis in locis multa de amore conscripsit : neque solum passionem quandam animis influentem esse dixit, verum etiam dæmonem appellavit amorem, deque hujus generatione disseruit, quo pacto et unde sit genitus. Principio ferme nullus ignorat amatoriam passionem influere animabus concupiscentibus pulchro se alicui commiscere, appetitumque ejusmodi partim esse penes temperatos, jam factos ipsius pulchris, familiare partim vero in turpem quandam desinere cupere actionem. At unde affectus uterque proveniat, deinceps philosophice contemplari debemus. Si quis igitur principium ejus ponat antiquam ipsius pulchri insitam animabus appetitionem, notionem, cognationem, et quandam sine rationis actu cognationis perceptionem, is a veritate causæ (ut arbitror) minime aberrabit : nempe, quod turpe est, id naturæ est deoque contrarium. Natura enim pulchrum spectans agit : spectat autem determinatum, quod quidem in boni ordine collocatur, indeterminatum vero turpe est ordinisque contrarii : sed origo naturæ inde pendet a bono atque pulchro. Quisquis autem aliquo delectatur quasi cognato, ad imagines quoque ejus quasi affines afficitur : at si quis hanc sustulerit causam, deinde, qua ratione quasve ob causas passiones amatoriæ oriantur, explicare non poterit, neque etiam in amoribus veneream poscentibus mixtionem. Nam et hi in pulchro quodam procreare percupiunt, quandoquidem dictu perabsurdum est, naturam, pulchra volentem facere, velle in turpi aliquo generare. At enim illis, qui, ut hic generent, incitantur, sufficit, quod hic pulchrum est, assequi. Quod quidem in imaginibus adest atque corporibus : siquidem principale exemplar iis minime adest, quod quidem causa ipsis est pulchri etiam hujus amandi. Proinde penes illos, qui ab hoc pulchro in superni pulchri reminiscentiam revocantur, pulchrum hoc velut imago diligitur : at penes illos, qui minime recordantur ob ignorantiam passionis, nostra hæc vera pulchritudo censetur : ac si temperati sint, inita cum hoc pulchro familiaritas vitio caret ; lapsus vero intemperantium in veneream mixtionem est peccatum. Proinde, qui puro pulchri amore afficitur, sola pulchritudine est contentus, sive recordetur, sive non recordetur. Qui autem admixtam insuper habet aliam quoque concupiscentiam immortalitatis in re ipsa mortali pro viribus comparandæ, hic in generatione perpetua perseverantiaque sempiterna pulchrum quæritat : ac dum secundum naturam progre-

κατὰ φύσιν μὲν ἰὼν σπείρει καὶ γεννᾷ ἐν καλῷ· σπείρων μὲν εἰς τὸ ἀεί, ἐν καλῷ δὲ διὰ συγγένειαν τοῦ καλοῦ. Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀΐδιον συγγενὲς τῷ καλῷ· καὶ ἡ ἀΐδιος φύσις τὸ πρώτως τοιοῦτον, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς
5 τοιαῦτα πάντα. Τὸ μὲν οὖν μὴ γεννᾷν ἐθέλον μᾶλλον αὐταρκέστερον τῷ καλῷ· τὸ δὲ ἐφιέμενον ποιῆσαι, καλόν τε ἐθέλει ποιεῖν ὑπ' ἐνδείας, καὶ οὐκ αὔταρκες· καὶ εἴπερ τοιούτον ποιήσει, οἴεται, εἰ ἐν καλῷ γενήσεται, οἳ δ' ἂν ἐν παρανόμῳ καὶ παρὰ τὴν φύσιν ἐθέλωσι
10 γεννᾷν, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν πορείας ποιησάμενοι τὰς ἀρχάς, γενόμενοι παράφοροι, ἐκ ταύτης οἷον ὁδοῦ ὀλισθήσαντες κεῖνται πεσόντες, οὔτε ἔρωτα γνόντες ἐφ' ὃ ἦγεν αὐτοὺς, οὔτε ἔφεσιν γεννήσεως, οὔτε χρῆσιν κάλλους εἰκόνος· οὔτε ὅ τι ἔστι κάλλος αὐτό. Ἀλλ' οὖν,
15 οἵ τε σωμάτων καλῶν καὶ διὰ μίξιν ἐρῶντες, ὅτι καλά ἐστιν, ἐρῶσιν, εἴτε τὸν λεγόμενον μικτὸν ἔρωτα, γυναικῶν μέν, ἵνα καὶ τὸ ἀεὶ, μὴ τοιούτων δὲ σφαλλόμενοι· οἱ δὲ ἀμείνους, σωφρονοῦσι μὲν ἄμφω· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ τὸ τῇδε κάλλος σέβουσιν ἀρχούμενοι· οἱ δὲ κά-
20 κεῖνο, ὅσοι ἀνεμνήσθησαν καὶ οὐκ ἀτιμάζουσιν οὐδὲ τοῦτο, ὡς ἂν καὶ ἀποτέλεσμά τι ὂν ἐκείνου καὶ παίγνιον. Οὗτοι μὲν οὖν περὶ τὸ καλὸν αἰσχροῦ ἄνευ· οἱ δὲ καὶ διὰ τὸ καλὸν εἰς αἰσχρὸν πεσόντες· καὶ γὰρ ἡ ἀγαθοῦ ἔφεσις ἔχει εἰς κακὸν τὴν ἔκπτωσιν πολλάκις. Καὶ
25 ταῦτα μὲν τῆς ψυχῆς τὰ παθήματα.

ditur, serit generatque in pulchro, serens quidem in sempiternum, in pulchro autem, propter quandam ipsius pulchri cognationem. Etenim ipsum quoque sempiternum est pulchro cognatum, naturaque sempiterna primum pulchrum est, et quæ ab ipsa fiunt, pulchra omnia fiunt. Quod igitur generationem non optat, sufficiens et contentum ipso pulchro magis esse videtur: quod autem appetit generare, pulchrum quidem utitur gignere ob indigentiam quandam: unde apparet nequaquam sibi ipsi sufficere: existimat autem in faciendo, tunc demum pulchrum aliquid se facturum, si in pulchro genuerit: at vero, qui præter legem præterque naturam generare contendunt, a naturali quodam impetu cursum exordiuntur, sed naturalem transgressi viam per lubrica delabuntur, prolapsique jacent, ignorantes, quo amor ducebat eos, et quorsum generationis appetitio tendat: item qua ratione imagine pulchri sit utendum; ignorantes denique ipsum pulchrum. Profecto, qui pulchra corpora non [*corr.* etiam] commixtionis grata diligunt, ob id ipsum, quod pulchra sunt, amant. Rursus, qui amorem sequuntur mixtum, erga mulieres, inquam, quo perpetuitas generatione servetur, neque ab hoc usquam aberrant, hi pulchritudinem perpetuitatemque simul exoptant atque temperati sunt ambo, quamvis aliis præstantiores alii: et qui præstantiores, partim quidem pulchritudinem hanc nostram quasi eis sufficientem colunt, partim ver pulchritudinem quoque ipsam, qui scilicet recordantur, neque tamen pulchritudinem hanc aspernantur, utpote qui existiment hanc esse effectum quendam ludumque illius. Hi ergo absque turpitudine versantur in pulchro: alii vero per pulchrum in turpe labuntur: appetitus enim boni sæpe labitur et in malum. Atque hæ quidem sunt animæ passiones.

De duplici Venere: de amoribus geminis, qui velut aliquid subsistens generantur in Venere.

Β'. Περὶ δὲ τοῦ [ἔρωτος], ὃν θεὸν τίθενται, οὐ μόνον οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ θεολόγοι, καὶ Πλάτων πολλαχοῦ, Ἀφροδίτης Ἔρωτα λέγων, καὶ ἔργον αὐτῷ εἶναι καλῶν τε ἔφορον παίδων καὶ κινητικὸν τῶν
30 ψυχῶν πρὸς τὸ ἐκεῖ κάλλος, ἢ καὶ ἐπαύξειν τὴν ἥδη γενομένην πρὸς τὸ ἐκεῖ ὁρμὴν, περὶ τούτου μάλιστα φιλοσοφητέον, καὶ δὴ καὶ ὅσα ἐν Συμποσίῳ εἴρηται παραληπτέον, ἐν οἷς οὐκ Ἀφροδίτης γενεθλίοις, [ἀλλ'] ἐκ τῆς Πενίας καὶ τοῦ Πόρου. Ἔοικε δὲ ὁ λόγος καὶ
35 περὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀπαιτήσειν τι εἰπεῖν, εἴτ' οὖν ἐξ ἐκείνης, εἴτε μετ' ἐκείνης, γεγονέναι λέγεται ὁ Ἔρως. Πρῶτον οὖν, τίς ἡ Ἀφροδίτη· εἶτα πῶς, ἢ ἐξ αὐτῆς, ἢ σὺν αὐτῇ, ἢ τίνα τρόπον ἔχει τὸν αὐτὸν, τὸ ἐξ αὐτῆς τε ἅμα καὶ σὺν αὐτῇ. Λέγομεν δὴ τὴν Ἀφροδίτην
40 εἶναι διττὴν, τὴν μὲν Οὐρανίαν, Οὐρανοῦ λέγοντες εἶναι· τὴν δὲ ἐκ Διὸς καὶ Διώνης, τὴν τῶν τῇδε ἐφαπτομένην ἔφορον γάμων· ἀμήτορα δὲ ἐκείνην, καὶ ἐπέκεινα γάμων, ὅτι μηδὲ ἐν οὐρανῷ γάμοι. Τὴν δὲ Οὐρανίαν λεγομένην, ἐκ Κρόνου, νοῦ ὄντος ἐκείνου,
45 ἀνάγκη ψυχὴν θειοτάτην εἶναι, εὐθὺς ἐξ αὐτοῦ ἀκήρατον ἀκηράτου μείνασαν ἄνω, ὡς μηδὲ εἰς τὰ τῇδε ἐλθεῖν, μήτε ἐθελήσασαν, μήτε δυναμένην, ὅτι ἦν φύσεως, μὴ κατὰ τὰ κάτω φῦσαν βαίνειν, χωριστὴν οὖσαν τινὰ ὑπόστασιν, καὶ ἀμέτοχον ὕλης οὐσίαν.
50 Ὅθεν αὐτὴν τούτῳ ᾐνίττοντο τῷ ἀμήτορα εἶναι, ἣν δὴ καὶ θεὸν ἄν τις δικαίως, οὐ δαίμονα, εἴποι, ἄμικτον οὖσαν καὶ καθαρὰν ἐφ' ἑαυτῆς μένουσαν· τὸ γὰρ εὐθὺς ἐκ νοῦ πεφυκὸς καθαρὸν καὶ αὐτὸ, ἅτε ἰσχύον καθ' ἑαυτὸ

II. Circa vero amorem illum in primis videtur philosophandum, quem deum affirmant, non solum ceteri, verum etiam theologi atque Plato, frequenter Amorem Veneris dicens, officiumque illi attribuens, ut dux pulchrorum sit puerorum, instigatorque animarum ad supernam pulchritudinem attingendam, aut saltem instinctum ad illam jam natum exaugeat. Huc adducenda sunt, quæcunque in Platonis Convivio pertractantur, ubi scribitur [non] in Veneris natalibus Amorem [sed] ex Indigentia Copiaque progenitum. Videtur præterea disputatio præsens de Venere nonnihil exigere: utrum videlicet ex Venere, an potius una cum Venere Amor natus esse dicatur: et primo quidem quanam sit Venus, deinde quomodo se habeat, an ex ipsa, an simul cum ipsa, an potius quodammodo Amorem habeat ex se ipsa simul unaque cum ipsa progenitum. Dicimus itaque duplicem esse Venerem, alteram quidem cælestem, cæli stirpem asseverantes: alteram vero ex Jove et Dione natam, humanorum conjugiorum ducem, hæc ipsa communis attingentem: at illam sine matre et ante conjugia, quoniam nuptiæ in cælo non fiant. Illam sane cælestem, quam ex Saturno, id est intellectu, genitam dicunt, necesse est, esse animam divinissimam, proxime ab ipso intellectu inviolabili inviolabilem natam, supernequeque permanentem, utpote quæ ad hæc mundana descendere neque velit, neque etiam valeat, propterea, quod ea prorsus natura prædita est, quæ ad inferiora non inclinatur: necesse, inquam, est, eam esse substantiam quandam separatam et essentiam materiæ nullo modo participem. Qua de causa subobscure dixerunt sine materia esse, ubi sine matre esse dixerunt. Quam quidem deum potius, quam dæmonem merito nominare debemus: quippe cum sincera puraque sit, et in se ipsa consistens. Quod enim ex mente proxime nascitur, ipsum quoque est purum, utpote quod validissi-

τῷ ἐγγύθεν ἅτε καὶ τῆς ἐπιθυμίας οὔσης αὐτῇ, καὶ τῆς ῥύσεως πρὸς τὸ γεννῆσαν, ἱκανὸν ὂν κατέχειν ἄνωθεν οὐδ' ἂν ἐκπέσοι ψυχὴ νοῦ ἐξηρτημένη, πολὺ μᾶλλον, ἢ ἥλιος ἂν ἔχοι ἐξ αὐτοῦ ὅσον αὐτὸν περιλάμπει φῶς τὸ ἐξ αὐτοῦ, εἰς αὐτὸν συνηρτημένον· ἑφεπομένη δὴ τῷ Κρόνῳ, ἢ, εἰ βούλει, τῷ πατρὶ τοῦ Κρόνου, Οὐρανῷ, ἐνήργησέ τε πρὸς αὐτὸν καὶ ᾠκειώθη, καὶ ἐρασθεῖσα Ἔρωτα ἐγέννησε, καὶ μετὰ τοῦτον πρὸς αὐτὸν βλέπει, καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτῆς ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν εἰργάσατο· καὶ ἄμφω ἐκεῖ βλέπει, καὶ ἡ γεννωμένη, καὶ ὁ καλὸς Ἔρως ὁ γεγεννημένος, ὑπόστασις πρὸς ἄλλο καλὸν ἀεὶ τεταγμένη, καὶ τὸ εἶναι ἐν τούτῳ ἔχουσα μεταξὺ, ὥσπερ ποθοῦντος καὶ ποθουμένου, ὀφθαλμὸς ὁ τοῦ ποθοῦντος, παρέχων μὲν τῷ ἐρῶντι δι' αὐτοῦ τὸ ὁρᾶν τὸ ποθούμενον· προτρέχων δὲ αὐτὸς καὶ, πρὶν ἐκείνῳ παρασχεῖν τὴν τοῦ ὁρᾶν δι' ὀργάνου δύναμιν, αὐτὸς πιμπλάμενος τοῦ θεάματος· πρότερος μὲν, οὐ μὴν ὁμοίως ὁρῶν, τῷ ἐν τῷ στηρίζειν μὲν ἐκείνῳ τὸ ὅραμα, αὐτὸν δὲ καρποῦσθαι τὴν θέαν τοῦ καλοῦ αὐτὸν παραθέουσαν.

mum est secundum se ipsum intellectus ipsius propinquitate, ingenitumque habeat appetitum ad se ipsum in genitore stabiliendum, genitore, inquam, potente ipsum sufficienter apud superos detinere: quo fit, ut nunquam anima illa decidat, quæ e vestigio pendet ex mente, idque munus habet multo magis, quam lumen soli circumfusum, perpetuo ex ipso prodeat et referatur in ipsum. Sequens igitur continuo Saturnum, aut si velis patrem etiam Saturni, Cælum, actum suum reflexit ad ipsum, seque illi conciliavit, et Amorem amando progenuit, cumque hoc ipso amore suspicit ipsum, atque hujus animæ actus substantiam essentiamque producit. Tum vero utrumque illuc intuetur cum ipsa genitrix, tum genitus pulcher Amor, substantia quidem ad aliud pulchrum semper intenta, habensque esse hoc ipso in medio, scilicet inter desiderantem atque desideratum. Et profecto desiderantis est oculus, præbens quidem amanti, ut per ipsum cernat amatum, præcurrens autem ipse, et antequam illi præbeat facultatem videndi per instrumentum, ipse jam spectaculo sive spectamine plenus: prior quidem, inquam, non tamen similiter contemplatus, ex eo, quid sistit quidem illi spectamen, ipse vero velut fructu vescitur visione pulchri ipsi mirifice circumfusa.

Confirmatio superiorum.

Γ'. Ὑπόστασιν δὲ εἶναι καὶ οὐσίαν ἐξ οὐσίας, ἐλάττω μὲν τῆς ποιησαμένης, οὖσαν δὲ ὅμως, ἀπιστεῖν οὐ προσήκει. Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ ἐκείνη οὐσία ἦν γενομένη ἐξ ἐνεργείας τῆς πρὸ αὐτῆς, καὶ ζῶσα, καὶ τῆς τῶν ὄντων οὐσίας, καὶ πρὸς ἐκεῖνο ὁρώσης, ὃ πρώτη ἦν οὐσία, καὶ σφόδρα ὁρώσης. Καὶ πρῶτον ἦν ὅραμα αὐτῇ τοῦτο, καὶ ἐώρα ὡς πρὸς ἀγαθὸν αὐτῆς, καὶ ἔχαιρεν ὁρῶσα· καὶ τὸ ὅραμα τοιοῦτον ἦν, ὡς μὴ πάρεργον ποιεῖσθαι τὴν θέαν τὸ ὁρῶν, ὡς τῇ οἷον ἡδονῇ καὶ τάξει τῇ πρὸς αὐτὸ καὶ σφοδρότητι τῆς θέας, γεννῆσαί τι παρ' αὐτῆς, ἄξιον αὐτῆς καὶ τοῦ ὁράματος, ἐξ οὗ τοῦ ἐνεργοῦντος συντόνως περὶ τὸ ὁρώμενον, καὶ ἐκ τοῦ οἷον ἀποῤῥέοντος ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου ὅμμα πληρωθὲν, οἷον μετ' εἰδώλου ὅρασις, Ἔρως ἐγένετο· τάχα που καὶ τῆς προσηγορίας ἐντεῦθεν μᾶλλον αὐτῷ γεγενημένης, ὅτι ἐξ ὁράσεως τὴν ὑπόστασιν ἔχει· ἐπεὶ τό γε πάθος ἀπὸ τούτου ἔχοι ἂν τὴν ἐπιθυμίαν, εἴπερ πρότερον οὐσία μὴ οὐσίας· καίτοι τό γε πάθος ἐρᾶν λέγεται, καὶ εἴπερ ἔρως αὐτὸν ἔχει τοῦδε, ἁπλῶς δὲ οὐκ ἂν λέγοιτο ἔρως. Ἡ μὲν δὴ τῆς ἄνω ψυχῆς ἔρως τοιοῦτος ἂν εἴη· ὁρῶν καὶ αὐτὸς ἄνω, ἅτε ὀπαδὸς ὢν ἐκείνης καὶ ἐξ ἐκείνης καὶ παρ' ἐκείνης γεγενημένος, καὶ θεῶν ἀρκούμενος θέᾳ· χωριστὴν δὲ ἐκείνην τὴν ψυχὴν λέγοντες τὴν πρώτως ἐλλάμπουσαν τῷ οὐρανῷ, χωριστὸν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦτον θησόμεθα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οὐρανίαν τὴν ψυχὴν εἴπομεν· ἐπεὶ καὶ ἐν ἡμῖν λέγοντες τὸ ἐν ἡμῖν ἄριστον εἶναι, χωριστὸν ὅμως τιθέμεθα αὐτὸ εἶναι· μόνον ἐκεῖ ἔστω, οὗ ἡ ψυχὴ ἡ ἀκήρατος. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦδε τοῦ παντὸς ψυχὴν εἶναι ἔδει, ὑπέστη μετὰ ταύτης ἤδη καὶ ὁ ἄλλος ἔρως, ὅμμα καὶ ταύτης, ἐξ ὁράσεως καὶ αὐτῆς γεγενημένος· τοῦ δὲ κόσμου οὗτος Ἀφροδίτη αὐτὴ, καὶ οὐ μόνον ψυχὴ, οὐδὲ ἁπλῶς ψυχὴ, καὶ τὸν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἔρωτα ἐγεννήσατο

III. Esse vero substantiam essentiamque ab essentia emanantem minorem quidem generante, exsistentem vero simul, negare non licet. Etenim anima illa essentia est nata ex actu, qui super ipsam est, essentia, inquam, vivens, et ab ipsa entium essentia pendens, illudque suspiciens, quod prima essentia est, vehementerque suspiciens. Atqui et primum ipsius spectaculum vel spectamen id ipsum est. Quod quidem tanquam suum bonum spectat gaudetque videns; atque ipsum visum tale est, ut, quod intuetur, non negligenter intueatur, adeo, ut ipsa velut voluptate intentioneque ad ipsum visionisque vehementia aliquid generetur ab ipsa cum ea, tum spectaculo dignum: quam ob rem cum ex eo, quod intentissime agit circa spectaculum, tum ex eo, quod quasi ab ipso spectaculo defluit, imbutus oculus velut visio quædam cum simulacro natus est Amor: qui fortasse ob hoc dictus est *Eros*, quoniam ab *horaseos*, id est visione, substantiam habet. Quando et amor, qui passio est, ab hoc habet instinctum: siquidem amor, qui essentia est, antecedit amorem, qui non est essentia: atqui et passio *eran*, id est amare, dicitur, siquidem amor ipsam hujus habet, simpliciter autem amor non appellatur. Amor itaque supernæ animæ talis exsistit, suspiciens ipse quoque sublimia, tanquam animæ illius pedisequus, atque ex illa penesque illam genitus, deorumque contemplatione contentus. Cum vero animam illam separatam esse dicamus: animam, inquam, primo cælum illuminantem, non injuria hunc etiam amorem separatum esse fatebimur: etsi animam ipsam maxime cælestem esse diximus; quemadmodum optimum nostrum esse in nobis asserimus, attamen separatum etiam affirmamus. Illic ergo tantum sit ille amor, ubi est inviolabilis anima. At quoniam oportuit animam etiam mundi hujus esse, ideo comitatur hanc jam alter amor, qui est et hujus oculus ex appetitu simul atque ipsa natus. Quum autem hujus mundi sit hæc Venus, neque solum anima, neque simpliciter anima, merito amorem

ἐφάπτομένον ἤδη καὶ αὐτὸν γάμων· καὶ καθ' ὅσον ἐφάπτεται καὶ αὐτὸς τῆς ὀρέξεως τῆς ἄνω, κατὰ τοσοῦτον κινοῦντα καὶ τὰς τῶν νέων ψυχάς, καὶ τὴν ψυχήν, ᾗ συντέτακται, ἀναστρέφοντα καθ' ὅσον καὶ αὐτὴ εἰς μνήμην ἐκείνων πέφυκεν ἰέναι. Πᾶσα γὰρ ἐφίεται τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἡ μεμιγμένη καὶ ἡ τινὸς γενομένη· ἐπεὶ καὶ αὕτη ἐφεξῆς ἐκείνῃ καὶ ἐξ ἐκείνης.

rursus genuit hoc in mundo regnantem, qui jam una cum Venere conjugia nuptiasque attingit. Tum vero quatenus et ipse desiderium attingit supernum, eatenus juvenum sursum provocat animas, atque animam ipsam, cujus est collega, ad superna convertit, quantum et illa in eorum memoriam potest naturaliter provocari. Omnis namque anima bonum appetit, etiam quæ mixta est alicujusque facta : quippe cum hæc anima deinceps illam sequatur emanetque ab illa.

Duo amores cuilibet animæ naturaliter insiti quasi duo sunt dæmones.

Δ'. Ἆρ' οὖν καὶ ἑκάστη ψυχὴ ἔχει ἔρωτα τοιοῦτον ἐν οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει; ἢ διὰ τί ἡ μὲν ὅλη ἕξει, καὶ ἡ τοῦ παντὸς ὑποστᾶ τὸν ἔρωτα, ἡ δὲ ἑκάστου ἡμῶν, οὔ; πρὸς δὲ καὶ ἡ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἅπασι. Καὶ ἆρα ὁ Ἔρως οὗτός ἐστιν ὁ δαίμων, ὃν φασιν ἑκάστῳ συνέπεσθαι, ὁ αὐτοῦ ἑκάστου ἔρως. Οὗτος γὰρ ἂν εἴη καὶ ὁ ἐμποιῶν τὰς ἐπιθυμίας, κατὰ φύσιν ἑκάστης τῆς ψυχῆς ὁριγνωμένης, ἀνάλογον ἑκάστης πρὸς τὴν αὐτῆς φύσιν καὶ τὸν ἔρωτα γεννώσης εἴς τε ἀξίαν καὶ πρὸς οὐσίαν. Ἐχέτω δὴ ἡ μὲν ὅλη ὅλον· αἱ δὲ ἐν μέρει τὸν αὐτῆς ἑκάστη· καθ' ὅσον δὲ ἑκάστη πρὸς τὴν ὅλην ἔχει, οὐκ ἀποτετμημένη, ἐμπεριεχομένη δὲ, ὡς εἶναι πάσας μίαν· καὶ ὁ ἔρως ἕκαστος πρὸς τὸν πάντα ἀν ἔχοι· συνεῖναι δ' αὖ καὶ τὸν ἐν μέρει τῇ ἐν μέρει, καὶ τῇ ὅλῃ τὸν μέγαν ἐκεῖνον, καὶ τὸν ἐν τῷ παντὶ τῷ παντὶ πανταχοῦ αὐτοῦ· καὶ πολλοὺς αὖ τὸν ἕνα τοῦτον γίγνεσθαι καὶ εἶναι φαινόμενον πανταχοῦ τοῦ παντός, οὗ ἂν θέλῃ, σχηματιζόμενον μέρεσιν ἑαυτοῦ, καὶ φανταζόμενον, εἰ θέλοι. Οἰέσθαι δὲ χρὴ καὶ Ἀφροδίτας ἐν τῷ ὅλῳ πολλὰς, δαίμονας ἐν αὐτῷ γενομένας μετ' Ἔρωτος, ῥυείσας ἐξ Ἀφροδίτης τινὸς ὅλης, ἐν μέρει πολλὰς ἐκείνης ἐξηρτημένας μετὰ ἰδίων Ἐρώτων· εἴπερ ψυχὴ μήτηρ Ἔρωτος, Ἀφροδίτη δὲ ψυχὴ, ἔρως δὲ ἐνέργεια ψυχῆς ἀγαθοῦ ὁριγνωμένης. Ἄγων τοίνυν ἑκάστην οὗτος ὁ Ἔρως πρὸς τὴν ἀγαθοῦ φύσιν, ὁ μὲν τῆς ἄνω θεὸς ἂν εἴη, ὃς ἀεὶ ψυχὴν ἐκείνῳ συνάπτει, δαίμων δ' ὁ τῆς μεμιγμένης.

IV. Quæri potest, numquid anima quælibet amorem talem in essentia substantiaque possideat. Fortasse vero, cum anima totius habeat amorem hunc et constituat, nihil prohibet, hominum animas habere similiter atque constituere, et insuper ceterorum omnium animalium animas. Forsan hic amor est dæmon, quem tradunt quemlibet comitari, scilicet essentialis uniuscujusque amor. Hic utique facile erit, qui cupiditates inserat naturales, quatenus quælibet anima naturaliter appetit, dum quælibet pro natura sua consentaneum sibi gignit amorem, quod ad dignitatem essentiamque pertinet. Universa igitur anima amorem habeat universum, particulares autem unaquæque suum : quatenus autem quælibet se habet ad universam, ab ea videlicet minime segregata, sed in ipsa comprehensa, adeo ut una sint omnes, eatenus et unusquisque amor ad universum se habet amorem : comitatur rursus particularis amor particularem animam, et magnus ille amor animam universam, et qui in toto est, ubique viget totus per universum : rursusque unus hic evadit in multos, et pro arbitrio apparet ubique : figuratus partibus suis, seque ipsum in imagine quadam, si placet', ostendens. Putandum vero est, Veneres quoque in mundo esse permultas, quasi dæmones una cum amore nascentes, ex universa quadam Venere profluentes, quæ quidem sigillatim una cum amoribus propriis ab illa pendeant : siquidem anima est mater amoris, Venus autem est anima, amor vero est actus animæ bonum desiderantis. Cum igitur amor ejusmodi unamquamque ducat ad ipsam boni naturam, amor quidem sublimioris animæ deus est, qui animam semper cum illa conjungit : amor autem animæ jam permixtæ dicendus est dæmon.

Confutat eos, qui dicebant, amorem ipsum, qui a Platone appellatur magnus dæmon, esse mundum.

Ε'. Ἀλλὰ τίς ἡ δαίμονος καὶ ὅλως ἡ δαιμόνων φύσις, περὶ ἧς καὶ ἐν Συμποσίῳ λέγεται, ἥ τε τῶν ἄλλων, καὶ ἡ αὐτοῦ τοῦ Ἔρωτος, ὡς ἐκ Πενίας καὶ Πόρου Μήτιδός ἐστι γεγεννημένος ἐν τοῖς Ἀφροδίτης γενεθλίοις. Τὸ μὲν οὖν τὸν κόσμον ὑπονοεῖν λέγεσθαι τόνδε τῷ Πλάτωνι τὸν ἔρωτα, ἀλλὰ μὴ τοῦ κόσμου τὸν ἐν αὐτῷ ἐκφύντα ἔρωτα, πολλὰ τὰ ἐναντιούμενα τῇ δόξῃ ἔχει, τοῦ μὲν κόσμου, λεγομένου εὐδαίμονος θεοῦ, καὶ αὐτάρκους εἶναι, τοῦ δὲ Ἔρωτος τούτου ὁμολογουμένου τῷ ἀνδρὶ οὔτε θεοῦ, οὔτε αὐτάρκους, ἀεὶ δὲ ἐνδεοῦς εἶναι. Εἶτα ἀνάγκη, εἴπερ ὁ κόσμος ἐστὶν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ κόσμου ἡ Ἀφροδίτη ἐστὶν αὐτῷ, μέρος τὸ κύριον τοῦ Ἔρωτος τὴν Ἀφροδίτην εἶναι· ἢ εἰ κόσμος ἡ ψυχή ἐστιν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ἄνθρωπος ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ, τὸν Ἔρωτα τὴν Ἀφροδίτην εἶναι. Εἶτα διὰ τί οὗτος μὲν δαίμων ὢν ὁ κόσμος ἔσται, οἱ δ' ἄλλοι δαίμονες (δῆλον γὰρ ὅτι ἐκ τῆς αὐτῆς

V. Ceterum quænam dæmonis et communiter dæmonum natura est? de qua in Convivio scribitur a Platone : natura, inquam, et aliorum dæmonum, et ipsius Amoris, quemadmodum videlicet ex Indigentia simul atque Copia ex Consilio nata in Veneris natalibus ortus est Amor. Quisquis opinatur, mundum hunc a Platone esse amorem nominatum, non autem amorem esse aliquid mundi natumque in mundo, argumentis pluribus convincetur. Primo quidem Plato mundum appellat beatum deum sibique ipso sufficientem, Amorem vero hunc neque deum neque sufficientem dicit, sed semper egenum. Deinde necessarium est, siquidem mundus est ex anima corporeque compositus, anima vero mundi ipsius Venus esse principalem Amoris partem esse Venerem. Aut si mundus est ipsa mundi anima, sicut et homo est hominis anima, necesse est Amorem esse Venerem. Præterea cum amor quidem exsistens dæmon est et mundus, ceteri vero dæmones, qui ex eadem essentia sunt, non sunt et

ὡσίας εἰσίν) οὐ καὶ αὐτοὶ ἔσονται; καὶ ὁ κόσμος ἔσται σύστασις αὐτὸ τοῦτο ἐκ δαιμόνων. Ὁ δὲ ἔφορος καλῶν παίδων λεχθεὶς εἶναι, πῶς ἂν ὁ κόσμος εἴη; Τὸ δὲ ἄστρωτον καὶ ἀνυπόδητον καὶ ἄοικον πῶς ἂν ἐφαρμόσειε, μὴ οὐ γλίσχρως καὶ ἀπαδόντως;

mundus? atque mundus erit hæc ipsa ex dæmonibus constitutio. Item, ubi Amor dicitur pulchrorum dux puerorum, quonam modo id mundo conveniet? Denique Amorem ait sine stramentis et tegmine, sine calceis, absque domicilio vagari : quæ quidem mundo nullo modo possunt, nisi aride nimium inepteque, attribui.

De amoris origine atque dæmonibus.

ς'. Ἀλλὰ τί δὴ χρὴ λέγειν περὶ τοῦ Ἔρωτος καὶ τῆς λεγομένης γενέσεως αὐτοῦ; δῆλον δή, ὅτι δεῖ λαβεῖν, τίς ἡ Πενία καὶ τίς ὁ Πόρος, καὶ πῶς ἁρμόσουσιν οὗτοι γονεῖς εἶναι αὐτῷ. Δῆλον δὲ, ὅτι δεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις δαίμοσι τούτους ἁρμόσαι, εἴπερ δεῖ φύσιν εἶναι καὶ οὐσίαν μίαν, καθὸ δαίμονες δαιμόνων, εἰ μὴ κοινὸν ὄνομα ἕξουσι μόνον. Λάβωμεν τοίνυν, πῇ ποτε διορίζομεν θεοὺς δαιμόνων; καὶ εἰ πολλάκις καὶ δαίμονας θεοὺς λέγομεν εἶναι, ἀλλ' ὅταν γε τὸ μὲν ἕτερον, τὸ δὲ ἕτερον λέγωμεν αὐτῶν εἶναι γένος. Τὸ μὲν δὴ θεῶν ἀπαθὲς λέγομεν καὶ νομίζομεν γένος· δαίμοσι δὲ προστίθεμεν πάθη, ἀϊδίους λέγοντες ἐφεξῆς τοῖς θεοῖς, ἤδη πρὸς ἡμᾶς, μεταξὺ θεῶν τε καὶ τοῦ ἡμετέρου γένους. Πῇ δὴ οὖν οὐκ ἔμειναν ἀπαθεῖς ὄντες οὗτοι, πῇ δὲ κατέδησαν τῇ φύσει πρὸς τὸ χεῖρον· καὶ δὴ καὶ τοῦτο σκεπτέον, πότερα δαίμων ἐν τῷ νοητῷ οὐδὲ εἷς, καὶ αὖ ἐν τῷ κόσμῳ τῷδε δαίμονες μόνον, θεὸς δὲ ἐν τῷ νοητῷ ἀφορίζεται, ἢ εἰσὶ καὶ ἐνταῦθα θεοί, καὶ ὁ κόσμος θεὸς, ὥσπερ σύνηθες λέγειν, τρίτος καὶ οἱ μέχρι σελήνης ἕκαστος θεός. Βέλτιον δὲ μηδένα ἐν τῷ νοητῷ δαίμονα λέγειν, ἀλλὰ, καὶ εἰ αὐτοδαίμων, θεὸν καὶ τοῦτον εἶναι· καὶ αὖ ἐν τῷ αἰσθητῷ, τοὺς μέχρι σελήνης, θεοὺς τοὺς ὁρατούς, θεοὺς δευτέρους, μετ' ἐκείνους, καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς νοητούς, ἐξηρτημένους ἐκείνων, ὥσπερ αἴγλην περὶ ἕκαστον ἄστρον· τοὺς δὲ δαίμονας τί; Ἆρά γε ψυχῆς ἐν κόσμῳ γενομένης τὸ ἀφ' ἑκάστης ἴχνος; διὰ τί δὲ τῆς ἐν κόσμῳ; ὅτι ἡ καθαρὰ θεὸν γεννᾷ, καὶ θεὸν ἔφαμεν τὸν ταύτης ἔρωτα. Πρῶτον δὴ, διὰ τί οὐ πάντες οἱ δαίμονες ἔρωτες; εἶτα, πῶς οὐ καθαροὶ καὶ οὗτοι ὕλης; ἢ ἔρωτες μέν, οἱ γεννῶνται ψυχῆς ἐφιεμένης τοῦ ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ, καὶ γεννῶσι πᾶσαι τοῦτον τὸν δαίμονα αἱ ἐν τῷδε· οἱ δὲ ἄλλοι δαίμονες ἀπὸ ψυχῆς μὲν καὶ οὗτοι τῆς τοῦ παντὸς, δυνάμεσι δὲ ἑτέραις γεννώμενοι, κατὰ χρείαν τοῦ ὅλου συμπληροῦσαν καὶ συνδιοικοῦσαν τῷ παντὶ ἕκαστα. Ἔδει γὰρ ἀρκεῖν τὴν ψυχὴν τοῦ παντὸς τῷ παντὶ, γεννήσασαν δυνάμεις δαιμόνων, καὶ προσφόρους τῷ ἑαυτῆς ὅλῳ. Ἀλλὰ πῶς καὶ τίνος ὕλης μετέχουσιν; οὐ γὰρ δὴ τῆς σωματικῆς, ἢ ζῷα αἰσθητὰ ἔσται. Καὶ γὰρ εἰ σώματα προσλαμβάνουσιν ἀέρινα ἢ πύρινα, ἀλλὰ δεῖ γε πρότερον διάφορον αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ἵνα καὶ μετάσχωσι σώματος· οὐ γὰρ εὐθὺς τὸ καθαρὸν πάντῃ σώματι μίγνυται, καίτοι πολλοῖς δοκεῖ ἡ οὐσία τοῦ δαίμονος, καθ' ὅσον δαίμων, μετά τινος σώματος, ἢ ἀέρος ἢ πυρὸς εἶναι. Ἀλλὰ διὰ τί ἡ μὲν σώματι μίγνυται, ἡ δὲ οὔ, εἰ μή τις εἴη τῇ μιγνυμένῃ αἰτία; Τίς οὖν ἡ αἰτία; Ὕλην δεῖ νοητὴν

VI. Verum quidnam de Amore, deque ipsius generatione dicendum est? Profecto exponendum est, quid sit Amoris mater, Penia, id est indigentia : quidve pater, Porus, id est affluentia, et qua ratione parentes ejusmodi amori conveniant. Constat autem oportere parentes ejusmodi ceteris quoque dæmonibus convenire : siquidem oportet naturam essentiamque dæmonum omnium, qua ratione dæmones sunt, unam esse, nisi forte solum nomen commune dicantur habere. Consideremus igitur, quomodo deos a dæmonibus distinguamus : quamvis enim sæpe dæmones etiam deos esse dicamus, in præsentia tamen sic accipiamus, sicut quando dæmonum genus genusque deorum tanquam aliud aliudque inter se discernimus. Deorum itaque genus esse passionis expers dicimus et putamus : dæmonibus autem passiones adjungimus, dicentes etiam sempiternos esse, sequenti post deos gradu, jamque generi humano propinquos, medios inter deorum hominumque genus. Consideratione igitur dignum est, qua ratione dæmones extra passionem non permanserint, sed ad deterius natura descenderint. Quærendum etiam est, an nullus in mundo intelligibili dæmon sit, ac rursus, num in hoc mundo dæmones tantum sint, deus autem in mundo intelligibili solum. Forsan potius hic quoque dii sunt, et mundus (ut dici solet) deus est tertius : et usque ad lunam unusquisque est deus. Præstat sane nullum in mundo intelligibili dæmonem appellare, quin etiam, si ibi ponatur ipse dæmon, esse deum existimare; et qui in mundo sensibili sunt usque ad lunam dii visibiles, deos appellare secundos : post atque secundum deos intelligibiles, sic pendentes ab illis, ut splendores a stellis. Dæmones autem quidnam esse dicemus? Fortasse, cum anima infusa sit mundo, dæmonem cujusque animæ nuncupabimus uniuscujusque vestigium : dico autem animæ infusæ mundo, quoniam purior anima gignit deum, ejusque amorem deum esse jam diximus. At quærendum est, primo quidem cur non omnes dæmones sint amores : deinde quo pacto hi quoque non sint a materia liberi. Fortasse dæmones quidem illi sunt amores, qui gignuntur ex anima bonum pulchrumque desiderante : nempe omnes, quæ hoc in mundo sunt, animæ, hunc gignunt amorem, reliqui vero dæmones ab anima quidem generantur et ipsi : ab ipsa, inquam, mundi totius anima, sed aliis quibusdam ejus viribus generantur ad usum videlicet universi, implentem dispensantemque singula toti. Oportebat enim ipsam totius animam sufficienter toti mundo præesse atque suppetere, generantem vires dæmonum ipsius toti congruas atque conferentes. Verum quonam pacto et cujus materiæ dæmones participes sunt? Non enim corporeæ; alioquin animalia sensibilia forent. Nam et si corpora aeria igneave accipiunt, oportet tamen naturam ipsorum prius etiam differentem esse, ut particeps quoque corporis fiat. Quod enim omnino purum est, non repente corpori commiscetur, quamvis opinentur multi essentiam dæmonis, quatenus dæmon est, una cum quodam vel aerio vel igneo corpore esse. Verum cur nam essentia quidem dæmonum commercium habet cum corpore, deorum vero essentia nullum, nisi quædam sit causa in ea, quæ miscetur, conferens mistioni? Quænam igitur causa? Intelligibilem

ποθέσθαι, ἵνα τὸ κοινωνῆσαν ἐκείνης ἥκῃ καὶ εἰς ταύτην τὴν τῶν σωμάτων δι' αὐτῆς.

oportet materiam ponere, ut, quod illius est particeps, per illam in hanc quoque corporum materiam veniat.

De compositione amoris atque distinctione et de intellectu.

Ζ'. Διὸ καὶ ἐν τῇ γενέσει τοῦ Ἔρωτος ὁ Πλάτων φησὶ τὸν Πόρον τὴν μέθην ἔχειν τοῦ νέκταρος, οἴνου οὔπω ὄντος, ὡς πρὸ τοῦ αἰσθητοῦ τοῦ ἔρωτος γενομένου, καὶ τῆς Πενίας μετεχούσης φύσεως νοητοῦ, ἀλλ' οὐκ εἰδώλου νοητοῦ, οὐδ' ἐκεῖθεν ἐμφαντασθέντος, ἀλλ' ἐκεῖ γενομένης καὶ συμμιχθείσης, ὡς ἐξ εἴδους καὶ ἀοριστίας, ἣν ἔχουσα ἡ ψυχὴ πρὶν τυχεῖν τοῦ ἀγαθοῦ, μαντευομένη δέ τι εἶναι, κατὰ ἀόριστον καὶ ἄπειρον φάντασμα, τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἔρωτος τεκούσης. Λόγος οὖν γενόμενος ἐν οὐ λόγῳ, ἀορίστῳ δὲ ἐφέσει, καὶ ὑποστάσει ἀμυδρᾷ, ἐποίησε τὸ γενόμενον οὐ τέλεον οὐδὲ ἱκανὸν, ἐλλειπὲς δέ, ἅτε ἐξ ἐφέσεως ἀορίστου καὶ λόγου ἱκανοῦ γεγενημένον. Καὶ ἔστι λόγος οὗτος οὐ καθαρὸς, ἅτε ἔχων ἐν αὑτῷ ἔφεσιν ἀόριστον καὶ ἄλογον καὶ ἄπειρον· οὐ γὰρ μήποτε πληρώσεται, ἕως ἂν ἔχῃ ἐν αὑτῷ τὴν τοῦ ἀορίστου φύσιν. Ἐξήρτηται δὲ ψυχῆς, ὡς ἐξ ἐκείνης μὲν γενόμενος ὡς ἀρχῆς. Μίγμα δὲ ὢν ἐκ λόγου οὐ μείναντος ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ μιχθέντος ἀοριστίᾳ· οὐκ αὐτοῦ ἀνακραθέντος ἐκείνῃ, ἀλλὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐκείνῃ. Καὶ ἔστιν ὁ ἔρως οἷον οἶστρος ἄπορος τῇ ἑαυτοῦ φύσει, διὸ καὶ τυγχάνων ἄπορος πάλιν. Οὐ γὰρ ἔχει πληροῦσθαι διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ μίγμα· μόνον γὰρ πληροῦται ἀληθῶς, ὅτι περ καὶ πεπλήρωται τῇ ἑαυτοῦ φύσει· ὁ δὲ διὰ τὴν συνοῦσαν ἔνδειαν ἐφίεται, κἂν παραχρῆμα πληρωθῇ, οὐ στέγει· ἐπεὶ καὶ τὸ εὐμήχανον αὐτῷ διὰ τὴν ἔνδειαν· τὸ δὲ πριστικὸν διὰ τὴν τοῦ λόγου φύσιν. Δεῖ δὲ καὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον τοιοῦτον νομίζειν καὶ ἐκ τοιούτων· καὶ γὰρ ἕκαστον, ἐφ' ᾧ τέτακται, πριστικὸν ἐκείνου, καὶ ἐφιέμενον ἐκείνου, καὶ συγγενὲς καὶ ταύτῃ τῷ ἔρωτι· καὶ οὐ πλῆρες οὐδ' αὐτὸ, ἐφιέμενον δέ τινος τῶν ἐν μέρει ὡς ἀγαθῶν· ὅθεν καὶ τοὺς ἐνταῦθα ἀγαθοὺς, ὃν ἔχουσιν ἔρωτα, τοῦ ἁπλῶς ἀγαθοῦ καὶ τοῦ ὄντως ἔχειν, οὐκ ἔρωτά τινα ἔχοντας· τοὺς δὲ κατ' ἄλλους δαίμονας τεταγμένους κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον δαίμονα τετάχθαι, ὃν ἁπλῶς εἶχον, ἀργὸν ἀφέντας· ἐνεργοῦντας δὲ κατ' ἄλλον δαίμονα, ὃν εἵλοντο κατὰ τὸ σύμφωνον μέρος τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτοῖς, ψυχῆς· οἱ δὲ κακῶν ἐφιέμενοι ταῖς κακαῖς ἐγγενομέναις ἐπιθυμίαις ἐπέδησαν πάντας τοὺς ἐν αὐτοῖς ἔρωτας, ὥσπερ καὶ λόγον τὸν ὀρθὸν, ὅστις σύμφυτος, κακαῖς ταῖς ἐπιγενομέναις δόξαις. Οἱ μὲν οὖν φύσει ἔρωτες, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, καλοί· καὶ οἱ μὲν ἐλάττονος ψυχῆς ἐλάττους εἰς ἀξίαν καὶ δύναμιν· οἱ δὲ κρείττους, πάντες ἐν οὐσίᾳ· οἱ δὲ παρὰ φύσιν, σφαλέντων πάθη ταῦτα, καὶ οὐδαμῇ οὐσία, οὐδὲ ὑποστάσεις οὐσιώδεις, οὐ παρὰ ψυχῆς ἔτι γεννώμενα, ἀλλὰ συνυφιστάμενα κακίᾳ ψυχῆς, ὁμοια γεννώσης ἐν διαθέσεσι καὶ ἕξεσιν ἤδη. Καὶ γὰρ ὅλως κινδυνεύει τὰ μὲν ἀγαθὰ τὰ ἀληθῆ, κατὰ φύσιν ψυχῆς ἐνεργούσης ἐν ὡρισμένοις, οὐσία εἶναι· τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἐξ αὐτῆς

VII. Plato igitur in Amoris generatione Porum inquit fuisse nectare ebrium, quando nondum esset vinum, quasi amor ante mundum sensibilem sit progenitus, et Penia mater ejus participaverit naturam ipsam intelligibilem : non autem naturæ intelligibilis simulacrum indeve|ut apparens, sed illic interfuerit commistaque sit, velut ex specie et indefinitate quadam, quam quidem habens anima antequam consequatur bonum, vaticinans autem, aliquid esse bonum, secundum indefinitum interminatumque simulacrum seu visum amoris substantiam peperit Ratio igitur non in ratione, sed in appetitu indefinito et subsistentia debili jam facta, reddidit, quod inde genitum est, neque perfectum, neque sufficiens, imo indigum, utpote quod ex appetitu quodam indefinito et ratione sufficienti genitum est. Est autem ratio hæc nequaquam pura : quippe cum in se habeat appetitum interminatum, irrationalem, indefinitum : nunquam enim implebitur, quamdiu in se habebit rei indeterminatæ naturam. Pendet autem ab anima, cum ab illa velut principio prodeat. Mistura vero quædam est ex ratione non quidem in se ipsa manente, sed infinitati permista : siquidem non ipsa ratio, sed quod micat ex ipsa, infinitati miscetur. Est itaque amor velut asilus quidam indigus suapte natura, ideoque etiam potitus iterum est egenus. Non enim naturam habet, quæ possit impleri : quippe cum mistura quædam sit; mistura vero talis, propterea quod non possidet, non impletur ; solum enim re vera impletur, quod suapte natura jam est plenum. Quod autem ob insitam indigentiam concupiscit, etiam si subito impleatur, minime retinet quandoquidem ingeniosa amoris industria ab indigentia proficiscitur ; facultas autem comparandi sive suppeditandi ob ipsam rationis naturam inesse videtur. Oportet etiam omne dæmonum genus tale quiddam ex talibusque constitui. Horum namque quodlibet, ad quod ordinatum est, ejusdem comparandi, suppeditandi, appetendi naturam habet, atque hac ratione est amori cognatum, ipsumque non plenum, sed alicujus boni particularis avidum quo efficitur, ut, et qui hic boni sunt, quem habent amorem, ipsius simpliciter veri boni habeant, neque quendam duntaxat amorem. Qui vero secundum alios dæmones ordinati sunt, secundum alium aliumve dæmonem dispenantur, quem simpliciter habuerant, otiosum jam dimittentes : operantes autem secundum alium dæmonem, quem elegerunt secundum partem animæ cum illa concordem, quæ operatur in ipsis. Qui vero mala cupiunt pravis jam conceptis cupiditatibus, omnes in se amores impedisse atque ligasse videntur : quemadmodum rectam quoque rationem, si qua innata est, malis aliquando contractis opinionibus occupare consueverunt. Quam ob rem amores, qui natura insunt atque secundum naturam, boni sunt, et inferioris quidem animæ amores dignitate potentiaque inferiores sunt, superioris autem, superiores : omnes denique in essentia collocati. Qui autem præter naturam accidunt, passiones quædam sunt aberrantium, neque essentia ullo modo, neque subsistentiæ ullæ essentiales : quippe cum non ab ipsa anima facti sint, sed vitium animæ comitentur, generantis videlicet similia quædam pro affectu habituque contracto. Probabile vero est, omnino vera quidem bona, quæ agit anima, quoties secundum naturam agit in rebus ratione determinatis, essentiam esse : alia vero animam ex se ipsa non agere ideoque nec aliud quicquam esse, quam passiones. Seu

ιάρχειν, οὐδὲν δ' ἄλλο ἢ πάθη εἶναι. Ὥσπερ ψευδῆ νοήματα, οὐκ ἔχοντα τὰς ὑπ' αὐτὰ οὐσίας, καθάπερ τὰ ἀληθῆ ὄντως, καὶ ἀΐδια καὶ ὡρισμένα, ὁμοῦ τὸ νοεῖν καὶ τὸ νοητὸν καὶ τὸ εἶναι ἔχοντα οὐ μόνον ἐν τῷ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκάστῳ περὶ τὸ νοητὸν ὄντως καὶ ὧν τὸν ἐν ἑκάστῳ εἶδει, καὶ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν τίθεσθαι καθαρῶς νόησιν, καὶ νοητὸν, καὶ μὴ ὁμοῦ, καὶ ἡμῶν τοῦτο καὶ ἁπλῶς, ὅθεν καὶ τῶν ἁπλῶν ἡμῖν ὁ ἔρως· καὶ γὰρ αἱ νοήσεις· καὶ εἴ τινος τῶν ἐν μέρει, κατὰ συμβεβηκὸς, ὥσπερ εἰ τόδε τὸ τρίγωνον δύο ὀρθὰς ἔκφρει, καθόσον ἁπλῶς τρίγωνον.

et intelligentiæ falsæ se habent, non habentes sub se ipsis essentias, quales habent re vera intelligentiæ veræ, sempiternæ, determinatæ : habentes simul intelligere, intelligibileque et esse non solum in eo, quod simpliciter se habet, sed etiam in unoquoque circa ipsum re vera intelligibile, et intellectum in unaquaque specie : quin etiam in unoquoque nostrûm constat pure inesse intelligentiam atque intelligibile, nec simul quidem, et nostrum id atque simpliciter, unde amor nobis inest ad simplicia quoque et universalia tendens : quippe cum tales etiam intelligentiæ insint. Ac si cujusdam particularis adsit intelligentia, secundum accidens adesse videtur : quemadmodum de proprio hoc triangulo intelligit quis rectos angulos duos habere, quatenus triangulum ipsum simpliciter habere duos rectos intelligit.

De Jove et hortis ejus, et Venere, et Poro, et Penia, et Amore.

Η'. Ἀλλὰ τίς ὁ Ζεὺς, οὗ τὸν κῆπον λέγει, εἰς ὃν εἰσῆλθεν ὁ Πόρος; καὶ τίς ὁ κῆπος οὗτος; ἡ μὲν γὰρ Ἀφροδίτη ψυχὴ ἦν ἡμῖν· λόγος δὲ ἐλέγετο τῶν πάντων ὁ Πόρος. Ταῦτα δὲ τί δεῖ τίθεσθαι τὸν Δία καὶ τὸν κῆπον αὐτοῦ; Οὐδὲ γὰρ ψυχὴν τίθεσθαι δεῖ τὸν Δία, τὴν Ἀφροδίτην τοῦτο θέντας. Δεῖ δὴ λαβεῖν καὶ ἐντεῦθεν παρὰ Πλάτωνος τὸν Δία, ἐκ μὲν Φαίδρου, ἡγεμόνα μέγαν λέγοντος αὐτοῦ τοῦτον τὸν θεόν· ἐν ἄλλοις δὲ τρίτον, οἶμαι, τοῦτον· σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Φιλήβῳ, ἵνα ἐν φῇ ἐν τῷ Διὶ εἶναι βασιλικὴν μὲν ψυχὴν, βασιλικὸν δὲ νοῦν. Εἰ οὖν ὁ Ζεὺς νοῦς ἐστι μέγας καὶ ψυχὴ, καὶ ἐν τοῖς αἰτίοις τάττεται, κατὰ δὲ τὸ κρεῖττον δεῖ τάττειν διά τε τὰ ἄλλα, καὶ ὅτι αἴτιον, καὶ τὸ βασιλικὸν δὲ καὶ τὸ ἡγούμενον, ὁ μὲν ἔσται κατὰ τὸν νοῦν· ἡ δὲ Ἀφροδίτη αὐτοῦ οὖσα, καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ, κατὰ τὴν ψυχὴν τετάξεται, κατὰ τὸ καλὸν καὶ ἀγλαὸν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἄκακον καὶ ἁβρὸν Ἀφροδίτη λεχθεῖσα. Καὶ γὰρ εἰ κατὰ μὲν τὸν νοῦν τοὺς ἄρρενας τάττομεν τῶν θεῶν, κατὰ δὲ τὰς ψυχὰς αὐτῶν τὰς θηλείας λέγομεν, ὡς νῷ ἑκάστῳ ψυχῆς συνούσης, εἴη ἂν καὶ ταύτῃ ἡ ψυχὴ τοῦ Διὸς ἡ Ἀφροδίτη, πάλιν μαρτυρούντων τούτῳ τῷ λόγῳ ἱερέων τε καὶ θεολόγων, οἳ εἰς ταὐτὸν Ἥραν καὶ Ἀφροδίτην ἄγουσι, καὶ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρα ἐν οὐρανῷ Ἥρας λέγουσιν.

VIII. Ceterum quisnam hic est Jupiter, in cujus hortos Plato Porum dicit ingressum? quive hi horti sunt? Venus quidem, ut jam conveniemus, anima est : Porus autem omnium ratio. Reliquum est, quid Jovem, quidve Jovis hortos significare velit, aperiamus. Jovem profecto esse animam nullo modo dicendum, cum jam animam esse Venerem concesserimus : imo vero Jovem a Platone hic nominatum debemus accipere ex Phædro quidem magnum illum ducem, quem scilicet describit in Phædro, alibi vero, quem tertium ponit deum : sed planius in Philebo, quando dicit, in Jove esse regiam quidem animam, regium insuper intellectum. Si ergo Jupiter magnus est intellectus et anima, atque in numero disponitur causarum, disponi vero secundum id, quod excellentius est, oportet, et ob alia multa, et quia causa est, causaque regia atque ducens : si, inquam, ita est, Jupiter quidem secundum intellectum erit. Venus autem, quæ ipsius est, et ex ipso, atque cum ipso, secundum animam collocabitur, scilcet secundum speciosum splendidumque, et secundum id, quod in anima est, sincerum, innocuum, delicatum : [ex quibus omnibus anima Venus cognominatur] ex *habro* quasi Abrodite dicta. Etenim si secundum intellectum quidem in deorum numero masculos judicamus, secundum vero eorundem animas solemus feminas nominare : quippe cum cuilibet intellectui cohæreat anima, merito hac insuper ratione anima Jovis erit Venus : præsertim cum huic rationi sacerdotum quoque theologorumque testimonia suffragentur. Illi nempe pro eodem accipiunt numine Venerem atque Junonem : ac stellam in cælo Veneris, stellam Junonis appellant.

Confirmatio superiorum.

Θ'. Ὁ οὖν Πόρος λόγος ὢν τῶν ἐν τῷ νοητῷ καὶ νῷ, καὶ μᾶλλον κεχυμένος καὶ οἷον ἁπλωθείς, περὶ ψυχὴν ἐν γένοιτο καὶ ἐν ψυχῇ. Τὸ γὰρ ἐν νῷ συνεσπειραμένον, καὶ οὐ παρὰ ἄλλου εἰς αὐτὸν, τούτῳ δὲ μεθύοντι ἔπεκτὸν τὸ τῆς πληρώσεως. Τὸ δ' ἐκεῖ πληροῦν τοῦ ἑτέρους τί ἂν εἴη, ἢ λόγος ἀπὸ κρείττονος ἀρχῆς πεσὼν εἰς ἔλαττονα; Ἐν οὖν τῇ ψυχῇ ἀπὸ τοῦ νοῦ ὁ λόγος οὗτος, ὅτε ἡ Ἀφροδίτη λέγεται γεγονέναι, εἰσιὼν εἰς τὸν κῆπον αὐτοῦ. Κῆπος δὲ πᾶς ἀγλαΐσμα, καὶ πλούτου ἐγκαλλώπισμα. Ἀγλαΐζεται δὲ τῷ τοῦ λόγου λόγῳ, καὶ τὰ καλλωπίσματα αὐτοῦ, τὰ παρὰ τοῦ νοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ψυχὴν ἐλθόντα ἀγλαίσματα. Τί δ' ἂν εἴη ὁ κῆπος τοῦ Διὸς, ἢ τὰ ἀγάλματα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἀγλαίσματα; τί δ' ἂν εἴη τὰ ἀγλαίσματα αὐτοῦ, καὶ τὰ κοσμήματα, ἢ οἱ λόγοι οἱ παρ' αὐτοῦ ῥυέντες;

IX. Porus igitur cum sit ratio quædam eorum, quæ in mundo intelligibili intellectuque sunt, ratio, inquam, jam latius explicata, nimirum circa animam fit atque in anima. Quod enim in intellectu collectum est, neque ab alio manat in ipsum, id jam in Poro inde ebrio significat adventitiam plenitudinem : quod autem illic est, implens nectare Porum, quidnam est? Profecto est ratio a superiori principio defluens ad inferius : quam ob rem ab intellectu in anima ratio hæc concipitur, quando Venus nata dicitur, ac, dum concipitur, in Jovis hortos fluere judicatur. Hortus vero omnis est splendor et copiæ decus. Refulgent vero Jovis horti ratione, ornamentaque Jovis sunt splendores ab ipsius intellectu in animam emicantes. Quid enim aliud Jovis horti significare possunt, quam imagines splendoresque ipsius? Quid rursus splendores ornamentaque Jovis sunt, nisi rationes ab ipso fluentes?

ὁμοῦ δὲ οἱ λόγοι ὁ Πόρος, ἡ εὐπορία, καὶ ὁ πλοῦτος τῶν καλῶν ἐν ἐκφάνσει ἤδη· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μεθύειν τῷ νέκταρι. Τί γὰρ θεοῖς νέκταρ, ἢ ὃ τὸ θεῖον κομίζεται; κομίζεται δὲ τὸ ὑποβεβηκὸς νοῦ, λόγον· νοῦς δὲ ἑαυτὸν ἔχει ἐν κόρῳ, καὶ οὐ μεθύει ἔχων· οὐ γὰρ ἐπακτόν τι ἔχει· ὁ δὲ λόγος νοῦ γέννημα, καὶ ὑπόστασις μετὰ νοῦν, καὶ οὐκέτι αὐτοῦ ὤν, ἀλλ' ἐν ἄλλῳ, ἐν τῷ τοῦ Διὸς κήπῳ λέγεται κεῖσθαι, τότε κείμενος, ὅτε ἡ Ἀφροδίτη ἐν τοῖς οὖσιν ὑποστῆναι λέγεται. Δεῖ δὲ τοὺς μύθους, εἴπερ τοῦτο ἔσονται, καὶ μερίζειν χρόνοις, ἃ λέγουσι, καὶ διαιρεῖν ἀπ' ἀλλήλων πολλὰ τῶν ὄντων, ὁμοῦ μὲν ὄντα, τάξει δὲ ἢ δυνάμεσι διεστῶτα, ὅπου καὶ οἱ λόγοι καὶ γενέσεις τῶν ἀγεννήτων ποιοῦσι, καὶ τὰ ὁμοῦ ὄντα καὶ αὐτοὶ διαιροῦσι· καὶ διδάξαντες, ὡς δύνανται, τῷ νοήσαντι ἤδη συγχωροῦσι συναιρεῖν. Ἡ δὲ συναίρεσις ψυχὴ νῷ συνοῦσα καὶ παρὰ νοῦ ὑποστᾶσα, καὶ αὖ λόγων πληρωθεῖσα, καὶ καλὴ καλοῖς κοσμηθεῖσα, καὶ εὐπορίας πληρωθεῖσα, ὡς εἶναι ἐν αὐτῇ ὁρᾶν πολλὰ ἀγλαίσματα, καὶ τῶν καλῶν ἁπάντων εἰκόνας, Ἀφροδίτη μέν ἐστι τὸ πᾶν. Οἱ δὲ ἐν αὐτῇ λόγοι πάντες, εὐπορία καὶ Πόρος, ἀπὸ τῶν ἄνω ῥυέντες τοῦ ἐκεῖ νέκταρος· τὰ δὲ ἐν αὐτῇ ἀγλαίσματα, ὡς ἂν ἐν ζωῇ κείμενα, κῆπος Διὸς λέγεται, καὶ εὕδειν ἐκεῖ ὁ Πόρος, οἷς ἐπληρώθη βεβαρημένος· ζωῆς δὲ φανείσης, καὶ οὔσης ἀεὶ ἐν τοῖς οὖσιν, ἐστιᾶσθαι οἱ θεοὶ λέγονται, ὡς ἂν ἐν τοιαύτῃ μακαριότητι ὄντες. Ἀεὶ δὲ οὕτως ὑπέστη ὅδε ἐξ ἀνάγκης, ἐκ τῆς ψυχῆς ἐφέσεως πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἦν ἀεί, ἐξ οὗπερ καὶ ψυχή, ἔρως. Ἔστι δ' οὗτος μικτόν τι χρῆμα, μετέχον μὲν ἐνδείας, ἧς πληροῦσθαι θέλει, οὐκ ἄμοιρον δὲ εὐπορίας, ἧς, οὗ ἔχει, τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖ· οὐ γὰρ δὴ τὸ πάμπαν ἄμοιρον τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ ἀγαθὸν ἄν ποτε ζητήσειεν· ἐκ Πόρου οὖν καὶ Πενίας λέγεται εἶναι, ἢ ἡ ἔλλειψις καὶ ἡ ἔφεσις, καὶ τῶν λόγων ἡ μνήμη, ὁμοῦ συνελθόντα ἐν ψυχῇ, ἐγέννησε τὴν ἐνέργειαν τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἔρωτα τοῦτον ὄντα. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτῷ Πενία, ὅτι ἀεὶ ἡ ἔφεσις ἐνδεοῦς· ὕλη δὲ ἡ Πενία, ὅτι καὶ ἡ ὕλη ἐνδεὴς τὰ πάντα· καὶ τὸ ἀόριστον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμίας (οὐ γὰρ μορφή τις, οὐδὲ λόγος ἐν τῷ ἐφιεμένῳ τούτου) ὑλικώτερον τὸ ἐφιέμενον, καθ' ὅσον ἐφίεται ποιεῖ· τὸ δὲ πρὸς αὐτὸ εἶδός ἐστι μόνον ἐν αὐτῷ μένον· καὶ δέξασθαι δὲ ἐφιέμενον ὕλην τῷ ἐπιόντι τὸ δεξόμενον παρασκευάζει. Οὕτω τοι ὁ ἔρως ὑλικός τις ἐστὶ, καὶ δαίμων οὗτός ἐστιν ἐκ ψυχῆς καθ' ὅσον ἐλλείπει τῷ ἀγαθῷ, ἐφίεται δὲ γεγεννημένος.

simul autem rationes dicuntur Porus, id est, affluentia felix thesaurusque divitiarum pulcherrimarum jam palam et perspicue refulgentium. Jam vero id ipsum est ebrium nectare fieri. Quid enim aliud apud deos est nectar, quam quod deus aliquis haurit: quod autem menti subest, mentis haurit rationem. Mens autem ipsa jam satura conquiescit: cumque jam possideat, merito ebria non evadit, quippe cum nihil habeat peregrinum: ratio vero proles est mentis post mentem subsidens, nec amplius sui ipsius exsistens, sed in allo jacens, in horto Jovis (ut fertur) et tunc quidem, quando Veneris natalia celebrantur, id est, nascente Venere. Oportet autem fabulas, si modo futuræ sint fabulæ, [nec procul a vero,] temporibus, quæ narrant, dividere, multaque a se invicem segregare, quæ simul quidem sint tempore, ordine vero et potentia discrepent: quandoquidem et rationes atque sermones inducere generationes ingenitorum consueverunt, et quæ simul existunt, discernere: atque, postquam pro viribus docuerunt, intellecturis connectere, quæ diviserant, jam concedere solent. Connexio vero summaque nostra in præsentia est ejusmodi: Anima cum mente simul exsistens et ab ipsa mente subsistens, rursus rationibus hinc imbuta, ipsaque pulchra pulchris admodum exornata, affluentiaque luxurians, adeo ut in ea jam splendores varios liceat contueri pulchrorumque omnium simulacra: id, inquam, totum Venus ipsa censetur. Rationes autem omnes in ea appellantur Porus, id est, affluentia felix, a superno nectare profluens: at vero splendores in ea quatenus in ipsa vita micant, Jovis horti dicuntur. Ubi et Porus jacere traditur, his jam gravatus, quibus fertur imbutus. Cum vero vita in ordine rerum micat, imo vero semper ea micante dii convivio discumbere judicantur: utpote qui ejusmodi quadam felicitate fruantur. Amor autem necessario ita semper exstitit, quamdiu et anima, ex appetitu animæ ad præstantius bonumque profectus. Est autem res quædam mixta, particeps quidem indigentiæ, quatenus affectat impleri, neque tamen expers copiæ, quatenus residuum ejus, quod habet, exposcit. Si enim expers boni foret omnino, nunquam bonum appeteret: quam ob rem ex affluentia simul atque penuria narratur exortus. Quin etiam defectus appetitusque simul atque memoria rationum conspirantes in anima, actum erga bonum, qui amor dicitur, genuerunt. Mater autem ejus est penuria, quoniam appetitio semper est indigentis. Materia vero est ipsa penuria, quoniam materia omnium est egena. Quin etiam indeterminata natura appetitionis vergentis ad bonum declarat id ipsum, quod appetit, quatenus appetit, magis vicem habere materiæ: neque enim forma, neque ratio adhuc in eo, quod bonum appetit, qua ratione appetit, esse videtur. Quantum tamen ad se ipsum spectat, species tantum est permanens in se ipsa, simulque affectans accipere, naturam suam, bonum adhuc accepturam, comparat ad occurrens bonum jam quasi materiam. Amor denique sic est materiæ particeps, talisque dæmon est anima, quatenus bono quidem quodammodo caret, sed appetit procreatus.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Ϛ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΑΘΕΙΑΣ ΤΩΝ ΑΣΩΜΑΤΩΝ.

ENNEADIS TERTIÆ

LIBER VI.

DE IMPASSIBILITATE INCORPOREORUM.

Anima sentiendo et vivificando passiones corporis ipsa non patitur.

Α'. Τὰς αἰσθήσεις οὐ πάθη λέγοντες εἶναι, ἐνεργείας δὲ περὶ παθήματα καὶ κρίσεις (τῶν μὲν παθῶν περὶ ἄλλο τι γιγνομένων, οἷον τὸ σῶμα φέρε τὸ τοιόνδε, τῆς δὲ κρίσεως περὶ τὴν ψυχήν· οὐ τῆς κρίσεως πάθους οὔσης, ἄλλην γὰρ αὖ δεῖ κρίσιν γίγνεσθαι, καὶ ἐπαναβαίνειν δεῖ εἰς ἄπειρον), εἴχομεν οὐδὲν ἧττον καὶ ἐνταῦθα ἀπορίαν, εἰ ἡ κρίσις, ἧ κρίσις, οὐδὲν ἔχει τοῦ κρινομένου, ἢ εἰ τύπον ἔχοι, πέπονθεν. Ἦν δ' ὅμως λέγειν καὶ περὶ τῶν καλουμένων τυπώσεων, ὡς ὁ τρόπος ὅλως ἕτερος, ἢ ὡς ὑπέλαβε τις· ὁποῖος καὶ ἐπὶ τῶν νοήσεων, ἐνεργειῶν καὶ τούτων οὐσῶν, γιγνώσκειν ἄνευ τοῦ παθεῖν τι δυναμένων· καὶ ὅλως ὁ λόγος ἡμῖν καὶ τὸ βούλημα, μὴ ὑπολαβεῖν τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσι τὴν ψυχὴν τοιαύταις, ὁποῖαι αἱ θερμάνσεις καὶ ψύξεις σωμάτων. Καὶ τὸ παθητικὸν δὲ λεγόμενον αὐτῆς ἔδει ἰδεῖν καὶ ἐπισκέψασθαι, πότερα καὶ τοῦτο ἄτρεπτον δώσομεν, ἢ τούτῳ μόνῳ τὸ πάσχειν συγχωρήσομεν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον, περὶ δὲ τῶν προτέρων τὰς ἀπορίας ἐπισκεπτέον. Πῶς γὰρ ἄτρεπτον καὶ τὸ πρὸ τοῦ παθητικοῦ καὶ τὸ πρὸ αἰσθήσεως, καὶ ὅλως ψυχῆς ὁτιοῦν, κακίας περὶ αὐτὴν ἐγγιγνομένης, καὶ δοξῶν ψευδῶν καὶ ἀγνοίας· οἰκειώσεις δὲ καὶ ἀλλοτριώσεις ἡδομένης καὶ λυπουμένης, ὀργιζομένης, φθονούσης, ζηλούσης, ἐπιθυμούσης, ὅλως οὐδαμῆ ἡσυχίαν ἀγούσης, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ τῶν προσπιπτόντων κινουμένης καὶ μεταβαλλούσης. Ἀλλ' εἰ μὲν σῶμά ἐστιν ἡ ψυχὴ καὶ μέγεθος ἔχει, οὐ ῥᾴδιον, μᾶλλον δὲ ὅλως ἀδύνατον, ἀπαθῆ αὐτὴν καὶ ἄτρεπτον δεικνύναι ἐν ὁτῳοῦν τῶν λεγομένων γίγνεσθαι περὶ αὐτήν. Εἰ δὲ ἐστὶν οὐσία ἀμεγέθης, καὶ δεῖ καὶ τὸ ἄφθαρτον αὐτῇ παρεῖναι, ἐπιδοτέον αὐτῇ πάθη διδόναι τοιαῦτα, μὴ καὶ λάθωμεν αὐτὴν φθαρτὴν εἶναι διδόντες. Καὶ δὴ εἴτε ἀριθμός, εἴτε λόγος, ὥς φαμεν, ἡ οὐσία αὐτῆς, πῶς ἂν πάθος ἐγγένοιτο ἐν ἀριθμῷ ἢ λόγῳ; ἀλλὰ μᾶλλον λόγους ἀλόγους καὶ ἀπαθῆ πάθη δεῖ ἐπιγίγνεσθαι αὐτῇ λέγεσθαι, καὶ ταῦτα τὰ ἀπὸ τῶν σωμάτων μετενηνεγμένα· ἀντικειμένως ληπτέον ἕκαστα, καὶ κατ' ἀναλογίαν μετενηνεγμένα, καὶ ἔχουσαν οὐκ ἔχειν καὶ πάσχουσαν οὐ πάσχειν, καὶ, ὅστις ὁ τρόπος τῶν τοιούτων, ἐπισκεπτέον.

I. Si sensus dicamus non esse passiones, sed actiones, judiciaque circa passiones, quæ quidem passiones circa aliud quiddam fiant, velut forsan circa corpus tale, judicium vero fit in anima : neque ipsum passio sit; alioquin oporteat aliud quoque judicium esse, atque per infinitum progredi : si, inquam, ita dicamus, nihilominus et hic dubitare continget, utrum judicium ipsum, qua ratione judicium est, nihil habeat illius in se, de quo judicatur, an formam ejus quandam, quam si habeat, jam passum fuisse videbitur. Licet tamen dicere de his, quæ formationes sensuum vel ipsius intelligentiæ nuncupantur, longe aliter fieri, quam a plerisque existimetur : quod præcipue in intelligentiis ipsis apparet, quæ quidem ipsæ quoque sunt actiones, potentes [*i. e. siquidem possunt*] aliquid absque passione cognoscere. Omnino vero nostra cum ratio tum voluntas optat, ne anima talibus conversionibus mutationibusque subdatur, quales sunt calefactiones frigefactionesque corporum. Oportet quinetiam de parte animæ, quæ passiva dicitur, diligenter considerare, utrum hanc quoque immutabilem fateamur, an soli huic passionem aliquam concedamus. Sed de hoc in sequentibus : nunc vero priorum dubitationes discutiamus. Ambigitur sane, quonam pacto immutabile possit esse etiam quod est ante passivum atque sensum, et omnino quodcumque sit animæ, quandoquidem pravitas in ea fiat, et falsa sæpe opinio ignorantiaque contingat. Rursus conformitas et difformitas dum gaudet, mœret, irascitur, invidet, æmulatur, affectat, quiescit nusquam, sed quolibet incidente movetur et permutatur. Verum, si anima corpus est, habetque magnitudinem, difficile est, imo etiam impossibile, eam impassibilem immutabilemque ostendere in quovis eorum, quæ circa ipsam dicuntur accidere. Sin autem est essentia magnitudinis expers, oportetque dotem illi incorruptibilem non deesse, cavendum est tales illi concedere passiones, ne forsan inscii eam esse corruptibilem concedamus. Tum vero sive numerus sive ratio (ut solemus dicere) ejus essentia est, quonam pacto passio ulla numero vel rationi continget? sed potius rationes irrationales et impassibiles passiones in ea fieri est putandum, atque hæc a corporibus in eam translata, per oppositionem accipienda sunt singula, et secundum analogicam proportionem quasi traducta, adeo ut anima habens hæc non habeat et patiens non patiatur, et, quis talium modus sit, cogitandum.

Quid virtus, quid pravitas, et quod non sint velut qualitates in anima, sed ut actus.

Β'. Πρῶτον δὲ περὶ κακίας καὶ ἀρετῆς λεκτέον, τί γίγνεται τότε, ὅταν κακία λέγηται παρεῖναι· καὶ γὰρ ἀφαιρεῖν δεῖν φαμεν, ὡς ὄντος τινὸς ἐν αὐτῇ κακοῦ,

II. Principio de virtute vitioque dicendum, quidnam fiat, quando vitium inesse animæ dicitur : etenim sæpe solemus dicere, oportere a vitioso auferre nonnihil, quasi

καὶ ἐνθεῖναι ἀρετὴν καὶ κοσμῆσαι, καὶ κάλλος ἐμποιῆσαι ἀντὶ αἴσχους τοῦ πρόσθεν. Ἆρ' οὖν λέγοντες ἀρετὴν ἁρμονίαν εἶναι, ἀναρμοστίαν δὲ τὴν κακίαν, λέγοιμεν ἂν δόξαν δοκοῦσαν τοῖς παλαιοῖς; καίτοι πρὸς τὸ ζητούμενον οὐ μικρὸν ὁ λόγος ἀνύσειεν. Εἰ γὰρ συναρμοσθέντα μὲν κατὰ φύσιν τὰ μέρη τῆς ψυχῆς πρὸς ἄλληλα ἀρετή ἐστι, μὴ συναρμοσθέντα δὲ, κακία, ἐπακτὸν οὐδὲν ἂν οὐδ' ἑτέρωθεν γίγνοιτο, ἀλλ' ἕκαστον ἥκοι ἂν, οἷόν ἐστι, πρὸς τὴν ἁρμογήν· καὶ οὐκ ἂν ἥκοι ἐν τῇ ἀναρμοστίᾳ τοιοῦτον ὄν, οἷον καὶ χορευταὶ χορεύοντες καὶ συνᾴδοντες ἀλλήλοις, εἰ καὶ μὴ οἱ αὐτοὶ εἰσὶ, καὶ μόνος τις ᾄδων, τῶν ἄλλων μὴ ᾀδόντων, καὶ ἑκάστου καθ' ἑαυτὸν ᾀδοντος. Οὐ γὰρ μόνον δεῖ συνᾴδειν, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον καλῶς τὸ αὐτοῦ ᾄδοντα οἰκείᾳ μουσικῇ, ὥστε κἀκεῖ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἁρμονίαν εἶναι, ἑκάστου μέρους τὸ αὐτῷ προσῆκον ποιοῦντος. Δεῖ δὴ πρὸ τῆς ἁρμονίας αὐτῆς ἄλλην ἑκάστου εἶναι ἀρετὴν, καὶ κακίαν δὲ ἑκάστου πρὸ τῆς πρὸς ἄλληλα ἀναρμοστίας. Τίνος οὖν παρόντος ἕκαστον μέρος κακόν; ἢ κακίας· καὶ ἀγαθὸν αὖ; ἢ ἀρετῆς. Τῷ μὲν οὖν λογιστικῷ τάχ' ἄν τις λέγων ἄνοιαν εἶναι τὴν κακίαν, καὶ ἄνοιαν τὴν κατὰ ἀπόφασιν, οὐ παρουσίαν τινὸς ἂν λέγοι. Ἀλλ' ὅταν καὶ ψευδεῖς δόξαι ἐνῶσιν, ὃ δὴ μάλιστα τὴν κακίαν ποιεῖ, πῶς οὐκ ἐγγίγνεσθαι φήσει, καὶ ἀλλοῖον ταύτῃ τοῦτο τὸ μόριον γίγνεσθαι; Τὸ δὲ θυμοειδὲς οὐκ ἄλλως μὲν ἔχει δειλαῖνον· ἀνδρεῖον δὲ ὄν, ἄλλως; Τὸ δὲ ἐπιθυμοῦν, ἀκόλαστον μὲν ὄν, οὐκ ἄλλως, σωφρονοῦν δὲ ἄλλως, ἢ πέπονθεν; ἢ ὅταν μὲν ἐν ἀρετῇ ἕκαστον ᾖ, ἐνεργεῖν κατὰ τὴν οὐσίαν, ἥν ἐστιν ἕκαστον, ἐπαίειν λόγου φήσομεν· καὶ τὸ μὲν λογιζόμενον παρὰ τοῦ νοῦ· τὰ δ' ἄλλα παρὰ τούτου· ἢ τὸ ἐπαίειν λόγου ὥσπερ ὁρᾷν ἐστιν, οὐ σχηματιζόμενον, ἀλλ' ὁρῶν, καὶ ἐνεργείᾳ ὄν, ὅτε ὁρᾷ. Ὥσπερ γὰρ ἡ ὄψις, καὶ δυνάμει οὖσα καὶ ἐνεργείᾳ, ἡ αὐτὴ τῇ οὐσίᾳ, ἡ δὲ ἐνέργειά ἐστιν οὐκ ἀλλοίωσις, ἀλλ' ἅμα προσῆλθε πρὸς ὃ ἔχει τὴν οὐσίαν, καὶ ἔστιν εἰδυῖα, καὶ ἔγνω ἀπαθῶς, καὶ τὸ λογιζόμενον οὕτω πρὸς τὸν νοῦν ἔχει, καὶ ὁρᾷ, καὶ ἡ δύναμις τοῦ νοεῖν τοῦτο, οὐ σφραγῖδος ἔνδον γενομένης, ἀλλ' ἔχει ὃ εἶδε, καὶ αὖ οὐκ ἔχει· ἔχει μέν, τῷ γιγνώσκειν· οὐκ ἔχει δὲ τῷ μὴ ἀποχεῖσθαί τι ἐκ τοῦ ὁράματος, ὥσπερ ἐν κηρῷ μορφήν. Μεμνῆσθαι δὲ δεῖ, ὅτι καὶ τὰς μνήμας οὐκ ἐναποκειμένων τινῶν ἐλέγετο εἶναι, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς οὕτω τὴν δύναμιν ἐγειράσης, ὥστε καὶ, ὃ μὴ ἔχει, ἔχειν. Τί οὖν, οὐκ ἄλλη ἦν πρὶν οὕτω μνημονεύειν, καὶ ὕστερον ἢ ὅτε μνημονεύει; εἰ βούλει, ἄλλην· οὐκοῦν ἀλλοιωθεῖσά γε, πλὴν εἰ μή τις τὸ ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἐλθεῖν ἀλλοίωσιν λέγοιτο. Ἀλλ' ἔστιν οὐδὲν προσγενόμενον, ἀλλ' ὅπερ ἦν πεφυκυῖα, τοῦτο ποιοῦσα. Ὅλως γὰρ αἱ ἐνέργειαι τῶν αὐλῶν οὐ συναλλοιουμένων γίγνονται, ἢ φθαρεῖεν ἄν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον μενόντων. Τὸ δὲ πάσχειν τὸ ἐνεργοῦν, τοῦτο τῶν μεθ' ὕλης· εἰ δὲ ἄϋλον ἂν πείσεται, οὐκ ἔχει, ᾧ μένει, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ὄψεως, τῆς ὁράσεως ἐνεργούσης, τὸ πάσχον ὁ ὀφθαλμός ἐστιν· αἱ δὲ δόξαι

aliquid sit in ipso mali : item adhibere virtutem atque ornare, et honestatem pro turpitudine præcedenti inducere. Numquid igitur, si dicamus virtutem esse consonantiam quandam, vitium vero dissonantiam, opinionem antiquis consonam in medium adducemus? ac præterea ad id, quod quærimus, admodum conducemus. Si enim virtus est hoc ipsum, scilicet partes animæ esse secundum naturam inter se concordes, vitium vero, esse discordes : nihil utique adventitium, nihil alinnde nobis adveniet, sed pars quælibet, qualis in se est, concentum ingredietur : neque ingredietur in dissonantiam sic se habens, quemadmodum tripudiatores saltantes, et invicem concinentes, etsi non iidem sint, et solus quis canens ceteris non canentibus, et quolibet secundum se cantante. Non enim oportet concinere solum, verum etiam quemlibet, quantum ad se pertinet, musica propria rite cantare, adeo ut et illic in anima consonantia sit, quando pars quælibet, quod sibi est consentaneum, peragit. Oportet sane ante consonantiam ipsam aliam uniuscujusque partis virtutem esse, vel aliam pravitatem ante mutuam dissonantiam. Quonam igitur præsente quælibet pars est mala? Forsan pravitate præsente. Quæ rursus bona? Præsente virtute. In parte quidem rationali si quis inscitiam esse pravitatem ejus confiteatur, inscitiam, inquam, per negationem scientiæ, nullius ob hoc præsentiam afferet. At quando falsæ quoque opiniones insunt, quæ quidem potissimum faciunt pravitatem, quidnam prohibebit, aliquid illic intus fieri, atque ita ipsam animæ partem fuisse jam in qualitatem aliquam permutatam? Præterea irascendi natura nonne aliter affecta est, quando meticulosa est, aliter autem, quando est fortis? Item vis concupiscendi, quando intemperata est, aliter est disposita, quam quando esse temperata. Fortasse vero, ubi quodlibet virtute præditum judicatur, agit tunc secundum eam essentiam, qua quod est, exsistit : idque esse dicimus rationi obtemperare et facultas quidem rationalis ab intellectu regitur, reliqua vero a ratione. Fortasse etiam rationi obtemperare est quasi videre, dum videlicet, quod obtemperat videlque, non figuratur quidem, sed intuetur, actuque exsistit, quando videt. Sicut visus, et potentia et actu exsistens, una eademque essentia est, actus autem non est alteratio, sed simul ad id se adhibet, ad quod essentiam habet accommodatam, atque cernit et procul a passione cognoscit. Quæ etiam ratiocinandi facultas ita se habet ad intellectum atque videt, et potentia intelligendi tale quiddam est, non quod intus impressiones velut a sigillo suscipiat, sed habet, quod videt, rursusque non habet. Habet enim ex eo quod cognoscit; non habet autem propterea, quod ei a spectaculo illatum illic imprimitur, ut forma fieri solet in cera. Meminisse vero oportet, memoriam quoque non esse quandam formarum impressarum custodiam, sed facultatem quandam animæ ita se ipsam excitantis, ut et, quod non habet, habeat. Quid ergo? nonne alia erat, antequam ita recordaretur, et alia rursus, quando jam recordatur? Si tibi placet aliam dicere, ne tamen dicas alteratam, nisi forte quis alterationem nominet quandam ex potentia in actum progressionem. Attamen nihil est ibi adjunctum, sed, quod naturaliter facere potest, id efficit. Omnino vero rerum immaterialium actiones non ita fiunt, ut res ipsæ, quæ agunt, interim alterentur, alioquin et interirent, sed potius efficiant permanendo. Quod autem agens patiatur agendo, rerum, quæ cum materia sunt, conditio est : solet : sin autem, quod immateriale est, patiatur, non habet, quo maneat, quemadmodum in aspectu, visione quidem agente, oculus est qui patitur opiniones autem

ὥσπερ ὁράματα. Τὸ δὲ θυμοειδὲς πῶς δειλόν; πῶς δὲ καὶ ἀνδρεῖον; ἢ δειλὸν μὲν τῷ ἢ μὴ ὁρᾷν πρὸς τὸν λόγον, ἢ πρὸς φαῦλον ὄντα τὸν λόγον ὁρᾷν, ἢ ὀργάνων ἐλλείψει, οἷον ἀπορίᾳ ἢ σαθρότητι ὅπλων σωματικῶν· ἢ ἐνεργεῖν κωλυόμενον, ἢ μὴ κινηθὲν οἷον ἐρεθισθέν· ἀνδρεῖον δὲ, εἰ τὰ ἐναντία, ἐν οἷς οὐδεμία ἀλλοίωσις οὐδὲ πάθος· τὸ δὲ ἐπιθυμοῦν, ἐνεργοῦν μὲν μόνον, τὴν λεγομένην ἀπολασίαν παρέχεσθαι. Πάντα γὰρ μόνον πράττει, καὶ οὐ πάρεστι τὰ ἄλλα, οἷς ἂν ᾖ ἐν μέρει τὸ κρατεῖν παροῦσι καὶ δεικνύναι αὐτῷ· τὸ δ' ὁρῶν ἦν ἂν ἄλλο πρᾶττον, οὐ πάντα, ἀλλά που καὶ σχολάζον, τῷ ὁρᾷν ὡς ὄντα τὰ ἄλλα. Τάχα δὲ τὸ πολὺ καὶ σώματος κακεξία ἡ τούτου λεγομένη κακία· ἀρετὴ δὲ, τἀναντία, ὥστ' οὐδεμία ἐφ' ἑκάτερα προσθήκη τῇ ψυχῇ.

quasi visiones quædam sunt. At irascendi natura quonam modo timida? et quo pacto fortis? Forte timida quidem est propterea, quod vel non aspicit rationem, vel rationem aspicit jam malam, vel instrumentorum vitio, velut defectu vel labefactatione armorum corporeorum, vel agere prohibetur, vel non incitatur. Fortis autem est, si contra fiat: in quibus nulla alteratio est, nulla est passio: rursus vis ipsa concupiscendi, quotiens agit sola, affert intemperantiam. Omnia enim interdum agit sola, neque tunc adsunt reliqua, quibus licet quandoque præsentibus vicissim exsuperare ipsique mandare. Ipsum vero, quod in videndo versatur, interim aliud agit: neque enim agit omnia, sed vacat alicubi, propterea, quod alia quædam, quoad potest, contineatur. Forsan vero plurimum mala corporis habitudo hujus est pravitas, virtus autem habitudo contraria: quapropter nulla utrimque animæ facta est adjunctio.

Anima non est subjectum corporalium passionum, sed principium.

Γ'. Τὰς δ' οἰκειώσεις καὶ ἀλλοτριώσεις, πῶς; καὶ λῦπαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ ἡδοναὶ, ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, πῶς οὐ τροπαὶ καὶ πάθη ἐνόντα καὶ κινούμενα; Δεῖ δὴ καὶ περὶ τούτων ὧδε διαλαβεῖν· ὅτι γὰρ ἐγγίγνονται ἀλλοιώσεις καὶ σφοδραὶ τούτων αἰσθήσεις, μὴ οὐ λέγειν ἐναντία λέγοντός ἐστι τοῖς ἐναργέσιν· ἀλλὰ χρὴ συγχωροῦντας ζητεῖν, ὅ τι ἐστὶ τὸ τρεπόμενον. Κινδυνεύομεν γὰρ περὶ ψυχὴν ταῦτα λέγοντες, ὅμοιόν τι ὑπολαμβάνειν, ὡς εἰ τὴν ψυχὴν λέγομεν ἐρυθριᾷν, ἢ αὖ ἐν ὠχριάσει γίγνεσθαι, μὴ λογιζόμενοι, ὡς διὰ ψυχὴν μὲν ταῦτα τὰ πάθη, περὶ δὲ τὴν ἄλλην σύστασίν ἐστι γιγνόμενα· ἀλλ' ἡ μὲν αἰσχύνη ἐν ψυχῇ δόξης αἰσχροῦ γενομένης, τὸ δὲ σῶμα ἐκείνης τοῦτο οἷον σχούσης, ἵνα μὴ τοῖς νοήμασι πλανώμεθα, ὑπὸ τῇ ψυχῇ ὄν, καὶ οὐ ταὐτὸν ἀψύχῳ, ἐτράπη κατὰ τὸ αἷμα, εὐκίνητον ὄν· τά τε τοῦ λεγομένου φόβου ἐν μὲν τῇ ψυχῇ ἡ ἀρχή· τὸ δ' ὠχρὸν ἀναχωρήσαντος τοῦ αἵματος εἴσω· καὶ τῆς ἡδονῆς δὲ τὸ τῆς διαχύσεως, τοῦτο καὶ εἰς αἴσθησιν ἦλθον περὶ τὸ σῶμα· τὸ δὲ περὶ τὴν ψυχὴν οὐκ ἔτι πάλιν καὶ τὸ τῆς λύπης ὡσαύτως, ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς ἐπιθυμίας, ἐπὶ μὲν τῆς ψυχῆς τῆς ἀρχῆς οὔσης τοῦ ἐπιθυμεῖν, λανθάνον ἐστίν· ἐκεῖθεν δὲ τὸ προελθὸν ἡ αἴσθησις ἔγνω. Καὶ γὰρ ὅταν λέγωμεν κινεῖσθαι αὐτὴν ἐν ἐπιθυμίαις, ἐν λογισμοῖς, ἐν δόξαις· οὐ σαλευομένην αὐτὴν λέγομεν ταῦτα ποιεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς γίγνεσθαι τὰς κινήσεις, ἐπεὶ καὶ τὸ ζῆν κίνησιν λέγοντες οὐκ ἀλλοιοῦμεν· ἑκάστου δὲ μορίου ἡ ἐνέργεια ἡ κατὰ φύσιν ζωὴ οὖσα ἐξίστασα. Κεφάλαιον δὲ ἱκανὸν, εἰ τὰς ἐνεργείας καὶ τὰς ζωὰς, καὶ τὰς ὀρέξεις, οὐκ ἀλλοιώσεις συγχωροῦμεν, καὶ μνήμας οὐ τύπους ἐναποσφραγιζομένους, οὐδὲ τὰς φαντασίας ὡς ἐν κηρῷ τυπώσεις, συγχωρητέον πανταχοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λεγομένοις πάθεσι καὶ κινήσεσι τὴν ψυχὴν ὡσαύτως ἔχειν τῷ ὑποκειμένῳ καὶ τῇ οὐσίᾳ· καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν μὴ ὡς τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἀλλ', ὃν εἴρηται τρόπον, ἐπὶ θάτερα περὶ πάνθ' ὅλως τὰ ἐναντία γίγνεσθαι.

III. Quærebatur autem, quomodo conformitates, difformitates, dolores, iræ, voluptates, concupiscentiæ, metus, non sint permutationes passionesque interiora moventes? Oportet sane de his quoque ita distinguere: negare quidem, alterationes earumque vehementes sensus nobis accidere, est omnibus manifesta negare: oportet igitur id concedentes, quidnam sit, quod transmutatur, inquirere. Profecto, si talia quædam de anima concedamus, videbimur simile quiddam admittere, perinde ac si animam esse rubeam vel pallidam concesserimus, minime advertentes, propter animam quidem ejusmodi passiones accidere, sed circa aliud quiddam, quod compositum sit, versari. Jam vero ipsa verecundia in anima in quadam turpitudinis opinione consistit: quoniam vero ipsa corpus continet, quod quidem, ne in verbis erremus, dicendum est esse in ipsa anima continente: neque idem esse cum inanimato corpore, hoc, inquam, ex ipsa animæ verecundia in sanguine permutatur, præsertim si facile mobile fuerit. Præterea timoris principium est in anima, pallor autem in corpore, dum sanguis ad interiora relabitur: item in voluptate sensibilis ipsa manifestaque diffusio atque dilatatio fit in corpore. Quod vero tunc fit in anima, non est passio. Similiter etiam de mœrore dicendum, quandoquidem et in affectu concupiscendi principium quidem appetendi in anima exsistens velut initio latet: quod autem inde procedit, sensus ipse jam percipit. Jam vero quando dicimus, animam libidinibus et discursionibus rationis opinionibusque moveri, nequaquam intelligimus, eam in his jactari, sed ex ipsa fieri motiones: quandoquidem et vivere motum esse dicentes non intelligimus, alterationem esse, nempe uniuscujusque partis actio naturalis vita est a se ipsa minime distans. Summa denique horum sufficiens erit ejusmodi: si neque actiones, vitas, appetitus esse alterationes aliquas admiserimus, neque memorias esse formulas quasdam impressas animo, neque phantasias esse configurationes velut in cera descriptas concesserimus: consequens erit absque controversia confiteri, animam in omnibus, quæ actiones motionesque nominantur, eodem modo se, quo ipsum subjectum essentiaque, habere: tum virtutem et pravitatem non sic in anima fieri, ut vel album et nigrum, vel calidum et frigidum circa corpus: sed eo, quo diximus, modo animam ad utrumque per omnia simpliciter opposita se habere.

Confirmatio superiorum, atque de duplici phantasia.

Δ[1]. Περὶ δὲ τοῦ λεγομένου παθητικοῦ τῆς ψυχῆς ἐπισκεπτέον. Ἤδη μὲν οὖν εἴρηται τρόπον τινὰ καὶ περὶ τούτου, ἐν οἷς περὶ τῶν παθῶν ἁπάντων ἐλέγετο, τῶν περὶ τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμοῦν γιγνομένων, ὅπως ἕκαστα· οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι λεκτέον περὶ αὐτοῦ· πρῶτον λαβόντας, ὅ τι ποτὲ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς λέγεται εἶναι. Λέγεται δὴ πάντως, περὶ ὃ τὰ πάθη ὀχεῖ συνίστασθαι· ταῦτα δὲ ἐστὶν, οἷς ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη. Τῶν δὲ παθῶν τὰ μὲν ἐπὶ δόξαις συνίσταται, ὡς ὅταν δοξάσας τις μέλλειν τελευτᾶν, ἴσχει φόβον, ἢ οἰηθεὶς ἀγαθὸν αὐτῷ τι ἔσεσθαι ἡσθῇ, τῆς μὲν δόξης ἐν ἄλλῳ, τοῦ δὲ πάθους κινηθέντος ἐν ἄλλῳ. Τὰ δὲ ἐστὶν ὡς ἡγησάμενα αὐτὰ ἀπροαιρέτως, ἐμποιεῖν ἐν τῷ πεφυκότι δοξάζειν τὴν δόξαν· ἡ μὲν δὴ δόξα ὅτι ἄτρεπτον ἐᾷ ἐπὶ τὸ δοξάζειν, εἴρηται. Ὁ δὲ ἐκτὸς τῆς δόξης φόβος ἐλθὼν ἄνωθεν αὖ ἀπὸ τῆς δόξης, οἷον σύνεσίν τινα παρασχὼν τῷ λεγομένῳ τῆς ψυχῆς φοβεῖσθαι. Τί ποτε ποιεῖ τοῦτο τὸ φοβεῖσθαι; ταραχὴν καὶ ἔκπληξιν, φασὶν, ἐπὶ προσδοκωμένῳ κακῷ. Ὅτι μὲν οὖν ἡ φαντασία ἐν ψυχῇ, ἥ τε πρώτη, ἣν δὲ καλοῦμεν δόξαν, ἥ τε ἀπὸ ταύτης οὐκέτι δόξα, ἀλλὰ περὶ τὸ κάτω, ἀμυδρὰ οἷον δόξα καὶ ἀνεπίκριτος φαντασία, οἵα τῇ λεγομένῃ φύσει ἐνυπάρχει ἐνέργεια, καθ' ἃ ποιεῖ ἕκαστον, ὡς φασὶν, ἀφαντάστως, δῆλον ἂν τῳ γένοιτο. Τὸ δ' ἀπὸ τούτων ἤδη, αἰσθητὴ ἡ ταραχὴ περὶ τὸ σῶμα γιγνομένη, ὅ τε τρόμος καὶ ὁ σεισμὸς τοῦ σώματος, καὶ τὸ ὠχρὸν, καὶ ἡ ἀδυναμία τοῦ λέγειν. Οὐ γὰρ δὴ ἐν τῷ ψυχικῷ μέρει ταῦτα· ἢ σωματικὸν φήσομεν αὐτὸ εἶναι αὐτό τε, εἴπερ ἦν παθόντα ταῦτα, οὐδ' ἂν ἔτι εἰς τὸ σῶμα ταῦτα ἀφίκετο, τοῦ πέμποντος οὐκέτι ἐνεργοῦντος τὸ πέμπειν, διὰ τὸ κατέχεσθαι τῷ πάθει καὶ ἐξίστασθαι ἑαυτοῦ. Ἀλλ' ἔστι μὲν οὖν τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς μέρος τὸ παθητικὸν οὐ σῶμα μὲν, εἶδος δέ τι· ἐν ὕλῃ μέντοι καὶ τὸ ἐπιθυμοῦν, καὶ τό γε θρεπτικόν τε καὶ αὐξητικὸν καὶ γεννητικὸν, ὅ ἐστι ῥίζα καὶ ἀρχὴ τοῦ ἐπιθυμοῦντος καὶ παθητικοῦ εἴδους. Εἶδει δὲ οὐδενὶ δεῖ παρεῖναι ταραχὴν ἢ ὅλως πάθος, ἀλλ' ἑστηκέναι μὲν αὐτὸ, τὴν δὲ ὕλην αὐτοῦ ἐν τῷ πάθει γίγνεσθαι, ὅταν γίγνηται ἐκείνου τῇ παρουσίᾳ τοῦ κινοῦντος. Οὐ γὰρ δὴ τὸ φυτικὸν, ὅταν φύῃ, φύεται· οὐδ' ὅταν αὔξῃ, αὔξεται· οὐδ' ὅλως ὅταν κινῇ, κινεῖται ἐκείνην τὴν κίνησιν, ἣν κινεῖ· ἀλλ' ἢ οὐδ' ὅλως, ἢ ἄλλος τρόπος κινήσεως ἢ ἐνεργείας. Αὐτὴν μὲν οὖν δεῖ τὴν τοῦ εἴδους φύσιν ἐνέργειαν εἶναι, καὶ τῇ παρουσίᾳ ποιεῖν, οἷον εἰ ἡ ἁρμονία ἐξ αὐτῆς τὰς χορδὰς ἐκίνει. Ἔσται τοίνυν τὸ παθητικὸν πάθους μὲν αἴτιον, ἢ παρ' αὐτοῦ γενομένου τοῦ κινήματος ἐκ τῆς φαντασίας τῆς αἰσθητικῆς, ἢ καὶ ἄνευ φαντασίας. Ἐπισκεπτέον δὲ τοῦτο, εἰ, τῆς δόξης ἄνωθεν ἀρξάσης, αὐτὸ δὲ μένοι ἐν ἁρμονίας εἴδει· τὰ δὲ αἴτια τοῦ κινῆσαι ἀνάλογον τῷ μουσικῷ, τὰ δὲ πληγέντα διὰ πάθους πρὸς τὰς χορδὰς ἂν τὸν λόγον ἔχοι· καὶ γὰρ κἀκεῖ οὐχ ἡ ἁρμονία πέπονθεν, ἀλλ' ἡ χορδή· οὐ μὴν ἐκινήθη ἂν ἡ χορδὴ, εἰ

IV. Considerandum vero de ea parte animæ, quæ passiva dici solet: tametsi de hac quoque nonnihil est dictum, ubi de passionibus omnibus, quæ vel in ipsa irascendi vel concupiscendi natura nascuntur, qua ratione fierent, pertractavimus: verumtamen aliquid insuper de hoc ipso dicendum. Primo quidem definiendo, quidnam hoc ipsum sit, quod passivum in anima nominatur. Dicitur itaque id patibile, circa quod passiones versari videntur: hæ vero sunt, quas voluptas dolorve sequitur. Passionum vero aliæ quidem ex opinionibus oriuntur: ceu cum quis opinatus se jam moriturum, metuit, aut, bonum sibi mox affuturum, gaudet: ubi certe opinio quidem est in alio, perturbatio vero incitatur in alio. Aliæ autem passiones quodammodo tales sunt, ut improviso exorientes, in eo, quod naturaliter opinari potest, gignant opinionem: opinionem quidem permittere opinantem interim immobilem permanere, jam diximus. Inopinatus autem metus accedens, si repetatur altius, ab opinione rursus trahit exordium, velut perceptionem quandam præbens parti animæ metuenti. Quid enim facit hic ipse metus? perturbationem, aiunt, concitationemque in existimatione exspectationeque mali. Phantasiam profecto esse constat in anima, cum primam, quam appellamus opinionem, tum eam, quæ ab hac nascitur: neque ulterius est opinio, sed circa id, quod est inferius, quasi opinio quædam exilis et obscura, et indiscreta quædam imaginatio, qualis inest naturæ, velut actio quædam, quatenus unumquodque facit, ut dici solet, absque officio phantasiæ. Sensibilem vero perturbationem inde sequentem patet in corpore fieri, ceu tremorem, concussionem, pallorem, vocis impedimentum. Non enim in parte animæ ulla talia fiunt, alioquin corpoream nominabimus: nam si qua pars animæ talia pateretur, non etiam in corpus talia pervenirent: quippe cum id ipsum, cujus officium est hæc mittere, non amplius peragat missionem, propterea quod a passionibus jam oppressum sit et ab se ipso distractum. Proinde patibilis pars hæc animæ non corpus quidem est, sed species aliqua, in materia tamen cem concupiscendi facultas, tum vis nutriendi, augendi, generandi, quæ quidem concupiscibilis patibilisque speciei radix est atque principium. Nulli vero speciei perturbatio vel passio debet accidere, sed permanere quidem ipsa; materia vero ejus passionem subire, quotiens moventis illius præsentia passio surrepit. Non enim, quod vegetale est, quando vegetat, vegetatur: neque, quando auget, augetur: neque omnino, cum movet, movetur ea motione, qua movet, sed vel nullo modo, vel alia quadam ratione motionis vel actionis moveri dicitur. Oportet itaque ipsam speciei naturam esse actum, et præsentia facere, ceu si harmonia chordas ex se ipsa moveret. Erit igitur, quod patibile in anima nuncupatur, passionis quidem causa, sive ab ipso fiat motio passionis, ex sensuali videlicet phantasia, sive etiam seorsum a phantasia. Considerandum id præterea, numquid, opinione desuper ordiente, ipsum quidem in harmoniæ specie maneat, causa vero movendi musico comparentur, deinde, quæ per passionem impulsa sunt, chordas referant: nam et ibi non har-

καὶ ὁ μουσικὸς ἐβούλετο, μὴ τῆς ἁρμονίας τοῦτο λεγούσης.

monia quidem patitur, sed chorda, neque rite chorda movetur, vel si musicus velit, nisi id harmonia dictaverit.

Purgare animum non est qualitatem aliquam auferre, sed affectum actumque dirigere.

Ε'. Τί οὖν χρὴ ζητεῖν ἀπαθῆ τὴν ψυχὴν ἐκ φιλοσοφίας ποιεῖν, μηδὲ τὴν ἀρχὴν πάσχουσαν; ἢ ἐπειδὴ καὶ τὸ εἰς αὐτὴν ἐπὶ τοῦ λεγομένου παθητικοῦ οἷον φάντασμα τὸ ἐφεξῆς πάθημα ποιεῖ, τὴν ταραχὴν, καὶ συνέζευκται τῇ ταραχῇ ἡ τοῦ προσδοκωμένου κακοῦ εἰκών, πάθος τὸ τοιοῦτο λεγόμενον ἠξίου ὁ λόγος ὅλως ἀφαιρεῖν, καὶ μὴ ἐᾶν ἐγγίγνεσθαι, ὡς γιγνομένου μὲν οὕτω τῆς ψυχῆς ἐχούσης εὖ· μὴ γιγνομένου δὲ, ἀπαθοῦς ἰσχούσης, τοῦ αἰτίου τοῦ πάθους τοῦ περὶ αὐτὴν ὁράματος οὐκ ἔτι ἐγγιγνομένου· οἷον εἴ τις τὰς ὀνειράτων φαντασίας ἀναιρεῖν ἐθέλων ἐν ἐγρηγόρσει τὴν ψυχὴν τὴν φανταζομένην ποιοῖ· ἢ εἰ τὰ πάθη λέγοι πεπαυκέναι, τὰ ἔξωθεν οἷον ὁράματα παθήματα λέγων τῆς ψυχῆς εἶναι. Ἀλλὰ τίς ἡ κάθαρσις ἂν τῆς ψυχῆς εἰη ἀπράμῃ μεμολυσμένης; ἢ τί τὸ χωρίζον αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σώματος; ἢ ἡμῖν κάθαρσις ἂν εἴη καταλιπεῖν μόνην, καὶ μὴ μετ' ἄλλων ἢ μὴ πρὸς ἄλλο βλέπουσαν, μηδ' αὖ δόξας ἀλλοτρίας ἔχουσαν, ὅστις ὁ τρόπος τῶν δοξῶν ἢ τῶν παθῶν, ὡς εἴρηται, μήτε ὁρᾶν τὰ εἴδωλα, μήτε ἐξ αὐτῶν ἐργάζεσθαι πάθη. Εἰ δὲ ἐπὶ θάτερα τὰ ἄνω ἀπὸ τῶν κάτω, πῶς οὐ κάθαρσις καὶ χωρισμός γε πρὸς μὲν τῆς ψυχῆς τῆς μηκέτι ἐν σώματι γιγνομένης, ὡς ἐκείνου εἶναι, καὶ τὸ ὥσπερ φῶς μὴ ἐν θολερῷ· καίτοι ἁπαθὲς ὅμως, ὃ καὶ ἐν θολερῷ· τοῦ δὲ παθητικοῦ ἡ μὲν κάθαρσις, ἡ ἔγερσις ἐκ τῶν ἀτόπων εἰδώλων, καὶ μὴ δρασις· τὸ δὲ χωρίζεσθαι, τῇ μὴ πολλῇ νεύσει καὶ τῇ περὶ τὰ κάτω μὴ φαντασίᾳ. Εἴη δ' ἂν καὶ τὸ χωρίζειν αὐτὸ τὸ ἐκεῖνα ἀφαιρεῖν, ὧν τοῦτο χωρίζεται, ὅταν μὴ ἐπὶ πνεύματος θολεροῦ ἐκ γαστριμαργίας καὶ πλήθους οὐ καθαρὸν ᾖ σαρκῶν, ἀλλ' ἰσχνὸν τὸ ἐν ᾧ, ὡς ἐπ' αὐτοῦ ὀχεῖσθαι ἡσυχῇ.

V. Quidnam igitur contendendum nobis est, animam philosophiæ studio reddere passionis expertem, siquidem nec ab initio quidem patitur? Fortasse quoniam ab eo, quod patibile dicitur, velut imaginatio quædam in eam incidens, quæ deinceps sequitur, passionem perturbationemque infert, ipsique perturbationi conjugatur opinabilis imago mali. Ejusmodi passionem ratio philosophica præcipit exstirpare, neque permittere ullo modo alicubi pullulare, quasi, ubicumque nascatur, anima nondum prospere valeat, ubi vero non germinet, sana sit : quippe cum imaginatio, quæ passionis causa est, nondum inciderit : velut si quis molesta somniorum visa excutere cupiens animam revocet ad vigiliam : aut si passiones accidisse dicat ab his, quæ extrinsecus sentiuntur, passiones eas animæ esse dicens. Sed quænam animæ purgatio erit, cum nullo modo inquinata sit anima? Aut quidnam erit eam a corpore separans? Forsan purgatio quidem erit animam relinquere solam, neque permittere, ut una cum aliis commercium habeat, aut respiciat aliud, aut rursus opiniones habeat alienas, quæcumque sit opinionum (ut dictum est) passionumque conditio, aut simulacra inspicere, vel ex ipsis parere passiones. Si autem ad superiora ab inferioribus convertatur, quidnam prohibet hanc esse purgationem atque etiam separationem animæ quandam, anima videlicet nondum adeo corpori mancipata, ut facta sit corporis, quæ quidem quasi lumen est turbido non immersum, quamvis etiam impatibile sit, quod turbido est infusum. Ejus autem, quod patibile dicitur, purgatio quidem est suscitatio quædam ab intuitu absurdorum passim simulacrorum : separatio vero est haudquaquam præcipitari, vel imaginationem ad infima detorquere. Est iterum separare ipsum illa e medio tollere, quibus sublatis quodammodo id segregatur, quando videlicet non permittitur jacere in spiritu ob voraginem turbulento, ne forte sit carnibus suffocatum, sed id, in quo est, rite extenuatur, ne ipsi forte recalcitret.

Formæ separatæ vel separabiles a materia dicuntur entia vera, conjunctæ vero materiæ necessario dicuntur entia non vera : materia denique dicitur verum non ens.

Ϛ'. Τὴν μὲν δὴ οὐσίαν τὴν νοητὴν, τὴν κατὰ τὸ εἶδος ἅπασαν τεταγμένην, ὡς ἀπαθῆ δεῖ εἶναι δοκεῖν, εἴρηται. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ ὕλη ἕν τι τῶν ἀσωμάτων, εἰ καὶ ἄλλον τρόπον, ἐπισκεπτέον καὶ περὶ ταύτης, τίνα τρόπον ἔχει· πότερον παθητικὴ, ὡς λέγεται, καὶ κατὰ πάντα τρεπτὴ, ἢ καὶ ταύτην δεῖ ἀπαθῆ εἶναι οἰεσθαι, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς ἀπαθείας. Πρῶτον δὲ ληπτέον ἐπὶ τοῦτο στελλομένοις καὶ περὶ τῆς φύσεως αὐτῆς λέγουσιν, ἁπλῆ τις, ὡς ἡ τοῦ ὄντος φύσις καὶ ἡ οὐσία καὶ τὸ εἶναι οὐ ταύτην ἔχει, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν. Ἔστι γὰρ τὸ ὄν, ὃ καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἄν τις εἴποι ὄν, ὄντως ὄν. Τοῦτο δέ ἐστιν, ὃ πάντη ἐστὶν ὄν· τοῦτο δὲ, μηδὲν ἀποστατεῖ τοῦ εἶναι· τελέως δὲ ὂν οὐδενὸς δεῖται, ἵνα ᾖ καὶ ζῇ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τοῖς δοκοῦσιν εἶναι τοῦ δοκεῖν εἶναι. Εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, ἀνάγκη αὐτὸ ἐν ζωῇ, καὶ ἐν τελείᾳ ζωῇ εἶναι· ἐλλεῖπον οὐ μᾶλλον ὄν, ἢ μὴ ὂν ἔσται. Τοῦτο δὲ

VI. Dictum jam satis arbitror, quemadmodum existimandum sit passionum omnium expertem esse essentiam ipsam intelligibilem, quæ quidem omnis in speciei ordine collocatur. Quoniam vero materia quoque aliquid incorporeum est, quamvis alia ratione, investigandum est de hac iterum, quonam pacto se habeat : utrum passiva (ut fertur) commutabilisque per omnia; an potius hanc quoque esse oporteat a passione remotam, et quomodo dicatur a passione sejuncta. Principio ad id perducti, deque natura materiæ, qualisnam sit, tractaturi, asseverare debemus : entis naturam essentiamque et esse non ita se, ut multi opinantur, habere. Est enim ens, quod re vera ens quis possit dicere, (ut ita dixerim) enter ens. Hoc autem est, quod omnino ens est : id vero, cui esse ipsius deest nihil. Cum vero perfecte sit ens, nihilo indiget, quod sit atque servetur, sed ipsum aliis, quæ videntur esse, ut esse videantur, est causa. Si hæc vera sunt, necessarium est, ipsum in vita esse, atque vita perfecta; alioquin, si in hoc ipso deficeret, nequaquam ens magis foret, quam non

νοῦς καὶ πάντη φρόνησις, καὶ ὡρισμένον ἄρα καὶ πεπερασμένον, καὶ τῇ δυνάμει οὐδὲν ὅ τι μὴ, οὐδὲ τοσήδε· ἐπιλείποι γὰρ ἄν. Διὸ καὶ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ ὡσαύτως, καὶ τὸ ἄδεκτον παντὸς, καὶ οὐδὲν εἰς αὐτό· εἰ γάρ τι δέχοιτο, παρ' αὐτὸ ἄν τι δέχοιτο· τοῦτο δὲ μὴ ὄν· δεῖ δ' αὐτὸ πάντη ὂν εἶναι· ἥκειν οὖν δεῖ παρ' αὐτοῦ πάντα ἔχον εἰς τὸ εἶναι, καὶ ὁμοῦ πάντα, καὶ ἓν πάντα, εἰ δὴ τούτοις ὁρίζομεν τὸ ὄν· δεῖ δὲ, ἢ οὐκ ἂν ἐκ τοῦ ὄντος ἥκοι νοῦς καὶ ζωὴ, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἐπακτὰ ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξ οὐκ ὄντος ἔσται· καὶ τὸ μὲν ὂν ἄζων καὶ ἄνουν ἔσται· ὃ δὲ μὴ ὄν ἐστιν ἀληθῶς, ταῦτα ἕξει, ὡς ἐν τοῖς χείροσι δέον ταῦτα εἶναι καὶ τοῖς ὑστέροις τοῦ ὄντος. Τὸ γὰρ πρὸ τοῦ ὄντος χορηγὸν μὲν τοῦτο εἰς τὸ ὄν, οὐ δεόμενον δὲ αὐτὸ τούτων. Εἰ οὖν τοιοῦτον τὸ ὄν, ἀνάγκη μήτε τι σῶμα αὐτὸ μήτε τὸ ὑποκείμενον τοῖς σώμασιν εἶναι· ἀλλ' εἶναι τούτοις τὸ εἶναι τὸ μὴ οὖσιν εἶναι. Καὶ πῶς ἡ τῶν σωμάτων φύσις μὴ οὖσα, πῶς δὲ ἡ ὕλη, ἐφ' οἷς ταῦτα ὄρη καὶ πέτραι, καὶ πᾶσα γῆ στερεὰ, καὶ πάντα ἀντίτυπα, καὶ ταῖς πληγαῖς βιαζόμενα τὰ πληττόμενα, ὁμολογεῖν αὐτῶν τὴν οὐσίαν; Εἰ οὖν τις λέγοι, πῶς δὲ τὰ μὴ θλίβοντα καὶ μὴ βιαζόμενα μηδὲ ἀντίτυπα μηδ' ὅλως ὁρώμενα, ψυχὴ καὶ νοῦς ὄντα, καὶ ὄντως ὄντα; καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων μᾶλλον γῆς ἑστώσης, τὸ μᾶλλον κινούμενον καὶ ἐμβριθὲς ἧττον· καὶ τούτου τὸ ἄνω. Καὶ δὴ καὶ τὸ πῦρ φεῦγον ἤδη τὴν τοῦ σώματος φύσιν· ἀλλ' οἶμαι τὰ μὲν αὐταρκέστερα αὐτοῖς ἧττον ἐνοχλεῖ τὰ ἄλλα, καὶ ἀλυπότερα τοῖς ἄλλοις· τὰ δὲ βαρύτερα καὶ γεωδέστερα, ὅσῳ ἐλλειπῆ καὶ πίπτοντα, καὶ αἴρειν αὐτὰ οὐ δυνάμενα, ταῦτα πίπτοντα ὑπὸ ἀσθενείας τῇ καταφορᾷ καὶ νωθίᾳ πληγὰς ἔχει, ἐπεὶ καὶ τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων ἀηδέστερα προσπεσεῖν, καὶ τὸ σφόδρα τῆς πληγῆς καὶ τὸ βλάπτειν ἔχει· τὰ δὲ ἔμψυχα μετέχοντα τοῦ ὄντος, ὅσῳ τούτου μέτεστιν αὐτοῖς, εὐχαριστότερα τοῖς πέλας. Ἡ δὲ κίνησις ὥσπερ τις ζωὴ οὖσα, ἐν τοῖς σώμασιν ἦν, καὶ μίμησιν ἔχουσα ταύτης μᾶλλον ἐστὶ τοῖς ἧττον σώματος ἔχουσιν, ὡς τῆς ἀπολείψεως τοῦ ὄντος, ὃ καταλείπει, μᾶλλον τοῦτο σῶμα ποιούσης. Καὶ ἐκ τῶνδε λεγομένων παθημάτων μᾶλλον ἄν τις ἴδοι τὸ μᾶλλον σῶμα μᾶλλον παθητὸν ὄν, γῆν ἢ τὰ ἄλλα, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα σύνεισι διαιρούμενα μὴ κωλύοντος μηδενὸς εἰς ἓν πάλιν· τμηθὲν δὲ γεηρὸν ἅπαν χωρὶς ἑκάτερον ἀεί· ὥσπερ τὰ ἀπαγορεύοντα τῇ φύσει, ἃ δὴ μικρᾶς πληγῆς γενομένης οὕτως ἔχει, ὥσπερ πέπληκται καὶ ἐφθάρη, οὕτω καὶ τὸ μάλιστα σῶμα γενόμενον, ὡς μάλιστα εἰς τὸ μὴ ὂν ἦκον, ἀναλαβεῖν αὐτὸ εἰς τὸ ἓν ἀσθενεῖ. Πτῶμα οὖν αἱ βαρεῖαι καὶ σφοδραὶ πληγαὶ, ἀλλὰ ποιεῖν εἰς ἄλληλα. Ἀσθενὲς δὲ ἀσθενεῖ προσπῖπτον ἰσχυρόν ἐστι πρὸς ἐκεῖνο, καὶ μὴ ὄν, μὴ ὄντι. Πάντα μὲν οὖν εἴρηται πρὸς τοὺς ἐν τοῖς σώμασι τιθεμένους τὰ ὄντα τῇ τῶν ὠθισμῶν μαρτυρίᾳ, καὶ τοῖς διὰ τῆς αἰσθήσεως φαντάσμασι πίστιν τῆς ἀληθείας λαμβάνοντας, οἳ παραπλήσιον τοῖς ὀνειρώττουσι ποιοῦσι, ταῦτα ἐνεργῇ νομίζουσιν, ἃ ὁρῶσιν εἶναι ἐνύ-

ens: id autem intellectus est sapientiaque perfecta. Itaque determinatum est atque definitum ac penitus absolutum: neque quicquam illic in potentia est, quod non jam in tanta quadam potentia sit; alioquin defectum aliquem pateretur: quam ob rem sempiternum est, eodem modo se habet semper, nihil aliquando suscipit, nihil in ipsum infertur aliquando: si quid enim susciperet, præter se ipsum acciperet aliquid, id vero non ens. Oportet autem omnino ens existere. Venire igitur ipsum in esse oportet penes se omnia possideas, et simul omnia unumque omnia, si modo per hæc definimus ens: oportet autem ita, alioquin ex ipso ente intellectus et vita non emanarent, sed hæc enti adventitia forent; neque tamen ex non ente esse poterunt, atque ipsum quidem ens vitæ mentisque erit expers. Quod autem non vere ens est, hæc habebit, sicut oportet hæc esse in deterioribus, ipsoque ente posterioribus. Quod enim exsistit super ens, enti quidem hæc largitur, neque tamen his ipsum indiget. Si igitur ens tale est, necesse est, ipsum neque corpus esse, neque quod corporibus est subjectum; sed corporum subjectique esse oportet in non esse versari. Atqui quonam pacto natura corporum et quomodo materia non est ens: in quibus hi montes lapidesque sunt totaque terra solida et quæcumque aliis resistere possunt? Profecto, quæ percutiuntur, coacta impulsibus esse ipsorum essentiam confitentur. Si quis ergo dixerit, Quonam igitur pacto, qua neque collidunt, neque vim inferunt aut sufferunt, neque resistunt, neque videntur omnino, scilicet anima et intellectus, entia sunt, et entia vere? nos contra dicemus: Inter ea, quæ sunt corpulenta magis, terra quiescit, sed magis mobile est, quod minus est ponderosum, atque hujus ipsius quod sublimius est, id quoque mobilius. Jam vero ignis mobilissimus est, jamque naturam fugit corpoream. Verum (ut arbitror) quæ magis sibi ipsis sufficiunt, minus alia turbant, minoremque molestiam afferunt. Quæ vero magis ponderosa terrenaque sunt, quo magis deficiunt caduntque, neque se ipsa possunt attollere, hæ utique ob debilitatem cadentia ipsa ruina et quasi inertia collisionem ceteris videntur inferre: quandoquidem corpora, quæ vita carent, in proximum quemque molestius incidunt, vehementiusque percutiunt atque lædunt: animata vero, utpote quæ magis ens participant, quo magis esse possident, eo magis innoxia proximis obtingere solent. Proinde motio, quæ quasi vita quædam est in corporibus vel imitatio vitæ, magis adest, quibus corpulentiæ minus inest; quasi defectus entis id, cui accidit magis, corpus magis efficiat. Rursus ex his, quæ dicuntur passiones, manifestius cognosci potest, quod magis corpulentum est, magis esse passibile, scilicet terram magis, quam cetera, et reliqua simili ratione. Alia namque, cum dividuntur, in unum subito redeunt nihilo prohibente: quando vero, quod terrenum est, scinditur, divisæ inter se portiones semper separatæ manent: tanquam quibus naturalis desit valor, quæ ex parvo impulsu sic manent, sicut impulsa sunt, atque periere: sic et quod maxime corpus factum est, tanquam maxime in non ens prolapsum, revocare se ipsum in unum minime valet. Ponderosæ igitur vehementesque concussiones ruinæ quædam sunt, quibus alia ruendo vicissim agunt in alia. Quum vero debile incurrit in debile, validum est adversus illud, atque non ens in non ens incurrens. Hæc itaque dicta sunt adversus illos, qui tantum genere corporum entia collocant, adducti videlicet impulsionum concussionumque testimonio: item imaginationibus per sensum factis veritatis fidem testificantes, qui similiter atque somniantes affecti sunt, dum, quæ videntur vera esse putant, cum sint insomnia. Sensus enim

πνια ὄντα. Καὶ γὰρ τὸ τῆς αἰσθήσεως ψυχῆς ἐστιν εὐδούσης· ὅσον γὰρ ἐν σώματι ψυχῆς, τοῦτο εὕδει. Ἡ δ' ἀληθινὴ ἐγρήγορσις ἀληθινὴ ἀπὸ σώματος, οὐ μετὰ σώματος ἀνάστασις. Ἡ μὲν γὰρ μετὰ σώματος μετάστασίς ἐστιν ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλον ὕπνον, οἷον ἐξ ἑτέρων δεμνίων· ἡ δ' ἀληθὴς ὅλως ἀπὸ τῶν σωμάτων, ἃ τῆς φύσεως ὄντα τῆς ἐναντίας ψυχῇ, τὸ ἐναντίον εἰς ὠσίαν ἔχει· μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ γένεσις αὐτῶν καὶ ἡ ῥοὴ καὶ ἡ φθορά, οὐ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως οὖσα.

munus est animæ dormientis : quantum namque animæ est in corpore, tantum profecto dormit : vera autem experrectio atque vigilia est vera a corpore, non una cum corpore, resurrectio. Quæ enim fit cum corpore, transmigratio quædam est a somno in somnum, quasi a lecto transeatur in lectum : sed vera omnino est, quæ a corporibus surgit omnino. Quæ quidem, cum naturam habeant animæ repugnantem, pro essentia quoque habent oppositum. Testatur id præterea generatio ipsorum et fluxus atque interitus, quæ quidem ab ipsa natura entis alienissima sunt.

Conditiones materiæ mirabiles, quas reperi etiam apud Porphyrium : et de vanitate materiæ, formarumque apparentium in materia.

Ζ'. Ἀλλ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὴν ὕλην τὴν ὑποκειμένην, εἶτα τὰ ἐπὶ τῇ ὕλῃ εἶναι λεγόμενα, ἐξ ὧν τό τε μὴ εἶναι αὐτὴν, καὶ τὸ τῆς ὕλης ἀπαθὲς γνωσθήσεται. Ἔστι μὲν οὖν ἀσώματος, ἐπείπερ τὸ σῶμα ὕστερον καὶ σύνθετον, καὶ αὐτὴ μετ' ἄλλου ποιεῖ σῶμα. Οὕτω γὰρ τοῦ ὀνόματος τετύχηκε τοῦ αὐτοῦ κατὰ τὸ ἀσώματον, ὅτι ἑκάτερον, τό τε ὂν ἥ τε ὕλη, ἕτερα τῶν σωμάτων, οὔτε δὲ ψυχὴ οὖσα, οὔτε νοῦς, οὔτε ζωὴ, οὔτε εἶδος, οὔτε λόγος, οὔτε πέρας· ἀπειρία γὰρ οὔτε δύναμις. Τί γὰρ καὶ ποιεῖ; ἀλλὰ ταῦτα ὑπερεκπεσοῦσα πάντα, οὐδὲ τὴν τοῦ ὄντος προσηγορίαν ὀρθῶς ἂν δέχοιτο, μὴ ὂν δ' ἂν εἰκότως λέγοιτο, καὶ οὐχ ὥσπερ κίνησις μὴ ὄν, ἡ στάσις μὴ ὄν, ἀλλὰ ἀληθινῶς μὴ ὄν, εἴδωλον καὶ φάντασμα ὄγκου καὶ ὑποστάσεως ἔφεσις, καὶ ἑστηκὸς οὐκ ἐν στάσει, καὶ ἀόρατον καθ' αὑτὸ, καὶ φεῦγον τὸ βουλόμενον ἰδεῖν· καὶ ὅταν τις μὴ ἴδῃ γιγνόμενον, ἀτενίσαντι δὲ οὐχ ὁρώμενον, καὶ τὰ ἐναντία ἀεὶ ἐφ' ἑαυτοῦ φανταζόμενον· μικρὸν καὶ μέγα, καὶ ἧττον καὶ μᾶλλον, ἐλλεῖπόν τε καὶ ὑπερέχον, εἴδωλον, οὐ μένειν, οὐδ' αὖ φεύγειν δυνάμενον· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἰσχύει, ἅτε μὴ ἰσχὺν παρὰ νοῦ λαβόν, ἀλλ' ἐν ἐλλείψει τοῦ ὄντος παντὸς γενόμενον. Διὸ πᾶν, ὅ τι ἂν ἐπαγγέλληται, ψεύδεται· κἂν μέγα φαντασθῇ, μικρόν ἐστι, κἂν μᾶλλον, ἧττόν ἐστι, καὶ τὸ ὂν αὐτοῦ ἐν φαντάσει, οὐκ ὄν ἐστιν, οἷον παίγνιον φεῦγον, ὅθεν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἐγγίγνεσθαι δοκοῦντα, παίγνια, εἴδωλα ἐν εἰδώλῳ, ἀτεχνῶς ὡς ἐν κατόπτρῳ τὸ ἀλλαχοῦ ἱδρυμένον, ἀλλαχοῦ φανταζόμενον, καὶ πιμπλάμενον, ὡς δοκεῖ, καὶ ἔχον οὐδὲν, καὶ δοκοῦν τὰ πάντα. Τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων μιμήματα καὶ εἴδωλα εἰς εἴδωλον ἄμορφον· καὶ διὰ τὸ ἄμορφον αὐτῆς ἐνορώμενα, ποιεῖν μὲν δοκεῖ εἰς αὐτὴν, ποιεῖ δὲ οὐδέν· ἀμενηνὰ γὰρ καὶ ἀσθενῆ, καὶ ἀντερεῖδον οὐκ ἔχοντα· ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνης ἐχούσης, δίεισιν οὐ τέμνοντα, οἷον δι' ὕδατος, ἢ εἴ τις ἐν τῷ λεγομένῳ κενῷ μορφὰς οἷον εἰσπέμποι. Καὶ γὰρ αὖ, εἰ μὲν τοιαῦτα ἦν τὰ ἐνορώμενα, οἷα τὰ ἀφ' ὧν ἦλθεν εἰς αὐτὴν, τάχ' ἄν τις, δώσους αὐτοῖς δύναμίν τινα τῶν πεμψάντων τὴν εἰς αὐτὴν γενομένην, πάσχειν ὑπ' αὐτῶν ἂν ὑπέλαβε. Νῦν δὲ ἄλλων μὲν ὄντων τῶν ἐμφανταζομένων, ἄλλων δὲ τῶν ἐνορωμένων, καὶ τούτων μαθεῖν ἐστι τὸ τῆς πείσεως ψεῦδος, ψευδοῦς ὄντος τοῦ ἐνορωμένου, καὶ οὐδαμῇ ἔχοντος ὁμοιότητα πρὸς τὸ ποιῆσαν, ἀσθενὲς δὴ

VII. Sed iterum revertendum est primo quidem ad subjectam materiam : deinde vero ad illa, quæ in materia esse dicuntur, ex quibus perspicue cognoscatur, tum materiam esse passionis expertem, tum neque materiam, neque illa re vera exsistere. Est igitur incorporea, quoniam corpus posterius est atque compositum, et ipsa una cum alio complet corpus. Sic enim eandem appellationem secundum incorporeum genus sortita est, quoniam utrumque, scilicet ens atque materia, a corporibus diversa sunt. Cum vero materia neque anima sit, neque mens, neque vita, neque species, neque ratio, neque etiam terminus : est enim indefinitas quædam : rursus neque potestas. Quid enim faciat? Sed hæc omnia subterfugiat, nimirum neque entis appellationem sortiri debet, sed merito non ens nominatur, neque tamen ita non ens dicitur, ut motus vel status non ens dici solet, sed re vera non ens, simulacrum et imaginatio molis appetitioque substantiæ sive subsistentiæ, stans quidem non in statu : secundum se invisibile, et videre volentem effugiens : et quando quis non videt, tunc quodammodo præsens; quando vero quis intentius inspicit, non perspectum. Rursus in se ipso contraria semper apparens, parvum, magnum, minus, magis, deficiens, superexcedens, simulacrum, neque manens, neque rursus aufugere valens : neque enim vel hoc unum valebit, quippe cum valorem ab intellectu nullum acceperit, sed in defectu totius entis factum fuerit. Quapropter in qualibet sui denominatione mentitur et fallit, nempe si magnum excogitetur, interim parvum est, ac si magis, est et minus : atque ens, quod in ejus imaginatione occurrit, non ens est, velut ludicrum quiddam fugiens, adeo ut, quæ in ipso fieri videntur, ludicra sint, simulacra in simulacro, profecto sicut in speculo, ubi alibi quidem situm est aliquid, alibi vero apparens : et quod videtur impletum, nihil habens, apparens vero omnia. Quæ vero ingrediuntur et exeunt imitamina entium atque simulacra circa simulacrum informe : et quia informe, ideo ibi visa. Videntur quidem in subjectam materiam nonnihil efficere : faciunt vero nihil, utpote quæ debilia fluxaque sunt neque soliditatem ullam habent, sive ullam repercutiendi virtutem; atque cum materia nullam quoque soliditatem habeat, penetrant in eam non dividentia, ut imagines in aquam : vel fortasse perinde, ac si quis in id, quod vacuum dicitur, quasi formas immittat. Jam vero si talia forent, quæ inspiciuntur, qualia illa, a quibus veniunt in materiam, forsan quisquis attribuerit his vim quandam eorum, quæ mittunt in materiam vere pervenientem, non injuria pati ab illis materiam suspicabitur. Cum vero alia quidem sint, quæ repræsentantur, alia vero, quæ videntur intus, ex his quoque intelligere licet, falsam esse materiæ passionem : quippe cum falsum sit, quod intus videtur occurrere, nec ullam ad effectorem similitudinem habeat.

καὶ ψεῦδος ὄν, καὶ εἰς ψεῦδος ἐμπῖπτον· οἷα ἐν ὀνείρῳ, ἢ ὕδατι, ἢ κατόπτρῳ, ἀπαθῆ αὐτὴν εἴασεν ἐξ ἀνάγκης εἶναι· καίτοι ἔν γε τοῖς προειρημένοις, ὁμοίωσις τοῖς ἐνορωμένοις ἐστὶ πρὸς τὰ ἐνορῶντα.

Invalidum itaque atque falsum, et in falsum similiter incidens, velut in quodam insomnio, vel aqua, vel speculo, procul dubio materiam impatibilem restare permittit, quamvis in his, quæ modo dicebamus, similitudo quædam sit his, quæ apparent, ad illa, quæ referuntur.

Quale sit illud, ad quod passio pertinet, et quod non pertinet ad materiam.

Η'. Ὅλως δὲ τὸ πάσχον δεῖ τοιοῦτον εἶναι, οἷον ἐν ταῖς ἐναντίαις εἶναι δυνάμεσι καὶ ποιότησι τῶν ἐπεισιόντων καὶ τὸ πάσχειν ἐμποιούντων. Τῷ γὰρ ἐνόντι θερμῷ ἡ ἀλλοίωσις ἡ παρὰ τοῦ ψύχοντος, καὶ τῷ ἐνόντι ὑγρῷ, ἡ ἀλλοίωσις ἡ παρὰ τοῦ ξηραίνοντος· καὶ ἠλλοιῶσθαι λέγομεν τὸ ὑποκείμενον, ὅταν ἐκ ψυχροῦ θερμὸν, ἢ ἐκ ξηροῦ ὑγρὸν γίνηται. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ λεγομένη πυρὸς φθορά, μεταβολῆς γενομένης εἰς στοιχεῖον ἄλλο. Τὸ γὰρ πῦρ ἐφθάρη φαμέν, οὐχ ἡ ὕλη· ὥστε καὶ τὰ πάθη περὶ τοῦτο, περὶ ὃ καὶ ἡ φθορά. Ὁδὸς γὰρ εἰς φθορὰν ἡ παραδοχὴ τοῦ πάθους· καὶ τούτῳ τὸ φθείρεσθαι, ᾧ καὶ τὸ πάσχειν. Τὴν δὲ ὕλην φθείρεσθαι οὐχ οἷόν τε· εἰς τί γὰρ καὶ πῶς;

Πῶς οὖν λαβοῦσα ἐν αὐτῇ θερμότητας, ψυχρότητας μυρίας, καὶ ἀπείρους ὅλως ποιότητας, καὶ ταύταις διαληφθεῖσα, καὶ οἷον συμφύτους αὐτὰς ἔχουσα καὶ συγκεκραμένας ἀλλήλαις (οὐ γὰρ ἕκαστα χωρὶς, αὐτὴ δὲ ἐν μέσῳ ἀπολειφθεῖσα πασχουσῶν τῶν ποιοτήτων ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλας ἀπ' ἀλλήλων μίξει), οὐχὶ συμπάσχει καὶ αὐτή; εἰ μὴ ἄρα ἔξω τις αὐτὴν θήσεται αὐτῶν παντάπασιν· ἐν ὑποκειμένῳ δὲ πᾶν οὕτω πάρεστι τῷ ὑποκειμένῳ, ὡς αὐτῷ τι παρ' αὐτοῦ διδόναι.

VIII. Omnino vero, quod patitur, esse oportet tale, ut in contrariis sit potentiis qualitatibusque eorum, quæ accedunt et inferunt passionem : ei namque, quod inest calido, alteratio fit ab eo, quod frigefacit. Rursus præsenti humido alteratio a siccante contingit, atque alterari subjectum dicimus, quando ex calido frigidum fit, vel ex arido humidum. Testatur id et illa, quæ ignis corruptio dicitur, mutatione in elementum aliud accidente. Non enim dicimus materiam corruptam esse, sed ignem : quapropter et passiones circa idem sunt, circa quod et interitus. Via enim ad interitum est susceptio passionum, atque hujus perire est, cujus et pati. Materiam vero corrumpi est impossibile : in quid enim et quomodo resolvatur, cogitare non possumus.

Dubitatio. At vero, cum materia in se ipsa suscipiat caliditates frigiditatesque quam plurimas et qualitates prorsus innumerabiles, per easque distincta sit, et quasi cognatas habeat invicemque commixtas : non enim singula sunt seorsum; ipsa vero relicta velut media : quonam pacto, qualitatibus in commixtione mutua invicem patientibus, non et ipsa quoque compatitur? nisi forte quis eam extra illas omnino posuerit. Attamen, quicquid in subjecto est, ita subjecto adest, ut ex se tradat subjecto nonnihil.

Responsio : Quod materia neque vere neque vera suscipit neque patitur : quidve sit id, quod patitur.

Θ'. Ληπτέον δὴ τὸ παρεῖναι ἕτερον ἑτέρῳ, καὶ τὸ εἶναι ἄλλο ἐν ἄλλῳ πρῶτον, ὡς οὐ καθ' ἕνα τρόπον ὑπάρχει· ἀλλὰ τὸ μέν ἐστιν, οἷον μετὰ τοῦ παρεῖναι ἢ χεῖρον ἢ βέλτιον ποιεῖν ἐκεῖνο, μετὰ τοῦ τρέπειν, οἷον ἐπὶ τῶν σωμάτων ὁρᾶται, ἐπί γε τῶν ζώων. Τὸ δ' οἷον ποιεῖν βέλτιον ἢ χεῖρον, ἄνευ τοῦ πάσχειν ἐκεῖνο, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐλέγετο· τὸ δὲ οἷον ὅταν τις σχῆμα κηρῷ προσαγάγῃ, ἔνθα οὔτε τι πάθος, ὡς ἄλλο τι ποιῆσαι τὸν κηρὸν εἶναι, ὅταν παρῇ τὸ σχῆμα, οὔτε ἔλλειψιν εἰς ἐκεῖνο, ἀπελθούσης ἐκείνου. Τὸ δὲ δὴ φῶς οὐδὲ σχήματος ἀλλοίωσιν περὶ τὸ φωτιζόμενον ποιεῖ· ὁ δὲ δὴ ψυχρὸς γενόμενος τί παρὰ τῆς ψυχρότητος μένων λίθος λίθος ἔχει; Τί δ' ἂν γραμμὴ πάθοι ὑπὸ χρώματος; οὐδὲ δὴ τὸ ἐπίπεδον οἶμαι, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἴσως σῶμα; καὶ τὸ ὑπὸ χρώματος τί ἂν πάθοι; οὐ γὰρ δεῖ τὸ παθεῖν λέγειν τὸ παρεῖναι οὐδὲ τὸ μορφὴν περιθεῖναι. Εἰ δέ τις καὶ τὰ κάτοπτρα λέγοι καὶ ὅλως τὰ διαφανῆ ὑπὸ τῶν ἐνορωμένων εἰδώλων μηδὲν πάσχειν, οὐκ ἀνόμοιον ἂν τὸ παράδειγμα φέροι· εἴδωλα γὰρ καὶ τὰ ἐν τῇ ὕλῃ, καὶ αὕτη ἔτι μᾶλλον ἀπαθέστερον, ἢ τὰ κάτοπτρα. Ἐγγίγνονται μὲν δὴ ἐν αὐτῇ θερμότητες καὶ ψυχρότητες, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν θερμαίνουσαι· τὸ γὰρ θερμαίνεσθαι ἐστὶ καὶ τὸ ψύχεσθαι ποιότητος ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην τὸ ὑποκείμενον ἀγούσης. Ἐπισκεπτέον δὲ περὶ τῆς ψυχρότητος, μή ποτε ἀπουσία καὶ στέρησις· συνελθοῦσαι δὲ εἰς αὐτὴν αἱ ποιότητες, εἰς ἀλλήλας

IX. Animadvertendum est, quod dicitur adesse alterum alteri, atque in alio aliud esse, non uno duntaxat modo nobis accipiendum, sed aliquando ita se habere, ac si quid una cum præsentia sua melius vel deterius illud permutatione quadam afficiat : quod quidem in corporibus, præsertim viventibus, est manifestum. Aliquando vero aliquid alicujus præsentia sine susceptione melius fit aut deterius : seorsum a passione, quemadmodum de anima dicebatur : aliquando etiam id tale est, velut si quis ceræ figuram adhibeat, ubi neque ulla passio est, per quam aliud quiddam cera fiat, quando adest ei figura : neque rursum defectus aliquis ceræ accidit deleta figura, tum vero lumen neque figuram quidem illuminato permutat. Lapis quinetiam frigefactus nonnihil a frigefaciente habet, lapis nihilo minus interea permanens, nihil tamen nactus præter frigiditatem. Proinde quidnam linea patitur sub colore? quidve planum? forsan vero subjectum corpus pati dicetur, quamvis a colore quidnam pati potissimum designabitur? non enim dicendum est pati esse aliquid adesse, vel ornari forma. Si quis autem dixerit, specula omniaque perspicua ab his, quæ ibi apparent, imaginibus nihil perpeti, exemplum certe afferet opportunum : nam et, quæ in materia sunt, imagines sunt, et ipsa materia magis etiam, quam specula, est a passionibus aliena. Fiunt ergo in ipsa caliditates et frigora, neque tamen calores materiam calefaciunt : calefieri enim et frigefieri in eo consistit, quod qualitas subjectum ex alia qualitate traducit in aliam. Inter hæc autem consideratione dignum foret, num forte frigus nihil aliud sit, quam absentia quædam privatioque caloris : concurrentes autem in materiam qualitates, plurimæ quidem earum in se invicem aliquid

μὲν αἱ πολλαὶ αὐτῶν ποιήσουσι, μᾶλλον δὲ αἱ ἐναντίως ἔχουσαι. Τί γὰρ ἂν εὐωδία γλυκύτητα ἐργάσαιτο; ἢ χρῶμα σχῆμα; ἢ τὸ ἐξ ἄλλου γεγονὸς ἄλλο; ὅθεν ἄν τις καὶ μάλιστα πιστεύσειεν, ὡς ἔστιν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι ἄλλο, ἢ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ, ἄλυπον ὄν, τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ ᾧ ἢ ἐν ᾧ πάρεστιν. Ὥσπερ οὖν καὶ τὸ βλαπτόμενον οὐχ ὑπὸ τοῦ τυχόντος, οὕτως οὐδὲ τὸ τρεπόμενον καὶ πάσχον ὑφ' ὁτουοῦν ἂν πάθοι· ἀλλὰ τοῖς ἐναντίοις ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἡ πεῖσις, τὰ δ' ἄλλα ὑπ' ἄλλων ἄτρεπτα· οἷς δὴ μηδεμία ἐναντιότης ὑπάρχει, ταῦτα ὑπ' οὐδενὸς ἂν ἐναντίου πάθοι. Ἀνάγκη τοίνυν εἴ τι πάσχει, μὴ ὕλην, ἀλλά τι συναμφότερον, ἢ ὅλως πολλὰ ὁμοῦ εἶναι. Τὸ δὲ μόνον καὶ ἔρημον τῶν ἄλλων, καὶ παντάπασιν ἁπλοῦν, ἀπαθὲς ἂν εἴη πάντων, καὶ ἐν μέσοις ἅπασιν ἀπειλημμένον, ἢ τοῖς εἰς ἄλληλα ποιοῦσιν· οἷον ἐν οἴκῳ τῷ αὐτῷ ἀλλήλους παιόντων, ὁ οἶκος ἀπαθὴς καὶ ὁ ἐν αὐτῷ ἀήρ. Συνιόντα δὲ τὰ ἐπὶ τῆς ὕλης ἄλληλα ποιείτω, ὅσα ποιεῖν πέφυκεν· αὐτὴ δὲ ἀπαθὴς ἔστω πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅσαι ποιότητες ἐν αὐτῇ τῷ μὴ ἐναντίαι εἶναι ἀπαθεῖς ὑπ' ἀλλήλων εἰσίν.

agent, quæ videlicet inter se contrariæ sunt. Quid enim odor aliquis in dulcedinem agat? aut calor in figuram? aut quod in alio genere est, in genus aliud agat? unde quis potissimum credat posse in eodem esse aliud atque aliud, vel aliud in alio, ipsa videlicet sui præsentia nihil nocente, cui vel in quo adest aut inest. Quemadmodum igitur, quod læditur, non a quolibet læditur: ita neque permutatur et patitur a quocumque mutatur et patitur. Sed enim contraria tantum a contrariis patiuntur, cetera vero a ceteris non mutantur, nempe, quibus nulla contrarietas est, hæc a nullo contrario patiuntur. Quam ob rem necesse est, si quid patitur, id non esse materiam, sed compositum aliquid, vel omnino multa simul exsistere. Quod autem solum est ab aliisque natura secretum, simplexque omnino, a nullo pati potest, sed omnibus inter se agentibus velut medium potest subesse: sicut in eodem habitaculo nonnullis se invicem percutientibus habitaculum ipsum nihil patitur, et fortasse neque etiam, qui in eo est, aer. Congredientia igitur inter se, quæ in materia sunt, agant quæcumque in se invicem naturaliter agere possunt: ipsa vero materia multo sit a passione remotior, quam quælibet qualitates in ea, quæ ex eo, quod non sint contrariæ, a se invicem minime patiuntur.

Confirmatio superiorum, quod materia de statu suo minime moveatur.

Ι'. Ἔπειτα εἰ πάσχοι ἡ ὕλη, δεῖ τι ἔχειν αὐτὴν ἐκ τοῦ πάθους, ἢ αὐτὸ τὸ πάθος, ἢ ἕτερος διακεῖσθαι, ἢ πρὶν εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν τὸ πάθος. Ἐπιούσης τοίνυν ἄλλης μετ' ἐκείνην ποιότητος οὐκέτι ὕλη ἔσται τὸ δεχόμενον, ἀλλὰ ποιὰ ὕλη. Εἰ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ποιότης ἀποσταίη καταλιποῦσά τι αὐτῆς τῷ ποιῆσαι, ἄλλο ἂν ἔτι μᾶλλον γίνοιτο τὸ ὑποκείμενον· καὶ προϊοῦσα τοῦτον τὸν τρόπον ἄλλο τι ἡ ὕλη ἔσται τὸ ὑποκείμενον, πολύτροπον δὲ καὶ πολυειδές· ὥστε οὐδ' ἂν ἔτι πανδεχὲς γένοιτο, ἐμπόδιον πολλοῖς τοῖς ἐπιοῦσι γιγνόμενον, ἥ τε ὕλη οὐκέτι μένει, οὐδὲ ἄφθαρτος τοίνυν· ὥστε, εἰ δεῖ ὕλην εἶναι ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν, οὕτως ἀεὶ δεῖ αὐτὴν εἶναι τὴν αὐτὴν ὡς τό γε ἀλλοιοῦσθαι λέγειν, οὐκ ἔστιν αὐτὴν ὕλην τηρούντων. Ἔπειτα δὲ, εἰ ὅλως τὸ ἀλλοιούμενον πᾶν δεῖ μένον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ εἴδους ἀλλοιοῦσθαι, καὶ κατὰ συμβεβηκότα, ἀλλ' οὐ καθ' αὑτά· εἰ δὲ δεῖ μένειν τὸ ἀλλοιούμενον, καὶ οὐ τὸ μένον ἐστὶν αὐτοῦ τὸ πάσχον, δυοῖν θάτερον ἀνάγκη· ἢ ἀλλοιουμένην τὴν ὕλην αὐτῆς ἐξίστασθαι, ἢ μὴ ἐξισταμένην αὐτῆς μὴ ἀλλοιοῦσθαι. Εἰ δέ τις λέγοι μὴ καθ' ὅσον ὕλην ἀλλοιοῦσθαι, πρῶτον μὲν, κατὰ τί ἀλλοιώσεται, οὐχ ἕξει λέγειν, ἔπειτα ὁμολογήσει καὶ οὕτω τὴν ὕλην αὐτὴν μὴ ἀλλοιοῦσθαι. Ὥσπερ γὰρ τοῖς ἄλλοις εἴδεσιν οὖσιν οὐκ ἔστιν ἀλλοιοῦσθαι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῆς οὐσίας αὐτοῖς ἐν τούτῳ οὔσης, οὕτως, ἐπειδὴ τὸ εἶναι τῇ ὕλῃ ἐστὶ τὸ εἶναι ᾗ ὕλη, οὐκ ἔστιν αὐτὴν ἀλλοιοῦσθαι, καθ' ὅ τι ὕλη ἐστὶν, ἀλλὰ μένειν· καὶ ὥσπερ ἐκεῖ, ἀναλλοίωτον αὐτὸ τὸ εἶδος, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀναλλοίωτον αὐτὴν τὴν ὕλην.

X. Accedit ad hæc, quod, si materia patitur, oportet eam ex passione aliquid reportare, vel passionem ipsam, vel aliter affectam esse, quam antequam in ea passio fieret. Ingrediente igitur alia post illam qualitate haud ulterius materia erit, quod suscipiet eam, sed materia qualis. Sin autem et ipsa qualitas desinat, relinquens sui aliquid propterea, quod materiam jam affecerat, adhuc multo magis aliud subjectum fiet, atque hac conditione procedens aliud quiddam, quam mera materia, subjectum erit, scilicet varium quiddam et multiforme: quapropter non amplius erit commune omnium susceptaculum, quippe cum jam impedimentum ad multa quandoque ventura in se ipso conceperit: neque ipsa materia amplius permanebit, neque igitur incorruptibilis erit. Quam ob rem, si oportet esse materiam quemadmodum ab initio fuerat, ita semper oportet eandem esse, nempe, hanc permutatam fuisse dicere, non est eam servare materiam. Præterea si omnino, quod alteratur, oportet permanens in eadem specie in accidentibus alterari, neque tamen permutari substantia: si, inquam, manere oportet, quod alteratur, et quod in eo patitur, non est id, quod permanet, necesse est alterum e duobus accidere, vel alteratam materiam a se ipsa discedere, vel non discedentem minime alterari. Si quis autem dixerit alterari quidem eam, sed non, qua ratione materia est, alterari: primo quidem, secundum quid alteretur, explicare non poterit; deinde confiteri cogetur sic quoque ipsam materiam non alterari. Quemadmodum enim in ceteris, quæ species sunt, fieri non potest, ut secundum essentiam alterentur, quippe cum illorum essentia in hoc ipso consistat: sic, quoniam esse materiæ est esse, qua ratione materia est, non licet eam, quatenus materia est, alterari, sed est necessarium permanere. Et sicut illic species ipsa immutabilis est, ita et hic necesse est immutabilem esse materiam.

Quomodo formæ veniant in materiam secundum Timæum per modum imaginum in speculum.

ΙΑ'. Ὅθεν δὴ καὶ τὸν Πλάτωνα οὕτω διανοούμενον ὀρθῶς εἰρηκέναι νομίζω, τὰ δὲ εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν

XI. Hinc Platonem ita excogitantem recte dixisse arbitror, ubi ait imitamina vere entium [esse] ingredientia

ὄντων μιμήματα μὴ μάτην εἰσιέναι καὶ ἐξιέναι εἰρηκέναι, ἀλλὰ βουλόμενον ἡμᾶς συνεῖναι ἐπιστήσαντας τῷ τρόπῳ τῆς μεταλήψεως. Καὶ κινδυνεύει τὸ ἄπορον ἐκεῖνο, τὸ ὅπως ἡ ὕλη τῶν εἰδῶν μεταλαμβάνει, μὴ ἐκεῖνο εἶναι, ὃ οἱ πολλοὶ ᾠήθησαν τῶν πρὸ ἡμῶν, τὸ πῶς ἔρχεται εἰς αὐτήν, ἀλλὰ μᾶλλον πῶς ἐστὶν ἐν αὐτῇ. Ὄντως γὰρ θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ, πῶς τούτων τῶν εἰδῶν παρόντων αὐτῇ μένει ἡ αὐτὴ ἀπαθὴς αὐτῶν οὖσα· καὶ προσέτι αὐτῶν τῶν εἰσιόντων πασχόντων ὑπ' ἀλλήλων. Ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ εἰσιόντα ἐξωθεῖν τὰ πρότερα ἕκαστα, καὶ εἶναι τὸ παθεῖν ἐν τῷ συνθέτῳ· καὶ οὐδὲ ἐν παντὶ συνθέτῳ, ἀλλ' ᾧ χρεία τοῦ προσελθόντος ἢ ἀπελθόντος, καὶ ὃ ἐλλειπὲς μὲν τῇ συστάσει ἀπουσίᾳ τινὸς, τέλειον δὲ τῇ παρουσίᾳ. Τῇ δὲ ὕλῃ οὔτε τι πλέον εἰς τὴν αὐτῆς σύστασιν προσελθόντος ὀτουοῦν· οὐ γὰρ γίγνεται τό τε ὅ ἐστι προσελθόντος, οὔτε ἔλαττον ἀπελθόντος· μένει γὰρ, ὃ ἐξ ἀρχῆς ἦν. Τοῦ δὲ κεκοσμῆσθαι τοῖς μὲν κόσμου καὶ τάξεως δεομένοις εἴη ἂν χρεία, καὶ ὁ κόσμος δὲ γένοιτο ἂν ἄνευ μεταλλοιώσεως, οἷον οἷς περιτίθεμεν. Εἰ δὲ οὕτω τις κοσμηθείη, ὡς σύμφυτον εἶναι, δεήσει ἀλλοιωθὲν ὃ πρότερον αἰσχρὸν ἦν, καὶ, ἕτερον γενόμενον ἐκεῖνο τὸ κεκοσμημένον, οὕτω καλὸν ἐξ αἰσχροῦ εἶναι. Εἰ τοίνυν αἰσχρὰ οὖσα ἡ ὕλη καλὴ ἐγένετο, ὃ ἦν πρότερον τὸ αἰσχρὰ εἶναι οὐκέτ' ἐστὶν, ὥστε ἐν τῷ οὕτω κεκοσμῆσθαι ἀπολεῖ τὸ ὕλην εἶναι, καὶ μάλιστα, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς αἰσχρά. Εἰ δ' οὕτως αἰσχρὰ ὡς αἶσχος εἶναι, οὐδ' ἂν μεταλάβοι κόσμου· καὶ εἰ οὕτω κακὴ ὡς κακὸν εἶναι, οὐδ' ἂν μεταλάβοι ἀγαθοῦ· ὥστε οὐχ οὕτως ἡ μετάληψις ὡς οἷόν τε παθούσης, ἀλλ' ἕτερος τρόπος οἷον δοκεῖν. Ἴσως δὲ καὶ τοῦτον τὸν τρόπον λύοιτο ἂν τὸ ἄπορον· πῶς οὖσα κακὴ ἐφίοιτο ἂν τοῦ ἀγαθοῦ, ὡς μὴ μεταλήψει ἀπολλυμένης ὃ ἦν. Εἰ γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ λεγομένη μετάληψις, ὡς τὴν αὐτὴν μένειν μὴ ἀλλοιουμένην, ὡς λέγομεν, ἀλλ' εἶναι ἀεὶ ὅ ἐστιν, οὐκέτι θαυμαστὸν γίγνεται τὸ πῶς οὖσα κακὴ μεταλαμβάνει, οὐ γὰρ ἐξίσταται ἑαυτῆς· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι μεταλαμβάνειν, ἀμηγέπη μεταλαμβάνει ἕως ἂν ᾖ. Τῷ δ' εἶναι ὅ ἐστι, τρόπῳ μεταλήψεως τηροῦντι αὐτὴν, οὐ βλάπτεται εἰς τὸ εἶναι παρὰ τοῦ οὕτω διδόντος, καὶ κινδυνεύει διὰ τοῦτο οὐχ ἧττον εἶναι κακὴ, ὅτι ἀεὶ μένει τοῦτο ὅ ἐστι. Μεταλαμβάνουσα γὰρ ὄντως καὶ ἀλλοιουμένη ὄντως ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ, οὐκ ἂν ἦν τὴν φύσιν κακή· ὥστε εἴτις τὴν ὕλην λέγοι κακὴν, οὕτως ἂν ἀληθεύοι, εἰ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπαθῆ λέγοι, τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ ὅλως ἀπαθῆ εἶναι.

egredientiaque materiam : neque enim ab re ingredi et egredi expressisse putandum, sed nos in exponendo cautos reddere voluisse, quo videlicet pacto species participare materia possit. Hinc et apparet Platonicam illam dubitationem, qua quæritur, quonam pacto materia fiat particeps specierum, non illuc tendere, quo multi priores existimarunt, scilicet quomodo species veniant in materiam, sed potius quomodo sint in ipsa. Re vera enim mirabile videtur esse, quomodo præsentibus his materiæ speciebus permaneat ipsa eadem nullam ab his accipiens passionem, præsertim cum, quæ ingrediuntur in eam, a se invicem patiantur. Sed enim ex Platonica sententia putandum est, ea, quæ materiam ingrediuntur, priora inde expellere, esseque in composito passionem : neque in omni composito, sed in eo, cui opus est antecedente forma vel recedente, et quod per alicujus quidem absentiam defectum in constitutione propria patitur, per præsentiam vero perficitur. Materia vero neque plus habet quicquam in natura sua quolibet accedente; neque enim tunc accedente illo id, quod est, efficitur : neque rursus illo recedente minus habet quicquam : perseverat enim, quod ab initio fuerat. Illis profecto utilis necessariaque est exornatio, quæ ornamento et ordine indigent, atque potest ornatus absque transmutatione fieri, velut quando ornamentum alicui circumdamus. Sin autem sic aliquid exornetur, ut insitum habeat ornamentum, oportebit, quod exornatur, permutari ex eo, quod prius erat turpe, diversumque fieri atque ita ex turpi evadere pulchrum. Si igitur materia exsistens turpis facta est pulchra, non est ulterius id ipsum turpe, quod antea fuerat : quapropter, dum sic exornatur, amittit esse materiam, præsertim si non secundum accidens turpis esse censetur. Quodsi ita sit turpis, ut ipsa sit turpitudo, ornamenti particeps fieri non possit : rursus, si ita sit mala, ut malum ipsum sit, nullam unquam boni partem acciperet : quapropter non ita participatio fit, ut plerique putant, quasi patiente materia, sed alia quædam ratio est, videlicet apparendi. Fortasse vero et hoc modo dubitatio illa solvetur, qua perquiritur, quonam pacto, si mala sit, appetat bonum, quippe cum ipsa participatione non desinat esse quod erat. Si enim hac conditione participatio fiat, ut maneat eadem minime alterata, sicut dicimus, sed quod est, sit et semper, non amplius mirabile videri debet, etiam si mala sit, participare bonum : non enim a se ipsa discedit. At quoniam necessarium est participare, idcirco quodammodo, quamdiu est, participat : ex eo autem, quod permanet id ipsum, quod est, participationis modo ipsam servante, non læditur in essentia ab eo, quod ita tradit. Videtur profecto non minus ob hoc esse mala, quoniam semper id, quod est, permanet. Si enim re vera fieret particeps, et vere permutaretur a bono, non esset per naturam mala. Quam ob rem, si quis materiam dicat esse malam, sic utique vera loquetur, si pati eam a bono negaverit. Id autem idem est, ac si omnino impassibilis affirmetur.

Confirmatio superiorum, et quod materia neque afficiatur aliquo modo in natura sua per formas, neque patiatur, neque dividatur.

ΙΒ'. Ὁ δέ γε Πλάτων τοῦτο νοῶν περὶ αὐτῆς, καὶ τὴν μετάληψιν οὐχ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ εἴδους γενομένου καὶ μορφὴν διδόντος, ὥστε ἓν σύνθετον γενέσθαι, συντραπέντων καὶ οἷον συγκραθέντων καὶ συμπαθόντων τιθέμενος, ὅτι μὴ οὕτω λέγει παραστῆσαι βουλόμενος,

XII. Plato autem idem de materia cogitans participationemque in ea non ita fieri judicans, quasi in subjecto fiat species formaque inseratur, ita ut unum fiat compositum, simul videlicet transmutatis et commixtis atque compatientibus, et profecto non ita se dicere studens asseverare, cupiens quin etiam declarare, quomodo ipsa impassibilis

καὶ πῶς ἂν αὐτὴ ἀπαθὴς μένουσα ἔχοι τὰ εἴδη, ἀπαθοῦς μεταλήψεως ζητοῦσα παράδειγμα ἄλλον τρόπον, οὐ ῥᾴδιον διδάξαι, ἃ μάλιστα παρόντα σώζει τὸ ὑποκείμενον ταὐτὸν εἶναι, ὑπέστη πολλὰς ἀπορίας, σπεύδων ἐφ' ὃ βούλεται, καὶ προσέτι παραστῆσαι θέλων τὸ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς κενὸν τῆς ὑποστάσεως, καὶ τὴν χώραν τοῦ εἰκότος οὖσαν πολλήν. Τὴν οὖν ὕλην σχήμασιν ὑποθέμενος τὰ πάθη ποιεῖν τοῖς ἐμψύχοις σώμασιν, οὐδὲν αὐτὴν ἔχουσαν τούτων τῶν παθημάτων, τὸ μένον ταύτης ταύτῃ ἐνδείκνυται, διδοὺς συλλογίζεσθαι, ὡς οὐδὲ παρὰ τῶν σχημάτων ἔχει τὸ πάσχειν αὐτὴ καὶ ἀλλοιοῦσθαι. Τοῖς μὲν γὰρ σώμασι τούτοις ἐξ ἑτέρου σχήματος ἕτερον σχῆμα δεχομένοις τάχα ἄν τις ἀλλοίωσιν λέγοι γίγνεσθαι τὴν τοῦ σχήματος μεταβολήν, ὁμώνυμον τὴν ἀλλοίωσιν εἶναι λέγων. Τῆς δὲ ὕλης οὐδὲν σχῆμα ἐχούσης οὐδὲ μέγεθος πῶς ἄν τις τὴν τοῦ σχήματος ὀπωσοῦν παρουσίαν ἀλλοίωσιν εἶναι κἂν ὁμωνύμως λέγοι; εἴ τις οὖν ἐνταῦθα τῷ νόμῳ χρῷη, καὶ τὰ ἄλλα νόμῳ λέγοι, τῷ τὴν φύσιν τὴν ὑποκειμένην μηδὲν οὕτως ἔχειν, ὡς νομίζεται, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη τοῦ λόγου· ἀλλὰ πῶς ἔχει; εἰ μηδὲ τὸ ὡς σχήματα ἀρέσκει, ἀλλ' ἔχει ἔνδειξιν ἡ ὑπόθεσις, ὡς οἷόν τε, τῆς ἀπαθείας, καὶ τῆς οἷον εἰδώλων οὐ παρόντων δοκούσης παρουσίας· ἢ πρότερον ἔτι περὶ τῆς ἀπαθείας αὐτῆς λεκτέον, διδάσκοντας ὡς χρὴ ταῖς συνηθείαις τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τὸ πάσχειν αὐτὴν φέρεσθαι· οἷον ὅταν ἐμπυρισμένην τὴν αὐτὴν πυρουμένην καὶ ὑγραινομένην ἐνθυμούμενος καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ τὰς ἀέρος καὶ ὕδατος μορφὰς δεχομένην. Τὸ γὰρ καὶ τὰς ἀέρος καὶ ὕδατος μορφὰς δεχομένην ἀπαμβλύνει μὲν τὸ πυρουμένην καὶ ὑγραινομένην, δηλοῖ τε, ἐν τῷ μορφὰς δεχομένην οὐ τὸ μεμορφῶσθαι αὐτὴν, ἀλλ' εἶναι τὰς μορφὰς ὡς εἰσῆλθον, τό τε πυρουμένην οὐ κυρίως εἰρῆσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον πῦρ γιγνομένην. Οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ πῦρ γίγνεσθαι καὶ πυροῦσθαι· ὑπ' ἄλλου μὲν γὰρ τὸ πυροῦσθαι, ἐν ᾧ καὶ τὸ πάσχειν· ὃ δ' αὐτὸ μέρος ἐστὶ πυρὸς, πῶς ἂν πυροῖτο; τοιοῦτον γὰρ ἂν εἴη, οἷον εἴ τις διὰ τοῦ χαλκοῦ τὸν ἀνδριάντα λέγειν πεφοιτηκέναι, ἢ τὸ πῦρ διὰ τῆς ὕλης λέγοι κεχωρηκέναι καὶ προσέτι πυρῶσαι. Ἔτι εἰ λόγος ὁ προσιὼν, πῶς ἂν πυρώσειεν; ἢ εἰς σῶμα; ἀλλὰ τὸ πυρούμενον ὑπ' ἀμφοῖν ἦδη. Πῶς οὖν ὑπ' ἀμφοῖν, μὴ ἑνὸς ἐξ ἀμφοῖν γενομένου; ἢ κἂν ἓν ᾖ γενόμενον, οὐκ ἐν ἀλλήλοις τὰ πάθη ἐχόντων, ἀλλὰ πρὸς ἄλλα ποιούντων. Ἆρα οὖν ἀμφοτέρων ποιούντων, ἢ θατέρου θάτερον παρέχοντος μὴ φυγεῖν. Ἀλλ' ὅταν διαιρεθῇ τι σῶμα, πῶς οὐ καὶ αὐτὴ διῄρηται; καὶ πεπονθότος ἐκείνου τῷ διῃρῆσθαι, πῶς οὐ καὶ αὐτὴ τῷ αὐτῷ τούτῳ παθήματι πέπονθεν; ἢ τί κωλύει τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ καὶ φθεῖραι λέγοντας, πῶς, φθαρέντος τοῦ σώματος, οὐκ ἔφθαρται ἔτι λεκτέον; τοσόνδε γὰρ εἶναι, καὶ μέγεθος εἶναι· τῷ δὲ μὴ μεγέθει οὐδὲ τὰ μεγέθους πάθη ἐγγίγνεσθαι, καὶ ὅλως δὴ τῷ μὴ σώματι μηδὲ τὰ σώματος πάθη γίγνεσθαι· ὥστε, ὅσοι παθητὴν ποιοῦσι, καὶ σῶμα συγχωρείτωσαν αὐτὴν εἶναι.

perseverans species habeat, indagavit impassibilis participationis exemplum, præter quod non facile foret ostendere, quænam potissimum sua præsentia subjectum idem permanere permittant : dubitationes multas movit, dum, quo cupit, pervenire contendit : atque præterea studuit asseverare, in rebus sensibilibus vacuitatem quidem esse substantiæ, locum vero verisimilitudinis et imaginis esse quam plurimum. Proponens igitur materiam sub figuris passiones corporibus animatis inferre, ipsam quidem nullam ex passionibus iis habentem, stabilitatem ejus hoc pacto significavit, ad argumentandum provocans, nullo modo materiam ipsam ab his figuris pati vel permutari. In his quidem corporibus figuram aliam ex alia commutantibus fortasse aliquis alterationem dicat fieri, ipsam videlicet figuræ mutationem, dicens alterationem ejusmodi æquivocam esse. Cum vero materia neque figuram neque magnitudinem habeat ullam, quonam pacto quis figuræ adventum, quomodocumque fiat, alterationem vel etiam æquivoce dicat? Si quis igitur hic ea lege utatur et singula dicat, qua declaret subjectam naturam nihil sic, ut putatur, habere, a ratione minime aberrabit. Verumtamen quonam modo habet? Si neque tanquam figuras placet habere, sed Platonica propositio, quoad fieri potest, significat, tum materiæ naturam esse passionis expertem, tum præsentiam in ea formarum esse duntaxat apparentem, velut imaginum non præsentium. Forsan vero prius adhuc de impassibili ejus conditione tractandum docendumque, oportere consuetis nominibus ad ejus passionem quodam modo designandam adduci : velut quando desiccatam eandem ignitam vel humefactam excogitamus (ut Plato inquit) et quæ deinceps, et aeris atque aquæ formas suscipientem. Quod enim subditur a Platone, materiam formas aeris et aquæ suscipere : tum temperat minuitque, quod dictum fuerat, materiam esse ignitam et humefactam : tum ostendit materiam in eo, quod formas capit, non formari, sed formas esse ita, ut ingressæ sunt : item, quod dictum est ignitam, haud proprie fuisse dictum, sed magis significatum, quod facta sit ignis. Non enim idem est omnino ignem fieri atque igniri : nam igniri quidem alio fit, in quo quidem contingit pati : quod autem pars est ignis, igniri non potest; alioquin perinde id se haberet, ac si quis statuam dixerit per ipsum æs processisse, vel ignem per materiam fuisse progressum atque etiam ignire materiam. Atqui etsi ratio ipsa accedens agere id dicatur, quonam modo materiam ignire dicetur? An forsan in figuram? At enim quod ignitur, ex ambobus jam constat. Quomodo igitur ex ambobus, si non est factum ex ambobus unum? An forte, quamvis factum sit unum, non tamen e duobus habentibus invicem passiones, sed in alia quædam agentibus? Numquid igitur ambobus agentibus? vel potius altero efficiente, ut alterum minime fugiat. At quando corpus dividitur, quomodo fieri potest, ut materia ipsa non dividatur? Et cum ipsum patitur, dum dividitur, quomodo non et ipsa eandem sustinet passionem? Fortasse vero nihil prohibet eadem ratione materiam ipsam corrumpere, dicentes videlicet, quonam modo corrupto corpore materia non corrumpitur? Profecto etiam dicendum foret, quod patitur et dividitur, tantum quiddam esse, magnitudinemque exsistere. Ei vero, quod non est magnitudo, neque etiam magnitudinis passiones inesse : et omnino ei, quod non est corpus, passiones corporis non accidere : quapropter, quicumque materiam pati posse fatentur, corpus quoque eam esse confiteri coguntur.

Confirmantur superiora, et probatur, quod materia se habet ad formas et ad mentem divinam, sicut speculum ad imagines atque ad spectacula.

ΙΙΙ'. Ἔτι δὲ καὶεῖνο ἐπιστῆσαι αὐτοὺς προσήκει, πῶς λέγουσι φεύγειν αὐτὴν τὸ εἶδος. Πῶς γὰρ ἂν λίθους τὰ περιλαβόντα αὐτὴν καὶ πέτρας φύγοι; οὐ γὰρ δὴ ποτὲ μὲν φεύγειν, ποτὲ δὲ μὴ φεύγειν φήσουσιν. Εἰ γὰρ βουλήσει αὐτῆς φεύγει, διὰ τί οὐκ ἀεί; εἰ δὲ ἀνάγκῃ μένει, οὐκ ἔστιν ὅτε οὐκ ἐν εἴδει τινί ἐστιν· ἀλλὰ τοῦ μὴ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀεὶ ἴσχειν ἑκάστην ὕλην ζητητέον τὴν αἰτίαν, καὶ ἐν τοῖς εἰσιοῦσι μᾶλλον. Πῶς οὖν λέγεται φεύγειν; ἢ τῇ αὐτῇ φύσει καὶ ἀεί; τοῦτο δὲ τί ἂν εἴη ἢ μηδέποτε αὐτῆς ἐξισταμένην οὕτως ἔχειν τὸ εἶδος, ὡς μηδέποτε ἔχειν, ἤ, ὅ τι χρήσονται τῷ ὑφ' αὑτῶν λεγομένῳ, οὐχ ἕξουσιν. Ἡ δὲ ὑποδοχὴ καὶ τιθήνη γενέσεως ἁπάσης. ἡ γὰρ ὑποδοχὴ καὶ τιθήνη, ἡ δὲ γένεσις ἄλλο αὐτῆς. Τὸ δὲ ἀλλοιούμενον ἐν τῇ γενέσει, πρὸ γενέσεως [οὖν] οὖσα εἴη ἂν καὶ πρὸ ἀλλοιώσεως ἥ τε ὑποδοχὴ καὶ ἔτι ἡ τιθήνη, [ὥστε] τηρεῖν ἐν ᾧ ἐστιν ἀπαθῆ οὖσαν· καὶ τὸ ἐν ᾧ ἐγγιγνόμενον, ἕκαστον φαντάζεται, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἕξεισι· καὶ γώραν εἶναι καὶ ἕδραν, καὶ τὸ λεγόμενον δὲ καὶ ἐσθυνόμενον ὡς τόπον εἰδῶν λέγοντος, οὐ πάθος λέγεται περὶ ἐκεῖνο, ἀλλὰ τρόπον ἕτερον ζητεῖ. Τίς οὖν οὗτος; ἐπειδὴ τὴν λεγομένην ταύτην φύσιν οὐδὲν δεῖ εἶναι τῶν ὄντων, ἀλλ' ἅπασαν ἐκπεφευγέναι τὴν τῶν ὄντων οὐσίαν, καὶ πάντη ἑτέραν· λόγοι γὰρ ἐκεῖνα, καὶ ὄντως ὄντες· ἀνάγκη δὲ αὐτὴν τῷ ἑτέρῳ τοῦτο φυλάττουσαν αὐτῆς, ἣν εἴληχε, σωτηρίαν, ἀνάγκη αὐτὴν μὴ μόνον τῶν ὄντων ἄδεκτον εἶναι, ἀλλὰ καὶ εἴ τι μίμημα αὐτῶν, καὶ τούτου ἄμοιρον εἰς οἰκείωσιν εἶναι. Οὕτω γὰρ ἂν ἑτέρα πάντη, ἡ εἶδός τι εἰσοικισαμένη, μετ' ἐκείνου ἄλλο γενομένη, ἀπώλεσε τὸ ἑτέρα εἶναι καὶ χώρα πάντων, καὶ οὐδενὸς ὁτουοῦν ὑποδοχή. Ἀλλὰ δεῖ καὶ εἰσιόντων τὴν αὐτὴν μένειν καὶ ἐξιόντων ἀπαθῆ, ἵνα καὶ εἰσίῃ τι ἀεὶ εἰς αὐτὴν καὶ ἐξίῃ. Εἴσεισι δὴ τὸ εἰσιὸν εἴδωλον ὄν, καὶ εἰς οὐκ ἀληθινὸν οὐκ ἀληθές. Ἆρ' οὖν ἀληθῶς; καὶ πῶς ᾧ μηδαμῶς θέμις ἀληθείας μετέχειν διὰ τὸ ψεῦδος εἶναι; ἆρ' οὖν ψευδῶς εἰς ψεῦδος ἔρχεται καὶ παραπλήσιον γίγνεται, οἷον καὶ εἰς τὸ κάτοπτρον ἐνορῶντο τὰ εἴδωλα τῶν ἐνορωμένων, καὶ ἕως ἐνορᾷ ἐκεῖνα; Καὶ γὰρ εἰ ἐνταῦθα ἀνέλοις τὰ ὄντα, οὐδὲν ἂν οὐδένα χρόνον φανείη τῶν νῦν ἐν αἰσθητῷ ὁρωμένων. Τὸ μὲν οὖν κάτοπτρον ἐνταῦθα καὶ αὐτὸ ἐνορᾶται· ἔστι γὰρ καὶ αὐτὸ εἶδός τι· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν εἶδος ὂν αὐτὸ μὲν οὖν οὐχ ὁρᾶται· ἔδει γὰρ αὐτὸ πρότερον καθ' αὑτὸ ὁρᾶσθαι· ἀλλὰ τοιοῦτόν τι πάσχει, οἷον καὶ ὁ ἀὴρ φωτισθείς ἀφανής ἐστι καὶ τότε, ὅτι καὶ ἄνευ τοῦ φωτισθῆναι οὐχ ἑωρᾶτο. Ταύτῃ οὖν τὰ μὲν ἐν τοῖς κατόπτροις οὐ πιστεύεται εἶναι, ἢ ἧττον, ὅτι ὁρᾶται τὸ ἐν ᾧ ἐστι, καὶ μένει μὲν αὐτό, τὰ δὲ ἀπέρχεται· ἐν δὲ τῇ ὕλῃ οὐχ ὁρᾶται αὐτή, οὔτε ἔχουσα, οὔτε ἄνευ ἐκείνων· εἰ δέ γε ἦν μένειν τὰ ἀφ' ὧν πληροῦται τὰ κάτοπτρα, καὶ αὐτὰ μὴ ἑωρᾶτο, οὐκ ἂν μὴ εἶναι ἀληθινὰ ἠπιστήθη τὰ καὶ πιστωθέντα ἐνορώμενα. Εἰ μὲν οὖν ἔστι τι ἐν

XIII. Id præterea probare illos decet, qua ratione materiam dicant speciem aufugere. Quo enim pacto saxa ceteraque solida ipsam cohibentia fugiat? Non enim interdum quidem fugere, interdum vero non fugere dicent. Si enim voluntate propria fugit, cur non fugit et semper? Sin autem necessitate manet, non datur tempus, in quo non in aliqua specie sit: sed enim causa, propter quam non eadem species semper materiam quamlibet contineat, quærenda est magis in his, quæ ipsam ingrediuntur. Quonam igitur pacto fugere dicitur? Numquid natura eadem atque semper? Id autem quidnam aliud erit, quam eam nunquam a se ipsa discedentem sic habere speciem, quasi nunquam habeat; alioquin non habebunt illi, qua ratione probabiliter, quod dixerant, tueantur. Appellat præterea Plato materiam susceptaculum generationis omnis atque nutricem: profecto susceptaculum atque nutrix aliud quiddam est, quam generatio. Quod autem alteratur, in generatione versatur. Et cum susceptaculum atque nutrix generationis generationem præcedat, alterationem quoque præcedit. Sane, quod susceptaculum nutrixque dicitur, servat materiam impatibilem: servat similiter, quod scribitur, materiam esse illud, in quo apparet unumquodque fieri, rursusque inde abit. Item quod appellat eam locum atque sedem: denique, quod recta ratione dicit eam esse quasi formarum locum, non passionem describit circa materiam, sed alium quendam desiderat modum. Quisnam hic modus est? Profecto cum naturam ejusmodi nullum esse oporteat entium, sed omnem entium essentiam effugisse, omninoque esse diversam, rationes enim quædam entia sunt re vera exsistentes, necessarium est eam hac ipsa alteritate salutem, quam sortita est, conservare: ideoque non solum non posse entia capere, verum etiam, si quod sit entium imitamen, hujus quoque familiaritatis expertem esse. Sic enim duntaxat est ab entibus omnino diversa: alioquin, si qua cum specie intimam contraxerit familiaritatem, certe una cum ipsa aliud quiddam facta amittet jam illam diversitatem, nec ulterius omnium locus erit: imo vero nullius erit amplius receptaculum, cum tamen esse dicatur cujuslibet pariter receptaculum. Oportet autem cum formis ingredientibus eandem permanere materiam, tum egredientibus impatibilem, ut et intret aliquid semper et exeat. Intrabit autem, quod ingreditur, cum ipsum ut simulacrum, tum in aliquid minime verum: ideoque neque ipsum etiam erit verum. Sed numquid vere accipietur? At quonam pacto vere accipietur ab eo, cui nullo modo fas est veritatem participare, propterea quod sit ipsum falsum? Forsan igitur falso procedit in falsum, similiterque se habet, atque imagines objectorum apparentes in speculo, quamdiu illa permanent e conspectu. Etenim si entia ex universo sustuleris, nihil penitus vel momento apparebit unquam eorum, quæ nunc in mundo videntur: speculum quidem apud nos ipsum quoque perspicitur: est enim et ipsum species aliqua. Quod vero in mundo est, quasi speculum, cum nulla sit species, ipsum nullo modo videtur, alioquin oporteret ipsum prius secundum se ipsum cerni: verum tale quiddam patitur, quale illuminatus aer, qui tunc etiam oculis est occultus, quoniam vel absque illuminatione videri non poterat. Hanc igitur ob causam, quæ apparent in speculis, vel nullo modo, vel minus esse creduntur: quoniam illud, in quo sunt, manifeste discernitur, et ipsum quidem manet, hæc vero discedunt. Materia vero minime cernitur, sive habeat formas, sive non habeat: sin autem contingeret illa manere, a quibus implentur specula, et ipsa quidem non viderentur, nemo utique diffideret, quin vera sint, quæ

τῶς κατόπτροις, καὶ ἐν τῇ ὕλῃ οὕτω τὰ αἰσθητὰ ἔστω· εἰ δὲ μή ἐστι, φαίνεται δὲ εἶναι, κἀκεῖ φατέον φαίνεσθαι ἐπὶ τῆς ὕλης, αἰτιωμένους τῆς φαντάσεως τὴν τῶν ὄντων ὑπόστασιν, ἧς τὰ μὲν ὄντα ὄντως ἀεὶ μεταλαμβάνει, τὰ δὲ μὴ ὄντα μὴ ὄντως· ἐπείπερ οὐ δεῖ ἔχειν ὡτινα αὐτὰ, ὡς εἶχεν ἂν τοῦ ὄντος μὴ ὄντος, εἰ ἦν αὐτά.

videntur in speculis. Sive igitur est in speculis aliquid, in materia quoque similiter sensibilia sint; sive nihil est in speculis, sed duntaxat apparet, similiter quoque in materia dicendum est apparere : cujus quidem apparentiæ assignanda causa est entium ipsorum substantia [*s.* substantiæ], quam entia quidem semper vere participant, non entia vero non vere : quandoquidem non oportet sic ipsa se habere, quemadmodum habuissent, si ipsa, ente ipso non exsistente, fuissent.

Confirmantur eadem, et quod materia nunquam impletur, sed semper affectat nova, quia non accipit res veras : neque vere accipit, quod videtur accipere.

ΙΔ'. Τί οὖν; μὴ οὔσης οὐδὲν ὑπέστη ἄν; ἢ οὐδὲ εἴδωλον, κατόπτρου μὴ ὄντος, ἤ τινος τοιούτου; τὸ γὰρ ἐν ἑτέρῳ πεφυκὸς γίγνεσθαι, ἐκείνου μὴ ὄντος, οὐκ ἂν γένοιτο· τοῦτο γὰρ φύσις εἰκόνος, τὸ ἐν ἑτέρῳ. Εἰ μὲν γάρ τι ἀπείη ἀπὸ τῶν ποιούντων, καὶ ἄνευ τοῦ ἐν ἑτέρῳ ἦν ἄν. Ἐπεὶ δὲ μένει ἐκεῖνα εἴ ἐμφαντασθήσεται ἐν ἄλλῳ, δεῖ τὸ ἄλλο εἶναι ἕδραν παρέχον τῷ οὐκ ὄθντι· τῇ δ' αὐτοῦ παρουσίᾳ καὶ τῇ τόλμῃ καὶ οἷον προσαιτήσει καὶ πενίᾳ οἷον βιασάμενον λαβεῖν· καὶ ἀπατηθὲν τῇ οὐ λήψει, ἵνα μένῃ καὶ ἡ πενία, καὶ ἀεὶ προσαιτῇ. Ἐπεὶ γὰρ ἅπαξ ὑπέστη, ὁ μὲν μῦθος αὐτὴν ποιεῖ προσαιτοῦσαν, ἐνδεικνύμενος αὐτῆς τὴν φύσιν, ὅτι ἀγαθοῦ ἔρημος· αἰτεῖ τε ὁ προσαιτῶν, οὐχ ἃ ἔχει ὁ διδούς· ἀλλ' ἀγαπᾷ ὅ τι ἂν λάβοι, ὥστε καὶ τοῦτο ἐνδείκνυσθαι, ὡς ἕτερον τὸ ἐν αὐτῇ φανταζόμενον, τό τ' ὄνομα ὡς οὐ πληρουμένης. Τὸ δὲ τῷ Πόρῳ συγγίγνεσθαι, οὐ τῷ ὄντι δηλοῦντός ἐστι συγγίγνεσθαι, οὐδὲ τῷ κόρῳ, ἀλλά τινι πράγματι εὐμηχάνῳ· τοῦτο δέ ἐστι τῇ σοφίᾳ τοῦ φαντάσματος. Ἐπεὶ γὰρ οὐχ οἷόν τε τοῦ ὄντος πάντη μὴ μετέχειν, ὅ τι περ ὀπωσοῦν ἔξω ὂν αὐτοῦ ἐστιν· αὕτη γὰρ ὄντος φύσις τὰ ὄντα ποιεῖν, τὸ δὲ πάντῃ μὴ ὂν ἄμικτον τῷ ὄντι θαῦμα τὸ *l.* θαυμάσιόν τι] χρῆμα γίγνεται, πῶς μὴ μετέχον μετέχει, καὶ πῶς οἷον παρὰ τῆς γειτνιάσεως ἔχει τι; καίπερ τῇ αὑτοῦ φύσει μὲν οἷον κολλᾶσθαι ἀδυνατοῦν. Ἀπολισθαίνει οὖν, ὡς ἂν ἀπὸ φύσεως ἀλλοτρίας ὃ ἔλαβον ἄν· οἷον ἠχὼ ἀπὸ τόπων λείων καὶ ὁμαλῶν, ὅτι μὴ μένει ἐκεῖ τοῦτο καὶ ἐφαντάσθη ἐκεῖ, κἀκεῖθεν εἶναι. Εἰ δ' ἦν μετασχοῦσα καὶ οὕτω δεξαμένη, ὥσπερ τις ἐλπίς, κατακρυβὲν ἂν εἰς αὐτὴν τὸ προσελθὸν ἔδυ. Νῦν δὲ φαίνεται, ὅτι μὴ κατεπόθη, ἀλλ' ἔμεινεν ἡ αὐτή, οὐδὲν δεξαμένη, ἀλλ' ἐπισχοῦσα τὴν πρόοδον, ὡς ἕδρα ἐπωλουμένη, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ τῶν προσιόντων κἀκεῖ μιγνυμένων ὑποδοχή· οἷον ὅσα πρὸς ἥλιον πῦρ ζητοῦντες λαβεῖν ἵστᾶσι λεῖα, τὰ δὲ καὶ πληροῦντες ὕδατος, ἵνα μὴ διέλθῃ κωλυομένη ὑπὸ τοῦ ἔνδον ἐναντίου ἡ ἐλλὸς, ἔξω δὲ συνίσταιτο. Γίγνεται οὖν αἰτία τῆς γενέσεως οὕτω, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ συνιστάμενα τοιοῦτον συνίσταται τρόπον.

XIV. Quid ergo? nisi materia esset, nihilne omnino subsisteret? Nihil prorsus præter entia : sicut neque imago sublato speculo vel ejusmodi quopiam. Quod enim sic natura comparatum est, ut sit in alio, illo non exsistente fiet nunquam : hæc enim ipsa imaginis natura est, in alio esse. Si quid enim a causis ipsis decederet, id profecto esse posset, etiam si non esset in alio. Cum vero ipsæ quidem maneant, si quid inde appareat alibi, oportet aliud quiddam esse sedem suggerens re vera non venienti : quod quidem sui præsentia et audacia et quasi procacitate atque indigentia quasi urgeatur, urgeatque ad capiendum : decipiatur tamen non capiendo re vera, ut indigentia perseverans semper efflagitare compellat. Postquam enim semel substitit, ut tradit fabula, semper affectat : qua quidem in re natura ejus boni expers ostenditur. Affectat vero non illa, quæ largitor habet, accipere, verum sat habere videtur, si qualecumque sit, nonnihil accipiat, adeo ut hinc ostendatur diversum esse, quod in materia nobis apparet : nomen quoque ipsum Penia, id est inopia, materiam non impleri declarat. Quod vero dicitur cum Poro Peniam congredi, non significat illam cum ipso ente vel saturitate congredi, sed cum re quadam artificiosa atque mirabili : id autem est cum quadam imaginis sese ostentantis astutia. Cum enim impossibile sit, esse omnino entis expers quodcumque et quomodocumque extra ens ipsum sit : nam hæc entis natura est entia facere : cumque omnino non ens misceri cum ente non possit, certe nonnihil mirabile provenit : nempe et participat non participans, et ipsa propinquitate nanciscitur aliquid, quamvis suapte natura conglutinari non valeat. Relabitur igitur, velut ab aliena natura quod accepit, velut Echo a locis lævibus atque planis : quodve non manet ibi id et apparet ibi, atque inde venire. Sin autem materia sic participaret acciperetque, ut quidam fortasse putaret, profecto, quod accedit ad eam, velut imbibitum penetraret. Nunc vero apparet imbibitum non fuisse, sed permansisse illam prorsus eandem, nihil adeptam, sed instar sedis cujusdam repercutientis inhibuisse processum, esseque receptaculum concurrentium in idem ibique invicem commixtorum : neque aliter hic fieri, quam ubi nonnulli ad solem cupientes ignem accendere, lævia quædam solidaque opponunt, quæ et aqua impient, ut flamma ab eo, quod intus contrarium est, cohibita non pertranseat, sed extra consistat. Hac itaque ratione materia causa generationis evadit, et, quæ componuntur in ipsa, hoc modo constituuntur.

De ratione seminali, quæ est in anima, quod non misceatur cum materia, ac de vanitate materiæ formarumque sensibilium.

ΙΕ'. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τὸ πῦρ ἐξ ἡλίου περὶ αὐτὰ συναγόντων, ἅτε παρὰ αἰσθητοῦ πυρὸς λαμβανόντων τὴν περὶ αὐτὰ γιγνομένην ἕλξιν, τὸ αἰσθητοῖς εἶναι καὶ αὐτοῖς ὑπάρχει. Διὸ καὶ φαίνεται, ὅτι ἔξω τὰ

XV. In his quidem, quæ ignem sub sole circa se congregant, utpote quæ ab igne sensibili flammam accipiunt, ipsa quoque id habent, ut sentiantur. Itaque apparent, quoniam, quæ ibi conficiuntur, extrinseca sunt, positaque

συνιστάμενα καὶ ἐφεξῆς καὶ πλησίον καὶ ἅπτεται, καὶ πέρατα δύο. Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ὕλης λόγος ἄλλον ἔχει τρόπον, τὸ ἔξω. Ἡ γὰρ ἑτερότης τῆς φύσεως ἀρκεῖ, οὐδὲν πέρατος διπλοῦ δεομένη, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παντὸς πέρατος ἀλλοτριουμένη, τῇ ἑτερότητι τῆς οὐσίας καὶ οὐδαμῇ συγγενείᾳ τὸ ἀμιγὲς ἔχουσα· καὶ τὸ αἴτιον τοῦ μένειν ἐπ' αὐτῇ τοῦτο, ὅτι μήτε τὸ εἰσιὸν ἀπολαύει αὐτῆς, οὐδ' αὐτὴ τοῦ εἰσιόντος, ἀλλ' ὥσπερ αἱ δόξαι καὶ αἱ φαντασίαι ἐν ψυχῇ οὐ κέχρανται, ἀλλ' ἅπεισι πάλιν ἑκάστη ὡς οὖσα, ὅ ἐστι, μόνη, οὐδὲν ἐφέλκουσα οὐδὲ καταλείπουσα, ὅτι μὴ ἐμέμικτο, καὶ τὸ ἔξω οὐχ ὅτι ἐπέκειτο, καὶ ἐφ' ᾧ ἐστιν οὐχ ὁράσει ἕτερον, ἀλλ' ὁ λόγος φησίν. Ἐνταῦθα μὲν οὖν εἴδωλον ὂν ἡ φαντασία, οὐκ εἰδώλου τὴν φύσιν οὔσης τῆς ψυχῆς, καίπερ πολλὰ δοκοῦσα ἄγειν, καὶ ὅπη θέλει, ἄγειν. Χρῆται μὲν αὐτῇ οὐδὲν ἧττον, ὡς ὕλῃ ἢ ἀνάλογον· οὐ μέντοι ἔκρυψε ταῖς παρ' αὐτῆς ἐνεργείαις πολλάκις ἐξωθουμένη, οὐδὲ ἐποίησεν αὐτὴν, οὐδ' εἰ μετὰ πάσης ἔλθοι, κεκρύφθαι, καίτοι αὐτὴν φαντάζεσθαι. Ἔχει γὰρ ἐν αὐτῇ ἐνεργείας καὶ λόγους ἐναντίους, οἷς ἀπωθεῖται τὰ προσιόντα· ἡ δὲ, ἀσθενεστέρα γάρ ἐστιν ἢ ὡς πρὸς δύναμιν πολλῷ ψυχῆς, καὶ ἔχει οὐδὲν τῶν ὄντων, οὔτε ἀληθὲς, οὔτε αὖ οἰκεῖον ψεῦδος· οὐκ ἔχει δὲ δι' ὅτου φανῇ, ἐρημία πάντων οὖσα, ἀλλὰ γίγνεται μὲν αἰτία ἄλλοις τοῦ φαίνεσθαι, οὐ δύναται δὲ εἰπεῖν οὐδὲ τοῦτο, ὡς ἐγὼ ἐνταῦθα. Ἀλλ' εἴ ποτε ἐξεύροι αὐτὴν λόγος βαθύς τις ἐξ ἄλλων ὄντων, ὡς ἄρα ἐστί τι ἀπολελειμμένον πάντων τῶν ὄντων, καὶ τῶν ὕστερον δοξάντων εἶναι, ἑλκόμενον εἰς πάντα, καὶ ἀκολουθοῦν ὡς δόξαι, καὶ αὖ οὐκ ἀκολουθοῦν.

deinceps et proxima, seque contingunt, terminique illic duo procul dubio sunt. Ratio vero seminaria in materia aliter habet, ut sit extra materiam. Naturæ namque alteritas sufficit, duplici non indigens termino, sed multo magis, quam terminus quilibet alienus, vim retinet repugnantem commixtioni ob alteritatem essentiæ cognationis omnis expertem. Causaque in se consistendi hæc ipsa est, quoniam neque, quod ingreditur, ipsa fruitur; neque ipsa vicissim fruitur veniente: sed quemadmodum opiniones imaginationesque in anima non miscentur, sed abit unaquæque rursus, velut sola, quod est exsistens, nihil vel secum trahens, vel sui relinquens, quoniam admixta non fuerat, habetque, quod extra dicatur, non propterea, quod secus adjaceat; neque aspectu, tanquam diversa a fundamento, sed ratione discernitur. Hic igitur imaginativa simulacri cujusdam locum obtinens, cum tamen anima naturaliter non sit simulacrum, quamvis in multis videatur ducere, et pro arbitrio ducere: comparatur namque ad animam proportione quadam velut materiam: quamvis, inquam, ita sit, non tamen obscurat occultatque animam, quippe cum propriis quibusdam animæ actionibus frequenter excutiatur: neque unquam efficit, vel etiam si tota per totam se diffuderit, ut anima penitus delitescat, quamvis interdum quodammodo talis appareat; habet enim anima in se actiones rationesque repugnantes per quas accedentia repellantur. Materia vero, cum sit longe invalidior anima, nihil habet entium, seu veri sive etiam falsum aliquando, proprium: neque habet quicquam, per quod appareat: quippe cum in omnium solitudinem sit rejecta: fit autem causa ceteris, ut appareant: neque ipsa tamen vel hoc saltem potest dicere. Hic ego sum, quamvis minime videar. Sed si quando inveniat ipsam ratio quædam profundior hanc ex aliis entibus assecuta, clamat eam esse nonnihil ab omnibus entibus destitutam, et cum ea, quæ entibus posteriora esse videantur esse, id per hæc omnia tractum, ut appareat sequi, rursumque non sequi.

Quomodo ratio formalis atque seminalis, quatenus exhibet materiæ formas, eatenus adhibet quantitates et figuras formarum comites.

ΙϚ'. Καὶ μέν τις ἔλθων λόγος, ἀγαγὼν εἰς ὅσον αὐτὸς ἤθελεν, ἐποίησεν αὐτὴν μέγα, παρ' αὐτοῦ τὸ μέγα περιθεὶς αὐτῇ οὐκ οὔσῃ, τοῦτο δὲ οὐδὲ γενομένῃ· τὸ γὰρ ἐπ' αὐτῇ μέγα μέγεθος ἦν. Ἐὰν οὖν τις τοῦτο ἀφέλῃ τὸ εἶδος, οὐκέτ' ἔστιν οὐδὲ φαίνεται τὸ ὑποκείμενον μέγα· ἀλλ' εἰ ἦν τὸ γενόμενον μέγα, ἄνθρωπος καὶ ἵππος, καὶ μετὰ τοῦ ἵππου τὸ μέγα τοῦ ἵππου ἐπελθὸν, ἀπελθόντος τοῦ ἵππου, καὶ τὸ μέγα αὐτοῦ ἀπέρχεται. Εἰ δέ τις λέγοι ὡς ὁ ἵππος ἐπὶ μεγάλου τινὸς ὄγκου καὶ τοσοῦδε γίγνεται, καὶ μένει τὸ μέγα, φήσομεν μὴ τὸ τοῦ ἵππου μέγα, ἀλλὰ τὸ τοῦ ὄγκου μέγα μένειν ἐκεῖ. Εἰ μέντοι ὁ ὄγκος οὗτος πῦρ ἐστὶν ἢ γῆ, ἀπελθόντος τοῦ πυρὸς, τὸ τοῦ πυρὸς ἀπέρχεται ἢ τὸ τῆς γῆς μέγα. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τοῦ σχήματος οὐδὲ τοῦ μεγέθους ἀπολαύσειεν ἄν, ἢ οὐκ ἐκ πυρὸς ἄλλο τι ἔσται, ἀλλὰ μένουσα πῦρ οὐ πῦρ γενήσεται· ἐπεὶ καὶ νῦν τοσαύτη γενομένη ὡς δοκεῖν, ὅσον τόδε τὸ πᾶν, εἰ παύσαιτο ὁ οὐρανὸς, καὶ τὰ ἐντὸς πάντα σὺν πᾶσι [*l.* συμπέσοι] τούτοις, καὶ τὸ μέγεθος πᾶν οἰχήσεται ἀπ' αὐτῆς, καὶ αἱ ἄλλαι ὃ ἦλον ὅτι ὁμοῦ ποιότητες, καὶ καταλειφθήσεται ὅπερ ἦν, σώζουσα οὐδὲν τῶν πρότερον περὶ αὐτὴν οὕτως ὄντων. Καίτοι ἐν οἷς

XVI. Atqui accedens ratio quædam, atque extendens quatenus vult, materiam, efficit quantam, scilicet ex quantam ex se ipsa materiæ adhibens, nequaquam per habenti, sed neque id etiam factæ, alioquin quantum ea quantitas ipsa esset. Si quis igitur speciem hanc ab lerit, neque erit amplius subjectum ipsum quantum, nec etiam apparebit. Verum si sit, quod factum est quanti homo vel equus, et una cum equo magnitudo equi pe niens, equo discedente etiam magnitudo discedit. Si autem dixerit, equum in magna quadam tantaque mole fi et magnitudinem permanere, dicemus, non equi magn dinem, sed magnitudinem molis ibi manere. Si tamen moles ignis est vel terra, certe abeunte igne, vel te magnitudo ignis vel terræ discedit. Quam ob rem n figura neque magnitudine materia fruitur, alioquin ex igne non fiet, sed illa ignis permanens, nunquam ignis. Quandoquidem et nunc tanta, ut videtur, effe quantus est hic mundus, si desinat esse cælum, et qu ipso sunt omnia, una cum his omnis etiam magnitud ipsa recedet, simulque omnes aliæ qualitates, atqu linquetur deinde quod erat, conservans nihil pr eorum, quæ prius ita fuerant circa ipsam. Quam quibuscumque contingit aliquorum præsentia pati, ea

ὑπάρχει τὸ πεπονθέναι παρουσίᾳ τινῶν, καὶ ἀπελθόντων ἔστι τι ἔτι ἐν τοῖς λαβοῦσιν· ἐν δὲ τοῖς μὴ παθοῦσιν, οὐκέτι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἀέρος φωτὸς περὶ αὐτὸν ὄντος καὶ ἀπελθόντος τούτου. Ἐὰν δέ τις θαυμάζῃ, πῶς οὐκ ἔχον μέγεθος μέγα ἔσται· πῶς δὲ οὐκ ἔχον θερμότητα θερμὸν ἔσται; οὐ γὰρ δὴ τὸ αὐτὸ τὸ εἶναι αὐτῇ καὶ μεγέθει εἶναι· εἴπερ καὶ ἄϋλον μέγεθός ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἄϋλον σχῆμα, καὶ εἰ τηροῦμεν τὴν ὕλην, μεταλήψει πάντα. Ἓν δὲ τῶν πάντων καὶ τὸ μέγεθος· ἐν μὲν οὖν τοῖς σώμασι συνθέτοις οὖσιν ἔστι καὶ μέγεθος μετὰ τῶν ἄλλων, οὐ μὴν ἀφωρισμένον· ἐπειδὴ ἐν σώματος λόγῳ ἔγκειται καὶ μέγεθος· ἐν δὲ τῇ ὕλῃ, οὐδὲ τὸ οὐκ ἀφωρισμένον· οὐ γὰρ σῶμα.

quoque licet abeuntibus illis accepti aliquid retinere : quæ vero non patiuntur, minime retinent : quemadmodum aer lumen nactus nihil luminis abeunte lumine retinet. Si quis autem miretur, quomodo fieri possit, ut, quod non habet magnitudinem, fiat magnum : objiciemus similiter, quo pacto fiat, ut, quod non habet calorem, fiat calidum. Non enim idem est, in materia esse materiam, atque magnitudinem esse, siquidem immaterialis est magnitudo, quemadmodum immaterialis etiam est figura : ac si materiam conservamus, participatione quadam eam omnia sortiri dicemus. Unum vero aliquid omnium est magnitudo : in corporibus quidem, cum composita sint, est et una cum aliis magnitudo, non tamen determinata : quoniam in ipsa corporis ratione includitur etiam magnitudo : in ipsa vero materia neque etiam indeterminata magnitudo includitur, quippe cum non sit corpus.

Materia nullam habet ex se quantitatem, sed ad eam protenditur sub efficaci ingressu formæ in ipsam

ΙΖ'. Οὐδ' αὖ μέγεθος αὐτὸ ἔσται· εἶδος γὰρ τὸ μέγεθος, ἀλλ' οὐ δεκτικὸν, καὶ καθ' αὐτὸ δὲ τὸ μέγεθος· ἀλλὰ καὶ εἴ τι μίμημα αὐτῶν, καὶ τούτου ἄμοιρον εἰς ὑπείωσιν εἶναι, οὐχ οὕτω μέγεθος· ἀλλ' ἐπεὶ βούλεται ἐν ᾧ ἢ ἐν ψυχῇ κείμενον μέγα εἶναι, ἔδωκε τοῖς οἷον ἐθέλουσι μιμεῖσθαι ἐφέσει αὐτοῦ ἢ κινήσει τῇ πρὸς αὐτὸ τὸ αὐτὸ πάθος ἐνσημήνασθαι εἰς ἄλλο. Τὸ μὲν οὖν μέγα, ἐν προόδῳ φαντάσεως θέον, ὅσον εἰς αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ μέγα συνθεῖν ποιῆσαν τὸ μικρὸν τῆς ὕλης, πεποίηκεν αὐτὸ τῇ παρατάσει οὐ πληρούμενον δοκεῖν εἶναι μέγα. Τὸ γὰρ ψευδῶς μέγα τοῦτό ἐστιν, ὅταν τῷ μὴ ἔχειν τὸ μέγα εἶναι ἐκτεινόμενον πρὸς ἐκεῖνο παραταθῇ τῇ ἐκτάσει. Ποιούντων γὰρ πάντων ὄντων εἰς τὰ ἄλλα ἢ τὸ ἄλλο τὴν αὐτῶν ἐνόπτρισιν, ἕκαστόν τε τῶν ποιούντων, ὡς αὐτὸ ἦν μέγα, τό τε πᾶν ἦν ἐκεῖνος μέγα· συνῆει οὖν τὸ ἑκάστου λόγου, μετὰ τὸ τι μέγα, οἷον ἵππου καὶ ὁτουοῦν ἄλλου, καὶ τὸ μὲν αὐτὸ καὶ ἐγίνετο. Πᾶσα μὲν, οἶμαι, ἐνόπτρισις μέγα πρὸς αὐτὸ μέγα ἐκλαμπομένη, καὶ ἑκάστη δὲ μοῖρα μέγα τι, καὶ ὁμοῦ πάντα ἐφαίνετο ἐκ παντὸς τοῦ εἴδους, οὗ τὸ μέγα, καὶ ἐξ ἑκάστου καὶ οἷον παρετέτατο καὶ πρὸς πᾶν καὶ πάντα, καὶ ἐν εἴδει τοῦτο ἀναγκασθεῖσα εἶναι, καὶ ἐν ὄγκῳ ὅσον ἡ δύναμις πεποίηκε, τὸ μηδὲν ὂν αὐτὸ πάντα εἶναι· οἷον αὐτῷ τῷ φαίνεσθαι, καὶ τὸ χρῶμα τὸ ἐξ οὗ χρώματος· καὶ ἡ ποιότης ἡ ἐντεῦθα ἡ ἐξ οὗ ποιότητος ἔσχε τὴν ὁμωνυμίαν τὴν ἀπ' ἐκείνων, καὶ τὸ μέγεθος ἐξ οὗ μεγέθους, ἢ ὁμωνύμου, μεταξὺ θεωρουμένων ἐκείνων καὶ αὐτῆς τῆς ὕλης καὶ τῶν εἰδῶν αὐτοῦ. Καὶ φαίνεται μὲν, ὅτι ἐκεῖθεν, ψεύδεται δὲ, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ἐν ᾧ φαίνεται. Μεγεθύνεται δὲ ἕκαστα ἑλκόμενα τῇ δυνάμει τῶν ἐνορωμένων καὶ χώραν ἑαυτοῖς ποιούντων, ἕλκεται δὲ ἐπὶ πάντα, οὐ βίᾳ τῷ ὕλῃ τὸ πᾶν εἶναι· ἕλκει δὲ ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἣν ἔχει· ἔχει δὲ ἐκεῖθεν, καὶ τὸ μὲν ποιοῦν μέγα τὴν ὕλην, ὡς δοκεῖ, ἀπὸ τῆς ἐμφαντάσεως τοῦ μέγα, καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ ἐμφαντασθὲν τὸ ἐντεῦθα μέγα. Ἡ δὲ ὕλη, ἐφ' ἧς ἀναγκάζεται συνθεῖν ὡσοῦν πᾶσα, καὶ πανταχοῦ παρέχει ἑαυτήν. Ὑλη γάρ ἐστι καὶ τούτου, καὶ οὐ τουτί· ὃ δὲ μή ἐστί τι παρ' αὐτοῦ, δύναται γενέσθαι καὶ τὸ ἐναντίον ὃ ἐστι· ἄλλο·

XVII. Sed neque etiam magnitudo ipsa erit : species enim est ipsa magnitudo, neque est ad suscipiendum parata : quin etiam secundum se ipsam magnitudo exsistit, ac si materia neque etiam imitationes entium familiariter sibi potest conciliare, certe neque hoc pacto est magnitudo. Sed quoniam vult, quod in intellectu vel anima situm est, esse magnum, ideo tradidit his, quæ procedendo quasi imitari volunt, desiderio ejus vel motu erga ipsum facultatem quandam ad passionem earum in alio quodam imprimendam. Magnum itaque in processu imaginationis sive apparentiæ currens in amplum, efficiensque ut ipsum materiæ parvum in hoc ipsum magnum concurrat, fecit, ut illud appareret magnum etiam coextensione non repletum. Falso enim magnum hoc est, quando non habendo hoc ipsum, ut sit magnum, ad illud extensum quasi coamplificatur extensione. Cum enim entia omnia in alia vel in aliud agant ipsorum apparentiam specularem, et unumquodque efficientium simili quadam ratione sit, faciatque magnum, qua et totum, concurrit uniuscujusque rationis magnum post ipsum aliquid, velut equi vel alterius cujuscumque. Exstat præterea ipsum magnum, et universa quidem apparentia specularis fit magnum, videlicet ad magnum ipsum effulgens : quælibet vero portio fit magnum quiddam, atque simul omnia apparuerunt ex universa specie, cujus est magnum : atque etiam ex qualibet, et quasi extensio facta est et ad omne et omnia, atque in specie id esse coacta, et in mole tantum potentia fecit, quantum potentia ferebat : unde contigit, ut, quod est nihil, rursus in apparendo sit omnia : idcirco et color, qui ex non colore procedit, et qualitas, quæ apud nos ex non qualitate contingit, denominationem nacta sunt ab illis æquivocam, et magnitudo ex non magnitudine, vel æquivoca magnitudine : ubi certe illa considerantur media inter ipsam materiam ipsamque speciem : et apparent quidem, quoniam inde quodammodo micant ; fallunt vero, quoniam id, in quo apparent, non exsistit. Quælibet vero in magnitudinem protenduntur, tracta videlicet virtute eorum, quæ hic apparent locumque sibi ipsis efficiunt. Fit vero tractus per omnia non violentia, ex eo, quod materia est universum. Unumquodque vero trahit per eam, quam habet, potentiam : habet vero inde, et quod materiam facit magnum, ut videtur, id agit imagine ipsius, quod magnum est, hic apparente, atque id est, quod apparens dicitur, quod hic est magnum. Materia vero coacta concurrere, vel in qua hæc concurrere cogunitur, simul tota et ubique semetipsam præbet. Materia enim est, et hujus universi materia, neque est aliquid. Quod autem ex se ipso non est aliquid, potest et per aliud rursus contrarium fieri : et postquam factum est

καὶ γενόμενον τὸ ἐναντίον οὐδ' ἐκεῖνο ἐστίν· ἔστη γὰρ ἄν.

contrarium, neque etiam illud est; alioquin tantum in hoc ipso consisteret.

Materia sicut non habet veram formam, ita nec veram magnitudinem: et quomodo ad efficacem motum formæ venientis in eam ipsa in dimensionem producitur, non tamen distractam, sed continuam.

ΙΗ'. Ὁ τοίνυν νόησιν μεγάλου ἔχων, εἰ αὐτοῦ ἡ νόησις δύναμιν ἔχοι, μὴ μόνον ἐν αὐτῇ εἶναι, ἀλλὰ καὶ οἷον πρὸς τὸ ἔξω ὑπὸ δυνάμεως φέροιτο, λάβοι ἂν φύσιν, οὐκ οὖσαν ἐν τῷ νοοῦντι οὐδέ τι ἔχουσαν εἶδος οὐδέ τι ἴχνος τοῦ μεγάλου, ἀλλ' οὐδὲ οὐδενός τε ἄλλου. Τί ἂν ποιήσειε ταύτῃ τῇ δυνάμει; οὐχ ἵππον, οὐ βοῦν· ταῦτα γὰρ ἄλλοι ποιήσουσιν· ἢ ἐπειδὴ παρὰ μεγάλου πατρὸς ἔρχεται, οὐ δύναται τὸ ἄλλο χωρῆσαι μέγα· τοῦτο δὲ ἕξει ἐμφανταζόμενον. Τῷ δὴ μὴ οὕτως εὐτυχήσαντι τοῦ μεγάλου, ὡς αὐτὸ μέγα εἶναι ἐν τοῖς αὑτοῦ, καθ' ὅσον οἷόν τε, μεγάλῳ φαίνεσθαι λεῖπόν ἐστι. Τοῦτο δέ ἐστι μὴ ἐλλείπειν, καὶ τὸ μὴ ἐπὶ πολλὰ πολλαχοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ συγγενῆ ἔχειν μέρη, καὶ ἀπολείπεσθαι μηδενός. Οὐδὲ γὰρ ἠνείχετο ἐν σμικρῷ ὄγκῳ τὸ ἴσον ἔτι τὸ τοῦ μεγάλου εἴδωλον εἶναι, μεγάλου ὄν· ἀλλ' ὅσῳ ἐφίετο τῆς ἐλπίδος ἐκείνου, προσῆλθέ τε, ὅσον οἷόν τε ἦν αὐτῷ, μετὰ τοῦ συνθέοντος αὐτῷ ἀπολειφθῆναι οὐ δυναμένου, καὶ πεποίηκε μέγα τε ἐκεῖνο τὸ μὴ μέγα, μηδ' οὕτω δόξαι, καὶ τὸ ὁρώμενον ἐν ὄγκῳ μέγα. Ἡ δ' ὅμως φυλάττει τὴν αὑτῆς φύσιν, ἀποχρωμένη τούτῳ τῷ μεγάλῳ, οἷον ἀμφιέσματι, ὃ συνδραμοῦσα αὐτῷ, ὅτε θέον αὐτὴν ἦγεν, ἀμπέσχετο, ὃ εἰ ὁ ἀμφιέσας ἀφέλοιτο, μένει πάλιν ἡ αὐτή, οἵαπερ παρ' αὑτῆς ἦν, ἡ τοσαύτη, ὅσον ἂν τὸ παρὸν εἶδος αὐτὴν ποιῇ. Ἡ μέν γε ψυχὴ τὰ τῶν ὄντων εἴδη ἔχουσα, εἶδος οὖσα καὶ αὐτή, ὁμοῦ πάντα ἔχει. Καὶ τοῦ εἴδους ἑκάστου ὁμοῦ ὄντος αὐτῷ, τά τε τῶν αἰσθητῶν εἴδη οἷον ἀναστρέφοντα πρὸς αὐτὴν καὶ προσιόντα ὁρῶσα, οὐκ ἀνέχεται μετὰ πλήθους δέχεσθαι, ἀλλ' ἀποθέμενα τὸν ὄγκον ὁρᾷ. Οὐ γὰρ δύναται ἄλλο τι, ἢ ὅ ἐστι, γενέσθαι. Ἡ δὲ ὕλη οὐδὲν ἔχουσα τὸ ἀντικόπτον (οὐ γὰρ ἔχει ἐνέργειαν), οὖσα δὲ σκιὰ ἀναμένει παθεῖν, ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τὸ ποιῆσον· τό τε οὖν προϊὸν ἐκ τοῦ ἐκεῖ λόγου ἤδη ἴχνος ἔχει τοῦ μέλλοντος γενήσεσθαι. Οἷον γὰρ ἐν φαντασίᾳ εἰκονικῇ κινούμενος ὁ λόγος ἢ ἡ κίνησις ἡ ἀπὸ τούτου μερισμός ἐστιν· ἢ, εἰ ταὐτὸν εἴη ἓν, οὐδὲ ἐκινήθη, ἀλλὰ μένει· ἥ τε ὕλη πάντα ὁμοῦ, ὥσπερ ἡ ψυχή, οὐ δύναται εἰσοικίσασθαι, ἢ ἦν ἄν τι ἐκείνων. Αὐτήν τε αὖ δεῖ τὰ πάντα δέξασθαι, μὴ ἀμερῶς δέξασθαι· δεῖ τοίνυν πᾶσι τόπον οὖσαν ἐπὶ πάντα αὐτὴν ἐλθεῖν καὶ πᾶσιν ἀπαντῆσαι, καὶ πρὸς πᾶν διάστημα ἀρκέσαι, ὅτι μὴ κατείληπται διαστήματι αὕτη, ἀλλ' ἦν ἐκκειμένη τῷ μέλλοντι. Πῶς οὖν οὐκ εἰσελθὸν ἕν τι ἐκώλυσε τὰ ἄλλα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἦν ἐπ' ἀλλήλοις εἶναι, ἢ οὐκ ἦν οὐδὲν πρῶτον; εἰ δ' ἄρα, τὸ τοῦ παντὸς εἶδος, ὥστε πάντα μὲν ἅμα, ἐν μέρει δὲ ἕκαστον. Ζώου γὰρ ὕλη μερισθεῖσα σὺν τῷ τοῦ ζώου μερισμῷ· εἰ δὲ μή, οὐκ ἂν ἐγένετό τι παρὰ τὸν λόγον.

XVIII. Si qnis igitur intelligentiam magni possideat, quæ quidem potentiam habeat per quam non solum in se ipsa sit, verum etiam quasi extra prodire valeat, nasciscaturque naturam quandam in intelligente non existentem, neque vel speciem habentem, vel aliquod magni vestigium, vel alicujus omnino: quidnam per potentiam ejusmodi faciet? non equum, non bovem: hæc enim alii facient causæ. Forsan, quoniam a magno velut patre prodit, non potest aliud quiddam id magnum capere: hoc autem habebit imaginarium. Huic itaque nequaquam ita consecuto magnum, ut ipsum magnum fiat in natura sua, quantum potest apparere magnum, jam reliquum est. Hoc autem est non deficere, atque, si passim propagetur, non quasi in multa discretum progredi: sed cognatas in se partes habere, et nusquam prorsus abesse. Neque enim fieri poterat, ut in parva mole æquale etiam magni simulacrum esset, cum sit imago magni: sed quatenus illius spe concupivit, accessit: currensque, quoad potest, una cum suo concurrente deseri non valente, effecit magnum illud, quod non magnum, neque sic quidem, ut appareat magnum, et quod videtur in mole magnum. Materia vero interim suam conservat naturam, utens hoc magno veluti vestimento, quo quidem induta est, quando concurrebat cum ipso, dum videlicet currens illud ducebat ipsam. Quod sane si quando exuerit, permanet rursus eadem, quæ et ante penes se ipsam erat, scilicet tanta, quantam species præsens reddit eam. Proinde anima entium species habens, cum ipsa quoque sit species, simul possidet omnes. Cum etiam species quælibet tota simul secum ipsa sit, quin etiam sensibilium species quasi reflexas in ipsam accedentesque videns, non sustinet una cum multitudine capere, sed mole ab his subtracta discernit. Non enim potest aliud, quam quod est, fieri. Materia vero cum nullam habeat excutiendi potentiam (nullam enim habet actionem), cumque sit umbra, perpeti sustinet, quodcumque vult causa in eam aliquid effectura; quin etiam, quod ex ratione, quæ ibi est, procedit, jam vestigium habet ejus, quod est faciendum. Quasi enim in phantasia vel apparentia quadam imaginaria, ratio mota vel motio a ratione pendens, partitio est: alioquin, si unum idemque esset omnino, nullus ibi fieret motus, sed permaneret: atqui materia nequit species simul omnes, ut anima, intus accipere; alioquin una quædam esset earum. Cum vero hanc oporteat omnia capere, neque tamen individue capere, necessarium est, eam, locum omnibus exsistentem, per omnia progredi, omnibusque occurrere, et universo passim intervallo sufficere, quoniam ipsa nullo spatio cohibetur, sed exposita est futuro. Quonam igitur pacto fieri potest, ut ingrediens aliquid, non prohibeat alia, quæ simul concurrere nequeunt? forsan non erat unum aliquid primum: quod et si erat, id ipsa erat species universi: quapropter cuncta quidem simul, in parte vero quodlibet. Viventis enim materia distributa est simul cum viventis ipsius partitione: sin minus, nihil utique præter rationem fuisset effectum.

Quomodo materia ex qualitate formarum non fiat qualis, ideoque nec patiatur. Et quomodo in conceptione formarum minus etiam, quam femina, valeat.

ΙΘ'. Τὰ μὲν δὴ εἰσελθόντα εἰς τὴν ὕλην, ὥσπερ μητέρα, ἀδικεῖ οὐδέν, οὐδ' αὖ ὠφελεῖ. Οὐδέ γε αἱ πλῆγαὶ αἱ τούτων πρὸς αὐτὴν, πρὸς ἄλληλα δὲ, ὅτι αἱ δυνάμεις πρὸς τὰ ἐναντία, οὐ πρὸς τὰ ὑποκείμενα, εἰ μή τις συνειλημμένα θεωρεῖ τοῖς ἐπεισιοῦσι. Θερμὸν γὰρ ἔπαυσε τὸ ψυχρὸν, καὶ μέλαν τὸ λευκόν· ἡ συγκραθέντα ἄλλην ποιότητα ἐξ αὐτῶν ἐποίησε. Τὰ παθόντα οὖν τὰ κραθέντα· τὸ δὲ παθεῖν αὐτοῖς τὸ μὴ εἶναι ὅπερ ἦσαν. Καὶ ἐν τοῖς ἐμψύχοις δὲ αἱ μὲν πείσεις περὶ τὰ σώματα κατὰ τὰς ποιότητας καὶ τὰς δυνάμεις τὰς ἐνυπαρχούσας τῆς ἀλλοιώσεως γιγνομένης· λυομένων δὲ τῶν συστάσεων, ἢ συνιουσῶν, ἢ μετατιθεμένων παρὰ τὴν κατὰ φύσιν σύστασιν, τὰ μὲν πάθη ἐν τοῖς σώμασι, ταῖς δὲ ψυχαῖς αἱ γνώσεις συνημμέναις τῶν σφοδροτέρων· εἰ δὲ μὴ, οὐ γιγνώσκουσιν· ἡ δὲ ὕλη μένει. Οὐδὲν γὰρ ἀπελθόντος μὲν πέπονθε τοῦ ψυχροῦ, τοῦ δὲ θερμοῦ ἐπελθόντος. Οὐ γὰρ ἦν οὔτε φίλον αὐτῇ οὔτε ἀλλότριον ὁποτερονοῦν· ὥστε οἰκειότερον αὐτῇ ὑποδοχὴ καὶ τιθήνη· ἡ δὲ μήτηρ, οἷον εἴρηται; οὐδὲν γὰρ αὕτη γεννᾷ. Ἀλλ' ἐοίκασι μητέρα αὐτὴν λέγειν, ὅσοι καὶ τὴν μητέρα τάξιν ὕλης πρὸς τὰ γεννώμενα ἀξιοῦσιν ἔχειν, ὡς ὑποδεχομένης μόνον, οὐδὲν δὲ εἰς τὰ γεννώμενα διδούσης· ἐπεὶ καὶ, ὅσον σῶμα τοῦ γινομένου, ἐκ τῆς τροφῆς· εἰ δὲ δίδωσιν ἡ μήτηρ τι τῷ γεννωμένῳ, οὐ καθ' ὅσον ὕλη, ἀλλ' ὅτι καὶ εἶδος. Μόνον γὰρ τὸ εἶδος γόνιμον, ἡ δὲ ἑτέρα φύσις ἄγονος. Ὅθεν, οἶμαι, καὶ οἱ πάλαι σοφοὶ μυστικῶς καὶ ἐν τελεταῖς αἰνιττόμενοι Ἑρμῆν μὲν ποιοῦσι τὸν ἀρχαῖον τὸ τῆς γενέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν, τὸν γεννῶντα τὰ ἐν αἰσθήσει δηλοῦντες εἶναι τὸν νοητὸν λόγον, τὸ δὲ ἄγονον τῆς ὕλης μενούσης τὸ αὐτὸ ἀεὶ διὰ τῶν περὶ αὐτὴν ἀγόνων δηλοῦντες· μητέρα γὰρ πάντων ποιήσαντες, ἣν δὴ οὕτως ἐπιχημίζουσι τὴν κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀρχὴν λαβόντες· καὶ ὄνομα τοῦτο θέμενοι, ἵνα δηλοῖεν, ὃ βούλονται, τὸ πρὸς τὴν μητέρα οὐχ ὅμοιον πάντη ἐνδείκνυσθαι θέλοντες, τοῖς ὅστις ὁ τρόπος βουλομένοις ἀκριβέστερον λαβεῖν, καὶ μὴ ἐπιπολῆς ζητοῦσι. Πάρρωθεν μὲν, ὅμως δὲ, ὡς ἐδύναντο, ἐνεδείξαντο, ὡς ἄγονός τε καὶ οὐδὲ πάντη θῆλυς, ἀλλὰ τοσοῦτον μὲν θῆλυς, ὅσον ὑποδέξασθαι, ὅσον δὲ γεννᾷν οὐκέτι, τῷ τὸ πρὸς αὐτὴν χεχωρηκὸς μήτε θῆλυ εἶναι, μήτε γεννᾷν δύνασθαι, ἀποτετμημένον δὲ πάσης τῆς τοῦ γεννᾷν δυνάμεως, ἣ μόνῳ ὑπάρχει τῷ μένοντι ἄῤῥενι.

XIX. Quæ igitur materiam intrant, quasi matrem, nihil penitus eam lædunt, sed neque utilitatem aliquam afferunt. Non enim impulsus horum ad eam attinent, sed potius invicem: quoniam et potentiæ sunt ad contraria, non ad subjecta: nisi quis forsan subjecta una cum his, quæ sunt in eis collecta, consideret. Calidum enim sedat frigidum, et nigrum offuscat album: vel, si commiscentur, aliam quandam ex ipsis conficiunt qualitatem. Patiuntur ergo, quæ commiscentur. Pati vero penes illa est non amplius esse, quod erant. Tum vero in animalibus passiones quidem circa corpora sunt, dum secundum qualitates insitasque vires alteratio provenit. Cum vero constitutiones ipsæ solvuntur, aut congrediuntur sive transponuntur præter naturalem constitutionem, passiones quidem sunt in corporibus, in animabus autem cognitiones sunt vehementiores passiones percipientibus: sin minus, non cognoscunt, materia vero permanet. Nam et abeunte frigore et veniente calore nihil patitur. Non enim ipsi horum quicquam vel amicum est proprie vel inimicum. Quam ob rem nomen ejus maxime proprium est susceptaculum atque nutrix. At vero quanam ratione mater etiam est appellata? Nihil enim hæc generat. Videntur autem matrem illi hanc appellare, quicumque matrem quoque erga genitos habere vicem materiæ arbitrantur, quasi suscipiat tantum, nihil vero tribuat genitis, quando etiam quidem, quantum corporis est in nato, habetur ex nutrimento: si quid autem mater tribuit genito, non qua ratione materia est, sed qua species dare censetur. Sola enim species est fecunda, natura vero altera sterilis. Hinc prisci, ut arbitror, sapientes in sacris mysteriis id subobscure significantes, antiquum Mercurium introducunt instrumentum generationis ad operis effectum semper habentem, generantem vero in sensu declarantes esse intelligibilem rationem: sterilitatem vero materiæ semper idem manentis, ostendentes per illa, quæ circa ipsam sterilia disponuntur [*corr.* per steriles qui circa illam versantur]. Introducunt enim matrem omnium, quam utique sic prædicant, accipientes videlicet principium secundum subjectum, imponentesque nomen ejusmodi, ut, quod volunt, planius indicent, scilicet materiam non esse matris omnino persimilem, idque penes illos, qui absolutius, quis modus sit in is, intelligere studeat, neque duntaxat rerum superficie sunt contenti. His, inquam, id procul quidem, pro viribus tamen demonstraverunt, sterilem esse materiam, neque omnino feminam esse, sed ea ratione feminam, qua proprie suscipit: quantum vero spectat ad generandum, nullo modo: quia, quod hucusque pervenit, neque femina sit, neque gignere valeat, verum sit omni gignendi potentia separatum: quæ quidem potestas ei tantum, qui permanet masculus, inest.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Ζ.

ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΧΡΟΝΟΥ.

ENNEADIS TERTIÆ

LIBER VII.

DE ÆTERNITATE ET TEMPORE.

(325, 326.) [595—597]

Proœmium ad æternitatem et ad tempus.

Τὸν αἰῶνα καὶ τὸν χρόνον ἕτερον λέγοντες ἑκάτερον εἶναι, καὶ τὸν μὲν περὶ τὴν ἀΐδιον εἶναι φύσιν, τὸν δὲ χρόνον περὶ τὸ γιγνόμενον, καὶ τόδε τὸ πᾶν αὐτόθεν μὲν, καὶ, ὥσπερ ταῖς τῆς ἐννοίας ἀθρωτέραις ἐπιβολαῖς, ἐναργές τι παρ' αὐτοῖς περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν πάθος νομίζομεν, λέγοντές τε ἀεὶ καὶ παρ' ἅπαντα ὀνομάζοντες. Πειρώμενοι μὴν εἰς ἐπίστασιν αὐτῶν ἰέναι, καὶ οἷον ἐγγὺς προσελθεῖν, πάλιν αὖ ταῖς γνώμαις ἀποροῦντες, τὰς τῶν παλαιῶν ἀποφάσεις περὶ αὐτῶν ἄλλως ἄλλας, τάχα δὲ καὶ ἄλλως τὰς αὐτὰς λαβόντες, ἐπὶ τούτων ἀναπαυσάμενοι, καὶ αὐταρκες νομίσαντες, εἰ ἔχοιμεν ἐρωτηθέντες τὸ δοκοῦν ἐκείνοις λέγειν, ἀγαπήσαντες ἀπαλλαττόμεθα τοῦ ζητεῖν ἔτι περὶ αὐτῶν. Εὑρηκέναι μὲν οὖν τινὰς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων φιλοσόφων τὸ ἀληθὲς δεῖ νομίζειν. Τίνες δὲ οἱ τυχόντες μάλιστα, καὶ πῶς ἂν καὶ ἡμῖν σύνεσις περὶ τούτων γένοιτο, ἐπισκέψασθαι προσήκει, καὶ πρότερον περὶ τοῦ αἰῶνος ζητεῖν, τί ποτε νομίζουσιν εἶναι αὐτὸν οἱ ἕτερον τοῦ χρόνου τιθέντες εἶναι· γνωσθέντος γὰρ τοῦ κατὰ τὸ παράδειγμα ἑστῶτος, καὶ τὸ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, ὃν δὴ χρόνον λέγουσιν εἶναι, τάχα ἂν σαφὲς γένοιτο. Εἰ δέ τις, πρὸ τοῦ τὸν αἰῶνα θεάσασθαι, τὸν χρόνον, ὅς ἐστι, φαντασθείη, γένοιτ' ἂν καὶ τοῦτο ἐντεῦθεν ἐκεῖ κατὰ ἀνάμνησιν ἐλθόντι, ᾧ ἆρα ὡμοίωτο ὁ χρόνος θεάσασθαι, εἴπερ ὁμοιότητα οὗτος πρὸς ἐκεῖνον ἔχοι.

Cum æternitatem et tempus diversa inter se esse dicamus, et illam quidem circa naturam sempiternam esse, hoc autem circa id, quod fit; idque universum versari existimamus nos quasi sponte, ex naturalique ingenio, et subito quodam intelligentiæ intuitu manifestum quendam circa hæc habere instinctum nostris animis penitus insitum, eadem videlicet de his semper dicentes passimque nominantes. At vero, quando conamur propius ad hæc accedere, et absolutius explicare, in dubitationes incidimus, atque priscorum de his sententias alius (aliter) alias, forsan vero et aliter easdem accipientes: in his denique immoramur, satis nobis factum existimantes, si interrogati referre antiquorum sententiam valeamus, atque ita hæc ulterius investigare desinimus. Profecto putandum est quosdam antiquorum feliciumque philosophorum veritatem invenisse. Operæ pretium vero est deinceps inquirere, quinam potissimum veritatem assecuti fuerint, et qua ratione præcipue nos quoque eadem cognoscamus. Prius autem de æternitate quærendum, quidnam ipsam esse censeant, qui diversam a tempore judicant. Cognito namque illo, quod loco exemplaris habetur, fortasse planius illius imago, quod tempus nominant, cognoscetur. Si quis autem, antequam contempletur æternitatem, quid sit tempus, imaginetur: accidet et hoc forsan huic per reminiscentiam quandam hinc illuc progredienti, cui tempus assimilatur agnoscere, si quidem hoc ad æternitatem similitudinem habeat.

Quidnam sit æternitas: quod sit in prima essentia, et sit aliquid ejus, nec tamen sit proprie status.

Α'. Τίνα οὖν ποτε χρὴ φάναι τὸν αἰῶνα εἶναι; ἆρά γε τὴν νοητὴν αὐτὴν οὐσίαν, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τὸν χρόνον τὸν σύμπαντα οὐρανὸν καὶ κόσμον εἶναι; καὶ γὰρ αὖ καὶ ταύτην τὴν δόξαν ἔσχον τινές, φασὶ, περὶ τοῦ χρόνου. Ἐπεὶ γὰρ σεμνότατόν τι τὸν αἰῶνα εἶναι φανταζόμεθα καὶ νοοῦμεν, σεμνότατον δὲ τὸ τῆς νοητῆς φύσεως, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅ τι σεμνότερον ὁποτερονοῦν τοῦδε ἐπέκεινα, οὐδὲ τοῦτο κατηγορητέον, εἰς ταὐτὸν ἄν τις οὕτω συνάγοι· καὶ γὰρ αὖ ὅ τε κόσμος ὁ νοητὸς ὅ τε αἰὼν περιεκτικὰ ἄμφω καὶ τῶν αὐτῶν· ἀλλ' ὅταν τὰ ἕτερα ἐν θατέρῳ λέγωμεν, ἐν τῷ αἰῶνι κεῖσθαι· καὶ ὅταν τὸ αἰώνιον κατηγορῶμεν αὐτῶν· ἡ μὲν γὰρ, φησὶ, τοῦ παραδείγματος φύσις ἐτύγχανεν οὖσα αἰώνιος, ἄλλο τὸν αἰῶνα πάλιν αὖ λέγομεν, εἶναι μέντοι περὶ ἐκείνην, ἢ ἐν ἐκείνῃ, ἢ παρεῖναι ἐκείνῃ φαμέν· τὸ δὲ σεμνὸν ἑκάτερον εἶναι ταυτότητα οὐ δηλοῖ· ἴσως γὰρ ἂν καὶ τῷ ἑτέρῳ αὐτῶν παρὰ τοῦ ἑτέρου τὸ σεμνὸν γίγνοιτο· ἥ τε περιοχὴ τῷ μὲν ὡς μερῶν

1. Quidnam igitur æternitatem esse dicendum? Nam forte intelligibilem ipsam essentiam: quemadmodum si quis tempus esse dicat cælum totum atque mundum? Id namque de tempore fertur nonnullos existimasse. Cum enim quiddam maxime venerandum æternitatem esse imaginemur atque intelligamus; maxime vero venerandam esse naturam intelligibilem judicemus, neque, utrum horum venerabilius sit, discernere valeamus; et quod his superius est, ejusmodi appellationibus describi non debeat jure quis forsan naturam intelligibilem æternitatemque pro eodem accipiet. Rursus et mundus intelligibilis et æternitas in se ipsis eadem complectuntur. At vero quando altera in altero dicimus, et intelligibilia in æternitate locamus: et quando intelligibile quodlibet enuncia mus æternum, quemadmodum in Timæo, ubi scribitur [si] exemplaris natura æterna est: in his, inquam, æternitatem aliud quiddam esse, quam naturam intelligibilem affirmamus: esse tamen circa illam, vel in illa, vel il adesse fatemur. Quod autem utrumque judicatum e venerandum, non necessario eadem inter se esse demon strat. Fortasse enim horum alterum, quod sit veneran dum, habet ab altero: quod rursus additum est ab utr que eadem contineri, exponendum est, naturam quidei

ἔσται, τῷ δὲ αἰῶνι ὁμοῦ τὸ ὅλον οὐχ ὡς μέρος, ἀλλ' ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα, οἷα αἰώνια κατ' αὐτόν. Ἀλλ' ἆρα κατὰ τὴν στάσιν φατέον τὴν ἐκεῖ τὸν αἰῶνα εἶναι, ὥσπερ ἐνταῦθα τὸν χρόνον κατὰ τὴν κίνησιν φασίν; Ἀλλ' εἰκότως ἂν τις τὸν αἰῶνα ζητήσειε, πότερον ταὐτὸν τῇ στάσει λέγοντες, ἢ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τῇ στάσει τῇ περὶ τὴν οὐσίαν· εἰ μὲν γὰρ τῇ στάσει ταὐτόν, πρῶτον μὲν οὐκ ἐροῦμεν αἰώνιον τὴν στάσιν, ὥσπερ οὐδὲ τὸν αἰῶνα αἰώνιον· τὸ γὰρ αἰώνιον τὸ μετέχον αἰῶνος· ἔπειτα ἡ κίνησις πῶς αἰώνιον; οὕτω γὰρ ἂν καὶ στάσιμον εἴη· εἶτα πῶς ἔχει ἡ τῆς στάσεως ἔννοια ἐν αὐτῇ τὸ ἀεί; λέγω δὲ οὐ τὸ ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ οἷον νοοῦμεν, ὅταν τὸ ἀΐδιον λέγωμεν· εἰ δὲ τῇ τῆς οὐσίας στάσει, ἴμεν πάλιν αὖ τὰ ἄλλα γένη τοῦ αἰῶνος ποιήσομεν· εἶτα τὸν αἰῶνα οὐ μόνον ἐν στάσει δεῖ νοεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνί· εἶτα καὶ ἀδιάστατον, ἵνα μὴ ταὐτὸν ᾖ χρόνῳ· ἡ δὲ στάσις οὔτε τὴν τοῦ ἑνὸς, οὔτε τὴν τοῦ ἀδιαστάτου ἔχει ἔννοιαν ἐν αὐτῇ, ᾗ στάσις· εἶτα τοῦ μὲν αἰῶνος κατηγοροῦμεν τὸ μένειν ἐν ἑνί· μετέχοι ἂν ἄρα τῶν στάσεως, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ στάσις εἴη.

intelligibilem continere sua quælibet, sicut partes: æternitatem vero complecti simul totum, non sicut partem, sed quoniam ejusmodi omnia per ipsam dicuntur æterna. Sed numquid secundum statum illic exsistentem judicare debemus æternitatem, quemadmodum et hic tempus secundum motum excogitare consueverunt? Sed merito quis in primis de æternitate perquiret, utrum idem esse cum statu dicamus: neque forte simpliciter, sed cum statu, qui circa essentiam esse censetur. Si enim cum statu idem est, primo quidem statum non dicemus æternum, sicut neque æternam æternitatem. Æternum enim est, quod æternitatis est particeps. Deinde quonam pacto motus erit æternus? sic enim foret et stabilis. Præterea status ipsius notio quomodo ipsum semper in se habebit? dico autem non ipsum semper in tempore, sed quale potius intelligimus, quando dicimus sempiternum. Sin autem in ipso essentiæ statu continetur ipsum semper, sane reliqua rursus entis genera ab æternitate jam segregabimus. Accedit ad hæc, quod æternitatem non in statu solum oportet, sed in uno etiam, intelligere: quin etiam indistantiæ munus æternitati servandum, ne forte idem omnino sit cum tempore. Status autem, qua ratione status est, neque unius neque indistantis in se intelligentiam continet. Proinde de æternitate prædicamus in uno manere. Participat ergo statum, nec ipse status erit.

Æternitas est in prima essentia per modum vitæ et status et identitatis, ac re vera est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio.

Β'. Τί ἂν οὖν εἴη τοῦτο, καθ' ὃ τὸν κόσμον πάντα τὸν ἐκεῖ αἰώνιον λέγομεν καὶ ἀΐδιον εἶναι; καὶ τί ἡ ἀϊδιότης; εἴτε ταὐτὸν, καὶ εἴτε ἡ αὐτὴ τῷ αἰῶνι, εἴτε κατ' αὐτὴν ὁ αἰών. Ἆρα γὰρ καθ' ἕν τι δεῖ, ἀλλὰ ἐκ πολλῶν συνηθροισμένην τινὰ νόησιν ἢ καὶ φύσιν, εἴτ' ἐπακολουθοῦσαν τοῖς ἐκεῖ, εἴτε συνοῦσαν, εἴτ' ἐνορωμένην; πάντα δὲ ταῦτα ἐκείνην μὲν μίαν οὖσαν, πολλὰ δὲ ὠναμένην καὶ πολλὰ οὖσαν· καὶ ὅ γε τὴν πολλὴν ὄνησιν εἰσαθρήσας, κατὰ μὲν τοδὶ, τὸ οἷον ὑποκείμενον λέγει οὐσίαν, εἶτα κίνησιν τοῦτο, καθ' ὃ ζωὴν ὁρᾷ, εἶτα στάσιν τὸ πάντῃ ὡσαύτως· θάτερον δὲ καὶ ταὐτὸν, ᾗ ταῦτα ὁμοῦ ἕν. Οὕτω δὴ καὶ συνθεὶς πάλιν εὗ εἰς ἓν ὁμοῦ εἶναι ζωὴν μόνην, ἐν τούτοις τὴν ἑτερότητα συστείλας, καὶ τῆς ἐνεργείας τὸ ἄπαυστον, καὶ τὸ ταὐτὸν, καὶ οὐδέποτε ἄλλο, καὶ οὐκ ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο νόησιν ἢ ζωὴν, ἀλλὰ τὸ ὡσαύτως, καὶ ἀεὶ ἀδιαστάτως, πάντα ταῦτα ἰδὼν αἰῶνα εἶδεν, ἰδὼν ζωὴν μένουσαν ἐν τῷ αὐτῷ, ἀεὶ παρὸν τὸ πᾶν ἔχουσαν, ἀλλ' οὐ νῦν μὲν τόδε, αὖθις δ' ἕτερον, ἀλλ' ἅμα τὰ πάντα· καὶ οὐ νῦν μὲν ἕτερα, αὖθις δ' ἕτερα, ἀλλὰ τέλος ἀμερές· οἷον ἐν σημείῳ ὁμοῦ πάντων ὄντων, καὶ οὔποτε εἰς ῥύσιν προϊόντων, ἀλλὰ μένοντος ἐν τῷ αὐτῷ, ἐν αὐτῷ, καὶ οὐ μὴ μεταβάλλοντος· ὄντος δὲ ἐν τῷ παρόντι ἀεὶ, ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ παρῆλθεν, οὐδ' αὖ γενήσεται, ἀλλὰ τοῦθ', ὅπερ ἐστὶ, τοῦτο καὶ ἀεὶ ὄντος, ὥστε εἶναι τὸν αἰῶνα οὐ τὸ ὑποκείμενον, ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὑποκειμένου οἷον ἐκλάμπον, κατ' αὐτὴν, ἣν ἐπαγγέλλεται περὶ τοῦ μὴ μέλλοντος, ἀλλὰ ἤδη ὄντος, ταυτότητα, ὡς ἆρα οὕτω καὶ οὐκ ἄλλως. Τί γὰρ ἂν καὶ ὕστερον αὐτῷ γένοιτο, ὃ μὴ νῦν ἐστι; μηδ' αὖ ὕστερον ἐσόμενον, ὃ μὴ ἔστιν ἤδη. Οὔτε γάρ ἐστιν, ἀφ' οὗ εἰς τὸ νῦν ἥξει. Ἐκεῖνο γὰρ ἦν οὐκ ἄλλο, ἀλλὰ τοῦτο,

II. Quid ergo potissimum id ipsum erit, per quod totum [divinum] mundum esse dicimus æternum atque sempiternum? Quidve sempiternitas est? sive idem ipsa quoque cum æternitate est, sive secundum ipsam exstat æternitas. Forsan secundum unum aliquid æternitatem excogitare debemus, unum, inquam, e multis collectum, vel intelligentiam unam vel naturam, sive quæ illic sunt consequentem, sive simul exsistentem, sive intus inspectam: cuncta hæc, inquam, in illam redacta, unam quidem exsistentem, quæ etiam multa sit, multaque possit. Profecto, qui potentiam multiplicem contuetur, secundum hoc aliquid quidem, quod subjecti vicem habet, essentiam nominat, quatenus vero vitam inspicit, nominat motum: deinde et statum, quatenus eodem prorsus modo se habet: alterum vero et idem, qua ratione hæc multa sunt simul unum. Sic utique componens rursus in unum, in unam, inquam, vitam solam, contrahensque in ipsis alteritatem, et contnens interminabilem actionis identitatem, neque unquam aliud, neque ex allo in aliud intelligentiam aut vitam pertranseuntem, sed eodem modo se semper habentem et procul a distantia consistentem: cuncta hæc, inquam, contemplans contemplatur æternitatem, videns certe vitam manentem in eodem, totum præsens semper habentem, neque nunc quidem hoc aliquid; postea vero aliud, sed omnia simul: neque nunc quidem altera, posterius altera, sed individuum finem. Ubi sicut in puncto simul omnia sunt, nondum in fluxum progredientia, sed ibi in eodem, id est, in se ipso, manente, nec aliquando permutato, sed in præsenti semper consistente: quoniam nihil ex eo præteriit, nihil rursus in eo futurum; sed hoc ipsum, quod est, semper exsistit: adeo ut æternitas sit non subjectum, sed quod ex ipso subjecto velut effulget secundum ipsam identitatem, quam de possessione non quidem futura, sed jam præsente sibi ipsi vindicat, promittens videlicet ita se habere, neque unquam aliter habiturum. Quid enim in posterum huic, quod nunc non sit, contingat? Neque rursus futurum aliquando, quod non est in præsentia. Neque enim est aliquid, a quo in præsens quandoque perveniat. Illud enim non aliud quicquam, sed hoc ipsum esset, quod

οὔτε μέλλοντος ἔσεσθαι, ὃ μὴ νῦν ἔχει ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τὸ ἦν ἕξει περὶ αὐτό. Τί γάρ ἐστιν ὃ ἦν αὐτῷ, καὶ παρελήλυθεν; οὔτε τὸ ἔσται· τί γὰρ ἔσται αὐτῷ; Λείπεται δὴ, ἐν τῷ εἶναι τοῦτο, ὅπερ ἔστιν, εἶναι. Ὃ οὖν μήτε ἦν, μήτε ἔσται, ἀλλ' ἔστι μόνον, τοῦτο ἑστὼς ἔχον τὸ εἶναι τῷ μὴ μεταβάλλειν εἰς τὸ ἔσται, μηδ' αὖ μεταβεβληκέναι, ἐστὶν ὁ αἰών. Γίγνεται τοίνυν ἡ περὶ τὸ ὂν ἐν τῷ εἶναι ζωὴ ὁμοῦ πᾶσα, καὶ πλήρης ἀδιάστατος πανταχῆ, τοῦτο ὃ δὴ ζητοῦμεν, αἰών.

quidem non est futurum, quod nunc ex necessitate non habeat, neque circa se ipsum habet, quod dicitur ipsum *erat*. Quid enim est, quod erat ipsi atque præteriit? Neque rursus accidit, quod dicitur *erit*. Quid enim erit in ipso? Relinquitur igitur in ipso esse hoc ipsum, quod est esse. Quod igitur neque erat, neque erit, sed est duntaxat : id stabile habens esse, propterea, quod neque permutatur in futurum, neque est a præterito permutatum, est æternitas. Est itaque ipsa circa ens in ipso esse vita simul tota et plena, et ubique prorsus indistans æternitas ipsa, quam quærimus.

Æternitas in essentia prima, non accidens, sed ut essentialis proprietas ejus : et illa essentia est vere totum ipsum atque omne. Item, quo differat esse æternorum et esse temporalium.

Γ'. Οὐκ ἔξωθεν δὲ δεῖ συμβεβηκέναι νομίζειν τοῦτον ἐκείνῃ τῇ φύσει, ἀλλ' ἐν ἐκείνῃ καὶ ἐξ ἐκείνης καὶ σὺν ἐκείνῃ. Ἐνορᾶται γὰρ ἐνοῦσα παρ' αὐτῆς, ὅτι καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα λέγομεν ἐκεῖ εἶναι ἐνυπάρχοντα, ὁρῶντες λέγομεν ἐκ τῆς οὐσίας ἅπαντα, καὶ σὺν τῇ οὐσίᾳ. Τὰ γὰρ πρώτως ὄντα συνόντα δεῖ τοῖς πρώτοις καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἶναι· ἐπεὶ καὶ τὸ καλὸν ἐν αὐτοῖς καὶ ἐξ αὐτῶν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐν αὐτοῖς. Καὶ τὰ μὲν ὥσπερ ἐν μέρει τοῦ παντὸς ὄντος, τὰ δὲ ἐν παντί, ὥσπερ καὶ τὸ ἀληθὲς τοῦτο πᾶν, οὐκ ἐκ τῶν μερῶν ἠθροισμένον, ἀλλὰ τὰ μέρη γεννῆσαν αὐτὸ, ἵνα καὶ ταύτῃ ὡς ἀληθῶς πᾶν ᾖ. Καὶ ἡ ἀλήθεια δὲ οὐ συμφωνία πρὸς ἄλλο ἐκεῖ, ἀλλ' αὐτοῦ ἑκάστου, οὗπερ ἀλήθεια. Δεῖ δὴ τὸ πᾶν τοῦτο τὸ ἀληθινὸν, εἴπερ ἔσται πᾶν ὄντως, μὴ μόνον εἶναι πᾶν, ᾗ ἐστι τὰ πάντα, ἀλλὰ καὶ τὸ πᾶν ἔχειν οὕτως, ὡς μηδὲν ἐλλείπειν· εἰ τοῦτο, οὐδ' ἔσται τι αὐτῷ· εἰ γὰρ ἔσται, ἐλλεῖπον ἦν τοῦτο· οὐκ ἄρα ἦν πᾶν· παρὰ φύσιν δὲ τί ἂν αὐτῷ γένοιτο; πάσχει γὰρ οὐδέν. Εἰ οὖν μηδὲν αὐτῷ γένοιτο, οὐδὲ μέλλει, οὐδὲ ἔσται, οὐδὲ ἐγένετο· τοῖς μὲν οὖν γεννητοῖς εἰ ἀφέλοις τὸ ἔσται, ἅτε ἐπικτωμένοις ἀεὶ, εὐθὺς ὑπάρχει μὴ εἶναι· τοῖς δὲ μὴ τοιούτοις εἰ προσθείης τὸ ἔσται, ὑπάρχει τὸ ἔῤῥειν ἐκ τῆς τοῦ εἶναι ἕδρας. Δῆλον γὰρ, ὅτι ἦν αὐτοῖς τὸ εἶναι οὐ σύμφυτον, εἰ γίγνοιτο ἐν τῷ μέλλειν, καὶ γενέσθαι, καὶ ἔσεσθαι εἰς ὕστερον. Κινδυνεύει γὰρ τοῖς μὲν γεννητοῖς ἡ οὐσία εἶναι, τὸ ἐκ τοῦ ἐξ ἀρχῆς εἶναι τῆς γενέσεως, μέχρι περ ἂν εἰς ἔσχατον ἥκοι τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ μηκέτι ἐστί· τοῦτο δὴ τὸ ἔστιν εἶναι, καὶ εἴ τις τοῦτο παρέλοιτο, ἠλαττῶσθαι ὁ βίος· ὥστε καὶ τὸ εἶναι καὶ τῷ παντὶ δεῖ, εἰς ὅπερ οὕτως ἔσται. Διὸ καὶ σπεύδει πρὸς τὸ μέλλον εἶναι, καὶ στῆναι οὐ θέλει, ἔλκον τὸ εἶναι αὐτῷ ἐν τῷ τι ἄλλο καὶ ἄλλο ποιεῖν, καὶ κινεῖσθαι κύκλῳ, ἐφέσει τινὶ οὐσίας· ὥστε εἶναι ἡμῖν εὑρημένον, καὶ τὸ αἴτιον τῆς κινήσεως τῆς οὕτω σπευδούσης ἐπὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τῷ μέλλοντι. Τοῖς δὲ πρώτοις καὶ μακαρίοις οὐδὲ ἔφεσίς ἐστι τοῦ μέλλοντος, ἤδη γάρ εἰσι τὸ ὅλον, καὶ ὅπερ αὐτοῖς οἷον ὀφείλεται ζῆν, ἔχουσι πᾶν, ὥστε οὐδὲν ζητοῦσι, διότι τὸ μέλλον αὐτοῖς οὐδέν ἐστιν· οὐδ' ἄρα ἐκεῖνο ἐν ᾧ τὸ μέλλον. Ἡ οὖν τοῦ ὄντος παντελὴς οὐσία καὶ ὅλη, οὐχ ἡ ἐν τοῖς μέρεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν τῷ μηδ' ἂν ἔτι ἐλλείψειν, καὶ τῷ μηδὲν ἂν μὴ ὂν αὐτῇ προσγενέσθαι. Οὐ γὰρ μόνα τὰ

III. Neque profecto putandum est, æternitatem extrinsecus illi naturæ contingere, sed esse in illa, atque ex illa, simulque cum illa. Inspicitur enim ex ipsa penitus insita : quoniam et reliqua omnia, quæcumque dicimus illic esse, inspicientes velut intima, dicimus ab essentia et simul cum essentia omnia esse : nam, quæ primo sunt, coexistere oportet primis et primis inesse, quoniam et pulchrum in ipsis est, atque est ipsis : similiterque in eis est veritas. Et partim quidem totum ipsum est velut in parte, partim vero velut partes in toto, tanquam id re vera sit omne, non ex partibus congregatum, sed ipsum partes generans, ut et hac ratione re vera sit omne. Veritas quinetiam illic vigens non est consonantia quædam erga aliud, sed ipsius cujusque est proprie, cujus est et veritas. Oportet sane id omne verum, si modo vere sit omne, non solum esse omne, quatenus est omnia : verum etiam ipsum omne sic habere, ut nihil sibi desit. Quod si ita sit, neque erit ei quicquam : si enim erit, hac ex parte prius deficiebat : non igitur antehac erat omne. Præter naturam vero huic accidere nihil potest : nihil enim patitur. Si ergo nihil ipsi fiat, certe neque futurum est aliquid, neque erit, neque fiebat, aut est factum. A rebus quidem generabilibus si abstuleris ipsum *erit*, cum quidem in perpetua acquisitione versentur, subito non esse contingit. Rebus autem, quæ non sunt tales, si ipsum *erit* adjunxeris, accidit e sede ipsius esse labi. Manifestum enim ex hoc fuerit, ipsum esse non esse illis innatum, si fiat ex eo, quod futurum sit, et factum fuerit, et sit in posterum faciendum. Videtur enim in rebus generalibus [*corr.* generalibus] id potissimum essentia esse, scilicet tractus quidam ab ipso esse ex generationis initio, quousque ad temporis extrema perveniat, quando non sit ulterius, idque ipsum, quod dicitur, *est* in eis exsistere, ac, si quis quicquam ex hoc ductu circumcidat, vita comminui : quapropter et esse diminui, et universo quidem esse ejusmodi oportet, quousque sic erit. Quam ob rem ad ipsum esse futurum natura festinat, neque vult quiescere : quippe cum esse sibi hauriat, dum aliud quiddam atque aliud agit, moveturque in orbem quodam essentiæ desiderio. Itaque esse nobis in his sic est inventum : inventa et causa motionis ad semper esse futuri adminiculo properantis. Primis autem rebus atque beatis neque desiderium inest futuri : jam enim totum sunt, et, quicquid habere vitæ debeat, jam totum possident : ideo nihil quærunt, quoniam his nihil est futurum : neque igitur illud eis accidit, in quo est futurum. Ipsa igitur absoluta entis essentia et tota, quæ et non discerpatur in partes, sed in partibus suis tota sit, et in nullo deficiat, nihilque ipsi desit, et cui nihil omnino, quod non ens dicatur, possit accedere. Non enim solum entia omnia oportet omni totique adesse, sed

ὄντα πάντα δεῖ παρεῖναι τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ, ἀλλὰ καὶ μηδὲν τοῦ ποτὲ μὴ ὄντος. Αὕτη ἡ διάθεσις αὐτοῦ καὶ φύσις εἴη ἂν αἰών· αἰὼν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ὄντος.

etiam nihil aliquando non entis accidere. Hæc, inquam, proprietas ipsiusque natura æternitas est, id est ævum : ævum enim ab eo, quod est semper, ἀεί, est dictum.

Æterna quadam potentia ipsam contemplamur æternitatem, quæ est infinita quædam vita simul tota.

Δ'. Τοῦτο δὲ ὅταν τινὶ προσβαλὼν τῇ ψυχῇ, ἔχω λέγειν περὶ αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ ὁρᾷν αὐτὸ τοιοῦτον, οἷον μηδέν περί αὐτὸ ὅλως γεγονέναι· εἰ γὰρ τοῦτο, οὐκ ἀεί ὄν, ἢ οὐκ ἀεί τι ὅλον ὄν. Ἆρα οὖν ἤδη ἀΐδιον; εἰ μὴ καὶ ἐνυπάρχει αὐτῷ τοιαύτη φύσις ὡς πίστιν ἔχειν περὶ αὐτοῦ, ὡς οὕτω καὶ μὴ ἄλλως ἔτι· ὡς εἰ πάλιν προσβάλλοις, εὑρεῖν τοιοῦτον. Τί οὖν εἰ μηδὲ ἀφίσταιτό τις αὐτοῦ τῆς θέας, ἀλλὰ συνὼν εἴη, τῆς φύσεως ἀγαστείς, καὶ δυνατὸς τοῦτο πράττειν ἀτρύτῳ φύσει, ἢ ἑαμὼν καὶ αὐτὸς εἰς αἰῶνα ἔσται, καὶ οὐκ ἀποκλίνων οὐδαμῇ, ἵν' ᾖ ὅμοιος καὶ αἰώνιος, τῷ ἐν αὐτῷ αἰωνίῳ τὸν αἰῶνα καὶ τὸ αἰώνιον θεώμενος. Εἰ οὖν τὸ οὕτως ἔχον αἰώνιον καὶ ἀεὶ ὄν, τὸ μὴ ἀποκλίνον εἰς ἑτέραν φύσιν κατὰ μηδέν, ζωὴν ἔχον, ἣν ἔχει πᾶσαν ἤδη, οὐ προσλαβόν, οὐδὲ προσλαμβάνον, ἢ προσληψόμενον, εἴη ἂν ἀΐδιον μὲν τὸ οὕτως ἔχον· ἀϊδιότης δὲ ἡ τοιαύτη κατάστασις τοῦ ὑποκειμένου, ἐξ αὐτοῦ οὖσα καὶ ἐν αὐτῷ· αἰὼν δὲ τὸ ὑποκείμενον μετὰ τῆς τοιαύτης καταστάσεως ἐμφαινομένης. Ὅθεν σεμνὸν ὁ αἰών, καὶ ταὐτὸν τῷ θεῷ, ἡ ἔννοια λέγει. Λέγει δὲ ταὐτὸν τῷ θεῷ, καὶ καλῶς ἂν λέγοιτο ὁ αἰὼν θεὸς, ἐμφαίνων καὶ προφαίνων ἑαυτὸν, οἷός ἐστι τὸ εἶναι ὡς ἀτρεμὲς καὶ ταὐτὸν, καὶ οὕτω καὶ τὸ βεβαίως ἐν ζωῇ. Εἰ δ' ἐκ πολλῶν λέγομεν αὐτὸν, οὐ δεῖ θαυμάζειν· πολλὰ γὰρ ἕκαστον τῶν ἐκεῖ διὰ δύναμιν ἄπειρον, ἐπεὶ καὶ τὸ ἄπειρον, τῷ μὴ ἂν ἐπιλείπειν· καὶ τοῦτο κυρίως, ὅτι μηδὲν αὐτοῦ ἀναλίσκει. Καὶ εἴ τις οὕτως τὸν αἰῶνα λέγοι, ζωὴν ἄπειρον ἤδη τῷ πᾶσαν εἶναι, καὶ μηδὲν ἀναλίσκειν αὐτῆς, τῷ μὴ παρεληλυθέναι, μηδ' αὖ μέλλειν, ἤδη γὰρ οὐκ ἂν εἴη πᾶσα, ἐγγὺς ἂν εἴη τοῦ ὁρίζεσθαι. Τὸ γὰρ ἕξῆς τῷ πᾶσαν εἶναι καὶ μηδὲν ἀναλίσκειν ἐξήγησις ἂν εἴη τοῦ ἄπειρον ἤδη εἶναι.

IV. Id ita potissimum se habere cognoscitur, quando quis mentem ad aliquid adhibens potest de ipso dicere : imo vero cernere ipsum tale, ut nihil prorsus circa id factum aliquando fuerit : alioquin non semper ens exsisteret, vel non semper aliquid ens totum. Numquid jam sempiternum est? nisi natura quoque insit ejusmodi, ut de eo procul dubio credi possit, ita nec aliter ulterius se habere adeo, ut, si rursum id respexeris, sis tale similiter inventurus. Quid vero, si quis nunquam ab ejus contemplatione destiterit, sed assidue perseveraverit naturam admiratus, possitque indefessa quadam natura perseverare, forsan confugiens ipse in æternitatem ibidem sistit pedem, nusquam omnino declinans, ut similis æternusque sit, dum eo, quod in ipso est æternum, æternitatem æternumque contemplatur. Si igitur, quod ita se habet, est æternum, et semper ens, quod quidem in naturam alteram minime labitur, vitam, quam habet, totam jam possidens, neque accepit quicquam, neque accipit, neque est accepturum : quod ita, inquam, se habet, est procul dubio sempiternum. Sempiternitas autem est talis quædam subjecti constitutio, ex eo et in eo simul exsistens : ævum vero, id est æternitas, subjectum una cum ejusmodi constitutione ibi micante. Quam ob rem venerandum aliquid est ævum æternitasque, idemque cum deo, siquidem id insita dictat intelligentia. Dictat autem idem esse huic deo, quem entis et vitæ nomine nuncupamus. Atqui recte dici potest ævum sive æternitas esse deus, fulgens proferensque in lucem se ipsum, qualis potissimum est secundum esse : esse, inquam, incommutabile penitus atque idem, et ita firmiter in vita consistens. Neque vero mirari quisquam debet, quod ipsum dicamus ex multis. Quodlibet enim eorum, quæ illic sunt, multa dicitur ob potentiam infinitam, quando et infinitum ibi dicitur, quia nullo modo deficiat. Et hoc quidem præcipue, quoniam e suo nihil amittat; ac si quis æternitatem ita descripserit, scilicet vitam infinitam, jam ex eo, quod sit universa, nihilque amittat, cum nihil vel præterierit, vel sit futurum, alioquin jam tota non esset : is profecto proxime ad definitionem ejus accedet. Quod enim deinceps subditur, [scilicet] huic totam esse nihilque amittere, expositio quædam est ejus, quod dicebatur, scilicet vita jam infinita.

Æternitas est actus primæ mentis in uno, et circa unum, simul totus : atque est ipsum esse præsens tantum, sive ipsum re vera ens, in quo, quod ipsum semper dicitur, necessario continetur.

Ε'. Ἐπειδὴ δὲ ἡ τοιαύτη φύσις οὕτω παγκάλη καὶ ἀΐδιος περὶ τὸ ἕν, καὶ ἀπ' ἐκείνου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο, οὐδὲν ἐκβαίνουσα ἀπ' αὐτοῦ, μένουσα δὲ ἀεὶ περὶ ἐκεῖνο καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ ζῶσα κατ' ἐκεῖνο, εἴρηταί τε, ὡς ἐγὼ οἶμαι, τοῦτο τῷ Πλάτωνι καλῶς καὶ βαθείᾳ τῇ γνώμῃ, καὶ οὐκ ἄλλως· Τοῦτο δὴ τὸ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνί· ἵνα μὴ μόνον ᾖ αὐτὸς αὐτὸν εἰς ἓν πρὸς ἑαυτὸν ἄγων, ἀλλ' ᾖ περὶ τὸ ἓν τοῦ ὄντος ζωὴ ὡσαύτως· τοῦτο, ὃ δὴ ζητοῦμεν, καὶ τὸ οὕτω μένον, αἰὼν εἶναι. Τὸ γὰρ τοῦτο καὶ οὕτω μένον, καὶ αὐτὸ τὸ μένον, ὅ ἐστιν ἐνέργεια ζωῆς μενούσης παρ' αὐτῆς πρὸς ἐκεῖνο, καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ οὔτε τὸ εἶναι οὔτε τὸ ζῆν ἑαυτομένη, ἔχοι ἂν τὸ αἰὼν εἶναι. Τὸ γὰρ ἀληθῶς εἶναί ἐστι τὸ οὐδέποτε μὴ εἶναι, οὐδ' ἄλλως εἶναι· ὃ τοῦτο δὲ ὡσαύτως εἶναι, τοῦτο δὲ ἀδιαφόρως εἶναι. Οὐκ ἔχει οὖν ὁτιοῦν, τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο· οὐδ' ἄρα διά-

V. Quoniam vero natura talis omni pulchritudine pollens, atque sempiterna circa ipsum unum exstat, ab illo et ad illud, nullo modo ab ipso digrediens, sed manens circa illud semper, atque in illo, secundumque illud vivens, idcirco dictum est a Platone non temere, sed præclare admodum profundaque sententia, scilicet æternitas manet in uno : ut videlicet non solum ipse eam in unum, quod in ipsa est, redigat, sed etiam ipsa entis vita circa ipsum unum similiter se reducat. Hoc itaque est, quod quærimus, quodve ita permanet, est æternitas. Id namque ipsum et ita manens, et hoc ipsum permanens, quod quidem est actus vitæ manentis ex se ipsa, ad illud, atque in illo, neque in essendo, neque in vivendo mentitur, absque controversia est æternitas : nam vere esse est nunquam non esse, neque aliter esse. Id autem eodem modo esse, hoc vero sine diversitate esse : aliud igitur aliudve non habet. Neque tu igitur in vera ejus contemplatione

στήσεις, οὐδ' ἐξελίξεις, οὐδὲ προάξεις, οὐδὲ παρατενεῖς, οὐδ' ἄρα οὐδὲ πρότερον αὐτοῦ, οὐδέ τι ὕστερον λαβεῖν ἔχεις. Εἰ οὖν μήτε πρότερον μήτε ὕστερον, μήτε ὕστερον περὶ αὐτό, τὸ δ' ἔστιν ἀληθέστατα τῶν περὶ αὐτὸ καὶ αὐτό· καὶ οὕτως δέ, ὅτι ἐστὶν ὡς οὐσία ἢ τὸ ζῆν. Πάλιν αὖ ἥκει ἡμῖν τοῦτο, ὃ δὴ λέγομεν ὁ αἰών. Ὅταν δὲ τὸ ἀεὶ λέγωμεν, καὶ τὸ οὐ ποτὲ μὲν ὄν, ποτὲ δὲ μὴ ὄν, ἡμῖν ἕνεκα τῆς σαφηνείας δεῖ νομίζειν λέγεσθαι· ἐπεὶ τό γε ἀεὶ τάχ' ἂν οὐ κυρίως λέγοιτο, ἀλλὰ ληφθὲν εἰς δήλωσιν τοῦ ἀφθάρτου πλανῷ ἂν τὴν ψυχὴν εἰς ἔκβασιν τοῦ πλείονος· καὶ ἔτι, ὡς μὴ ἐπιλείψοντός ποτε, τόδε ἴσως βέλτιον ἦν μόνον τὸ ὂν λέγειν. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὂν ἀρκοῦν ὄνομα τῇ οὐσίᾳ, ἐπειδὴ καὶ τὴν γένεσιν οὐσίαν ἐνόμιζον, ἐδεήθησαν, πρὸς τὸ μαθεῖν, καὶ προσθήκης τοῦ ἀεί. Οὐ γὰρ ἄλλο μέν ἐστιν ὄν, ἄλλο δὲ τὸ ἀεὶ ὄν· ὥσπερ οὐδ' ἄλλο μὲν φιλόσοφος, ἄλλο δὲ ὁ ἀληθινός· ἀλλ' ὅτι τὸ ὑποδυόμενον ἦν φιλοσοφίαν, ἡ προσθήκη τοῦ ἀληθινοῦ ἐγένετο· οὕτω καὶ τῷ ὄντι, τὸ ἀεί, καὶ τὸ ὄν, τῷ ἀεί· ὥστε λέγεσθαι ἀεὶ ὄν, διὸ ληπτέον τὸ ἀεὶ οἷον ἀληθῶς ὂν λέγεσθαι. Καὶ συναιρετέον τὸ ἀεὶ εἰς ἀδιάστατον δύναμιν, τὴν οὐδὲν δεομένην οὐδενός, μεθ' ἧδη ἔχει· ἔχει δὲ τὸ πᾶν. Πᾶν οὖν καὶ ὂν καὶ κατὰ πᾶν οὐκ ἐνδεές, καὶ οὐ ταύτῃ μὲν πλῆρες, ἄλλῃ δὲ ἔλλειπον ἡ τοιαύτη φύσις. Τὸ γὰρ ἐν χρόνῳ κἂν τέλειον ᾖ ὡς δοκεῖ, οἷον σῶμά τι ἱκανόν, ψυχῇ τέλειον, δεόμενον καὶ τοῦ ἔπειτα, ἐλλεῖπον τῷ χρόνῳ, οὗ δεῖται· ὥστε σὺν ἐκείνῳ εἰ παρείη αὐτῷ καὶ συνθέοι, ὂν ἀτελές, ταύτῃ ὂν ὁμωνύμως ἂν τέλειον λέγοιτο· ὅτῳ δὲ ὑπάρχει μηδὲ τοῦ ἔπειτα δεῖσθαι, μήτε εἰς χρόνον ἄλλον μεμετρημένον, μήτε τὸν ἄπειρον καὶ ἀπείρως ἐσόμενον, ἀλλ' ὅπερ δεῖ εἶναι, τοῦτο ἔχει, τοῦτό ἐστιν, οὗ ἡ ἔννοια ἐπορέγεται, ᾧ τὸ εἶναι οὐκ ἐκ τοῦ τοσοῦδε, ἀλλὰ πρὸ τοῦ τοσοῦδε. Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, μηδὲ τοσῷδε ὄντι, πάντη μηδενὸς ἐφάπτεσθαι τοσοῦδε, ἵνα μὴ ἡ ζωὴ αὐτοῦ μερισθεῖσα τὸ καθαρῶς ἀμερὲς αὐτοῦ ἀνέλῃ, ἀλλ' ᾖ καὶ τῇ ζωῇ ἀμερὲς καὶ τῇ οὐσίᾳ. Τὸ δ' ἀγαθὸς ἦν, ἀναφέρει εἰς ἔννοιαν τοῦ παντὸς, σημαίνων τῷ ἐπέκεινα παντὶ τὸ μὴ ἀπὸ χρόνου τινός· ὥστε μηδὲ τὸν κόσμον ἀρχήν τινα χρονικὴν εἰληφέναι, τῆς αἰτίας τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸ πρότερον παρέχουσης. Ἀλλ' ὅμως δηλώσεως χάριν τοῦτο εἰπὼν μέμφεται ὕστερον καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι, ὡς οὐδ' αὐτοῦ ὀρθῶς πάντη λεγομένου ἐπὶ τῶν τὸν λεγόμενον καὶ νοούμενον αἰῶνα εἰληχότων.

distantiam finges, neque extrinsecus explicabis, neque produces [*al.* adjunges], neque protendes: neque igitur vel prius, vel posterius in eo quicquam accipies. Quodsi neque prius, neque posterius penes ipsum fingi potest, sed ipsum, quod dicitur est, verissimum est omnium, quæ de illo dicuntur, imo est id ipsum, atque ita est, ut essentia sit et vita. In his, inquam, nobis succurrit rursum, quod dicimus ævum. Quando vero dicimus ipsum semper, item ipsum non aliquando quidem ens, aliquando vero non ens, putandum est, id declarationis gratia dici: quoniam ipsum semper fortasse non præcipue dicitur, sed assumptum ad ostendendum incorruptibile, animum potest reddere vagabundum per quendam in plura exitum et proventum: item significat rem nunquam deficientem. Forsan vero præstabat id tantum ens dicere. Verum quemadmodum ens nomen est essentiæ ipsi sufficiens, attamen, quia generationem quoque esse multi putarunt essentiam, opus fuit disciplinæ gratia ipsum semper adjungere. Non enim aliud quiddam est ens, aliud vero semper ens: sicut neque aliud est philosophus, aliud vero philosophus verus. Verumtamen, quia nonnulli philosophiam simulant, adjunctum est philosophus verus. Sic et enti ipsum semper, et ipsi semper adjungitur ens, adeo ut dicatur *aion*, id est semper ens: unde dicitur *æon*, id est ævum: quapropter sic accipiendum est ipsum semper cum ente, ut vere ens nobis significet. Profecto colligendum est ipsum semper ad indistantem potentiam demonstrandam, quæ præter id, quod habet, nullius indigeat; habet autem omne. Omne igitur est et ens, atque per omne nullius indigum. Ejusmodi vero natura non est hac quidem ex parte plena, alia vero vacua. Quod enim in tempore est, quamvis perfectum videatur, velut corpus aliquod sufficiens animæ, per animam est perfectum, indigetque alicujus quandoque futuri, utpote cui tempus illud, quo indiget, desit. Quapropter simul cum illo si quando præsens immineat atque concurrat, imperfectum exsistens, hac utique ratione ens æquivoce perfectum esse dicetur. Quod vero tale est, ut neque futuro egeat, neque redigatur in tempus aliud mensuratum, neque infinitum et infinite futurum, sed, quicquid expedit, esse jam habet, id profecto est, quod intelligentia nostra desiderat: cui quidem esse non advenit ex aliquo tanto, sed ei adest etiam ante quodlibet tantum. Decet enim ipsum, cum neque tantum aliquod sit, omnino nihil tantum ut tantum attingere, ne vita ejus jam divisa naturam ipsius penitus indivisibilem perdat, sed sit cum per vitam, tum per essentiam individuum. Quod autem dicitur in Timæo, mundi artifex bonus erat, refert ad intelligentiam universi, significans in eo, quod ponit aliquid super universum, non intelligendum hoc ex quodam tempore. Quam ob rem neque mundum initium aliquod temporale esse sortitum: quippe cum ipsa, quæ essendi huic est causa, id quod dicitur, prius adhibeat. Verumtamen, postquam id declarationis gratia dixerat, dictionem hanc, id est ipsum *erat*, redarguit in sequentibus, quasi id in rebus æternis non recte dicatur.

Anima per suum quiddam æternum tangit æternitatem, et per temporale tempus. Item, quot sint opiniones de tempore.

Ζ'. Ταῦτα οὖν λέγομεν, ἆρά γε μαρτυροῦντες ἑτέροις, καὶ ὡς περὶ ἀλλοτρίων τοὺς λόγους ποιούμεθα; καὶ πῶς; τίς γὰρ ἂν σύνεσις γένοιτο μὴ ἁπτομένοις; πῶς δ' ἂν ἁψαίμεθα τοῖς ἀλλοτρίοις; Δεῖ ἄρα καὶ ἡμῖν μετεῖναι τοῦ αἰῶνος. Ἀλλ' ἐν χρόνῳ οὖσι, πῶς; ἀλλὰ πῶς ἐν χρόνῳ, καὶ πῶς ἐν αἰῶνι ἐστὶν εἶναι, γνωσθείη ἂν εὑρεθέντος πρότερον τοῦ χρόνου· καὶ τοίνυν καταβατέον ἡμῖν ἐξ αἰῶνος ἐπὶ τὴν ζήτησιν τοῦ χρόνου, καὶ τὸν χρόνον· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἦν ἡ πορεία

VI. Quæ hactenus dicimus, numquid alienis testificamur, et tanquam de alienis verba facimus? At enim quomodo id fieri possit? Nam quæ intelligentia in nobis fieri potest, nisi tangamus? Et quonam pacto alienis intelligendo possimus attingere? Oportet itaque nos ævi, id est æternitatis, participes esse. Sed quonam pacto, cum simus in tempore? Jam vero qua conditione potissimum in tempore, et qua in æternitate liceat esse, notum erit planius, cum jam, quid sit tempus, fuerit inventum. Profecto descendendum nobis est ab ævo ad indagationem temporis atque ad tempus: ibi quidem erat ad superna pro-

πρὸς τὸ ἄνω· νῦν δὲ λέγομεν ἤδη οὐ πάντη καταβάντες, ἀλλ' οὕτως, ὥσπερ κατέβη χρόνος. Εἰ μὲν περὶ χρόνου εἰρημένον μηδὲν ἦν τοῖς παλαιοῖς καὶ μακαρίοις ἀνδράσιν, ἐχρῆν τῷ αἰῶνι ἐξ ἀρχῆς συνείραντας τὸ ἑφεξῆς λέγειν τὰ δοκοῦντα περὶ αὐτοῦ, πειρωμένους τῇ ἐννοίᾳ αὐτοῦ, ἣν κεκτήμεθα, ἐφαρμόζειν τὴν λεγομένην ὑφ' ἡμῶν δόξαν· νῦν δὲ ἀναγκαῖον πρότερον λαβεῖν τὰ μάλιστα ἀξίως λόγου εἰρημένα, σκοποῦντας, εἴ τινι αὐτῶν συμφώνως ὁ παρ' ἡμῶν ἕξει λόγος. Τριχῇ δ' ἴσως διαιρετέον τοὺς λεγομένους περὶ αὐτοῦ λόγους τὴν πρώτην. Ἢ γὰρ κίνησις ἡ λεγομένη ἢ τὸ κινούμενον λέγοι ἄν, ἢ κινήσεώς τι τὸν χρόνον. Τὸ γὰρ στάσιν, ἢ τὸ ἑστηκὸς, ἢ στάσεώς τι λέγειν παντάπασι πόρρω τῆς ἐννοίας ἂν εἴη τοῦ χρόνου, οὐδαμῇ τοῦ αὐτοῦ ὄντος. Τῶν δὲ κίνησιν λεγόντων οἱ μὲν πᾶσαν κίνησιν ἂν λέγοιεν, οἱ δὲ τὴν τοῦ παντός. Οἱ δὲ τὸ κινούμενον λέγοντες τὴν τοῦ παντὸς ἂν σφαῖραν λέγοιεν· οἱ δὲ κινήσεώς τι, ἢ διάστημα κινήσεως, οἱ δὲ μέτρον, οἱ δ' ὅλως παρακολουθοῦν αὐτῇ, καὶ ἡ πάσης, ἢ τῆς τεταγμένης.

gressio : nunc vero loquimur jam descendentes, neque tamen omnino, sed ita, quemadmodum descendit et tempus. Principio, si nihil omnino de tempore ab antiquis beatisque viris dictum esset, oporteret nos ab initio, quod sequitur deinceps connectentes ævo, dicere, quæ de hoc videantur, studentes ipsius notioni jam partæ opinionem nostram accommodare. Nunc vero necessarium est inprimis accipere, quæ majori cum ratione dicta sunt, considerantes, si cui illorum nostra sententia consonet. Ante omnia forsan sententias aliorum de tempore debemus in tria membra distinguere. Tempus enim aut ipse motus est, aut id quod movetur, aut aliquid motionis. Dicere autem tempus esse statum, vel ipsum stabile, vel aliquid stationis, procul admodum foret ab ipsa temporis notione : quippe cum identitatem minime patiatur, ideoque cum statu atque stabili congruere nequeat. Eorum vero, qui tempus esse motum opinantur, alii quidem motum omnem esse dicent, alii vero universi motum. Qui autem ipsum mobile esse tempus affirmant, sphæram totius adducent in medium. Proinde, qui tempus aiunt esse aliquid motionis, partim intervallum, sive spatium, sive durationem motus : partim mensuram, partim aliquid motum comitans, sive motum omnem, sive potius ordinatum.

Tempus neque est motus, neque duratio corporei motus.

Ζ'. Κίνησιν μὲν οὐχ οἷόν τε, οὔτε τὰς συμπάσας συμβάντοντι κινήσεις, καὶ οἷον μίαν ἐκ πασῶν ποιοῦντι, οὔτε τὴν τεταγμένην· ἐν χρόνῳ γὰρ ἡ κίνησις ἑκατέρα ἡ λεγομένη. Εἰ δέ τις μὴ ἐν χρόνῳ, πολὺ μᾶλλον ἂν ἀπείη τοῦ χρόνος εἶναι, ὡς ἄλλου ὄντος τοῦ, ἐν ᾧ ἡ κίνησις, ἄλλου τῆς κινήσεως αὐτῆς οὔσης· καὶ ἄλλων λεγομένων καὶ λεχθέντων ἂν, ἀρκεῖ τοῦτο, καὶ ὅτι κίνησις μὲν ἂν καὶ παύσαιτο καὶ διαλείποι, χρόνος δὲ οὔ. Εἰ δὲ τὴν τοῦ παντὸς κίνησιν μὴ διαλείπειν τις λέγοι, ἀλλὰ καὶ αὕτη, εἴπερ τὴν περιφορὰν λέγοι ἐν χρόνῳ τινί, καὶ αὕτη περιφέροιτ' ἂν εἰς τὸ αὐτό· οὐκ ἐν ᾧ τὸ ἥμισυ ἥνυσται, καὶ ὁ μὲν ἂν εἴη ἥμισυς, ὁ δὲ διπλάσιος, κινήσεως τοῦ παντὸς οὔσης ἑκατέρας, τῆς τε εἰς τὸ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς τὸ ἥμισυ ἠκούσης. Καὶ τὸ ὀξυτάτην δὲ καὶ ταχίστην λέγειν τὴν τῆς ἐξωτάτης σφαίρας κίνησιν μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ, ὥστε ἕτερον ἡ κίνησις αὐτῆς καὶ ὁ χρόνος. Ταχίστη γὰρ πασῶν ἐστὶ τῷ ἐλάττονι χρόνῳ τὸ μεῖζον καὶ τὸ μέγιστον διάστημα ἀνύειν· τὰ δ' ἄλλα βραδύτερα τῷ ἐν πλείονι ἂν, καὶ μέρος αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν μηδ' ἡ κίνησις τῆς σφαίρας ὁ χρόνος, σχολῇ γε ἂν ἡ σφαῖρα αὐτὴ, ἢ ἐκ τοῦ κινεῖσθαι ὑπενοήθη χρόνος εἶναι. Ἆρ' οὖν κινήσεώς τι; εἰ μὲν διάστημα, πρῶτον μὲν οὐ πάσης κινήσεως τὸ αὐτὸ, οὐδὲ τῆς ὁμοειδοῦς. Θᾶττον γὰρ καὶ βραδύτερον ἡ κίνησις καὶ ἡ ἐν τόπῳ. Καὶ εἶεν ἂν ἅμα μετρούμεναι αἱ διαστάσεις ἑνὶ ἑτέρῳ, ὃ δὴ ὀρθότερον ἄν τις εἴποι χρόνον. Ποτέρας δὴ αὐτῶν τὸ διάστημα χρόνος, μᾶλλον δὲ τίνος αὐτῶν, ἀπείρων ὄντων; Εἰ δὲ τῆς τεταγμένης, οὐ πάσης μὲν, οὐδὲ τῆς τοιαύτης· πολλαὶ γὰρ αὗται, ὥστε καὶ πολλοὶ χρόνοι ἅμα ἔσονται. Εἰ δὲ τῆς τοῦ παντὸς διάστημα, εἰ μὲν τὸ ἐν αὐτῇ τῇ κινήσει διάστημα, τί ἂν ἄλλο, ἢ ἡ κίνησις ἂν εἴη; τοσήδε μέντοι, τὸ δὲ τοσόνδε τοῦτο, ἤτοι τῷ

VII. Tempus quidem esse motum est impossibile : neque si cunctos simul motus accipias, ex cunctis quasi unum efficiens, neque si motum duntaxat ordinatum : nam motus uterque fit in tempore. Si quis vero motus dicatur non in tempore fieri, multo longius ab hoc insuper aberit, ut sit tempus, quasi aliud quidem sit, in quo motus agitur, aliud vero sit ipse motus. Cum vero sint et alia, quæ dicantur dictaque sint, id sufficit atque sufficiet, quod videlicet motus desinere potest atque intermitti, tempus vero nequaquam. Si quis autem universi motum dixerit non intermitti, attamen et hic motus, si modo circuitum ille dicat, in quodam fit tempore, atque in idem quandoque revertitur : non in eo quidem spatio, quo dimidium ejus impletur : et hic quidem motus est dimidius, ille vero duplus, dum videlicet uterque motus est universi, cum qui ab eodem redit in idem, tum qui duntaxat pervenit ad dimidium. Præterea quod dici solet, motum extimæ sphæræ vehementissimum celerrimumque esse, idem quoque confirmat, videlicet aliud esse sphæræ motum, aliud vero tempus. Velocissimus enim omnium est, qui breviori tempore majus maximumque spatium peragit : alii tardiores, qui scilicet tempore longiori partem ejusdem spatii consequuntur. Si ergo tempus non est motio sphæræ, neque etiam erit ipsa sphæra : quæ quidem propterea, quod movetur, existimata est esse tempus. Sed numquid tempus est aliquid motionis? Profecto si motionis intervallum esse dicatur, primo quidem objiciemus, non idem esse motionis cujuslibet intervallum, neque etiam, si motus sint uniformes. Velocius enim et tardius motus etiam, qui fit in loco, peragitur. Et fieri quidem potest, ut utraque intervalla uno quodam tertio mensurentur, quod rectius admodum quis dixerit esse tempus. Utrius autem horum motuum intervallum erit tempus? Imo vero cujusnam eorum, cum infiniti sint? Si vero ordinati motus spatium tempus esse putetur, certe neque omnis quidem ejusmodi motionis : hæ namque multæ sunt : quo efficietur, ut simul etiam multa sint tempora. Sin autem universi motus spatium, si quidem spatium, quod inest motui, quidnam

τόπῳ, ὅτι τοσόνδε, ὃν διεξῆλθε, μετρηθήσεται, καὶ τὸ διάστημα τοῦτο ἔσται· τοῦτο δὲ οὐ χρόνος, ἀλλὰ τόπος, ἢ αὐτὴ ἡ κίνησις τῇ συνεχείᾳ αὐτῆς, καὶ τῷ μὴ εὐθὺς πεπαῦσθαι, ἀλλ' ἐπιλαμβάνειν ἀεί, τὸ διάστημα ἕξει. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ πολὺ τῆς κινήσεως ἂν εἴη· καὶ εἰ μὲν εἰς αὐτήν τις βλέπων ἀποφανεῖται πολλήν, ὥσπερ ἂν εἴ τις πολὺ τὸ θερμὸν λέγοι, οὐδὲ ἐνταῦθα χρόνος φανεῖται, οὐδὲ προσπίπτει, ἀλλὰ κίνησις πάλιν καὶ πάλιν, ὥσπερ ὕδωρ ῥέον πάλιν καὶ πάλιν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτοῦ διάστημα θεωρούμενον. Καὶ τὸ μὲν πάλιν καὶ πάλιν ἔσται ἀριθμὸς, ὥσπερ δυὰς ἢ τριάς, τὸ δὲ διάστημα τοῦ ὄγκου. Οὕτως οὖν καὶ πλῆθος κινήσεως, ὡς δεκὰς, ἢ ὡς τὸ ἐπιφαινόμενον τῷ οἷον ὄγκῳ τῆς κινήσεως διάστημα, ὃ οὐκ ἔχει ἔννοιαν χρόνου, ἀλλ' ἔσται τὸ τοσόνδε τοῦτο γενόμενον ἐν χρόνῳ· ἢ ὁ χρόνος οὐκ ἔσται πανταχοῦ, ἀλλ' ἐν ὑποκειμένῳ τῇ κινήσει· συμβαίνει τε πάλιν αὖ κίνησιν τὸν χρόνον λέγειν· οὐ γὰρ ἔξω αὐτῆς τὸ διάστημα, ἀλλὰ κίνησις οὐκ ἀθρόα. Τὸ δὲ μὴ ἀθρόα, εἰ τὸ ἀθρόον ἐν χρόνῳ, τὸ μὴ ἀθρόον τίνι διοίσει τοῦ ἀθρόως, ἢ τῷ ἐν χρόνῳ; ὥστε ἡ διεστῶσα κίνησις καὶ τὸ διάστημα αὐτῆς οὐκ αὐτὸ χρόνος, ἀλλ' ἐν χρόνῳ. Εἰ δὲ τὸ διάστημα τῆς κινήσεως λέγοι τις χρόνον, οὐ τὸ αὐτῆς τῆς κινήσεως, ἀλλὰ παρ' ὃ αὐτὴ ἡ κίνησις τὴν παράτασιν ἔχει, οἷον συμπαραθέουσα ἐκείνῳ· τί δὲ τοῦτο ἔστιν, οὐκ εἴρηται. Δῆλον γὰρ ὅτι τοῦτο ἔστιν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ γέγονεν ἡ κίνησις. Τοῦτο δ' οὖν ὃ ἐξ ἀρχῆς ἐζήτει ὁ λόγος, τί ὢν ἐστιν ὁ χρόνος· ἐπεὶ ὅμοιόν τε γίνεται καὶ αὐτὸ, οἷον εἴ τις ἐρωτηθείς, τί ἐστι χρόνος, λέγοι κινήσεως διάστημα ἐν χρόνῳ. Τί οὖν ἐστι τοῦτο τὸ διάστημα, ὃ δὴ χρόνον καλεῖ ὁ τῆς κινήσεως τοῦ οἰκείου διαστήματος ἔξω τιθέμενος. Καὶ γὰρ αὖ καὶ ἐν αὐτῇ ὁ τιθέμενος τῇ κινήσει τὸ διάστημα τὴν τῆς ἡρεμίας διάστασιν ποῖ θήσεται, ἄπορος ἔσται. Ὅσον γὰρ κινεῖταί τι, τοσοῦτον ἂν σταίη καὶ ἄλλο. Καὶ εἴποις ἂν τὸν χρόνον ἑκατέρου τὸν αὐτὸν εἶναι, ὡς ἄλλον ὀηλονότι ἀμφοῖν ὄντα. Τί οὖν ἐστι, καὶ τίνα φύσιν ἔχει τοῦτο τὸ διάστημα; ἐπείπερ τοπικὸν οὐχ οἷόν τε, ἐπεὶ καὶ τοῦτό γε ἔξωθέν ἐστιν.

aliud, quam ipse motus erit? Tantus tamen : tantum vero istud vel loco mensurabitur, quoniam scilicet tantus est locus, quem percurrit, et spatium quidem id erit : hoc autem non tempus, sed locus erit : vel spatium sive intervallum dicetur ipse motus habere ob ejus continuitatem, atque ex eo, quod non repente desierit, sed perpetuo prorogetur. At vero id nihil aliud erit, quam multitudo sive amplitudo aliqua motionis : ac si quis ipsam intuitus motionem multam esse pronunciet, ceu si qui calorem esse dixerit multum, neque hic quidem tempus apparet neque nobis occurrit, sed motio iterum atque iterum instar aquæ iterum iterumque fluentis. Et intervallum quidem in ea perspectum repetitaque rursus effluxio erit numerus, sicut duitas atque trinitas : spatium vero sive intervallum pertinebit ad molem. Sic itaque et multitudo motionis erit, ut denarius, vel tanquam inspectum velut in mole motionis spatium : quod quidem non habet temporis notionem, sed erit ejusmodi tantum in tempore factum : alioquin tempus non erit ubique, sed in motu solum quasi subjecto, accidetque rursus tempus dicere motionem. Non enim extra motionem est spatium, sive duratio motionis, sed est motio ipsa non simul tota vel momento peracta. Quando vero dicitur facta non subito, si aliquid factum subito fieri dicatur in tempore, quæremus, quonam differat non subito factum ab eo, quod subito atque momento. Num forte differat ex eo, quod agatur in tempore : quam ob rem et durans motus et ipsius duratio sive intervallum non est ipsum tempus, sed impletur in tempore. Si quis autem motionis intervallum esse tempus affirmet, non quidem ipsius proprium motionis, imo secundum quod ipsa extensionem habet, quasi cum illo concurrens, nondum tamen, quid hoc sit, est explanatum. Constat enim id esse tempus, in quo factus est motus. Hoc autem erat, quod ab initio quærebamus, quidnam existens sit tempus : quoniam et hoc perinde se habet, ac si quis interrogatus, quid est tempus, respondeat, intervallum motionis in tempore. Quid igitur est hoc intervallum? quod ille appellat tempus, qui hoc extra proprium motionis intervallum ponit. Etenim rursus, et qui in ipso motu temporale collocat intervallum, hic, quietis spatium ubinam collocet, dubitabit. Quatenus enim movebitur aliquid, eatenus quiescit et aliud : atque dices, utriusque tempus idem fore, quamvis aliter alterum spectet et alterum. Quidnam igitur est, quamve naturam habet hoc intervallum? Locale quidem esse nequit, quandoquidem et hoc extrinsecus adest.

Tempus non est mensura corporei motus insita motui, nec ut mensura continua, nec ut numerus.

Η'. Ἀριθμὸς δὲ κινήσεως ἢ μέτρον, βέλτιον γὰρ οὕτω συνεχούσης, πῶς [λέγοι τις] σκεπτέον. Πρῶτον μὲν οὖν καὶ ἐνταῦθα τὸ πάσης ὁμοίως ἀπορητέον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ διαστήματος τῆς κινήσεως, εἴ τις τῆς πάσης εἶναι ἐλέγετο. Πῶς γὰρ ἄν τις ἀριθμήσειε τὴν ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον; ἢ τίς ἀριθμὸς, ἢ μέτρον, ἢ κατὰ τί τὸ μέτρον; εἰ δὲ τῷ αὐτῷ ἑκατέραν καὶ ὅλως πᾶσαν, ταχεῖαν βραδεῖαν, ἔσται ὁ ἀριθμὸς καὶ τὸ μέτρον τοιοῦτον, οἷς εἰ δεκὰς εἴη, μετροῦσα καὶ ἵππους καὶ βοῦς, ἢ εἰ τὸ αὐτὸ μέτρον καὶ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν εἴη. Εἰ δὴ τοιοῦτον μέτρον, τίνων μέν ἐστιν ὁ χρόνος, εἴρηται, ὅτι κινήσεων, αὐτὸς δὲ ὅ ἐστιν, οὔπω εἴρηται. Εἰ δὲ, ὥσπερ δεκάδος ληφθείσης καὶ ἄνευ ἵππων ἔστι νοεῖν τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὸ μέτρον μέτρον ἐστὶ, φύσιν ἔχον τινὰ, κἂν μήπω μετρῇ, οὕτω δεῖ ἔχειν

VIII. Considerandum est deinceps, qua ratione tempus esse queat numerus motionis sive mensura : quod quidem forte probabilius esset ob ipsam continuitatem dicere. Principio hic quoque similiter ambigetur atque de intervallo, utrum videlicet omnis similiter motus numerum vel mensuram tempus dicere debeamus. Quo enim pacto numerabit quispiam inordinatum inæqualemque motum, aut quisnam numerus sive mensura? aut secundum quid potissimum sit mensura? sin autem eodem numerabit metieturve utrumque motum et omnino quemlibet, sive velocem seu tardum, erit quidem numerus et mensura, ceu si denarius et equos et boves pariter metiatur, aut si qua humidorum et siccorum eadem sit mensura. Si itaque mensura talis est tempus, jam quidem, quorum sit tempus, est dictum, scilicet motionum : ipsum vero quid sit, nondum est explicatum. Quodsi, quemadmodum denarius etiam absque equis acceptus intelligi potest tanquam numerus, atque etiam mensura in se est mensura naturam habens propriam, etiamsi nondum metiatur, sic se habere oportet

καὶ τὸν χρόνον μέτρον ὄντα, εἰ μὲν τοιοῦτόν ἐστιν ἐφ' ἑαυτῷ οἷον ἀριθμός, τί ἂν τοῦδε τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ κατὰ τὴν δεκάδα, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν διαφέροι μοναδικοῦ; Εἰ δὲ συνεχὲς μέτρον ἐστὶ, ποσόν τι ὄν, μέτρον ἔσται, οἷον τὸ πηχυαῖον μέγεθος. Μέγεθος τοίνυν ἔσται, ᾧπερ γραμμὴ συνθέουσα ὁηλονότι κινήσει. Ἀλλ' αὕτη συνθέουσα πῶς μετρήσει τὸ ᾧ συνθεῖ; τί γὰρ μᾶλλον τῷ ὑστερονοῦν, θάτερον; καὶ βέλτιον τίθεσθαι καὶ πιθανώτερον, οὐκ ἐπὶ πάσης, ἀλλ' ᾗ συνθεῖ. Τοῦτο δὲ συνεχὲς δεῖ εἶναι, ᾗ ἐφέξει ἡ συνθέουσα· ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν δεῖ τὸ μετροῦν λαμβάνειν, οὐδὲ χωρὶς, ἀλλὰ ὡσὰν κίνησιν μεμετρημένην. Καὶ τί τὸ μετροῦν ἔσται; ἢ μεμετρημένη μὲν ἡ κίνησίς ἔσται, μεμετρηκὸς δὲ ἔσται μέγεθος; καὶ ποῖον αὐτῶν ὁ χρόνος ἔσται; ἡ κίνησις ἡ μεμετρημένη, ἢ τὸ μέγεθος τὸ μετρῆσαν; ἢ γὰρ ἡ κίνησις ἔσται ἡ μεμετρημένη ὑπὸ τοῦ μεγέθους ὁ χρόνος, ἢ τὸ μέγεθος τὸ μετρῆσαν, ἢ τὸ τῷ μεγέθει χρησάμενον, ὥσπερ τῷ πήχει πρὸς τὸ μετρῆσαι, ὅση ἡ κίνησις. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν πάντων τούτων [δεῖ] ὑποθέσθαι ὅπερ εἴπομεν πιθανώτερον εἶναι, τὴν ὁμαλὴν κίνησιν· ἄνευ γὰρ ὁμαλότητος, καὶ προσέτι μιᾶς καὶ τῆς τοῦ ὅλου, ἀπορώτερον τὸ τοῦ λόγου τῷ θεμένῳ ὁπωσοῦν μέτρον γίγνεται. Εἰ δὲ δὴ μεμετρημένη κίνησις ὁ χρόνος, καὶ ὑπὸ τοῦ ποσοῦ μεμετρημένη, ὥσπερ τὴν κίνησιν εἰ ἔδει μεμετρῆσθαι, οὐχ ὑπ' αὐτῆς ἔδει μεμετρῆσθαι, ἀλλ' ἑτέρῳ, οὕτως ἀνάγκη, εἴπερ μέτρον ἕξει ἄλλο ἡ κίνησις παρ' αὐτὴν, καὶ διὰ τοῦτο ἐδεήθημεν τοῦ συνεχοῦς μέτρου εἰς μέτρησιν αὐτῆς, τὸν αὐτὸν τρόπον δεῖ καὶ τῷ μεγέθει αὐτῷ μέτρου, ἵν' ᾗ ἡ κίνησις, τοσοῦδε γεγενημένου τοῦ καθ' ὃ μετρεῖται, ὅση μετρῆται. Καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ μεγέθους ἔσται τῇ κινήσει παραμαρτοῦντος ἐκεῖνος ὁ χρόνος, ἀλλ' οὐ τὸ μέγεθος τὸ συνθέον τῇ κινήσει. Οὗτος δὲ τίς ἂν εἴη, ἢ ὁ μοναδικὸς, ὃς ὅπως μετρήσει, ἀπορεῖν ἀνάγκη· ἐπεὶ εἴ τις ἐξεύρῃ ὅπως, οὐ χρόνον εὑρήσει μετροῦντα, ἀλλὰ τὸν τοσόνδε χρόνον· τοῦτο δὲ οὐ ταὐτὸν χρόνῳ· ἕτερον γὰρ εἰπεῖν χρόνον, ἕτερον δὲ τοσόνδε χρόνον. Πρὸ γὰρ τοῦ τοσόνδε, δεῖ ὅ τί ποτ' ἐστὶν εἰπεῖν ἐκεῖνο, ὃ τοσόνδ' ἐστίν. Ἀλλ' ὁ ἀριθμὸς ὁ μετρήσας τὴν κίνησιν ἔξωθεν τῆς κινήσεως, ὁ χρόνος· οἷον ἡ δεκὰς ἐπὶ τῶν ἵππων, οὐ μετὰ τῶν ἵππων λαμβανομένη. Τίς οὖν οὗτος ὁ ἀριθμὸς, οὐκ εἴρηται, ὃς πρὸ τοῦ μετρεῖν ἐστιν ὅπερ ἔστιν, ὥσπερ ἡ δεκὰς, ἡ οὗτος, ὃς κατὰ τὸ ὕστερον καὶ ὕστερον τῆς κινήσεως παραθέων ἐμέτρησε. Ἀλλ' οὗτος ὁ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον οὔπω δῆλος ὅστις ἐστίν· ἀλλ' οὗ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μετρῶν, εἴτε σημείῳ, εἴθ' ὁτῳοῦν ἄλλῳ, πάντως τὸν χρόνον μετρήσει. Ἔσται οὖν ὁ χρόνος οὗτος ὁ ἑπόμενος τὴν κίνησιν τῷ προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ, ἐχόμενος τοῦ χρόνου καὶ ἁπτόμενος, ἵνα μετρῇ. Ἡ γὰρ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, οἷον ἡ ἀρχὴ τοῦ σταδίου, λαμβάνει, ἢ ἀνάγκη τὸ χρονικὸν λαμβάνειν. Ἔστι δὲ ὅπως τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, τὸ μὲν, χρόνος, ὁ τοῦ νῦν λήγων, τὸ δὲ ὕστερον, ὃς ἀπὸ τοῦ νῦν ἄρχε-

et tempus, cum sit mensura : si, inquam, tale tempus est in se ipso, qualis et numerus, quonam ab hoc numero differet, qualis est decarius vel alius quilibet ex unitatibus congregatus? Sin autem mensura quædam continua est, certe quantum aliquid exsistens, mensura erit velut cubitalis aliqua magnitudo. Erit itaque magnitudo, velut linea quædam cum motione concurrens. At enim ipsa concurrens quonam pacto id, quocum una concurrit, metietur? Curnam potius alterum quam alterutrum metiatur? Probabilius autem poneretur non in motu quolibet, sed in eo, quocum concurrit. Id autem continuum oportet esse, quatenus et concurrens motus tenorem continuabit : neque extrinsecus, quod metitur, ponere decet neque seorsum, sed simul mensuratum motum. Proinde quidnam id erit, quod metitur? Numquid motus quidem mensuratus erit, magnitudo vero mensurans? Et utrum horum tempus erit? num mensuratus motus, an potius metiens magnitudo? Profecto tempus erit vel motus magnitudine mensuratus, vel magnitudo mensurans, vel quiddam tertium magnitudine utens, velut cubitali mensura ad metiendum, quantus sit motus. At in his omnibus, quod probabilius esse diximus, supponendum est, æqualem scilicet esse motum : nam absque æqualitate, atque etiam unitate motus etiam ipsius universi, magis profecto [quam motus] ea vacillat opinio, quæ tempus quomodocumque mensuram esse putat. Si autem tempus sit motio mensurata, a quanto scilicet mensurata, quemadmodum, si oportuit mensurari motum, non a se ipso oportuit mensuram assumere, sed ab alio quocam accipere : ita opus est, si quam motus præter se ipsum mensuram aliam habeat, atque ob hoc indiguimus mensura continua ad ipsum dimetiendum : ita, inquam, magnitudini quoque ipsi mensura opus erit, ut motus esse possit, quantus fuerit mensuratus : postquam videlicet illud, secundum quod mensuratur, tantum fuerit aut tantum. Atque ita tempus erit numerus ille magnitudinis comitantis motum, non autem magnitudo ipsa simul cum motu currens. Qualis autem hic numerus sit, numquid ex unitatibus constitutus, et quomodo metiatur, necessario dubitandum : quandoquidem, si quis etiam inveniat quomodo, non tempus inveniet metiens, sed tempus proprie tantum : id autem nequaquam idem est atque ipsum tempus. Aliud namque est tempus dicere, aliud tempus tantum enunciare : nam antequam tantum sit, definiendum est, quid hoc ipsum sit, quod est et tantum. Sed numquid numerus motum extrinsecus metiens erit tempus? Non sic acceptus, ut denarius una cum equis, sed potius ut denarius in equis. Quis igitur hic numerus sit, non est dictum, qui, et antequam metiatur, est id ipsum, quod est, quemadmodum ipse denarius. Numquid hic est, qui secundum prius et posterius motionis discurrendo metitur? at hic secundum prius atque posterius metiens, nondum, qualis sit, nobis apparuit : verumtamen, quod secundum prius posteriusque metitur, sive signo quodam velut puncto, sive quovis alio metiatur, omnino secundum tempus dimetietur. Erit ergo tempus id motum metiens per prius atque posterius, connexum tempori tempusque attingens, quo metiri queat. Aut enim prius posteriusve secundum locum quis accipit, sicut in principio stadii [atque sequentibus] : aut certe non locale prius atque posterius, sed temporale accipiendum. Est enim omnino id ipsum, quod prius dicitur, tempus desinens in id, quod præsens : quod vero posterius, tempus

ται· ἄλλο τοίνυν ἀριθμοῦ τοῦ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μετροῦντος τὴν κίνησιν, οὐ μόνον ἡντιναοῦν, ἀλλὰ καὶ τὴν τεταγμένην ὁ χρόνος. Ἔπειτα διὰ τί ἀριθμοῦ μὲν προσγεγενημένου, εἴτε καὶ κατὰ τὸ μεμετρημένον, εἴτε καὶ κατὰ τὸ μετροῦν (ἔστι γὰρ ἂν τὸν αὐτὸν καὶ μετροῦντα καὶ μεμετρημένον εἶναι)· ἀλλ' οὖν διὰ τί ἀριθμοῦ μὲν γενομένου χρόνος ἔσται; κινήσεως δὲ οὔσης καὶ τοῦ προτέρου πάντως ὑπάρχοντος περὶ αὐτὴν, καὶ τοῦ ὑστέρου, οὐκ ἔσται χρόνος· ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τὸ μέγεθος μὴ εἶναι ὅσον ἐστὶν, εἰ μή τις τὸ ὅσον ἔστι τοῦτο λάβοι. Ἀπείρου δὲ τοῦ χρόνου ὄντος καὶ λεγομένου, πῶς ἂν περὶ αὐτὸν ἀριθμὸς εἴη, εἰ μή τις ἀπολαβὼν μέρος τι αὐτοῦ μετροῖ, ἐν ᾧ συμβαίνει εἶναι πρὶν μετρηθῆναι. Διὰ τί δὲ οὐκ ἔσται, πρὶν καὶ ψυχὴν τὴν μετροῦσαν εἶναι; εἰ μή τις τὴν γένεσιν αὐτοῦ παρὰ ψυχῆς λέγοι γίγνεσθαι, ἐπεὶ διά γε τὸ μετρεῖν οὐδαμῶς ἀναγκαῖον εἶναι. Ὑπάρχει γὰρ ὅσον ἐστὶ, κἂν μή τις μετρῇ. Τὸ δὲ τῷ μεγέθει χρησάμενον πρὸς τὸ μετρῆσαν τὴν ψυχὴν ἄν τις λέγοι, τοῦτο δὲ τί ἂν εἴη πρὸς ἔννοιαν χρόνου;

similiter exordiens a præsenti. Tempus igitur aliud est, quam numerus per prius posteriusve dimetiens motionem, non solum quamlibet, verum etiam ordinatam. Præterea curnam, numero quidem adhibito sive secundum mensuratum, sive secundum metiens (potest enim idem fortasse et metiens et mensuratum esse) : at cur, inquam, adhibito numero, tempus erit? Motu vero jam vigente, atque priori prorsus posteriorique circa motum proveniente, nondum erit tempus : perinde ac si quis dixerit magnitudinem, quanta est, non esse, nisi quis quanta sit magnitudo, deprehenderit. Item cum tempus sit dicaturque infinitum, quanam conditione erit numerus circa ipsum, nisi forte quispiam partem aliam temporis seligens metiatur : in quo quidem contingit esse, etiam antequam mensuretur. Quid autem prohibet esse tempus, antequam sit anima metiens? nisi forte quis generationem ejus dixerit ab anima proficisci. Per ipsam tamen mensurationem nullo modo necessarium est ipsum ab anima fieri. Existit enim, quantum est, etiam si nemo dimetiatur. Ad id vero, quod dicebatur tempus forsitan esse, quod magnitudine utitur pro mensura, si quis adducat, id esse animam, objiciemus, id nihil ad notionem temporis pertinere.

Tempus non est aliquid consequens ad motum corporis. Item, proœmium ad tractandum, quid sit tempus.

Θ'. Τὸ δὲ παρακολούθημα λέγειν τῆς κινήσεως τί ποτε τοῦτο ἔστιν, οὐκ ἔστι διδάσκοντος, οὐδὲ εἰρηκέναι, πρὶν εἰπεῖν τί ἐστι τὸ παρακολουθοῦν· ἐκεῖνο γὰρ ἂν ἴσως εἴη χρόνος. Ἐπισκεπτέον δὲ τὸ παρακολούθημα τοῦτο, εἴτε ὕστερον, εἴτε ἅμα, εἴτε πρότερον, εἴπερ τι ἔστι τοιοῦτον παρακολούθημα. Ὅπως γὰρ ἂν λέγηται, ἐν χρόνῳ λέγεται· εἰ τοῦτο, ἔσται ὁ χρόνος παρακολούθημα κινήσεως ἐν χρόνῳ. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ, τί μή ἐστι, ζητοῦμεν, ἀλλὰ τί ἐστιν, εἰρηταί τε πολλὰ πολλοῖς τοῖς πρὸ ἡμῶν καθ' ἑκάστην θέσιν, ἃ εἴ τις διεξίοι, ἱστορίαν μᾶλλον ἂν ποιοῖτο, ὅσον τε ἐξ ἐπιδρομῆς, εἰρηταί τι περὶ αὐτῶν· ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὸν λέγοντα μέτρον κινήσεως τοῦ παντὸς ἐκ τῶν ἤδη εἰρημένων ἀντιλέγειν τά τε ἄλλα, ὅσα νῦν περὶ μέτρου κινήσεως εἴρηται. Χωρὶς γὰρ τῆς ἀνωμαλίας, πάντα τὰ ἄλλα, ἃ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἁρμόσει, εἴη ἂν ἀκόλουθον εἰπεῖν, τί ποτε δεῖ νομίζειν τὸν χρόνον εἶναι.

IX. Dicere autem, tempus esse quandam motionis consecutionem, non est, quid hoc ipsum sit, docere, neque etiam dicere licet, priusquam, quid sit, quod consequitur, explicetur : illud enim tempus forsan esse possit. Considerandum vero est de hac ipsa consecutione, sive prius fiat, sive posterius, seu simul : si modo talis quædam est consecutio. Quomodocumque enim dicatur, in tempore dicitur : ideoque, si id tempus sit, tempus dicetur consecutio motionis in tempore. At quoniam nequaquam, quid non sit, imo vero, quid sit tempus, investigamus, dictaque de hoc multa sunt ante nos a multis : unde, si quis singulas opiniones discurrat, historiam sit potius narraturus : et quatenus percurrendo licet, nonnihil de his est dictum : ac licet et dicentem tempus esse motionis universi mensuram ex dictis refellere, et alia insuper ad discussionem adducere, quæ modo de motus mensura dicebantur. Præter enim inæqualitatem, cetera omnia licet adducere quæ et ad ipsos congrue afferentur : cum, inquam, res ut se habeat, reliquum jam est, quid tempus sit, planum explicare.

Quid sit tempus, scilicet perseverantia quædam in motibus animæ mundi ad æternitatis imitationem.

Ι'. Δεῖ δὴ ἀναγαγεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς πάλιν εἰς ἐκείνην τὴν διάθεσιν, ἣν ἐπὶ τοῦ αἰῶνος ἐλέγομεν εἶναι, τὴν στρεμῆ ἐκείνην, καὶ ὁμοῦ πᾶσαν, καὶ ἄπειρον ἤδη ζωὴν, καὶ ἀκλινῆ πάντη καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ πρὸς ἓν ἑστῶσαν. (Χρόνος δὲ οὔπω ἦν, ἢ ἐκείνοις γε οὐκ ἦν·) γεννησόμενον δὲ χρόνον, λόγῳ καὶ φύσει τοῦ ὑστέρου. Τούτων δὴ οὖν ἡσυχίαν ἀγόντων ἐν αὐτοῖς, ὅπως δὴ πρῶτον ἐξέπεσε χρόνος, τὰς μὲν Μούσας οὔπω τότε οὔσας, οὐκ ἄν τις ἴσως καλοῖ εἰπεῖν τοῦτο, ἀλλ' ἴσως ὅ, εἴπερ ἦσαν καὶ αἱ Μοῦσαι τότε· αὐτὸν δ' ἄν τις τάχα τὸν γενόμενον χρόνον, ὅπως ἐστὶν, ἐκφανεὶς καὶ γενόμενος. Λέγοι δ' ἂν περὶ αὐτοῦ ὧδέ πως· ὡς πρότερον, πρὶν τὸ πρότερον δὴ τοῦτο γεννῆσαι καὶ τοῦ ὑστέρου δεηθῆναι, σὺν αὐτῷ ἐν τῷ ὄντι ἀνεπαύετο χρόνος

X. Operæ pretium est, revocare nos iterum ad naturam illam, quam in ævo esse in superioribus dicebamus : naturam, inquam, immutabilem simulque totam, et vitam plenam infinitam, prorsus indeclinabilem, et in uno ad unumquid consistentem. Tempus autem nondum erat, aut saltem non erat in illis, secuturum vero ratione quadam posteriris atque natura. Supernis itaque quietem in se ipsis agentibus, quomodo principio tempus exciderit, si quis intelligere cupiat, haud forsan ad hoc explicandum Musas, quæ fortasse nondum erant, opportune vocabit. Fortassis etiam opportune : si quidem tunc etiam erant Musæ. Et quomodocumque sit, tempus ipsum jam factum quis forsan veniat, quatenus factum est atque jam manifestum. Dicat autem de hoc ipso hunc in modum : Priusquam ipse prius oriretur posteriorique indigeret, simul cum ipso ente conquiescebat tempus nondum existens, sed

οὐκ ὢν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ καὶ αὐτὸς ἡσυχίαν ἦγε. Φύσεως δὲ πολυπράγμονος καὶ ἄρχειν αὑτῆς βουλομένης, καὶ εἶναι αὑτῆς, καὶ τὸ πλέον τοῦ παρόντος ζητεῖν ἑλομένης, ἐκινήθη μὲν αὐτὴ, ἐκινήθη δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἀεὶ καὶ τὸ ὕστερον καὶ οὐ ταὐτὸν, ἀλλ' ἕτερον εἶθ' ἕτερον κινούμενοι, μῆκός τι τῆς πορείας ποιησάμενοι, αἰῶνος εἰκόνα τὸν χρόνον εἰργασάμεθα. Ἐπεὶ γὰρ ψυχῆς ἦν τις δύναμις οὐχ ἥσυχος, τὸ δ' ἐκεῖ ὁρώμενον ἀεὶ μεταφέρειν εἰς ἄλλο βουλομένης, τὸ μὲν ἀθρόον αὐτῇ πᾶν παρεῖναι οὐκ ἤθελεν· ὥσπερ δ' ἐκ σπέρματος ἡσύχου ἐξελίττων αὐτὸν ὁ λόγος, διέξοδον εἰς πολὺ, ὃς οἴεται, ποιεῖ, ἀφανίζων τὸ πολὺ τῷ μεριεῖν, καὶ ἀνθ' ἑνὸς ἐν αὑτῷ οὐκ ἐν αὑτῷ τὸ ἓν δαπανῶν εἰς μῆκος ἀσθενέστερον πρόεισιν· οὕτω δὴ καὶ αὐτὴ κόσμον ποιοῦσα αἰσθητὸν μιμήσει ἐκείνου κινούμενον, κίνησιν οὐ τὴν ἐκεῖ, ὁμοίαν δὲ τῇ ἐκεῖ, καὶ ἐθέλουσαν εἰκόνα ἐκείνης εἶναι, πρῶτον μὲν ἑαυτὴν ἐχρόνωσεν, ἀντὶ τοῦ αἰῶνος τοῦτον ποιήσασα. Ἔπειτα δὲ καὶ τῷ γενομένῳ ἅμα εἶναι δουλεύειν χρόνῳ, ἐν χρόνῳ αὐτὸν πάντα ποιήσασα εἶναι, τὰς τούτου διεξόδους ἁπάσας ἐν αὑτῷ περιλαβοῦσα. Ἐν ἐκείνῃ γὰρ κινούμενος, οὐ γάρ τις αὐτοῦ τοῦδε τοῦ παντὸς τόπος, ἡ ψυχὴ, καὶ ἐν τῷ ἐκείνης αὖ ἐκινεῖτο χρόνῳ. Τὴν γὰρ ἐνέργειαν αὐτῆς παρεχομένῃ ἄλλην μετ' ἄλλην, εἶθ' ἑτέραν πάλιν ἐφεξῆς, ἐγένετο μετὰ τῆς ἐνεργείας τὸ ἐφεξῆς, καὶ συμπροῆει μετὰ διανοίας ἑτέρας μετ' ἐκείνην, τὸ μὴ πρότερον ὄν, ὅτι οὐδ' ἡ διάνοια ἐνεργηθεῖσα ἦν, οὐδ' ἡ νῦν ζωὴ ὁμοία τῇ πρὸ αὐτῆς. Ἅμα οὖν ζωὴ ἄλλη, καὶ τῷ ἄλλη χρόνον εἶχεν ἄλλον. Διάστασις οὖν ζωῆς χρόνον εἶχε, καὶ τὸ πρόσω ἀεὶ τῆς ζωῆς χρόνον ἔχει ἀεί, καὶ ἡ παρελθοῦσα ζωὴ χρόνον ἔχει παρεληλυθότα. Εἰ οὖν χρόνον τις λέγοι ψυχῆς ἐν κινήσει μεταβατικῇ ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλον βίον ζωὴν εἶναι, ἆρ' ἂν δοκοῖ τι λέγειν; εἰ γὰρ αἰών ἐστι ζωὴ ἐν στάσει καὶ τῷ αὐτῷ, καὶ ὡσαύτως καὶ ἄπειρος ἤδη, εἰκόνα δὲ δεῖ τοῦ αἰῶνος τὸν χρόνον εἶναι, ὥσπερ καὶ τόδε τὸ πᾶν ἔχει πρὸς ἐκεῖνο· ἀντὶ μὲν ζωῆς τῆς ἐκεῖ ἄλλην δεῖ ζωὴν τὴν τῇδε τῆς δυνάμεως τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ὁμώνυμον, λέγειν εἶναι, καὶ ἀντὶ κινήσεως νοερᾶς, ψυχῆς τινος μέρους κίνησιν, ἀντὶ δὲ ταυτότητος καὶ τοῦ ὡσαύτως καὶ μένοντος, τὸ μὴ μένον ἐν τῷ αὐτῷ, ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο ἐνεργοῦν· ἀντὶ δὲ ἀδιαστάτου καὶ ἑνὸς, εἴδωλον τοῦ ἑνὸς, τὸ ἐν συνεχείᾳ ἕν· ἀντὶ δὲ ἀπείρου ἤδη καὶ ὅλου, τὸ εἰς ἄπειρον πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀεί· ἀντὶ δὲ ἀθρόου ὅλου, τὸ κατὰ μέρος ἐσόμενον καὶ ἀεὶ ἐσόμενον ὅλον. Οὕτω γὰρ μιμήσεται τὸ ἤδη ὅλον καὶ ἀθρόον καὶ ἄπειρον ἤδη, εἰ ἐθελήσει ἀεὶ προσκτώμενον εἶναι ἐν τῷ εἶναι· καὶ γὰρ τὸ εἶναι οὕτω τὸ ἐκείνου μιμήσεται. Δεῖ δὲ οὐκ ἔξωθεν τῆς ψυχῆς ἀναβάνειν τὸν χρόνον, ὥσπερ οὐδὲ τὸν αἰῶνα ἐκεῖ ἔξω τοῦ ὄντος, οὐδ' αὖ παρακολούθημα, οὐδ' ὕστερον, ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖ, ἀλλ' ἑνορώμενον καὶ ἑνόντα καὶ συνόντα, ὥσπερ κἀκεῖ ὁ αἰών.

illo ipsum quoque quietem agebat. Natura vero quædam in multas pronior actiones, et sui juris esse sibiquemet imperare percupiens, atque eo, quod præsens est, plus aliquid habere semper eligens, jam et ipsa quidem agitata est et simul efflυxit tempus deinceps semper atque in posterum, neque per idem, sed in alterum rursusque alterum. Nosque ex hoc motu longitudinem quandam processionis effectam excogitantes, tempus jam fingimus æternitatis imaginem. Cum enim esset potentia quædam animæ inquieta, volens videlicet, quod illic inspectum est, transferre semper in aliud, non sustinuit totum sibi collectum simul adesse: sed quemadmodum ratio seminalis explicans se ipsam ex quodam quieto semine, discursionem in plurimum, ut putat, agit, disperdens interea ipsum, quod dicitur plurimum partitione quadam, et pro uno, quod in se exsistit, expendens consumensque unum in se ipso non manens, in debiliorem progreditur longitudinem: sic et ipsa, quam dicebamus, animæ natura, mundum fabricata sensibilem superioris illius imitatione, agitatum motu, non qui ibi sit, sed similis potius motui, qui sit ibi, motu, inquam, affectante imaginem illius referre, primo quidem se ipsam reddidit temporalem, pro ævo id jam reportans: deinde operi quoque facto dedit, ut tempori jam serviret: quippe cum totum hoc esse in tempore compulisset, discursiones videlicet hujus omnes in ipso complexa. In illa enim agitatum, neque enim est alter universi locus, quam anima: nimirum et in ejus tempore est agitatum. Actionem namque suam adhibens aliam, post aliam deincepsque iterum aliam, genuit una cum actione ipsum deinceps consequens, simulque processit cum cogitatione alia post illam, quod non erat ante, quandoquidem neque cogitatio talis quicquam fuerat operata. Jam vero vita præsens non est omnino similis præcedenti: simul ergo alia vita, et quatenus alia, aliud quoque nacta est tempus. Distantia itaque vitæ atque protractio tempus sortita est, perpetuaque prorogatio vitæ sempiternum habet et tempus, et vita præterita tempus habet præteritum. Si quis ergo dicat, tempus esse vitam animæ in transitorio quodam motu ex alia vita in aliam perpetuo procedentem, forsan non nihil afferre videbitur. Si enim ævum est vita in statu et in eodem similique habitu permanens jamque infinita, atque oportet tempus esse æternitatis imaginem, quemadmodum et hic-mundus est mundi illius imago, certe loco vitæ, quæ illic viget, alteram oportet vitam hic asserere in quadam animæ mundanæ potentia, tanquam illius æquivocam, et, pro intellectuali motu, alicujus partis animæ motum. Item pro identitate habituque simili atque manente, vicissim quod non permanet in eodem, sed aliud semper aliudque exsequitur: rursus pro indistanti proprietate atque uno, unius jam simulacrum in quadam successione unum possidens: præterea vice illius, quod infinitum est jamque totum, id quod in infinitum, secundum quod deinceps sequitur, perpetuo sese propagat: denique pro eo, quod simul est totum, vicissim id quod per partes est futurum, semperque futurum totum. Sic enim imitabitur illud, quod totum jam exsistit, collectumque simul, jamque immensum, si videlicet velit esse suum in continua essendi consecutione sortiri: ita namque esse illius potissimum imitabitur. Oportet autem nequaquam extra animam tempus accipere, quemadmodum neque ævum ibi extra ipsum, quod ens appellatur: neque rursus consecutionem esse, neque posterius quicquam: quemadmodum neque ibi, sed intus inspectum aliquid, quod et insit simulque sit, sicut et illic ævum.

Confirmatio superiorum.

ΙΑ'. Νοῆσαι δὲ δεῖ καὶ ἐντεῦθεν, ὡς ἡ φύσις αὕτη χρόνος τὸ τοιούτου μῆκος βίου, ἐν μεταβολαῖς προϊὸν ὁμαλαῖς τε καὶ ὁμοίαις ἀψοφητὶ προϊούσαις, συνεχὲς τὸ τῆς ἐνεργείας ἔχον. Εἰ δὴ πάλιν τῷ λόγῳ ἀναστρέψαι ποιήσαιμεν τὴν δύναμιν ταύτην, καὶ παύσαιμεν τοῦδε τοῦ βίου, ὃν νῦν ἔχει ἄπαυστον ὄντα καὶ οὔποτε λήξοντα, ὅτι ψυχῆς τινος ἀεὶ οὔσης ἐστὶν ἐνέργεια, οὐ πρὸς αὑτὴν, οὐδ' ἐν αὐτῇ, ἀλλ' ἐν ποιήσει καὶ γενέσει· εἰ οὖν ὑποθοίμεθα μηκέτι ἐνεργοῦσαν, ἀλλὰ παυσαμένην ταύτην τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἐπιστραφὲν καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἐκεῖ καὶ τὸν αἰῶνα, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ μένον, τί ἂν ἔτι μετὰ αἰῶνα εἴη; τί δ' ἂν ἄλλο καὶ ἄλλο πάντων ἐνὶ μεινάντων; τί δ' ἂν ἔτι πρότερον, τί δ' ἂν ὕστερον, ἢ μᾶλλον; ποῦ δ' ἂν ἔτι ψυχὴ ἐπιβάλλοι εἰς ἄλλο, ἢ ἐνῷ ἐστι; μᾶλλον δὲ οὐδὲ τούτῳ. Ἀφεστήκει γὰρ ἂν πρότερον, ἵνα ἐπιβάλῃ, ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἡ σφαῖρα αὐτὴ εἴη, ἢ οὐ πρότερον ὑπάρχει, ἢ χρόνος· ἐν χρόνῳ γὰρ καὶ αὕτη καὶ ἔστι καὶ κινεῖται. Κἂν στῇ ἐκείνης ἐνεργούσης, ὅση ἡ στάσις αὐτῆς, μετρήσομεν, ἕως ἐκείνη τοῦ αἰῶνος [ἡ στάσις] ἐστὶν ἔξω. Εἰ οὖν ἀποστάσης ἐκείνης καὶ ἐνωθείσης ἀνῄρηται χρόνος, δηλονότι ἡ ταύτης ἀρχὴ πρὸς ταῦτα κινήσεως καὶ οὗτος βίος τὸν χρόνον γεννᾷ. Διὸ καὶ εἴρηται ἅμα τῷδε τῷ παντὶ γεγονέναι, ὅτι ψυχὴ αὐτὸν μετὰ τοῦδε τοῦ παντὸς ἐγένησεν. Ἐν γὰρ τῇ τοιαύτῃ ἐνεργείᾳ καὶ τόδε γεγένηται τὸ πᾶν· καὶ ἡ μὲν χρόνος, ὁ δὲ ἐν χρόνῳ. Εἰ δέ τις λέγοι, χρόνους λέγεσθαι αὐτῷ καὶ τὰς τῶν ἄστρων φοράς, ἀναμνησθήτω, ὅτι ταῦτα φησὶ γεγονέναι πρὸς ὁήλωσιν καὶ διορισμὸν χρόνου καὶ τὸ ἡμέτερον ἐναργές. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν τὸν χρόνον αὐτὸν τῇ ψυχῇ ὁρίσαι, οὐδὲ μετρεῖν παρ' αὐτοῖς ἕκαστον αὐτοῦ μέρος, ἀοράτου ὄντος καὶ οὐ ληπτοῦ, καὶ μάλιστα ἀριθμεῖν οὐκ εἰδόσιν, ἡμέραν καὶ νύκτα ποιεῖ, δι' ὧν ἦν δύο τῇ ἑτερότητι λαβεῖν, ἀφ' οὗ ἔννοια, φησὶν, ἀριθμοῦ. Εἶθ' ὅσον τὸ ἀπ' ἀνατολῆς εἰς τὸ πάλιν λαμβάνουσιν ἦν ὅσον χρόνου διάστημα, ὁμαλοῦ ὄντος τοῦ τῆς κινήσεως εἴδους, ὅτῳ ἐπερειδόμεθα ἔχειν, καὶ οἷον μέτρῳ χρώμεθα τῷ τοιούτῳ, μέτρῳ δὲ τοῦ χρόνου. Οὐ γὰρ ὁ χρόνος αὐτὸς μέτρον· πῶς γὰρ ἂν καὶ μετροῖ, καὶ τί ἂν λέγοι μετρῶν τοσοῦτον εἶναι, ὅσον ἐγὼ τοσόνδε; τίς οὖν ὁ ἐγὼ, ἢ καθ' ὃν ἡ μέτρησις; οὐκοῦν ὧν ἵνα μετρῇ, καὶ μὴ μέτρον; Ἡ οὖν κίνησις ἡ τοῦ παντὸς μετρουμένη κατὰ χρόνον ἔσται, καὶ ὁ χρόνος οὐ μέτρον ἔσται κινήσεως, κατὰ τὸ τί ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ὤν, ἄλλο τι πρότερον παρέξει δήλωσιν τοῦ ὁπόση ἡ κίνησις. Καὶ ἡ κίνησις δὲ ληφθεῖσα ἡ μία ἐν τοσῷδε χρόνῳ, πολλάκις ἀριθμουμένη, εἰς ἔννοιαν ἄξει τοῦ ὁπόσος παρελήλυθεν. Ὥστε τὴν κίνησιν καὶ τὴν περιφορὰν εἴ τις λέγοι τρόπον τινὰ μετρεῖν τὸν χρόνον ὅσον οἷόν τε, ὡς δηλοῦσαν ἐν τῷ αὐτῆς τοσῷδε τὸ τοσόνδε τοῦ χρόνου, οὐκ ὂν λαβεῖν οὐδὲ συνιέναι ἄλλως, οὐκ ἄτοπος τῆς ὁηλώσεως. Τὸ οὖν μετρούμενον ὑπὸ τῆς περιφορᾶς, τοῦτο δέ ἐστι τὸ ὁηλούμενον, ὁ χρόνος ἔσται, οὐ γεννηθεὶς ὑπὸ τῆς πε-

XI. Considerandum est ex his, quæ dicta sunt, tempus esse naturam ejusmodi, scilicet longitudinem talis vitæ in mutationibus procedentem, æqualibus et similibus, clam leniterque progredientibus : longitudinem, inquam, continuitatem actionis habentem. Quodsi rursus fingeremus vim ejusmodi quodammodo retrahi cessareque ab hac vita, quam nunc agit interminabilem nunquamque cessaturam, propterea quod sempiternæ cujusdam animæ actio est, non ad se ipsam, non in se ipsa, sed in effectione generationeque versatam : si fingamus, inquam, eam non amplius operantem, sed actionem ejusmodi desinentem, partemque hanc insuper animæ ad superna et ævum stabileque conversam, quidnam erit ulterius, præter ævum? quid amplius aliud atque aliud, omnibus in uno manentibus? Quid ultra prius aliquid vel posterius, aut longius? Qua rursus conditione anima ulterius se ad aliud conferat? nisi forsan in id, in quo est. Imo vero neque in hoc ipsum : alioquin discessisse prius oportuit, ut in id se conferre valeret quandoquidem neque ipsa sphæra esset, quæ non prius, quam tempus, exsistit : nam hæc quoque in tempore est atque movetur. Atque etiam, si stet operante illa, quantus sit status ejus, metiemur, quoad ille æternitatis [status] [illa (sphæra) extra æternitatem] exterior perseverat. Si igitur desistente hinc illa prorsusque unita tempus e vestigio tollitur, manifestum est hujus initium motionis ad hæc atque hanc vitam tempus efficere Quam ob rem dictum est in Timæo tempus simul cum hoc universo factum : quoniam anima tempus uno cum hoc universo progenuit. Nam in ejusmodi actione hoc quoque universum est genitum : et hæc quidem tempus est, hoc autem in tempore. Si quis autem dixerit, dici etiam tempora a Platone motus astrorum, meminisse debet, Platonem divisse, hæc esse facta ad ostensionem distinctionemque temporis, atque ut mensura nobis sit manifestior. Cum enim non liceret animæ tempus ipsum determinare, vel metiri partes se partes singulas temporis invisibilis atque incomprehensibilis, præcipue apud homines numerandi prorsus ignaros, diem effecit et noctem, per quæ liceret duo quædam ex hac diversitate percipere : unde cogitationem numeri dixit exortam. Deinde percipientes, quantum ab ortu rursus ad ortum peragitur, habere potuimus quantum temporis spatium æquali exsistente specie motionis : quatenus ad hoc ipsum velut innixi intuitum figimus, et quasi mensura utimur tali quadam, mensura, inquam, temporis. Non enim tempus ipsum mensura est. Quo enim modo metietur, et quidnam diceret metiens? An de aliquo diceret hoc tantum est, quantum ego sum? Quisnam igitur est, qui dicitur, vel dicit ego? An secundum quem fit mensuratio? Nonne igitur in se exsistit aliquid, ut metiri queat, neque tamen mensura? Motus igitur universi mensuratus secundum tempus erit : ac tempus non erit mensura motus secundum id, quod est, sed per accidens, videlicet exsistens aliud quiddam prius, quanta sit motio patefaciet. Tum vero motus unus acceptus in tanto tempore, sæpe numeratus, in medium adducet, quantum temporis præterierit. Quapropter, si quis dixerit, motum revolutionemque metiri quodammodo tempus, quantum potest, tanquam in suo quanto quantum temporis ostendentem : quippe cum neque accipi aliter, neque intelligi valeat, is profecto a decenti declaratione non aberrabit. Quod igitur a circuitu mensuratur, id est, declaratur, tempus erit, non genitum quidem ab ipso circuitu,

μορᾶς, ἀλλὰ δηλωθείς· καὶ οὕτω τὸ μέτρον τῆς κινήσεως, τὸ μετρηθὲν ὑπὸ κινήσεως ὡρισμένης καὶ μετρούμενον ὑπὸ ταύτης, ἄλλο ὂν αὐτῆς· ἐπεὶ καὶ εἰ μετροῦν ἄλλο ἦν, καὶ εἰ μετρούμενον ἕτερον μετρούμενον δὲ καὶ συμβεβηκός· καὶ οὕτως ἂν ἐλέγετο, ὡς εἰ τὸ μετρούμενον ὑπὸ πήχεως λέγοι τις τὸ μέγεθος εἶναι, ὅ τι ποτ' ἐστὶν ἐκεῖνο μὴ λέγων, μέγεθος ὁριζόμενος· καὶ οἷον εἴ τις τὴν κίνησιν, αὐτὴν οὐ δυνάμενος τῷ ἀόριστον εἶναι δηλῶσαι, λέγοι τὸ μετρούμενον ὑπὸ τόπου. Λαβὼν γὰρ τόπον τις, ὃν ἐπεξῆλθεν ἡ κίνησις, τοσαύτην ἂν εἶναι, ὅσος ὁ τόπος.

sed demonstratum. Atque ita mensura motus esse videtur, quod mensuratum est a motu determinato, mensuratumque ab ipso tanquam ab eo diversum : quandoquidem si et mensurans aliud esset, et aliud utique mensuratum, mensuratum vero per accidens : atque ita dictum fuisset perinde, ac si quis dixerit, quod mensuratur a cubito, magnitudinem esse, non dicens tamen, quid ipsum sit, definiens magnitudinem : rursus velut si quis, cum nequeat ipsum motum ob naturam ejus indeterminatam planius explicare, dicat motum esse, quod mensuratur a loco. Accipiens enim quis locum, quem motio pertransivit, tantam esse motionem dicet, quantus et locus.

Tempus non est revolutio, sed declaratur ab ea. Item, mundus ejusque motus agitur ab ipso animæ mundanæ motu.

ΙΒ'. Χρόνον οὖν ἡ περιφορὰ δηλοῖ, ἐν ᾧ αὕτη. Δεῖ δὲ αὐτὸν τὸν χρόνον μηκέτι τὸ ἐν ᾧ ἔχειν, ἀλλὰ πρῶτον αὐτὸν εἶναι, ὅς ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ ἄλλα κινεῖται καὶ ἔστηκεν ὁμαλῶς καὶ τεταγμένως, καὶ παρὰ μέν τινας τεταγμένου ἐμφαίνεσθαι καὶ προφαίνεσθαι εἰς ἔννοιαν, οὐ μέντοι γίγνεσθαι, εἴτε ἑστῶτος, εἴτε κινουμένου, μᾶλλον μέντοι κινουμένου· μᾶλλον γὰρ κινεῖ εἰς γνώρισιν καὶ μετάβασιν ἐπὶ τὸν χρόνον ἡ κίνησις, ἥπερ ἡ στάσις, καὶ γνωριμώτερον τὸ ὁπόσον κεκίνηταί τι, ἢ ὅσον ἕστηκε. Διὸ καὶ κινήσεως ἠνέχθησαν εἰς τὸ εἰπεῖν μέτρον, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν κινήσει μετρούμενον, εἶτα προσθεῖναι, τί ὂν κινήσει μετρεῖται, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς γενόμενον περί τι αὐτοῦ εἰπεῖν, καὶ ταῦτα ἐνηλλαγμένως. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνοι οὐκ ἐνηλλαγμένως, ἡμεῖς δὲ οὐ συνίεμεν, ἀλλὰ σαφῶς λεγόντων μέτρον κατὰ τὸ μετρούμενον οὐκ ἐτυγχάνομεν τῆς ἐκείνων γνώμης. Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ συνιέναι ἡμᾶς, ὅτι, τί ὄν, εἴτε μετροῦν, εἴτε μετρούμενον, οὐκ ἐκδηλοῦσι διὰ τῶν συγγραμμάτων, ὡς εἰδόσι καὶ ἡκροαμένοις αὐτῶν γράφοντες. Ὁ μέντοι Πλάτων οὔτε μετροῦν εἴρηκεν οὔτε μετρούμενον ὑπό τινος τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ εἰς δήλωσιν αὐτοῦ τὴν περιφοράν ἐλάχιστόν τι εἰληφθαι πρὸς ἐλάχιστον αὐτοῦ μέρος ὡς ἐντεῦθεν γιγνώσκειν δύνασθαι, οἷον καὶ ὅσον ὁ χρόνος· τὴν μέντοι οὐσίαν αὐτοῦ δηλῶσαι θέλων, ἅμα οὐρανῷ φησι γεγονέναι, καὶ παράδειγμα αἰῶνος, καὶ εἰκόνα κινητὴν, ὅτι μὴ μένει μηδ' ὁ χρόνος τῆς ζωῆς τῆς μενούσης, ᾗ συνθεῖ καὶ συντρέχει· ἅμα οὐρανῷ δὲ, ὅτι ζωὴ ἡ τοιαύτη καὶ τὸν οὐρανὸν ποιεῖ, καὶ μία ζωὴ οὐρανὸν καὶ χρόνον ἐργάζεται. Ἐπιστραφείσης οὖν τῆς ζωῆς ταύτης εἰς ἕν, εἰ δύναιτο, ὅμου καὶ χρόνος πεπαυται ἐν τῇ ζωῇ ὢν ταύτῃ, καὶ οὐρανὸς τὴν ζωὴν ταύτην οὐ μένουσαν ἔχων. Εἰ δέ τις τῇδε μὲν τῆς ζωῆς καὶ τῆς κινήσεως τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον λαμβάνων χρόνον λέγοι, εἶναι γάρ τι τοῦτο, τῆς δ' ἀληθεστέρας κινήσεως τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἐχούσης μὴ λέγοι τι εἶναι, εὐκαταφρονητότατος ἂν εἴη, κινήσει μὲν ἀψύχῳ διδοὺς ἔχειν τὸ πρότερον καὶ ὕστερον καὶ χρόνον παρ' αὐτὴν, κινήσει δ' ἐφ' ἣν καὶ αὕτη ὑφέστηκε κατὰ μίμησιν, μὴ διδοὺς τοῦτο, παρ' ἧς καὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον πρώτως ὑπέστη, αὐτουργοῦ οὔσης κινήσεως, καὶ ὥσπερ τὰς γενέσεις αὐτῆς ἑκάστας γεννώσης, οὕτως καὶ τὸ ἐφεξῆς,

XII. Tempus igitur ipsum revolutio patefacit, in quo videlicet revolutio ipsa peragitur. Oportet autem tempus ipsum non amplius solum id habere, ut in eo aliquid transigatur, sed etiam atque prius id ipsum, quod est, exsisterè, in quo moventur cetera et quiescunt æqualiter atque ordinate, et a quodam ordinato in notitiam emicare, neque tamen inde fieri, sive quiescente illo, sive etiam agitato, magis attamen agitato : siquidem motus ad notitiam consecutionemque temporis magis, quam quies, conferre videtur, planiusque patere potest, quantum aliquid motum fuerit, quam quantum steterit. Quam ob rem eo adducti sunt, ut dicerent, tempus esse mensuram motus, pro eo, quod forsan dicere velint, motu mensuratum. Proinde adjungendum, quid in se exsistens motu mensuretur, neque solum dicendum, quod accidens ei conveniat, et id quidem permutato dicendi modo. At forsan illi non permutata ratione dictum ab eis accipi voluerunt : nos autem non intelligimus, sed, manifeste dicentibus illis mensuram secundum mensuratum, eorum sensum minime consecuti sumus. Causa vero, ob quam minime intelleximus, hæc ipsa est : quoniam scriptis suis, quidnam in se ipso sit tempus, sive mensurans sive mensuratum denominetur, nequaquam explicant : acsi plane cognoscentibus auditoribusque suis hæc illi scripserint. Plato autem neque mensurans aliquid, neque mensuratum ab aliquo, essentiam temporis esse dixit, sed ad ipsum patefaciendum mundi revolutionem minimum quiddam esse sortitam, ad minimam quandam temporis portionem : adeo ut hinc cognosci possit, quale sit tempus et quantum. Volens tamen ejus essentiam indicare, una cum cælo natum inquit, esseque ad ævum imaginem mobilem exemplaris æterni : quoniam non permaneat tempus, vita videlicet non manente, cum qua concurrit atque convolvitur. Natum vero una cum cælo dicitur : quoniam ejusmodi vita cælum facit, unaque vita cælum operatur et tempus. Quare, si posset ejusmodi vita in unum omnino converti, protinus cessaret et tempus, quod hac in vita versatur, cessaret et cælum ea vita privatum. Si quis autem vitæ inferioris et motionis hujus, ipsum prius posteriusve accipiens, hoc ipsum esse tempus affirmet, asserens hoc aliquid esse, motus autem verioris naturam prius posteriusque habentis neget aliquid esse, admodum ridiculus erit : quippe cum motui cuidam inanimato concedat prius atque posterius, ac præterea penes se tempus habere, motui autem, per quem et hic imitatione quadam nascitur, minime id concedat : a quo tamen ipsum prius atque posterius primo manavit, cum sit motus efficax per se ipsum : et quemadmodum actiones suas generat singulas, sic et continuam producat successionem, simulque cum genitura transitum

καὶ ἅμα τῇ γεννήσει, καὶ τὴν μετάβασιν αὐτῶν. Διὰ τί οὖν ταύτην μὲν τὴν κίνησιν τὴν τοῦ παντὸς ἀνάγομεν εἰς περιοχὴν ἐκείνης, καὶ ἐν χρόνῳ φαμέν, οὐχὶ δέ γε καὶ τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν τὴν ἐν αὐτῇ ἐν διεξόδῳ οὖσαν ἀϊδίῳ; ἢ ὅτι τὸ πρὸ αὐτῆς ἐστιν αἰὼν, οὐ συμπαραθέων οὐδὲ συμπαρατείνων αὐτῇ. Πρώτη οὖν αὐτὴ εἰς χρόνον, καὶ χρόνον ἐγέννησε, καὶ σὺν τῇ ἐνεργείᾳ αὐτῆς ἔχει. Πῶς οὖν πανταχοῦ; ὅτι κἀκείνη οὐδενὸς ἀφέστηκε τοῦ κόσμου μέρους, ὥσπερ οὐδ' ἡ ἐν ἡμῖν οὐδενὸς ἡμῖν μέρους. Εἰ δέ τις ἐν οὐχ ὑποστάσει ἢ ἐν οὐχ ὑπάρξει τὸν χρόνον λέγοι, δηλονότι ψεύδεσθαι, καὶ τὸ θεὸν αὐτὸν, ὅταν λέγῃ ἦν καὶ ἔσται· οὕτω γὰρ ἔσται καὶ ἦν, ὡς τὸ ἐν ᾧ λέγει αὐτὸν ἔσεσθαι. Ἀλλὰ πρὸς τοὺς τοιούτους ἄλλος τρόπος λόγων. Ἐκεῖνο δὲ ἐνθυμεῖσθαι δεῖ πρὸς ἅπασι τοῖς εἰρημένοις, ὡς ὅταν τις τὸν κινούμενον ἄνθρωπον λαμβάνῃ, ὅσον προελήλυθε, καὶ τὴν κίνησιν λαμβάνει ὅση, καὶ ὅταν τὴν κίνησιν, οἷον τὴν διὰ σκελῶν, ὁρᾷ, τούτῳ καὶ τὸ πρὸ τῆς κινήσεως ταύτης ἐν αὐτῷ κίνημα, ὅτι τοσοῦτον ἦν, εἴ γε ἐπὶ τοσοῦτον συνεῖχε τὴν κίνησιν τοῦ σώματος. Τὸ μὲν δὴ σῶμα τὸ κινούμενον τὸν τοσόνδε χρόνον ἀνάξει ἐπὶ τὴν κίνησιν τὴν τοσήνδε (αὕτη γὰρ αἰτία) καὶ τὸν χρόνον ταύτης, ταύτην δὲ ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν, ἥτις τὰ ἴσα διεστήκει. Τὴν οὖν κίνησιν τῆς ψυχῆς, εἰς τί; εἰς ὃ γὰρ ἐθελήσει, ἀδιάστατον ἤδη. Τοῦτο τοίνυν τὸ πρώτως, καὶ τὸ ἐν ᾧ τὰ ἄλλα· αὐτὸ δὲ οὐκέτι ἐν ᾧ· οὐ γὰρ ἕξει· τοῦτο τοίνυν τὸ πρώτως. Καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦ παντὸς ὡσαύτως. Ἆρ' οὖν καὶ ἐν ἡμῖν ὁ χρόνος; ἢ ἐν ψυχῇ τῇ τοιαύτῃ πάσῃ, καὶ ὁμοειδῶς ἐν πᾶσι, καὶ αἱ πᾶσαι μία. Διὸ οὐ διασπασθήσεται ὁ χρόνος, ἐπεὶ οὐδ' ὁ αἰὼν, ὁ κατ' ἄλλο ἐν τοῖς ὁμοειδέσι πᾶσιν.

quoque efficiat actionum. Cur nam igitur motum quidem hunc universi reducimus in illius ambitum, et in tempore versari fatemur : non tamen et motum animæ in se vigentem, perpetuaque discursione progredientem ? Forsan quia, quod super hunc motum exstat, æternitas est, neque concurrens cum motione, neque simul extendens aut extensa. Primus igitur ille motus respicit tempus et generat, simulque cum sua possidet actione. Quo igitur modo tempus est ubique? Quoniam videlicet anima vitaque illa motusque vitalis a nulla usquam mundi parte abest : quemadmodum et talis in nobis vita partem nostri deserit nullam. Si quis autem objiciat, tempus in quadam non substantia, sive non existentia versari, mentiri enim circa ipsum esse, quemadmodum de deo dicitur, mentiri nos circa ipsum erat et erit : sic enim erat et erit, ut illud in quo quis dicat ipsum fore : quidnam dicemus? Verum ad hæc alia quædam ratio disputandi requiritur. Hoc autem animadvertendum est in præsentia ad ea, quæ dicta sunt, quod, quando quis circa hominem, qui movetur, considerat, quantum processit, quantus quoque sit motus, agnoscit, et quando motum velut per crura progressum judicat, simul motionem ipsam ante hunc progressum in homine cogitat, videlicet fuisse tantam : si quidem in tantum usque corporis progressionem regendo continuavit. Corpus quidem motum tanto tempore rediget in motum proprie tantum (hæc enim causa est), et in hujus tempus, hunc vero motum in ipsum animæ motum, qui secundum æqualia produxerat intervallum. Ipsum itaque motum animæ in quid potissimum referemus? Certe in quodcumque referre volueris, in aliud desines prorsus indistans. Hoc igitur hic exsistit primo, ipsumque est, in quo cetera continentur : ipsum vero non amplius in alio. Non enim habere potest, quo comprehendatur. Hoc igitur primo regnat. In anima quoque totius similiter se res habet. Num igitur et in nobis est tempus? Forsan in omni anima tali, et uniformiter est in omni, et omnes quodammodo sunt una. Quapropter non dispergetur tempus : quandoquidem neque æternitas, quæ secundum aliud in uniformibus cunctis exsistit.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Η.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΚΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΝΟΣ.

ENNEADIS III

LIBER VIII.

DE NATURA, ET CONTEMPLATIONE, ET UNO.

(313,344.) [630—632.]

Proœmium de contemplatione.

Παίζοντες δὴ τὴν πρώτην, πρὶν ἐπιχειρεῖν σπουδάζειν, εἰ λέγοιμεν, πάντα θεωρίας ἐφίεσθαι, καὶ εἰς τέλος τοῦτο βλέπειν, οὐ μόνον ἔλλογα, ἀλλὰ καὶ ἄλογα ζῶα, καὶ τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς φύσιν, καὶ τὴν ταῦτα γεννῶσαν γῆν, καὶ πάντα τυγχάνειν, καθ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, κατὰ φύσιν ἔχοντα, ἄλλα δὲ ἄλλως, καὶ θεωρεῖν καὶ τυγχάνειν, καὶ τὰ μὲν ἀληθῶς, τὰ δὲ μίμησιν καὶ εἰκόνα τούτου λαμβάνοντα· ἆρ' ἂν τις ἀνάσχοιτο τὸ παρὰ δόξαν τοῦ λόγου; ἢ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ γιγνομένου κίνδυνος οὐδεὶς ἐν τῷ παίζειν τὰ αὐτῶν γενήσεται; ἆρ' οὖν καὶ ἡμεῖς παίζοντες ἐν τῷ παρόντι θεωροῦμεν, ἢ καὶ ἡμεῖς, καὶ πάντες ὅσοι παίζουσι, τὸ τοιοῦτο ποιοῦσι, καὶ τούτου γε παίζουσιν ἐφιέμενοι; καὶ κινδυνεύει, εἴτε τις παῖς εἴτε ἀνὴρ παίζει ἢ σπουδάζει, θεωρίας ἕνεκεν ὁ μὲν σπουδάζειν, ὁ δὲ παίζειν, καὶ πρᾶξις πᾶσα εἰς θεωρίαν τὴν σπουδὴν ἔχειν, ἡ μὲν ἀναγκαία καὶ ἐπιπλέον τὴν θεωρίαν ἕλκουσα πρὸς τὸ ἔξω, ἡ δὲ ἐκουσίως λεγομένη ἐπ' ἔλαττον μέν, ὅμως δὲ καὶ αὐτὴ ἐφέσει θεωρίας γιγνομένη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· νῦν δὲ λέγωμεν περί τε γῆς αὐτῆς, καὶ δένδρων, καὶ ὅλως φυτῶν, τίς αὐτῶν ἡ θεωρία, καὶ πῶς τὰ παρ' αὐτῆς ποιούμενα καὶ γεννώμενα ἐπὶ τὴν τῆς θεωρίας ἀνάζωμεν ἐνέργειαν, καὶ πῶς ἡ φύσις, ἣν ἀφάνταστόν φασι καὶ ἄλογον εἶναι, θεωρίαν τε ἐν αὐτῇ ἔχει, καὶ, ἃ ποιεῖ, διὰ θεωρίαν ποιεῖ, ἣν οὐκ ἔχει, καὶ πῶς.

Si, antequam agamus serio, quasi per jocum dicamus, omnia contemplationem appetere, et ad finem ejusmodi vergere, non rationalia tantum animalia, sed etiam ratione carentia: quin etiam naturam plantarum et terram denique hæc omnia generantem: item contemplationem omnia consequi, quatenus naturalis cujusque habitus capere potest: alia vero aliter contemplari et consequi, et alia quidem re vera, alia vero per imitationem imaginemque attingere: si, inquam, ita dixerimus, numquid novum hoc præter opinionem adductum quisquam a nobis accipiet? Forsan cum tale quiddam inter nos et ad nos agatur, periculum nullum subibimus, dum in re nostra ludemus. Numquid et nos jocantes ludentesve in præsentia contemplamur? An forte et nos, et omnes, quicumque jocantur et ludunt, hoc agunt, hujusque appetitione jocantur? videturque sive puer aliquis, sive vir ludat, aut serio studeat, contemplationis gratia hic quidem studere, ille vero ludere atque jocari, tum quælibet actio ad contemplationem intendere studium: et necessaria quidem actio longius speculationem ad externa protrahere, actio vero liberior brevius quidem educere, simul autem ipsa quoque speculationis desiderio fieri. Sed hæc quidem opportunius in sequentibus: nunc vero de terra, et arboribus, et omnino de plantis consideremus, quænam horum speculatio sit, et quo pacto, quæ inde fiunt atque gignuntur, in speculationis actionem redigere valeamus: denique qua ratione natura, quam imaginationis rationisque expertem dicunt, contemplationem habeat in se ipsa, et, quæ facit per contemplationem, quam ipsa non habet, efficiat, et quo pacto perficiat.

Natura in se manens per rationes seminales format materiam sine electione et instrumento.

Α'. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε χεῖρες ἐνταῦθα, οὔτε πόδες, οὔτε τι ὄργανον ἐπακτὸν ἢ σύμφυτον, ὕλης δὲ δεῖ ἐφ' ἧς ποιήσει, καὶ ἣν ἐν εἴδει ποιεῖ, παντί που δῆλον. Δεῖ δὲ καὶ τὸ μοχλεύειν ἀφελεῖν ἐκ τῆς φυσικῆς ποιήσεως. Ποῖος γὰρ ὠθισμὸς ἢ τίς μοχλεία χρώματα ποικίλα καὶ παντοδαπὰ καὶ σχήματα ποιεῖ; ἐπεὶ οὐδὲ οἱ κηροπλάσται, ἢ κοροπλάσται, εἰς οὓς δὴ καὶ βλέποντες φήθησαν τὴν τῆς φύσεως δημιουργίαν τοιαύτην εἶναι, χρώματα δύνανται ποιεῖν, μὴ χρώματα ἀλλαχόθεν ἐπάγοντες οἷς ποιοῦσιν. Ἀλλὰ γὰρ ἐχρῆν, συνοῦντας, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν τὰς τέχνας τὰς τοιαύτας μετιόντων δεῖ τι ἐν αὐτοῖς μένειν, καθ' ὃ μένον διὰ χειρῶν ποιήσουσιν, ἃ αὐτῶν ἔργα, ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἀνελθεῖν τῆς φύσεως καὶ αὐτοὺς, καὶ συνιέναι, ὡς μένειν δεῖ καὶ ἐνταῦθα τὴν δύναμιν, τὴν οὐ διὰ χειρῶν ποιοῦσαν, καὶ πᾶσαν μένειν· οὐ γὰρ δὴ δεῖται τῶν μὲν ὡς μενόντων, τῶν δὲ ὡς κινουμένων. Ἡ γὰρ ὕλη τὸ κινούμενον· αὐτῆς δὲ οὐδὲν κινούμενον· ἡ ἐκεῖνο οὐκ ἔσται τὸ κινοῦν πρώτως, οὐδὲ ἡ φύσις τοῦτο, ἀλλὰ τὸ ἀκίνητον τὸ ἐν τῷ

I. Quod igitur hic neque manus sint, neque pedes, neque aliquod instrumentum, vel adventicium vel cognatum; materia vero opus sit, in qua faciat quamve ponat in specie, ferme unicuique constat. Neque vero putandum est, naturam sic suum opus efficere, velut impellendo atque premendo. Qualis enim impulso sive pressura varios omniformesque colores et figuras efficere potest? quandoquidem neque ceræ fictores formatoresque similes, quos puparios nominant, quosve intuentes aliquid putaverunt naturæ ipsius opificium esse persimile, facere colores possunt, nisi hos aliunde operibus suis adhibeant. Operæ pretium erat considerare, quemadmodum in artium ejusmodi tractatoribus oportet intus aliquid permanere, secundum quod permanens per manus opera fabricent: similiter esse tale aliquid in natura, quod quidem sit potestas quædam permanens et absque manuum ministerio fabricans: permanens, inquam, tota: non enim indiget aliis quidem velut manentibus, aliis autem quasi motis. Materia namque est id, quod ibi movetur, in ipsa vero potestate movetur nihil: alioquin, quod movebitur, non erit primo movens, neque id erit ipsa natura, sed ipsum, quod in toto consistit, immobile. Ob-

καὶ θεωρήματα τὸ πρῶτον. Τὸ λογιστικὸν οὖν αὐτῆς ἄνω, πρὸς τὸ ἄνω ἀεὶ πληρούμενον καὶ ἑλλαμπόμενον, μένει ἐκεῖ, τὸ δὲ τῇ τοῦ μεταλαβόντος πρώτῃ μεταλήψει μεταλαμβάνον· πρόεισι γὰρ ἀεὶ ζωὴ ἐκ ζωῆς. Ἐνέργεια γὰρ πανταχοῦ φθάνει, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτου ἀποστατεῖ· προϊοῦσα μέντοι ἐᾷ τὸ πρότερον τὸ ἑαυτῆς πρόσθεν μέρος, οὗ καταλέλοιπε μένειν. Ἀπολιποῦσα γὰρ τὸ πρόσθεν οὐκέτι ἔσται πανταχοῦ, ἀλλ' ἐν ᾧ τελευτᾷ μόνον· οὐκ ἴσον δὲ τὸ πρεῖον τῷ μείναντι. Εἰ οὖν πανταχοῦ δεῖ γίγνεσθαι, καὶ μὴ εἶναι, ὅπου μὴ, τὴν ἐνέργειαν τὴν αὐτὴν, ἀεί τε τὸ πρότερον ἕτερον τοῦ ὑστέρου, ἥκει δὲ ἡ ἐνέργεια ἐκ τῆς θεωρίας ἢ πράξεως· πρᾶξις δὲ οὔπω ἦν· οὐ γὰρ οἷόν τε πρὸ θεωρίας, ἀνάγκη ἀσθενεστέραν μὲν ἑτέραν ἑτέρας εἶναι, πᾶσαν δὲ θεωρίαν· ὥστε τὴν κατὰ τὴν θεωρίαν πρᾶξιν δοκοῦσαν εἶναι τὴν ἀσθενεστάτην θεωρίαν εἶναι. Ὁμογενὲς γὰρ ἀεὶ δεῖ τὸ γεννώμενον εἶναι, ἀσθενέστερον μὲν τῷ ἐξίτηλον καταβαῖνον γίγνεσθαι. Ἀφοφητὶ μὲν δὴ πάντα, ὅτι μηδὲν ἐμφανοῦς καὶ τῆς ἔξωθεν θεωρίας ἢ πράξεως δεῖται. Καὶ ψυχὴ δὲ ἡ θεωροῦσα, καὶ τὸ οὕτως θεωρῆσαν, ἅτε ἐξωτέρω καὶ οὐχ ὡσαύτως τῷ πρὸ αὐτῆς, τὸ μετ' αὐτὴν ποιεῖ, καὶ θεωρία τὴν θεωρίαν ποιεῖ. Καὶ γὰρ οὐκ ἔχει πέρας ἡ θεωρία, οὐδὲ τὸ θεώρημα. Διὰ τοῦτο δὲ, ἢ καὶ διὰ τοῦτο πανταχοῦ. Ποῦ γὰρ οὐχί; ἐπεὶ καὶ ἐν πάσῃ ψυχῇ τὸ αὐτό. Οὐ γὰρ περιγέγραπται μεγέθει· οὐ μὴν ὡσαύτως ἐν πᾶσιν, ὥστε οὐδὲ ἐν παντὶ μέρει ψυχῆς ὁμοίως. Διὸ ὁ ἡνίοχος τοῖς ἵπποις δίδωσιν, ὃ εἶδεν· οἱ δὲ, λαβόντες, δῆλον ὅτι ὀρέγοιντο ἄν, ὧν εἶδον· ἔλαβον γὰρ οὐ πᾶν. Ὀρεγόμενοι δὲ εἰ πράττοιεν, οὗ ὀρέγονται ἕνεκα πράττουσιν. Ἦν δὲ θεώρημα καὶ θεωρία ἐκεῖνο.

tionalis itaque pars ejus illa superna penes superna impleta semper atque illustrata ibi permanet : pars vero altera participat ejus, quæ in prima participatione participavit : procedit enim vita semper ex vita. Nam actus per omnia currit et nusquam abest : progressa tamen concedit priorem sui partem, ubi quodammodo dereliquit manere. Nam si prorsus amiserit primam, non amplius erit ubique, sed in quod desinit tantum : neque tamen æquale est procedens conquiescenti. Si igitur oportet per omnia fieri, neque restare locum, ubi non sit actio eadem, et quod prius est, semper est aliud, quam posterius ; procedit autem actio ex contemplatione vel actione, sed tandem ex contemplatione, quando videlicet actio nondum erat ; nam ante contemplationem esse non potest : si res, inquam, ita se habet, necessarium est debiliorem quidem alteram esse altera, omnem vero contemplationem esse : adeo ut et quæ actio secundum contemplationem videtur esse, non aliud sit, quam debilissima contemplatio quædam. Oportet enim semper, quod gignitur, quodammodo quidem congruere genere, evadere tamen infirmius : quippe cum exile fiat paulatim ipso descensu. Suaviter quidem et quiete procedunt omnia, quoniam contemplatione vel actione extrinsecus apparente non indigent. Anima quidem ipsa e summa specula contemplatur, et quod ita contemplatur, utpote quod surgit exterius, neque eodem modo cum eo, quod ante ipsam, certe, quod post ipsam, efficit : contemplatio certe contemplationem gignit. Neque enim habet terminum contemplatio ipsa vel etiam contemplamen : ob hoc autem et procedit et per cuncta progreditur. Quid enim prohibet, quominus per omnia diffundatur ? quandoquidem et in omni anima idem est contemplamen. Non enim est magnitudine circumscriptum, non tamen in omnibus eodem modo : quapropter neque modo eodem in qualibet animæ parte. Hinc utique apud Platonem animæ auriga, quod vidit, equis impertit : hi vero inde accipiunt, utpote qui, quæ viderunt, affectant : universum enim non acceperunt. Quodsi affectantes agant, ejus gratia, quod desiderant, agent. Id autem est contemplamen ipsum atque contemplatio.

Quod finis sit contemplativa vita. Item, quod in anima sunt rationes rerum, et cum ipsa in eas actu se profert, tunc re vera cognoscit.

Ε'. Ἡ ἄρα πρᾶξις ἕνεκα θεωρίας καὶ θεωρήματος, ὥστε καὶ τοῖς πράττουσιν ἡ θεωρία τέλος Καὶ οἷον ἐξ εὐθείας ὃ μὴ ἠδυνήθησαν λαβεῖν, τοῦτο περιπλανώμενοι ἑλεῖν ζητοῦσι. Καὶ γὰρ αὖ ὅταν τύχωσιν οὗ βούλονται, ὃ γενέσθαι ἠθέλησαν, οὐχ ἵνα μὴ γνῶσιν, ἀλλ' ἵνα γνῶσι, καὶ παρὸν ἴδωσιν ἐν ψυχῇ, δῆλον ὅτι κείμενον θεατὸν, ἐπεὶ καὶ ἀγαθοῦ χάριν πράττουσι· τοῦτο δὲ οὐχ ἵνα ἔξω αὐτῶν, οὐδ' ἵνα μὴ ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα ἔχωσι τὸ ἐκ τῆς πράξεως ἀγαθόν. Τοῦτο δὲ ποῦ; ἐν ψυχῇ. Ἀνέκαμψεν οὖν πάλιν ἡ πρᾶξις εἰς θεωρίαν. Ὃ γὰρ ἐν ψυχῇ λαμβάνει λόγῳ οὔσῃ, τί ἂν ἄλλο ἢ λόγος σιωπῶν εἴη ; καὶ μᾶλλον, ὅσῳ μᾶλλον. Τότε γὰρ καὶ ἡσυχίαν ἄγει, καὶ οὐδὲν ζητεῖ, ὡς πληρωθεῖσα, καὶ ἡ θεωρία ἡ ἐν τῷ τοιούτῳ τῷ πιστεύειν ἔχειν εἴσω κεῖται· καὶ ὅσῳ ἐνεργεστέρα ἡ πίστις, ἡσυχικωτέρα καὶ ἡ θεωρία, ἢ μᾶλλον εἰς ἓν ἄγει, καὶ τὸ γιγνῶσκον ὅσῳ γινώσκει (ἤδη γὰρ σπουδαστέον), εἰς ἓν τῷ γνωσθέντι ἔρχεται. Εἰ γὰρ δύο, τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο ἔσται. Ὥστε οἷον παράκειται καὶ τὸ διπλοῦν τοῦτο οὔπω οἰκείωσεν· οἷον ὅταν ἐνόντες λόγοι ἐν ψυχῇ μηδὲν πω̃σι. Διὸ δεῖ μὴ ἔξωθεν τὸν λόγον εἶναι, ἀλλ'

V. Actio igitur contemplationis contemplaminisque gratia fit : quapropter agentium quoque finis contemplatio est. Nempe, quod recta via consequi non potuerunt, id quasi per ambages capessere moliuntur : idem quoque provenit, quando, quod cupiunt, assequuntur : quod quidem adesse volebant : non ita quidem, ut non cognoscant, sed ut agnoscant jam acquisitum, et in anima præsens inspiciant, velut spectandi gratia ibi situm : quoniam et boni gratia semper agunt : hoc autem non ut extra eos sit positum, et in se minime habeant, sed ut, quod ex actione bonum fit, ipsi possideant. Sed hoc ubinam ? Certe in anima. Quapropter actio rursus in contemplationem ipsam relabitur. Quod enim quis anima capit, quæ ratio quædam est, quidnam aliud est, quam ratio silens ? et quo magis ratio, eo magis silens, atque vicissim. Tunc enim et quietem agit, et, utpote plena, nihil ultra requirit : atque contemplatio in ejusmodi habitu constituta ob ipsam possidendi fiduciam intrinsecus conquiescit. Et quo certior fides, eo quietior contemplatio : quæ quidem potius in unum redigit animam. Et hac quidem ratione cognoscens ipsum quatenus cognoscit (jam enim serio agendum est) in unum cum re cognita provenit. Si enim duo sint, hoc quidem aliud, illud vero aliud erit. Quapropter velut adjacens quiddam esse videbitur : atque id ipsum duplex nondum veram contraxit familiaritatem, velut quando rationes exsistentes in animo nihil agunt. Quocirca rationem

ἐνωθῆναι τῇ ψυχῇ τοῦ μανθάνοντος, ἕως ἂν οἰκεῖον εὑρῃ. Ἡ μὲν οὖν ψυχὴ, ὅταν οἰκειωθῇ καὶ διατεθῇ, ὅως προφέρει καὶ προχειρίζεται. Ὁ γὰρ πρώτως εἶχε, καὶ καταμανθάνει, καὶ τῇ προχειρίσει οἷον ἑτέρα αὐτῆς γίγνεται, καὶ διανοουμένη βλέπει, ὡς ἄλλο ὂν ἄλλο· καίτοι καὶ αὐτὴ λόγος ἦν, καὶ οἷον νοῦς, ἀλλ' ὁρῶν ἄλλο. Ἔστι γὰρ οὐ πλήρης, ἀλλὰ ἐλλείπει τῷ πρὸ αὐτῆς· ὁρᾷ μέντοι καὶ αὐτὴ ἡσύχως, ἃ προφέρει. Ἃ μὲν γὰρ οὐ προήνεγκεν, οὐκέτι προφέρει· ἃ δὲ προφέρει, τῷ ἐλλειπεῖ προφέρει εἰς ἐπίσκεψιν, καταμαθοῦσα, ὃ ἔχει. Ἐν δὲ τοῖς πρακτικοῖς ἐφαρμόττει, ἃ ἔχει, τοῖς ἔξω· καὶ τῷ μὲν μᾶλλον ἔχειν ἡ ἡ φύσις, ἡσυχαιτέρα, καὶ τῷ πλέον, θεωρητικὴ μᾶλλον, τῷ δὲ μὴ τελέως, ἐφιεμένη μᾶλλον ἔχειν τὴν τοῦ θεωρητοῦ καταμάθησιν καὶ θεωρίαν, τὴν ἐξ ἐπισκέψεως· καὶ ἀπολείπουσα δὲ καὶ ἐν ἄλλοις γιγνομένη, εἶτ' ἐπανιοῦσα, πάλιν θεωρεῖ τῷ ἀπολειφθέντι αὐτῆς μέρει· ἡ δὲ στᾶσα ἐν αὐτῇ ἧττον τοῦτο ποιεῖ. Διὸ ὁ σπουδαῖος λελόγισται ἤδη, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ πρὸς ἄλλον ἀποβαῖνει· πρὸς δὲ αὐτὸν, ὄψις. Ἤδη γὰρ οὗτος πρὸς τὸ ἓν, καὶ πρὸς τὸ ἡσυχον, οὐ μόνον τῶν ἔξω, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ πάντα εἴσω.

oportet non externum aliquid esse, sed animo addiscentis uniri, quousque proprium jam inveniat. Anima igitur, quando rationi familiaris evadit atque afficitur, simul profert et expedita jam prodit in actum. Quod enim habebat prius, animadvertit atque ipsa in promptum expeditione, quasi altera fit a se ipsa, et ab illo altera fuisse cognoscitur, et excogitans aspicit aliud, tanquam et ipsa sit aliud : quanquam ipsa etiam ratio est et tanquam intellectus, sed aliud intuens. Non enim plena est, sed ab eo, quod est superius, deficit; aspicit tamen et ipsa tranquille, quæ profert. Quæ enim non protulit, nondum profert : quæ vero profert, ex defectu quodam in considerationem promit, quod habet, animadvertens. At in rebus agendis jam externis, quæ intus habet, accommodat, atque ex eo, quod magis possidet, quam natura, possidet et quietius : et ex eo, quod plus habet, speculativa magis exsistit. Rursus ex eo, quod non perfecte habet, cupit magis habere prospectæ rei perceptionem speculationemque ex considerationis discursione provenientem. Cum vero priorem reliquerit habitum, et in alia pertransiverit, deinde regressa iterum contemplatur, parte ejus hactenus derelicta : at altera permanens in se ipsa minus id efficit. Quam ob rem probus animus jam ipsa ratio est effectus, et, quod penes se ipsum est, aliis quoque demonstrat : ad se ipsum vero, visus. Jam enim hic ad unum est collatus et ad quietum, non solum quoad externa, pertinet : sed quoad se ipsum, et intus denique cuncta.

Confirmatur, quod omnia fiunt a contemplatione, et ideo sunt contemplationes quædam, et, quicquid agunt, contemplationis gratia faciunt.

Ϛ'. Ὅτι μὲν οὖν πάντα τά τε ὡς ἀληθῶς ὄντα ἐκ θεωρίας, καὶ θεωρία, καὶ τὰ ἐξ ἐκείνων γενόμενα, θεωρούντων ἐκείνων, καὶ αὐτὰ θεωρήματα, τὰ μὲν αἰσθήσει, τὰ δὲ γνώσει ἢ δόξῃ. Καὶ αἱ πράξεις τὸ τέλος ἔχουσιν εἰς γνῶσιν· καὶ ἡ ἔφεσις γνώσεως· καὶ αἱ γενέσεις ἀπὸ θεωρίας εἰς ἀποτελεύτησιν εἴδους καὶ θεωρήματος ἄλλου· καὶ ὅλως μιμήματα ὄντα ἕκαστα τῶν τοιούτων θεωρήματα ποιεῖ καὶ εἴδη· καὶ αἱ γιγνόμεναι ὑποστάσεις, μιμήσεις ὄντων οὖσαι, ποιοῦντα δεικνῦσι τέλος ποιούμενα, οὐ τὰς ποιήσεις, οὐδὲ τὰς πράξεις, ἀλλὰ τὰ ἀποτελέσματα, ἵνα θεωρηθῇ. Καὶ τοῦτο καὶ αἱ διανοήσεις ἰδεῖν ἐθέλουσι, καὶ ἔτι πρότερον αἱ αἰσθήσεις, αἷς τέλος ἡ γνῶσις· καὶ ἔτι πρὸ τούτων ἡ φύσις τὸ θεώρημα τὸ ἐν αὐτῇ καὶ τὸν λόγον ποιεῖ, ἄλλον λόγον ἀποτελοῦσα. Τὰ μὲν ἦν αὐτόθεν λαβεῖν, τὰ δ' ὑπέμεινεν ὁ λόγος δῆλόν που, ἐπεὶ κἀκεῖνο δῆλον, ὡς ἀναγκαῖον ἦν τῶν πρώτων ἐν θεωρίᾳ ὄντων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐρίεσθαι τούτου, εἴπερ τέλος ἅπασιν ἡ ἀρχή. Ἔτι καὶ, ὅταν τὰ ζῶα γεννᾷ, οἱ λόγοι ἔνδον ὄντες κινοῦσι· καὶ ἔστιν ἐνέργεια θεωρίας τοῦτο, καὶ ὠδὶς τῷ πολλὰ ποιεῖν εἶδη, καὶ πολλὰ θεωρήματα, καὶ λόγων πληρῶσαι πάντα, καὶ οἷον ἀεὶ θεωρεῖν. Τὸ γὰρ ποιεῖν εἶναί τι εἶδός ἐστι ποιεῖν· τοῦτο δέ ἐστι, πάντα πληρῶσαι θεωρίας. Καὶ αἱ ἁμαρτίαι δὲ, αἵ τε ἐν τοῖς γινομένοις, αἵ τε ἐν τοῖς πραττομένοις, θεωρούντων εἰσὶν, ἐκ τοῦ θεωρητοῦ παραφορά. Καὶ ὅ γε κακὸς τεχνίτης ἔοικεν αἰσχρὰ εἴδη ποιοῦντι· καὶ οἱ ἐρῶντες δὲ ἰδόντων καὶ πρὸς εἶδος σπευδόντων.

VI. Quemadmodum igitur partim per se constat, partim ratio indicavit : omnia ex contemplatione contemplationesque sunt, cum vere exsistentia, tum ex his genita : his videlicet contemplantibus, ipsa facta jam contemplamina, vel sensui, vel cognitioni, vel opinioni passim se offerentia. Actiones præterea in cognitionem diriguntur, ut finem : appetitio quoque affectat cognitionem : generationes insuper a contemplatione trahentes exordium in speciem specimenque aliud desinunt fabricandum, et omnino singula causarum efficientium imitamina passim spectacula speciesque efficiunt : factæ quoque substantiæ, velut entium imitamina, declarant efficientes causas spectare tanquam finem, non effectiones, non actiones, sed opificium ipsum, ad hoc ipsum, ut contuentibus sit spectaculum. Quin etiam cogitationes hoc ipsum videre percupiunt : atque etiam prius ipsi sensus, quorum finis cognitio est. Rursus ante hæc ipsa natura specimen in se rationemque possidens, aliam præterea generat rationem. Proinde constat, cum ipsa omnium prima in contemplatione consistant, cetera omnia contemplationem ipsam necessario capere : si quidem finis omnibus propositus est, quod est et principium. Jam vero et quando animalia generant, rationes intus seminales stimulant ad gignendum, idque totum contemplationis actio est, stimulusque affectans multas jam species fabricare variaque spectacula, et implere rationibus omnia et quasi perpetuo contueri. Facere enim, ut sit aliquid, est speciem quandam efficere; id autem est contemplatione omnia prorsus implere. Præterea errata cum in his, quæ gignuntur, tum in his, quæ aguntur, nihil aliud esse videntur, quam contemplantium casus et diversio quædam ab ipso contemplationis objecto. Artifex quinetiam iners ei similis judicatur, qui deformes faciat formas. Denique amatores ipsi in eorum numero præcipue sunt, qui in aspiciendo versantur et ad speciem impensius properant.

In cognitione vera, cognoscens et cognitum idem est, aut fit idem. Item, prima forma est idem, quod vita, et intelligentia prima, ideoque hæc pariter per cuncta procedunt. Item, intellectus necessario est uniformis atque omniformis.

Ζ'. Ταῦτα μὲν οὕτως. Τῆς δὲ θεωρίας ἀναβαινούσης ἐκ τῆς φύσεως ἐπὶ τὴν ψυχήν, καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς νοῦν, καὶ ἀεὶ οἰκειοτέρων τῶν θεωριῶν γιγνομένων, καὶ ἑνουμένων τοῖς θεωροῦσι, καὶ ἐπὶ τῆς σπουδαίας ψυχῆς πρὸς τὸ αὐτὸ τῷ ὑποκειμένῳ ἰόντων τῶν ἐγνωσμένων, ἅτε εἰς νοῦν σπευδόντων· ἐπὶ τούτου δηλονότι ἤδη ἓν ἄμφω, οὐκ οἰκειώσει, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἀρίστης, ἀλλ' οὐσίᾳ, καὶ τῷ ταὐτὸν τὸ εἶναι καὶ τὸ νοεῖν εἶναι. Οὐ γὰρ ἔτι ἄλλο, τὸ δ' ἄλλο· πάλιν γὰρ αὖ ἄλλο ἔσται, ὃ οὐκέτι ἄλλο καὶ ἄλλο. Δεῖ οὖν τοῦτο εἶναι ἓν ὄντως ἄμφω· τοῦτο δέ ἐστι θεωρία ζῶσα, οὐ θεώρημα, οἷον τὸ ἐν ἄλλῳ. Τὸ γὰρ ἐν ἄλλῳ ζῶντι, ἐκεῖνο οὐκ αὐτόζωον. Εἰ οὖν ζήσεταί τι θεώρημα καὶ νόημα, δεῖ αὐτὸ ζωὴν εἶναι, οὐ φυτικὴν, οὐδὲ αἰσθητικὴν, οὐδὲ ψυχικὴν τὴν ἄλλην· νοήσεις μὲν γάρ πως καὶ ἄλλαι· ἀλλ' ἡ μὲν φυτικὴ νόησις, ἡ δὲ αἰσθητικὴ, ἡ δὲ ψυχική. Πῶς οὖν νοήσεις; ὅτι λόγοι, καὶ πᾶσα ζωὴ νόησίς τις, ἀλλὰ ἄλλη ἄλλης ἀμυδροτέρα, ὥσπερ καὶ ζωή· ἡ δὲ ἐναργεστέρα αὕτη καὶ πρώτη ζωὴ, καὶ πρῶτος νοῦς, εἷς· νόησις οὖν ἡ πρώτη ζωὴ, καὶ ζωὴ δευτέρα, νόησις δευτέρα, καὶ ἡ ἐσχάτη ζωὴ, ἐσχάτη νόησις. Πᾶσα οὖν ζωὴ ἡ τοῦ γένους τούτου καὶ νόησις· ἀλλὰ ζωῆς μὲν ἴσως διαφορὰς τάχα ἂν λέγοιμεν ἄνθρωποι, νοήσεων δὲ οὐ λέγουσιν, ἀλλὰ τὰς μὲν, τὰς δ' ὅλως οὐ νοήσεις, ὅτι ὅλως τὴν ζωὴν, ὅ τι ποτέ ἐστιν, οὐ ζητοῦσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνό γε ἐπισημαντέον, ὅτι πάλιν αὖ ὁ λόγος πάρεργον ἐνδείκνυται θεωρίας τὰ πάντα ὄντα. Εἰ τοίνυν ἡ ζωὴ ἀληθεστάτη νοήσει ζωή ἐστιν, αὕτη δὲ ταὐτὸν τῇ ἀληθεστάτῃ νοήσει, ἡ ἀληθεστάτη νόησις ζῇ, καὶ ἡ θεωρία καὶ τὸ θεώρημα τὸ τοιο το ζῶν καὶ ζωὴ, καὶ ἓν ὁμοῦ τὰ δύο. Πῶς αὖ τὰ πολλὰ τοῦτο τὸ ἕν; ἢ ὅτι οὐχ ἓν θεωρεῖ; ἐπεὶ, καὶ ὅταν τὸ ἓν θεωρῇ, οὐχ ὡς ἕν· εἰ δὲ μὴ, οὐ γίγνεται νοῦς, ἀλλὰ ἀρξάμενος ὡς ἕν, οὐχ ὡς ἦρξατο ἔμεινεν, ἀλλ' ἐλαθεν ἑαυτὸν πολὺς γενόμενος, οἷον βεβαρημένος, καὶ ἐξείλιξεν αὑτὸν, πάντα ἔχειν ἐθέλων, ὡς βέλτιον αὐτῷ μὴ ἐθελῆσαι τοῦτο. Δεύτερον γὰρ ἐγένετο· οἷον γὰρ κύκλος ἐξελίξας αὑτὸν γέγονε, καὶ σχῆμα, καὶ ἐπίπεδον, καὶ περιφέρεια, καὶ κέντρον, καὶ γραμμαί· καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω· βελτίω μὲν ὄθεν, χείρω δὲ εἰς ὅ. Τὸ γὰρ ἀφ' οὗ οὐκ ἦν τοιοῦτον, οἷον τὸ ἀφ' οὗ καὶ εἰς ὅ· οὐδὲ αὖ τὸ ἀφ' οὗ καὶ εἰς ὃ, οἷον τὸ ἀφ' οὗ μόνον. Καὶ ἄλλως δὲ ὁ νοῦς, οὐχ ἑνός τινος νοῦς, ἀλλὰ καὶ πᾶς· πᾶς δὲ ὢν, καὶ πάντων. Δεῖ οὖν αὐτὸν, πάντα ὄντα καὶ πάντων, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἔχειν πᾶν, καὶ πάντα· εἰ δὲ μὴ, ἕξει τι μέρος, οὐ νοῦν, καὶ συγκείσεται ἐξ οὐ νῶν, καὶ σωρός τις συμφορητὸς ἔσται, ἀναμένων τὸ γενέσθαι νοῦς ἐκ πάντων. Διὸ καὶ ἄπειρος οὕτως, καὶ εἴ τι ἀπ' αὐτοῦ, οὐκ ἠλάττωται, οὔτε τὸ ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι πάντα καὶ αὐτὸ, οὔτε ἐκεῖνος, ὃ ἐξ οὗ, ὅτι μὴ σύνθεσις ἦν ἐκ μορίων.

VII. De his quidem ita sit dictum. Cum vero contemplatio ab ipsa natura se attollat ad animam, et ab hac in mentem, semperque contemplationes magis propriæ familiaresque evadant, uniantur contemplantibus, et in anima per virtutem jam perfecta, in idem jam subjecto rediguntur, quæ cognoscuntur, utpote quæ ad ipsum properent intellectum : certe in hoc ipso intellectu jam ambo sunt unum, non per acquisitam quandam familiaritatem, ut in anima præstantissima fieri consuevit, sed potius per essentiam, atque ex eo, quod idem ibi est esse atque intelligere. Non enim illic amplius hoc quidem aliud, illud vero est aliud : alioquin rursus aliud quiddam erit, in quo non ulterius aliud erit et aliud. Oportet igitur in hoc ambo esse re vera unum : id autem est contemplatio vivens, non quidem quasi contemplamen in alio. Quod enim in alio vivente est, non est se ipso vivens. Si ergo vivet aliquod contemplamen, et (ut aiunt) intelliginen, oportet ipsum esse vitam non vegetalem, non sensualem, non animalem aliam (intelligentiæ namque quodammodo sunt et aliæ), sed hæc quidem vegetalis intelligentia, hæc autem sensualis, alia denique animalis. Quo igitur modo intelligentiæ sunt? Quia videlicet sunt rationes, et omnis vita est intelligentia quædam, sed alia tenuior alia, sicut et vita. Quæ vero clarior est et validior, vita prima est, et intellectus primus et unus : intelligentia igitur prima vita quoque prima est, atque secunda vita intelligentia quoque secunda : vita denique ultima postrema intelligentia est. Omnis itaque hujus generis vita etiam intelligentia judicatur : sed vitæ quidem differentias forsan dicere homines possent, intelligentiarum vero non dicunt, sed aiunt, alias quidem esse intelligentias, alias vero omnino non intelligentias esse, quoniam nullo modo, quid ipsa vita sit, quærunt. Sed illud præterea significandum : sermonem hunc nostrum rursus velut forte quadam ostendere, res omnes contemplationes esse. Si ergo vita verissima secundum ipsam intelligentiam vita est, hæc autem cum verissima intelligentia idem est, nimirum verissima intelligentia vivit atque contemplatio et ejusmodi contemplamen vivens est atque vita, et duo hæc sunt simul unum : unum igitur ea ipsa duo. Quanam igitur ratione unum hoc est multa? Fortasse quoniam non contemplatur unum. Nam si quando unum intuetur, non contuetur ut unum, aliquam non fieret intellectus : sed incipiens quidem ut unum, non permanet, ut incepit, sed clam quodammodo factus est multiplex, quasi jam gravidus, evolvitque se ipsum, volens omnia possidere : cui forsan satius exstitisset id minime exoptare. Ex hoc enim secundus evasit, non aliter quam circulus se ipsum explicans factus est et figura, et planum quiddam, circumferentiaque, et centrum, ac lineæ, et alia quidem sursum, alia vero deorsum : meliora quidem, unde procedit exordium, reliqua vero deteriora. Illud enim, a quo processio fit, non erat tale, quale id, a quo et in quod proceditur. Neque rursus illud, a quo simul atque in quod, tale erat, quale ipsum, a quo tantæ progressio inchoatur. Et aliter quidem mens, non mens alicujus mens, sed omnis. Omnis vero exsistens est et omnium. Oportet igitur intellectum cum omnia, tum omnium exsistentem partem quoque talem habere, ut una quæque omne sit atque omnia : sin minus, partem ab quam, quæ intellectus non sit, habebit : atque ex his, quæ non sunt intellectus, coacervabitur, eritque fortuitus quidam acervus, exspectans ab omnibus adminiculum, quo intellectus evadat. Quapropter et sic est infinitus, ac, quid ab eo manat intus, non comminuitur, vel quod ab ipso est, quoniam id quoque est omnia, vel ille, ex quo prodit intrinsecus, quoniam non erat ex pluribus compositio

ἑνωθῆναι τῇ ψυχῇ τοῦ μανθάνοντος, ἕως ἂν οἰκεῖον εὑρῃ. Ἡ μὲν οὖν ψυχή, ὅταν οἰκειωθῇ καὶ διατεθῇ, ὅμως προφέρει καὶ προχειρίζεται. Ὁ γὰρ πρώτως εἶχε, καὶ καταμανθάνει, καὶ τῇ προχειρίσει οἷον ἑτέρα αὐτῆς γίγνεται, καὶ διανοουμένη βλέπει, ὡς ἄλλο ὂν ἄλλο· καίτοι καὶ αὐτὴ λόγος ἦν, καὶ οἷον νοῦς, ἀλλ' ὁρῶν ἄλλο. Ἔστι γὰρ οὐ πλήρης, ἀλλὰ ἐλλείπει τῷ πρὸ αὐτῆς· ὁρᾷ μέντοι καὶ αὐτὴ ἡσύχως, ἃ προφέρει. Ἃ μὲν γὰρ οὐ προήνεγκεν, οὐκέτι προφέρει· ἃ δὲ προφέρει, τῷ ἐλλειπεῖ προφέρει εἰς ἐπίσκεψιν, καταμανθάνουσα, ὃ ἔχει. Ἐν δὲ τοῖς πρακτικοῖς ἐφαρμόττει, ἃ ἔχει, τοῖς ἔξω· καὶ τῷ μὲν μᾶλλον ἔχειν ἡ ἡ φύσις, ἡσυχικωτέρα, καὶ τῷ πλέον, θεωρητικὴ μᾶλλον, τῷ δὲ μὴ τελέως, ἐφιεμένη μᾶλλον ἔχειν τὴν τοῦ θεωρηθέντος καταμάθησιν καὶ θεωρίαν, τὴν ἐξ ἐπισκέψεως· καὶ ἀπολείπουσα δὲ καὶ ἐν ἄλλοις γιγνομένη, εἶτ' ἐπανιοῦσα, πάλιν θεωρεῖ τῷ ἀπολειφθέντι αὐτῆς μέρει· ἡ δὲ στᾶσα ἐν αὐτῇ ἧττον τοῦτο ποιεῖ. Διὸ ὁ σπουδαῖος λελόγισται ἥδη, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ πρὸς ἄλλον ἀποφαίνει· πρὸς δὲ αὐτὸν, ὄψις. Ἥδη γὰρ οὗτος πρὸς τὸ ἓν, καὶ πρὸς τὸ ἡσυχον, οὐ μόνον τῶν ἔξω, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ πάντα εἴσω.

oportet non externum aliquid esse, sed animo addiscentis uniri, quousque proprium jam inveniat. Anima igitur, quando rationi familiaris evadit atque afficitur, simul profert et expedita jam prodit in actum. Quod enim habebat prius, animadvertit atque ipsa in promptum expeditione, quasi altera fit a se ipsa, et ab illo altera fuisse cognoscitur, et excogitans aspicit aliud, tanquam et ipsa sit aliud : quanquam ipsa etiam ratio est et tanquam intellectus, sed aliud intuens. Non enim plena est, sed ab eo, quod est superius, deficit; aspicit tamen et ipsa tranquille, quæ profert. Quæ enim non protulit, nondum profert : quæ vero profert, ex defectu quodam in considerationem promit, quod habet, animadvertens. At in rebus agendis jam externis, quæ intus habet, accommodat, atque ex eo, quod magis possidet, quam natura, possidet et quietius : et ex eo, quod plus habet, speculativa magis exsistit. Rursus ex eo, quod non perfecte habet, cupit magis habere prospectæ rei perceptionem speculationemque ex considerationis discursione provenientem. Cum vero priorem reliquerit habitum, et in alia pertransiverit, deinde regressa iterum contemplatur, parte ejus hactenus derelicta : at altera permanens in se ipsa minus id efficit. Quam ob rem probus animus jam ipsa ratio est effectus, et, quod penes se ipsum est, aliis quoque demonstrat : ad se ipsum vero, visus. Jam enim hic ad unum est collatus et ad quietum, non solum quoad externa, pertinet : sed quoad se ipsum, et intus denique cuncta.

Confirmatur, quod omnia fiunt a contemplatione, et ideo sunt contemplationes quædam, et, quicquid agunt, contemplationis gratia faciunt.

Ϛ'. Ὅτι μὲν οὖν πάντα τά τε ὡς ἀληθῶς ὄντα ἐκ θεωρίας, καὶ θεωρία, καὶ τὰ ἐξ ἐκείνων γενόμενα, θεωρούντων ἐκείνων, καὶ αὐτὰ θεωρήματα, τὰ μὲν αἰσθήσει, τὰ δὲ γνώσει ἢ δόξῃ. Καὶ αἱ πράξεις τὸ τέλος ἔχουσιν εἰς γνῶσιν· καὶ ἡ ἔφεσις γνώσεως· καὶ αἱ γεννήσεις ἀπὸ θεωρίας εἰς ἀποτελεύτησιν εἴδους καὶ θεωρήματος ἄλλου· καὶ ὅλως μιμήματα ὄντα ἕκαστα τῶν ποιούντων θεωρήματα ποιεῖ καὶ εἴδη· καὶ αἱ γιγνόμεναι ὑποστάσεις, μιμήσεις ὄντων οὖσαι, ποιοῦντα δεικνῦσι τέλος ποιούμενα, οὐ τὰς ποιήσεις, οὐδὲ τὰς πράξεις, ἀλλὰ τὰ ἀποτελέσματα, ἵνα θεωρηθῇ. Καὶ τοῦτο καὶ αἱ διανοήσεις ἰδεῖν ἐθέλουσι, καὶ ἔτι πρότερον αἱ αἰσθήσεις, αἷς τέλος ἡ γνῶσις· καὶ ἔτι πρὸ τούτων ἡ φύσις τὸ θεώρημα τὸ ἐν αὐτῇ καὶ τὸν λόγον ποιεῖ, ἄλλον λόγον ἀποτελοῦσα. Τὰ μὲν ἦν αὐτόθεν λαβεῖν, τὰ δ' ὑπέμνησεν ὁ λόγος δῆλόν που, ἐπεὶ κἀκεῖνο δῆλον, ὡς ἀναγκαῖον ἦν τῶν πρώτων ἐν θεωρίᾳ ὄντων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐφίεσθαι τούτου, εἴπερ τέλος ἅπασιν ἡ ἀρχή. Ἐπεὶ καὶ, ὅταν τὰ ζῶα γεννᾷ, οἱ λόγοι ἔνδον ὄντες κινοῦσι· καὶ ἔστιν ἐνέργεια θεωρίας τοῦτο, καὶ ὠδὶς τοῦ πολλὰ ποιεῖν εἴδη καὶ πολλὰ θεωρήματα, καὶ λόγων πληρῶσαι πάντα, καὶ οἷον ἀεὶ θεωρεῖν. Τὸ γὰρ ποιεῖν εἶναί τι εἶδός ἐστι ποιεῖν· τοῦτο δέ ἐστι, πάντα πληρῶσαι θεωρίας. Καὶ αἱ ἁμαρτίαι δὲ, αἵ τε ἐν τοῖς γιγνομένοις, αἵ τε ἐν τοῖς πραττομένοις, θεωρούντων εἰσὶν, ἐκ τοῦ θεωρητοῦ παραφορά. Καὶ ὅ γε κακὸς τεχνίτης ἔοικεν αἰσχρὰ εἰδη ποιοῦντι· καὶ οἱ ἐρῶντες δὲ ἰδόντων καὶ πρὸς εἶδος σπευδόντων.

VI. Quemadmodum igitur partim per se constat, partim ratio indicavit : omnia ex contemplatione contemplationesque sunt, cum vere exsistentia, tum ex his genita : his videlicet contemplantibus, ipsa facta jam contemplamina, vel sensui, vel cognitioni, vel opinioni passim se offerentia. Actiones præterea in cognitionem diriguntur, ut finem : appetitio quoque affectat cognitionem : generationes insuper a contemplatione trahentes exordium in speciem specimenque aliud desinunt fabricandum, et omnino singula causarum efficientium imitamina passim spectacula speciesque efficiunt : factæ quoque substantiæ, velut entium imitamina, declarant efficientes causas spectare tanquam finem, non effectiones, non actiones, sed opificium ipsum, ad hoc ipsum, ut contuentibus sit spectaculum. Quin etiam cogitationes hoc ipsum videre percupiunt : atque etiam prius ipsi sensus, quorum finis cognitio est. Rursus ante hæc ipsa natura specimen in se rationemque possidens, aliam præterea generat rationem. Proinde constat, cum ipsa omnium prima in contemplatione consistant, cetera omnia contemplationem ipsam necessario cupere : si quidem finis omnibus propositus est, quod est et principium. Jam vero et quando animalia generant, rationes intus seminales stimulant ad gignendum, idque totum contemplationis actio est, stimulusque affectans multas jam species fabricare variaque spectacula, et implere rationibus omnia et quasi perpetuo contueri. Facere enim, ut sit aliquid, est speciem quandam efficere; id autem est contemplatione omnia prorsus implere. Præterea errata cum in his, quæ gignuntur, tum in his, quæ aguntur, nihil aliud esse videntur, quam contemplantium casus et diversio quædam ab ipso contemplationis objecto. Artifex quinetiam iners ei similis judicatur, qui deformes faciat formas. Denique amatores ipsi in eorum numero præcipue sunt, qui in aspiciendo versantur et ad speciem impensius properant.

αὐτὸ καὶ τὰ πάντα. Τὸ δὲ καθ' ἕκαστον τῶν πάντων πρῶτον μὲν τὸ αὐτὸ ἔσται ὁτιοῦν ὁτῳοῦν, ἔπειτα ὁμοῦ πάντα, καὶ οὐδὲν διακρινεῖ. Καὶ οὕτως οὐδὲν τῶν πάντων, ἀλλὰ πρὸ τῶν πάντων.

ante omnia, ut et omnia sint post ipsum. Sin vero dicatur ipsum esse singulatim secundum omnium unumquodque, primo quidem quodlibet cuilibet erit idem, deinde cuncta simul, nec unquam ulla discretio. Atque ita etiam ipsum nihil est omnium, sed potius super omnia.

Principium universi est unum ipsum super ens, quod neque movetur, neque dividitur, neque multiplicatur ullo modo, quando ab eo rerum multitudo procedit.

Θ'. Τί δὴ ὄν; δύναμις τῶν πάντων· ἧς μὴ οὔσης, οὐδ' ἂν τὰ πάντα, οὐδ' ἂν νοῦς, ζωὴ ἡ πρώτη καὶ πᾶσα. Τὸ γὰρ ὑπὲρ τὴν ζωὴν αἴτιον ζωῆς. Οὐ γὰρ ἡ τῆς ζωῆς ἐνέργεια, τὰ πάντα οὖσα, πρώτη, ἀλλ' ὥσπερ προχυθεῖσα αὐτὴ οἷον ἐκ πηγῆς. Νόησον γὰρ πηγὴν ἀρχὴν ἄλλην οὐκ ἔχουσαν, δοῦσαν δὲ ποταμοῖς πᾶσιν αὐτὴν, οὐκ ἀναλωθεῖσαν τοῖς ποταμοῖς, ἀλλὰ μένουσαν αὐτὴν ἡσύχως· τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς προελθόντας, πρὶν ἄλλον ἄλλῃ ῥεῖν, ὁμοῦ συνόντας ἔτι, ἤδη δὲ οἷον ἑκάστους εἰδότας, οἳ ἀφήσουσιν αὐτῶν τὰ ῥεύματα· ἡ ζωὴ φυτοῦ μεγίστου διὰ παντὸς ἐλθοῦσαν, ἀρχῆς μενούσης καὶ οὐ σκεδασθείσης περὶ πᾶν, αὐτῆς οἷον ἐν ῥίζῃ ἱδρυμένης· αὕτη τοίνυν παρέσχε μὲν τὴν πᾶσαν ζωὴν τῷ φυτῷ τὴν πολλήν· ἔμεινε δὲ αὐτὴ οὐ πολλὴ οὖσα, ἀλλ' ἀρχὴ τῆς πολλῆς· καὶ θαῦμα οὐδέν. Ἢ καὶ θαῦμα, πῶς τὸ πλῆθος τῆς ζωῆς ἐξ οὐ πλήθους ἦν, καὶ οὐκ ἦν τὸ πλῆθος, εἰ μὴ πρὸ τοῦ πλήθους ἦν, ὃ μὴ πλῆθος ἦν. Οὐ γὰρ μερίζεται εἰς τὸ πᾶν ἡ ἀρχὴ, μερισθεῖσα γὰρ ἀπώλεσεν ἂν καὶ τὸ πᾶν, καὶ οὐδ' ἂν ἔτι ἐγένετο, μὴ μενούσης τῆς ἀρχῆς ἐφ' ἑαυτῆς, ἑτέρας οὔσης. Διὸ καὶ ἡ ἀναγωγὴ πανταχοῦ ἐφ' ἕν, [καὶ ἐφ' ἑκάστου μέν τι ἕν, εἰς ὃ ἀνάξεις,] καὶ τόδε πᾶν, εἰς ἓν τὸ πρὸ αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς ἕν, ἕως τις ἐπὶ τὸ ἁπλῶς ἓν ἔλθῃ· τοῦτο δὲ οὐκέτι ἐπ' ἄλλο. Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ τοῦ φυτοῦ ἕν, [τοῦτο δὲ ἡ ἀρχὴ μένουσα,] καὶ τὸ τοῦ ζώου ἕν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἕν, καὶ τὸ τοῦ παντὸς ἓν λαμβάνοι, λαμβάνει ἑκασταχοῦ τὸ δυνατώτατον καὶ τὸ τίμιον· εἰ δὲ τὸ τῶν κατὰ ἀλήθειαν ὄντων ἓν τὴν ἀρχὴν καὶ πηγὴν καὶ δύναμιν λαμβάνοι, ἀπιστήσωμεν, καὶ τὸ μηδὲν ὑπονοήσωμεν; ἢ ἔστι μὲν μηδὲν τούτων, ὧν ἔστιν ἀρχή· τοιοῦτο μέντοι, οἷον μηδενὸς αὐτοῦ κατηγορεῖσθαι δυναμένου, μὴ ὄντος, μὴ οὐσίας, μὴ ζωῆς, τῷ ὑπὲρ πάντα ταῦτα εἶναι. Εἰ δὲ ἀφελὼν τὸ εἶναι λαμβάνοις, θαῦμα ἕξεις, καὶ βαλὼν πρὸς αὐτὸ καὶ τυχὼν, ἐν τοῖς αὐτοῦ ἀναπαυσάμενος, συννόει μᾶλλον τῇ προσβολῇ συνείς· συνορῶν δὲ τὸ μέγα αὐτοῦ, τοῖς μετ' αὐτὸ δι' αὐτὸ οὖσιν.

IX. Quid ergo est ens? Profecto potestas omnium: quæquidem nisi esset, neque cetera forent: neque enim intellectus esset, qui prima est omnisque vita. Quod enim super vitam exstat, vitæ causa est. Actus enim vitæ, qui omnia est, non est ipsum primum, sed ex principio velut fonte profunditur. Cogita fontem principium aliud non habentem, fluminibus vero se totum tradentem, nec tamen fluminibus illis exhaustum, sed in se quiete manentem: flumina vero ab ipso fluentia, antequam aliud alio fluat, adhuc una manentia, et quasi jam cognoscentia, quo emissura sint sua fluenta. Aut cogita arboris ingentis vitam sese per totam arborem propagantem, manente principio, nec diviso per totam, sed velut in radice fundato: hoc utique præbet quidem totam arbori vitam atque multiplicem: ipsum vero manet nequaquam multiplicatum, sed multiplicis vitæ principium: neque mirabile est ita esse. Fortasse etiam est mirandum, quomodo multitudo vitæ ex non multitudine sit, nec fuisse multitudo possit, nisi ante multitudinem fuerit, quod nulla est multitudo. Nam principium in universum nequaquam dividitur: alioquin si dividatur, perdetur protinus universum: neque unquam fuisset factum, nisi principium in se ipso permaneat, atque ab hoc toto diversum. Quapropter reductio ubique fit in unum, et in quolibet quidem unum est, ad quod reducitur: atque hoc universum, in unum quod ante ipsum, non simpliciter unum, quoad quis ad ipsum perveniat simpliciter unum: hoc autem non ulterius refertur ad aliud. Proinde, si ipsum arboris unum, id est, principium permanens, si animalis unum, si unum animæ, et unum insuper acceperis universi, accipies ubique potentissimum atque venerandum: sin autem unum ipsum eorum, quæ vere sunt, id est, principium, fontem, potestatem, acceperis, numquid diffidemus nihilque exsistet suspicabimur? Certe nihil horum est, quorum est principium: est et tale, ut de ipso nihil prædicari queat, non ens, non essentia, non vita: propterea quod super hæc omnia sit. Sin autem ipsum esse inde auferens illud apprehenderis, protinus obstupesces, et dirigens te in illud, et assequens, atque in ipsius sedibus conquiescens, unipotissimum simplicique intuitu jam conspicias: conspectus autem magnitudinem ejus auspicaberis per illa, quæ post ipsum sunt atque per ipsum.

Intellectus est inferior bono: atque ita per hunc conjectamus bonum, sicut per hunc mundum conjicimus intellectum.

Ι'. Ἔτι δὲ καὶ ὧδε· ἐπεὶ γὰρ ὁ νοῦς ἐστιν ὄψις τις, καὶ ὄψις ὁρῶσα, δύναμις ἔσται εἰς ἐνέργειαν ἐλθοῦσα. Ἔσται τοίνυν τὸ μὲν ὕλη, τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ, οἷον καὶ ἡ κατ' ἐνέργειαν ὅρασις. Ὕλη δὲ ἐν νοητοῖς· ἐπεὶ καὶ ἡ ὅρασις ἡ κατ' ἐνέργειαν διττὸν ἔχει. Πρὶν γοῦν ἰδεῖν ἦν. Τὸ οὖν ἓν δύο γέγονε, καὶ τὰ δύο ἕν. Τῇ μὲν οὖν ὁράσει ἡ πλήρωσις παρὰ τοῦ αἰσθητοῦ, καὶ ἡ οἷον τελείωσις· τῇ δὲ τοῦ νοῦ ὄψει τὸ ἀγαθὸν τὸ πληροῦν. Εἰ γὰρ αὐτὸς τὸ ἀγαθὸν, τί ἔδει ὁρᾶν ἢ ἐνεργεῖν ὅλως; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα περὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ διὰ τὸ ἀγα-

X. Præterea et hac ratione considera: quoniam intellectus est visus quidam, visus, inquam, videns, ideo est quædam in actum jam profecta potentia. Erit igitur in eo aliud quidem materia, aliud vero forma, sicut et visus secundum actum. Materia, inquam, intelligibilis: visio quidem et visio secundum actum duplicem habet proprietatem. Ante igitur, quam videret, unum aliquid erat. Unum ergo duo factum est, et duo unum. Visioni quidem ab objecto sensibili plenitudo, et sua quædam perfectio pervenit: mentis vero visui bonum est id, quod implet. Si enim intellectus esset ipsum bonum, quidnam videret vel omnino agere oporteret? Alia enim circa bonum, et

Θὸν ἔχει τὴν ἐνέργειαν· τὸ δὲ ἀγαθὸν οὐδενὸς δεῖται· ἐπὶ οὐδέν ἐστιν αὐτῷ, ἢ αὐτό. Φθεγξάμενος οὖν τὸ ἀγαθὸν μηδὲν ἔτι προσνόει. Ἐὰν γάρ τι προσθῇς, ᾧ προσέθηκας ὅτιοῦν, ἐνδεὲς ποιήσεις· διὸ οὐδὲ τὸ νοεῖν, ἵνα καὶ μὴ ἄλλο, καὶ ποιήσῃς δύο, νοῦν καὶ ἀγαθόν. Ὁ μὲν γὰρ νοῦς τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ δ' ἀγαθὸν οὐ δεῖται ἐκείνου· ὅθεν καὶ τυγχάνων τοῦ ἀγαθοῦ ἀγαθοειδὲς γίγνεται, καὶ τελειοῦται παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ μὲν εἴδους τοῦ ἐπ' αὐτῷ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἥκοντος, ἀγαθοειδῆ ποιοῦντος. Οἷον δὲ ἐνοράται ἐπ' αὐτῷ ἴχνος τοῦ ἀγαθοῦ, τοιοῦτον τὸ ἀρχέτυπον ἐννοεῖν προσήκει, τὸ ἀληθινὸν ἐκείνου ἐνθυμηθέντα ἐκ τοῦ ἐπὶ τῷ νῷ ἐπιθέοντος ἴχνους. Τὸ μὲν οὖν ἐπ' αὐτῷ ἴχνος αὐτοῦ τῷ νῷ ἐνορῶντι ἔδωκεν ἔχειν· ὥστε ἐν μὲν τῷ νῷ ἡ ἔφεσις, καὶ ἐφιέμενος ἀεὶ, καὶ ἀεὶ τυγχάνων· ἐκεῖ δὲ οὔτε ἐφιέμενος· τίνος γάρ; οὔτε τυγχάνων· οὐδὲ γὰρ ἐφίετο. Οὐ τοίνυν οὐδὲ νοῦς· ἔφεσις γὰρ καὶ ἐν τούτῳ καὶ σύννευσις πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ. Τοῦ δὴ νοῦ καλοῦ ὄντος καὶ πάντων καλλίστου, ἐν φωτὶ καθαρῷ καὶ αὐγῇ καθαρᾷ κειμένου, καὶ τὴν τῶν ὄντων περιλαβόντος φύσιν, οὗ καὶ ὁ καλὸς οὗτος κόσμος σκιὰ καὶ εἰκών, καὶ ἐν πάσῃ ἀγλαΐᾳ κείμενον, ὅτι μηδὲν ἀνόητον, μηδὲ σκοτεινὸν, μηδ' ἄμετρον, ἐν αὐτῷ ζῶντος ζωὴν μακαρίαν. Θάμβος μὲν ἂν ἔχοι τὸν ἰδόντα καὶ τοῦτον, καὶ, ὡς χρὴ, εἰς αὐτὸν εἰσδύντα, καὶ αὐτοῦ γενόμενον ἕνα. Ὡς δὴ ὁ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ τῶν ἄστρων φέγγος ἰδὼν τὸν ποιήσαντα ἐνθυμεῖται καὶ ζητεῖ· οὕτω χρὴ, καὶ τὸν νοητὸν κόσμον ὃς ἐθεάσατο καὶ ἐνεῖδε καὶ ἐθαύμασε, τὸν κἀκείνου ποιητὴν, τίς ἄρα ὁ τοιοῦτον ὑποστήσας, ζητεῖν, ἢ ποῦ, ἢ πῶς ὁ τοιοῦτον παῖδα γεννήσας νοῦν, κόρον καλὸν, καὶ παρ' αὐτοῦ γενόμενον κόρον. Πάντως τοι οὔτε νοῦς ἐκεῖνος, οὔτε κόρος, ἀλλὰ καὶ πρὸ νοῦ καὶ κόρου· μετὰ γὰρ αὐτὸν νοῦς καὶ κόρος, δεηθέντε καὶ κεκορέσθαι καὶ νενοηκέναι, ἃ πλησίον μέν ἐστι τοῦ ἀνενδεοῦς, καὶ τοῦ νοεῖν οὐδὲν δεομένου· πλήρωσιν δὲ ἀληθινὴν καὶ νόησιν ἔχει, ὅτι πρώτως ἔχει. Τὸ δὲ πρὸ αὐτῶν οὔτε δεῖται οὔτε ἔχει, ἢ οὐκ ἂν τὸ ἀγαθὸν ἦν.

propter ipsum bonum actionem habent : ipsum vero bonum nullo penitus indiget : quam ob rem nihil ipsi erit præter ipsum. Cum ergo bonum pronuntiaveris, nihil ulterius addas excogitando. Si quid enim adjunxeris, statim id, cui aliquid addidisti, suapte natura declarabis egenum : idcirco neque adjungere debes intelligentiam, ne sic adjungas aliquid alienum, duoque reddas, intellectum scilicet atque bonum. Intellectus quidem bono, bonum autem intellectu non indiget : itaque mens bonum consequens, boniformis fit perficiturque a bono : dum videlicet species, quæ est in mente, procedit a bono, atque efficit boniformem. Quale vero inspicitur in mente ipsius boni vestigium, tale quoque exemplar decet excogitare, existimantes scilicet veritatem ejus per impressum in mente vestigium. Hoc itaque vestigium impressum est intellectui, per quod videret et possideret. Quapropter in intellectu quidem est appetitio, est semper appetens, est semper et consequens : ipsum vero bonum neque desiderat quicquam : quid enim desideret? neque consequitur aliquid : nunquam enim desideravit. Neque igitur est intellectus : in hoc enim est appetitio, et quædam ad ipsius speciem applicatio. Intellectus sane pulcher est, omniumque pulcherrimus, in lumine puro splendoreque simili constitutus, entiumque naturam in se comprehendens : cujus quidem noster hic mundus pulcher umbra est et imago : ille vero superior mundus in omni claritate positus est, ubi nihil intellectu vacans, nihil tenebrosum, nihil immoderatum, sed in se ipso beatam agit vitam. Quem si quis aspexerit, protinus obstupescet : præsertim, si, quatenus oportet, ille se ipsum insinuet, jurisque illius evadat. Nempe quemadmodum, qui cælum diligentius suspicit, stellarumque splendorem impensius contuetur, protinus auctorem mundi cogitat, atque perquirit : sic oportet et eum, qui mundum intelligibilem intuetur, cernit, admiratur, effectorem ejus diligenter inquirere : quisnam ille sit, qui talem mundum intelligibilem genuit : vel ubi, vel quomodo talem genuit filium, intellectum, puerum purum atque formosum, filium, inquam, a patre plenum. Jam vero pater ille summus, neque intellectus est, neque filius aut puer, sed intellectu pueroque superior : nam post ipsum intellectus et puer, alimonia et intelligentia indigentes : qui et proximus est ei, quod nulla re indiget, neque intelligentia eget. Plenitudinem vero et intelligentiam veram filius habet, quoniam habet primo. Quod vero superius est, neque indiget, neque habet : alioquin ipsum non esset bonum.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ

ΛΟΓΟΣ Θ.

ΕΠΙΣΚΕΨΕΙΣ ΔΙΑΦΟΡΟΙ.

ENNEADIS TERTIÆ

LIBER IX.

DE DIVERSIS CONSIDERATIONIBUS AD AUCTOREM MUNDI ET AD IPSUM BONUM PERTINENTIBUS.

(356,357.) [655—657.]

Mundi faber est intellectus primus ideas in se ipso contemplans, considerationem unam continet.

Α'. Νοῦς, φησὶν, ὁρᾷ ἐνούσας ἰδέας ἐν τῷ ὅ ἐστι ζῶον. Εἶτα διενοήθη, φησὶν, ὁ δημιουργὸς, ἃ ὁ νοῦς ὁρᾷ ἐν τῷ ὅ ἐστι ζῶον, καὶ τόδε τὸ πᾶν ἔχειν. Οὐκοῦν, φησὶν, ἤδη εἶναι τὰ εἴδη πρὸ τοῦ νοῦ, ὄντα δὲ αὐτὰ νοεῖν τὸν νοῦν. Πρῶτον οὖν ἐκεῖνο, λέγω δὲ τὸ ζῶον, ζητητέον εἰ μὴ νοῦς, ἀλλ' ἕτερον νοῦ. Τὸ γὰρ θεωροῦν νοῦς· τὸ τοίνυν ζῶον αὐτὸ οὐ νοῦς, ἀλλὰ νοητὸν αὐτὸ φήσομεν, καὶ τὸν νοῦν ἔξω φήσομεν αὐτοῦ, ἃ ὁρᾷ, ἔχειν. Εἰδωλα ἄρα, καὶ οὐ ταληθῆ ἔχει, εἰ ἐκεῖ ταληθῆ. Ἐκεῖ γὰρ καὶ τὴν ἀληθειάν φησιν εἶναι ἐν τῷ ὄντι, οὗ αὐτὸ ἕκαστον· ἢ κἂν ἕτερον ἑκάτερον, οὐ χωρὶς ἀλλήλων, ἀλλ' ἢ μόνον τῷ ἕτερα. Ἔπειτα οὐδὲν κωλύει, ὅσον ἐπὶ τῷ λεγομένῳ ἓν εἶναι ἄμφω, διαιρούμενα δὲ τῇ νοήσει· εἴπερ μόνον ὡς ὄν, τὸ μὲν νοητὸν, τὸ δὲ νοοῦν. Ὁ γὰρ καθορᾷ, οὐ φησὶν ἐν ἑτέρῳ πάντως, ἀλλ' ἐν αὐτῷ, τῷ ἐν αὐτῷ τὸ νοητὸν ἔχειν. Ἢ τὸ μὲν νοητὸν οὐδὲν κωλύει καὶ νοῦν εἶναι ἐν στάσει καὶ ἑνότητι καὶ ἡσυχίᾳ· τὴν δὲ τοῦ νοῦ φύσιν, τοῦ ὁρῶντος ἐκεῖνον τὸν νοῦν τὸν ἐν αὐτῷ, ἐνέργειάν τινα ἀπ' ἐκείνου, ἢ ὁρᾷ ἐκεῖνον· ὁρῶντα δὲ ἐκεῖνον, οἷον ἐκεῖνον εἶναι νοῦν ἐκείνου, ὅτι νοεῖ ἐκεῖνον· νοοῦντα δὲ ἐκεῖνον καὶ αὐτὸν νοῦν καὶ νοητὸν ἄλλως εἶναι τῷ μεμιμῆσθαι. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ διανοηθὲν, ἃ ἐκεῖ ὁρᾷ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ποιῆσαι ζώων γένη τέσσαρα. Δοκεῖ γε μὴν τὸ διανοούμενον ἐπιχειρουμένως ἕτερον ἐκείνων τῶν δύο ποιεῖν· ἄλλοις δὲ δόξει τὰ τρία ἓν εἶναι, τὸ ζῶον αὐτὸ ὅ ἐστιν, ὁ νοῦς, τὸ διανοούμενον. Ἢ, ὥσπερ ἐν πολλοῖς, προτείνων ἄλλως, ὁ δὲ ἄλλως νοεῖ τρία εἶναι· καὶ τὰ μὲν δύο εἴρηται, τὸ δὲ τρίτον, τί; Ὁ διενοήθη τὰ ὁρώμενα ὑπὸ τοῦ νοῦ ἐν τῷ ζώῳ κείμενα αὐτὸ ἐργάσασθαι καὶ ποιῆσαι καὶ μερίσαι. Ἢ δυνατὸν τρόπον μὲν ἄλλον τὸν νοῦν εἶναι τὸν μερίσαντα, τρόπον δὲ ἕτερον τὸν μερίσαντα μὴ τὸν νοῦν εἶναι; ᾗ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ τὰ μερισθέντα, αὐτὸν εἶναι τὸν μερίσαντα· ᾗ δ' αὐτὸς ἀμέριστος μένει, τὰ δ' ἀπ' αὐτοῦ ἐστὶ τὰ μερισθέντα, ταῦτα δέ ἐστι ψυχαί, ψυχὴν εἶναι τὴν μερίσασαν εἰς πολλὰς ψυχάς. Διὸ καὶ φησὶ, τοῦ τρίτου εἶναι τὸν μερισμὸν, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ, ὅτι διενοήθη· ὃ οὐ νοῦ ἔργον ἡ διάνοια, ἀλλὰ ψυχῆς μεριστὴν ἐνέργειαν ἐχούσης ἐν μεριστῇ φύσει.

I. Mens (ut scribitur in Timæo) ideas in eo, quod vivens est, insitas contuetur. Hinc mundi artifex cogitavisse dicitur in hoc mundo includere, quæ mens in eo, quod vivens sive animal est, contemplatur. Numquid igitur, inquit, jam species esse super mentem, easque jam exsistentes mentem inspicere? Principio igitur ipsum, quod vivens vel animal dicitur, quærendum est, num forte non sit intellectus, sed ab intellectu diversum. Quod enim contemplatur, est intellectus. Ipsum igitur vivens non intellectus quidem; sed intelligibile potius nominabimus, dicemusque intellectum extra se habere, quæ cernit. Quocirca simulacra quædam, non res veras habebit, si modo vera illic exsistunt. Illic enim et veritatem esse ait, in ipso scilicet ente, ubi ipsum unumquodque regnat. Forsan vero quamvis alterum sit utrumque, non tamen inter se segregata sunt, sed solum quatenus aliud hoc est, quam illud. Deinde nihil prohibet, quantum pertinet ad id, quod dicitur, ambo unum exsistere, solum vero per intelligentiam inter se divisa: si quidem solum ipsum se habet ut ens, idque partim quidem intelligibile, partim etiam et intelligens. Ubi enim dicitur, intellectus intuetur ideas, non significat omnino in alio contueri, sed in se ipso intelligibile possidere. An forte nihil prohibet ipsum intelligibile esse etiam intellectum, sed in statu, unitate, quiete: naturam vero intellectus inspicientis intellectum illum in se ipso manentem esse actum quendam ab illo manantem, qui suspicit illum? Et dum eum suspicit, quasi illum evadere intellectumque illius exsistere, quale nus intelligit ipsum: ac dum illum intelligit, ipsum quoque intellectum et intelligibile aliter esse, propterea quod imitatur? Hoc igitur est, quod excogitat, quæ ibi cernit, in hoc mundo facere animalium genera quatuor. Videtur tamen ibi Plato ipsum excogitantem modo quodam occulto tanquam diversum a duobus illis inducere. Alius vero videbitur, tria hæc unum exsistere, ipsum quod est vivens, et intellectus, et qui excogitat. An forte, sicut in multis, ille proponit aliter, hic vero aliter intelligit esse tria? Jam vero duo dicta sunt: at tertium quidnam est? Quod deliberavit inspecta ab intellectu spectacula in ipso vivente posita, operari, facere, distribuere. An forte possibile est, modo quidem alio intellectum esse distributorem, alio vero modo distributorem non esse mentem? Quia enim ratione ab ipsa mente procedunt, quæ dividuntur, ipsam dividentem esse: qua vero ipsa permanet indivisa, quæ vero ab ea sunt, dividuntur, ipsæ scilicet animæ, animam esse in animas plures distributricem. Quam ob rem tertii cujusdam ait esse partitionem, atque in tertio, cui assignatum est cogitationis officium: non autem est mentis officium cogitatio, sed munus animæ partibilem actionem habentis in natura partibili.

Tres continet considerationes de anima, quomodo ascendat ad deum, et quomodo descendat ad corpus.

Β'. Οἷον γὰρ μιᾶς ἐπιστήμης τῆς ὅλης ὁ μερισμὸς, εἰς τὰ θεωρήματα τὰ καθ' ἕκαστα οὐ σκεδασθείσης οὐδὲ κατακερματισθείσης, ἔχει δὲ ἕκαστον δυνάμει τὸ

II. Proinde sicut tota quædam una scientia in propositiones sive notiones singulas distribuitur, neque tamen secatur, vel in segregatas distrahitur portiones, sed habet unumquodque in potentia totum, ubi idem est principium

θὸν ἔχει τὴν ἐνέργειαν· τὸ δὲ ἀγαθὸν οὐδενὸς δεῖται· διὸ οὐδέν ἐστιν αὐτῷ, ἢ αὐτό. Φθεγξάμενος οὖν τὸ ἀγαθὸν μηδὲν ἔτι προσνόει. Ἐὰν γάρ τι προσθῇς, ᾧ προσέθηκας ὅτιοῦν, ἐνδεὲς ποιήσεις· διὸ οὐδὲ τὸ νοεῖν, ἵνα καὶ μὴ ἄλλο, καὶ ποιήσῃς δύο, νοῦν καὶ ἀγαθόν. Ὁ μὲν γὰρ νοῦς τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ δ' ἀγαθὸν οὐ δεῖται ἐκείνου· ὅθεν καὶ τυγχάνων τοῦ ἀγαθοῦ ἀγαθοειδὲς γίγνεται, καὶ τελειοῦται παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ μὲν εἴδους τοῦ ἐπ' αὐτῷ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἥκοντος, ἀγαθοειδῆ ποιοῦντος. Οἷον δὲ ἐνορᾶται ἐπ' αὐτῷ ἴχνος τοῦ ἀγαθοῦ, τοιοῦτον τὸ ἀρχέτυπον ἐννοεῖν προσήκει, τὸ ἀληθινὸν ἐκείνου ἐνθυμηθέντα ἐκ τοῦ ἐπὶ τῷ νῷ ἐπιθέοντος ἴχνους. Τὸ μὲν οὖν ἐπ' αὐτῷ ἴχνος αὐτοῦ τῷ νῷ ἐνορῶντι ἔδωκεν ἔχειν· ὥστε ἐν μὲν τῷ νῷ ἡ ἔφεσις, καὶ ἐφιέμενος ἀεί, καὶ ἀεὶ τυγχάνων· ἐκεῖ δὲ οὔτε ἐφιέμενος· τίνος γάρ; οὔτε τυγχάνων· οὐδὲ γὰρ ἐφίετο. Οὐ τοίνυν οὐδὲ νοῦς· ἔφεσις γὰρ καὶ ἐν τούτῳ καὶ σύννευσις πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ. Τοῦ δὴ νοῦ καλοῦ ὄντος καὶ πάντων καλλίστου, ἐν φωτὶ καθαρῷ καὶ αὐγῇ καθαρᾷ κειμένου, καὶ τὴν τῶν ὄντων περιλαβόντος φύσιν, οὗ καὶ ὁ καλὸς οὗτος κόσμος σκιὰ καὶ εἰκών, καὶ ἐν πάσῃ ἀγλαΐᾳ κείμενου, ὅτι μηδὲν ἀνόητον, μηδὲ σκοτεινόν, μηδ' ἄμετρον, ἐν αὐτῷ ζῶντος ζωὴν μακαρίαν. Θάμβος μὲν ἂν ἔχοι τὸν ἰδόντα καὶ τοῦτον, καί, ὡς χρὴ, εἰς αὐτὸν εἰσδύντα, καὶ αὐτοῦ γενόμενον ἕνα. Ὡς δὴ ὁ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ τῶν ἄστρων φέγγος ἰδὼν τὸν ποιήσαντα ἐνθυμεῖται καὶ ζητεῖ· οὕτω χρὴ, καὶ τὸν νοητὸν κόσμον ὃς ἐθεάσατο καὶ ἐνεῖδε καὶ ἐθαύμασε, τὸν κἀκείνου ποιητὴν, τίς ἄρα ὁ τοιοῦτον ὑποστήσας, ζητεῖν, ἢ ποῦ, ἢ πῶς ὁ τοιοῦτον παῖδα γεννήσας νοῦν, κόρον καλὸν, καὶ παρ' αὐτοῦ γενόμενον κόρον. Πάντως τοι οὔτε νοῦς ἐκεῖνος, οὔτε κόρος, ἀλλὰ καὶ πρὸ νοῦ καὶ κόρου· μετὰ γὰρ αὐτὸν νοῦς καὶ κόρος, δεηθέντε καὶ κεκορέσθαι καὶ νενοηκέναι, ἃ πλησίον μέν ἐστι τοῦ ἀνενδεοῦς, καὶ τοῦ νοεῖν οὐδὲν δεομένου· πλήρωσιν δὲ ἀληθινὴν καὶ νόησιν ἔχει, ὅτι πρώτως ἔχει. Τὸ δὲ πρὸ αὐτῶν οὔτε δεῖται οὔτε ἔχει, ἢ οὐκ ἂν τὸ ἀγαθὸν ἦν.

propter ipsum bonum actionem habent : ipsum vero bonum nullo penitus indiget : quam ob rem nihil ipsi erit præter ipsum. Cum ergo bonum pronuntiaveris, nihil ulterius addas excogitando. Si quid enim adjunxeris, statim id, cui aliquid addidisti, suapte natura declarabis egenum : idcirco neque adjungere debes intelligentiam, ne sic adjungas aliquid alienum, duoque reddas, intellectum scilicet atque bonum. Intellectus quidem bono, bonum autem intellectu non indiget : itaque mens bonum consequens, boniformis fit perficiturque a bono : dum videlicet species, quæ est in mente, procedit a bono, atque efficit boniformem. Quale vero inspicitur in mente ipsius boni vestigium, tale quoque exemplar decet excogitare, existimantes scilicet veritatem ejus per impressum in mente vestigium. Hoc itaque vestigium impressum est intellectui, per quod videret et possideret. Quapropter in intellectu quidem est appetitio, est semper appetens, est semper et consequens : ipsum vero bonum neque desiderat quicquam : quid enim desideret? neque consequitur aliquid : nunquam enim desideravit. Neque igitur est intellectus : in hoc enim est appetitio, et quædam ad ipsius speciem applicatio. Intellectus sane pulcher est, omniumque pulcherrimus, in lumine puro splendoreque simili constitutus, entiumque naturam in se comprehendens : cujus quidem noster hic mundus pulcher umbra est et imago : ille vero superior mundus in omni claritate positus est, ubi nihil intellectu vacans, nihil tenebrosum, nihil immoderatum, sed in se ipso beatam agit vitam. Quem si quis aspexerit, protinus obstupescet : præsertim, si, quatenus oportet, ille se ipsum insinuet, jurisque illius evadat. Nempe quemadmodum, qui cælum diligentius suspicit, stellarumque splendorem impensius contuetur, protinus auctorem mundi cogitat, atque perquirit : sic oportet et eum, qui mundum intelligibilem intuetur, cernit, admiratur, effectorem ejus diligenter inquirere : quisnam ille sit, qui talem mundum intelligibilem genuit : vel ubi, vel quomodo talem genuit filium, intellectum, puerum purum atque formosum, filium, inquam, a patre plenum. Jam vero pater ille summus, neque intellectus est, neque filius aut puer, sed intellectu pueroque superior : nam post ipsum intellectus et puer, alimonia et intelligentia indigentes : qui et proximus est ei, quod nulla re indiget, neque intelligentia eget. Plenitudinem vero et intelligentiam veram filius habet, quoniam habet primo. Quod vero superius est, neque indiget, neque habet : alioquin ipsum non esset bonum.

ἐνεργείᾳ ἦ, ἀεί ἐστιν. Ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ ἐνεργείᾳ ὂν δυνάμει κατ' ἄλλο εἶναι· ἀλλ' οὐ θεοὶ τὸ πρῶτον ἐπέκεινα ὄντες· ὁ δὲ νοῦς τὰ ὄντα, καὶ ἔστι κίνησις ἐνταῦθα καὶ στάσις. Περὶ οὐδὲν γὰρ αὐτὸ τὸ πρῶτον, τὰ δὲ ἄλλα περὶ αὐτὸ ἀναπαυόμενα ἔστηκε καὶ κινεῖται· ἡ γὰρ κίνησις ἔφεσις· τὸ δὲ οὐδενὸς ἐφίεται. Τίνος γὰρ τό γε ἀκρότατον; οὐ νοεῖ οὖν οὐδὲ ἑαυτό; ἢ ἦ ἔχει ἑαυτὸ, καὶ νοεῖν ὅλως λέγεται· ἢ τῷ ἔχειν ἑαυτὸ οὐ νοεῖν λέγεται, ἀλλὰ τῷ πρὸς τὸ πρῶτον βλέπειν. Ἔστι δὲ πρώτη ἐνέργεια καὶ αὐτὴ ἡ νόησις. Εἰ οὖν αὕτη πρώτη, οὐδεμίαν δεῖ προτέραν. Τὸ οὖν παρέχον ταύτην ἐπέκεινα ταύτης· ὥστε δευτέρα ἡ νόησις μετ' ἐκεῖνο· οὐδὲ γὰρ τὸ πρώτως σεμνὸν ἡ νόησις· οὔκουν οὐδὲ πᾶσα, ἀλλ' ἡ τοῦ ἀγαθοῦ· ἐπέκεινα ἄρα νοήσεως τἀγαθόν. Ἀλλ' οὐ παρακολουθήσει αὐτῷ. Τί οὖν ἡ παρακολούθησις αὐτῷ, ἀγαθοῦ ὄντος ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ ὄντος, ἤδη ἐστὶ πρὸ τῆς παρακολουθήσεως τἀγαθόν· εἰ δ' ἡ παρακολούθησις ποιεῖ, οὐκ ἂν εἴη πρὸ ταύτης τὸ ἀγαθόν· ὥστε οὐδ' αὐτὴ ἔσται, μὴ οὖσα ἀγαθοῦ. Τί οὖν, οὐδὲ ζῇ; ἢ ζῇν μὲν οὐ λεκτέον, εἴπερ ζωὴν δίδωσι· τὸ δὲ παρακολουθοῦν ἑαυτῷ, καὶ τὸ νοοῦν αὐτὸ, δεύτερον· παρακολουθεῖ γὰρ, ἵνα τῇ ἐνεργείᾳ ταύτῃ συνῇ αὐτῷ. Δεῖ οὖν, εἰ καταμανθάνει αὐτὸ, ἀκαταμάθητον τετυχηκέναι εἶναι αὐτοῦ, καὶ τῇ αὐτοῦ φύσει ἐλλειπὲς εἶναι, τῇ δὲ νοήσει τελειοῦσθαι. Τὸ ἄρα κατανοεῖν ἐξαιρετέον· ἡ γὰρ προσθήκη ἀφαίρεσιν καὶ ἔλλειψιν ποιεῖ.

neque est compositum, semper est. Potest autem, quod actu est, idem quoque secundum aliud quiddam in potentia esse: sed neque dii in sublimi [ad entia incumbentes], primum ipsum sunt: mens autem entia est, ubi est et motus et status. Jam vero ipsum primum circa aliquid aliud non versatur, sed cetera circa ipsum conquiescentia permanent et moventur. Motus enim appetitio est, illud autem nihil appetit. Quid enim appetat, quod est summum? An igitur neque se ipsum quidem intelliget? Forsan, qua ratione se ipsum habet, omnino etiam dicitur intelligere. Fortasse etiam potius, non ob id, quod se ipsum, quid habeat, dicitur intelligere, sed ob id, quod suspicent primum. Est autem hæc actio prima et ipsa intelligentia. Si igitur hæc prima est, nullam oportet esse priorem. Quod igitur hanc præbet, super hanc exsistit: post illud igitur intelligentia sequitur. Non enim est ipsum primo venerandum intelligentia. Neque igitur intelligentia quælibet veneranda, sed duntaxat intellectio boni: itaque super intelligentiam est ipsum bonum. An igitur nec etiam se ipsum animadvertet? Quid ergo? estne bonum, antequam se ipsum animadvertat? an noodum est bonum? Si enim bonum est, jam est ante animadversionem ipsum bonum: si autem animadversio facit bonum, non est ante hanc ipsum bonum: quapropter nec ipsa erit, cum non sit boni. Quid ergo? an neque etiam vivit? Fortasse non est dicendum vivere, si quidem ipsum præbet vitam. Quod autem se ipsum animadvertit atque intelligit, secundum obtinet gradum: animadvertit enim, ut tali quodam actu sibi ipsi cohæreat. Oportet igitur, si apprehendit se ipsum, contigisse quodammodo, ut se nequaquam apprehenderet, et ut suapte natura imperfectum sit, sed intelligendo perficiatur. Tollenda igitur ab ipso bono sui ipsius apprehensio: adjunctio namque omnis ablationem inducit atque defectum.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΨΥΧΗΣ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER I.

DE ESSENTIA ANIMÆ SUMMATIM.

(360,361.) [665,666.]

Intellectus primus est essentia prima, a quo et in quo sunt semper intellectus alii. Item, quomodo anima sit individua simul atque dividua.

Ἐν τῷ κόσμῳ τῷ νοητῷ ἡ ἀληθινὴ οὐσία· νοῦς τὸ ἄριστον αὐτοῦ, ψυχαὶ δὲ κἀκεῖ· ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ἐνταῦθα. Κἀκεῖνος ὁ κόσμος ψυχὰς ἄνευ σωμάτων ἔχει· οὗτος δὲ τὰς ἐν σώμασι γιγνομένας καὶ μεριστὰς τοῖς σώμασιν. Ἐκεῖ δὲ ὁμοῦ μὲν πᾶς νοῦς καὶ οὐ διακεχριμένος οὐδὲ μεμερισμένος· ὁμοῦ δὲ πᾶσαι ψυχαὶ ἐν ἑνὶ τῷ κόσμῳ, οὐκ ἐν διαστάσει τοπικῇ. Νοῦς μὲν οὖν ἀεὶ ἀδιάκριτος καὶ οὐ μεριστός· ψυχὴ δὲ ἐκεῖ ἀδιάκριτος, ἔχει δὲ φύσιν μερίζεσθαι. Καὶ γὰρ ὁ μερισμὸς αὐτῆς τὸ ἀποστῆναι καὶ ἐν σώμασι γενέσθαι· μεριστὴ οὖν εἰκότως περὶ τὰ σώματα λέγεται εἶναι, ὅτι οὕτως ἀφίσταται καὶ μεμέρισται. Πῶς οὖν καὶ ἀμέριστος; οὐ γὰρ ὅλη ἀπέστη, ἀλλ' ἔστι τι αὐτῆς οὐκ ἐληλυθὸς, ὃ οὐ πέφυκε μερίζεσθαι. Τὸ οὖν ἐκ τῆς ἀμερίστου καὶ τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς ταὐτὸν τῷ ἐκ τῆς ἄνω καὶ κάτω οὔσης, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐξημμένης, ῥυείσης δὲ μέχρι τῶνδε, οἷον γραμμῆς ἐκ κέντρου. Ἐλθοῦσα δὲ ἐνθάδε τούτῳ τῷ μέρει ὁρᾷ, ὡς καὶ αὐτῷ τῷ μέρει σώζει τὴν φύσιν τοῦ ὅλου· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα μόνον μεριστὴ, ἀλλὰ καὶ ἀμέριστος. Τὸ γὰρ μεριζόμενον αὐτῆς ἀμερίστως μερίζεται· εἰς ὅλον γὰρ τὸ σῶμα δοῦσα αὑτὴν, καὶ μὴ μερισθεῖσα τῷ ὅλῃ εἰς ὅλον ἐν παντὶ εἶναι μεμέρισται.

In mundo intelligibili regnat essentia vera, cujus præstantissimum est intellectus : animæ autem et illic adsunt; inde namque venerunt et hunc in mundum. Ille quidem mundus animas habet absque corporibus : hic autem jam corporibus insitas divisasque per corpora. Illic sane simul est intellectus omnis neque discretus neque divisus : simul et uno in mundo sunt animæ, nec ex ullis locorum intervallis distantiam patiuntur. Intellectus igitur indiscretus indivisusque est semper, sed anima illic quidem indiscreta indivisaque vivit : habet vero naturam divisionis cujusdam capacem. Ejus namque partitio est illinc abesse atque distare corporibusque conjungi : quapropter non injuria esse dicitur circa corpora divisibilis. Ita enim abest et distat partitionemque nonnullam admittit : quodam modo igitur etiam impartibilis est. Non enim illinc tota discedit, sed etiam superest ipsius aliquid, quod ad inferiora non venit, cujus natura nullam subire potest partitionem. Quod igitur in Timæo dicitur, animam essentia quadam individua et quadam circa corpora divisibili esse compositam, idem est, atque si diceretur, animam essentia quadam constare, partim quidem apud superos permanente, partim vero ad inferiora vergente, quæ quidem simul et inde pendeat, et se interim ad hæc usque propaget, non aliter, quam si ex centro linea protendatur. Ad hæc vero profecta hac insuper parte [evidenter] videt et eadem parte totius servat naturam : nam et hic non solum partibilis est, sed etiam impartibilis : siquidem, quod in ipsa divisum in partes dicitur, modo quodam indiviso est divisum. Per totum enim se corpus fundens, nec divisa quidem ex eo, quod tota est, dicitur esse divisa

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Β.

ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΨΥΧΗΣ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER II.

DE ESSENTIA ANIMÆ.

(361, 362.) [667—669.]

Necesse est animam esse mediam inter intellectum divinum et corporis qualitatem. Item, animam esse in qualibet corporis parte totam : rursum de gradibus universi.

Α'. Τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν, τίς ποτ' ἐστὶ, ζητοῦντες, σῶμα οὐδὲν αὐτὴν δείξαντες εἶναι, οὐδὲ ἐν ἀσωμάτοις αὖ ἁρμονίαν τό τε τῆς ἐντελεχείας οὔτε ἀληθὲς οὕτως, ὡς λέγεται, οὔτε δηλωτικὸν ὂν τοῦ τί ἐστιν ἀφέντες, καὶ μὴν τῆς νοητῆς φύσεως εἰπόντες καὶ τῆς θείας μοίρας εἶναι, τάχα μὲν ἄν τι σαφὲς εἰρηκότες εἴημεν περὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς. Ὅμως γε μὴν προσωτέρω χωρεῖν βέλτιον. Τότε μὲν οὖν διηρῶμεν αἰσθητῇ καὶ νοητῇ φύσει διαστελλόμενοι, ἐν τῷ νοητῷ τὴν ψυχὴν τιθέμενοι. Νῦν δὲ κείσθω μὲν ἐν τῷ νοητῷ, κατ' ἄλλην δὲ ὁδὸν τὸ προσεχὲς τῆς φύσεως αὐτῆς μεταδιώκωμεν. Λέγομεν δὴ τὰ μὲν πρώτως εἶναι μεριστὰ, καὶ τῇ αὐτῶν φύσει σκεδαστά· ταῦτα δὲ εἶναι, ὧν οὐδὲν μέρος ταὐτόν ἐστιν, οὔτε ἄλλῳ μέρει, οὔτε τῷ ὅλῳ· τό τε μέρος αὐτῶν ἔλαττον εἶναι δεῖ τοῦ παντὸς καὶ ὅλου. Ταῦτα δέ ἐστι τὰ αἰσθητὰ μεγέθη καὶ οἱ ὄγκοι, ὧν ἕκαστον ἴδιον τόπον ἔχει, καὶ οὐχ οἷόν τε ἅμα ταὐτὸν ἐν πλείοσι τόποις εἶναι· ἡ δὲ ἐστὶν ἀντιτεταγμένη ταύτῃ οὐσία, οὐδαμῇ μερισμὸν δεχομένη, ἀμερής τε καὶ ἀμέριστος. Διάστημά τε οὐδὲν οὐδὲ δι' ἐπινοίας δεχομένη, οὐ τόπου δεομένη, οὐδ' ἔν τινι τῶν ὄντων γιγνομένη, οὔτε κατὰ μέρη, οὔτε κατὰ ὅλα, οἷον πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς οὖσιν ἐποχουμένη· οὐχ ἵνα ἐν αὐτοῖς ἱδρυθῇ, ἀλλ' ὅτι μὴ δύναται τὰ ἄλλα ἄνευ αὐτῆς εἶναι μηδὲ θέλει, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχουσα οὐσία, κοινὸν ἁπάντων τῶν ἑφεξῆς, οἷον κέντρον ἐν κύκλῳ, ἀφ' οὗ πᾶσαι αἱ πρὸς τὴν περιφέρειαν γραμμαὶ ἐξημμέναι οὐδὲν ἧττον ἐῶσιν αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν, ἔχουσαι παρ' αὐτοῦ τὴν γένεσιν καὶ τὸ εἶναι, καὶ μετέχουσι μὲν τοῦ σημείου, καὶ ἀρχὴ τὸ ἀμερὲς αὐταῖς· προῆλθόν γε μὴν ἐξαψάμεναι αὐτὰς ἐκεῖ. Τούτου δὴ τοῦ πρώτως ἀμερίστου ὄντος ἐν τοῖς νοητοῖς καὶ τοῖς οὖσιν ἀρχηγοῦ, καὶ αὖ ἐκείνου τοῦ ἐν αἰσθητοῖς μεριστοῦ πάντῃ, πρὸ μὲν τοῦ αἰσθητοῦ καὶ ἐγγύς τι τούτου καὶ ἐν τούτῳ ἄλλη ἐστὶ φύσις, μεριστὴ μὲν οὐ πρώτως ὥσπερ τὰ σώματα, μεριστή γε μὴν γιγνομένη ἐν τοῖς σώμασιν· ὥστε διαιρουμένων τῶν σωμάτων μερίζεσθαι μὲν καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς εἶδος, ὅλον γε μὴν ἐν ἑκάστῳ εἶναι τῶν μερισθέντων, πολλὰ τὸ αὐτὸ γιγνόμενον, ὧν ἕκαστον πάντῃ ἄλλου ἀπέστη, ἅτε πάντῃ μεριστὸν γενόμενον, οἷα χρόαι καὶ ποιότητες πᾶσαι καὶ ἑκάστη μορφὴ, ἥτις δύναιτο ὅλη ἐν πολλοῖς ἅμα εἶναι διεστηκόσιν, οὐδὲν μέρος ἔχουσα πάσχον τὸ αὐτὸ τῷ ἄλλῳ πάσχειν. Διὸ δὴ μεριστὸν πάντῃ καὶ τοῦτο θε-

I. Si quærentes, quænam animæ essentia sit, ostenderimus, eam neque corpus esse, neque rursum in rebus incorporeis harmoniam; item, quod dicitur de entelechia, id est, actu quodam perfectioneque corporis, prætermiserimus, quasi (ut verba sonant) minime verum neque quid ipsa anima sit, declarans; præterea, si affirmaverimus eam naturæ intelligibilis esse sortisque divinæ : forsan manifesti nonnihil de hujus essentia in medium adduxerimus : attamen operæ pretium est ulterius progredi. Jam igitur per sensibilem et intelligibilem naturam facta est distributio, animaque ipsa in mundo intelligibili erat collocata : in præsentia vero posita quidem sit in eo mundo, sed alia quadam via hujus naturæ proprium indagemus. Dicimus itaque alia quidem esse primo divisibilia et suapte natura dissipationi subjecta : talia vero esse, quorum pars nulla idem est vel alteri parti vel toti, et in quibus pars necessario minor est omni atque toto. Talia utique sunt sensibiles magnitudines atque moles, quorum quodlibet proprium occupat locum, neque possibile est idem simul pluribus in locis exsistere. Alia vero quædam est essentia vicissim huic opposita, nullo modo partitioni subjecta, partium expers, ideoque etiam impartibilis. Intervallum autem neque etiam per excogitationem accipiens, non indigens loco, rebus nullis inhærens, vel secundum partes, vel secundum tota, utpote quæ quasi cunctis simul incumbat rebus : non quidem ut sustineatur ab eis, sed quoniam cetera seorsum ab ipsa esse neque valeant neque velint, tum essentia ejusmodi semper eodem modo se habet. Commune omnium gradatim sequentium firmamentum, et quasi in circulo centrum, a quo omnes ad circumferentiam lineæ ductæ continue nihilo minus ipsum conquiescere in se ipso permittunt, habent quidem ab eo generationem atque esse, punctique ipsius participes sunt, quibus omnibus individuum est principium; procedunt tamen alio, inde interim non dejunctæ. Cum itaque sit hoc primum indivisibile, et in ordine intelligibilium entiumque principale, ac rursus sit et illud in ordine sensibilium penitus divisibile, super sensibile quidem et prope ipsum atque in ipso alia quædam natura est, partibilis quidem, sed non primo, sicut corpora, partibilis tamen in corporibus his effecta : adeo ut sectis corporibus secetur simul et species, quæ illis inest, sit tamen quodammodo tota in qualibet partium divisarum. Species, inquam, eadem facta jam plura, quorum quodlibet omnino distat ab alio, quippe cum species facta sit penitus divisibilis, quales sunt colores et qualitates omnes, omnisque forma, quæcumque potest tota in multis simul esse distantibus, nullam habens partem idem aliquando patientem, quod patiatur et alia. Quam ob rem hoc insuper omnino dividuum videtur esse ponendum. Præterea ulte-

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΨΥΧΗΣ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER I.

DE ESSENTIA ANIMÆ SUMMATIM.

(360,361.) [665,666.]

Intellectus primus est essentia prima, a quo et in quo sunt semper intellectus alii. Item, quomodo anima sit individua simul atque dividua.

Ἐν τῷ κόσμῳ τῷ νοητῷ ἡ ἀληθινὴ οὐσία· νοῦς τὸ ἄριστον αὐτοῦ, ψυχαὶ δὲ κἀκεῖ· ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ἐνταῦθα. Κἀκεῖνος ὁ κόσμος ψυχὰς ἄνευ σωμάτων ἔχει· οὗτος δὲ τὰς ἐν σώμασι γιγνομένας καὶ μερισθείσας τοῖς σώμασιν. Ἐκεῖ δὲ ὁμοῦ μὲν πᾶς νοῦς καὶ οὐ διακεκριμένος οὐδὲ μεμερισμένος· ὁμοῦ δὲ πᾶσαι ψυχαὶ ἐν ἑνὶ τῷ κόσμῳ, οὐκ ἐν διαστάσει τοπικῇ. Νοῦς μὲν οὖν ἀεὶ ἀδιάκριτος καὶ οὐ μεριστός· ψυχὴ δὲ ἐκεῖ ἀδιάκριτος, ἔχει δὲ φύσιν μερίζεσθαι. Καὶ γὰρ ὁ μερισμὸς αὐτῆς τὸ ἀποστῆναι καὶ ἐν σώμασι γενέσθαι· μεριστὴ οὖν εἰκότως περὶ τὰ σώματα λέγεται εἶναι, ὅτι οὕτως ἀφίσταται καὶ μεμέρισται. Πῶς οὖν καὶ ἀμέριστος; οὐ γὰρ ὅλη ἀπέστη, ἀλλ' ἔστι τι αὐτῆς οὐκ ἐλήλυθὸς, ὃ οὐ πέφυκε μερίζεσθαι. Τὸ οὖν ἐκ τῆς ἀμερίστου καὶ τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς ταὐτὸν τῷ ἐκ τῆς ἄνω καὶ κάτω οὔσης, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐξημμένης, ῥυείσης δὲ μέχρι τῶνδε, οἷον γραμμῆς ἐκ κέντρου. Ἐλθοῦσα δὲ ἐνταῦθα τούτῳ τῷ μέρει ὁρᾷ, ὡς καὶ αὐτῷ τῷ μέρει σώζει τὴν φύσιν τοῦ ὅλου· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα μόνον μεριστὴ, ἀλλὰ καὶ ἀμέριστος. Τὸ γὰρ μεριζόμενον αὐτῆς ἀμερίστως μερίζεται· εἰς ὅλον γὰρ τὸ σῶμα δοῦσα αὐτὴν, καὶ μὴ μερισθεῖσα τῷ ὅλῃ εἰς ὅλον ἐν παντὶ εἶναι μεμέρισται.

In mundo intelligibili regnat essentia vera, cujus præstantissimum est intellectus : animæ autem et illic adsunt; inde namque venerunt et hunc in mundum. Ille quidem mundus animas habet absque corporibus : hic autem jam corporibus insitas divisasque per corpora. Illic sane simul est intellectus omnis neque discretus neque divisus : simul et uno in mundo sunt animæ, nec ex ullis locorum intervallis distantiam patiuntur. Intellectus igitur indiscretus indivisusque est semper, sed anima illic quidem indiscreta indivisaque vivit : habet vero naturam divisionis cujusdam capacem. Ejus namque partitio est illinc abesse atque distare corporibusque conjungi : quapropter non injuria esse dicitur circa corpora divisibilis. Ita enim abest et distat partitionemque nonnullam admittit : quodam modo igitur etiam impartibilis est. Non enim illinc tota discedit, sed etiam superest ipsius aliquid, quod ad inferiora non venit, cujus natura nullam subire potest partitionem. Quod igitur in Timæo dicitur, animam essentia quadam individua et quadam circa corpora divisibili esse compositam, idem est, atque si diceretur, animam essentia quadam constare, partim quidem apud superos permanente, partim vero ad inferiora vergente, quæ quidem simul et inde pendeat, et se interim ad hæc usque propaget, non aliter, quam si ex centro linea protendatur. Ad hæc vero profecta hac insuper parte [evidenter] videt et eadem parte totius servat naturam : nam et hic non solum partibilis est, sed etiam impartibilis : siquidem, quod in ipsa divisum in partes dicitur, modo quodam indiviso est divisum. Per totum enim se corpus fundens, nec divisa quidem ex eo, quod tota est, dicitur esse divisa

γειν ἀνεξετάστως λέγεται. Πῶς γὰρ καὶ μεριοῦσι, καὶ τὸ μὲν ἄλλο τὸ δ' ἄλλο φήσουσι; τὸ δὲ ἡγεμονοῦν πηλίκῳ ποσῷ διαιροῦντες ἑκάτερον ἢ τίνι διαφορᾷ ποιότητος, ἑνὸς καὶ συνεχοῦς ὄγκου ὄντος; καὶ πότερα μόνον τὸ ἡγεμονοῦν, ἢ καὶ τὰ ἄλλα μέρη αἰσθήσεται; καὶ εἰ μὲν μόνον, εἰ μὲν αὐτῷ προσπέσοι τῷ ἡγεμονοῦντι, ἔν τινι τόπῳ ἱδρυμένῳ τὸ αἴσθημα, αἰσθήσεται· εἰ δὲ ἄλλῳ μέρει τῆς ψυχῆς αἰσθάνεσθαι οὐ πεφυκότι, τόδε τὸ μέρος οὐ διαδώσει τῷ ἡγεμονοῦντι τὸ αὐτὸ πάθημα, οὐδ' ὅλως αἴσθησις ἔσται· καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ἡγεμονοῦντι εἰ προσπέσοι, ἢ μέρει αὐτοῦ προσπεσεῖται, καὶ αἰσθομένου τοῦδε τὰ λοιπὰ οὐκέτι· μάταιον γὰρ, ἢ πολλαὶ αἰσθήσεις καὶ ἄπειροι ἔσονται, καὶ οὐχ ὅμοιαι πᾶσαι· ἀλλ' ἡ μέν, ὅτι πρώτως ἔπαθον ἐγώ, ἡ δ', ὅτι τὸ ἄλλης πάθημα, ἠσθόμην· ποῦ τε ἐγένετο τὸ πάθημα ἀγνοήσει ἑκάστη, παρὲκ τῆς πρώτης· ἢ καὶ ἕκαστον μέρος ψυχῆς ἀπατήσεται, δοξάζον, ὅπου ἐστὶν, ἐκεῖ γεγονέναι. Εἰ δὲ μὴ μόνον τὸ ἡγεμονοῦν, ἀλλὰ καὶ ὁτιοῦν μέρος αἰσθήσεται, διὰ τί τὸ μὲν ἡγεμονοῦν ἔσται, τὸ δὲ οὔ; ἢ τί δεῖ ἐπ' ἐκεῖνο τὴν αἴσθησιν ἀνιέναι; πῶς δὲ καὶ τὰ ἐκ πολλῶν αἰσθήσεων, οἷον ὤτων καὶ ὀμμάτων, ἓν τι γνώσεται; εἰ δ' αὖ πάντῃ ἓν ἡ ψυχὴ εἴη, οἷον ἀμέριστον πάντῃ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ ἓν, καὶ πάντῃ πλήθους καὶ μερισμοῦ ἐκφύγοι φύσιν, οὐδὲν ὅλον ὅ τι ἂν ψυχὴ καταλάβῃ, ἐψυχωμένον ἔσται· ἀλλ', οἷον περὶ κέντρον στήσασα ἑαυτὴν ἑκάστου, ἄψυχον ἂν εἴασε πάντα τὸν τοῦ ζώου ὄγκον. Δεῖ ἄρα οὕτως ἕν τε καὶ πολλὰ καὶ μεμερισμένον καὶ ἀμέριστον ψυχὴν εἶναι, καὶ μὴ ἀπιστεῖν ὡς ἀδύνατον τὸ αὐτὸ καὶ ἓν πολλαχοῦ εἶναι. Εἰ γὰρ τοῦτο μὴ παραδεχοίμεθα, ἡ τὰ πάντα συνέχουσα καὶ διοικοῦσα φύσις οὐκ ἔσται, ἥτις ὁμοῦ τε πάντα περιλαβοῦσα ἔχει, καὶ μετὰ φρονήσεως ἄγει· πλῆθος μὲν οὖσα, ἐπεὶ πολλὰ τὰ ὄντα· μία δὲ, ἵνα ᾖ ἓν τὸ συνέχον· τῷ μὲν πολλῷ αὐτῆς ἑνὶ ζωὴν χορηγοῦσα τοῖς μέρεσι πᾶσι· τῷ δὲ ἀμερίστῳ ἑνὶ φρονίμως ἄγουσα. Ἐν οἷς δὲ μὴ φρόνησις, τὸ ἓν τὸ ἡγούμενον μιμεῖται τοῦτο. Τοῦτο ἄρα ἐστὶ τὸ θείως ἠνιγμένον, τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος. Ἔστιν οὖν ψυχὴ ἓν καὶ πολλὰ οὕτως· τὰ δὲ ἐν τοῖς σώμασιν εἴδη πολλὰ καὶ ἕν· τὰ δὲ σώματα πολλὰ μόνον· τὸ δὲ ὑπέρτατον ἓν μόνον.

principalem inconsiderate proponitur : nam quo pacto dividunt, et hoc quidem aliud, illud vero aliud affirmabunt, et principale aliud potissimum designabunt? Qua enim quantitatis norma utrumque discernent, quave differentia denotabunt, ubi et qualitas una est, et continua moles? Præterea utrum principale solum, an et partes aliæ sentient? Quod si solum dicant, ita demum sentiet, si sensibilis passio occurrerit principali propria in sede locata : sin autem in aliam inciderit animæ partem sensus expertem, pars ejusmodi non traducet passionem eandem ad principale, nec omnino sensus efficietur. Tum vero, si passio accedat ad principale, vel in partem ejus incidet, ideoque hac sentiente reliquæ nequaquam sentient : alioquin fuerit supervacuum, aut certe multæ innumerabilesque sensuum perceptiones erunt atque dissimiles. Alicubi enim quasi dicetur, equidem primo patior : alibi vero, ego nunc sensi alterius passionem, et, ubi potissimum illata sit passio, sensus quilibet ignorabit, præter primum : vel forsan pars animæ omnis æque falletur, putans, ubi ipsa est, ibidem et passionem esse factam. Quodsi non principalis solum pars, verum etiam omnis alia sentit, curnam hæc quidem principalis sit, hæc vero nequaquam? curve oporteat ad illam pervenire sensum? Et quomodo, quæ ex multis confluunt sensibus, velut auribus atque oculis, unum quid tam cognoscere poterunt? Sin autem anima unum prorsus existerit, tanquam impartibile prorsus et unum in se ipso consistens, et omnino multitudinis partitionisque naturam effugerit, certe corpus nullum apprehensum ab anima animabitur totum : sed anima, quasi circa centrum cujuslibet stabiliens, residuam prorsus molem relinquet inanimatam. Oportet igitur sic unum et multa et partibile simul atque impartibile esse animam : neque diffidere, quasi impossibile sit, unum idemque simul multis adesse. Nisi enim hoc admiserimus, natura omnia continens et gubernans nusquam erit, quæ quidem simul complectitur omnia et sapientia ducit. Multitudo quidem exsistens, quamcopiam et entia multa : una quinetiam exsistens, ut unum sit, quod continet : profecto per unum ejus multiplex vis tam partibus suppeditat omnibus, per unum vero ejusdem impartibile ducit etiam sapienter. Quibus vero non inest sapientia, unum ibi illic principale hoc imitatur. Hæc igitur est, quod divine, licet obscure, dicitur a Platone hunc in modum : Mundi artifex ex essentia impartibili eademque se modo semper habente, ex essentia, quæ circa corpora fit partibilis, tertiam quandam ambabus communiscuit essentiæ speciem. Est igitur anima unum hunc in modum atque multa; species autem, quæ sunt in corporibus, multa simul et unum; corpora vero multa solum denique, quod supernum est, duntaxat est unum.

(Eusebii Præpar. Evang. Lib. XV, cap. 10.)

Ex secundo Plotini de Animorum immortalitate libro, adversus Aristotelem, qui Animum Entelechiam esse defendit.

Τὸ δὲ τῆς Ἐντελεχείας ὧδ' ἄν τις ἐπισκέψαιτο, πῶς περὶ ψυχῆς λέγεται. Τὴν ψυχὴν φασιν ἐν τῷ συνθέτῳ εἴδους τάξιν ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα ἔμψυχον ἔχειν, σώματος δὲ οὐ παντὸς εἶδος, οὐδὲ ᾗ σῶμα, ἀλλὰ φυσικοῦ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Εἰ μὲν οὖν, ᾗ παραβέβληται, ὁμοίωται, ὡς μορφὴ ἀνδριάντος πρὸς χαλ-

Entelechia [inquit] de Animo quemadmodum usurpatur, sic habeto. Animum aiunt cum animato corpore vel cum materia comparatum in composito formæ rationem habere. Corpus autem accipiunt non quodlibet, aut quatenus corpus ipsum est, sed naturale, organicum, quod tam potentia habens. Si ejus ergo similis est, quæ ipse confertur, eoque se modo habet, quo statua cum ære comparata : sequitur omnino, ubi corpus

τέον· πρὸς δ' αὖ ἐκείνῃ τῇ ἀμερίστῳ πάντῃ φύσει ἄλλη ἐξ ἧς οὐσία ἀπ' ἐκείνης οὖσα, ἔχουσα μὲν τὸ ἀμέριστον ἀπ' ἐκείνης· προόδῳ δὲ τῇ ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὴν ἑτέραν σπεύδουσα φύσιν, εἰς μέσον ἀμφοῖν κατέστη, τοῦ τε ἀμερίστου καὶ πρώτου, καὶ τοῦ περὶ τὰ σώματα μεριστοῦ, τοῦ ἐπὶ τοῖς σώμασιν· οὐχ ὅντινα τρόπον χρόα καὶ ποιότης πᾶσα πολλαχοῦ μέν ἐστιν ἡ αὐτὴ ἐν πολλοῖς σωμάτων ὄγκοις· ἀλλ' ἔστι τὸ ἐν ἑκάστῳ ἀφεστὸς τοῦ ἑτέρου πάντῃ, καθ' ὅσον καὶ ὁ ὄγκος τοῦ ὄγκου ἀπέστη. Κἂν καὶ τὸ μέγεθος δὲ ἓν ᾖ, ἀλλὰ τό γε ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ταὐτὸν κοινωνίαν οὐδεμίαν εἰς ὁμοπάθειαν ἔχει, ὅτι τὸ ταὐτὸν τοῦτο ἕτερον, τὸ δ' ἑτερόν ἐστι. Παθημα γὰρ τὸ ταὐτὸν, οὐκ οὐσία καὶ αὐτὴ, ἣν δὲ ἐπὶ ταύτῃ τῇ φύσει φαμὲν εἶναι τῇ ἀμερίστῳ προσχωροῦσαν οὐσίᾳ, οὐσία τέ ἐστι καὶ ἐγγίγνεται σώμασι, περὶ ἃ καὶ μερίζεσθαι αὐτῇ συμβαίνει, οὐ πρότερον τοῦτο πασχούσῃ, πρὶν σώμασιν ἑαυτὴν δοῦναι. Ἐν οἷς οὖν γίγνεται σώμασι, κἂν ἐν τῷ μεγίστῳ γίγνηται καὶ ἐπὶ πάντα διεστηκότι, δοῦσ' ἑαυτὴν τῷ ὅλῳ, οὐκ ἀφίσταται τοῦ εἶναι μία· οὐχ οὕτως ὡς τὸ σῶμα· ἐν γὰρ τῷ συνεχεῖ τὸ σῶμα ἕν, ἕκαστον δὲ τῶν μερῶν ἄλλο, τὸ δ' ἄλλο, καὶ ἀλλαχοῦ· οὐδ' ὡς ποιότης μία· ἡ δ' ὁμοῦ μεριστή τε καὶ ἀμέριστος φύσις, ἣν δὴ ψυχὴν εἶναι φαμὲν, οὐχ οὕτως ὡς τὸ συνεχὲς μία, μέρος ἄλλο τὸ δ' ἄλλο ἔχουσα, ἀλλὰ μεριστὴ μέν, ὅτι ἐν πᾶσι μέρεσι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν· ἀμέριστος δὲ, ὅτι ὅλη ἐν πᾶσι, καὶ ἐν ὁτῳοῦν αὐτοῦ ὅλη. Καὶ ὁ τοῦτο κατιδὼν, τὸ μέγεθος τῆς ψυχῆς καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς κατιδὼν, εἴσεται, ὡς θεῖον τὸ χρῆμα αὐτῆς καὶ θαυμαστὸν, καὶ τῶν ὑπὲρ τὰ χρήματα φύσεων, μέγεθος οὐκ ἔχουσα, παντὶ μεγέθει σύνεστι, καὶ ὡδὶ οὖσα, ὡδὶ πάλιν οὐκ ἔστιν, οὐκ ἄλλῳ, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ, ὥστε μεμερίσθαι, καὶ μὴ μεμερίσθαι αὖ· μᾶλλον δὲ μὴ μεμερίσθαι αὐτὴν, μηδὲ μεμερισμένην γεγονέναι. Μένει γὰρ μεθ' ἑαυτῆς ὅλη, περὶ δὲ τὰ σώματά ἐστι μεμερισμένη, τῶν σωμάτων τῷ οἰκείῳ μεριστῷ οὐ δυναμένων αὐτὴν ἀμερίστως δέξασθαι· ὥστε εἶναι τῶν σωμάτων πάθημα τὸν μερισμὸν, οὐκ αὐτῆς.

naturam illam prorsus indivisibilem alia est essentia proxima inde nascens, habens quidem individuum munus ab illa, sed progressione quadam inde facta ad naturam alteram properans, media evasit ambarum, naturæ scilicet impartibilis atque primæ, rursusque partibilis circa corpora et corporibus inhærentis. Neque omnino ita se habet, ut color et qualitas omnis, quæ quidem multa simul implet, quodammodo exsistens eadem in molibus corporum multis : attamen qualitas quæ in parte alia est, omnino distat a qualitate quæ jacet in alia ; quatenus et moles ibi distat a mole. Et quamvis magnitudo sit una, tamen, quod in singulis partibus dicitur idem, nullam prorsus habet ad compatiendum communionem : quoniam hoc ipsum idem alterum est et alterum. Passio enim quædam est hoc ipsum idem, non tamen et ipsa eademque essentia. Quam vero in hac natura dicimus esse penes impartibilem essentiam, ad eamque accedentem, et essentia est, et corporibus jungitur, circa quæ dividi hanc quoque contingit : neque tamen id ante patitur, quam corporibus se ipsam tradat. Quando igitur corporibus adest, quamvis adsit maximo passimque distanti ; tamen toti se ipsam accommodans una interim esse non desinit. Neque ita unum est, ut corpus est unum : corpus enim continuatione quadam unum est, partes vero aliud inter se sunt et aliud, et alibi disponuntur : neque rursus sic una est, ceu qualitas una. Profecto natura hæc partibilis simul atque impartibilis, quam esse dicimus animam, non sic una est quasi quoddam continuum, aliam partem aliamque habens, sed partibilis quidem est, quoniam partibus omnibus ejus, in quo est, se ipsam communicat : impartibilis autem, quoniam tota est in omnibus et in qualibet portione ipsius est tota. Quicumque vero hoc planius inspicit, magnitudinemque et potestatem animæ rite considerat, intelliget, quam divinus quamve mirandus animæ sit thesaurus atque naturarum super ceteros thesauros exsistentium : quippe cum magnitudine vacans universæ magnitudini adsit, et alicubi exsistens ibi iterum non exsistat, non alio quodam, sed prorsus eodem : adeo ut et divisa sit in partes, et iterum non divisa : potius autem ipsa neque divisa sit neque divisa fiat. Manet enim secum ipsa tota, sed circa corpora dicitur esse divisa : quippe cum corpora nequeant divisibilitate propria indivisibiliter eam accipere : quo efficitur, ut partitio non animæ quidem passio sit, sed corporum.

Confirmantur superiora. Item, quomodo fiat sensus et passio et judicium.

Β'. Ὅτι δὲ τοιαύτην ἔδει τὴν ψυχῆς φύσιν εἶναι, καὶ τὸ παρὰ ταύτην οὐχ οἷόν τε εἶναι ψυχὴν, οὔτε ἀμέριστον οὖσαν μόνον, οὔτε μόνον μεριστὴν, ἀλλ' ἀνάγκη ἅμφω τοῦτον τὸν τρόπον εἶναι, ἐκ τῶνδε δῆλον. Εἴτε γὰρ οὕτως ἦν, ὡς τὰ σώματα, ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο ἔχουσα μέρος, οὐκ ἂν τοῦ ἑτέρου παθόντος τὸ ἕτερον μέρος εἰς αἴσθησιν ἦλθε τοῦ παθόντος· ἀλλ' ἐκείνη ἂν ἡ ψυχὴ, οἷον ἡ περὶ τὸν δάκτυλον ὡς ἑτέρα καὶ ἐφ' ἑαυτῆς οὖσα, ἤσθετο τοῦ παθήματος· πολλαί γε ὅλως εἶεν ψυχαὶ αἱ διοικοῦσαι ἕκαστον ἡμῶν· καὶ δὴ καὶ τὸ πᾶν τόδε οὐ μία, ἀλλὰ ἄπειροι χωρὶς ἀλλήλων. Τὸ γὰρ τῆς συνεχείας, εἰ μὴ εἰς ἓν συντελοίη, μάταιον· οὐ γὰρ δὴ, ὅπερ ἀπατῶντες ἑαυτοὺς λέγουσιν, ὡς διαδόσει ἐπὶ τὸ ἡγεμονοῦν ἴασιν αἱ αἰσθήσεις, παραδεκτέον. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡγεμονοῦν ψυχῆς μέρος λέ-

II. Quod autem oporteat talem esse naturam animæ, quodve præter hanc nequeat esse anima, sed necessarium sit, animam neque impartibilem tantum, neque partibilem duntaxat exsistere, imo oporteat ambo hunc in modum esse, per hæc nobis esse poterit manifestum. Principio si talis esset, qualia corpora, aliam partem aliamque habens, profecto parte altera patiente pars altera in sensum patientis minime perveniret : sed illa quidem anima, velut quæ est in digito quasi altera et in se ipsa exsistens, passionem ibi sentiret. Multæ quoque forent animæ nostrum quemlibet gubernantes. Quin etiam hoc universum non una quædam anima, sed diversæ potius inter se et innumerabiles animæ regerent. Quod enim de continuitate aliquis afferat, nisi prorsus conducat redigaturque ad unum, vanum esse videtur. Non enim admittendum est, quod plerique se ipsos decipientes aiunt : sensus videlicet ipsos pervenire ad ipsum animæ principale, gradatim continuata quadam successione. Primo quidem dicere partem animæ

γειν ἀνεξετάστως λέγεται. Πῶς γὰρ καὶ μεριοῦσι, καὶ τὸ μὲν ἄλλο τὸ δ' ἄλλο φήσουσι; τὸ δὲ ἡγεμονοῦν πηλίκῳ ποσῷ διαιροῦντες ἑκάτερον ἢ τίνι διαφορᾷ ποιότητος, ἑνὸς καὶ συνεχοῦς ὄγκου ὄντος; καὶ πότερα μόνον τὸ ἡγεμονοῦν, ἢ καὶ τὰ ἄλλα μέρη αἰσθήσεται; καὶ εἰ μὲν μόνον, εἰ μὲν αὐτῷ προσπέσοι τῷ ἡγεμονοῦντι, ἐν τινι τόπῳ ἱδρυμένῳ τὸ αἴσθημα, αἰσθήσεται· εἰ δὲ ἄλλῳ μέρει τῆς ψυχῆς αἰσθάνεσθαι οὐ πεφυκότι, τόδε τὸ μέρος οὐ διαδώσει τῷ ἡγεμονοῦντι τὸ αὐτὸ πάθημα, οὐδ' ὅλως αἴσθησις ἔσται· καὶ αὐτῷ δὲ τῷ ἡγεμονοῦντι εἰ προσπέσοι, ἢ μέρει αὐτοῦ προσπεσεῖται, καὶ αἰσθομένου τοῦδε τὰ λοιπὰ οὐκέτι· μάταιον γὰρ, ἢ πολλαὶ αἰσθήσεις καὶ ἄπειροι ἔσονται, καὶ οὐχ ὅμοιαι πᾶσαι· ἀλλ' ἡ μέν, ὅτι πρώτως ἔπαθον ἐγὼ, ἡ δ', ὅτι τὸ ἄλλης πάθημα, ἠσθόμην· ποῦ τε ἐγένετο τὸ πάθημα ἀγνοήσει ἑκάστη, παρὲκ τῆς πρώτης· ἢ καὶ ἕκαστον μέρος ψυχῆς ἀπατήσεται, δοξάζον, ὅπου ἐστὶν, ἐκεῖ γεγονέναι. Εἰ δὲ μὴ μόνον τὸ ἡγεμονοῦν, ἀλλὰ καὶ ὁτιοῦν μέρος αἰσθήσεται, διὰ τί τὸ μὲν ἡγεμονοῦν ἔσται, τὸ δὲ οὔ; ἢ τί δεῖ ἐπ' ἐκεῖνο τὴν αἴσθησιν ἀνιέναι; πῶς δὲ καὶ τὰ ἐκ πολλῶν αἰσθήσεων, οἷον ὤτων καὶ ὀμμάτων, ἓν τι γνώσεται; εἰ δ' αὖ πάντῃ ἓν ἡ ψυχὴ εἴη, οἷον ἀμέριστον πάντῃ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ ἓν, καὶ πάντῃ πλήθους καὶ μερισμοῦ ἐκφύγοι φύσιν, οὐδὲν ὅλον ὅ τι ἂν ψυχὴ καταλάβῃ, ἐψυχωμένον ἔσται· ἀλλ', οἷον περὶ κέντρον στήσασα ἑαυτὴν ἑκάστου, ἄψυχον ἂν εἴασε πάντα τὸν τοῦ ζώου ὄγκον. Δεῖ ἄρα οὕτως ἓν τε καὶ πολλὰ καὶ μεμερισμένον καὶ ἀμέριστον ψυχὴν εἶναι, καὶ μὴ ἀπιστεῖν ὡς ἀδύνατον τὸ αὐτὸ καὶ ἓν πολλαχοῦ εἶναι. Εἰ γὰρ τοῦτο μὴ παραδεχοίμεθα, ἡ τὰ πάντα συνέχουσα καὶ διοικοῦσα φύσις οὐκ ἔσται, ἥτις ὁμοῦ τε πάντα περιλαβοῦσα ἔχει, καὶ μετὰ φρονήσεως ἄγει· πλῆθος μὲν οὖσα, ἐπεὶ πολλὰ τὰ ὄντα· μία δὲ, ἵνα ᾖ ἓν τὸ συνέχον· τῷ μὲν πολλῷ αὐτῆς ἑνὶ ζωὴν χορηγοῦσα τοῖς μέρεσι πᾶσι· τῷ δὲ ἀμερίστῳ ἑνὶ φρονίμως ἄγουσα. Ἓν οἷς δὲ μὴ φρόνησις, τὸ ἓν τὸ ἡγούμενον μιμεῖται τοῦτο. Τοῦτο ἄρα ἐστὶ τὸ θεῖος ἠνιγμένον, τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος. Ἔστιν οὖν ψυχὴ ἓν καὶ πολλὰ οὕτως· τὰ δὲ ἐν τοῖς σώμασιν εἶδη πολλὰ καὶ ἕν· τὰ δὲ σώματα πολλὰ μόνον· τὸ δὲ ὑπέρτατον ἓν μόνον.

principalem inconsiderate proponitur : nam quo pacto dividunt, et hoc quidem aliud, illud vero aliud affirmabunt, et principale aliud potissimum designabunt? Qua enim quantitatis norma utrumque discernent, quave differentia denotabunt, ubi et qualitas una est, et continua moles? Præterea utrum principale solum, an et partes aliæ sentient? Quod si solum dicant, ita demum sentiet, si sensibilis passio occurrerit principali propria in sede locato : sin autem in aliam inciderit animæ partem sensus expertem, pars ejusmodi non traducet passionem eandem ad principale, nec omnino sensus efficietur. Tum vero, si passio accedat ad principale, vel in partem ejus incidet, ideoque hac sentiente reliquæ nequaquam sentient : alioquin fuerit supervacuum, aut certe multæ innumerabilesque sensuum perceptiones erunt atque dissimiles. Alicubi enim quasi dicetur, equidem primo patior : alibi vero, ego nunc sensi alterius passionem, et, ubi potissimum illata sit passio, sensus quilibet ignorabit, præter primum : vel forsan pars animæ omnis æque falletur, putans, ubi ipsa est, ibidem et passionem esse factam. Quodsi non principalis solum pars, verum etiam omnis alia sentit, curnam hæc quidem principalis sit, hæc vero nequaquam? curve oporteat ad illam pervenire sensum? Et quomodo, quæ ex multis confluunt sensibus, velut auribus atque oculis, unum quid tam cognoscere poterunt? Sin autem anima unum prorsus existerit, tanquam impartibile prorsus et unum in se ipso consistens, et omnino multitudinis partitionisque naturam effugerit, certe corpus nullum apprehensum ab anima animabitur totum : sed anima, quasi circa centrum cujuslibet se stabiliens, residuam prorsus molem relinquet inanimatam. Oportet igitur sic unum et multa et partibile simul atque impartibile esse animam : neque diffidere, quasi impossibile sit, unum idemque simul multis adesse. Nisi enim hoc admiserimus, natura omnia continens et gubernans nusquam erit, quæ quidem simul complectitur omnia et sapientia ducit. Multitudo quidem exsistens, quamobrem et entia multa : una quinetiam exsistens, ut unum sit, quod continet : profecto per unum ejus multiplex vis tam partibus suppeditat omnibus, per unum vero ejusdem impartibile ducit etiam sapienter. Quibus vero non inest sapientia, unum ibi illic principale hoc imitatur. Hoc igitur est, quod divine, licet obscure, dicitur a Platone hunc in modum : Mundi artifex ex essentia impartibili et demque se modo semper habente, ex essentia, quæ circa corpora fit partibilis, tertiam quandam ambabus communiscuit essentiæ speciem. Est igitur anima unum hunc modum atque multa; species autem, quæ sunt in corporibus, multa simul et unum; corpora vero multa solum denique, quod supernum est, duntaxat est unum.

(Eusebii Præpar. Evang. Lib. XV, cap. 10.)

Ex secundo Plotini de Animorum immortalitate libro, adversus Aristotelem, qui Animum Entelechiam esse defendit.

Τὸ δὲ τῆς Ἐντελεχείας ὧδ' ἄν τις ἐπισκέψαιτο, πῶς περὶ ψυχῆς λέγεται. Τὴν ψυχήν φασιν ἐν τῷ συνθέτῳ εἴδους τάξιν ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα ἔμψυχον ἔχειν, σώματος δὲ οὐ παντὸς εἶδος, οὐδὲ ἧ σῶμα, ἀλλὰ φυσικοῦ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Εἰ μὲν οὖν, ἧ παραβέβληται, ὡμοίωται, ὡς μορφὴ ἀνδριάντος πρὸς χαλ-

Entelechia [inquit] de Animo quemadmodum usurpatur, sic habeto. Animum aiunt cum animato corpore vel cum materia comparatum in composito formæ ratione habere. Corpus autem accipiunt non quodlibet, aut quatenus corpus ipsum est, sed naturale, organicum, vitam potentia habens. Si ejus ergo similis est, quam ipse confertur, eoque se modo habet, quo statuæ forma cum ære comparata : sequitur omnino, ubi corpus

κὸν, καὶ διαιρουμένου τοῦ σώματος συμμερίζεσθαι, καὶ ἀποκοπτομένου τινὸς μέρους, μετὰ τοῦ ἀποκοπέντος ψυχῆς μόριον εἶναι, τήν τε ἐν τοῖς ὕπνοις ἀναχώρησιν μὴ γίνεσθαι, εἴπερ δεῖ προσφυᾶ τὴν ἐντελέχειαν, οὗ ἐστιν, εἶναι, τὸ δ' ἀληθὲς μηδὲ ὕπνον γίνεσθαι· καὶ μὴν ἐντελεχείας οὔσης, οὐδὲ ἐναντίωσιν λόγου πρὸς ἐπιθυμίας· ἓν δὲ καὶ ταὐτὸν δι' ὅλου πεπονθέναι τὸ πᾶν οὐ διαγνοῦν ἑαυτῷ· αἰσθήσεις δὲ μόνον δυνατὸν ἴσως γίνεσθαι, τὰς δὲ νοήσεις ἀδύνατον. Διὸ καὶ αὐτοὶ ἄλλην τὴν ψυχὴν, τὸν νοῦν, εἰσάγουσιν, ὃν ἀθάνατον τίθενται. Τὴν οὖν λογιζομένην ψυχὴν ἄλλως ἐντελέχειαν, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον, ἀνάγκη εἶναι, εἰ δεῖ τῷ ὀνόματι τούτῳ χρῆσθαι. Οὐδ' ἡ αἰσθητικὴ, εἴπερ καὶ αὕτη τῶν αἰσθητῶν ἀπόντων τοὺς τύπους ἔχει, αὐτοὺς οὐ μετὰ τοῦ σώματος ἄρα ἕξει· εἰ δὲ μὴ, οὕτως ἐνέσονται ὡς μορφαὶ καὶ εἰκόνες· ἀλλ' ἀδύνατον ἄλλως δέχεσθαι, εἰ οὕτως ἐνεῖεν· οὐκ ἄρα οὖσ' ἀχώριστος ἐντελέχεια. Καὶ μὴν οὐδὲ τὸ ἐπιθυμοῦν μὴ σιτίων μηδὲ ποτῶν, ἀλλ' ἄλλων παρὰ τὰ τοῦ σώματος, οὐδὲ αὐτὸ ἀχώριστος ἐντελέχεια. Ἀσπὸν δὲ τὸ φυτικὸν ἂν εἴη, ὃ ἀμφισβήτησιν ἂν δόξειεν ἔχειν, μήποτε τοῦτον τὸν τρόπον ἐντελέχεια ἀχώριστος ᾖ. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο φαίνεται οὕτως ἔχον· εἰ γὰρ ἡ ἀρχὴ παντὸς φυτοῦ περὶ τὴν ῥίζαν, καὶ αὐξανομένου τοῦ ἄλλου σώματος περὶ τὴν ῥίζαν, καὶ κάτω ἐν πολλοῖς τῶν φυτῶν, ἡ ψυχὴ δηλονότι ἀπολιποῦσα τὰ ἄλλα μέρη εἰς ἕν τι συνεστάλη· οὐκ ἄρα ἦν ἐν τῷ ὅλῳ ὡς ἀχώριστος ἐντελέχεια· καὶ γὰρ οὐ ἔστι, πρὶν αὐξηθῆναι τὸ φυτὸν, ἐν τῷ ὀλίγῳ ὄγκῳ. Εἰ οὖν καὶ εἰς ὀλίγον ἔρχεται ἐκ μείζονος φυτοῦ, καὶ ἐξ ὀλίγου ἐπὶ πᾶν, τί κωλύει καὶ ὅλως χωρίζεσθαι; Πῶς δ' ἂν καὶ ἀμερὴς οὖσα μεριστοῦ τοῦ σώματος ἐντελέχεια γένοιτο μεριστή; ἥ τε αὐτὴ ψυχὴ ἐξ ἄλλου ζώου ἄλλο γίνεται· πῶς οὖν ἡ τοῦ προτέρου τοῦ ἐφεξῆς ἂν γένοιτο, εἰ ἦν ἐντελέχεια ἑνός; φαίνεται δὲ τοῦτο ἐκ τῶν μεταβαλλόντων ζώων εἰς ἄλλα ζῷα. Οὐκ ἄρα τῷ εἶδος εἶναί τινος τὸ εἶναι ἔχει· ἀλλ' ἔστιν οὐσία οὐ παρὰ τὸ ἐν σώματι ἱδρῦσθαι τὸ εἶναι λαμβάνουσα, ἀλλ' οὖσα πρὶν καὶ τοῦδε γενέσθαι, οἷον ζώου, οὐ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν γεννήσει. Τίς οὖν οὐσία αὐτῆς; εἰ δὲ μήτε σῶμα μήτε πάθος σώματος, πρᾶξις δὲ καὶ κίνησις, καὶ πολλὰ καὶ ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς, οὐσία παρὰ τὰ σώματα οὖσα ποία τίς ἐστιν; ἢ δῆλον ὅτι ἦν ὄντως οὐσίαν εἶναι; τὸ μὲν γὰρ γένεσις, ἀλλ' οὐκ οὐσία, πᾶν τὸ σωματικὸν εἶναι λέγοιτ' ἄν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν, μεταλήψει δὲ τοῦ ὄντος σωζόμενον, καθόσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνοι.

ditur, animi simul divisionem fieri, ac resecta parte corporis, cum ea pariter animi partem esse aliquam; adeoque nec in somnis secessionem ipsius ullam contingere, cum entelechiam illam cum eo, cujus propria est, ab ortu complexam esse oporteat, imo vero somnum re ipsa nullum exsistere concluditur. Deinde, si entelechiæ ratio probabitur, nulla jam rationis cum cupiditatibus luctatio relinquetur: sed uno prorsus eodemque sensu totum ipsum afficietur, ne a semet ipso dissideat. Præterea sensus fortasse tantum, non item intelligentiæ functiones obiri poterunt. Quocirca alium insuper animum, hoc est mentem, introducunt, quam immortalem esse affirmant. Alius ergo modus, quam qui ab istis explicatur, necesario afferendus erit, quo animus ratiocinandi facultate præditus entelechia dicatur, si hoc vocabulum retineri placet. Quin etiam anima illa, quæ sentiendi principium est, quaque rerum sensibus perceptarum easdem, licet absentium, formas conservat, ipsa quoque eas sine corpore conservare non poterit. Hoc autem si dabitur, eæ proinde figurarum imaginumque more in anima residebunt: atqui si hoc inessent modo, non aliter utique recipi ab ea possent. Ut ergo sit entelechia, non ejusmodi tamen est, quæ separari non possit. Ex quo etiam efficitur, ut vel ipsa, non jam esculentorum ac potulentorum, sed eorum etiam, quæ sunt extra corpus, appetentia, id genus entelechia esse non possit. Ea superest anima, quæ crescendi vim tribuit, qua de fortassis jure dubitetur, num hæc ipsi entelechiæ ratio convenire possit. Verum ne illi quidem. Nam si plantæ omnis principium in radice versatur, parteque duntaxat inferiori, quæ a radice propius absit, ut multis in plantis evenire solet, crescente, anima relictis ceteris unam in aliquam sese collegit; talis ergo tota in planta non erat, qualis entelechia, quæ separari non possit. Adde, hanc animam in planta, priusquam augeatur, mole jam tum perexigua contineri. Si ergo et majori ex planta in angustum aliquid contrahitur, et angustiori ex spatio totum in corpus diffunditur, quid vetat, quominus eadem omnino separetur? Jam quomodo tandem, quæ partibus careat corporis ejus, quod divisionem subire potest, eidem obnoxia divisioni entelechia esse queat? Atque eadem anima aliud fit animal ex alio. Quomodo igitur, quæ prioris fuerat, alterius anima esse potest, si unius entelechia est? Hoc autem ex iis animantibus, quarum in alias mutatio fit, manifeste convincitur. Essentiam igitur in eo positam anima non habet, quod alicujus forma sit: sed ipsamet substantia est, quæ non ex eo, quod in corpore erat, esse sumpsit, sed quod jam tum erat, priusquam certi hujus anima fieret, velut animalis. Neque vero corpus animam generabit. Quænam igitur illius essentia est? Nam si neque corpus est, neque corporis affectio, et tamen functiones, actiones multaque id genus et insunt in ea et ab ea proficiscuntur, cum illa proinde extra corporum ordinem substantia quædam sit, cujusmodi tandem est? An vero patet esse animam vere substantiam, quam dicimus? Generatio quippe, non substantia, corporeum omne vocari debet, cum generetur intereatque modo, nec vere sit unquam, sed ejus, quod est, nonnulla communione servetur, quatenus particeps ejus est.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Γ.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΠΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER III.

DE DUBIIS ANIMÆ PRIMUS.

(371,372.) [687 – 689.]

Quam necessaria sit consideratio de anima, et quomodo aliqui suspicentur, nos vivere duntaxat ex vita mundi.

Α'. Περὶ ψυχῆς ὅσα ἀπορήσαντας δεῖ εἰς εὐπορίαν καταστῆναι, ἢ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀπορίαις στάντας τοῦτο γοῦν κέρδος ἔχειν, εἰδέναι τὸ ἐν τούτοις ἄπορον, ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὴν πραγματείαν ποιήσασθαι. Περὶ τίνος γὰρ ἂν τις μᾶλλον τὸ πολὺ λέγων καὶ σκοπούμενος εὐλόγως ἂν διατρίβοι, ἢ περὶ ταύτης; διά τε πολλὰ καὶ ἄλλα, καὶ ὅτι ἐπ' ἄμφω τὴν γνῶσιν δίδωσιν, ὧν τε ἀρχή ἐστι, καὶ ἀφ' ὧν ἐστι. Πειθοίμεθα δὲ ἂν καὶ τῷ τοῦ θεοῦ παρακελεύσματι, αὐτοὺς γιγνώσκειν παρακελευομένῳ, περὶ τούτου τὴν ἐξέτασιν ποιούμενοι. Ζητεῖν τε τὰ ἄλλα καὶ εὑρεῖν βουλόμενοι δικαίως ἂν, τὸ ζητοῦν τί ποτ' ἐστὶ τοῦτο, ζητοῖμεν, τό τε ἐραστὸν ποθοῦντες λαβεῖν θεαμάτων. Ἦν γὰρ καὶ ἐν τῷ παντὶ νῷ τὸ διττόν· ὥστε εὐλόγως ἐν τοῖς κατὰ μέρος τὸ μὲν οὕτως μᾶλλον, τὸ δὲ οὕτω. Τὰς δὲ ὑποδοχὰς τῶν θεῶν ὅπως, σκεπτέον· ἀλλὰ τοῦτο μέν, ὅταν, πῶς ἐν σώματι ψυχὴ γίγνεται, ζητῶμεν. Νῦν δὲ πάλιν ἐπανίωμεν ἐπὶ τοὺς λέγοντας ἐκ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς καὶ τὰς ἡμετέρας εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἴσως ἱκανὸν φήσουσιν εἶναι τὸ φθάνειν μέχρι τῶν αὐτῶν καὶ τὰς ἡμετέρας, μέχρις ὧν καὶ ἡ τοῦ παντὸς ψυχὴ ἔρχεται· μηδὲ τὸ ὁμοίως νοερὸν, καὶ εἰ συγχωροῖεν τὸ ὁμοίως, τοῦ μὴ μόρια αὐτῆς εἶναι· εἶναι γὰρ ὁμοειδῆ καὶ τὰ μέρη τοῖς ὅλοις. Παραθήσονται δὲ καὶ Πλάτωνα τοῦτο δοξάζοντα, ὅταν πιστούμενος τὸ πᾶν ἔμψυχον εἶναι λέγῃ· ὡς σῶμα μέρος ὂν τοῦ παντὸς τὸ ἡμέτερον, οὕτω καὶ ψυχὴν τὴν ἡμετέραν μέρος τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς εἶναι. Καὶ τὸ συνέπεσθαι δὲ ἡμᾶς τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ, καὶ λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ἐναργῶς εἶναι, καὶ τὰ ἤθη καὶ τὰς τύχας ἐκεῖθεν λαμβάνοντας, εἴσω τε γενομένους ἐν αὐτῷ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς τὴν ψυχὴν λαμβάνειν. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ ἡμῶν μέρος ἕκαστον ἡμῶν παρὰ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς λαμβάνει τι, οὕτω καὶ ἡμᾶς ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον μέρη πρὸς τὸ ὅλον ὄντας παρὰ τῆς ὅλης ψυχῆς μεταλαμβάνειν ὡς μέρη, καὶ τὸ, ψυχὴ δὲ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνειν, καὶ οὐκ ἄλλο τι ἔξωθεν ψυχῆς καταλείποντος μετὰ τὴν τοῦ ὅλου. Αὕτη γὰρ ἡ τὸ πᾶν ἄψυχον ἐν ἐπιμελείᾳ τιθεμένη.

I. Operæ pretium est considerare, utrum omnes de anima dubitationes solvendæ sint, an potius in dubitationibus ipsis lucrum nobis sit collocandum. Nulla profecto res est, de qua diligentius et diutius investigare tractareque, quam de anima, debeamus : cum ob alia multa, tum etiam quia ad utraque cognoscenda conducit, scilicet tam ad ea, quorum est ipsa principium, quam ad illa, ex quibus efficitur. Sic ergo parebimus deo præcipienti : Cognosce te ipsum. Præterea, cum cetera omnia perscrutari invenireque studeamus, merito quidnam sit hic in nobis investigator, in primis investigabimus : præsertim cum id ipsum, quod in ipsis contemplationis spectaminibus amabile jucundumque est, consequi exoptemus. Est enim et in universo intellectu ipsum geminum : quapropter rationabiliter in particularibus intellectibus hoc quidem ita magis, illud vero aliter se potius habet. Considerandum insuper erit, quomodo deorum susceptacula fiant : verum id quidem opportunius indagabimus, postquam, quo pacto anima sit in corpore, quæsiverimus. Nunc vero iterum ad illos regrediamur, qui aiunt, nostras quoque animas ex ipsa universi anima esse. Fortasse enim nobis objicient, non esse sufficiens argumentum, quominus nostræ sint partes illius, quod dicitur animas nostras eo usque procedere, quo usque anima mundi se fundit, quodve traditur intellectuales dotes habere persimiles, etiamsi id illi concesserint : esse namque dicent partes toti plerumque conformes. Afferent præterea Platonem ipsum in medium, quasi id opinantem, ubi probans animatum esse mundum, inquit : Quemadmodum corpus nostrum pars est corporis universi, sic et animam nostram esse totius animæ partem. Item quod dicitur et evidenter ostenditur, sequi nos totius mundi circuitum, et inde mores fortunasque habere : rursus nos intra mundum genitos merito ab ipso nos continente animam nostram accipere. Præterea quemadmodum unaquæque pars nostri a nostra anima aliquid suscipit, ita et nos simili ratione, cum simus partes ad totum, ab ipsa totius anima tanquam partes accipere. Postremo quod scribitur, Omnis anima totius inanimati curam habet, idem prorsus significare, quasi præter ipsam mundi animam nihil usquam animæ relinquatur. Hæc enim est quæ totum curat inanimatum.

Non potest anima mundi in plures dividi partes, sicut corpora vel dimensiones et numeri et corporum qualitates.

Β'. Πρὸς δὴ ταῦτα πρῶτον ἐκεῖνο λεκτέον, ὡς ὁμοειδῆ τιθέμενοι τῷ τῶν αὐτῶν συγχωρεῖν ἐφάπτεσθαι, τὸ αὐτὸ γένος κοινὸν διδόντες, ἔξω ποιοῦσι τοῦ μέρος εἶναι· ἀλλὰ μᾶλλον ἂν τὴν αὐτὴν καὶ μίαν καὶ

II. Ad hæc igitur id primo dicendum, quod illi ponendo animas esse conformes, propterea, quod eadem attingere concedantur, interim idem commune genus admittendo [clam] efficiunt, ut aliæ animæ non sint partes unius; sed probabilius inferrent unam eandemque esse, et quamdiu

ἑκάστην πᾶσαν δικαιότερον ἂν εἴποιεν· μίαν δὲ ποιοῦντες, εἰς ἄλλο ἀναρτῶσιν. Ὃ μηκέτι τοῦδε ἢ τοῦδε, ἀλλὰ οὐδενὸς ὂν αὐτὸ ἢ κόσμου, ἢ τινὸς ἄλλου, αὐτὸ ποιεῖ, ὃ καὶ κόσμου καὶ ὁτουοῦν ἐμψύχου. Καὶ γὰρ ὁ οὕτως ἔχει μὴ πᾶσαν τὴν ψυχήν τινος εἶναι, οὐσίαν γε ὄντων· ἀλλ' εἶναι ἢ μή τινός ἐστιν ὅλως· τὰς δὲ, ὅσαι τινός, γίγνεσθαί ποτε κατὰ συμβεβηκός. Ἴσως δὲ δεῖ λαβεῖν τὸ μέρος ἐν τοῖς τοιούτοις πῶς λέγεται σαφέστερον· τὸ μὲν δὴ ὡς σωμάτων μέρος, εἴτε ὁμοειδὲς τὸ σῶμα εἴτε ἀνομοειδὲς, ἧττον, ἐκεῖνο μόνον ἐπισημηναμένους, ὡς ἐπὶ τῶν ὁμοιομερῶν, ὅταν λέγηται μέρος, κατὰ τὸν ὄγκον ἐστὶ τὸ μέρος, οὐ κατὰ τὸ εἶδος, οἷον τὴν λευκότητα. Οὐ γὰρ ἡ ἐν τῷ μορίῳ τοῦ γάλακτος λευκότης μέρος ἐστὶ τῆς τοῦ παντὸς γάλακτος λευκότητος, ἀλλὰ μορίου μέν ἐστι λευκότης· μόριον δὲ οὐκ ἔστι λευκότητος· ἀμέγεθες γὰρ ὅλως, καὶ οὐ ποσὸν ἡ λευκότης· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, οὕτως. Ὅταν δὲ ἐπὶ τῶν οὐ σωμάτων λέγωμεν μέρος, ἤτοι οὕτως, ὡς ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν λέγοιμεν ἂν, ὡς τὰ δύο τῶν δέκα (ἔστω δὲ ἐπὶ ψιλῶν μόνων τὸ λεγόμενον), ἢ ὡς κύκλου καὶ γραμμῆς μέρος, ἢ ὡς ἐπιστήμης μέρος, τὸ θεώρημα. Ἐπὶ μὲν δὴ τῶν μονάδων καὶ τῶν σχημάτων ἀνάγκη, ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, ἐλαττοῦσθαί τε τὸ ὂν τῷ εἰς τὰ μέρη μερισμῷ, ἐλάττω τε τὰ μέρη ἕκαστα τῶν ὅλων εἶναι. Ὅσα γὰρ ὄντα καὶ τὸ εἶναι ἐν τῷ ποσῷ ἔχοντα, οὐ τὸ αὐτοποιὸν ὄντα, μείζω καὶ ἐλάττω ἐξ ἀνάγκης γίγνεται. Κατὰ δὴ ταῦτα οὐκ ἐνδέχεται ἐπὶ ψυχῆς τὸ μέρος λέγεσθαι. Οὔτε γὰρ ποσὸν οὕτως ὡς δεκάδα τὴν πᾶσαν, τὴν δὲ μονάδα μέρος εἶναι, ἄλλα τε γὰρ πολλὰ καὶ ἄτοπα συμβήσεται, καὶ οὐχ ἕν τι τὰ δέκα. Καὶ ἑκάστη αὐτῶν τῶν μονάδων ἡ ψυχὴ ἔσται, ἢ ἐξ ἀψύχων ἁπάντων ἡ ψυχή· καὶ ὅτι καὶ τὸ μέρος τῆς ὅλης ψυχῆς συγκεχωρήσεται ὁμοειδὲς εἶναι, τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς οὐκ ἀνάγκη τὸ μέρος, οἷον τὸ ὅλον ἐστὶν, εἶναι· οἷον κύκλου ἢ τετραγώνου· ἢ οὐ πάντα γε τὰ μόρια ὅμοια, ἐφ' ὧν ἐστι λαβεῖν τὸ μέρος, οἷον ἐπὶ τῶν τριγώνων τρίγωνα, ἀλλὰ παραλλάσσοντα, τὴν δὲ ψυχὴν ὁμοειδῆ τίθενται εἶναι. Καὶ ἐπὶ γραμμῆς δὲ τὸ μὲν μέρος ἔχει τὸ γραμμὴ εἶναι, ἀλλὰ τῷ μεγέθει διαφέρει καὶ ἐντεῦθεν. Ἐπὶ δὲ ψυχῆς ἡ διαφορὰ τῷ μεγέθει εἰ λέγοιτο τῆς μερικῆς πρὸς τὴν ὅλην, ποσόν τι ἔσται καὶ τοῦτο, τὴν διαφορὰν λαμβάνουσα, καθὸ ψυχὴ, παρὰ τὸ ποσόν· ἀλλ' ὑπέκειντο πᾶσαι ὅμοιαι καὶ ὅλαι. Φαίνεται δὲ οὔτε μεριζομένη οὕτως, ὡς τὰ μεγέθη· οὔτ' ἂν συγχωρήσαιεν δὲ οὐδὲ αὐτοὶ κατατέμνεσθαι τὴν ὅλην εἰς μέρη. Ἀναλώσουσι γὰρ τὴν ὅλην, καὶ ἔσται μόνον ἔσται, εἰ μὴ ἀρχή τίς ποτε ἦν πᾶσα· ὡς ἐν οἴνου μερισθέντος εἰς πολλὰ, ἕκαστον τὸ ἐν ἑκάστῳ σμικρὸν λέγοι μέρος οἴνου τοῦ ὅλου. Ἆρ' οὖν οὕτω μέρος, ὡς θεώρημα τὸ τῆς ἐπιστήμης λέγεται, τῆς ὅλης ἐπιστήμης αὐτῆς μὲν μενούσης οὐδὲν ἧττον, τοῦ δὲ μερισμοῦ οἷον προφορᾶς καὶ ἐνεργείας ἑκάστου οὔσης; Ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ ἕκαστον μὲν δυνάμει ἔχει τὴν

universam existere : unam vero efficientes ad aliud quiddam redigunt. Quod quidem non hujus amplius vel illius, sed nullius ipsum exsistens, sive mundi, sive alterius, ipsum quidem agit, quicquid et mundi et cujuslibet animati vita facere judicatur. Recte namque se habere videtur non omnem animam alicujus esse, quippe cum essentia sit : sed exstare aliquam, quæ nullius prorsus exsistat : eas vero, quæcumque alicujus esse dicuntur, fieri aliquando secundum accidens [*id est* alicujus evadere]. Forsan vero in his accipiendum est planius, quomodo pars dicatur : modum quidem partium in corporibus apparentem, sive uniforme sit corpus, sive diversiforme, dimittere decet, illud duntaxat significantes : quando in corporibus consimilium partium pars nominatur, secundum molem, non secundum speciem esse partem, sicut in albedine possumus judicare. Albedo enim, quæ est in parte lactis, non est pars albedinis, quæ in toto lacte, sed partis quidem est albedo, non autem pars est albedinis : siquidem albedo non est quantum aliquid, sed per se omnino magnitudine carens : et id quidem ita se habeat. At quando in rebus, quæ non sunt corpora, partem dicimus, vel ita, ut in numeris accipimus partem, sicut binarius dicitur pars denarii (sit autem in numeris tantum puris id dictum), vel sicut circuli et lineæ pars dici solet, vel tanquam propositio sive notio dici pars scientiæ consuevit. In unitatibus quidem atque figuris necessarium est, quemadmodum et in corporibus, minui cum tota ipsa per partes divisione, tum minores toto partes singulas esse. Hæc enim cum sint quanta, et suum esse in quanto possideant, non ipsum quantum exsistentia, necessario majora fiunt atque minora. Hac certe conditione pars in anima dici non potest. Non enim in ea ita quantum est, ut tota quidem sit ceu denarius, pars vero ut unitas. Contingent profecto et alia absurda permulta, et procul dubio decem non sunt aliquid unum. Præterea vel unaquæque unitatum erit anima, vel anima ipsa ex cunctis inanimatis constituetur. Accedit ad hæc, quod pars totius animæ concessa est uniformis exsistere : at in continuo non necessarium est, partem esse talem, quale exsistit et totum, sicut circuli vel quadranguli partes : aut certe non omnes particulæ similes sunt, in quibus licet partem accipere, ceu triangulos in triangulis : sed in his accidit per varia permutatio : animam vero uniformem esse fatentur. Item in linea pars quidem habet, ut linea sit, sed hic quoque magnitudine differt. Verum in anima, si differentia magnitudine sumitur, partialis videlicet animæ ad totam animam, quantum quiddam erit et corpus : quippe cum differentiam ipsam, qua est anima, a quanto susceperit : at omnes concessæ sunt esse similes atque totæ. Constat præterea neque ita esse divisam, ut magnitudines dividuntur, neque illi etiam totam secari in partes confiterentur : alioquin totam ipsam sunt funditus perdituri. Et nisi principium aliquod fuerat universa, jam nomen erit solum : ceu si quis vino in multa distributo, quot singulatim est in poculo vini totius dixerit esse partem. Sed numquid ita pars in anima sumitur, sicut propositio quædam pars totius scientiæ nuncupatur : ipsa quidem scientia tota nihilo minus integra permanente, partitione vero sui se habente, velut prolatio quædam actusque cujusque? In hac quidem re unumquodque totam in potentia scientiam

ὅλην ἐπιστήμην· ἡ δέ ἐστιν οὐδὲν ἧττον ὅλη. Εἰ δὴ οὕτως ἐπὶ ψυχῆς τῆς τε ὅλης καὶ τῶν ἄλλων, οὐκ ἂν ἡ ὅλη, ἧς τὰ τοιαῦτα μέρη, ἔσται τινός, ἀλλ' αὐτὴ ἀφ' ἑαυτῆς· οὐ τοίνυν οὐδὲ τοῦ κόσμου, ἀλλά τις καὶ αὐτὴ τῶν ἐν μέρει. Μέρη ἄρα πᾶσαι μιᾶς, ὁμοειδεῖς οὖσαι. Ἀλλὰ πῶς ἡ μὲν κόσμου, ἡ δὲ μερῶν τοῦ κόσμου;

habet : hæc vero nihilo minus est interea tota. Quodsi hoc pacto pars in anima et universa et ceteris censeatur, profecto anima universa, cujus partes aliæ sunt ejusmodi, non erit alicujus anima, sed penes se ipsa consistet : neque igitur erit anima mundi ; sed hæc quoque erit quædam earum, quæ in parte ponuntur. Partes ergo omnes unius uniformes penitus exsistentes. At quomodo hæc quidem mundi anima, illa vero partium mundanarum?

Non licet fingere, esse unicam tantum in cunctis hominibus mundi animam, sicut dicimus in cunctis hominis unius membris esse unam hominis animam.

Γ'. Ἀλλ' ἆρα οὕτω μέρη ὥσπερ ἂν καὶ ἐφ' ἑνὸς ζώου τις εἴποι τὴν ἐν τῷ δακτύλῳ ψυχὴν μέρος τῆς ἐν τῷ παντὶ ζώῳ ὅλης; ἀλλ' οὗτός γε ὁ λόγος, ἢ οὐδεμίαν ποιεῖ ψυχὴν ἔξω σώματος γίγνεσθαι, ἢ πᾶσαν οὐκ ἐν σώματι, ἀλλ' ἔξω τοῦ σώματος τοῦ κόσμου, τὴν τοῦ παντὸς λεγομένην. Σκεπτέον δὲ τοῦτο· νῦν δὲ ὡς λέγοιτο ἂν κατὰ τὴν εἰκόνα ἐξεταστέον. Εἰ γὰρ ἡ τοῦ παντὸς παρέχει αὑτὴν πᾶσι τοῖς ἐν μέρει ζώοις, καὶ οὕτω μέρος ἑκάστη, διαιρεθεῖσα μὲν, οὐκ ἂν αὐτὴν ἑκάστῳ παρέχοι· ἡ αὐτὴ δὲ πανταχοῦ ἔσται ἡ ὅλη, μία καὶ ἡ αὐτὴ ἐν πολλοῖς ἅμα οὖσα· τοῦτο δὲ οὐκέτ' ἂν τὴν μὲν ὅλην, τὴν δὲ μέρος ἂν εἶναι παράσχοιτο, καὶ μάλιστα, οἷς τὸ αὐτὸ δυνάμεως πάρεστιν· ἐπεὶ καὶ οἷς ἄλλο ἔργον, τῷ δὲ ἄλλο οἷον ὀφθαλμοῖς καὶ ὠσὶν, οὐ μόριον ἄλλο ψυχῆς ὁράσει, ἄλλο δὲ ὠσὶ λεκτέον παρεῖναι, (ἄλλων δὲ τὸ μερίζειν οὕτως,) ἀλλὰ τὸ αὐτὸ, κἂν ἄλλη δύναμις ἐν ἑκατέροις ἐνεργῇ. Εἰσὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέραις ἅπασαι· τῷ δὲ τὰ ὄργανα διάφορα εἶναι, διαφόρους τὰς ἀντιλήψεις γίγνεσθαι, πάσας μέντοι εἰδῶν εἶναι, εἰς εἶδος πάντα δυνάμενον μορφοῦσθαι. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ εἰς ἓν ἀναγκαῖον εἶναι πάντα ἰέναι· τῶν δὲ ὀργάνων, δι' ὧν, μὴ πάντα δύνασθαι δέξασθαι, καὶ τὰ μὲν παθήματα διάφορα γίγνεσθαι τοῖς ὀργάνοις, τὴν δὲ κρίσιν παρὰ τοῦ αὐτοῦ, οἷον δικαστοῦ, καὶ τοὺς λόγους τοὺς λεγομένους, καὶ τὰ πραχθέντα κατανενοηκότος. Ἀλλ' ὅτι ἕν γε πανταχοῦ, εἴρηται καὶ ἐν τοῖς διαφόροις τῶν ἔργων· εἴ τε ὡς αἱ αἰσθήσεις, οὐκ ἕνι ἕκαστον αὐτῶν νοεῖν, ἀλλ' ἐκείνην· εἰ δ' οἰκεία ἦν ἡ νόησις, ἐφ' ἑαυτῆς ἑκάστη· ὅταν δὲ καὶ λογικὴ ᾖ ψυχὴ, καὶ οὕτω λογικὴ ὡς ὅλη λέγεται, τὸ λεγόμενον μέρος ταὐτὸν, ἀλλ' οὐ μέρος ἔσται τοῦ ὅλου

III. Sed numquid ita partes hic accipiendæ sunt, ac si quis in uno quodam animali dicat animam, quæ est in digito, partem esse totius animæ, quæ est in toto animali? At vero hic sermo vel nullam efficit animam extra corpus esse, vel omnem non in corpore, sed extra corpus mundi illam, quæ mundi anima dicitur. Consideratione quidem id dignum est : sed in præsentia quasi per imaginem est agendum. Si enim totius anima omnibus particularibus se ipsam præbeat animantibus, atque ita quælibet scilicet anima pars dicatur : nam si divisa esset, nequaquam unicuique se præberet : profecto eadem ubique tota erit, una, inquam, et eadem in multis simul exsistens. Sic autem nequaquam obtineretur, aliam quidem animam esse totam, aliam vero partem, in his præsertim, quibus eadem adsit potentia : quandoquidem et ubi aliud alteri officium est, aliud vero alteri, velut oculis atque auribus, non aliam animæ partem oculo, aliam auribus adesse dicendum : nam aliorum est divisio talis : sed prorsus eandem, quamvis alia in utrisque potentia se exerceat. Sunt enim in utrisque omnes ; sed propterea, quod differentia sunt instrumenta, differentes quoque apprehensiones fieri est putandum : omnes tamen specierum esse, atque in speciem redigi omnino potentem formari per omnia. Patet vero hoc ex eo etiam, quod necessarium sit, omnia in unum denique pervenire : naturam vero instrumentorum, per quæ pervenitur, constat non posse cuncta suscipere : et passiones quidem instrumentis fieri differentes ; judicium vero ab uno eodemque agi velut judice, cum quæ dicuntur, tum quæ aguntur pariter advertente : verum quod unum ubique, dictum est in differentibus etiam actionibus. Quodsi velut sensus duntaxat ibi sint, non licet unumquodque ipsorum intelligere, sed potius illam : si autem propria intelligentia sit, nimirum quælibet in se ipsa consistit. Quando vero et rationalis sit anima, atque ita rationalis dicatur ut tota : quod dicitur pars, non pars quidem totius, imo idem erit omnino.

Confirmantur superiora, et docetur, quomodo fiat distinctio in intellectu, et quomodo debeat in anima fieri, et quomodo aliqui fingant distingui ad tempus animas iterumque confundi.

Δ'. Τί οὖν φατέον εἰ οὕτω μία, ὅταν τις ζητῇ τὸ ἐντεῦθεν; πρῶτον μὲν ἀπορῶν, εἰ οἷόν τε οὕτως ἓν ἅμα ἐν πᾶσιν· ἔπειτα, ὅταν ἐν σώματι ᾖ, ἡ δὲ μὴ ἐν σώματι; ἴσως γὰρ ἀκολουθήσει ἀεὶ ἐν σώματι πᾶσαν εἶναι, καὶ μάλιστα τὴν τοῦ παντός. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἡ ἡμετέρα λέγεται καταλείπειν τὸ σῶμα· καίτοι τινές φασι τοῦτο μὲν καταλείψειν, οὐ πάντῃ δὲ ἔξω σώματος ἔσεσθαι. Ἀλλ' εἰ πάντῃ ἔξω σώματος ἔσται, πῶς ἡ μὲν καταλείψει, ἡ δὲ οὔ, ἡ αὐτὴ οὖσα; Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ νοῦ, ἑτερότητι χωριζομένου ἑαυτοῦ κατὰ μέρη μάλιστα ἀπ' ἀλλήλων· ὄντων δὲ ὁμοῦ ἀεὶ, ἀμέριστος γὰρ ἂν εἴη αὕτη ἡ οὐσία, οὐδεμία τοιαύτη ἂν ἀπορία κα-

IV. Quid ergo dicendum erit, si modo ita sit una, quando quispiam hinc nos percontabitur, primo quidem dubitans, numquid ita possit esse simul in omnibus unum : deinde, quando anima in corpore sit, quomodo et alia sit extra corpus? Fortasse enim consequens erit, omnem in corpore semper esse, præsertim animam universi. Non enim sicut nostra corpus relinquere dicitur, etsi nonnulli aiunt hoc quidem derelicturam, non tamen omnino extra corpus fore. At si omnino extra corpus erit, quonam pacto hæc quidem deseret, hæc vero nequaquam, cum sit eadem? In ipso quidem intellectu, qui alteritate distinguitur in se ipso, secundum partes præcipue inter se, simul tamen exsistentes semper, siquidem essentia ipsa impartibilis est, nulla unquam talis incidet dubitatio. At vero in anima,

τέχνα· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς λεγομένης μεριστῆς εἶναι κατὰ σώματα, τοῦτο τὸ ἕν τι εἶναι πάσας πολλὰς ἐν ἔχοι ἀπορίας· εἰ μή τις τὸ μὲν ἓν στήσειεν ἐφ' ἑαυτοῦ μὴ πίπτον εἰς τὸ σῶμα· εἴ τε ἐξ ἐκείνου τὰς πάσας, τήν τε τοῦ ὅλου, καὶ τὰς ἄλλας μέχρι τινὸς οἷον συνοχάς, καὶ μίαν, τῷ μηδενός τινος γίγνεσθαι, τοῖς δὲ πέρασιν αὐτῶν ἐξηρτημένας καὶ συνούσας ἀλλήλαις πρὸς τὰ ἄνω, ὠδὶ καὶ ὠδὶ ἐπιβάλλειν· οἷον φωτὸς ἤδη πρὸς τῇ γῇ μεριζομένου κατ' οἴκους, καὶ οὐ μεμερισμένου, ἀλλ' ὄντος ἑνὸς, οὐδὲν ἧττον, καὶ τὴν μὲν τοῦ παντὸς ἀεὶ ὑπερέχειν τῷ μηδὲ εἶναι αὐτῇ τὸ κατελθεῖν, μηδὲ τὸ κάτω, μηδὲ ἐπιστροφὴν [πρὸς] τὰ τῇδε· τὰς δ' ἡμετέρας, τῷ τε εἶναι ἀφωρισμένον αὐταῖς τὸ μέρος ἐν τῷδε, καὶ τῇ ἐπιστροφῇ τοῦ προσδεομένου φροντίσεως. Τῆς μὲν οὖν ἐοικυίας τῇ ἐν φυτῷ μεγάλῳ ψυχῇ, ἡ ἀπόνως τὸ φυτὸν καὶ ἀψόφως διοικεῖ, τῆς κατατάττω τῆς ψυχῆς τοῦ παντός· τοῦ δὲ ἡμῶν κάτω, ἂν εἰ εὐλαὶ ἐν σαπέντι μέρει τοῦ φυτοῦ γίγνοιντο· οὕτω γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἔμψυχον ἐν τῷ παντί. Τῆς δὲ ἄλλης ψυχῆς τῆς ὁμοειδοῦς τῶν ἄνω τῆς ὅλης, οἷον εἴ τις γεωργὸς ἐν φροντίδι τῶν ἐν τῷ φυτῷ εὐλῶν γίγνοιτο, ἢ ταῖς μερίμναις πρὸς τῷ φυτῷ γίγνοιτο. Ἢ εἴ τις ὑγιαίνοντα μὲν, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ὑγιαινόντων ὄντα, πρὸς ἐκείνοις εἶναι λέγοι, πρὸς οἷς ἐστιν ἃ πράττων, ἢ θεωρίαις ἑαυτὸν παρέχων· νοσήσαντος δέ, καὶ πρὸς ταῖς τοῦ σώματος θεραπείαις ὄντος, πρὸς τῷ σώματι εἶναι, καὶ τοῦ σώματος γεγονέναι.

quæ circa corpora dicitur esse partibilis, hoc ipsum, quod dicitur unum esse omnes, multis nos dubitationibus implicat: nisi quis ipsum quidem unum in se ipso firmaverit, in corpus minime decidens: deinde omnes ab illo tam totius animam quam alias usque ad certum quiddam velut simul exsistentes, atque unam ex eo, quod nullius proprii fiant, esse dixerit. Terminis vero suis suspensas simulque conspirantes penes superna interim huc et illuc dirigere se atque porrigere, instar luminis, quod quidem in terra jam est per domicilia distributum, neque tamen a se ipso disjunctum, sed est nihilo minus unum: et animam universi semper supereminere, propterea, quod non accidat ei descensio neque degeneratio ad inferius, neque conversio ad sequentia: nostras vero minus excellere, ex eo, quod certa pars eis in mundo sit assignata, et ad inferiora se flectant ob naturam corporis cura et sollicitudine indigentem. Jam vero mundi anima per infimam ejus partem similis est ingentis arboris animæ, quæ sine labore atque sollicitudine gubernat plantam. Infimum vero animæ nostræ ita se habet, velut si in putrefacta arboris parte pusilla quædam animalia generentur: sic enim se habet animatum corpus in universo. Alia vero anima conformis sublimi parti animæ universi ita se habet, velut si quis agricola animalibus in planta genitis curandis incumbat, et in planta colenda sollicitetur. Aut fortasse si quis dicat, sanum quidem hominem et cum aliis sanis concurrentem esse penes illa, quibus se ipsum vel agendis vel speculandis addixerit: ægrotantem vero et in curando corpore occupatum, dicat penes corpus ipsum esse, et jam ipsius corporis esse factum.

Quamodo intellectus humani profluant ab intellectu divino inter se distincti, atque ita permaneant, ac totidem in se ipsis et quasi sub se naturas concipiant animales.

V. Ἀλλὰ πῶς ἔτι ἡ μὲν σὴ, ἡ δὲ τοῦδε, ἡ δὲ ἄλλου ἐστί; ἆρα οὖν τοῦδε μὲν κατὰ τὸ κάτω, οὐ τοῦδε δὲ, ἀλλ' ἐκείνου κατὰ τὸ ἄνω; ἀλλ' οὕτω γε Σωκράτης μὲν ἔσται, ὅταν ἐν σώματι καὶ ἡ Σωκράτους ψυχή· τελεῖται δὲ, ὅταν μάλιστα γένηται ἐν τῷ ἀρίστῳ. Ἡ ἀπολεῖται οὐδὲν τῶν ὄντων, ἐπεὶ κἀκεῖ οἱ νόες οὐκ ἀπολοῦνται, ὅτι μὴ εἰσὶ σωματικῶς μεμερισμένοι εἷς ἕκαστος, ἀλλὰ μένει ἕκαστον ἐν ἑτερότητι ἔχων τὸ αὐτὸ, ὅ ἐστιν εἶναι. Οὕτω τοίνυν καὶ ψυχαὶ ἐφεξῆς καθ' ἕκαστον νοῦν ἐξηρτημέναι, λόγοι νῶν οὖσαι καὶ ἐξειλιγμέναι μᾶλλον ἢ ἐκεῖνοι, οἷον πολὺ ἐξ ὀλίγου γενόμενοι συναφεῖς τῷ ὀλίγῳ οὖσαι, ἀμερεστέρῳ ἐκείνων ἑκάστῳ μερίζεσθαι ἤδη θελήσασαι, καὶ οὐ δυνάμεναι εἰς πᾶν μερισμοῦ ἰέναι, τὸ ταὐτὸν καὶ ἕτερον σώζουσαι, μένει τε ἑκάστη ἓν, καὶ ὁμοῦ ἓν πᾶσαι. Εἴρηται τὸ κεφάλαιον τοῦ λόγου, ὅτι ἐκ μιᾶς, καὶ αἱ ἐκ μιᾶς πολλαὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ νῷ, κατὰ τὰ αὐτὰ μεριστὸν εἶναι, καὶ οὐ μεριστὸν εἶναι. Καὶ λόγος εἷς τοῦ νοῦ ἡ μένουσα, καὶ ἀπ' αὐτῆς λόγοι μεριστοὶ καὶ ἄϋλοι, ὥσπερ καὶ.

V. Sed quanam ulterius ratione hæc quidem tua est, hæc vero hujus, illa denique erit illius? An forsan hujus quidem est secundum ipsius infimum, non autem hujus, sed illius potius, per supremum? At vero sic Socrates quidem erit, quando in corpore ipsa Socratis anima fuerit: interibit autem, quando maxime erit in optimo. Sed certe entium nullum perit: quandoquidem et intellectus ibi non pereunt: quoniam non sunt conditione corporea in unum secti: sed ibi permanet unumquodque in alteritate, servans ipsum idem, quod ipsius est esse. Sic itaque deinceps et animæ suspensæ illinc, secundum quemlibet intellectum et rationes quædam intellectuum exsistentes magisque explicatæ, quam illi, quasi jam multum quiddam ex pauco factæ, et contiguæ pauco, impartibiliori illorum cuilibet dividi jam velle videntur, neque tamen ad summum partitionis progredi posse. Servantes enim ipsum idem simul et alterum, manet unaquæque unum, et simul unum cunctæ. Dictum profecto jam est, quantum spectat ad disputationis summam, omnes animas ex una deduci, ex una, inquam, multas eodem tenore cum intellectu, divisas eodem ordine, atque etiam non divisas. Atqui ratio una mentis est anima illa, quæ permanet, et ab ipsa rationes partiales immaterialesque, sicut et ibi

De differentiis animarum, quatenus magis minusve convertuntur ad intellectum tam universalem, quam particularem, et quatenus ad universam vel ad universi partem.

VI. Διὰ τί δὲ ἡ μὲν τοῦ παντὸς ψυχὴ ὁμοειδὴς οὖσα τοῖς ἄλλοις ἐποίησε κόσμον, ἡ δὲ ἑκάστου οὔ; ἔχουσα καὶ αὐτὴ πάντα ἐν ἑαυτῇ; τὸ γὰρ δύνασθαι ἐν πολλοῖς γίγνεσθαι

VI. Sed cur nam anima quidem mundi, quæ conformis dicitur esse cum aliis, fecit mundum, anima vero uniuscujusque nequaquam? præsertim cum et quælibet in se omnia complectatur? Posse namque in multis esse simul

ἅμα καὶ εἶναι, εἴρηται· νῦν δὲ λεκτέον. Τάχα γὰρ καὶ πῶς ταὐτὸν ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ τὸ μὲν τοδὶ, τὸ δὲ τοδὶ ποιεῖ, ἢ πάσχει, ἢ ἄμφω, γνωσθήσεται, ἢ καθ' αὑτό γε τοῦτο ἐπισκεπτέον. Πῶς οὖν καὶ διὰ τί κόσμον πεποίηκεν, αἱ δὲ μέρος τι τοῦ κόσμου διοικοῦσιν; ἢ θαυμαστὸν οὐδὲν, τοὺς τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην ἔχοντας, τοὺς μὲν πλειόνων, τοὺς δὲ ἐλαττόνων ἄρχειν. Ἀλλὰ διὰ τί; εἰπεῖν ἂν ἔχοι τις. Ἀλλ' ἔστιν, εἴποι τις ἂν, καὶ ψυχῶν διαφορὰ, ἢ μᾶλλον καθ' ὃ ἡ μὲν οὐκ ἀπέστη τῆς ὅλης, ἀλλ' ἔσχεν ἐκεῖ οὖσα περὶ αὑτὴν τὸ σῶμα· αἱ δὲ ἤδη ὄντος, οἷον ἀδελφῆς ψυχῆς ἀρχούσης μοίρας διέλαχον, οἷον προπαρασκευασάσης ταύτης αὐταῖς οἰκήσεις. Ἔστι δὲ καὶ τὴν μὲν πρὸς τὸν ὅλον νοῦν ἰδεῖν, τὰς δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς αὐτῶν τοὺς ἐν μέρει. Τάχα δ' ἂν καὶ αὗται δύναιντο ποιεῖν· τῆς δὲ ποιησάσης οὐκέτι οἷόν τε καὶ αὐταῖς, πρώτης ἐκείνης ἀρξάσης· τὸ δ' αὐτὸ ἄν τις ἠπόρησε, καὶ εἰ ἡτισοῦν καὶ ἄλλη πρώτη κατεῖχε. Βέλτιον δὲ λέγειν, τῷ ἐξηρτῆσθαι μᾶλλον τῶν ἄνω· τῶν γὰρ ἐκεῖ νενευκότων ἡ δύναμις μείζων. Σώζουσαι γὰρ αὑτὰς ἐπ' ἀσφαλοῦς ἐκ τοῦ ῥᾴστου ποιοῦσι· δυνάμεως γὰρ μείζονος μὴ πάσχειν ἐν οἷς ποιεῖ· ἡ δὲ δύναμις ἐκ τοῦ ἄνω μένει. Μένουσα οὖν ἐν αὐτῇ [ταὐτὸ] ποιεῖ προσιόντων· αἱ δὲ αὐταὶ προσῆλθον· ἀπέστησαν οὖν εἰς βάθος· ἢ πολὺ αὐτῶν καθελκυσθὲν συνεφειλκύσατο καὶ αὐτὰς ταῖς γνώμαις, εἰς τὸ κάτω ἰέναι. Τὸ γὰρ δευτέρας καὶ τρίτας, τῷ ἐγγύθεν καὶ τῷ πορρώτερον ὑπονοητέον εἰρῆσθαι· ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν οὐχ ὁμοίως πάσαις ψυχαῖς ὑπάρχει τὰ πρὸς τὰ ἐκεῖ, ἀλλ' αἱ μὲν ἐνοῖντο ἄν, αἱ δὲ βάλλοιεν ἂν ἐγγὺς ἐφιέμενοι, οἷς δὲ ἧττον ἂν ἔχοι τοῦτο, καθ' ὃ ταῖς δυνάμεσιν οὐ ταῖς αὐταῖς ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' αἱ μὲν τῇ πρώτῃ, αἱ δὲ τῇ μετ' ἐκείνην, αἱ δὲ τῇ τρίτῃ, ἁπάντων τὰς πάσας ἐχόντων.

jamque exsistere dictum est : nunc vero illud est declarandum. Fortasse enim et quomodo idem in alio atque alio partim quidem hoc, partim vero illud aut agit, aut patitur, aut ad utrumque se habet, ex his cognoscetur. Forsan vero secundum hoc ipsum considerare satius est, quonam pacto et quam ob causam illa fecerit mundum; aliæ vero partem aliquam mundi gubernent. Fortasse nihil mirum videri debet, homines eadem scientia præditos alios quidem pluribus, alios vero paucioribus dominari. Quæret fortasse quispiam, quam ob causam res ita se habeat. Respondebit et aliquis, esse majorem quoque differentiam animarum, quatenus hæc quidem non discessit ab universa, sed ibi conquiescens corpus circa se continuit [et continet] : aliæ vero corpore jam facto, et jam exorsa dominanteque earum sorore anima, gradatim nactæ sunt sortes, quasi illa jam his paraverit domicilia. Neque deest alia differentia, per quam hæc quidem universum suspiciat intellectum, aliæ vero particulares potius intellectus, videlicet unaquæque suum. Forsan vero hæ quoque facere [totum] possent : verum cum illa jam fecerit, non datur ulterius his facultas, postquam illa primum jecerit fundamenta : sed eodem modo quivis ambigeret, si forte quævis etiam alia primo occupasset. Satius autem est dicere præcipuam animæ principali ob id potentiam et fabricam convenire, quod magis supernis adhæreat. Animabus enim illic attentius incumbentibus potentia major exoritur. Conservantes enim se ipsas in tuto illic fundamenta facillime faciunt : potentiæ namque majoris est, non pati in his, quæ facit; permanet vero potestas ex alto. Manentes itaque in se ipsa facit jam consequenter aliis accidentibus : aliæ autem, quæ accesserunt [*vel* processerunt], in profundum decessisse videntur. Fortasse quod in eis plurimum est deorsum tractum secum traxit et illas, adeo ut per cogitationes etiam descendisse jam videantur. Quod enim in Timæo dicitur de secundo tertioque ordine animarum, exponendum est, alias quidem supernis propius inhærere, alias vero discedere longius, quemadmodum et apud nos accidit. Non enim quælibet animæ similiter ad superna se habent, sed aliæ quidem superis uniuntur, aliæ vero desiderio prope accedunt, aliæ denique minus id assequuntur, quatenus eisdem viribus non utuntur. Sed hæ potentia utuntur prima, istæ secunda, illæ denique tertia, cum tamen vires omnes unaquæque possideat.

Responsiones ad dubia, probantes, quod animæ nostræ non sunt ex anima mundi.

Ζ'. Ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ. Ἀλλὰ τὸ ἐν Φιλήβῳ λεχθὲν, παρέχον ὑπόνοιαν μοίρας τῆς τοῦ παντὸς τὰς ἄλλας εἶναι — βούλεται δὲ ὁ λόγος οὐ τοῦτο, ὅ τις οἴεται, ἀλλ' ὅπερ ἦν χρήσιμον αὐτῷ τότε, καὶ τὸν οὐρανὸν ἔμψυχον εἶναι. Τοῦτο οὖν πιστοῦται λέγων, ὡς ἄτοπον τὸν οὐρανὸν ἄψυχον λέγειν, ἡμῶν, οἳ μέρος σώματος ἔχομεν τοῦ παντὸς, ψυχὴν ἐχόντων. Πῶς γὰρ ἂν τὸ μέρος ἔσχεν ἀψύχου τοῦ παντὸς ὄντος; δῆλον δὲ μάλιστα τὸ τῆς γνώμης αὐτοῦ ἐν Τιμαίῳ ποιεῖ, οὗ γενομένης τῆς ψυχῆς τοῦ παντὸς ὕστερον τὰς ἄλλας ποιεῖ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ μιγνύων κρατῆρος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ τῶν ὅλων, ὁμοειδῆ ποιῶν καὶ τὴν ἄλλην, τὴν δὲ διαφορὰν δευτέροις καὶ τρίτοις διδούς. Τὸ δὲ ἐν τῷ Φαίδρῳ, ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου — τί γὰρ ἂν εἴη, ὃ σώματος τὴν φύσιν διοικεῖ, καὶ ἢ πλάττει, ἢ τάττει, ἢ ποιεῖ; ἢ ἡ ψυχή· καὶ οὐχ ἡ μὲν πέφυκε τοῦτο δύνασθαι, ἡ δὲ οὔ. Ἡ μὲν οὖν τελεία, φησὶν, ἡ τοῦ παντὸς μετεωροποροῦσα, οὐ δῦσα, ἀλλ' οἷον ἐποχουμένη εἰς τὸν κόσμον ποιεῖ, καὶ ἥτις ἂν τελεία ᾖ, οὕτω διοικεῖ. Ἡ δὲ πτεροῤῥυήσασα εἰπὼν,

VII. De his dictum sit hactenus. Quod autem in Philebo dictum suspicionem inducit, ne forte animæ omnes sint mundanæ animæ partes, non id quidem sibi vult, quod aliquis opinatur, sed quod tunc ei potissimum conducebat, scilicet animatum esse mundum. Hoc enim comprobare studens, absurdum esse, inquit, cælum inanimatum dicere, cum nos, qui corpus, mundani corporis partem habemus, animam habeamus. Quo enim pacto pars animam habuisset, si totum esset inanimatum? Sententia vero Platonis liquet potissimum in Timæo : ubi, facta tam anima mundi, deinceps aliæ oriuntur in eadem patera, qua et illa, commixtæ eique conformes : differentiam vero illarum per secundos tertiosque gradus assignat. Quod autem in Phædro dicitur, omnem animam totius inanimati curam habere : quid mirum? Nam quid aliud corporis naturam gubernat, format, ordinat, facit, nisi anima? Neque dicendum est, hanc quidem naturaliter id facere posse, illam vero nequaquam. Unde subdit : Perfecta igitur exsistens anima ipsa, scilicet universi elata sublimius, neque immersa, sed (ut ita dixerim) supernatans azit mundum, et quæcumque perfecta sit, similiter dispensabit. Præterea, ubi animam fractis pennis quasi ruentem inducit, evidenter ejusmodi animam asserit ab anima mundi

ἄλλην ταύτην παρ' ἐκείνην ποιεῖ. Τὸ δὲ συνέπεσθαι τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ καὶ ἦθη ἐκεῖθεν κομίζεσθαι, καὶ πάσχειν παρ' αὐτοῦ, οὐδὲν ἂν εἴη σημεῖον τοῦτο τοῦ μέρη τὰς ἡμετέρας εἶναι. Ἱκανὴ γὰρ ψυχὴ καὶ παρὰ φύσεως τόπων πολλὰ ἀπομάττεσθαι, καὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρος, καὶ πόλεων διαφόρων οἰκήσεις, καὶ τῶν σωμάτων αἱ κράσεις. Καί τι ἔφαμεν ἔχειν ἐν τῷ παντὶ ὄντες τῆς τοῦ ὅλου ψυχῆς, καὶ παρὰ τῆς περιφορᾶς συνεχωροῦμεν τὸ πάσχειν· ἀλλ' ἀντετίθεμεν ἄλλην ψυχὴν πρὸς ταῦτα, καὶ μάλιστα τῇ ἀντιστάσει δεικνυμένην ἄλλην. Τὸ δ' ὅτι εἴσω γεννώμεθα ἐν αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τῶν μητέρων φαμὲν ἑτέραν εἶναι, οὐ τὴν τῆς μητρὸς, τὴν ἐπεισιοῦσαν.

esse diversam. Proinde quod adductum fuit, animas sequi circuitum universi, moresque inde ducere, et inde pati, nullo modo significat nostras animas esse partes. Potest enim anima ex natura locorum aquarumque et aeris multa cœlitus imminentia in semet ipsam contrahere : ut est habitatio et urbana consuetudo, complexionesque corporum. Ac si dixerimus nos inclusos in universo habere aliquid a mundi anima vitæ, et a cælesti circuitu pati, induximus tamen contra ea animam quoque alteram his omnibus resistentem, ipsaque resistentia se esse alteram manifeste monstrantem. Ad id vero, quod dicitur, nos intra mundum genitos esse, respondemus similiter, in alvo materna fetum aliam habere animam, quam maternam scilicet animam, quæ ingreditur aliunde.

Quomodo animæ differant : et quomodo sint immortales in propria forma restantes : et quomodo anima mundi ad vitam omnibus conferat.

Η'. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἂν ἔχοι λύσεως, καὶ τοῦ τῆς συμπαθείας μὴ ἐμποδίζοντος τὸν λόγον· ἐκ γὰρ τῆς αὐτῆς πᾶσαι οὖσαι, ἐξ ἧς καὶ ἡ τοῦ ὅλου, συμπαθεῖς. Καὶ γὰρ εἴρηται, ὅτι καὶ μία, καὶ πολλαί· περὶ δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὸ ὅλον τῆς διαφορᾶς ὅπως, εἴρηται· εἴρηται δὲ καὶ ὅλως περὶ διαφορᾶς ψυχῆς, καὶ νῦν συντόμως λεγέσθω, ὅτι καὶ παρὰ τὰ σώματα μὲν ἂν γίγνοιτο διαφέρειν, καὶ ἐν τοῖς ἤθεσι μάλιστα, καὶ ἐν τοῖς τῆς διανοίας ἔργοις, καὶ ἐκ τῶν προβεβιωμένων βίων. Κατὰ γὰρ τοὺς προβεβιωμένους φησὶ τὰς αἱρέσεις ταῖς ψυχαῖς γίνεσθαι. Εἰ δέ τις φύσιν ψυχῆς ὅλως λαμβάνει, καὶ ἐν ταύταις εἴρηνται αἱ διαφοραὶ, ἐν οἷς καὶ δεύτερα καὶ τρίτα ἐλέγετο, καὶ ὅτι πάντα πᾶσαι· κατὰ δὲ τὸ ἐνεργῆσαν ἐν αὐτῇ ἑκάστη· τοῦτο δὲ τὸ τὴν μὲν ἑνοῦσθαι ἐνεργείᾳ, τὴν δὲ ἐν γνώσει, τὴν δὲ ἐν ὀρέξει, καὶ ἐν τῷ ἄλλην ἄλλα βλέπειν, καὶ, ἅπερ βλέπει, εἶναι καὶ γίγνεσθαι, καὶ τὸ πλῆρες δὲ ταῖς ψυχαῖς, καὶ τέλειον, καὶ οὐχὶ ταὐτὸν πάσαις, ἀλλ' εἰ ποικίλον τὸ ὅλον σύνταγμα αὐταῖς. Εἷς γὰρ πᾶς λόγος πολὺς καὶ ποικίλος, ὥσπερ ζῷον ψυχικὸν, πολλὰς μορφὰς ἔχον. Εἰ δὴ τοῦτο, καὶ σύνταξίς ἐστι, καὶ οὐ διέσπασται τὰ ὄντα ὅλως ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ τὸ εἰκῇ ἐν τοῖς οὖσιν ὅπου, μηδὲ ἐν τοῖς σώμασι, καὶ ἀριθμόν τινα ἀκόλουθόν ἐστιν εἶναι. Καὶ γὰρ αὖ ἑστάναι δεῖ τὰ ὄντα, καὶ τὰ αὐτὰ τὰ νοητὰ εἶναι, καὶ ἕκαστον ἓν ἀριθμῷ εἶναι· οὕτω γὰρ τὸ τόδε. Τοῖς μὲν γὰρ τῶν σωμάτων τῇ φύσει τοῦ καθ' ἕκαστον ῥέοντος, ἅτε ἐπακτοῦ τοῦ εἴδους ὄντος, τὸ εἶναι κατ' εἶδος ἀεὶ ὑπάρχει μιμήσει τῶν ὄντων. Τοῖς δὲ, ἅτε οὐκ ἐκ συνθέσεως οὖσι, τὸ εἶναι ἐστιν ἐν τῷ, ὅ ἐστιν ἀριθμῷ ἕν, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχει, καὶ οὔτε γίγνεται, ὃ μὴ ἦν, οὔτε, ὅ ἐστιν, οὐκ ἔσται, ἐπεὶ, καὶ εἰ ποιοῦν τι ἔσται αὐτὰ, ἐκ μὲν ὕλης οὐκ ἄν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο, δεῖ τι καὶ ἐξ αὐτοῦ οὐσιῶδες προσθεῖναι· ὥστε μεταβολὴ περὶ αὐτὸ ἐκεῖνο ἔσται, εἰ νῦν πλέον ποιεῖ ἢ ἔλαττον. Καὶ διὰ τί νῦν, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ οὕτως, καὶ τὸ γενόμενον δὲ οὐκ ἀΐδιον, εἴπερ πλέον καὶ ἔλαττον· κεῖται δὲ ἡ ψυχὴ τοιοῦτον. Πῶς οὖν ἄπειρον, εἰ στήσεται; ἢ τῇ δυνάμει τὸ ἄπειρον, ὅτι ἡ δύναμις ἄπειρος, οὐχ

VIII. Atque hæc quidem ita nobis soluta in præsentia fuerint. Præterea hoc ipsum, quod animæ inter se compatiantur, rationes nostras impedire non debet : nempe cum ex eadem omnes, ex qua mundi anima, profluant, nimirum compatiuntur et invicem. Jam vero dictum est, cum unam esse, tum multas. Dictum quoque de differentia partis ad totum : dictum denique universe de animæ differentia : et nunc summatim quoque dicatur. Dicimus itaque præter corporeas differentias animas inter se differre, cum in moribus maxime, tum in cogitationis officiis, etiam ex præcedentibus vitæ alterius institutis. Nam in Republica scribitur a Platone, secundum vitas antecedentes ab animabus sequentes eligi vitas. Si quis autem omnino animæ ipsius naturam consideret, hic quoque posuit differentias, ubi gradus secundos tertiosque disposuit. Præterea dictum est, omnes animas esse omnia, secundum vero quod operatur in ipsa, quamlibet esse : hoc autem est, aliam quidem in actione uniri, aliam in cognitione, aliam in appetitu : atque insuper ex eo differre, quod alia aliæ intuentur, et, quæ intuentur, eadem sunt et fiunt. Plenum quoque munus atque perfectum convenit animabus, neque tamen omnibus idem, sed ita se habent, ac si universa earum coordinatio varia esse dicatur. Una enim est ratio universa, multiplex atque varia, velut animal aliquod animale atque multiforme. Quod si ita est, et coordinatio est, neque entia sunt a se invicem penitus disgregata, neque quicquam temere factum in ipso entium ordine alicubi reperitur, neque etiam in corporibus : idcirco et consequens est, exstare quendam numerum consequentem. Nam et consistere oportet entia, ipsaque intelligibilia eadem esse, et unumquodque esse numero unum : sic enim de unoquoque hoc aliquid dicitur. Ubi enim in genere corporum naturaliter fluunt singula, utpote quæ adventitiam speciem sortiuntur, nimirum esse secundum speciem hic perpetuum imitatione quadam entium reperitur. At penes entia, utpote quæ non ex compositione sunt, ipsum esse est in eo, quod est numero unum. quod quidem exsistit etiam ab initio, neque fit, quod ante non erat, neque, quod est, non erit : quoniam, etsi quid erit, quod ipsa faciat, certe non ex materia faciet. Quod si ita est, oportet aliquid etiam ex se ipso essentiale adjungere. Quapropter hoc ipsum circa illud permutatio erit, si nunc plus facit aut minus. Præterea quæri potest, cur agat nunc, neque eodem modo semper. Atqui et quod factum est, non erit sempiternum, siquidem plus admittit et minus : anima vero tale quiddam posita est. Quomodo igitur infinitum erit, si firmabitur? Forsan potentia infinitum, quoniam infinita est ipsa potentia.

ὡς μερισθησομένης εἰς ἄπειρον, ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς οὐ πεπερασμένος. Καὶ αὗται τοίνυν οὐ πέρατι ἀλλοτρίῳ ἐστὶν ἑκάστη ὅ ἐστιν, οἷον τοσαύτη, ἀλλ' αὐτή ἐστιν, ὅσον θέλει· καὶ οὐ μή ποτε γένηται προϊοῦσα ἔξω αὐτοῦ, ἀλλὰ φθάνει μὲν πανταχοῦ, ὃ πέφυκεν αὐτῆς ἐπὶ τὰ σώματα εἰς τὰ σώματα φθάνειν· οὐ μὴν διέσπασται ἀφ' ἑαυτῆς, ὅταν ᾖ καὶ ἐν τῷ δακτύλῳ καὶ ἐν τῷ ποδί. Οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ παντί, εἰς ὃ ἂν φθάνῃ, ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέρει φυτοῦ· καὶ ἀποτετμημένου, ὥστε εἶναι καὶ ἐν τῷ ἐξ ἀρχῆς φυτῷ, καὶ τῷ ἀπ' αὐτοῦ τετμημένῳ. Ἓν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ παντὸς, καὶ ὡς ἐν ἑνί ἐστιν αὐτοῦ πανταχοῦ. Καὶ σαπέντος δὲ ζώου, εἰ πολλὰ ζῶα ἐξ αὐτοῦ, ἐκείνη μὲν οὐκέτι ἐστὶν ἡ τοῦ παντὸς ζώου ψυχὴ ἐν τῷ σώματι· οὐ γὰρ ἔχει αὖ τὸ δεκτικὸν αὐτῆς, οὐ γὰρ αὖ ἀπέθανε. Τὰ δὲ ἐκ τῆς φθορᾶς ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς γενέσεις ζώων, τὰ μὲν τῶνδε, τὰ δὲ τῶνδε ἴσχει ψυχήν, οὐδενὸς ὄντος ὅτου ἀποστατεῖ· ὄντος δὲ τοῦ μὲν δέχεσθαι, τοῦ δὲ μὴ δέχεσθαι δυναμένου· καὶ τὰ γιγνόμενα οὕτως ἔμψυχα οὐ πλείους ἐποίησε ψυχάς· ἐξήρτηται γὰρ τῆς μιᾶς, ᾗ μένει μία· ὥσπερ καὶ ἐν ἡμῖν, ἀποτεμνομένων τινῶν, ἄλλων δὲ ἀντ' αὐτῶν φυομένων, τῶν μὲν ἀπέστη ἡ ψυχὴ, τοῖς δὲ προσεγένετο, ἕως ἡ μία μένει. Ἐν δὲ τῷ παντὶ μένει ἀεὶ ἡ μία· τὰ δὲ ἐντὸς τὰ μὲν ἴσχει, τὰ δὲ ἀποτίθεται, τῶν αὐτῶν ψυχικῶν μενόντων.

non tanquam quæ dividenda sit in infinitum, quando et deus non est terminatus. Sic itaque se habent et animæ : non enim per terminum alienum est quælibet id, quod est, velut tanta, sed ipsa, quantum vult, exsistit, neque unquam adducitur, ut extra hoc ipsum digrediatur, sed profluit quidem per totum, quod ex ipsa ita natura comparatum est, ut per corpora in corpora currat : neque tamen a se ipsa distrahitur, quando inest et in digito manus simul et pede. Sic utique et in universo in quodcumque percurrit, in alia atque alia velut parte plantæ. Et secta parte aliqua restat et in planta priori, et in eo, quod ab ipsa separatum est. Unum namque est universi corpus, et tanquam in uno est ipsius ubique. In putrefacto autem animali, si plura ex ipso animalia oriantur, illa quidem non ulterius totius animalis anima est in corpore : non enim habet tunc sibi proprium susceptaculum, neque etiam periit. Quæ vero ex putrefactione apta sunt ad animalium genituram, partim quidem horum, partim etiam illorum accipiunt animam : quippe cum anima ipsa nusquam desit : cum tamen aliud hanc accipere possit, aliud nequeat, et quæ ita viventia fiunt, non cogunt plures animas esse : pendent enim ab una, quatenus illa permanet una. Quemadmodum et in nobis quando aliqua amputantur, pro quibus alia pullulent, ab illis quidem absit anima, his autem sese adhibet ; quatenus una permanet. In universo autem permanet semper una. Quæ vero in universo sunt, alia quidem vitam retinent, alia vero nequaquam, cum tamen interea eædem perseverent ipsius animæ vires.

Secunda quæstio : Quot modis insinuetur anima corpori, et qualis sit anima mundi, et quomodo faciat mundum et dimensionem ejus, et quomodo sit ubique.

Θ'. Ἀλλὰ πῶς ἐγγίγνεται σώματι ψυχὴ, ζητητέον, τίς ὁ τρόπος καὶ πῶς; οὐχ ἧττον γὰρ καὶ τοῦτο θαυμάσαι τε καὶ ζητῆσαι ἄξιον. Ἐπεὶ τοίνυν διττὸς ὁ τρόπος τῆς εἰς σῶμα ψυχῆς εἰσόδου· ἡ μὲν γὰρ γίγνεται ψυχῇ ἐν σώματι οὔσῃ, τῇ τε μετενσωματουμένῃ, καὶ τῇ ἐκ σώματος ἀερίνου ἢ πυρίνου εἰς γήϊνον γιγνομένῃ, ἣν δὴ μετενσωμάτωσιν οὐ λέγουσιν εἶναι, ὅτι ἀδηλον τὸ ἀφ' οὗ ἡ εἴσκρισις. Ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἀσωμάτου εἰς ὁτιοῦν σῶμα· ἢ δὴ καὶ πρώτη ἂν εἴη ψυχῇ κοινωνία σώματι, ὀρθῶς ἂν ἔχοι ἐπισκέψασθαι περὶ ταύτης, τί ποτέ ἐστι τὸ γιγνόμενον πάθος τότε, ὅτε ψυχὴ καθαρὰ οὖσα σώματος πάντῃ ἴσχει περὶ αὐτὴν σώματος φύσιν. Περὶ μὲν δὴ τῆς τοῦ παντὸς ἐντεῦθεν γὰρ ἴσως ἄρξασθαι μᾶλλον δὴ ἀναγκαῖον τυγχάνει. Δεῖ δὲ τῷ λόγῳ τὴν εἴσοδον καὶ τὴν ἐμψύχωσιν διδασκαλίας καὶ τοῦ σαφοῦς χάριν γίγνεσθαι νομίζειν· ἐπεὶ οὐκ ἦν ὅτε οὐκ ἐψύχωτο τόδε τὸ πᾶν· οὐδ' ἐνῆν ὅτε σῶμα ὑφειστήκει ψυχῆς ἀπούσης, οὐδὲ ὕλη ποτὲ, ὅτε ἀκόσμητος ἦν· ἀλλ' ἐπινοῆσαι ταῦτα χωρίζοντας αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων τῷ λόγῳ οἷόν τε. Ἔξεστι γὰρ ἀναλύειν τῷ λόγῳ καὶ τῇ διανοίᾳ πᾶσαν σύνθεσιν· ἐπεὶ τό γε ἀληθὲς ὧδε ἔχει. Σώματος μὲν μὴ ὄντος οὐδ' ἂν προέλθοι ψυχὴ, ἐπεὶ οὐδὲ τόπος ἄλλος ἐστὶν, ὅπου πέφυκεν εἶναι. Προϊέναι δὲ εἰ μέλλοι, γεννήσει ἑαυτῇ τόπον, ὥστε καὶ σῶμα. Τῆς δὴ στάσεως αὐτῆς ἐν αὐτῇ τῇ στάσει οἱονεὶ ῥωννυμένης, οἷον πολὺ φῶς ἐκλάμψαν, ἐπ' ἄκροις τοῖς ἐσχάτοις τοῦ πυρὸς σκότος ἐγίνετο, ὅπερ ἰδοῦσα ἡ ψυχὴ,

IX. Quærendum est præterea quomodo anima insinuetur corpori : non enim minori hoc admiratione et investigatione dignum esse videtur. Duplex autem modus est, per quem anima corpus ingreditur : unus quidem fit anima jam conjuncta corpori, atque vel solida corpora commutante, vel ex corpore aerio sive igneo in terrenum pertransiente, quam multi non nominant commutationem corporum, quoniam occultum est, unde insinuatio veniat. Alter vero modus est, quo anima ex incorporeo in corpus quodlibet labitur : quod quidem primum animæ cum corpore commercium est. Operæ pretium est in primis de hoc lapsu considerare, quænam tunc passio fiat, quando anima pura adhuc omnino a corpore vivens, corporis sibi primum adsciscit naturam. Forsan vero decens est, a totius anima exordiri, imo et necessarium, de hac ipsa consequi veritatem : adeo ut ingressum ejus animationemque corporis planioris doctrinæ gratia inchoare verbis videamur : quandoquidem nullum unquam fuit tempus, in quo non animaretur hoc universum : neque potuit unquam absente anima corpus subsistere, neque materia unquam informis exsistere valuit. Licet tamen hæc inter se cogitatione quadam verbisque discernere. Omnem namque compositionem cogitatione licet verbisque resolvere. Jam vero ita se veritas habet. Nisi corpus sit, anima nequaquam progredietur : non enim est locus alius, ubi se queat naturaliter propagare. Quodsi progressura sit, ædificabit sibi locum : corpus igitur generabit. Cum vero status ejus in ipso statu corroboretur, ceu lumen plurimum in summis effulgens, interim quasi in ipsa ignis extremis umbra resultat, quam quidem prospiciens

ἐπείπερ ὑπέστη, ἐμόρφωσεν αὐτό. Οὐ γὰρ ἦν θεμιτὸν γειτονοῦν τι αὐτῇ λόγου ἄμοιρον εἶναι, οἷον ἐδέχετο τὸ λεγόμενον ἀμυδρὸν, ἐν ἀμυδρῷ τῷ γενομένῳ. Γενόμενος δὲ οἷον οἶκός τις καλὸς καὶ ποικίλος οὐκ ἀπετμήθη τοῦ πεποιηκότος, οὐδ' αὖ ἐκοίνωσεν αὐτὸν αὐτῇ, ἀλλὰ πανταχοῦ πᾶς ἄξιος ἐπιμελείας νομισθεὶς, ὠφελήμενον μὲν ἑαυτῷ τῷ εἶναι καὶ τῷ καλῷ, ὅσον δὴ τοῦ εἶναι συνατὸν ἦν αὐτῷ μεταλαμβάνειν, ἀβλαβοῦς δὲ τῷ ἐφεστηκότι· ἄνω γὰρ μένων ἐπιστατεῖ· ἔμψυχος τῷ τοιούτῳ τρόπῳ ἔχων ψυχὴν οὐχ αὑτοῦ, ἀλλ' αὐτῷ, κρατούμενος, οὐ κρατῶν, καὶ ἐχόμενος, ἀλλ' οὐκ ἔχων. Κεῖται γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνεχούσῃ αὐτὸν, καὶ οὐδὲν ἀμοιρόν ἐστιν αὐτῆς, ὡς ἂν ἐν ὕδασι δίκτυον τεγγόμενον ὕῃ, οὐ δυνάμενον δὲ αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἐν ᾧ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ μὲν δίκτυον ἐκτεινομένης ἤδη τῆς θαλάσσης συνεκτείνεται ὅσον αὐτὸ δύναται· οὐ γὰρ δύναται ἀλλαχοῦ ἕκαστον τῶν μορίων, ἢ ὅπου κεῖται, εἶναι. Ἡ δὲ τοσαύτη ἐστὶ τὴν φύσιν, ὅτι μὴ τοσήδε, ὥστε πᾶν τὸ σῶμα καταλαμβάνειν τῷ αὐτῷ, καὶ ὅπου ἂν ἐκταθῇ ἐκεῖνο, ἐκεῖ ἐστι· καὶ εἰ μὴ εἴη δὲ ἐκεῖνο, οὐδὲν ἂν αὐτῇ εἰς μέγεθος μέλοι· ἔστι γὰρ ἥτις ἐστί. Τοσοῦτο γάρ ἐστι τὸ πᾶν, ὅπου ἐστὶν αὐτὴ, καὶ ὁρίζεται τὸ ὅσον, εἰς ὅσον προῖὸν σώζουσαν αὐτὴν αὐτὸ ἔχει. Καὶ τοσαύτη ἐστὶν ἡ σκιὰ, ὅσος ὁ λόγος ὁ παρ' αὐτῆς. Ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος ἦν, ὡς μέγεθος τοσοῦτον ἐργάσασθαι, ὅσον τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐβούλετο μέγεθος ἐργάσασθαι.

anima, postquam substitit, formavit ipsam. Nefas enim erat, aliquid animæ proximum esse rationis expers : ideoque in eo, quod deinceps factum est, exile nimirum et obscurum susceptum est etiam, quod et umbratile dicitur. Factus itaque mundus tanquam ædificium quoddam speciosum atque varium non est separatum ab effectore, neque rursus se illi commiscuit, sed totus ubique existimatus est cura et diligentia dignus, adeo ut sibi quidem id conducat ad ipsum esse, pulchrumque esse, quoad poterat esse ipsum participare : auctori vero non commixto hoc idem sit innoxium : in excelsis enim permanens præsidet. Nempe mundus sic est animatus, ut non tam ipsius, quam ipsi habeat animam : superatus non superans, habitus quoque non habens. Jacet enim in anima eum sustinente, neque quicquam in eo animæ ipsius est expers. Quemadmodum in aquis rete quasi madefactum vivat, neque tamen potens naturæ ipsius, in quo est, evadere, sed rete quidem extento jam mari simul extenditur, quatenus ipsum potest. Nequit enim unaquæque partium alibi, quam ubi ponitur, esse. Anima vero tanta tamque ingens est naturaliter, quoniam non determinatur ad tantum : itaque potest uno quodam eodemque corpus omne complecti, et quacumque illud extenditur, ibidem est et illa. Ac nisi esset illud, nulla animæ cura foret ad magnitudinem occupandam : est namque in se, quæcumque est. Tantum enim est universum, quatenus occupat ipsa : et mundo determinatur quantum, in quantum procedens ipsum habet ipsam conservatricem. Tum umbra tanta est, quanta est et ratio pendens ab anima. Ratio autem talis erat, ut tantam efficeret magnitudinem, quantam species ipsius magnitudinem effici voluit.

Anima mundi generat mundum non electione, sed naturali fecunditate, plena rationibus, plenum formis similibus rationum.

Ι'. Οὕτω δὴ ἀκούσαντας χρὴ πάλιν ἐπὶ τὸ ἀεὶ οὕτως ἐλθόντας ὁμοῦ λαβεῖν πάντα ὄντα, οἷον τὸν ἀέρα, τὸ φῶς, τὸν ἥλιον, ἢ τὴν σελήνην· καὶ τὸ φῶς, καὶ τὸν ἥλιον ὁμοῦ πάντα, τάξιν δὲ πρώτων καὶ δευτέρων καὶ τρίτων ἔχοντα, καὶ ἐνταῦθα ψυχὴν ἀεὶ ἑστῶσαν· εἶτα πρῶτα καὶ τὰ ἐφεξῆς· ὡς πυρὸς ἔσχατα εἰς ὕστερον, τοῦ πρώτου ἐκ τοῦ ἐσχάτου νοουμένου πυρὸς σκιᾶς· εἶτα ἐπιφωτιζομένου ἅμα καὶ τούτου, ὥστε οἷον εἶδος ἐπιθεῖν τῷ ἐπιβληθέντι, πρώτῳ γενομένῳ παντάπασιν ἀμυδρῷ. Ἐκοσμεῖτο δὲ κατὰ λόγον ψυχῆς δυνάμει ἐχούσης ἐν αὐτῇ δι' ὅλης δύναμιν κατὰ λόγους κοσμεῖν, οἷα καὶ οἱ ἐν σπέρμασι λόγοι πλάττουσι καὶ μορφοῦσι τὰ ζῶα, οἷον μικρούς τινας κόσμους. Ὅ τι γὰρ ἂν ἐφάψηται ψυχῆς, οὕτω ποιεῖται, ὡς ἔχει οὐσίαν ψυχῆς ἡ οὐσία. Ἡ δὲ ποιεῖ οὐκ ἐπακτῷ γνώμῃ, οὐδὲ βουλῇ ἢ σκέψιν ἀναμείνασα· οὕτω γὰρ ἂν οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατ' ἐπακτὸν τέχνην ἂν ποιοῖ. Τέχνη γὰρ ὑστέρα αὐτῆς, καὶ μιμεῖται ἀμυδρὰ καὶ ἀσθενῆ ποιοῦσα μιμήματα, παίγνια ἄττα καὶ οὐ πολλοῦ ἄξια, μηχαναῖς πολλαῖς εἰς εἰδώλων φύσιν προσχωμένη. Ἡ δὲ οὐσίας δυνάμει κυρία σωμάτων, εἰς τὸ γενέσθαι τε καὶ οὕτως ἔχειν, ὡς αὐτὴ ἄγει, οὐ δυναμένων τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐναντιοῦσθαι τῇ αὐτῆς βουλήσει. Ἐν γὰρ τοῖς ὑστέροις δι' ἄλληλα ἐμποδίζοντα πολλάκις ἀποστερεῖται τοῦ τυχεῖν μορφῆς τῆς οἰκείας, ἣν ὁ λόγος ὁ ἐν σμικρῷ θέλει. Ἐκεῖ δὲ γιγνομένης

X. Cum hæc consideraverimus, oportet rursus ad id revertentes, quod semper ita se habet, entia cuncta simul accipere, velut aerem, lumen, solem, vel lunam : et lumen solemque rursus omnia simul, habentia tamen ordinem primorum secundorumque et tertiorum : et hic animam semper consistentem considerare : deinde prima, et quæ deinceps, velut ignis ultima in posterius, primo videlicet extremo velut umbra ignis considerato : deinde hoc etiam simul illuminato, adeo ut species quasi superferatur in id adhibitum, quod primo factum erat prorsum obscurum, [ipsumque vestiat]. Ornatum vero est secundum rationem, ipsius animæ potestate, habentis scilicet per totam se ipsam vim, qua per rationes exornet : quemadmodum et in seminibus rationes fingunt formantque viventia quasi exiguos quosdam mundos. Quicquid enim attingit animam, sic inde perficitur, prout essentia animæ naturaliter sese habet. Hæc autem facit non adventitia quadam sententia, nec consilium considerationemve exspectans : sic enim non per naturam, sed per artem faceret acquisitam. Nam ars ipsa posterior est, atque imitatur umbratilia debiliaque imitamina, fabricans ludicra quædam parvique momenti, multis ad simulacra fingenda machinis utens. Anima vero per ipsam essentiæ potestatem sic est domina corporum, ut hæc non aliter fiant atque disponantur, quam ipsa perducat : quippe cum ea etiam, quæ ab initio fiunt, ipsius voluntati nequeant reluctari. In rebus namque sequentibus ob mutua passim impedimenta sæpe materia sic impeditur, ut formam non recipiat propriam, quam videlicet volebat ratio in parvo quodam seminario delitescens. Ibi vero cum universa etiam forma inde fiat, et, quæ fiunt,

καὶ τῆς ὅλης μορφῆς ὑπ' αὐτῆς, καὶ τάξιν τῶν γενομένων ἅμα ἐχόντων, ἀπόνως τὸ γιγνόμενον καὶ ἀνεμποδίστως καλὸν ἐστι. Κατεσκευάσατο δὲ ἐν αὐτῷ τὰ μὲν θεῶν ἀγάλματα, τὰ δὲ ἀνθρώπων οἰκήματα, τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις. Τί γὰρ ἔδει γίγνεσθαι παρὰ ψυχῆς, ἢ ὧν τὴν δύναμιν εἰς τὸ ποιεῖν ἔχει; πυρὸς μὲν γὰρ θερμὰ ποιεῖν, καὶ τὸ ψύχειν, ἄλλου· ψυχῆς δὲ, τὸ μὲν ἐξ αὐτῆς εἰς ἄλλο, τὸ δὲ ἐν αὐτῇ· τοῖς μὲν γὰρ ἀψύχοις τὸ μὲν ἐξ αὐτῶν οἷον εὕδει κείμενον ἐν αὐτοῖς, τὸ δὲ εἰς ἄλλο, ὁμοιῶσαι πρὸς αὐτὸ τὸ παθεῖν δυνάμενον. Καὶ κοινὸν δὴ τοῦτο παντὶ τῷ ὄντι εἰς ὁμοίωσιν ἑαυτῷ ἄγειν· ψυχῆς δὲ ἔργον, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ, ἐγρηγορός τι, καὶ τὸ εἰς ἄλλο, ὡσαύτως. Ζῇν οὖν καὶ τὰ ἄλλα ποιεῖ, ὅσα μὴ ζῇ παρ' αὐτῶν, καὶ τοιαύτην ζωὴν, καθ' ἣν αὐτὴ ζῇ. Ζῶσα οὖν ἐν λόγῳ λόγον δίδωσι τῷ σώματι, εἴδωλον οὗ ἔχει· καὶ γὰρ καὶ εἴδωλον ζωῆς, ὅσον δίδωσι τῷ σώματι, καὶ μορφὰς σωμάτων, ὧν τοὺς λόγους ἔχει· ἔχει δὲ καὶ θεῶν καὶ πάντων. Διὸ πάντα καὶ ὁ κόσμος ἔχει.

ordinem simul habeant, nimirum quod efficitur, absque labore impedimentoque provenit pulchrum. Constituta vero sunt in ipso alia quidem deorum delubra, alia hominum domicilia, alia aliis accommodata similiter. Quid enim potius debuit ab anima fieri, quam ea, ad quæ facienda vim habet? Ignis namque proprium est calida facere, et cujusdam alterius frigefacere: at animæ opus partim quidem ex ipsa in aliud, partim etiam in se ipsa. In rebus quidem inanimatis, quod est ex ipsis, quasi consopitum jacet in eis, quod autem tendit in aliud, potest nititurque, quod inde pati potest, sibi simile reddere. Jam vero id omnibus est commune, ad ipsam sui similitudinem in agendo contendere: animæ vero opus, et quod est in ipsa, vigilans quiddam est, et efficax: et quod tendit in aliud, est persimile. Efficit ergo, ut et alia vivant quæcumque per se non vivunt, talique vita vivant, quali vivit et ipsa. Hæc igitur vivens in ratione tradit et corpori rationem, velut suæ rationis imaginem. Etenim quantum vitæ impartit corpori, vitæ est imago, simulque formas impertit corporeas, quarum possidet rationes: habet autem et deorum rationes, et omnium. Quapropter hic quoque mundus omnia possidet.

Magica trahit vim proprie ab anima mundi diisque mundanis per hæc a superioribus.

ΙΑ'. Καί μοι δοκοῦσιν οἱ πάλαι σοφοὶ, ὅσοι ἐβουλήθησαν θεοὺς αὐτοῖς παρεῖναι, ἱερὰ καὶ ἀγάλματα ποιησάμενοι, εἰς τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἀπιδόντες, ἐν νῷ λαβεῖν, ὡς πανταχοῦ μὲν εὐάγωγον ψυχῆς φύσις· δόξασθαί γε μὴν ῥᾷστον ἂν εἴη ἁπάντων, εἴ τις προσπαθές τι τεκτήναιτο, ὑποδέξασθαι δυνάμενον μοιράν τινα αὐτῆς. Προσπαθὲς δὲ τὸ ὁπωσοῦν μιμηθέν, ὥσπερ κάτοπτρον ἁρπάσαι εἴδός τι δυνάμενον. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ παντὸς φύσις πάντα εὐμηχάνως ποιησαμένη εἰς μίμησιν, ὧν εἶχε τοὺς λόγους, ἐπειδὴ ἕκαστον οὕτως ἐγένετο, [δ] ἐν ὕλῃ λόγος, ὃς κατὰ τὸν πρὸ ὕλης ἐμεμόρφωτο, συνήψατο τῷ θεῷ ἐκείνῳ, καθ' ὃν ἐγίγνετο, καὶ εἰς ὃν εἶδεν ἡ ψυχὴ καὶ εἶχε ποιοῦσα. Καὶ δὴ οὐχ οἷόν τε ἦν ἄμοιρον αὐτοῦ γενέσθαι, οὐδὲ ἐκεῖνον αὖ κατελθεῖν εἰς τοῦτον. Ἦν δὴ νοῦς ἐκεῖνος ὁ ἐκεῖ ἥλιος· οὗτος γὰρ ἡμῖν γιγνέσθω παράδειγμα τοῦ λόγου· ἐφεξῆς δὲ τούτῳ ψυχὴ ἐξηρτημένη μένοντος νοῦ, μένουσα. Δίδωσι δὲ αὐτὴ τὰ πέρατα αὐτῆς, τὰ πρὸς τοῦτον τὸν ἥλιον, τούτῳ τῷ ἡλίῳ, καὶ ποιεῖ διὰ μέσου αὐτῆς κἀκεῖ συνῆφθαι, οἷον ἑρμηνευτικὴ γενομένη τῶν τε ἀπ' ἐκείνου εἰς τοῦτον, καὶ τῶν τούτου εἰς ἐκεῖνον, ὅσον διὰ ψυχῆς εἰς ἐκεῖνον φθάνει. Οὐ γὰρ μακρὰν οὐδὲ πόρρω οὐδενὸς οὐδὲν καὶ οὗ πόρρω τῇ διαφορᾷ καὶ τῇ μίξει, ἀλλ' εἶναι ἐφ' ἑαυτοῦ οὐ τόπος, καὶ συνεῖναι χωρὶς ὄν. Θεοὶ δέ εἰσιν οὗτοι τῷ ἀεὶ μὴ ἀποστατεῖν ἐκείνων, καὶ τῇ μὲν ἐξ ἀρχῆς ψυχῇ προσηρτῆσθαι, τῇ οἷον ἀπελθούσῃ ψυχῇ· ταύτῃ δὲ, ἥπερ καὶ εἰσὶ, καὶ ὃ λέγονται πρὸς νοῦν βλέπειν, οὐδαμοῦ ψυχῆς αὐτῆς ἢ ἐκεῖ βλεπούσης.

XI. Atqui mihi videntur veteres sapientes, quicumque optabant sibi adesse deos sacra statuasque fabricantibus, in ipsam universi naturam mentis aciem direxisse, atque inde animadvertisse naturam animæ ubique ductu facilem admodum pronamque esse, omniumque facillime posse capi, si quis fabricaverit aliquid, quod facile ab ipsa pati possit, patiendoque portionem aliquam ab ipsa sortiri. Facile vero patiens est, quod qualicumque modo imitationi aptum est, velut speculum speciem quandam arripere potens. Etenim universi natura omnia mirabili quodam artificio fabricat ad illorum imitationem, quorum in se possidet rationes: cumque sic unumquodque fiat, certe ratio in materia, quæ secundum rationem materia superiorem formata est, conjuncta est illi deo, secundum quem genita fuit, et in quem suspexit anima, habuitque dum faceret. Proinde neque possibile erat, hic aliquid fieri divinitatis expers, neque rursus illam ad ista descendere. Illa siquidem mens ipsa est, ceu sol divinus, qui nobis esto rationis exemplar: proxima vero huic succedit anima, suspensa intellectui manenti manens: dat enim hæc terminos suos ad solem hunc vergentes ejusmodi soli, efficitque per se velut mediam, ut illic iterum sequentia religentur, velut interpres tum eorum, quæ inde huc deducuntur, tum eorum, quæ hinc illuc reducuntur, quantum per animam præcurrit in mentem. Neque enim longe semotum aliquid est ab aliquo; rursusque semotum per differentiam quandam et mistionem: sed est in se ipso, neque tamen secundum locum, et quodlibet ibi conspirat simulque permanet et distinctum. Dii vero hi sunt, quatenus ab illis nunquam destituuntur, atque animæ prodeunti ab initio adjunguntur: animæ tamen velut inde hucusque sese diffundendo quodammodo jam abeunti. Hac autem ratione quatenus et sunt, et quod respicere dicuntur ad intellectum, divini dicuntur, ipsa videlicet anima non alio, quam illuc, semper suspiciente.

De differenti animarum descensu: de misericordia Jovis erga animas: de consonantia mundi.

ΙΒ'. Ἀνθρώπων δὲ ψυχαὶ εἴδωλα αὐτῶν ἰδοῦσαι, οἷον Διονύσου ἐν κατόπτρῳ, ἐκεῖ ἐγένοντο ἄνωθεν ὁρμηθεῖσαι, οὐκ ἀποτμηθεῖσαι οὐδ' αὖται τῆς ἑαυτῶν

XII. Hominum vero animæ ipsorum simulacra tanquam Dionysi prospicientes in speculo, illic exstiterunt desuper properantes, neque tamen a principio suo intellectuque

ἀρχῆς τε καὶ νοῦ. Οὐ γὰρ μετὰ τοῦ νοῦ ἦλθον, ἀλλ' ἵφθησαν μὲν μέχρι γῆς, κάρα δὲ αὐταῖς ἐστήρικται ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ. Πλέον δὲ αὐταῖς κατελθεῖν συμβέβηκεν, ὅτι τὸ μέσον αὐταῖς ἠναγκάσθη, φροντίδος δεομένου τοῦ εἰς ὃ ἔφθασαν, φροντίσαι. Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐλεήσας πονουμένας θνητὰ αὐτῶν τὰ δεσμὰ ποιῶν περὶ ἃ πονοῦνται, διδωσιν ἀναπαύλας ἐν χρόνοις, ποιῶν, σωμάτων ἐλευθέρας, ἵν' ἔχοιεν ἐκεῖ καὶ αὖται γίγνεσθαι, οὗπερ ἡ τοῦ παντὸς ψυχὴ ἀεὶ οὖσα τὰ τῇδε ἐπιστρεφομένη. Ὃ γὰρ ἔχει τὸ πᾶν ἤδη, τοῦτο αὐταρκες αὐτῷ καὶ ἔστι καὶ ἔσται κατὰ λόγους ἀεὶ ἑστηκότας ἐν χρόνοις περαινόμενον, καὶ κατὰ χρόνους ἀεὶ εἰς τὸ αὐτὸ καθιστάμενον, ἐν μέτροις βίων ὡρισμένων, εἰς συμφωνίαν ἀγόμενα ταῦτα ἐκείνοις, καὶ κατ' ἐκεῖνα τῶνδε περαινομένων, ὑφ' ἕνα λόγον πάντων τεταγμένων, ἔν τε καθόδοις ψυχῶν καὶ ἀνόδοις, καὶ εἰς τὰ ἄλλα σύμπαντα· μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ τῆς συμφωνίας τῶν ψυχῶν πρὸς τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς τάξιν οὐκ ἀπηρτημένων, ἀλλὰ συναπτουσῶν ἐν ταῖς καθόδοις ἑαυτὰς, καὶ μίαν συμφωνίαν πρὸς τὴν περιφορὰν ποιουμένων, ὡς καὶ τὰς τύχας αὐτῶν καὶ τοὺς βίους καὶ τὰς προαιρέσεις σημαίνεσθαι τοῖς τῶν ἄστρων σχήμασι, καὶ οἷον μίαν τινὰ φωνὴν ἐμμελῶς ἀφιέναι, καὶ τῷ μουσικῶς καὶ ἐναρμονίως μᾶλλον τοῦτο εἶναι γιγνόμενον. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἦν μὴ τοῦ παντὸς κατ' ἐκεῖνα ποιοῦντος καὶ πάσχοντος ἕκαστα ἐν μέτροις περιόδων καὶ τάξεων καὶ βίων κατὰ γένη διεξόδων, ἃς αἱ ψυχαὶ διεξοδεύουσιν, ὁτὲ μὲν ἐκεῖ, ὁτὲ δὲ ἐν οὐρανῷ, ὁτὲ δὲ εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἐπιστρεφόμεναι. Νοῦς δὲ πᾶς ἀεὶ ἄνω, καὶ οὐ μήποτε ἔξω τῶν αὑτοῦ γένοιτο, ἀλλ' ἱδρυμένος πᾶς ἄνω, πέμπει εἰς τὰ τῇδε διὰ ψυχῆς. Ψυχὴ δὲ ἐκ τοῦ πλησίον μᾶλλον κατὰ τὸ ἐκεῖθεν διάκειται εἶδος, καὶ δίδωσι τοῖς ὑπ' αὐτὴν, ἡ μὲν ὡσαύτως, ἡ δὲ ἄλλο τε ἄλλως, ἴσχουσα ἐν τάξει τὴν πλάνην. Κάτεισι δὲ οὐκ ἀεὶ τὸ ἴσον, ἀλλ' ὁτὲ μὲν πλέον, ὁτὲ δὲ ἔλαττον, κἂν πρὸς τὸ αὐτὸ γένος ἴῃ· κάτεισι δὲ εἰς οἰκεῖον ἑκάστη καθ' ὁμοίωσιν τῆς διαθέσεως· ἐκεῖ γὰρ, ᾧ ἂν ὁμοιωθεῖσα ᾖ, φέρεται, ἡ μὲν εἰς ἄνθρωπον, ἡ δὲ εἰς ζῷον ἄλλη ἄλλο.

disjunctæ. Neque enim una cum intellectu descenderunt, sed pervenerunt quidem usque ad terram; at interim caput earum exstat etiam super cælum. Contigit tamen eis idcirco discedere longius, quoniam media earum potentia curare diligentius cogitur : quippe cum id ipsum, in quod descendunt, cultu prorsus indigeat. Jupiter vero pater laborantes animas miseratus, earum vincula, quibus laborant, solubilia fabricavit : atque ita intermissiones laborum certis temporum intervallis instituit, in quibus liberæ viverent a corporibus : ut ipsæ quoque ibi quandoque forent, ubi est mundi anima semper, circa hæc sollicita nunquam. Quod enim jam habet mundus, hoc sibi sufficit atque sufficiet secundum rationes perpetuo consistentes in temporibus rite peractum, perque certa curricula temporum in idem perpetuo restitutum, per mensuras videlicet vitarum definitarum, in quibus hæc una cum illis secundum illa in illorum consonantiam rediguntur : dum hæc omnia peraguntur sub una quadam ratione invicem ordinata, quantum ad descensus ascensusque animorum ceteraque omnia pertinet. Quod autem in animabus consonantia sit ad ordinem universi, ita tamen, ut non tam dependeant, quam in descendendo se ipsas accommodent, unamque concordiam cum mundana revolutione conficiant, id nobis argumento esse potest, quod astrorum figuris earum fortunæ vitæque et electiones significantur : quodve dictum est, universum harmonice concentum unum edere, et per musicas consonantias id totum potius, quam per alia, ab antiquis, licet obscurius, est designatum. Id autem nequaquam sic se haberet, nisi mundus secundum illa face ret patereturque singula in statutis revolutionum et ordinum vitarumque curriculis per discursionum genera, quibus discurrunt animæ, alias quidem illic, alias vero in cælo, alias autem ad inferiora conversæ. Intellectus autem omnis semper est in excelsis, neque unquam e sua sede delabitur, sed firmiter omnis in alto consistens, nonnihil per animam ad hæc usque demittit. Anima vero e proximo magis secundum speciem inde vigentem afficitur traditque sequentibus, alia quidem eadem semper conditione, alia vero alias aliter, vagabundam varietatem certo quodam ordine retinens. Descendunt vero non semper æqualiter, sed aliquando quidem magis, aliquando vero minus, etiamsi ad idem se conferant genus : proinde ad suum quæque paratumque delabitur pro affectionis suæ similitudine. Quatenus enim illic similis huic aut illi jam evasit, deinde fertur hæc quidem in hominem, hæc vero in brutum hoc, aliaque in aliud.

Lex divina animis insita ducit eos tam sponte quam necessario ad terminos affectioni eorum convenientes.

ΙΓ'. Τὸ γὰρ ἀναπόδραστον καὶ ἡ δίκη οὕτως ἐν φύσει κρατούσῃ ἰέναι ἕκαστον ἐν τάξει, πρὸς ὅ ἐστιν ἕκαστον γενόμενον εἴδωλον προαιρέσεως καὶ διαθέσεως ἀρχετύπου· καὶ ἔστιν ἐκεῖνο πᾶν ψυχῆς εἶδος ἐκείνου πλησίον, πρὸς ὃ τὴν διάθεσιν τὴν ἐν αὐτῇ ἔχει, καὶ τοῦ τότε πέμποντος καὶ εἰσάγοντος οὗ δεῖ· οὔτε ἵνα ἔλθῃ εἰς σῶμα τότε, οὔτε εἰς τοδί, ἀλλὰ καὶ τοῦ ποτε ἐνστάντος οἷον αὐτομάτως κάτεισι καὶ εἴσεισιν εἰς ὃ δεῖ· καὶ ἄλλος ἄλλῃ χρόνος, οὗ παραγενομένου οἷον κήρυκος καλοῦντος κατίασι, καὶ εἰσέδυ εἰς τὸ πρόσφορον σῶμα, ὡς εἰκάσαι τὰ γιγνόμενα οἷον δυνάμεσι μάγων, καὶ ὁλκαῖς τισιν ἰσχυραῖς κινεῖσθαί τε καὶ φέρεσθαι· οἷον καὶ ἐφ' ἑνὸς ἑκάστου τελεῖται ἡ τοῦ ζώου διοίκησις, ἐν χρόνῳ ἕκαστον κινούσης καὶ γεννώσης, οἷον γενειάσεις

XIII. Quod igitur de inevitabili lege divinoque judicio dicitur, sic in natura consistit continente atque imperante, ut unumquodque procedat ordine, ad quod factum est unumquodque simulacrum præelectionis affectionisque principalis. Estque illa universa animæ species illi congrua et propinqua, erga quod in se concepit affectionem, spectatque ad illud, quod tunc mittit, quo oportet, et introducit, non quidem, ut eat tunc in corpus, vel in corpus tale, sed quando præscriptus jam instat terminus, animæ velut ultro descendunt, quo oportet, et intrant. Stat enim sua cuique dies : qua denique imminente quasi citante præcone labuntur, corpusque sibi congruum intrant : atque ferme perinde se habent, ac si Magorum viribus tractibusque potentibus moveantur atque ferantur. Præterea sic se habent, sicut in quolibet viventis totius perficitur dispensatio, movens scilicet certo quolibet tempore, atque pro-

καὶ φύσεις κεράτων, καὶ νῦν πρὸς τάδε ὁρμὰς καὶ ἐπανθήσεις, πρότερον οὐκ οὔσας, καὶ περὶ τὰς τῶν δένδρων διοικήσεις ἐν προθεσμίαις τακταῖς γιγνομένων. Ἴασι δὲ οὔτε ἐκοῦσαι, οὔτε πεμφθεῖσαι, οὔτε τὸ ἑκούσιον τοιοῦτον, ὡς προελέσθαι, ἀλλὰ ὡς τὸ πηδᾶν κατὰ φύσιν, ἢ πρὸς γάμων φυσικὰς προθεσμίας, ἢ ὡς πρὸς πράξεις τινὲς καλῶν, οὐ λογισμῷ κινούμενοι. Ἀλλ' εἱμαρμένον ἀεὶ τῷ τοκῷδε τὸ τσιόνδε, καὶ τῷ τοιῷδε τὸ νῦν, τῷδε τὸ αὖθις, καὶ ὁ μὲν πρὸ κόσμου νοῦς εἱμαρμένην ἔχει τὴν τοῦ μένειν ἐκεῖ, ὁπόσον καὶ πέμπειν. Καὶ τὸ καθ' ἕκαστον τῷ καθόλου ὑποπῖπτον νόμῳ πέμπεται· ἔγκειται γὰρ ἑκάστῳ τὸ καθόλου, καὶ ὁ νόμος οὐκ ἔζωθεν τὴν ἰσχὺν εἰς τὸ τελεσθῆναι ἴσχει, ἀλλὰ δέδοται ἐν αὐτοῖς χρησαμένοις εἶναι, καὶ περιφέρουσιν αὐτόν· κἂν ἐνστῇ καὶ ὁ χρόνος, καὶ, ὃ θέλει γενέσθαι, γίγνεται τότε ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐχόντων αὐτόν· ὥστε αὐτοὺς αὐτὸν τελεῖν, ἅτε περιφέροντα καὶ ἰσχύσαντα, ἐν τῷ ἐν αὐτοῖς αὐτὸν ἱδρύσθαι, οἷον βρίθοντα εἰς αὐτούς, καὶ προθυμίαν ἐμποιοῦντα, καὶ ὠδῖνα ἐκεῖ ἐλθεῖν, οὗ ὁ ἐν αὐτοῖς ὢν οἷον ἐλθεῖν φθέγγεται.

ducens, velut pilos et barbam cornuaque similiter, et certo quodam tempore ad talia quædam impetus atque vigores : item flores in plantis nequaquam antea germinantes, ceteraque in his similiter ordinatis quibusdam regulis distributa. Procedunt autem animæ neque sponte omnino, neque compulsæ. Neque enim sponte procedere ita his tribuitur, quasi consulto dicantur eligere, sed tanquam natura prosiliant, ceu solemus nuptiarum terminos ad naturales vel ad honestas actiones instinctu quodam potius, quam rationis consilio provocari. Verum semper tali cuidam tale quiddam inest fatale : item tali cuidam hoc momentum, tali vero momentum illud provenit fato decretum. Proinde intellectus mundo superior fatale habet illic assidue permanere, quatenus et huc aliquid inde demittere : tum vero singula communi subjecta legi gradatim inde inittuntur. Insita namque est unicuique norma communis, ipsaque lex nequaquam accipit ab extrinseco sui muneris absolvendi potentiam, sed ea prorsus conditione tradita est, ut ipsis utentibus insit eam passim circumferentibus : tum vero, quando imminet tempus, quod fieri lex ipsa decrevit, agitur tunc ab eis, qui intus legem habent, adeo, ut legem ipsi perficiant : utpote eos circumagentem, et propterea, quod fundatur in eis, decreta validius peragentem, quasi suo illos pondere prægravantem, dum et studium stimulumque intrinsecus incutit quo illuc proficiscantur, quo potissimum proficisci lex intima dictat.

De connexione hujus mundi per superiorem, et donis deorum descendentibus in opus mundanum.

ΙΔ'. Τούτων δὴ γιγνομένων φῶτα πολλὰ ὁ κόσμος οὗτος ἔχων καὶ καταυγαζόμενος ψυχαῖς ἐπικοσμεῖται ἐπὶ τοῖς προτέροις ἄλλους κόσμους, ἄλλον παρ' ἄλλου κομιζόμενος, παρά τε θεῶν ἐκείνων, παρά τε νῶν τῶν ἄλλων, ψυχὰς διδόντων· οἷον εἰκὸς καὶ τὸν μῦθον αἰνίττεσθαι, ὡς πλάσαντος τοῦ Προμηθέως τὴν γυναῖκα ἐπεκόσμησαν αὐτὴν καὶ οἱ ἄλλοι θεοί, γαῖαν ὕδει φύρειν, καὶ ἀνθρώπου ἐνθεῖναι φωνὴν, θεαῖς δ' ὁμοίαν τὸ εἶδος, καὶ Ἀφροδίτην τι δοῦναι, καὶ Χάριτας, καὶ ἄλλον ἄλλο δῶρον, καὶ ὀνομάσαι ἐκ τοῦ δώρου καὶ πάντων τῶν δεδωκότων. Πάντες γὰρ τούτῳ ἔδοσαν τῷ πλάσματι, παρὰ προμηθείας τινὸς γενομένῳ. Ὁ δὲ Ἐπιμηθεὺς ἀποποιούμενος τὸ δῶρον αὐτοῦ, τί ἂν σημαίνοι, ἢ τὴν τοῦ ἐν νοητῷ μᾶλλον αἵρεσιν ἀμείνω εἶναι; δέδεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ποιήσας, ὅτι πως ἐφάπτεται τοῦ γενομένου ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ὁ τοιοῦτος δεσμὸς ἔζωθεν, καὶ ἡ λύσις; ἡ ὑπὸ Ἡρακλέους, ὅτι δύναμίς ἐστιν αὐτῷ, ὥστε καὶ ὡς λελύσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν ὅπῃ τις δοξάζει· ἀλλ' ὅτι ἐμφαίνει τὰ τῆς εἰς τὸν κόσμον δόσεως, καὶ προσᾴδει τοῖς λεγομένοις.

XIV. Cum hæc ita se habeant, mundus hic habens lumina multa, illustratusque ab animabus exornatur præter priora alios mundos vel ornatus, alium habens ab alio, cum ab illis diis, tum ab aliis mentibus tradentibus animas. Tale quiddam verisimile est per fabulam indicari dicentem : Postquam Prometheus feminam effecisset, deos quoque alios eam adornavisse. Huc tendit, quod ibi traditur, terram aquæ fuisse permixtam : item figmento illi humanam vocem adhibitam : præterea speciem deas repræsentantem, tum Venerem et Gratias aliquid impertisse, donumque aliud alium, nomenque ex dono donatoribusque cunctis accepisse Pandoram. Omnes enim hoc figmentum aliquo munere donaverunt : figmentum, inquam, a providentia (græce *promethia*) quadam jam formatum. Quod autem Epimetheus donum ejus rejicit, quidnam aliud significat, quam acceptionem electionemque doni intelligibilis esse præstantiorem? Ligatus autem est formator ille, quoniam opus suum quodammodo videtur attingere : sed ejusmodi vinculum fit extrinsecus, et ab Hercule solvitur : quoniam ei facultas inest, per quam etiam quodammodo sit solutus. Sed hoc quidem pro arbitrio quivis accipiat. Id vero constet, per hæc scilicet dotes desuper in mundum venientes ostendi. Quocirca his, quæ in superioribus dicta sunt, consonare videntur.

De animarum descensu, transmigratione, differentiis, fato, arbitrio, providentia : et quomodo providentiæ ordo tanquam latissimus connectat sibi fatum pariter et arbitrium.

ΙΕ'. Ἴασι δὲ ἐκκύψασαι τοῦ νοητοῦ εἰς οὐρανὸν μὲν πρῶτον· καὶ σῶμα ἐκεῖ προσλαβοῦσαι δι' αὐτοῦ ἤδη χωροῦσι καὶ ἐπὶ τὰ γεωδέστερα σώματα, εἰς ὅσον ἂν εἰς μῆκος ἐκταθῶσι, καὶ αἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ εἰς σώματα τὰ κατωτέρω, αἱ δὲ ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλα εἰσκρινόμεναι, αἷς ἡ δύναμις οὐκ ἤρκεσεν ἆραι ἐντεῦθεν διὰ βάρυνσιν καὶ λήθην, πολὺ ἐφελκομέναις ὁ αὐταῖς ἐβαρύνθη. Γίγνονται δὲ διάφοροι ἢ σωμάτων εἰς ἃ ἐνεκρίθησαν παραλλαγαῖς, ἢ καὶ τύχαις, ἢ καὶ τροφαῖς· ἢ αὐταὶ παρ' αὐτῶν τὸ διάφορον κομίζουσιν, ἢ πᾶσι τούτοις, ἥ τισιν

XV. Procedunt autem animæ a mundo intelligibili declinantes primo quidem in cælum, ibique corpus accipientes per ipsum jam in corpora magis terrena labuntur, quatenus progrediuntur in longum. Et aliæ quidem a cælo in corpora inferiora atque vicissim, aliæ vero ab aliis in alia transeunt : quippe cum his facultas non suppetat ad se hinc attollendas, propter pondus atque oblivionem, plurimum trahentes secum, quo gravante per inferiora præcipitentur. Differentes autem inter se animæ fiunt vel ob diversitatem corporum, quibus insinuantur, vel etiam ob fortunas, vel rursus educationes; vel ipsæ præterea ex se ipsis differentiam secum ferunt, et omnino vel per

αὐτῶν. Καὶ αἱ μὲν τὰ πάντα ὑποπεπτώκασιν εἱμαρμένῃ τῇ ἐνταῦθα, αἱ δὲ ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δὲ αὐτῶν· αἱ δὲ ὅσα μὲν ἀναγκαῖα ὑπομεῖναι συγχωροῦσι· δύνανται δὲ ὅσα ἐστὶν αὐτῶν ἔργα αὐτῶν εἶναι, ζῶσαι κατ' ἄλλην τὴν τῶν συμπάντων τῶν ὄντων νομοθεσίαν, ἄλλῳ ἑαυτὰς θεσμῷ δοῦσαι, πέπλεκται δὲ αὕτη ἔκ τε τῶν τῇδε λόγων τε καὶ αἰτιῶν πάντων, καὶ ψυχικῶν κινήσεων, καὶ νόμων τῶν ἐκεῖθεν, συμφωνοῦσα ἐκείνοις καὶ ἀρχὰς ἐκεῖθεν παραλαβοῦσα καὶ συνυφαίνουσα τὰ ἐξῆς ἐκείνοις, ἀσάλευτα μὲν τηροῦσα ὅσα δύναται σώζειν ἑαυτά, πρὸς τὴν ἐκείνων ἕξιν· τὰ δὲ ἄλλα ᾗ πέφυκε περιάγουσα, ὡς τὴν αἰτίαν ἐν τοῖς κατελθοῦσιν εἶναι, ὅτι οὕτως, ὡς τὰ μὲν ὧδὶ τεθῆναι, τὰ δὲ ὧδὶ κεῖσθαι.

haec omnia vel per aliqua discrepant. Proinde aliæ omnino fato hic dominanti succumbunt, aliæ autem tum fato cedunt, tum sui juris vivunt. Sunt et quæ, quotcumque necessaria sunt, sustinenda concedunt : possunt tamen, quæcumque sunt proprii muneris, sibi propria reservare, viventes scilicet secundum aliam quandam constitutionem legum cuncta simul entia complectentem, et alteri se regulæ committentes. Contexta vero hæc est ex omnibus, quæ hic sunt, rationibus atque causis, item motibus animarum et legibus inde pendentibus, consonans videlicet illis, et exordia inde suscipiens, et illis consequentia cuncta contexens : tum vero servans ea omnia inconcussa, quæcumque ad illorum habitum servare se possunt. Cetera vero, qua fert natura propria circumducens, adeo ut in descendentibus causa sit, propterea, quod ita se habent, ut hæc quidem hic atque ita ponantur, illa vero ibi et aliter collocentur.

Cum mundus supercælestis atque etiam cælestis sit ordinatissimus, necessario ordinatus est etiam sublunaris, in quo cum inferiora homine sint ordinata, ergo multo magis humana. Singula igitur hominibus contingentia juste divinitus dispensantur.

ΙϚ'. Τὰ μὲν οὖν γιγνόμενα τιμωρήματα εἰς τοὺς πονηροὺς μετὰ δίκης τῇ τάξει ἀποδιδόναι προσήκει, ὡς κατὰ τὸ δέον ἀγούσῃ. Ὅσα δὲ τοῖς ἀγαθοῖς συμβαίνει ἔξω δίκης, οἷον κολάσεις, ἢ πενίαι, ἢ νόσοι, ἆρα διὰ προτέρας ἁμαρτίας λεκτέον γίνεσθαι; Συμπέπλεκται γὰρ ταῦτα καὶ προσημαίνεται, ὡς καὶ αὐτὰ κατὰ λόγον γίγνεσθαι· ἢ οὐ κατὰ λόγους φυσικοὺς ταῦτα, οὐδ' ἦν ἐν τοῖς προηγουμένοις, ἀλλ' ἑπόμενα ἐκείνοις; οἷον πιπτούσης τινὸς οἰκοδομίας τὸν ὑποπεσόντα ἀποθανεῖν, ὁποῖός ποτ' ἂν ᾖ· ἢ καί τινων δύο κατὰ τάξιν φερομένων, ἢ καὶ ἑνὸς, τὸ ἐμπεσὸν τρωθῆναι ἢ πατηθῆναι· ἢ καὶ τὸ ἄδικον τοῦτο οὐ κακὸν ὂν τῷ παθόντι πρὸς τὴν τοῦ ὅλου χρήσιμον πλοκήν· ἢ οὐδὲ ἄδικον ἐκ τῶν πρόσθεν ἐχόντων τὴν δικαίωσιν. Οὐ γὰρ τὰ μὲν δεῖ νομίζειν συντετάχθαι, τὰ δὲ κεχαλάσθαι εἰς τὸ αὐτεξούσιον. Εἰ γὰρ κατ' αἰτίας γίγνεσθαι δεῖ καὶ φυσικὰς ἀκολουθίας, καὶ κατὰ λόγον ἕνα καὶ τάξιν μίαν, καὶ τὰ σμικρότερα δεῖ συντετάχθαι καὶ συνυφάνθαι νομίζειν. Καὶ τὸ ἄδικον δὴ τὸ παρ' ἄλλου εἰς ἄλλον αὐτῷ μὲν τῷ ποιήσαντι ἄδικον, καὶ οὐκ ἀφείθη αἰτίας ὁ ὁράσας· συντεταγμένον δ' ἐν τῷ παντὶ οὐκ ἄδικον ἐν ἐκείνῳ οὐδ' εἰς τὸν παθόντα, ἀλλ' οὕτως ἐχρῆν. Εἰ δ' ἀγαθὸς ὁ παθὼν, εἰς ἀγαθὸν ἡ τελευτὴ τούτων. Δεῖ γὰρ τήνδε τὴν σύνταξιν, οὐκ ἀθεεὶ οὐδὲ ἄδικον, ἀλλ' ἀκριβῆ εἰς τὴν τοῦ προσήκοντος ἀπόδοσιν νομίζειν, ἀόκνους δὲ ἔχειν τὰς αἰτίας, καὶ τοῖς οὐκ εἰδόσι παρέχειν μέμψεως αἰτίας.

XVI. Supplicia igitur, quæ juste inferuntur iniquis, attribuenda sunt ordini, prout decet, omnia perducenti. Quotcumque vero præter justum bonis accidunt, ut pœnæ, inopiæ, morbi, forsan ob prioris vitæ delicta contingunt. Hæc enim contexuntur atque etiam portenduntur : quo fit, ut et ipsa secundum rationem fieri videantur. Numquid hæc secundum rationes naturales minime fiunt, nequ inter illa, quæ principaliter intenduntur, sunt collocanda, sed ex illis potius consequentia? velut si eadente casa, qui sub ea erat, interimatur, qualiscumque sit : vel si duobus quibusdam ordine quodam motis, aut etiam uno, quod offenditur, frangatur vel pessumdetur. Forsan vero hoc ipsum, quod injustum dicitur, neque malum est patienti, et ad totius seriem est conducens; fortasse neque injustum est, cum ex antecedentibus juste singula dispensentur. Non enim putandum est, alia quidem ordinem inter se habere, alia vero hinc omnino ad placitum licentiamque deflecti. Si enim secundum causas et consequentias naturales et rationem unam unumque ordinem oportet omnia fieri, nimirum et, quæ minora sunt, coordinata esse atque contexta putandum. Itaque, quod tanquam injustum ab alio infertur in aliud, ipsi quidem agenti est injustum, neque est extra causam atque crimen : coordinatum vero in universo nimirum non est in hoc injustum, neque etiam injuste infertur in patientem, sed ita decebat. Quodsi bonus est, qui patitur, in bonum denique desinit, quicquid patitur. Existimandum certe est, communem hunc ordinem universi non esse divinitatis justitiæque expertem, sed exactissima quadam ratione, quod convenit unicuique, reddere, causas tamen in se latentes habere, ideoque ignorantibus occasionem criminandi præbere.

Sicut summum aeris primum omnium ignitur ab infimo ignis, sic cælum summum corpus primo animatur ab anima, quæ est ultimum divinorum. Item, ipsum bonum est quasi centrum : mens lumen inde micans atque permanens : anima lumen de lumine semovens : corpus per se opacum illuminatur ab anima, sed animæ in cælo securæ illuminant, sub cælo non absque cura.

ΙΖ'. Ὅτι δὲ ἐκ τοῦ νοητοῦ εἰς τὴν οὐρανοῦ ἵασιν αἱ ψυχαὶ τὸ πρῶτον χώραν, λογίσαιτο ἄν τις ἐκ τῶν τοιούτων. Εἰ γὰρ οὐρανὸς ἐν τῷ αἰσθητῷ τόπῳ ἀμείνων, εἴη ἂν προσεχὴς τῶν νοητῶν τοῖς ἐσχάτοις· ἐκεῖθεν τοίνυν ψυχοῦται ταῦτα πρῶτα, καὶ μεταλαμβάνει, ὡς ἐπιτηδειότερα μεταλαμβάνειν. Τὸ δὲ γεηρὸν ὕστατόν

XVII. Quod autem animæ a mundo intelligibili in cælum primo descendant, ex his conjectare licebit. Si enim cælum in genere sensibili præstantissimum est, merito intelligibilium ultimis est quam proximum : inde igitur cælestia primum animantur atque accipiunt, utpote quæ ad capiendum sint admodum aptiora. Corpus vero terrenum et ultimum est, minorisque animæ minusque na-

τε καὶ ψυχῆς ἧττονος πεφυκὸς μεταλαμβάνειν, καὶ τῆς ἀσωμάτου φύσεως πόρρω. Πᾶσαι μὲν δὴ καταλάμπουσι τὸν οὐρανὸν, καὶ διδόασιν οἷον τὸ πολὺ αὐτῶν καὶ τὸ πρῶτον ἐκείνῳ, τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ὑστέροις ἐναυγάζονται. Αἱ δ' ἐπὶ πλέον κατιοῦσαι ἐναυγάζουσι μᾶλλον κάτω, αὐταῖς δὲ οὐκ ἄμεινον εἰς πολὺ προϊούσαις. Ἔστι γάρ τι οἷον κέντρον, ἐπὶ δὲ τούτῳ κύκλος ἀπ' αὐτοῦ ἐκλάμπων, ἐπὶ δὲ τούτοις ἄλλος, φῶς ἐκ φωτός· ἔξωθεν δὲ τούτων, οὐκέτι φωτὸς κύκλος ἄλλος, ἀλλὰ δεόμενος οὗτος οἰκείου φωτὸς ἀπορίᾳ αὐγῆς ἀλλοτρίας. Ἔστω δὲ ῥόμβος οὗτος, μᾶλλον δὲ σφαῖρα τοιαύτη, ἣ δὴ νομίζεται ἀπὸ τῆς τρίτης· προσεχὴς γὰρ αὐτῇ, ὅσον ἐκείνη ἐναυγάζεται. Τὸ μὲν οὖν μέγα φῶς μένον ἐλλάμπει, καὶ διήκει κατὰ λόγον ἐξ αὐτοῦ αὐγή· τὰ δ' ἄλλα συνεπιλάμπει, τὰ μὲν μένοντα, τὰ δ' ἐπὶ πλέον ἐπισπᾶται τῇ τοῦ ἐλλαμπομένου ἀγλαΐᾳ. Εἶτα δεομένων τῶν ἐλλαμπομένων πλείονος φροντίδος, ὥσπερ χειμαζομένων πλοίων κυβερνῆται ἐναπερείδονται πρὸς τὸ πλέον τῇ τῶν νεῶν φροντίδι, καὶ ἀμελήσαντες αὐτῶν ἔλαθον ὡς κινδυνεύειν συνεπισπασθῆναι πολλάκις τῷ τῶν νεῶν ναυαγίῳ, ἐῤῥεψάν τε πλέον καὶ αὗται καὶ τοῖς ἑαυτῶν· ἔπειτα δὲ κατεσχέθησαν πεδηθεῖσαι γοητείας δεσμοῖς, σχεθεῖσαι φύσεως κηδεμονίᾳ. Εἰ δ' ἦν τοιοῦτον ἕκαστον ζῶον, οἷον καὶ τὸ πᾶν, τέλεον καὶ ἱκανὸν σῶμα καὶ ἀκίνδυνον παθεῖν, καὶ παρεῖναι λεγομένη ψυχὴ οὐκ ἂν παρῆν αὐτῷ, καὶ παρεῖχεν αὐτῷ ζωὴν μένουσα πάντῃ ἐν τῷ ἄνω.

turaliter potest participare, utpote quod ab incorporea natura remotissimum est. Omnes profecto illustrant cælum, traduntque quasi plurimum primumque sui globo cælesti; cetera vero posterioribus illustrantur. Quæ autem descendunt plurimum, hæ inferius magis collustrant, ipsis vero non expedit in longum adeo corruisse. Est utique aliquid velut centrum, penes hoc autem circulus ab ipso micans, præter hæc et circulus alius, lumen de lumine: ultra hæc insuper non amplius luminis circulus, sed jam luminis indigus alieni propriæ lucis inopia. Sit autem hic rhombus, sive potius sphæra talis, quæ quidem a gradu accipiat tertio, cui proxima est, ejusque propinquitate refulgeat. Ingens itaque lumen illuminat permanens, atque secundum rationem splendor ab ipso procedit: reliqua vero una collustrant, partim quidem manentia, partim vero se longius deflectentia perlustratione subjecti. Deinde cum illa, quæ illustrata sunt, cura indigeant plurima, quemadmodum navigiis fluctuantibus gubernatores impensius navibus regendis incumbunt, suique ipsorum obliti vix animadvertunt, se in eo discrimine constitutos, ut una cum naufragio submergantur: sic et animæ tales a se ipsis discedunt quam plurimum: deinde arctius detinentur fascinationis vinculis alligatæ, naturæ videlicet cura devinctæ. At si tale, foret quodvis animal, quale est universum, habens videlicet corpus perfectum et sufficiens et extra passionum discrimina constitutum: profecto anima, quæ corpori adesse dicitur, non adesset, sed et præberet ei vitam, interea omnino permanens in excelsis.

Animæ secundum Plotinum atque Iamblichum quandoque sunt extra omne corpus, et tunc potentia rationalis est adeo efficax et expedita, ut, quæ sibi porriguntur ab intellectu, comprehendat cuncta sine tempore, vel saltem quam brevissimo. Item, animæ inter se conversantes in cælis sine sermone, quasi per nutus, mutuo se intelligunt: sed in corporibus aeriis anima atque dæmones voces formant.

ΙΗ'. Πότερα δὲ λογισμῷ ψυχὴ χρῆται πρὶν ἐλθεῖν, καὶ πάλιν αὖ ἐξελθοῦσα, ἢ ἐνταῦθα ὁ λογισμὸς ἐγγίγνεται, ἐν ἀπόρῳ ἤδη οὔσης καὶ φροντίδος πληρουμένης καὶ μᾶλλον ἀσθενούσης· ἐλάττωσις γὰρ νοῦ, εἰς αὐτάρκειαν τὸ λογισμοῦ δεῖσθαι· ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς τέχναις ὁ λογισμὸς ἀποροῦσι τοῖς τεχνίταις· ὅταν δὲ μὴ χαλεπὸν ᾖ, κρατεῖ καὶ ἐργάζεται ἡ τέχνη· ἀλλ' εἰ ἐκεῖ ἄνευ λογισμῶν, πῶς ἂν ἔτι λογικαὶ εἶεν; ἢ ὅτι δύνανται, εἴποι τις ἄν, ὅταν περίστασις, εὐποροῦσαι διασκοπῆσαι. Δεῖ δὲ τὸν λογισμὸν λαβεῖν τὸν τοιοῦτον· ἐπεὶ εἴ τις λογισμὸν λαμβάνει τὴν ἐκ νοῦ ἀεὶ γιγνομένην καὶ οὖσαν ἐν αὐταῖς διάθεσιν καὶ ἐνέργειαν ἑστῶσαν καὶ οἷον ἐμφασιν οὖσαν, εἶεν ἂν κἀκεῖ λογισμῷ χρώμεναι· οὐδὲ δὴ φωναῖς οἶμαι χρῆσθαι νομιστέον, ἐν μὲν τῷ νοητῷ οὔσας καὶ πάμπαν, σώματα δ' ἐχούσας ἐν οὐρανῷ, ὅσα μὲν διὰ χρείας ἢ δι' ἀμφισβητήσεις διαλέγονται ἐνταῦθα, ἐκεῖ οὐκ ἂν εἴη· ποιοῦσαι δὲ ἐν τάξει καὶ κατὰ φύσιν ἕκαστα, οὐδ' ἂν ἐπιτάττοιεν, οὐδ' ἂν συμβουλεύοιεν· γιγνώσκοιεν δ' ἂν καὶ τὰ παρ' ἀλλήλων ἐν συνέσει, ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα πολλὰ σιωπώντων γιγνώσκομεν δι' ὁμμάτων· ἐκεῖ δὲ καθαρὸν πᾶν τὸ σῶμα, καὶ οἷον ὀφθαλμὸς ἕκαστος, καὶ οὐδὲν δὲ κρυπτὸν οὐδὲ πεπλασμένον· ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν ἄλλῳ

XVIII. Posthac quærendum est, utrum anima discursu rationis utatur, antequam descendat in corpus, et post discessum? forsan vero discursio rationalis contingit, dum corpus habitat: quippe cum in ambiguitate posita sit curisque sollicita et quasi jam enervata: discursu namque rationis egere ad vitæ veritatisque sufficientiam ex quodam mentis detrimento contingit: quemadmodum et consultatio rationis in artibus accidit, quando artifices ambigunt [tanquam a perfecto deficientes]: at ubi nihil difficultatis defectusque opponitur, statim ars superat atque agit. Verum si animæ illic absque ratiocinatione vivunt, quomodo amplius dicentur rationales? Respondebit forte quispiam, ob id rationales dici, quoniam possunt, si quando expediat, rite considerare. Oportet autem ratiocinationem accipere talem: quandoquidem, si quis ratiocinationem accipiat tanquam dispositionem actionemque atabilem, semper ab intellectu manantem in animabusque exsistentem, et quasi quandam inde coruscationem, sic utique et illic animæ discursu quodam rationis utentur: non tamen (ut arbitror) uti illic vocibus est putandum, quamdiu locum prorsus intelligibilem incolunt. Quando vero corpora in cælis habent, non utuntur ibi sermonibus, qualibus apud nos ob indigentiam vel ambiguitatem uti consueverunt: et cum certo quodam ordine secundumque naturam singula illic agant, merito nec imperant aliquid, neque consultant. Cognoscunt vero mutuo inter se [illegible] per reciprocam conscientiæ notionem, quando et hic mut[illegible] etiam in tacentibus intuitu solo percipimus. Ibi ve[illegible] omne corpus est purum, et quilibet habitantium totus e[illegible] velut oculus. Nihil ibi est occultum, nihil fictum, [illegible] prius, quam alteri quicquam dixeris, intelligit alter

ἐὸν ἐκεῖνος ἔγνω· περὶ δὲ δαιμόνων καὶ ψυχῶν ἐν ἀέρι φωνῇ χρῆσθαι οὐκ ἄτοπον· ζῶα γὰρ καὶ τοιάδε.

aere vero incolentes cum dæmones, tum animas non absurdum est vocibus uti : animalia namque talia sunt.

Vita sensualis est conflata ex proprietate individua atque dividua. Dicitur enim dividua circa corpus, quia singulis partibus ejus se accommodat : dicitur etiam individua, quia singulis adest tota. Ratio vero ac mens dicitur simpliciter impartibilis, quia corporeo instrumento non utitur, et propterea separata.

ιθ'. Πότερα δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τὸ ἀμέριστον καὶ μεριστὸν ὥσπερ κραθέντων· ἢ ἄλλῃ μὲν καὶ κατ' ἄλλο τὸ ἀμέριστον, τὸ δὲ μεριστὸν, οἷον ἐφεξῆς καὶ ἕτερον μέρος αὐτῆς; ὥσπερ τὸ μὲν λογιζόμενον φαμὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλογον· γνωσθείη δ' ἂν ληφθέντος, τί λέγομεν ἑκάτερον. Ἀμέριστον μὲν οὖν ἁπλῶς εἴρηται αὐτῷ· μεριστὸν δὲ οὐχ ἁπλῶς· ἀλλὰ περὶ τὰ σώματα φησὶ γιγνομένην μεριστήν, καὶ ταύτην οὐ γεγενημένην· τὴν δὲ σώματος φύσιν ὁρᾷν δεῖ πρὸς τὸ ζῆν οἷα ψυχῆς προσδεῖται, καὶ ὅτι δεῖ τῆς ψυχῆς πανταχοῦ τῷ σώματι καὶ ὅλῳ παρεῖναι, πᾶν μὲν δὴ τὸ αἰσθητικὸν, εἴπερ διὰ παντὸς αἰσθήσεται, ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὸ μερίζεσθαι· πανταχοῦ μὲν γὰρ ὄν, μεμερίσθαι ἂν λέγοιτο· ὅλον δὲ πανταχοῦ φαινόμενον οὐ μεμερίσθαι ἂν παντελῶς λέγοιτο, περὶ δὲ τὰ σώματα γίγνεσθαι μεριστόν. Εἰ δέ τις λέγοι ἐν ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι μηδὲ μεμερίσθαι, ἀλλ' ἢ μόνον ἐν τῇ ἁφῇ, λεκτέον ὅτι καὶ ἐν ταῖς ὕλαις· εἴπερ σῶμά ἐστι τὸ μεταλαμβάνον, ἀνάγκη οὕτω μερίζεσθαι, ἧττον δὲ ἢ ἐν τῇ ἁφῇ· καὶ δὴ καὶ τὸ φυτικὸν αὐτῆς καὶ τὸ αὐξητικὸν ὡσαύτως· καὶ εἰ περὶ τὸ ἧπαρ ἡ ἐπιθυμία, τὸ δὲ περὶ τὴν καρδίαν ὁ θυμὸς, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τούτων. Ἀλλ' ἴσως ταῦτα οὐ παραλαμβάνει ἐν ἐκείνῳ τῷ μίγματι· ἴσως δὲ ἄλλον τρόπον, καὶ ἐκ τινος τῶν παραληφθέντων ταῦτα· λογισμὸς δὲ καὶ νοῦς οὐκέτι [ταῦτα] σώματι δώσειν αὐτά· καὶ γὰρ τὸ ἔργον αὐτῶν οὐ δι' ὀργάνου ἀλεῖται τοῦ σώματος· ἐμπόδιον γὰρ τοῦτο, εἴ τις αὐτῷ ἐν ταῖς σκέψεσι προσχρῷτο. Ἄλλο ἄρα ἑκάτερον τὸ ἀμέριστον καὶ μεριστόν· καὶ οὐχ ὡς ἓν κραθέντα, ἀλλ' ὡς ὅλον ἐκ μερῶν ἑκατέρου καθαροῦ, καὶ χωριστῇ τῇ δυνάμει· εἰ μέντοι καὶ τὸ περὶ τὰ σώματα γιγνόμενον μεριστὸν ἐκ τῆς ἐπάνω δυνάμεως ἔχει τὸ ἀμέριστον, δύναται τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀμέριστον καὶ μεριστὸν εἶναι· ὧν κραθὲν ἐξ αὐτοῦ τε καὶ τῆς εἰς αὐτὸ ἐλθούσης ἄνωθεν συνάμεως.

XIX. Utrum vero in anima secundum idem dicatur partibile et impartibile, quasi duo hæc invicem contemperata sint : an potius alia ratione et secundum aliud hoc quidem impartibile, illud autem partibile prædicetur, tanquam deinceps diversæ partes dispositæ sint, sicut hanc rationalem, illam irrationalem nuncupare solemus : manifestum nobis erit, postquam, quid potissimum utrumque dicamus, explanaverimus. Principio impartibile apud Platonem simpliciter est acceptum, partibile vero non simpliciter, sed animam ait circa corpora fieri divisibilem, neque tamen fuisse factam. Profecto naturam corporis considerare decet, qualis et quemadmodum ad vivendum indigeat anima, quodve necesse sit, ubique per corpus animæ vim inesse totique prorsus adesse. Omne quidem sensuale oportet, si modo per totum sentiat, jam quodammodo dividendum pervenisse per totum : exsistens quidem ubique, non injuria dicitur esse divisum : apparens vero ubique totum, non omnino divisum dicitur, sed divisibile circa corpora fieri. Si quis autem dicat, in ceteris sensibus non esse divisum, sed in tactu solum, respondendum erit, in aliis quoque ita dividi : siquidem corpus est, quod accipit, necessario illam dividi, minus tamen, quam in tactu : quin etiam vim animæ vegetalem et auctricem simili ratione distribui; atque si circa jecur concupiscentia, circa vero cor iracundia viget, rationem in his esse persimilem. Sed forsan non accipit hæc in illa permixtione, forsan vero et alio pacto et ex aliquo acceptorum ibi hæc oriuntur : ratio autem et intellectus corpori se ipsa non tradunt. Horum namque opus per instrumentum corporis non perficitur : id enim impedimento futurum est, si quis in meditationibus hoc utatur. Quam ob rem utrumque inter se impartibile scilicet et partibile diversum est, neque tanquam in unum conflata videntur, sed tanquam totum quoddam ex partibus, utrisque videlicet puris perque potentiam separatis : si tamen et quod circa corpora fit partibile, a sublimiori potentia impartibilem habet dotem, potest utique hoc idem impartibile partibileque pariter esse, tanquam cum ex hoc ipso, tum ex virtute quadam desuper in ipsum veniente conflatum.

Anima non est in corpore sicut in loco vel vase, nec ut pars in toto vel totum in partibus, nec ut qualitas in subjecto, nec ut species in materia : sed corpus est in anima, ut in vivificante, comprehendente moventeque stabili.

κ'. Εἰ δὲ καὶ ἐν τόπῳ ταῦτά τε καὶ τὰ ἄλλα τῆς ψυχῆς λεγόμενα μέρη, ἢ ταῦτα μὲν ὅλως οὐκ ἐν τόπῳ, καὶ τοῦ, ἢ ὅλως οὐδὲν, ἐπιστῆσαι προσήκει. Εἴτε γὰρ μὴ ἀφοριοῦμεν ἑκάστοις τῶν τῆς ψυχῆς τόπον τινὰ, οὐδαμοῦ οὐδὲν θέντες, οὐ μᾶλλον εἴσω τοῦ σώματος ἢ ἔξω ποιοῦντες, ἄψυχον αὐτὸ ποιήσομεν· τά τε ὀργάνων σωματικῶν ἔργα ὅπῃ γίγνεσθαι προσήκει, εἰπεῖν ἀπορήσομεν, εἴτε τοῖς μὲν, τοῖς δ' οὔ· οἷς μὴ δώσομεν, οὐκ ἐν ἡμῖν αὐτὰ ποιεῖν δόξομεν, ὥστε μὴ εἶναι ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἐν ἡμῖν εἶναι. Ὅλως μὲν οὖν οὐδὲν τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν οὐδὲ πᾶσαν φατέον ὡς τόπῳ εἶναι ἐν τῷ σώματι. Περιεκτικὸν μὲν γὰρ

XX. Reliquum est, ut exponamus, utrum hæ aliæque partes animæ sint in loco, vel hæ quidem omnino non in loco, aliæ vero in loco sint, et ubi et quomodo, vel nulla omnino pars sit in loco. Sive enim non assignemus singulis animæ partibus locum quendam, nusquam videlicet aliquid collocantes : sic utique nihilo magis eam intra corpus, quam extra censebimus, ideoque corpus inanimum relinquemus : neque assignare poterimus, qua ratione fiant opera illa, quæ per instrumenta corporea peraguntur : sive quibusdam animæ partibus describamus situm, quibusdam vero nequaquam, sane quibus non descripserimus, eas nequaquam in nobis collocare videbimur, adeo, ut non totam animam nostram in nobis esse videamur existimare. Omnino autem nullam animæ partium, neque totam rursus animam debemus in corpore velut in loco

ὁ τόπος, καὶ περιεκτικὸν σώματος, καὶ οὗ ἕκαστον μερισθέν ἐστιν, ἔστιν ἐκεῖ ὡς μὴ ὅλον ἐν ὁτῳοῦν εἶναι· ἡ δὲ ψυχὴ, οὐ σῶμα, καὶ οὐ περιεχόμενον μᾶλλον, ἢ περιέχον. Οὐ μὴν οὐδ' ὡς ἐν ἀγγείῳ, ἄψυχον γὰρ ἂν γένοιτο τὸ σῶμα, εἴτε ὡς ἀγγεῖον, εἴτε ὡς τόπος περιέχοι· εἰ μὴ ἄρα διαδόσει τινὶ, αὐτῆς οὔσης πρὸς αὑτὴν συνηθροισμένης· καὶ ἔσται, ὅσον μετέλαβε τὸ ἀγγεῖον, τοῦτο ἀπολωλὸς αὐτῇ. Ὁ δὲ τόπος ὁ κυρίως ἀσώματος καὶ οὐ σῶμα· ὥστε τί ἂν δέοιτο ψυχῆς; καὶ τὸ σῶμα τῷ πέρατι αὐτοῦ πλησιάσει τῇ ψυχῇ, οὐχ αὐτῷ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐναντιοῖτο πρὸς τὸ καὶ ἐν τόπῳ εἶναι· καὶ γὰρ συμφέροιτο ἂν ἀεὶ ὁ τόπος· καὶ αὐτὸ τί ἔσται τὸν τόπον αὐτὸν περιφέρον; ἀλλ' οὐδ' εἰ ὁ τόπος διάστημα εἴη, πολὺ μᾶλλον οὐκ ἂν εἴη ὡς ἐν τόπῳ ἐν τῷ σώματι. Τὸ γὰρ διάστημα κενὸν εἶναι δεῖ· τὸ δὲ σῶμα οὐ κενὸν, ἀλλ' ἴσως ἐν ᾧ τὸ σῶμα ἔσται, ὥστε ἐν τῷ κενῷ τὸ σῶμα. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὡς ἐν ὑποκειμένῳ ἔσται τῷ σώματι. Τὸ γὰρ ἐν ὑποκειμένῳ, πάθος τοῦ ἐν ᾧ ὡς χρῶμα καὶ σχῆμα, καὶ χωριστὸν ἡ ψυχή· οὐ μὴν οὐδ' ὡς μέρος ἐν ὅλῳ· οὐ γὰρ μέρος ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος. Εἰ δέ τις λέγοι, ὡς ἐν ὅλῳ μέρος τῷ ζώῳ, πρῶτον μὲν ἡ αὐτὴ ἂν μένοι ἀπορία, πῶς ἐν ὅλῳ. Οὐ γὰρ δὴ ὡς ἐν τῷ ἀμφορεῖ τοῦ φίνου ὁ οἶνος, ἢ ὡς ὁ ἀμφορεὺς, οὐδ' ἢ καὶ αὐτό τι ἐν αὐτῷ ἔσται· ἀλλ' οὐδὲ ὡς ὅλον ἐν τοῖς μέρεσι· γελοῖον γὰρ τὴν μὲν ψυχὴν ὅλον λέγειν, τὸ δὲ σῶμα μέρη. Ἀλλ' οὐδὲ ὡς εἶδος ἐν ὕλῃ· ἀχώριστον γὰρ τὸ ἐν ὕλῃ εἶδος, καὶ ἤδη ὕλης οὔσης, ὕστερον τὸ εἶδος· ἡ δὲ ψυχὴ τὸ εἶδος ποιεῖ ἐν τῇ ὕλῃ, ἄλλη τοῦ εἴδους οὖσα. Εἰ δὲ οὐ τὸ γενόμενον εἶδος, ἀλλὰ τὸ χωριζόμενον φήσουσι, πῶς τοῦτο τὸ εἶδος ἐν τῷ σώματι, οὔπω φανερόν· καὶ χωριστὸν ἡ ψυχή. Πῶς οὖν ἐν τῷ σώματι ἡ ψυχὴ λέγεται πρὸς πάντων; ἢ ἐπειδὴ οὐχ ὁρατὸν ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ τὸ σῶμα· σῶμα οὖν ὁρῶντες, ἔμψυχον δὲ συνιέντες, ὅτι κινεῖται καὶ αἰσθάνεται, ἔχειν φαμὲν ψυχὴν αὐτό· ἐν αὐτῷ ἄρα τῷ σώματι τὴν ψυχὴν εἶναι ἀκολούθως ἂν λέγοιμεν. Εἰ δέ γε ὁρατὸν ἡ ψυχὴ καὶ αἰσθητὸν ἦν, περιειλημμένον πάντῃ τῇ ζωῇ, καὶ μέχρις ἐσχάτων οὖσα εἰς ἴσον, οὐκ ἂν ἔφαμεν τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι εἶναι, ἀλλ' ἐν τῷ κυριωτέρῳ τὸ μὴ τοιοῦτον, καὶ ἐν τῷ συνέχοντι τὸ συνεχόμενον, καὶ ἐν τῷ μὴ ῥέοντι τὸ ῥέον.

ponere. Locus enim comprehendens est, et corpora continens : et ubi unumquodque divisum jacet, sic ibi jacet, ut non totum esse queat in quolibet : anima vero non est corpus, neque comprehensa est potius, quam comprehendens. Neque tamen sic, ut in vase, est in corpore, sic enim corpus inanimatum relinqueretur, sive tanquam vas, sive tanquam locus animam contineret : nisi forte anima dicatur in se ipsam esse collecta, et traductione quadam a se in vas aliquid sui transmittere : atque ita quantum vas participavit, tantum animæ jam erit detractum. Locus autem, qui principaliter locus dici solet, incorporeum quiddam est, non corpus. Quapropter quidnam anima indigebit? Præterea corpus non per se ipsum, sed per quendam sui terminum animæ propinquabit. Multa insuper alia objici possent iis, qui, tanquam in loco, animam in corpore collocant : nam et locus semper una cum locato ferretur. Et quærendum supererit, quidnam sit, quod secum locum ipsum una circumfert. Quin etiam, si locus intervallum quoddam esse definiatur, multo minus anima in corpore erit velut in loco. Intervallum enim sive spatium necesse est esse vacuum : corpus autem non est vacuum, sed forsan vacuum illud dicitur, in quo est corpus : quapropter in vacuo corpus erit. Rursus anima non est in corpore quasi subjecto. Quod enim in subjecto est, passio quædam est ejus, in quo est, velut color atque figura : anima vero est aliquid separabile. Sed neque ut pars in toto : anima enim non est pars corporis. Si quis autem dicat, animam esse velut partem in toto vivente, dubitatio eadem nobis instabit, quomodo in toto sit, quæsituris. Non enim, quemadmodum in vase vini, vinum aut vas inerit : neque qua conditione aliquid permanet in se ipso : sed neque sic etiam, ut in partibus totum : ridiculum namque est, animam quidem totum dicere, corpus vero partes. Proinde neque tanquam species in materia : species enim in materia inseparabilis est : atque jam exsistente materia species posterior advenit : at anima speciem efficit in materia, utpote quæ aliud quiddam est, quam species. Quodsi animam non factam quidem speciem, sed separatam esse dicant, nondum manifestum erit, qua conditione sit species hæc in corpore : atque erit anima penitus separata. Verum, si hæc ita se habent, quonam pacto apud omnes anima esse in corpore prædicatur? Profecto cum non anima quidem, sed corpus aspectui pateat, videntes utique corpus et animatum esse conjectantes, propterea, quod moveatur et sentiat, hanc ab re animam haberi a corpore dicimus : itaque consequenter et animam esse putamus in corpore. Verum si anima videretur atque sentiretur, exsistens aliquid vita plenum, corpusque undique vita complectens, et usque ad extrema æqualiter sese porrigens, nunquam esse animam in corpore fateremur, sed potius in eo, quod primipalius est, esse quod non sit principale, et in continente contentum, et fluens in eo similiter, quod non fluit.

Anima non proprie inest, sed adest corpori : non tamen, ut gubernator navi vel virtus gubernatoria infusa gubernaculo.

ΚΑ'. Τί οὖν, πῶς πάρεστιν εἴ τις ἐρωτῴη, μηδὲν αὐτὸς λέγων ὅπως, τί ἐροῦμεν; καὶ εἰ ὁμοίως πᾶσα, ἢ ἄλλο μέρος ἄλλως, τὸ δ' ἄλλως; Ἐπεὶ τοίνυν τῶν νῦν λεγομένων τρόπων τοῦ ἔν τινι, οὐδεὶς φαίνεται ἐπὶ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα ἁρμόττων· λέγεται δὲ οὕτως ἐν τῷ σώματι εἶναι ἡ ψυχὴ, ὡς ὁ κυβερνήτης ἐν τῇ νηΐ, πρὸς μὲν τὸ χωριστὴν δύνασθαι εἶναι τὴν ψυχὴν, καλῶς εἴρηται· τὸν μέντοι τρόπον, ὡς νῦν ἡμεῖς ζητοῦμεν, οὐκ ἂν πάνυ παρέθετο. Ὡς μὲν γὰρ πλωτὴρ κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη ἐν αὐτῷ ὁ κυβερνήτης· ὡς δὲ κυβερνήτης, πῶς; οὐδὲ γὰρ ἐν πάσῃ τῇ νηΐ, ὥσπερ

XXI. Quid autem dicemus, si quis interroget, quomodo anima adsit corpori, et ipse quidem modum hac de re nullum adducat in medium? Item si quærat, numquid tota anima simul insit, an pars alia potius aliter? Postquam igitur nullus eorum, qui dicti sunt, essendi in aliquo modus adhuc nobis probatur, velut animæ conveniens ad corpus; dicitur autem sic esse in corpore, velut gubernator in navi : dicendum est, id recte dictum esse, quatenus spectat ad eam ipsam animæ facultatem, per quam valeat a corpore separari : neque tamen modum nobis exponet potissimum exoptatum. Nam si tanquam nauta accipiatur, secundum accidens aderit gubernator : at autem ut gubernator duntaxat, quomodo id conveniat

ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι. Ἀλλὰ ἆρα οὕτω φατέον· ὡς ἡ τέχνη ἐν τοῖς ὀργάνοις, οἷον ἐν τῷ οἴακι, οἱονεὶ ἔμψυχος ὁ οἴαξ ἦν, ὥστε κυβερνητικὴν εἶναι ἔνδον τὴν κινοῦσαν τεχνικῶς; Νῦν δὲ τοῦτο διαλλάττει, ὅτι ἔξωθεν ἡ τέχνη. Εἰ οὖν κατὰ τὸ παράδειγμα τὸ τοῦ κυβερνήτου τοῦ ἐνδύντος πρὸς τὸν οἴακα τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι εἶναι, ὡς ἐν ὀργάνῳ φυσικῷ· κινεῖ γὰρ οὕτως αὐτὸ ἐν οἷς ἂν ἐθέλοι ποιεῖν· ἆρ' ἄν τι πλέον ἡμῖν πρὸς τὸ ζητούμενον γένοιτο, ἢ πάλιν ἀπορήσομεν, πῶς ποτ' ἐστὶν ἐν τῷ ὀργάνῳ; καίτοι τρόπος οὗτος ἕτερος τῶν πρόσθεν, ἀλλ' ὅμως ἔτι ποθοῦμεν ἐξευρεῖν καὶ ἐγγυτέρω προσελθεῖν.

Non enim in tota nave est *gubernator*, sicut anima est in toto corpore. Sed numquid ita dicendum : Sicut ars instrumentis inest, velut in gubernaculo, si forte esset gubernaculum animatum, adeo ut gubernatoria virtus intus sit artificiose movens? Sed id hoc saltem differentia est, quoniam ars ejusmodi ab exstrinseco pendet. Si igitur secundum illud gubernatoris exemplar gubernaculo se ipsum insinuantis animam collocemus in corpore, velut in instrumento naturali (movet enim sic ipsum quocumque placuerit), numquid ad quæsitum plus aliquid reportabimus? An forsan iterum ambigemus, quomodo insit huic instrumento? Atqui, etsi modus hic diversus est ab aliis, adhuc tamen planius invenire et accedere propius exoptamus.

Anima adest corpori separabiliter, sicut lumen aeri. Corpus est in anima, sicut aer in lumine. Mens et ratio non adsunt corpori, quia cum eo non communicant in agendo. Sensus et vegetalis potentia adsunt, quia et hæc per corpus agunt, et corpus indiget eis, neque tamen a corpore sustinentur.

ΚΒ'. Ἆρ' οὖν οὕτω φατέον, ὅταν ψυχὴ σώματι παρῇ, παρεῖναι αὐτήν, ὡς τὸ πῦρ πάρεστι τῷ ἀέρι; καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο παρὸν οὐ πάρεστι, καὶ δι' ὅλου παρὸν οὐδενὶ μίγνυται, καὶ ἕστηκε μὲν αὐτό, τὸ δὲ παραῤῥεῖ. Καὶ ὅταν ἔξω γένηται τοῦ ἐν ᾧ τὸ φῶς, ἐπῆλθεν οὐδὲν ἔχον· ἕως δέ ἐστιν ὑπὸ τὸ φῶς, πεφώτισται· ὥστε ὀρθῶς ἔχειν καὶ ἐνταῦθα λέγειν, ὡς ὁ ἀὴρ ἐν τῷ φωτί, ἤπερ τὸ φῶς ἐν τῷ ἀέρι. Διὸ καὶ Πλάτων καλῶς τὴν ψυχὴν οὐ θεὶς ἐν τῷ σώματι ἐπὶ τοῦ παντὸς, ἀλλὰ τὸ σῶμα ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ φησὶ, τὸ μέν τι εἶναι τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἐν ᾧ σῶμα μηδέν, ὧν δηλονότι δυνάμεων οὐ δεῖται τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα. Καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ψυχῶν ὁ αὐτὸς λόγος. Τῶν μὲν ἄλλων δυνάμεων οὐδὲ παρουσίαν τῷ σώματι λεκτέον τῆς ψυχῆς εἶναι, ὧν δὲ δεῖται, ταῦτα παρεῖναι, καὶ παρεῖναι οὐκ ἐνιδρυθέντα τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, οὐδ' αὖ τῷ ὅλῳ· καὶ πρὸς μὲν αἴσθησιν παρεῖναι παντὶ τῷ αἰσθανομένῳ τὸ αἰσθητικὸν, πρὸς δὲ ἐνεργείας ἤδη ἄλλο ἄλλῳ. Λέγω δὲ ὧδε.

XXII. Sed numquid dicendum est, sic animam inesse corpori, ut ignis, id est lumen, inest aeri? Etenim hoc dum adest aeri, non adest : ac per totum præsens nulli miscetur, et manet quidem ipsum, aer vero transfluit. Et quando extra illud fit, in quo est lumen, abit protinus nihil retinens : quamdiu vero est sub lumine, illustratur. Quapropter recte hic licet dicere, aerem esse in lumine potius, quam in aere lumen : ideoque Plato in ipsa mundi generatione dici noluit animam in corpore positam esse, sed corpus in anima collocatum : atque aliquid esse ipsius animæ, in quo sit corpus, aliquid rursus, in quo corpus nullum, quantum videlicet ad eas vires animæ pertinet, quibus corpus minime indiget. Eadem quoque ratio est de ceteris animabus. Profecto putandum est, reliquas animæ vires corpori non adesse, eas autem quibus eget, adesse, atque sic adesse, ut neque in partibus, neque in toto corpore sitæ sint : et ad sensum quidem ipsam sentiendi virtutem toti sentienti adesse, ad actiones vero edendas jam vires alias aliis. Dico autem hunc in modum.

Quælibet vis animæ est in qualibet parte corporis tota, sicut anima : sed dicitur ibi agere, ubi ipsi servit instrumentum : et ibi principaliter, ubi instrumentum habet principium. Sic ergo sentiendi movendique actus attribuitur capiti, unde videlicet derivantur nervi, instrumenta sensus et motus : sic iracundiæ actus circa cor, ubi instrumentum ejus, scilicet sanguis igneus : sic nutritio circa jecur, ubi sanguis aerius est instrumentum ejus. Actus vero rationis etsi non habet communionem cum corpore, attribuitur quodammodo capiti, quoniam imaginationis actus est rationi propinquus, ejusque fit particeps.

ΚΓ'. Τοῦ σώματος πεφωτισμένου τοῦ ἐμψύχου ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἄλλο ἄλλως μεταλαμβάνειν αὐτοῦ μέρος καὶ κατὰ τὴν τοῦ ὀργάνου πρὸς τὸ ἔργον ἐπιτηδειότητα δύναμιν τὴν προσήκουσαν εἰς τὸ ἔργον ἀποδιδοῦσαν, οὕτω τε λέγεσθαι τὴν μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς δύναμιν τὴν ὁρατικὴν εἶναι, τὴν δ' ἐν ὠσὶ τὴν ἀκουστικὴν, καὶ γευστικὴν ἐν γλώσσῃ, ὀσφρησιν ἐν ῥισὶ, τὴν δὲ ἁπτικὴν ἐν παντὶ παρεῖναι. Πρὸς γὰρ ταύτην τὴν ἀντίληψιν πᾶν τὸ σῶμα ὄργανον τῇ ψυχῇ παρεῖναι· τῶν δὲ ἁπτικῶν ὀργάνων ἐν πρώτοις τοῖς νεύροις ὄντων, ἃ δὴ καὶ πρὸς τὴν κίνησιν τοῦ ζώου τὴν δύναμιν ἔχει, ἐνταῦθα τῆς τοιαύτης δούσης ἑαυτήν· ἀρχομένων δὲ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τῶν νεύρων, τὴν τῆς αἰσθήσεως καὶ ὁρμῆς ἀρχὴν καὶ ὅλως παντὸς τοῦ ζώου ἐνταῦθα ἔθεσαν φέροντες, οὗ δῆλον ὅτι αἱ ἀρχαὶ τῶν ὀργάνων ἐκεῖ παρεῖναι τὸ χρησόμενον τιθέμενοι. Βέλτιον δὲ λέγειν τὴν ἀρ-

XXIII. Cum animatum corpus sit ab anima illustratum, aliam corporis partem dicimus aliter hinc accipere, atque secundum instrumenti aptitudinem ad opus ferentem secum vim ad opus accommodatam, sic nominari potentiam quidem in oculis visualem, in auribus auditivam, in lingua gustandi, in naribus olfaciendi compotem : compotem vero tangendi ponere solemus in toto. Ad hanc enim perceptionem corpus totum velut instrumentum animæ subministrare videtur. Præterea cum instrumenta tactus in primis sint nervis ad animalis motum vim habentibus, atque hic vis ejusmodi se accommodet, exordiantur autem a cerebro nervi, nimirum sentiendi prosequendique initium totiusque penitus animalis hic potissimum collocarunt, hinc ad alia derivantes, ubi videlicet instrumentorum principia sunt, ibidem, quod his usurum est, collocantes. Satius vero fuerat, illic principium operationis illius potentiæ ponere :

χὴν τῆς ἐνεργείας τῆς δυνάμεως ἐκεῖ· ὅθεν γὰρ ἔμελλε κινεῖσθαι τὸ ὄργανον, ἐκεῖ ἔδει οἷον ἐναπερείδεσθαι τὴν δύναμιν τοῦ τεχνίτου ἐκείνην, τὴν τῷ ὀργάνῳ πρόσφορον· μᾶλλον δὲ οὐ τὴν δύναμιν, πανταχοῦ γὰρ ἡ δύναμις. Ἐκεῖ δὲ τῆς ἐνεργείας ἡ ἀρχὴ, οὗ ἡ ἀρχὴ τοῦ ὀργάνου. Ἐπεὶ οὖν ἡ τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμις καὶ ἡ τοῦ ὁρμᾶν, ψυχῆς οὔσης αἰσθητικῆς καὶ φανταστικῆς, φύσις ἐπάνω ἑαυτῆς εἶχε τὸν λόγον, ὡς ἂν γειτονοῦσα πρὸς τὸ κάτω, οὗ αὐτὴ ἐπάνω, ταύτῃ ἐτέθη τοῖς παλαιοῖς ἐν τοῖς ἄκροις τοῦ ζώου παντὸς, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὡς οὖσα οὐκ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, ἀλλ' ὡς ἐν τούτῳ τῷ αἰσθητικῷ, ᾧ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐκεῖνος ἵδρυτο. Τὸ μὲν γὰρ ἔδει σώματι διδόναι, καὶ τῷ σώματος μάλιστα τῆς ἐνεργείας δεκτικῷ· τὸ δὲ σώματι οὐδαμοῦ κοινωνοῦν πάντως ἐκείνῳ κοινωνεῖν ἔδει, ὃ ψυχῆς εἶδος ἦν, καὶ ψυχῆς δυναμένης τὰς παρὰ τοῦ λόγου ἀντιλήψεις ποιεῖσθαι. Αἰσθητικὸν γὰρ, κριτικόν πως, καὶ φανταστικὸν οἷον νοερὸν, καὶ ὁρμὴ καὶ ὄρεξις, φαντασίᾳ καὶ λόγῳ ἑπόμενα. Τὸ ἐκεῖ οὖν τὸ λογιζόμενον, οὐχ ὡς ἐν τόπῳ, ἀλλ' ὅτι τὸ ἐκεῖ ἀπολαύει αὐτοῦ. Πῶς δὲ τὸ ἐκεῖ, ἐπὶ τοῦ αἰσθητικοῦ εἴρηται. Τοῦ δὲ φυτικοῦ αὖ καὶ αὐξητικοῦ καὶ θρεπτικοῦ μηδενὸς ἀπολειπομένου, τρέφοντος δὲ τῷ αἵματι, τοῦ δὲ αἵματος τοῦ τρέφοντος ἐν φλεψὶν ὄντος, ἀρχῆς δὲ καὶ φλεβῶν καὶ αἵματος ἐν ἥπατι· ὅθεν, ἐναπερειδομένης ταύτης τῆς δυνάμεως, ἐνταῦθα ἡ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μοῖρα τῆς ψυχῆς οἰκεῖν ἀπεδόθη. Ὃ γάρ τοι καὶ γεννᾷ καὶ τρέφει καὶ αὔξει, τοῦτο καὶ τούτων ἐπιθυμεῖν ἀνάγκη, τοῦ δὲ λεπτοῦ καὶ κούφου καὶ ὀξέος καὶ καθαροῦ αἵματος, θυμῷ προσφόρου ὀργάνου, ἡ τούτου πηγή· ἐνταῦθα γὰρ τὸ τοιοῦτον αἷμα ἀποκρίνεται, τῇ τοῦ θυμοῦ ζέσει καρδία πεποίηται, οἰκησις πρέπουσα.

unde enim movendum erat instrumentum, ibi oportebat quasi fundari vim illam artificis congruam instrumento: imo vero non potentiam, ubique enim potentia viget. Ibi autem est principium actionis, ubi est initium instrumenti. Cum igitur sentiendi prosequendique virtus [et natura] in anima sensuali atque imaginatrice supra se ipsam habeat rationem quasi ad inferius propinqua, nimirum ubi haec est in supremo, ibidem posita est ratio ab antiquis in summa animalis totius arce, ipso videlicet capite: non quia ratio sit in cerebro, sed in hoc sensuali, per quod quasi medium ratio poni videtur in cerebro. Sensuale quidem hoc oportuit attribuere corpori et illi membro potissimum, quod actionem ejusmodi suscipere posset. Rationem vero nullo modo cum corpore communicantem communicare prorsus oportuit illi, quod est animae species: animae, inquam, potentis a ratione nonnihil accipere. Quod enim sensuale est, quodammodo etiam est et judex: et quod imaginale est, velut intellectuale videtur. Quin etiam impetus atque prosecutio phantasiam rationemque sequuntur. Illic igitur rationale est, non quidem ut in loco, sed quoniam, quod est ibi, quodammodo rationis fit particeps. Quo autem pacto ibi sit sentiendi virtus et alia similiter, dictum est. Proinde, cum vegetalis et augendi nutriendique natura nusquam desit in corpore, nutriat vero sanguine, et sanguis nutritorius sit in venis, initiumque venarum et sanguinis sit in jecore, unde vis ejusmodi nititur, haud ab re hic concupiscens animae portio est a veteribus collocata. Quod enim gignit et nutrit et auget, hoc atque haec necesse est [haec] concupiscere. Cum vero tenuis, levis, acutus, purus sanguis sit instrumentum iracundiae congruum, hujus fons, videlicet unde sanguis ejusmodi ad aestum iracundiae profluit, ipsum scilicet cor iracundiae designatum est habitaculum [decens].

Anima quia est substantia incorporea, in se exsistens non determinatur ad aliquem locum, nisi per inclinationem et actionem circa illum. Soluta igitur e corpore terreno, si nullam retinet inclinationem ejusmodi, nusquam terrarum est et ubique, nisi forte sit in sphaera superiore per inclinationem ad illam; sin autem inclinationem adhuc retinet ad terrena, circa haec revolvitur cum corpore spiritali, in quo et corporea patitur. Praeterea sicut apud astrologos nonnulli fatum suum etiam nolentes implent, dum ignari aliquid eligunt, per quod incidunt clam in fatum: sic omnes animae divinam implent in se legem, eligendo aliquid, ex quo in latentem incidunt legis divinae sententiam.

ΚΔ'. [Ἔχουσα δὲ τὸ σῶμα καὶ τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν σωματικῶν κολάσεων ἔχει.] Ἀλλὰ ποῦ ἐξελθοῦσα τοῦ σώματος γενήσεται; ἡ ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἔσται, οὗ οὐκ ἔστι τὸ δεχόμενον ὀπωσοῦν, οὐδὲ δύναται παραμένειν τῷ μὴ πεφυκότι αὐτὴν δέχεσθαι, εἰ μή τι ἔχοι αὐτοῦ, ὃ ἕλκει πρὸς αὐτὸ ἄφρονα οὖσαν. Ἔστι δὲ ἐν ἐκείνῳ, εἰ ἄλλο ἔχει, κἀκεῖ ἀκολουθεῖ, οὗ πέφυκε τοῦτο εἶναι καὶ γίγνεσθαι. Ὄντος δὲ πολλοῦ καὶ ἑκάστου τόπου καὶ παρὰ τῆς διαθέσεως ἥκειν δεῖ τὸ διάφορον, ἥκειν δὲ καὶ παρὰ τῆς ἐν τοῖς οὖσι δίκης. Οὐ γὰρ μήποτέ τις ἐκφύγοι, ὃ παθεῖν ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις προσήκει. Ἀναπόδραστος γὰρ ὁ θεῖος νόμος, ὁμοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸ ποιῆσαι τὸ κριθὲν ἤδη. Φέρεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ πάσχων ἀγνοῶν ἐφ' ᾧ παθεῖν προσήκει, ἀστάτῳ μὲν τῇ φορᾷ πανταχοῦ αἰωρούμενος ταῖς πλάναις· τελευτῶν δὲ, ὥσπερ πολλὰ καμὼν, οἷς ἀντέτεινεν, εἰς τὸν προσήκοντα αὐτῷ τόπον ἐνέπεσεν, ἑκουσίῳ τῇ

XXIV. [Corpus autem habens (anima) habet etiam sensum corporearum castigationum.] Post haec quaerendum est, ubinam anima sit, postquam a corpore fuerit separata. Profecto hic quidem non erit, ubi non sit, quod eam quomodocumque suscipiat: neque enim in eo morari trahere potest, quod non est ad eam capiendam naturaliter aptum, nisi aliquid ipsius habeat, quod amentem animam trahat ad ipsum. Est autem in illo, si habet aliud, sequiturque illuc, ubi id naturaliter esse et fieri potest. Cum vero plurimus sit et unusquisque locus, oportet differentiam cum ab affectione animae proficisci, tum etiam ab ipsa justitia judicioque rebus omnibus dominante. Nunquam enim effugiet quisquam, quod ex injustis actionibus pati decet. Lex namque divina inevitabilis est, simul in se ipsa continens facultatem jam, quicquid judicatum fuerit, faciendi. Fertur autem et ipse patiens ad quae pati decet ignorans, instabili quidem motu passim erroribus circumactus: sed tandem velut per multa defatigatus ad ea, quibus renitebatur, in locum incidit sibi convenientem,

φορᾷ τὸ ἀκούσιον εἰς τὸ παθεῖν ἔχων. Εἴρηται δὲ ἐν τῷ νόμῳ καὶ ὅσον καὶ ἐφ' ὅσον δεῖ παθεῖν· καὶ πάλιν αὖ ὁμοῦ συνέδραμεν ἡ ἄνεσις τῆς κολάσεως καὶ ἡ δύναμις τοῦ ἀναφυγεῖν ἐξ ἐκείνων τῶν τόπων ἁρμονίας ὑπὸ ἀνάμεσα τῆς κατεχούσης τὰ πάντα. Ἔχουσαι δὲ σῶμα καὶ τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν σωματικῶν κολάσεων ἔχουσι· ταῖς δὲ τῶν ψυχῶν καθαραῖς οὔσαις καὶ μηδὲν μηδαμῇ ἑφελκομέναις τοῦ σώματος ἐξ ἀνάγκης οὐδαμοῦ σώματος ὑπάρξει εἶναι. Εἰ οὖν εἰσι καὶ μηδαμοῦ σῶματος, οὐδὲ γὰρ ἔχουσι σῶμα, οὗ ἐστιν ἡ οὐσία καὶ τὸ ὂν καὶ τὸ θεῖον ἐν τῷ θεῷ· ἐνταῦθα καὶ μετὰ τούτων καὶ ἐν τούτῳ ἡ τοιαύτη ψυχὴ ἔσται. Εἰ δ' ἔτι ζητεῖς ποῦ, ζητητέον σοι, ποῦ ἐκεῖνα· ζητῶν δὲ, ζήτει μὴ τοῖς ὄμμασι, μηδ' ὡς ζητῶν σώματα.

voluntario quodam motu involuntariam subiens passionem. Edictum vero est in lege, et quantum et quousque oporteat pati : ac tandem iterum una concurrit cum remissio pœnæ, tum potestas ex locis illis effugiendi, idque potentia quadam harmoniæ omnia continentis. Proinde animæ corpus habentes, habent etiam, ut tormenta corporea patiantur. Animæ vero, quæ puræ sunt, nihilque ullo pacto corporei secum trahunt, nullo prorsus situ corporeo cohibentur. Si igitur ad nihil ejusmodi designantur (neque enim ullo modo corpus habent), ibi procul dubio sunt, ubi essentia ipsumque ens atque divinum in deo consistens : hic, inquam, et una cum his atque in hoc ipso anima ejusmodi habitabit : sin autem adhuc requiras, ubi, quærendum tibi similiter erit, ubinam sint et illa. Id vero perquirens, neque oculis, neque tanquam corpora quærito.

in intellectu non est reminiscentia, quia nihil novi illic accidit vel extrinsecus vel intrinsecus, quod conservandum sit atque recolendum. Nec ulla de potentia in actum ibi fit commutatio, sed recordationis officium ad animam pertinet.

ΚΕ'. Περὶ δὲ μνήμης, εἰ αὐταῖς ταῖς ψυχαῖς τῶνδε τῶν τόπων ἐξελθούσαις μνημονεύειν ὑπάρχει, ἢ ταῖς μὲν, ταῖς δ' οὔ, καὶ πάντων ἢ τινῶν· καὶ εἰ μνημονεύουσιν ἀεὶ, ἢ ἐπί τινα χρόνον τὸν ἐγγὺς τῆς ἀφόδου, ζητεῖν ὁμοίως ἄξιον· ἀλλ' εἰ μέλλομεν ὀρθῶς περὶ τούτων τὴν ζήτησιν ποιεῖσθαι, ληπτέον τί ποτε τὸ μνημονεῦόν ἐστι. Λέγω δὲ οὐ, τί μνήμη ἐστὶν, ἀλλ' ἐν τίνι συνίστασθαι πέφυκε τῶν ὄντων. Τί μὲν γάρ ἐστι μνήμη, εἴρηται ἐν ἄλλοις, καὶ πολλάκις τεθρύλληται· τὸ δὲ μνημονεύειν πεφυκὸς, ὅτι ποτέ ἐστιν, ἀκριβέστερον λεκτέον· εἰ δὲ ἐστὶ τὸ τῆς μνήμης ἐπικτήτου τινὸς ἢ μαθήματος ἢ παθήματος, οὔτε τοῖς ἀπαθέσι τῶν ὄντων, οὔτε τοῖς ἐν χρόνῳ ἐγγίγνοιτο ἂν τὸ μνημονεύειν· μνήμην δὲ περὶ θεὸν, οὐδὲ περὶ τὸ ὂν καὶ νοῦν θετέον· οὐδὲν γὰρ εἰς αὐτοὺς, οὐδὲ χρόνος, ἀλλ' αἰὼν, περὶ τὸ ὂν καὶ οὔτε τὸ πρότερον, οὔτε τὸ ἐφεξῆς, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ, ὡς ἔχει, ἐν τῷ αὐτῷ, οὐ δεχόμενον παράλλαξιν. Τὸ δ' ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ὁμοίῳ πῶς ἂν ἐν μνήμῃ γένοιτο; οὐκ ἔχον οὐδ' ἴσχον ἄλλην κατάστασιν, μεθ' ἣν εἶχε πρότερον, ἢ νόησιν ἄλλην, μετ' ἄλλην, ἵνα ἐν ἄλλῃ μὲν μνήμῃ, ἄλλης δὲ μνημονεύῃ, ἣν εἶχε πρότερον. Ἀλλὰ τι κωλύει τὰς ἄλλων μεταβολὰς εἰδέναι, οὐ μεταβάλλοντα αὐτὸν, οἷον κόσμου τὰς περιόδους; ἢ ὅτι ἄλλο μὲν πρότερον, ἄλλο δὲ ὕστερον νοήσει, ἐπακολουθοῦν ταῖς τοῦ τρεπομένου μεταβολαῖς. Τό τε μνημονεύειν παρὰ τὸ νοεῖν ἄλλο· τὰς δὲ αὐτοῦ νοήσεις οὐ μνημονεύειν λεκτέον· οὐ γὰρ ἦλθεν ἵνα κατέχῃ, μὴ ἀπέλθοι, ἢ οὕτω γε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ φοβοῖτο, μὴ ἀπέλθοι ἀπ' αὐτοῦ. Οὐ τοίνυν οὐδὲ ψυχὴν φατέον μνημονεύειν, τὸν αὐτὸν τρόπον, οἷον λέγομεν τὸ μνημονεύειν εἶναι, ὧν ἔχει συμφύτων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνταῦθά ἐστιν, ἔχειν καὶ μὴ ἐνεργεῖν κατ' αὐτὰ, καὶ μάλιστα ἐνταῦθα ἰσχύσῃ· τὸ δὲ καὶ ἐνεργεῖν ἤδη ταῖς ἐνεργούσαις, ἃ εἶχον, μνήμην καὶ ἀνάμνησιν προστιθέναι ἐοίκασιν οἱ παλαιοὶ, ὥσθ' ἕτερον εἶδος μνήμης τοῦτο· διὸ καὶ χρόνος οὐ πρόσεστι τῇ οὕτως λεγομένῃ μνήμῃ· ἀλλ' ἴσως οὐχ ἱκανῶς περὶ τούτων ἔχομεν, καὶ οὐκ ἐξεταστικῶς.

XXV. Operæ pretium est de memoria similiter perscrutari, numquid animæ, cum ex his locis abierint, recordentur : an aliæ quidem reminiscantur, aliæ vero nequaquam. Et rursus, numquid omnium, an potius aliquorum memoriam habeant; atque iterum, utrum semper meminerint, an forte ad tempus scilicet emigrationi quam proximum. Verum si recte hac de re quæsituri sumus, in primis accipiendum est, quid sit hoc ipsum, quod recordatur. Dico autem non, quid ipsa memoria sit, sed qua in re potissimum naturaliter esse soleat. Quid enim memoria sit, et alibi dictum est et sæpius prædicatur : sed exponendum est diligentius, quid potissimum naturâ sit ad memoriam institutum. Si autem tota memoriæ facultas est adventitii cujusdam sive disciplinæ sive passionis, profecto reminiscentia rebus, quæ passione vacant, neque subjiciuntur tempori, minime convenit : ideoque memoria circa deum vel ens et intellectum ponenda non est : nihil enim eis accidit, neque tempus circa ens est, sed ævum. Neque prius aliquid ibi est, et posterius, sed est semper, uti se habet, permanens in eodem, nullam prorsus admittens mutationem. Quod autem in eodem similique est semper, quomodo utetur quandoque memoria? quippe cum neque habeat, neque teneat dispositionem aliam post aliam, quam prius habuerit : vel intelligentiam aliam post aliam sortiatur, ut ita in alia quidem maneat, alterius vero meminerit, quam prius habuerat. At vero quidnam prohibebit, hunc intellectum aliorum mutationes cognoscere, ipsum interim non mutatum, velut ipsos mundi circuitus? Forsan, quia aliud quidem prius, aliud vero posterius sic intelliget, sequens scilicet agitatæ rei mutationes. Præterea meminisse aliud quiddam præter intelligentiam est, atque ipsas sui intelligentias recordari non est dicendum. Non enim processit ut contineat, ne forsan abeat, alioquin ita etiam metuet, ne ipsa sui essentia a se ipso discedat. Sed neque etiam animam dicendum est ea conditione meminisse, quemadmodum si dixerimus eorum, quæ innata possidet, meminisse : sed postquam hic est, habere quidem illa, neque tamen secundum ipsa nunc operari, et maxime huc longe profectam. Veteres autem operari jam secundum illa, quæ habebat, memoriam et reminiscentiam appellasse videntur, ideoque hæc altera quædam est memoriæ species. Quapropter tempus memoriæ huic minime convenit, sed forsan circa hæc non tam

Ἴσως γὰρ ἄν τις ἀπορήσειε, μή ποτε οὐ τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἢ ἡ λεγομένη τοιαύτη ἀνάμνησις καὶ μνήμη, ἀλλὰ ἄλλης ἀμυδροτέρας, ἢ τοῦ συναμφοτέρου τούτου ζώου. Εἴτε γὰρ ἄλλης, πότε ἢ πῶς λαμβανούσης; εἴτε τοῦ ζώου, πότε ἢ πῶς; διὸ ζητητέον, τί ἐστι τῶν ἐν ἡμῖν τὸ τὴν μνήμην ἰσχον, ὅπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐζητοῦμεν· καὶ εἰ μὲν ἡ ψυχὴ ἡ μνημονεύουσα, τίς δύναμις, ἢ τί μέρος; εἰ δὲ τὸ ζῶον, ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθανόμενον ἔδοξέ τισιν ὄν, τίς ὁ τρόπος; καὶ τί ποτε δεῖ φάναι τὸ ζῶον; καὶ ἔτι, εἰ τὸ αὐτὸ τῶν αἰσθημάτων δεῖ τίθεσθαι ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ τῶν νοημάτων, ἢ ἄλλο τοῦ ἑτέρου.

considerate, quam facile leviterque nos gerimus. Fortassis enim quispiam dubitabit, ne forte non illius animæ sit memoria reminiscentiaque ejusmodi, sed alterius vilioris, vel etiam hujus compositi animalis. Præterea sive alterius animæ sit, ambiget, quando et quomodo, quæ recordatur, acceperit: sive animalis, similiter etiam dubitabit. Quam ob rem investigandum est, quidnam in nobis potissimum sit memoria præditum, quod etiam ab initio quærebamus et sive anima recordetur, quænam vis sive pars animæ, sive animal ipsum, utatur memoria: quemadmodum et sentiens id ipsum esse quibusdam apparuit, quærendum erit, quisnam sit modus, quidve id ipsum animal sit dicendum? Item, utrum ipsum idem sensibilia intelligibiliaque et alia quævis percipiat: an aliud hæc, et aliud accipiat illa.

Animal est unum quiddam, non unum dico factum ex transmutatione ambarum partium in aliquid tertium, sed ex transmutatione corporis in formam actumque animalem. Ad hoc unum commune pertinet effectus sentiendi ferme sicut et vegetandi. Sed effectus memoriæ, id est conservandi et recolendi, ad animam proprie pertinet stabilem, non ad corpus instabile, quod est oblivionis occasio: nam et multa per memoriam servantur et suggeruntur, quæ nunquam cum corpore sunt percepta.

ΚΖ. Εἰ μὲν οὖν τὸ ζῶον τὸ συναμφότερόν ἐστιν ἐν ταῖς αἰσθήσεσι ταῖς κατ' ἐνέργειαν, δεῖ τὸ αἰσθάνεσθαι τοιοῦτον εἶναι· διὸ καὶ κοινὸν λέγεται, οἷον τὸ τρυπᾶν καὶ τὸ ὑφαίνειν· ἵνα κατὰ μὲν τὸν τεχνίτην ἡ ψυχὴ ἢ ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι, κατὰ δὲ τὸ ὄργανον, τὸ σῶμα, τοῦ μὲν σώματος πάσχοντος καὶ ὑπηρετοῦντος, τῆς δὲ ψυχῆς παραδεχομένης τὴν τύπωσιν τὴν τοῦ σώματος, ἢ τὴν διὰ τοῦ σώματος, ἢ τὴν κρίσιν, ἣν ἐποιήσατο ἐκ τοῦ παθήματος τοῦ σώματος· οὗ δὴ ἡ μὲν αἴσθησις, οὕτω κοινὸν ἔργον λέγοιτο ἄν· ἡ δὲ μνήμη οὐκ ἀναγκάζοιτο τοῦ κοινοῦ εἶναι, τῆς ψυχῆς ἤδη παραδεξαμένης τὸν τύπον, καὶ ἢ φυλαξάσης, ἢ ἀποβαλούσης αὐτόν· εἰ μή τις τεκμαίροιτο κοινὸν καὶ τὸ μνημονεύειν εἶναι, ἐκ τοῦ ταῖς κράσεσι τῶν σωμάτων καὶ μνημονικοὺς καὶ ἐπιλήσμονας ἡμᾶς γίγνεσθαι· ἀλλὰ καὶ ὡς κωλυτικὸν ἂν, ἢ οὐ κωλυτικὸν λέγοιτο τὸ σῶμα γίγνεσθαι· τῆς δὲ ψυχῆς τὸ μνημονεύειν οὐχ ἧττον εἴη· τῶν δὲ δὴ μαθήσεων, πῶς τὸ κοινόν, ἀλλ' οὐχ ἡ ψυχὴ ἡ μνημονεύουσα ἔσται; εἰ δὲ τὸ ζῶον τὸ συναμφότερον οὕτως, ὡς ἕτερον ἐξ ἀμφοῖν εἶναι, πρῶτον μὲν ἄτοπον, μήτε σῶμα μήτε ψυχὴν τὸ ζῶον λέγειν· οὐ γὰρ δὴ μεταβαλόντων ἀμφοτέρων ἕτερόν τι ἔσται τὸ ζῶον, οὐδ' αὖ κραθέντων, ὡς δυνάμει τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ζώῳ εἶναι, ἐπεὶ καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον τῆς ψυχῆς τὸ μνημονεύειν ἔσται· ὥσπερ ἐν οἰνομέλιτος κράσει εἴ τι γλυκάζει, παρὰ τοῦ μέλιτος τοῦτο ἔσται. Τί οὖν; εἰ αὐτὴ μὲν μνημονεύει, τῷ δὲ ἐν σώματι εἶναι, τῷ μὴ καθαρᾷ εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ ποιωθεῖσα ἀναμάττεσθαι δύναται τοὺς τῶν αἰσθητῶν τύπους, καὶ τὸ οἷον ἕδραν ἐν τῷ σώματι πρὸς τὸ παραδέχεσθαι, καὶ μὴ ὥσπερ παραῤῥεῖν. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν οἱ τύποι οὐ μεγέθη· οὐδ' ὥσπερ αἱ ἐνσφραγίσεις, οὐδ' ἀντερείσεις, ἢ τυπώσεις, ὅτι μήτ' ὠθισμὸς, μήθ' ὥσπερ ἐν κηρῷ, ἀλλ' ὁ τρόπος οἷον νόησις, καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν. Ἐπὶ δὲ τῶν νοήσεων τίς ἡ ἀντέρεισις λέγοιτο ἄν; ἢ τί δεῖ σώματος ἢ ποιότητος σωματικῆς, μεθ' ἧς; Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν αὐτῆς κινημάτων ἀνάγκη μνήμην αὐτῇ γίγνεσθαι, οἷον ὧν ἐπεθύμησε, καὶ ὧν οὐκ ἀπήλαυσεν, οὐδὲ ἦλθεν εἰς σῶμα τὸ ἐπιθυμητόν.

XXVI. Si igitur animal est utrumque simul in sensibus secundum actum, oportet ipsum sentire etiam aliquid ejusmodi esse: quapropter et commune dicitur, quemadmodum texere atque terebrare: ut secundum artificem quidem anima in sentiendo se gerat, secundum vero instrumentum se habeat corpus: dum corpus quidem patitur et ministrat, anima vero suscipit corporis ipsius formationem, vel eam, quæ fit per corpus: aut saltem judicium, quod ex corporis passione peregit: ubi certe sensus sic communis actio diceretur, sed memoria non sic cogeretur esse conjuncti: quippe cum anima susceperit jam figuram, atque vel custodiat, vel abjecerit eam: nisi forte quis memoriam quoque commune quiddam esse conjiciat ex eo, quod complexionibus quibusdam corporum cum memores, tum obliviosi fieri soleamus. Verum dici quidem potest, corpus vel impedire, vel non impedire recordationis effectum, sed nihilo minus ipsum memoriæ munus esse ipsius animæ proprium. Jam vero meminisse disciplinarum, quomodo non ipsius animæ, sed conjuncti potius esse dicetur? Si autem animal sic est utrumque simul, ut alterum quiddam ex utrisque proveniat, primo quidem absurdum erit, neque corpus neque animam dicere animal. Non enim permutatis utrisque diversum quiddam animal est, neque rursus ita commixtis, ut anima in animali sit quadam duntaxat potentia: atqui et hac rursum conditione meminisse nihilominus ad animam pertinebit. Quemadmodum in contemperatione quadam ex vino melleque confecta, si quid superest dulcedinis, gustumque delinit, id ipsum habet ex melle. Quid ergo? Si ipsa quidem meminit, sed ex eo, quod est in corpore, ideoque nec est pura, imo tanquam sic jam aut sic affecta sensibilium figuras potest imprimere, ac velut sedem in corpore stabilire ad capiendas formas, atque servandas. Sed primo quidem ejusmodi figuræ non sunt magnitudines: deinde neque tanquam sigillares impressiones, neque reverberationes vel figurationes quædam: quoniam neque ibi est impulsio, neque fit, sicut in cera fieri consuevit, sed motus alter, qualis est intellectio, etiam in rebus, quæ sentiuntur. At in intelligendo quænam impulsio vel impressio dici poterit? Aut quid opus est corpore, vel etiam corporea qualitate, quacum intellectio peragatur? Quin etiam necessarium est eam suorum motuum meminisse: sicut eorum, quæ desideravit, quæve consecuta est vel minime consecuta: neque dum ad corpus usque pervenit, quod tanquam desiderabile nobis propositum est. Quo enim pacto corpus

Πῶς γὰρ ἂν εἴποι τὸ σῶμα, περὶ ὧν οὐκ ἦλθεν εἰς αὐτό; ἢ πῶς μετὰ σώματος μνημονεύσει, ὃ μὴ πέφυκε γινώσκειν ὅλως τὸ σῶμα; Ἀλλὰ τὰ μὲν λεκτέον εἰς ψυχὴν λήγειν, ὅσα διὰ σώματος, τὰ δὲ ψυχῆς εἶναι μόνης· εἰ δεῖ τὴν ψυχὴν εἶναί τι, καὶ φύσιν τινὰ καὶ ἔργον τι αὐτῆς. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἔφεσιν καὶ μνήμην τῆς ἐφέσεως· ἆρα καὶ τῆς τεύξεως καὶ τῆς οὐ τεύξεως, ἐπείπερ καὶ ἡ φύσις αὐτῆς, οὐ τῶν ῥεόντων. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐδὲ συναίσθησιν οὐδὲ παρακολούθησιν δώσομεν, οὐδέ τινα σύνθεσιν καὶ οἷον σύνεσιν. Οὐ γὰρ δὴ οὐδὲν ἔχουσα τούτων ἐν τῇ φύσει αὐτῆς ταῦτα κομίζοιτο ἐν σώματι, ἀλλ' ἐνεργείας μέν τινας ἴσχει, ὧν ἔργων δεῖται ἡ ἐπιτέλεσις ὀργάνων, τῶν δὲ τὰς δυνάμεις ἔχει φέρουσα, τῶν δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας, τὸ δὲ τῆς μνήμης καὶ τὸ σῶμα ἐμπόδιον ἔχει· ἐπεὶ καὶ νῦν προστιθεμένων τινῶν λήθη· ἐν δ' ἀφαιρέσει καὶ καθάρσει ἐνεπύπτει πολλάκις ἡ μνήμη. Μόνης δὲ οὔσης αὐτῆς ἀνάγκη τὴν τοῦ σώματος φύσιν κινουμένην καὶ ῥέουσαν λήθης αἰτίαν, ἀλλ' οὐ μνήμης εἶναι· διὸ καὶ ὁ τῆς Λήθης ποταμὸς οὗτος ἂν ὑπονοοῖτο· ψυχῆς μὲν δὴ ἔστω τὸ πάθημα τοῦτο.

How can it speak of the body, concerning those things which have not come to it? or how will it remember with the body, which is not naturally adapted to know the body at all? But we must say that some things terminate in the soul through the body, while others belong to the soul alone: if the soul is to be anything, it must have a nature and a function of its own. If this is so, it must have a desire and a memory of its desire: then it must have memory of attainment and of non-attainment, since its nature is not that of a flowing thing. Unless this is so, we shall not allow it perception or consciousness, or any kind of synthesis or intelligence. For it would not receive these things in the body, if it had none of them in its own nature, but it has some activities, the perfecting of which requires the instruments, and it has the faculties which bring the activities, while the body hinders memory and the activities. For even now, when things are added, there is forgetfulness: but in subtraction and purification memory often comes to us. When the soul is alone, there is necessarily the motion of the body's nature and flowing as the cause of forgetfulness, but not of memory: hence the river of Lethe must be supposed to be of this kind. Let this, then, be the affection of the soul.

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων τί ἂν εἴποι τις, ἃ μὴ ἦλθεν εἰς αὐτήν; ἆρα ἐν ᾧ οὐκ ἦλθεν εἰς αὐτὴν ἅμα σώματι, ἐν τούτῳ καὶ μνημονεύσει; ἢ πῶς ἂν εἴη μνήμη ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν; Ἀλλὰ τὰ μὲν λεκτέον εἰς ψυχὴν λήγειν, ὅσα διὰ σώματος, τὰ δὲ ψυχῆς εἶναι μόνης· εἰ δεῖ τὴν ψυχὴν εἶναί τι, καὶ φύσιν τινὰ καὶ ἔργον τι αὐτῆς. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἔφεσιν καὶ μνήμην τῆς ἐφέσεως· ἆρα καὶ τῆς τεύξεως καὶ τῆς οὐ τεύξεως, ἐπείπερ καὶ ἡ φύσις αὐτῆς, οὐ τῶν ῥεόντων. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐδὲ συναίσθησιν οὐδὲ παρακολούθησιν δώσομεν, οὐδέ τινα σύνθεσιν καὶ οἷον σύνεσιν. Οὐ γὰρ δὴ οὐδὲν ἔχουσα τούτων ἐν τῇ φύσει αὐτῆς ταῦτα κομίζοιτο ἐν σώματι, ἀλλ' ἐνεργείας μέν τινας ἴσχει, ὧν ἔργων δεῖται ἡ ἐπιτέλεσις ὀργάνων, τῶν δὲ τὰς δυνάμεις ἔχει φέρουσα, τῶν δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας, τὸ δὲ τῆς μνήμης καὶ τὸ σῶμα ἐμπόδιον ἔχει· ἐπεὶ καὶ νῦν προστιθεμένων τινῶν λήθη· ἐν δ' ἀφαιρέσει καὶ καθάρσει ἐνεπύπτει πολλάκις ἡ μνήμη. Μόνης δὲ οὔσης αὐτῆς ἀνάγκη τὴν τοῦ σώματος φύσιν κινουμένην καὶ ῥέουσαν λήθης αἰτίαν, ἀλλ' οὐ μνήμης εἶναι· διὸ καὶ ὁ τῆς Λήθης ποταμὸς οὗτος ἂν ὑπονοοῖτο· ψυχῆς μὲν δὴ ἔστω τὸ πάθημα τοῦτο.

But what can one say of the other things which have not come to it? Will it remember in that in which it has not come to it at the same time as the body? Or how can there be memory in that in which it is not? But we must say that some things terminate in the soul through the body, while others belong to the soul alone: if the soul is to be anything, it must have a nature and a function of its own. If this is so, it must have a desire and a memory of its desire: then it must have memory of attainment and of non-attainment, since its nature is not that of a flowing thing. Unless this is so, we shall not allow it perception or consciousness, or any kind of synthesis or intelligence. For it would not receive these things in the body, if it had none of them in its own nature, but it has some activities, the perfecting of which requires the instruments, and it has the faculties which bring the activities, while the body hinders memory and the activities. For even now, when things are added, there is forgetfulness: but in subtraction and purification memory often comes to us. When the soul is alone, there is necessarily the motion of the body's nature and flowing as the cause of forgetfulness, but not of memory: hence the river of Lethe must be supposed to be of this kind. Let this, then, be the affection of the soul.

de illis dicere poterit, quæ ad ipsum non pervenerunt? aut qua ratione una cum corpore animus recordabitur, quod nullo modo natura corporis cognoscere potest? Verum dicendum est, quædam in animam ipsam desinere, quæcumque per corpus veniunt: quædam vero animæ solius exsistere, si modo necesse est, animam ipsam aliquid esse, et naturam ejus quandam opusque exsistere. Si vero hoc, insuper desiderium ejus proprium, desideriique memoriam: quam ob rem consecutionis quoque et inanis voti reminiscentiam: quandoquidem et ipsius natura in eorum genere, quæ fluunt, non numeratur. Nisi enim ita se habeat, neque consensum, neque consequentiam animo concedemus, neque conspirationem et quasi suimet conscientiam. Nisi enim anima hæc suapte natura possîdeat, certe in corpore non acquiret, sed profecto quasdam actiones habet, quarum exsecutio [corporis] indiget instrumentis, et harum omnino vires secum affert: quarundam etiam virium secum affert et actiones. Quantum vero ad memoriam pertinet, corpus impedimento est: quandoquidem et nunc ex quorundam adjunctione contingit oblivio: sed in ablatione et purificatione quadam memoria sæpe nobis emergit. Dum vero anima sola est, necessarium est, si natura corporis accesserit mobilis atque fluens, non memoriæ causam, sed oblivionis inferre: quapropter et Letheum flumen esse hoc potest exsistimari. Memoria igitur ad animam pertinet.

De illis autem quæ ad animam non pervenerunt, quid dicere poterit? Utrum in ea re, in qua non pervenerunt ad animam simul cum corpore, in ea memoriam habebit? aut quomodo erit memoria in ea re, in qua non est? Sed dicendum est, quædam in animam ipsam desinere, quæcumque per corpus veniunt: quædam vero animæ solius exsistere, si modo necesse est, animam ipsam aliquid esse, et naturam ejus quandam opusque exsistere. Si vero hoc, insuper desiderium ejus proprium, desideriique memoriam: quam ob rem consecutionis quoque et inanis voti reminiscentiam: quandoquidem et ipsius natura in eorum genere, quæ fluunt, non numeratur. Nisi enim ita se habeat, neque consensum, neque consequentiam animo concedemus, neque conspirationem et quasi suimet conscientiam. Nisi enim anima hæc suapte natura possîdeat, certe in corpore non acquiret, sed profecto quasdam actiones habet, quarum exsecutio [corporis] indiget instrumentis, et harum omnino vires secum affert: quarundam etiam virium secum affert et actiones. Quantum vero ad memoriam pertinet, corpus impedimento est: quandoquidem et nunc ex quorundam adjunctione contingit oblivio: sed in ablatione et purificatione quadam memoria sæpe nobis emergit. Dum vero anima sola est, necessarium est, si natura corporis accesserit mobilis atque fluens, non memoriæ causam, sed oblivionis inferre: quapropter et Letheum flumen esse hoc potest exsistimari. Memoria igitur ad animam pertinet.

Opinio quasi poetica esse geminas in homine animas per substantiam inter se differentes, rationalem quidem ab ipso mundi opifice, irrationalem vero a mundi vita.

ΚΖ'. Ἀλλὰ τίνος ψυχῆς; τῆς μὲν λεγομένης ὑφ' ἡμῶν θειοτέρας, καθ' ἣν ἡμεῖς, τῆς δὲ ἄλλης, τῆς παρὰ τοῦ ὅλου· ἢ λεκτέον εἶναι μνήμας ἑκατέρας, τὰς μὲν ἰδίας, τὰς δὲ κοινάς; καὶ ὅταν μὲν συνῶσιν, ὁμοῦ πάσας· χωρὶς δὲ γενομένων, εἰ ἅμφω εἶεν καὶ μένοιεν, ἑκατέραν ἐπιπλέον τὰ ἑαυτῆς, ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον τὰ τῆς ἑτέρας. Τὸ γοῦν εἴδωλον ἐν Ἅιδου Ἡρακλέους· τοῦτο γὰρ καὶ τὸ εἴδωλον οἶμαι χρὴ νομίζειν ἡμᾶς μνημονεύειν τῶν πεπραγμένων πάντων κατὰ τὸν βίον· αὐτοῦ γὰρ μάλιστα καὶ ὁ βίος ἦν. Αἱ δὲ ἄλλαι τὸ συναμφότερον οὖσαι οὐδὲν πλέον ὅμως εἶχον λέγειν, ἢ ἅτε τοῦ βίου τούτου, καὶ αὐταὶ τὸ συναμφότερον γενόμεναι ταῦτα ἤδεσαν, ἢ εἴ τι δικαιοσύνης ἐχόμενον· ὁ δὲ Ἡρακλῆς αὐτὸς ὁ ἄνευ τοῦ εἰδώλου τί ἔλεγεν, οὐκ ἴσμεν. Τί οὖν ἂν εἴποι ἡ ἑτέρα ψυχὴ ἀπαλλαγεῖσα αὐτῆς; ἡ γὰρ ἐφελκομένη, ὅτι κἂν πάντα ὅσα ἔπραξεν ἢ ἔπαθεν ὁ ἄνθρωπος· χρόνου δὲ προϊόντος ἐπὶ τῷ πλείστῳ καὶ ἄλλων μνῆμαι ἂν φανεῖεν ἐκ τῶν πρόσθεν ὄντων, ὥστε τινὰ τούτων καὶ ἀτιμάσασαν ἀφεῖναι. Καθαρτὸς γὰρ καθαρωτέρα γενομένη καὶ ἃ ἐνταῦθα οὐκ εἶχεν ἐν μνήμῃ, ἀναπολήσει· εἰ δ' ἐν σώματι γενομένη ἄλλῳ ἐξέλθοι, ἐρεῖ μὲν τὰ τοῦ ἔξω βίου, καὶ ἐρεῖ εἶναι, ὃ ἄρτι ἀφῆκεν, ἐρεῖ δὲ καὶ πολλὰ τῶν πρόσθεν. Χρόνοις δὲ πολλῶν τῶν ἐπακτῶν ἀεὶ ἔσται ἐν λήθῃ· ἡ δὲ δὴ μόνη γενομένη τί μνημονεύσει; ἢ πρόσθεν σκεπτέον, τίνι δυνάμει ψυχῆς τὸ μνημονεύειν παρατίγνεται.

XXVII. Ceterum quærendum est, utrius animæ conditio sit memoria. Altera siquidem anima divinior appellatur, secundum quam nos sumus; altera vero ab universo pendet. Forsan dicendum est, utrique memoriam convenire, sed alteram quidem memoriam esse propriam, alteram vero communem. Et quando conjuncta sunt utraque, simul omnes esse memorias; sin autem separentur, si modo utraque sint et maneant, alteram animam sua quidem diutius conservare, quæ vero ad nostram [*corr.* alteram] pertinent, brevius. Hæc vero est, quæ Idolum appellatur. Simulacrum igitur Herculis apud inferos existimandum nobis est, ut arbitror, recordari omnium, quæ acta in vita fuerunt: ejus enim potissimum vita hæc erat. Aliæ vero utrumque simul exsistentes nihil plus dicere habuerunt, quam quæ ad hanc vitam spectant, et ipsæ utrumque simul factæ hæc ipsa noverunt: vel præterea si quid quodammodo pertinet ad justitiam. Hercules autem ipse segregatus a simulacro quidnam dixerit, nondum est dictum. Quidnam igitur anima diceret altera segregata quandoque solaque vivens? nam anima quidem quæ secum traxit (corporea), recolit quæcumque fecit, passusque est homo. Procedente vero tempore sub ipsa morte aliorum quoque recordationes ex antecedentibus vitis suboriuntur, adeo ut horum nonnulla per negligentiam dimittantur. Facta enim aliquando a corpore purior, et illa, quæ hic non habuit in memoria, recolet: accedens vero ad aliud corpus excurrit, proferetque externæ vitæ negotia, et quæ nuper omiserat, item multa superiorum. Cum vero longioribus temporum curriculis adventitia multa contingant, semper in oblivione versabitur. At anima, quæ sola jam evasit, quidnam meminerit? Forsan vero prius nobis investigandum est, ad quam potissimum animæ vim memoria ipsa pertineat.

Ἴσως γὰρ ἄν τις ἀπορήσειε, μή ποτε οὐ τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἢ ἡ λεγομένη τοιαύτη ἀνάμνησις καὶ μνήμη, ἀλλὰ ἄλλης ἀμυδροτέρας, ἢ τοῦ συναμφοτέρου τούτου ζώου. Εἴτε γὰρ ἄλλης, πότε ἢ πῶς λαμβανούσης; εἴτε τοῦ ζώου, πότε ἢ πῶς; διὸ ζητητέον, τί ἐστι τῶν ἐν ἡμῖν τὸ τὴν μνήμην ἰσχυον, ὅπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐζητοῦμεν· καὶ εἰ μὲν ἡ ψυχὴ ἡ μνημονεύουσα, τίς δύναμις, ἢ τί μέρος; εἰ δὲ τὸ ζῶον, ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθανόμενον ἔδοξέ τισιν ὄν, τίς ὁ τρόπος; καὶ τί ποτε δεῖ φάναι τὸ ζῶον; καὶ ἔτι, εἰ τὸ αὐτὸ τῶν αἰσθημάτων δεῖ τίθεσθαι ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ τῶν νοημάτων, ἢ ἄλλο τοῦ ἑτέρου.

considerate, quam facile leviterque nos gerimus. Fortassis enim quispiam dubitabit, ne forte non illius animæ sit memoria reminiscentiaque ejusmodi, sed alterius vilioris, vel etiam hujus compositi animalis. Præterea sive alterius animæ sit, ambiget, quando et quomodo, quæ recordatur, acceperit: sive animalis, similiter etiam dubitabit. Quam ob rem investigandum est, quidnam in nobis potissimum sit memoria præditum, quod etiam ab initio quærebamus et sive anima recordetur, quænam vis sive pars animæ, sive animal ipsum, utatur memoria: quemadmodum et sentiens id ipsum esse quibusdam apparuit, quærendum erit, quisnam sit modus, quidve id ipsum animal sit dicendum? Item, utrum ipsum idem sensibilia intelligibiliaque et alia quævis percipiat: an aliud hæc, et aliud accipiat illa.

Animal est unum quiddam, non unum dico factum ex transmutatione ambarum partium in aliquid tertium, sed ex transmutatione corporis in formam actumque animalem. Ad hoc unum commune pertinet effectus sentiendi ferme sicut et vegetandi. Sed effectus memoriæ, id est conservandi et recolendi, ad animam proprie pertinet stabilem, non ad corpus instabile, quod est oblivionis occasio: nam et multa per memoriam servantur et suggeruntur, quæ nunquam cum corpore sunt percepta.

ΚΖ. Εἰ μὲν οὖν τὸ ζῶον τὸ συναμφότερόν ἐστιν ἐν ταῖς αἰσθήσεσι ταῖς κατ' ἐνέργειαν, δεῖ τὸ αἰσθάνεσθαι τοιοῦτον εἶναι· διὸ καὶ κοινὸν λέγεται, οἷον τὸ τρυπᾶν καὶ τὸ ὑφαίνειν· ἵνα κατὰ μὲν τὸν τεχνίτην ἡ ψυχὴ ᾖ ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι, κατὰ δὲ τὸ ὄργανον, τὸ σῶμα, τοῦ μὲν σώματος πάσχοντος καὶ ὑπηρετοῦντος, τῆς δὲ ψυχῆς παραδεχομένης τὴν τύπωσιν τὴν τοῦ σώματος, ἢ τὴν διὰ τοῦ σώματος, ἢ τὴν κρίσιν, ἣν ἐποιήσατο ἐκ τοῦ παθήματος τοῦ σώματος· οὗ δὴ ἡ μὲν αἴσθησις, οὕτω κοινὸν ἔργον λέγοιτο ἄν· ἡ δὲ μνήμη οὐκ ἀναγκάζοιτο τοῦ κοινοῦ εἶναι, τῆς ψυχῆς ἤδη παραδεξαμένης τὸν τύπον, καὶ ἡ φυλαξάσης, ἢ ἀποβαλούσης αὐτόν· εἰ μή τις τεκμαίροιτο κοινὸν καὶ τὸ μνημονεύειν εἶναι, ἐκ τοῦ ταῖς κράσεσι τῶν σωμάτων καὶ μνημονικοὺς καὶ ἐπιλήσμονας ἡμᾶς γίγνεσθαι· ἀλλὰ καὶ ὡς κωλυτικὸν ἂν, ἢ οὐ κωλυτικὸν λέγοιτο τὸ σῶμα γίγνεσθαι· τῆς δὲ ψυχῆς τὸ μνημονεύειν οὐχ ἧττον εἴη· τῶν δὲ δὴ μαθήσεων, πῶς τὸ κοινὸν, ἀλλ' οὐχ ἡ ψυχὴ ἡ μνημονεύουσα ἔσται; εἰ δὲ τὸ ζῶον τὸ συναμφότερον οὕτως, ὡς ἕτερον ἐξ ἀμφοῖν εἶναι, πρῶτον μὲν ἄτοπον, μήτε σῶμα μήτε ψυχὴν τὸ ζῶον λέγειν· οὐ γὰρ δὴ μεταβαλόντων ἀμφοτέρων ἕτερόν τι ἔσται τὸ ζῶον, οὐδ' αὖ κραθέντων, ὡς δυνάμει τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ζώῳ εἶναι, ἐπεὶ καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον τῆς ψυχῆς τὸ μνημονεύειν ἔσται· ὥσπερ ἐν οἰνομέλιτος κράσει εἴ τι γλυκάζει, παρὰ τοῦ μέλιτος τοῦτο ἔσται. Τί οὖν; εἰ αὐτὴ μὲν μνημονεύει, τῷ δὲ ἐν σώματι εἶναι, τῷ μὴ καθαρᾷ εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ ποιωθεῖσα ἀναμάττεσθαι δύναται τοὺς τῶν αἰσθητῶν τύπους, καὶ τὸ οἷον ἕδραν ἐν τῷ σώματι πρὸς τὸ παραδέχεσθαι, καὶ μὴ ὥσπερ παραῤῥεῖν. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν οἱ τύποι οὐ μεγέθη· οὐδ' ὥσπερ αἱ ἐνσφραγίσεις, οὐδ' ἀντερείσεις, ἢ τυπώσεις, ὅτι μήτ' ὠθισμὸς, μήθ' ὥσπερ ἐν κηρῷ, ἀλλ' ὁ τρόπος οἷον νόησις, καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν. Ἐπὶ δὲ τῶν νοήσεων τίς ἡ ἀντέρεισις λέγοιτο ἄν; ἢ τί δεῖ σώματος ἢ ποιότητος σωματικῆς, μεθ' ἧς; Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν αὐτῆς κινημάτων ἀνάγκη μνήμην αὐτῇ γίγνεσθαι, οἷον ὧν ἐπεθύμησε, καὶ ὧν οὐκ ἀπήλαυσεν, οὐδὲ ἦλθεν εἰς σῶμα τὸ ἐπιθυμητόν.

XXVI. Si igitur animal est utrumque simul in sensibus secundum actum, oportet ipsum sentire etiam aliquid ejusmodi esse: quapropter et commune dicitur, quemadmodum texere atque terebrare: ut secundum artificem quidem anima in sentiendo se gerat, secundum vero instrumentum se habeat corpus: dum corpus quidem patitur et ministrat, anima vero suscipit corporis ipsius formationem, vel eam, quæ fit per corpus: aut saltem judicium, quod ex corporis passione peregit: ubi certe sensus sic communis actio diceretur, sed memoria non sic cogeretur esse conjuncti: quippe cum anima susceperit jam figuram, atque vel custodiat, vel abjecerit eam: nisi forte quis memoriam quoque commune quiddam esse conjiciat ex eo, quod complexionibus quibusdam corporum cum memores, tum obliviosi fieri soleamus. Verum dici quidem potest, corpus vel impedire, vel non impedire recordationis effectum, sed nihilo minus ipsum memoriæ munus esse ipsius animæ proprium. Jam vero meminisse disciplinarum, quomodo non ipsius animæ, sed conjuncti potius esse dicetur? Si autem animal sic est utrumque simul, ut alterum quiddam ex utrisque proveniat, primo quidem absurdum erit, neque corpus neque animam dicere animal. Non enim permutatis utrisque diversum quiddam animal est, neque rursus ita commixtis, ut anima in animali sit quadam duntaxat potentia: atqui et hac rursum conditione meminisse nihilominus ad animam pertinebit. Quemadmodum in contemperatione quadam ex vino melleque confecta, si quid superest dulcedinis, gustumque delinit, id ipsum habet ex melle. Quid ergo? Si ipsa quidem meminit, sed ex eo, quod est in corpore, ideoque nec est pura, imo tanquam sic jam aut sic affecta sensibilium figuras potest imprimere, ac velut sedem in corpore stabilire ad capiendas formas, atque servandas. Sed primo quidem ejusmodi figuræ non sunt magnitudines: deinde neque tanquam sigillares impressiones, neque reverberationes vel figurationes quædam: quoniam neque ibi est impulsio, neque fit, sicut in cera fieri consuevit, sed motus alter, qualis est intellectio, etiam in rebus, quæ sentiuntur. At in intelligendo quænam impulsio vel impressio dici poterit? Aut quid opus est corpore, vel etiam corporea qualitate, quacum intellectio peragatur? Quin etiam necessarium est eam suorum motuum meminisse: sicut eorum, quæ desideravit, quæve consecuta est vel minime consecuta: neque dum ad corpus usque pervenit, quod tanquam desiderabile nobis propositum est. Quo enim pacto corpus

Πῶς γὰρ ἂν εἴποι τὸ σῶμα, περὶ ὧν οὐκ ἦλθεν εἰς αὐτό; ἢ πῶς μετὰ σώματος μνημονεύσει, ὃ μὴ πέφυκε γιγνώσκειν ὅλως τὸ σῶμα; Ἀλλὰ τὰ μὲν λεκτέον εἰς ψυχὴν λήγειν, ὅσα διὰ σώματος, τὰ δὲ ψυχῆς εἶναι μόνης· εἰ δεῖ τὴν ψυχὴν εἶναί τι, καὶ φύσιν τινὰ καὶ ἔργον τι αὐτῆς. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἔφεσιν καὶ μνήμην τῆς ἐφέσεως· ἆρα καὶ τῆς τεύξεως καὶ τῆς οὐ τεύξεως, ἐπείπερ καὶ ἡ φύσις αὐτῆς, οὐ τῶν ῥεόντων. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐδὲ συναίσθησιν οὐδὲ παρακολούθησιν δώσομεν, οὐδέ τινα σύνθεσιν καὶ οἷον σύνεσιν. Οὐ γὰρ δὴ οὐδὲν ἔχουσα τούτων ἐν τῇ φύσει αὐτῆς ταῦτα κομίζεται ἐν σώματι, ἀλλ' ἐνεργείας μέν τινας ἴσχει, ὧν ἔργων δεῖται ἡ ἐπιτέλεσις ὀργάνων, τῶν δὲ τὰς δυνάμεις ἧκει φέρουσα, τῶν δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας, τὸ δὲ τῆς μνήμης καὶ τὸ σῶμα ἐμπόδιον ἔχει· ἐπεὶ καὶ νῦν προστιθεμένων τινῶν λήθη· ἐν δ' ἀφαιρέσει καὶ καθάρσει ἀνακύπτει πολλάκις ἡ μνήμη. Μόνης δὲ οὔσης αὐτῆς ἀνάγκη τὴν τοῦ σώματος φύσιν κινουμένην καὶ ῥέουσαν λήθης αἰτίαν, ἀλλ' οὐ μνήμης εἶναι· διὸ καὶ ὁ τῆς Λήθης ποταμὸς οὗτος ἂν ὑπονοοῖτο· ψυχῆς μὲν δὴ ἔστω τὸ πάθημα τοῦτο.

de illis dicere poterit, quæ ad ipsum non pervenerunt? aut qua ratione una cum corpore animus recordabitur, quod nullo modo natura corporis cognoscere potest? Verum dicendum est, quædam in animam ipsam desinere, quæcumque per corpus veniunt : quædam vero animæ solius exsistere, si modo necesse est, animam ipsam aliquid esse, et naturam ejus quandam opusque exsistere. Si vero hoc, insuper desiderium ejus proprium, desideriique memoriam : quam ob rem consecutionis quoque et inanis voti reminiscentiam : quandoquidem et ipsius natura in eorum genere, quæ fluunt, non numeratur. Nisi enim ita se habeat, neque consensum, neque consequentiam animo concedemus, neque conspirationem et quasi suimet conscientiam. Nisi enim anima hæc suapte natura possĭdeat, certe in corpore non acquiret, sed profecto quasdam actiones habet, quarum exsecutio [corporis] indiget instrumentis, et harum omnino vires secum affert : quarundam etiam virium secum affert et actiones. Quantum vero ad memoriam pertinet, corpus impedimento est : quandoquidem et nunc ex quorundam adjunctione contingit oblivio : sed in ablatione et purificatione quadam memoria sæpe nobis emergit. Dum vero anima sola est, necessarium est, si natura corporis accesserit mobilis atque fluens, non memoriæ causam, sed oblivionis inferre : quapropter et Letheum flumen esse hoc potest exsistimari. Memoria igitur ad animam pertinet.

Opinio quasi poetica esse geminas in homine animas per substantiam inter se differentes, rationalem quidem ab ipso mundi opifice, irrationalem vero a mundi vita.

ΚΖ'. Ἀλλὰ τίνος ψυχῆς; τῆς μὲν λεγομένης ὑφ' ἡμῶν θειοτέρας, καθ' ἣν ἡμεῖς, τῆς δὲ ἄλλης, τῆς παρὰ τοῦ ὅλου· ἢ λεκτέον εἶναι μνήμας ἑκατέρας, τὰς μὲν ἰδίας, τὰς δὲ κοινάς; καὶ ὅταν μὲν συνῶσιν, ὁμοῦ πάσας· χωρὶς δὲ γενομένων, εἰ ἄμφω εἶεν καὶ μένοιεν, ἑκατέραν ἐπικλέον τὰ ἑαυτῆς, ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον τὰ τῆς ἑτέρας. Τὸ γοῦν εἴδωλον ἐν Ἅιδου Ἡρακλέους· τοῦτο γὰρ καὶ τὸ εἴδωλον οἶμαι χρὴ νομίζειν ἡμᾶς μνημονεύειν τῶν πεπραγμένων πάντων κατὰ τὸν βίον· αὐτοῦ γὰρ μάλιστα καὶ ὁ βίος ἦν. Αἱ δὲ ἄλλαι τὸ συναμφότερον οὖσαι οὐδὲν πλέον ὅμως εἶχον λέγειν, ἢ ἅτε τοῦ βίου τούτου, καὶ αὐταὶ τὸ συναμφότερον γενόμεναι ταῦτα ἤδεσαν, ἢ εἴ τι δικαιοσύνης ἐχόμενον· ὁ δὲ Ἡρακλῆς αὐτὸς ὁ ἄνευ τοῦ εἰδώλου τί ἔλεγεν, οὐκ εἴρηται. Τί οὖν ἂν εἴποι ἡ ἑτέρα ψυχὴ ἀπαλλαγεῖσα μόνη; ἡ γὰρ ἐφελκομένη, ὅτι κἂν πάντα ὅσα ἔπραξεν ἢ ἔπαθεν ὁ ἄνθρωπος· χρόνου δὲ προϊόντος ἐπὶ τῷ θανάτῳ καὶ ἄλλων μνῆμαι ἂν φανεῖεν ἐκ τῶν πρόσθεν βίων, ὥστε τινὰ τούτων καὶ ἀτιμάσασαν ἀφεῖναι. Σώματος γὰρ καθαρωτέρα γενομένη καὶ ἃ ἐνταῦθα οὐκ εἶχεν ἐν μνήμῃ, ἀναπολήσει· εἰ δ' ἐν σώματι γενομένη ἄλλῳ ἐξέλθοι, ἐρεῖ μὲν τὰ τοῦ ἔξω βίου, καὶ ἐρεῖ εἶναι, ὃ ἄρτι ἀφῆκεν, ἐρεῖ δὲ καὶ πολλὰ τῶν πρόσθεν. Χρόνοις δὲ πολλῶν τῶν ἐπακτῶν ἀεὶ ἔσται ἐν λήθῃ· ἡ δὲ δὴ μόνη γενομένη τί μνημονεύσει; ἢ πρότερον σκεπτέον, τίνι δυνάμει ψυχῆς τὸ μνημονεύειν παραγίγνεται.

XXVII. Ceterum quærendum est, utrius animæ conditio sit memoria. Altera siquidem anima divinior appellatur, secundum quam nos sumus; altera vero ab universo pendet. Forsan dicendum est, utrique memoriam convenire, sed alteram quidem memoriam esse propriam, alteram vero communem. Et quando conjuncta sunt utraque, simul omnes esse memorias; sin autem separentur, si modo utraque sint et maneant, alteram animam sua quidem diutius conservare, quæ vero ad nostram [*corr.* alteram] pertinent, brevius. Hæc vero est, quæ Idolum appellatur. Simulacrum igitur Herculis apud inferos existimandum nobis est, ut arbitror, recordari omnium, quæ acta in vita fuerunt : ejus enim potissimum vita hæc erat. Aliæ vero utrumque simul exsistentes nihil plus dicere habuerunt, quam quæ ad hanc vitam spectant, et ipsæ utrumque simul factæ hæc ipsa noverunt : vel præterea si quid quodammodo pertinet ad justitiam. Hercules autem ipse segregatus a simulacro quidnam dixerit, nondum est dictum. Quidnam igitur anima diceret altera segregata quandoque solaque vivens? nam anima quidem quæ secum traxit (corporea), recolit quæcumque fecit, passusque est homo. Procedente vero tempore sub ipsa morte aliorum quoque recordationes ex antecedentibus vitis suboriuntur, adeo ut horum nonnulla per negligentiam dimittantur. Facta enim aliquando a corpore purior, et illa, quæ hic non habuit in memoria, recolet : accedens vero ad aliud corpus excurrit, proferetque externæ vitæ negotia, et quæ nuper omiserat, item multa superiorum. Cum vero longioribus temporum curriculis adventitia multa contingant, semper in oblivione versabitur. At anima, quæ sola jam evasit, quidnam meminerit? Forsan vero prius nobis investigandum est, ad quam potissimum animæ vim memoria ipsa pertineat.

φανταστικῶν, κρατοῦντος δὲ τοῦ τῆς κρείττονος ἓν τὸ φάντασμα γίγνεται, οἷον παρακολουθούσης σκιᾶς τῷ ἑτέρῳ, καὶ ὑποτρέχοντος οἷον σμικροῦ φωτὸς μεῖζονι. Ὅταν δὲ μάχη ᾖ καὶ διαφωνία, ἐκφανὴς ἐφ' ἑαυτῆς καὶ ἡ ἑτέρα γίγνεται· λανθάνει δὲ ἐν ἑτέρῳ, ὅτι καὶ ὅλως τὸ διττὸν τῶν ψυχῶν λανθάνει. Εἰς ἓν γὰρ ἦλθον ἄμφω, καὶ ἐποχεῖται ἡ ἑτέρα. Ἑώρα οὖν ἡ ἑτέρα πάντα, καὶ τὰ μὲν ἔχει ἐξελθοῦσα, τὰ δ' ἀφίησι τῶν τῆς ἑτέρας· οἷον ἑταίρων ὁμιλίας φαυλοτέρων λαβόντες ποτὲ, ἄλλους ἀλλαξάμενοι, ὀλίγα τῶν ἐκείνων μεμνήμεθα, χρηστοτέρων δὲ γεγενημένων πλείω.

seorsum, siquidem tunc animæ polioris expressio superat, unum provenit phantasma, id est, visum : quippe cum velut umbra tunc alterum comitetur, minusque lumen majori cedat. Quando vero pugna fit atque discordia, tunc et altera emicat per se ipsam : latet autem, quod est in altera, quoniam et omnino latet nos duplicitas animarum. In unum enim ambæ conspiraverunt, alteraque vehitur (apparens in altera). Emicuit igitur altera, viditque omnia, et alia quidem habet excurrens sive egressa : alia vero dimittit ad alteram pertinentia. Quemadmodum solemus, cum vilioribus sodalibus aliquando conversati, si deinde nos ad præstantiorum consuetudinem traducamus, exigua quædam priorum contubernalium memoria retinere, plura vero sequentium ac meliorum.

In utraque anima post obitum humanarum rerum memoria remanet : sed in inferiore cum perturbatione, præsertim quando superiori non prorsus obtemperaverit. In superiore vero sine perturbatione, præsertim quando talia parvi penderit. Item, in corpore aerio reminiscimur mortalium quam plurimorum, in cælesti pauciorum, extra cælum pauciissimorum. Recordar vero illic pauciorum non provenit ex debilitate memoriæ, sed ex attentione circa meliora, negligente deteriora, nisi quatenus hæc per illa conspiciuntur.

ΛΒ'. Τί δὲ δὴ φίλων καὶ παίδων καὶ γυναικός; πατρίδος δὲ, καὶ τῶν ὧν ἂν καὶ ἀστεῖος οὐκ ἄτοπος μνημονεύοι; ἢ τὸ μὲν μετὰ πάθους ἑκάστου, ὁ δὲ ἀπαθῶς ἂν τὰς μνήμας τούτων ἔχοι· τὸ γὰρ πάθος ἴσως καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐν ἐκείνῳ, καὶ τὰ ἀστεῖα τῶν παθῶν τῇ σπουδαίᾳ, καθ' ὅσον τῇ ἑτέρᾳ τι ἐκοινώνησε. Πρέπει δὲ τὴν μὲν χείρονα καὶ τῶν τῆς ἑτέρας ἐνεργημάτων ἐφίεσθαι τῆς μνήμης, καὶ μάλιστα ὅταν ἀστεία ᾖ καὶ αὐτή· γένοιτο γὰρ ἂν τις καὶ ἐξ ἀρχῆς ἀμείνων, καὶ τῇ παιδεύσει τῇ παρὰ τῆς κρείττονος· τὴν δὲ δεῖ ἀσμένως εἰς λήθην ἐλθεῖν τῶν παρὰ τῆς χείρονος. Εἴη γὰρ ἂν καὶ σπουδαίας οὔσης τῆς ἑτέρας, τὴν ἑτέραν τὴν φύσιν χείρονα εἶναι κατεχομένην ὑπὸ τῆς ἑτέρας βίᾳ· ὅσῳ δὴ σπεύδει πρὸς τὸ ἄνω, πλειόνων αὐτῇ ἡ λήθη, εἰ μήπου πᾶς ὁ βίος αὐτῇ καὶ ἐνταῦθα τοιοῦτος, οἷος μόνων τῶν κρειττόνων ἔχειν τὰς μνήμας· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα καλῶς τὸ ἐξιστάμενον τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων, ἀνάγκη οὖν καὶ τῶν μνημονευμάτων· ὥστε ἐπιλήσμονα ἂν τις λέγων τὴν ἀγαθὴν, ὀρθῶς ἂν λέγοι τρόπῳ τοιούτῳ· ἐπεὶ καὶ φεύγει ἐκ τῶν πολλῶν, καὶ τὰ πολλὰ εἰς ἓν συνάγει, τὸ ἄπειρον ἀφιείς. Οὕτω γὰρ καὶ οὐ μετὰ πολλῶν, ἀλλὰ ἑλαφρὰ, καὶ δι' αὐτῆς, ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα, ὅταν ἐκεῖ ἐθέλῃ εἶναι, ἔτι οὖσα ἐνταῦθα, ἀφίησι πάντα ὅσα ἄλλα· ὀλίγα τοίνυν κἀκεῖ, τὰ ἐντεῦθεν· καὶ ἐν οὐρανῷ οὖσα, πλείω. Καὶ εἴποι ἂν ὁ Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνδραγαθίας ἑαυτοῦ· ὁ δὲ καὶ ταῦτα σμικρὰ ἡγούμενος, καὶ μετατεθεὶς εἰς ἀγιώτερον τόπον, καὶ ἐν τῷ νοητῷ γεγενημένος, καὶ ὑπὲρ τὸν Ἡρακλέα ἰσχύσας τοῖς ἄθλοις, οἷα ἀθλεύουσι σοφοί.

XXXII. Quid vero dicemus de amicis et filiis atque conjuge? item de patria, similiterque de aliis, quorum vir probus honeste recordaturus esse putabitur? Fortasse illud quidem [id est animæ simulacrum] cum perturbatione quadam reminiscitur singulorum : hic autem absque perturbatione horum memoriam retinebit : perturbatio enim forsan et ab initio erat in illo : atque etiam urbani quidam affectus in anima præstantiore sunt, quatenus cum altera commercium habuit. Decet autem deteriorem animam appetere etiam officia melioris memoriter retinere, præsertim quando ipsa quoque modesta est : potest enim et a principio fieri melior, et educata sub meliore proficere. Hanc autem oportet libenter oblivioni mandare deterioris animæ nugas. Fieri quoque potest, cum altera proba sit, ut altera, quæ sit natura deterior, per vim a meliore coerceatur : et profecto, quatenus contendit ad supera, plura ex his ab hac quoque oblivioni mandantur, nisi forte tota ejus vita hic quoque talis exstiterit, ut optima duntaxat memoriæ commendaverit : quandoquidem et hic præclarum est, se ab humanis studiis segregare [idque est absolutæ virtutis officium] : quocirca et necessario rectum est talium memoriam posthabere. Quapropter, si quis probum animum esse dicat obliviosum, hac utique ratione recte loquetur : fugit namque a multis, et in unum redigit multitudinem, infinitum prorsus incertumque dimittens. Sic enim neque vivit cum multis, sed exonerata et levis, paucis quibusdam, et his quidem vix retentis, secum habitat : quandoquidem etiam, dum hic habitat, quotiens ad supera se conferre contendit, cetera prorsus omittit. Cum igitur illuc ad summum pervenerit, ex his pauca recolit : cum vero est in cælo, retinet plura. Jam vero Hercules ille virili sua fortitudine gloriabitur : ille vero superior talia etiam parvi pendet, in locum augustiorem jam profectus et in ipso intelligibili receptus mundo : et profecto superior Hercule, utpote qui sacratiora sapientum certamina strenue exercuerit, et abunde peregerit.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Δ.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΠΟΡΙΩΝ, ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER IV.

DE DUBIIS ANIMÆ SECUNDUS.

Anima corpus omne vel cælcste quandoque exuta, et mente divina tunc formata, attentissime divina conspicit simul cuncta sine discursu : ideo dicitur non recordari rerum humanarum, non, quia ignoret inferiora, dum omnes inferiorum causas contuetur, ac se perfectissime possidet : sed quia negligentissime repetit minima, quando est in maximis attentissima : atque etiam quia non repetit per modum discurrentem atque mutabilem, quemadmodum solet humana recordatio fieri. Contuetur autem et per intellectum et per rationem, quæcumque cognoscit uno quodam intuitu sine motu, quoniam conspicit per unam dei formam. Verumtamen per ipsam seriem idearum habentem gradus non tempore, sed ordine, inter se distinctos, discernit alia aliis ordine ibi esse priora. Quod autem aliquis apud nos attentissime cogitans aliquid, nequeat interim aliud perspicue cogitare, accidit cum ex debilitate potentiæ, tum etiam ex eo, quod non cogitat principium aliorum. Ibi vero potentia et validissima est, et omnium principia contuetur : ergo et in illis omnia simul, præsertim quia a motu ac tempore jam est penitus separata. Anima denique postquam mente divina ideisque formata fuit, attingit ipsum unum mente ideisque superius, et tamen adhuc inde conspicit omnia : potestas enim ipsius unius, cum primum in alio, id est mente, vel anima percipitur, in plurima derivatur.

Α'. Τί οὖν ἐρεῖ, καὶ τίνων τὴν μνήμην ἕξει ψυχὴ ἐν τῷ νοητῷ, καὶ ἐπὶ τῆς οὐσίας ἐκείνης γενομένη; ἢ ἀκόλουθον εἰπεῖν, ἐκεῖνα θεωρεῖν καὶ περὶ ἐκεῖνα ἐνεργεῖν, ἐν οἷς ἐστιν, ἢ μηδὲ ἐκεῖ εἶναι. Τῶν οὖν ἐνταῦθα οὐδέν, οἷον ὅτι ἐφιλοσόφησε· καὶ δὴ καὶ ὅτι ἐνταῦθα οὖσα, ἐθεᾶτο τὰ ἐκεῖ. Ἀλλ' εἰ μὴ ἔστιν, ὅτε τις ἐπιβάλλει τινὶ τῇ νοήσει, ἄλλο τι ποιεῖν, ἢ νοεῖν κἀκεῖνο θεωρεῖν, καὶ ἐν τῇ νοήσει οὐκ ἔστιν ἐμπεριεχόμενον τὸ ἐνενοήκειν, ἀλλ' ὕστερον ἄν τις τοῦτ', εἰ ἔτυχεν, εἴποι, τοῦτο δὲ ἤδη μεταβάλλοντος, οὐκ ἂν εἴη ἐν τῷ νοητῷ καθαρῶς ὄντα μνήμην ἔχειν τῶν τῇδέ ποτε αὐτῷ τινι γεγενημένων. Εἰ δὲ καὶ, ὥσπερ δοκεῖ, ἄχρονος πᾶσα ἡ νόησις, ἐν αἰῶνι ἀλλ' οὐκ ἐν χρόνῳ ὄντων τῶν ἐκεῖ, ἀδύνατον μνήμην εἶναι ἐκεῖ, οὐχ ὅτι τῶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ ὅλως ὁτουοῦν· ἀλλ' ἔστιν ἕκαστον παρὸν, ἐπεὶ οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ μετάβασις ἀφ' ἑτέρου ἐπ' ἄλλο. Τί οὖν; οὐκ ἔσται διαίρεσις ἄνωθεν εἰς εἴδη, ἢ κάτωθεν ἐπὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ ἄνω; τὸ μὲν γὰρ ἄνω μὴ ἔστω ἐνέργεια ὁμοῦ νοῦ ὄντι· τῇ ψυχῇ ἐκεῖ οὔσῃ διὰ τί οὐκ ἔσται; Τί οὖν κωλύει καὶ ταύτην τὴν ἐπιβολὴν ἀθρόαν ἀθρόων γίγνεσθαι; ἆρ' οὖν ὥς τινος ὁμοῦ, ἢ ὡς πολλῶν ὁμοῦ πάσας νοήσεις; τοῦ γὰρ θεάματος ὄντος ποικίλου, ποικίλην καὶ πολλὴν τὴν νόησιν ἅμα γίγνεσθαι, καὶ τολλὰς τὰς νοήσεις, οἷον αἰσθήσεις πολλὰς προσώπου, ὀφθαλμῷ ἅμα ὁρωμένων καὶ ῥινὸς καὶ τῶν ἄλλων. Ἀλλ' ὅταν ἕν τι διαιρῇ καὶ ἀναπτύσσῃ, ἢ ἐν τῷ νῷ διήρηται, καὶ τὸ τοιοῦτον, οἷον ἀναπέρεισις μᾶλλον, τὸ δὲ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἐν τοῖς εἴδεσιν, οὐ χρόνῳ ὄν, οὐδὲ τὴν νόησιν τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου, χρόνῳ ποιήσει· ἔστι γὰρ καὶ τάξει, οἷον εἰ φυτοῦ ἡ τάξις ἐκ ῥιζῶν ἀρξαμένη ἕως εἰς τὸ ἄνω, τῷ θεωμένῳ οὐκ ἔχει ἄλλως, ἢ τάξει τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἅμα τὸ πᾶν θεωμένῳ. Ἀλλ' ὅταν εἰς ἓν βλέπῃ, εἰ τὰ πολλὰ καὶ πάντα ἔχει, πῶς τὸ μὲν πρῶτον ἔσχε, τὸ δὲ ἐφεξῆς; ἢ ἡ δύναμις ἡ μία οὕτως ἦν μία, ὡς πολλὰ ἐν ἄλλῳ,

1. Anima igitur ad intelligibile profecta et in illa essentia constituta quidnam dicet? quorumve memoriam conservabit? Fortasse consequens est, eam illa contemplari, in quibus est, et circa eadem agere, alioqui ibi non esse. Num ergo eorum, quæ hic sunt, nullo modo reminiscetur? velut quod philosophata fuerit, quodve etiam hic habitans superiora illa suspexerit. Forsan si fieri nequit, ut, quando quis intentissimus intelligit aliquid, aliud quicquam agat interim aut cogitet contempleturve aliud, præter illud, atque in ipsa intellectione non includitur actus aliquis, per quem se intellexisse cognoscat, sed posterius aliquem dicere id contingit, quod quidem significat hunc jam permutatum : non licebit ei, qui pure mundo intelligibili fruitur, memoriam eorum, quæ hic ipsi (quisquis sit) quandoque acciderint, revocare : atqui si, quemadmodum apparet, intelligentia omnis est temporis expers : quippe cum, quæ ibi sunt, non versentur in tempore, sed in æternitate consistant, impossibile est, illic esse memoriam non solum nostrarum rerum, sed etiam quarumlibet rerum : est enim unumquodque præsens, quoniam neque discursus, neque ab alio in aliud transiens permutatio. Quid ergo? non erit divisio desuper in species, vel ab infimo ad universale atque supernum? Quod profecto dicitur desuper, non sit ibi actu secretum in intellectu, omnia actu simul habente, in anima vero ibi existente cur non erit? Sed quidnam prohibet, hunc quoque intuitum totum una collectum fieri simul rerum similiter collectarum? Numquid igitur ita fit, tanquam simul alicujus intuitus? vel ut intellectiones simul omnes complurimorum? Cum enim spectaculum ipsum ibi sit varium, consequens est, variam quoque et multam simul intelligentiam fieri : intelligentiasque multas tanquam sensus multos in vultum unum eundemque directos, ubi videlicet oculus simul nares et ceteras faciei particulas contuetur. Sed quando unum aliquid dividit et evolvit, quid dicemus? Forsan in intellectu id esse distinctum, ibique tale quiddam magis innixum quendam esse atque firmamentum. Quod autem prius dicitur et posterius in speciebus exsistere, non per distantiam temporalem : non enim prioris intelligentia posteriorisque fit tempore, sed quodam potius ordine, velut si arboris ordo exordiens a radicibus, et usque ad summa perveniens, apud contuentem non aliter, quam ordine, prius habeat atque posterius, si quidem plantam simul omnem conspicit. At quando in unum inspicit, si multa omniaque habet, quonam pacto aliud quidem primum habet, aliud vero deinceps? Forsan vero potestas ipsa, quæ una est, sic erat una, ut et multa

καὶ οὐ κατὰ μίαν νόησιν πάντα. Αἱ γὰρ ἐνέργειαι οὐ καθ' ἕνα, ἀλλ' ἀεὶ πάσῃ δυνάμει ἑστώσῃ, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις γιγνομένων· ἤδη γὰρ ἐκεῖνο ὡς μὴ ἓν ὂν δυνηθῆναι τὴν τῶν πολλῶν ἐν αὐτῷ φύσιν δέξασθαι πρότερον οὐκ ὄντων.

esset in alio, neque secundum intellectionem unam omnia. Actus namque non secundum unum illic se habent, per omnem tamen ibi potentiam perpetuo permanentem, adeo ut in aliis efficiantur : jam enim illud, utpote non existens ipsum unum, potest multorum in se ipso prius non existentium naturam suscipere.

Anima in hoc quidem corpore dum attentior est ad aliud, se ipsam interim non cognoscit, quia et potentia hic ejus debilis est, et quod cogitatur ab ea, non est principium animæ : sed quando divinum mundum contemplatur, utpote quæ et corroborata est, et principia sui conspicit, se ipsam habitumque suum et gesta prorsus agnoscit. Anima in hoc corpore ad imaginationem, et per hanc ad sensibilia plurimum est conversa, sed post obitum, si in corpore vivat aerio, ad rationem postremo tota convertitur, perque hanc ad intellectum suum semper omnia contuentem, et in discursu interim temporali versatur. In corpore vero cælesti ratio quasi effecta est intellectus et suus atque communis, præteritumque discursum ad intuitum ferme redegit. Hic ergo, et quatenus ingenitas sibi repetit formas, agnoscit se ipsam : et quatenus se, formas quoque vicissim, ipsa enim est ipsæ formæ. Anima denique extra cælum sic formata est divina mente ejusque ideis, sicut corpus animâ viribusque animæ, et sicut ignitum ferrum igne. Videt igitur agitque per ideas divinæ mentis, quasi per vires quasdam suæ formæ. Igitur et actu stabili et cognoscens ibi principia sui, agnoscit profecto se ipsam.

Β'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Ἑαυτοῦ δὲ πῶς; ἢ οὐδὲ ἑαυτοῦ ἕξει τὴν μνήμην, οὐδ' ὅτι αὐτὸς ὁ θεωρῶν, οἷον Σωκράτης, ἢ ὅτι νοῦς ἢ ψυχή. Πῶς δὴ ταῦτά τις ἀναμνησθήτω, ὡς ὅταν καὶ ἐνταῦθα θεωρῇ, καὶ μάλιστα ἐναργῶς, οὐκ ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτὸν τότε τῇ νοήσει, ἀλλ' ἔχει μὲν ἑαυτόν, ἡ δὲ ἐνέργεια πρὸς ἐκεῖνο κἀκεῖνο γίγνεται, οἷον ὕλην ἑαυτὸν παρασχών, εἰδοποιούμενος δὲ κατὰ τὸ ὁρώμενον καὶ δυνάμει ὢν τότε αὐτός. Τότε οὖν αὐτός τε τί ἐστιν ἐνεργείᾳ, ὅταν μηδὲν νοῇ; ἢ εἰ μὲν αὐτὸς, κενός ἐστι παντὸς, ὅταν μηδὲν νοῇ. Εἰ δὲ ἔστιν αὐτὸς τοιοῦτος, οἷος πάντα εἶναι, ὅταν αὐτὸν νοῇ, πάντα ὁμοῦ νοεῖ· ὥστε τῇ μὲν εἰς ἑαυτὸν ὁ τοιοῦτος ἐπιβολῇ καὶ ἐνεργείᾳ ἑαυτὸν ὁρῶν, τὰ πάντα ἐμπεριεχόμενα ἔχει, τῇ δὲ πρὸς τὰ πάντα ἐμπεριεχόμενον ἑαυτόν. Ἀλλ' εἰ οὕτω ποιεῖ, μεταβάλλει τὰς νοήσεις, ὃ πρότερον αὐτοὶ οὐκ ἠξιοῦμεν. Ἢ λεκτέον ἐπὶ μὲν τοῦ νοῦ τὸ ὡσαύτως ἔχειν, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς ἐν οἷον ἐσχάτοις τοῦ νοητοῦ κειμένης γίγνεσθαι τοῦτο δυνατὸν εἶναι, ἐπεὶ καὶ προσχωρεῖν εἴσω; εἰ γάρ τι περὶ τὸ μένον γίγνεται, δεῖ αὐτὸ παραλλαγὴν πρὸς τὸ μένον ἔχειν, μὴ ὁμοίως μένον. Ἢ οὐδὲ μεταβολὴν λεκτέον γίγνεσθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ ὅταν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπὶ τὰ ἄλλα· πάντα γὰρ αὐτός ἐστι, καὶ ἄμφω ἕν· ἀλλ' ἡ ψυχὴ ἐν τῷ νοητῷ οὖσα τοῦτο πάσχει τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο πρὸς αὐτὴν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ· ἢ καθαρῶς ἐν τῷ νοητῷ οὖσα ἔχει τὸ ἀμετάβλητον καὶ αὐτή. Καὶ γὰρ αὐτή ἐστιν, ἃ ἐστίν· ἐπεὶ καὶ ὅταν ἐν ἐκείνῳ ᾖ τῷ τόπῳ, εἰς ἕνωσιν ἐλθεῖν τῷ νῷ ἀνάγκη, εἴπερ ἐπεστράφη· στραφεῖσα γὰρ οὐδὲν μεταξὺ ἔχει, εἷς τε νοῦν ἐλθοῦσα ἥρμοσται, καὶ ἁρμοσθεῖσα ἥνωται, οὐκ ἀπολλυμένη, ἀλλ' ἔν ἐστιν ἄμφω καὶ δύο. Οὕτως οὖν ἔχουσα οὐκ ἂν μεταβάλλοι, ἀλλὰ ἔχοι ἂν ἀτρέπτως πρὸς νόησιν, ὁμοῦ ἔχουσα τὴν συναίσθησιν αὐτῆς, ὡς ἓν ἅμα τῷ νοητῷ ταὐτὸν γενομένη.

II. Sed hæc quidem ita se habeant. Numquid autem in memoriam sui revertitur? Fortasse neque sui ipsius reminiscetur : neque quod ipse sit, qui contemplatur, velut Socrates, aut alter, aut quod sit mens vel anima. Quo enim modo circa hæc quispiam memor erit? Siquidem, quando et hic contemplatur, præsertim acerrime, non convertitur tunc per intelligentiam ad se ipsum, sed habet quidem se ipsum. Actus autem ejus ad illud fit et illud, quasi materiam se ipsum exhibens : formatus vero secundum id, quod spectatur ab eo, et ipse quidem tunc in potentia esse habens : tunc enim ipse actu quidnam est, quando nihil intelligit? vel forsan, si duntaxat ipse sit, nimirum vacuus erit omnium, quando nihil intelligit. Sin autem ipse talis est, ut omnia sit, quando se ipsum intelligit, cuncta simul intelligit. Quam ob rem ita constitutus, et intuitu quidem in se ipsum, et actu se ipsum cernens, cuncta simul habet inclusa : intuitu vero quodam in omnia se ipsum similiter habet inclusum. Verum si sic agit, permutat intelligentias, quod in superioribus negabamus. Numquid ergo dicendum, in ipso quidem intellectu hoc ipsum eodem modo se semper habere? sed in anima, tanquam in extremis mundi intelligibilis constituta, id mutationis posse contingere, quando et revocare se ad intima datur? si quid enim circa permanens ipsum efficitur, oportet ipsum quandam ad permanens habere mutationem, quippe cum non æque permaneat. Fortasse vero neque mutationem illic fieri est dicendum, quando a rebus suis ad se ipsum vergit, et quando a se ipso vicissim [ad alia : omnia enim ipse est,] et ambo unum; sed anima, cum in mundo intelligibili est, id ipsum patitur, quod aliud dicitur atque aliud erga se ipsam, et erga illa, quæ fundantur in ipsa : aut certe in mundo intelligibili pure vivens ipsa quoque habet stabilitatem. Est enim et ipsa, quæcumque est : quandoquidem et cum in eo est loco, necesse est ad unionem pervenire cum intellectu, si modo conversa est. Conversa enim nihil patitur intermedium. In intellectum ergo profecta, cum eo contemperatur, et contemperata mox unitur : ex hoc tamen minime dissoluta, sed unum ambo sunt atque duo. Sic itaque se habens minime permutabitur, sed ad intelligentiam immutabiliter se intendet, simul habens suimet conscientiam sive consensum : utpote quæ unum jam simulque idem cum mundo intelligibili sit effecta.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Δ.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΠΟΡΙΩΝ, ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER IV.

DE DUBIIS ANIMÆ SECUNDUS.

Anima corpus omne vel cæleste quandoque exuta, et mente divina tunc formata, attentissime divina conspicit simul cuncta sine discursu : ideo dicitur non recordari rerum humanarum, non, quia ignoret inferiora, dum omnes inferiorum causas contuetur, ac se perfectissime possidet : sed quia negligentissime repetit minima, quando est in maximis attentissima : atque etiam quia non repetit per modum discurrentem atque mutabilem, quemadmodum solet humana recordatio fieri. Contuetur autem et per intellectum et per rationem, quæcumque cognoscit uno quodam intuitu sine motu, quoniam conspicit per unam dei formam. Verumtamen per ipsam seriem idearum habentem gradus non tempore, sed ordine, inter se distinctos, discernit alia aliis ordine ibi esse priora. Quod autem aliquis apud nos attentissime cogitans aliquid, nequeat interim aliud perspicue cogitare, accidit cum ex debilitate potentiæ, tum etiam ex eo, quod non cogitat principium aliorum. Ibi vero potentia et validissima est, et omnium principia contuetur : ergo et in illis omnia simul, præsertim quia a motu ac tempore jam est penitus separata. Anima denique postquam mente divina ideisque formata fuit, attingit ipsum unum mente ideisque superius, et tamen adhuc inde conspicit omnia : potestas enim ipsius unius, cum primum in alio, id est mente, vel anima percipitur, in plurima derivatur.

Α'. Τί οὖν ἐρεῖ, καὶ τίνων τὴν μνήμην ἕξει ψυχὴ ἐν τῷ νοητῷ, καὶ ἐπὶ τῆς οὐσίας ἐκείνης γενομένη; ἢ ἀκόλουθον εἰπεῖν, ἐκεῖνα θεωρεῖν καὶ περὶ ἐκεῖνα ἐνεργεῖν, ἐν οἷς ἐστιν, ἢ μηδὲ ἐκεῖ εἶναι. Τῶν οὖν ἐνταῦθα οὐδέν, οἷον ὅτι ἐφιλοσόφησε· καὶ δὴ καὶ ὅτι ἐνταῦθα ὦσα, ἐθεᾶτο τὰ ἐκεῖ. Ἀλλ' εἰ μὴ ἔστιν, ὅτε τις ἐπιβάλλει τινὶ τῇ νοήσει, ἄλλο τι ποιεῖν, ἢ νοεῖν κἀκεῖνο θεωρεῖν, καὶ ἐν τῇ νοήσει οὐκ ἔστιν ἐμπεριεχόμενον τὸ ἐνενοήκειν, ἀλλ' ὕστερον ἄν τις τοῦτ', εἰ ἔτυχεν, εἴποι, τοῦτο δὲ ἤδη μεταβάλλοντος, οὐκ ἂν εἴη ἐν τῷ νοητῷ καθαρῶς ὄντα μνήμην ἔχειν τῶν τῇδέ ποτε αὐτῷ τινι γεγενημένων. Εἰ δὲ καὶ, ὥσπερ δοκεῖ, ἄχρονος πᾶσα ἡ νόησις, ἐν αἰῶνι ἀλλ' οὐκ ἐν χρόνῳ ὄντων τῶν ἐκεῖ, ἀδύνατον μνήμην εἶναι ἐκεῖ, οὐχ ὅτι τῶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ ὅλως ὁτουοῦν· ἀλλ' ἔστιν ἕκαστον παρὸν, ἐπεὶ οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ μετάβασις ἀφ' ἑτέρου ἐπ' ἄλλο. Τί οὖν; οὐκ ἔσται διαίρεσις ἄνωθεν εἰς εἴδη, ἢ κάτωθεν ἐπὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ ἄνω; τὸ μὲν γὰρ ἄνω μὴ ἔστω ἐνέργεια ὁμοῦ νοῦ ὄντι· τῇ ψυχῇ ἐκεῖ οὔσῃ διὰ τί οὐκ ἔσται; Τί οὖν κωλύει καὶ ταύτην τὴν ἐπιβολὴν ἀθρόαν ἀθρόων γίγνεσθαι; ἆρ' οὖν ὡς τινος ὁμοῦ, ἢ ὡς πολλῶν ὁμοῦ πάσας νοήσεις; τοῦ γὰρ θεάματος ὄντος ποικίλου, ποικίλην καὶ πολλὴν τὴν νόησιν ἅμα γίγνεσθαι, καὶ πολλὰς τὰς νοήσεις, οἷον αἰσθήσεις πολλὰς προσώπου, ὀφθαλμῷ ἅμα ὁρωμένων καὶ ῥινὸς καὶ τῶν ἄλλων. Ἀλλ' ὅταν ἕν τι διαιρῇ καὶ ἀναπτύσσῃ, ἢ ἐν τῷ νῷ διῄρηται, καὶ τὸ τοιοῦτον, οἷον ἐναπέρεισις μᾶλλον, τὸ δὲ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἐν τοῖς εἴδεσιν, οὐ χρόνῳ ὄν, οὐδὲ τὴν νόησιν τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου, χρόνῳ ποιήσει· ἔστι γὰρ καὶ τάξει, οἷον εἰ φυτοῦ ἡ τάξις ἐκ ῥιζῶν ἀρξαμένη ἕως εἰς τὸ ἄνω, τῷ θεωμένῳ οὐκ ἔχει ἄλλως, ἢ τάξει τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἅμα τὸ πᾶν θεωμένῳ. Ἀλλ' ὅταν εἰς ἓν βλέπῃ, εἰ τὰ πολλὰ καὶ πάντα ἔχει, πῶς τὸ μὲν πρῶτον ἔσχε, τὸ δὲ ἐφεξῆς; ἢ ἡ δύναμις ἡ μία οὕτως ἦν μία, ὡς πολλὰ ἐν ἄλλῳ,

I. Anima igitur ad intelligibile profecta et in illa essentia constituta quidnam dicet? quorumve memoriam conservabit? Fortasse consequens est, eam illa contemplari, in quibus est, et circa eadem agere, alioqui ibi non esse. Num ergo eorum, quæ hic sunt, nullo modo reminiscetur? velut quod philosophata fuerit, quodve etiam hic habitans superiora illa suspexerit. Forsan si fieri nequit, ut, quando quis intentissimus intelligit aliquid, aliud quicquam agat interim aut cogitet contempleturve aliud, præter illud, atque in ipsa intellectione non includitur actus aliquis, per quem se intellexisse cognoscat, sed posterius aliquem dicere id contingit, quod quidem significat hunc jam permutatum : non licebit ei, qui pure mundo intelligibili fruitur, memoriam eorum, quæ hic ipsi (quisquis sit) quandoque acciderint, revocare : atqui si, quemadmodum apparet, intelligentia omnis est temporis expers : quippe cum, quæ ibi sunt, non versentur in tempore, sed in æternitate consistant, impossibile est, illic esse memoriam non solum nostrarum rerum, sed etiam quarumlibet rerum : est enim unumquodque præsens, quoniam neque discursus, neque ab alio in aliud transiens permutatio. Quid ergo? non erit divisio desuper in species, vel ab infimo ad universale atque supernum? Quod profecto dicitur desuper, non sit ibi actu secretum in intellectu, omnia actu simul habente, in anima vero ibi existente cur non erit? Sed quidnam prohibet, hunc quoque intuitum totum una collectum fieri simul rerum similiter collectarum? Numquid igitur ita fit, tanquam simul alicujus intuitus? vel ut intellectiones simul omnes complurimorum? Cum enim spectaculum ipsum ibi sit varium, consequens est, variam quoque et multam simul intelligentiam fieri : intelligentiasque multas tanquam sensus multos in vultum unum eundemque directos, ubi videlicet oculus simul nares et ceteras faciei particulas contuetur. Sed quando unum aliquid dividit et evolvit, quid dicemus? Forsan in intellectu id esse distinctum, ibique tale quiddam magis innixum quendam esse atque firmamentum. Quod autem prius dicitur et posterius in speciebus exsistere, non per distantiam temporalem : non enim prioris intelligentia posteriorisque fit tempore, sed quodam potius ordine, velut si arboris ordo exordiens a radicibus, et usque ad summa perveniens, apud contuentem non aliter, quam ordine, prius habeat atque posterius, si quidem plantam simul omnem conspicit. At quando in unum inspicit, si multa omniaque habet, quonam pacto aliud quidem primum habet, aliud vero deinceps? Forsan vero potestas ipsa, quæ una est, sic erat una, ut et multa

Anima in hac vita potest cognoscere divina, non per imaginationem, nec etiam per rationem sumentem ab imaginatione principia, sed per intellectum et rationem principia sumentem ab intellectu. Quando anima per rationem surgit in mentem velut in speculam, quamvis autem memoria communiter dicta omnis in [omni] imaginatione versetur, tamen memoria quædam in ratione etiam et intellectu consistit. In anima supra cælum actus intelligentiæ consuetum rationis et imaginationis occupat usum, sed in cælo resurgit usus ejusmodi, per quem reminiscitur, humano quasi modo, humanæ quondam vitæ rerumque humanarum : nam hæc supra cælum modo quodam eminentiore prospexit. Agnoscunt igitur in cælo se invicem animi, amici præsertim atque quondam noti, cum per ipsos motus affectusque vividos animorum, tum per corpora, quæ ibi habere possunt figuram hujusmodi similem in materia liquida, cedente multo magis animo quomodocumque formatori, quam terrena materia nunc affectibus animæ. Tum vero, si corpora illic orbicularia sint, differentia tamen erunt indifferentibus signa indiciaque differentium animorum, sive in figura, ut diximus, sive magnitudine, qualitate, motu, gestu, nutu, luce, quemadmodum fit in oculis ex affectibus animorum, et in variis nubibus figuræ differentes atque colores. Sunt qui velint, cælicolas inter se voces edere, nam et cælos posse sonare, saltem vero mutuis inter se nutibus colloquentur : recordantur vero vero in cælis divinorum magis, quam humanorum. Lapsæ vero in aerem e converso, possunt autem et quando in cælo et quando in aere sunt, propter motum naturaliter liberum et ibi per multa secula gradum sistere, et altius inde regredi. Denique quidnam prohibet, optima quadam electione in superioribus semper esse? nihil, apud Porphyrium et Iamblichum atque Julianum.

Ε'. Τί οὖν; κἀκεῖνα νῦν αὐτὴ ἡ δύναμις, καθ' ἣν τὸ μνημονεύειν, εἰς ἐνέργειαν ἄγει; ἢ εἰ μὲν μὴ αὐτά, [ᾗ] ἑωρῶμεν, μνήμη· εἰ δ' αὐτά, ᾧ κἀκεῖ ἑωρῶμεν· ἐγείρεται γὰρ τοῦτο, οἷς ἐγείρεται, καὶ τοῦτό ἐστι ὁρῶν περὶ τῶν εἰρημένων. Οὐ γὰρ εἰκασίᾳ δεῖ χρώμενον ἀποφαίνεσθαι, οὐδὲ συλλογισμῷ τὰς ἀρχὰς ἄλλοθεν εἰληφότι, ἀλλ' ἔστι περὶ τῶν νοητῶν, ὡς λέγεται, καὶ ἐνθάδε οὖσι τὸ αὐτὸ λέγειν τῷ αὐτῷ, ὃ δύναμιν ἔχει τὰ ἐκεῖ θεωρεῖν. Ταὐτὸ γὰρ οἷον ἐγείραντας δεῖ ὁρᾶν τὰ ἐκεῖ, ὥστε καὶ ἐγεῖραι ἐκεῖ· οἷον εἴ τις, ἀνάγων αὐτοῦ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπί τινος ὑψηλῆς σκοπιᾶς, ὁρῴη, ἃ μηδεὶς τῶν οὐ σὺν αὐτῷ ἀναβεβηκότων. Ἡ τοίνυν μνήμη ἐκ τοῦ λόγου φαίνεται ἄρχεσθαι ἀπὸ οὐρανοῦ, ἤδη τῆς ψυχῆς τοὺς ἐκεῖ τόπους καταλιπούσης· ἐντεῦθεν μὲν οὖν ἐν οὐρανῷ γενομένη καὶ στᾶσα, θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ τῶν ἐνθάδε μνήμην πολλῶν ἔχει, οἷων εἴρηται, καὶ ἐπιγιγνώσκειν πολλὰς τῶν πρότερον ἐγνωσμένων, εἴπερ καὶ σώματα ἔχειν περὶ αὐτὰς ἀνάγκη ἐν σχήμασιν ὁμοίοις. Καὶ εἰ τὰ σχήματα δὲ ἀλλάξαιντο σφαιροειδῆ ποιησάμεναι, ἆρα διὰ τῶν ἠθῶν καὶ τῆς τῶν τρόπων ἰδιότητος γνωρίζοιεν· οὐ γὰρ ἄτοπον. Τὰ μὲν γὰρ πάθη ἔστωσαν ἀποθέμεναι, τὰ δὲ ἤθη οὐ κωλύεται μένειν· εἰ δὲ καὶ διαλέγεσθαι δύναιντο, καὶ οὕτως ἂν γνωρίζοιεν. Ἀλλ' ὅταν ἐκ τοῦ νοητοῦ κατέλθωσι, πῶς; ἢ ἀνακινήσουσι τὴν μνήμην, ἐλαττόνως μέντοι ἢ ἐκεῖναι τῶν αὐτῶν, ἄλλα τε γὰρ ἕξουσι μνημονεύειν, καὶ χρόνος πλείων λήθην παντελῆ πολλῶν πεποιηκὼς ἔσται. Ἀλλ' εἰ τραπεῖσαι εἰς τὸν αἰσθητὸν κόσμον εἰς γένεσιν τῇδε πεσοῦνται, ποῖος χρόνος ἔσται τοῦ μνημονεύειν; ἢ οὐκ ἀνάγκη εἰς πᾶν βάθος πεσεῖν. Ἔστι γὰρ κινηθείσας καὶ στῆναι ἐπί τι προελθούσας· καὶ οὐδὲν δὲ κωλύει πάλιν ἐκδῦναι, πρὶν γενέσεως ἐλθεῖν ἐπ' ἔσχατον τόπον.

V. Quid ergo? numquid eadem ipsa commemorandi potentia nobis nunc illa reducit in actum? Forsan si non reducit eadem, id agit, qua non vidimus, memoria. Si autem eadem repræsentat, agit hoc eodem, quo et ibi vidimus : hoc enim est, quod excitatur in nobis, quoties incitamur ad illa, atque hoc ipsum est, quod in his, quæ dicta sunt, videt : non enim similitudine quadam et imaginaria conditione utentem illa oportet ostendere, neque ratiocinatione principia aliunde sumente : sed licet de intelligibilibus (ut dicitur) et hic exsistentibus idem dicere, eo ipso videlicet, quod ad illa suspicienda vim possidet. Idem namque excitantes oportet, quæ illic sunt, contemplari, quod etiam excitare illic oportet : quemadmodum, si quis speculam ascendens eminentissimam, oculis illinc intentis ea prospiciat, quæ nemo alius eorum, qui una cum ipso non ascenderunt. Cum ergo appareat ex ratione memoriam initium a cælo ducere, ubi anima superiorem jam reliquerit regionem, nihil mirum est, si illinc in cælum profecta residensque, multarum, quæ apud nos fiunt, rerum memoriam recipit, qualium videlicet dictum est, agnoscitque multas ante cognitas animas : siquidem necesse est, eas habere circa se corpora similibus in figuris. At si figuras mutent orbicularesque efficiant, per ipsos mores modosque unicuique proprios agnoscere videbuntur non enim id absurdum est vel mirum. Esto quidem, ut passiones omnes procul abjecerint : mores autem nihil prohibet reservare. Quodsi etiam confabulari liceat, sic quoque mutuo se agnoscent. At quando ab intelligibili mundo labuntur, quanam conditione se habent? Forsan memoriam iterum suscitabunt, minus tamen, quam illæ circa eadem : alia namque habebunt, quorum reminiscantur, atque longius deinde tempus integram multorum oblivionem afferet. Verum si in mundum sensibilem jam delapsæ, hic in generationem cadunt : quodnam tempus memoriæ dabitur? fortasse non necessarium est in profundum omne præcipitari. Fieri enim potest, ut commodæ jam animæ ad certumque progressæ spatium pedem sistant : neque quicquam prohibet, emergere inde rursus et regredi, antequam ad imum generationis locum præcipitentur.

Conservatricis memoriæ ministerium necessarium est, ubi præterire aliquid rursumque accedere potest vicissim præteritorum. Animis ergo cælestibus non videtur memoria necessaria : neque enim discurrunt, ut novum aliquid vel inventum vel acquirant.

Ϛ'. Τὰς μὲν οὖν μετιούσας καὶ μεταβαλλούσας τὰς ψυχὰς ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν, ὅτι καὶ μνημονεύσουσι· τῶν γὰρ γεγενημένων καὶ παρεληλυθότων ἡ μνήμη. Αἷς δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ὑπάρχει μένειν, τίνων ἂν αὗται μνημονεύοιεν; ἄστρων δὲ πέρι ψυχῆς τῶν γε ἄλλων ἁπάν-

VI. Animas igitur discurrentes seque varie permutantes uti memoria, facile quivis potest asseverare : memoria namque eorum est, quæ facta sunt, quæve præterierunt. Animæ vero, quæ in eodem penitus conquiescunt, quarumnam rerum reminiscentur? Humana vero ratio siquidem in animis siderum quidem omnium, sed præcipue

Anima extra cælum in mundo divino constituta dicitur esse unum, quoniam agit duntaxat per intellectum. Descendit tandem in corpus cæleste, quando suam ipsam in se explicat multitudinem, agens jam videlicet per intellectum, rationem, imaginationem: tunc et sui rerumque suarum ita ferme jam reminiscitur, quemadmodum apud homines consueverat, scilicet cum per rationis agitationem, quamvis ibi celerrimam, tum per imaginationis formationes atque simulacra. Plurimum vero interest, qualia cum affectu cogitet animus: nam cum formas ipse suas in se latentes producendo in actum cogitet, nimirum evadit illa ipsa, quæ cogitat, locumque et conditionem eis convenientem subinde sortitur.

Γ'. Ἐξελθοῦσα δὲ ἐκεῖθεν καὶ οὐκ ἀνασχομένη τὸ ἓν, τὸ δὲ αὐτῆς ἀσπασαμένη, καὶ ἕτερον ἐθελήσασα εἶναι, καὶ οἷον προκύψασα, μνήμην, ὡς ἔοικεν, ἑαυτῆς λαμβάνει. Μνήμη δὲ ἡ μὲν τῶν ἐκεῖ ἔτι κατέχει μὴ πεσεῖν, ἡ δὲ τῶν ἐνταῦθα, ὠδὶ φέρει· ἡ δὲ τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκεῖ κατέχει, καὶ ὅλως, οὗ μνημονεύει, ἐκεῖνό ἐστι καὶ γίγνεται· ἦν γὰρ τὸ μνημονεύειν ἢ νοεῖν ἢ φαντάζεσθαι· ἡ δὲ φαντασία αὕτη οὐ τῷ ἔχειν, ἀλλ' οἷα ὁρᾷ καὶ οἷα διάκειται. Κἂν τὰ αἰσθητὰ ἴδῃ, ὁπόσον αὐτῶν ἂν ἴδῃ, τοσοῦτον ἔχει τὸ βάθος. Ὅτι γὰρ ἔχει πάντα δευτέρως, καὶ οὐχ οὕτω τελείως πάντα γίγνεται· καὶ μεθόριον οὖσα καὶ ἐν τοιούτῳ κειμένη ἐπ' ἄμφω φέρεται.

III. Egressa vero inde atque ipsum unum ulterius minime sustinens, sed sui proprietatem amans, affectansque esse alterum, tanquam quasi emicans jam procumbensque proclivius, memoriam, ut videtur, sui ipsius assumit. Memoria vero si superiorum sit, continet adhuc animam, ne longius prolabatur: sin autem nostrarum rerum sit recordatio, ad nostra præcipitat, sed cælestium reminiscentia gradum sistit in cælo. Omnino autem, cujuscumque meminit, id ipsum est atque efficitur: est enim meminisse, vel intelligere vel imaginari. Hæc autem ipsa imaginatio non in eo consistit, quod habeat aliquid, sed quod videat disponaturque, talisque sit ipsa. Quodsi sensibilia cernit, quatenus ea prospicit, eatenus et profundum habet. Cum enim habeat omnia secunda quadam conditione, neque sic quidem perfecte fit et omnia: cumque rerum confinium sit, et velut in confinio posita, nimirum transfertur in ambo.

Anima in mundo supercælesti contemplans divinæ mentis ideas per ipsam mentem velut per diaphanum luminosum cernit ipsum bonum velut solem, atque dum per principia sui videt se ipsam, nimirum et se cognoscit intelligentem esse, et se ipsam prorsus agnoscit: sed per eundem penitus actum ejusdemque potentiæ divinæ suam naturam actionem propriam contuetur: ideo non propde dicitur se ipsam summque actum et vitam priorem animadvertere, quia non utitur rationis discursu atque imaginatione, in quibus recordatio et animadversio consueta versatur. Sed, cum primum inde venit in cælum, et post in aerem, duo hæc exercet. Omnino vero formæ rerum in potentia animæ cognitrice non sunt accidentia quædam sic animæ adjacentia, ut in tabella sunt literæ, sed rationes, proprietates, vires quædam essentiales, sicut rationes seminales membrorum qualitatumque corporalium in potentia vegetali, et sicut proprietates plantæ totius in semine. Anima igitur semper est hæc omnia, sed alias quidem potius in potentia quadam, alias vero magis in actu. Est autem anima magis res ipsa divinæ, si per solum intellectum agit in ipsis, quam si interim per rationis quoque discursum vel imaginationis figmenta id ipsum animadvertat: hæc enim distrahunt.

Δ'. Ἐκεῖ μὲν οὖν καὶ τἀγαθὸν διὰ νοῦ ὁρᾷ· οὐ γὰρ στέγεται ἐκεῖνο, ὥστε μὴ διελθεῖν εἰς αὐτήν· ἐπεὶ μὴ σῶμα τὸ μεταξύ, ὥστε ἐμποδίζειν· καίτοι καὶ σωμάτων μεταξὺ πολλαχῇ εἰς τὰ τρία ἀπὸ τῶν πρώτων ἡ ἄφιξις. Εἰ δὲ πρὸς τὰ κάτω δοίη αὐτήν, ἀναλόγως τῇ μνήμῃ καὶ τῇ φαντασίᾳ ἔχει, ὃ ἠθέλησε. Διὸ ἡ μνήμη καὶ ὅταν τῶν ἀρίστων ᾖ, οὐκ ἄριστον· δεῖ δὲ τὴν μνήμην λαμβάνειν οὐ μόνον ἐν τῷ οἷον αἰσθάνεσθαι, ὅτι μνημονεύει, ἀλλὰ καὶ ὅταν διακέηται κατὰ τὰ πρόσθεν παθήματα ἢ θεάματα. Γένοιτο γὰρ ἂν, καὶ μὴ παρακολουθοῦντα ὅτι ἔχει, ἔχειν παρ' αὐτῷ ἰσχυροτέρως, ἢ εἰ εἰδείη· εἰδὼς μὲν γὰρ τάχα ἂν εἰς ἄλλο ἔχοι, ἄλλος αὐτὸς ὤν· ἀγνοῶν δὲ ὅτι ἔχει, κινδυνεύει εἶναι ὃ ἔχει· ὃ δὴ πάθημα μᾶλλον πεσεῖν ποιεῖ τὴν ψυχήν. Ἀλλ' εἰ ἀφισταμένη τοῦ ἐκεῖ τόπου ἀναφέροι τὰς μνήμας ὁπωσοῦν, εἶχε κἀκεῖ ἡ δύναμις· ἡ δὲ ἐνέργεια ἐκείνων ἠφάνιζε τὴν μνήμην. Οὐ γὰρ ὡς κείμενοι ἦσαν τύποι, ἵνα ἂν ᾖ ἴσως ἄτοπον τὸ συμβαῖνον, ἀλλ' ἡ δύναμις ἦν ἡ ἀφεθεῖσα ὕστερον εἰς ἐνέργειαν. Παυσαμένης οὖν τῆς ἐν τῷ νοητῷ ἐνεργείας, εἶδεν ἃ πρότερον ἡ ψυχὴ, πρὶν ἐκεῖ γενέσθαι, ἰδοῦσα ἦν.

IV. Anima igitur in mundo intelligibili ipsum quoque bonum videt per intellectum: neque enim intellectus eam impedit, quominus ad ipsum usque percurrat: quoniam, quod est medium, non est corpus, ut ex hoc valeat impedire: quamvis et medium in corporibus permittit sæpe a primis ad postrema descendere. Proinde si anima se ipsam dedat inferioribus, pro ipsa memoriæ imaginationisque proportione reportat protinus, quod affectabat: idcirco memoria, etiam quando rerum est optimarum, non est optima. Memoriam vero oportet accipere non solum in in eo, quod quispiam se recordari persentiat, sed etiam in eo, quod in præsentia sit affectus secundum priorum affectuum spectaculorumque similitudinem: fieri enim potest, ut, qui non animadvertit aliquod se habere, habeat id penes se validius, quam si agnosceret: si enim agnoscat, fortasse tanquam aliud quiddam habebit, ipse videlicet tanquam alius quidam exsistens. Qui vero non considerat se habere, videtur id ipsum esse, quod habet: quæ quidem affectio vehementius afficit animam longiusque inclinat. At si, digressa jam ab ipsa regione divina, refert quoquo modo memorias, habuit et ibi vis ipsa in se memoriam, sed actus illorum quodammodo memoriam obfuscabat. Non enim dicendum est, velut adjacentes ibi figuras fuisse, ne forte absurdum quid inde contingat: sed erat potentia in actum postea emittenda. Quando ergo actus ille circa intelligibilia vigere solitus desinit, agnoscit jam anima, quæ, antequam illic esset, cognoverat.

αἰσθητῷ τὴν ἐπιβολὴν ποιεῖσθαι, εἰ μή τις ἔργῳ οἰκονομοῖτό τι τῶν ἐν μέρει τῇ γνώσει τοῦ ὅλου ἐμπεριεχομένων. Λέγω δὲ ἕκαστον ὧδε. Πρῶτον μέν, τὸ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι, ἅ τις ὁρᾷ, παρατίθεσθαι παρ' αὐτῷ. Ὅταν γὰρ μηδὲ διαφέρῃ, ἢ μὴ πρὸς αὐτὸν ἢ ὅλως ἡ αἴσθησις ἀπροαιρέτως τῇ διαφορᾷ τῶν ὁρωμένων κινηθεῖσα, τοῦτο αὐτὴ ἔπαθε μόνη, τῆς ψυχῆς οὐ δεξαμένης εἰς τὸ εἴσω, ἅτε μήτε πρὸς χρείαν μήτε πρὸς ἄλλην ὠφέλειαν αὐτῆς τῆς διαφορᾶς μέλον. Ὅταν δὲ καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτῷ ἢ πρὸς ἄλλοις ἢ, καὶ παντελῶς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο τῶν τοιούτων παρελθόντων τὴν μνήμην, ὅπου μηδὲ παρόντων γιγνώσκει τὴν αἴσθησιν. Καὶ μὴν [ὅτι] τῶν πάντῃ κατὰ συμβεβηκὸς γιγνομένων οὐκ ἀνάγκη ἐν φαντασίᾳ γίγνεσθαι· εἰ δὲ καὶ γίγνοιτο, οὐχ ὥστε καὶ φυλάξαι καὶ παρατηρῆσαι, ἀλλὰ καὶ ὁ τύπος τοῦ τοιούτου οὐ δίδωσι συναίσθησιν, μάθοι ἄν τις, εἰ τὸ λεγόμενον οὕτω λάβοι. Λέγω δὲ ὧδε· εἰ μηδέποτε προηγούμενον γίνηται τὸν ἀέρα τόνδε εἶτα τόνδε τεμεῖν, ἐν τῷ κατὰ τόπον κινεῖσθαι, ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον διελθεῖν, οὔτ' ἂν τήρησις αὐτοῦ οὔτ' ἂν ἔννοια βαδίζουσι γένοιτο. Ἐπεὶ καὶ τῆς ὁδοῦ εἰ μὴ ἐγίγνετο τὸ τόδε διανῦσαι προηγούμενον, δι' ἀέρος δὲ ἦν τὴν διέξοδον ποιήσασθαι, οὐκ ἂν ἐγένετο ἡμῖν μέλειν τὸ ἐν ὅτῳ σταδίῳ γῆς ἐσμέν, ἢ ὅσον ἠνύσαμεν· καὶ εἰ κινεῖσθαι δὲ ἔδει, μὴ τοσόνδε χρόνον, ἀλλὰ μόνον κινεῖσθαι, μηδ' ἄλλην τινὰ πρᾶξιν εἰς χρόνον ἀνήγομεν, οὐκ ἂν ἐν μνήμῃ ἄλλον ἂν καὶ ἄλλον χρόνον ἐποιησάμεθα. Γνώριμον δὲ, ὅτι τῆς διανοίας ἐχούσης τὸ πραττόμενον ὅλον καὶ πιστευούσης, οὕτω πάντως πραχθήσεσθαι, οὐκ ἂν ἔτι προσέχοι γιγνομένοις ἑκάστοις· καὶ μὴν, καὶ ὅταν τις ταὐτὸν ἀεὶ ποιῇ, μάτην ἂν ἔτι παρατηροῖ ἕκαστα τοῦ αὐτοῦ. Εἰ οὖν τὰ ἄστρα φερόμενα τὰ αὑτῶν πράττοντα φέρεται, καὶ οὐχ ἵνα παρέλθῃ ταῦτα, ὅσα παρέρχεται, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῖς οὔτε ἡ θέα ὧν πάρεισιν, οὔτε τὸ παρελθεῖν, κατὰ συμβεβηκός τε ἡ πάροδος, πρὸς ἄλλοις τε ἡ γνώμη μείζοσι, τά τε αὐτὰ ἀεὶ δι' ὧν διέρχονται ταῦτα, ὅ τε χρόνος οὐκ ἐν λογισμῷ ὁ ἐν τοσῷδε· εἰ καὶ διῃρεῖτο, οὐκ ἀνάγκη οὔτε τόπων, ὧν παρίασιν, οὔτε χρόνων εἶναι μνήμην, ζωήν τε τὴν αὐτὴν ἔχοντα, ὅπου καὶ τὸ τοπικὸν αὐτοῖς περὶ ταὐτόν, ὡς μὴ τοπικὸν ἀλλὰ ζωτικὸν τὸ κίνημα εἶναι, ζώου ἑνὸς εἰς αὐτὸ ἐνεργοῦντος, ἐν στάσει μὲν ὡς πρὸς τὸ ἔξω, κινήσει δὲ τῇ ἐν αὐτῷ ζωῇ ἀϊδίῳ οὔσῃ. Καὶ μὴν εἰ καὶ χορείᾳ ἀπεικάσειέ τις τὴν κίνησιν αὐτῶν, εἰ μὲν ἱσταμένη ποτέ, ἡ πᾶσα ἂν εἴη τελεία ἡ συντελεσθεῖσα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος· ἀτελὴς δὲ, ἡ ἐν μέρει ἑκάστη. Εἰ δὲ τοιαύτη, οἵα ἀεὶ, τελεία ἀεί· εἰ δὲ ἀεὶ τελεία, οὐκ ἔχει χρόνον, ἐν ᾧ τελεσθήσεται, οὐδὲ τόπον· ὥστε οὐδὲ ἔφεσιν ἂν ἔχοι οὕτως, ὥστε οὔτε χρονικῶς, οὔτε τοπικῶς μετρήσει, ὥστε οὐδὲ μνήμη τούτων. Εἰ μέντοι αὐτοὶ μὲν ζωὴν ζῶσι μακαρίαν, ταῖς αὑτῶν ψυχαῖς τὸ ζῆν προσεμβλέποντες, τῇ δὲ τῶν ψυχῶν αὐτῶν πρὸς ἓν ταύτῃ τῇ νεύσει, καὶ τῇ ἐξ αὐτῶν εἰς τὸν σύμπαντα οὐρανὸν ἑλλάμψει, ὥσπερ χοροὶ ἐν

id, quod particulare sensibileque objicitur, intueri, nisi quis opere ipso dispenset aliquid, quod, tametsi particulare sit, tamen in ipsa notione totius præcipue includatur. Dico autem de quolibet hoc pacto: Principio non esse necessarium, ut, quæ videt aliquis, collocet in se ipso. Quando enim nihil interest, vel nullius est apud ipsum momenti, tunc sensus absque electione nostra eorum, quæ videntur, differentia motus, ipse quidem solus id patitur: anima vero interim id non excipit intra se ipsam: quippe cum ea ipsa visibilium differentia neque curæ sit nobis, neque ad necessitatem vel utilitatem aliam sit collatura. Jam vero, quando quis omnino ad se ipsum agit, vel ad alia quædam, tunc rerum ejusmodi præteritarum memoriam minime retinet, quando neque præsentium quidem percipit sensum. Quin etiam non est necessarium, ea, quæ omnino ex contingenti proveniunt, in imaginatione locari: ac si locentur, non ita collocari, ut custodiantur atque observentur: sed ejusmodi rei figuram non afferre consensum, percipere quivis poterit, si modo, quod dicitur, sic acceperit: dico autem hunc in modum: Si nunquam principale nobis propositum fuerit, partem aeris hanc in præsentia, deinde illam dividere, dum loco movemur, vel etiam magis pertransire: profecto nunquam in deambulando hoc ipsum observantes cogitaremus. Quandoquidem, nisi præcipue nobis decretum esset, tantum prorsus certæ cujusdam viæ peragere, liceret autem per aerem nobis percurrere, nunquam curæ nobis foret, in quo potissimum stadio terræ simus, vel quantum jam spatii peregerimus: tum vero, si moveri quidem nos oporteret, neque tamen ad tempus proprie tantum, sed moveri solum: item neque actionem aliam prorsus ullam referre soleremus ad tempus, certe nunquam in memoria tempus aliud aliudque excogitaremus. Id vero ex eo patet potissimum, quoniam, quando cogitatio universum id, quod agitur, in se habet, confiditque ita prorsus, ut habet, effectum iri, haud ulterius singulis, quæ fiunt, sese adhibet. Præterea, quando quispiam idem semper agat, frustra nimirum singula sui operis observabit. Si ergo stellæ, dum feruntur, sua quæque agunt officia, neque moventur, ut hæc ipsa pertranseant, quæ prætergrediuntur; opusque ipsarum neque est aspicere, quæ pertranseunt, neque etiam præterire, atque ipse transitus accidentalis est illis circa majora interim occupatis; denique per eadem semper similique tenore discurrunt: nimirum apud eas tempus discreta quadam mensura minime computatur, atque etiam si distinguatur, non necessarium est, vel locorum, quæ prætereunt, vel temporum memoriam retinere: præsertim cum vitam semper eandem penitus habeant, quando et circa eundem locum perpetuo revolvuntur, adeo ut earum motio non tam localis, quam vitalis, esse videatur: quippe cum animal unum agat in semet ipsum in statu quidem, quantum pertinet ad externa, in motu vero per vitam in ipso propriam pervigetem. Proinde, si quis cælestium motum choreæ similem esse dicat, si modo choreæ aliquando desinenti, tota quidem progressio motionis perfecta erit a principio ad finem usque continuata: imperfecta vero unaquæque erit in parte denumerata. Sin autem tali choreæ comparetur, quæ sempiterna sit, perfecta semper erit. Si autem perfecta semper, non habebit tempus, in quo perfecta sit quandoque futura, neque etiam locum. Quapropter neque sic etiam appetitum habebit; ideoque nec temporali nec locali ea conditione dimetietur: itaque neque horum memoria ulla continget. Præterea ea ratione magis etiam nobis ratio confirmabitur, quod scilicet illi vitam agunt beatam, a suis ipsorum animis vitam inspicientes: atque ipsa suarum animarum ad ipsum unum conspiratione et a se in totum

των, καὶ δὴ καὶ περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἐπιζητεῖ ὁ λόγος τὰς μνήμας, καὶ τελευτῶν εἶσι καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ψυχήν, καὶ ἐπιτολμήσει καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ τὰς μνήμας πολυπραγμονεῖν. Ταῦτα δὲ ζητῶν καὶ τὰς διανοίας αὐτῶν, καὶ τοὺς λογισμούς, τίνες εἰσί, θεωρήσει, εἴπερ εἰσίν. Εἰ οὖν μήτε ζητοῦσι μήτε ἀποροῦσιν, οὐδενὸς γὰρ δέονται, οὐδὲ μανθάνουσιν, ἃ πρότερον οὐκ ἦν αὐτοῖς ἐν γνώσει, τίνες ἂν λογισμοὶ ἢ τίνες συλλογισμοὶ αὐτοῖς γίγνοιντο ἢ διανοήσεις; Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων αὐτοῖς ἐπίνοιαι καὶ μηχαναί, ἐξ ὧν διοικήσουσι τὰ ἡμέτερα, ἢ ὅλως τὰ τῆς γῆς· ἄλλος γὰρ τρόπος τῆς εἰς τὸ πᾶν παρ' αὐτῶν εὐημοσύνης.

solis et lunæ requirit memoriam, hinc simili quadam conditione ad animam universi se transferet, ac tandem audebit negotiosam in ipso Jove memoriam collocare. Hæc vero perquirens considerabit præterea cogitationes ratiocinationesque eorum, si quæ sunt, quales præcipuæ sint. Jam vero, si neque quicquam requirunt, neque ambigunt, nulla enim re indigent, neque discunt, quæ antea ignoraverint, quænam ratiocinationes vel argumentorum subjunctiones vel excogitationes in eis erunt? Sed neque sollicite de machinis consultabunt, quibus humana et omnino terrena disponant: altera enim ratio est, qua superi concinne universa dispensant.

Animis cælestium corporum rectoribus non est necessarium recordationis obsequium vel in cognitione vel vita vel motu. Suspiciunt quidem divina intuitu nunquam interrupto: ubi animadvertere quidem possunt se videre, non tamen est opus repetere se vidisse, cum ibi non sit ipsum vidisse, sed videre nunquam intermissum: nunquam igitur resumendum. Similis est et eorum vita semper eadem, similis et motus perpetuus in eorum corporibus atque continuus, ideoque uniuscujusque illorum semper unus, quamvis nobis multiplex vel accidat vel videatur. Prospiciunt res quoque mutabiles intuitu quoplam non mutato, sicut et quispiam eadem inspectione ad aliquam horæ partem continuata cernit deambulantem in rectum, aliter aliterque mutatum, prospectu videlicet non mutato. Quo quidem si judicaverit illum hic esse, ibi fuisse, illic fore: mutationes ejusmodi non propterea in visione contingent, quod in spectaculo contingere judicentur.

Ζ'. Τί οὖν; ὅτι τὸν θεὸν εἶδον οὐ μνημονεύουσιν; ἢ ἀεὶ ὁρῶσιν; ἕως δ' ἂν ὁρῶσιν, οὐκ ἔνι ὅπου φάναι αὐτοῖς ἑωρακέναι· παυσαμένων γὰρ τοῦτο ἂν πάθος εἴη. Τί δέ; οὐδ' ὅτι περιῆλθον χθὲς τὴν γῆν καὶ τὸ πέρυσιν, οὐδ' ὅτι ἔζων χθὲς καὶ πάλαι, καὶ ἐξ οὗ ζῶσιν· ἢ ζῶσιν ἀεί. Τὸ δὲ ἀεὶ ταὐτὸν ἓν, τὸ δὲ χθὲς τῆς φορᾶς, καὶ τὸ πέρυσι τοιοῦτον ἂν εἴη, οἷον ἂν εἴ τις τὴν ὁρμὴν τὴν κατὰ πόδα ἕνα γενομένην μερίζοι εἰς πολλὰ, καὶ πολλὴν καὶ ἄλλην, καὶ πολλὰς ποιοῖ τὴν μίαν. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα μία φορὰ, παρὰ δὲ ἡμῖν μετροῦνται πολλαὶ, καὶ ἡμέραι ἄλλαι, ὅτι καὶ νύκτες διαλαμβάνουσιν. Ἔχει δὲ μιᾶς οὔσης ἡμέρας, πῶς πολλαί; ὥστε οὐδὲ τὸ πέρυσιν. Ἀλλὰ τὸ διάστημα οὐ ταὐτὸν, ἀλλ' ἄλλο· καὶ τὸ ζωδίου τμῆμα ἄλλο. Διὰ τί οὖν οὐκ ἐκεῖ, παρῆλθον τόδε, νῦν δὲ ἐν ἄλλῳ εἰμί; εἰ δὲ καὶ ἑορᾷ τὰ τῶν ἀνθρώπων, πῶς οὐ καὶ τὰς μεταβολὰς τὰς περὶ αὐτοὺς, καὶ ὅτι νῦν ἄλλοι; εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ὅτι πρότερον ἕτεροι καὶ ἕτερα, ὥστε καὶ μνήμη.

VII. Quid ergo? nonne deum se vidisse reminiscuntur? an potius semper vident? quamdiu autem vident, non licet eis dicere, se vidisse, alioquin hæc eorum conditio foret qui aliquando videre desiverint. Quid ergo? neque etiam recordantur, se heri vel anno superiore terram circumcurrisse: neque se heri et jam diu vixisse, et ex quo tempore vivant. Quin imo semper vivunt. Quod vero semper idem est, semper et unum. Quod autem in motione dicitur heri et anno superiore, perinde se habet, ac si quis impetum motumque uno pede factum partiatur in multa, unumque motum ipse alium aliumque esse multosque confingat. Hic etenim unus est motus, penes vero nos mensurantur ut multi, diesque alii, quoniam et noctes intercidunt. Illic autem cum unus sit dies, quomodo poterunt esse multi? quapropter neque superior annus. At vero objiciet aliquis, non unum, sed aliud itemque aliud intervallum esse, aliamque esse et aliam zodiaci portionem. Cur igitur non dicat cælestis anima: Hanc jam præterii partem, nunc vero aliam occupo? Præterea, si humana prospiciunt, quomodo non etiam videant mutationes humanas, atque alios nunc homines esse? quod si ita, etiam ante alios exstitisse aliaque negotia: ex quo fit, ut habere memoriam videantur.

Anima cujuslibet stellæ, contemplans ideas principiaque rerum omnium, habet semper in se certam universi notitiam, sive intellectualem hanc sive rationalem appellare volueris, atque interea per corpus cæleste suum corporalia sentit: sed quod minima quæque sentiat, interea nec per imaginationem animadvertit, ideoque nec in memoria collocat. cum quia hæc omnia altius cum comprehendit, tum quia apud ipsum nullius sunt momenti, tum etiam quoniam tamdiu jam omnia sentit, ut nihil ultra evasum moveat tanquam novum. Verumtamen per imaginationem animadvertit ea particularia se sentire, quæ universo sunt apprime necessaria, ut stellæ, cælestia, elementa. Profecto cum propositum sit cælestibus animis, non per hanc quidem solum partem, vel hucusque tantum, vel tamdiu duntaxat moveri, sed contemplari et simpliciter semperque moveri, et cum quolibet in momento earum motio sit perfecta, sintque animæ illæ certæ, præscriptum in se ipsis ordinem universi ita procul dubio evasurum: nulla nimirum eas cura tangit de parte quapiam loci vel temporis, aut motus, vel de re, vel de quavis re mutabili. Itaque, neque dum talia sentiunt, imaginationem attentionemque talibus adhibere coguntur. Nota, circularem motum nec esse alterationem, quia non mutat formam, nec esse localem, quia non mutat locum: sed esse vitalem, id est, proprium vitæ interioris actum pariter et indicium: nam agere in se moverique ex intimis proprium est viventium: cæleste vero motus est ejusmodi, quemadmodum in animalibus pulsuum cordisque motus, nutritioque in plantis.

Η'. Ἢ οὐκ ἀνάγκη, οὔτε, ὅσα τις θεωρεῖ, ἐν μνήμῃ τίθεσθαι, οὔτε τῶν πάντῃ κατὰ συμβεβηκὸς ἑπακολουθούντων ἐν φαντασίᾳ γίγνεσθαι, ὧν τε ἡ νόησις καὶ ἡ γνῶσις ἐναργεστέρα, εἰ ταῦτα αἰσθητῶς γίγνοιτο, οὐκ ἀνάγκη, παρέντα τὴν γνῶσιν αὐτῶν τῷ κατὰ μέρος

VIII. Forsan vero non est necessarium, vel quodcumque aliquis intuetur, commendare memoriæ, vel illa, quæ omnino ex contingenti sequuntur, imaginatione colligere. Item, quorum in animo intelligentia cognitioque rerum certior insidet, si quando res ejusmodi sensibus offerantur, non necesse est, eos, intellectuali notitia prætermissa, in

ἵνα εἰς πλείω ἀπορῇ; καίτοι εἰ καὶ ἐν οὖσα μεταβάλοι, οὐκ ἂν ἀποροῖ· οὐ γὰρ ὅτι εἶδη πολλὰ τὸ πᾶν καὶ μέρη ἔχει, καὶ ἐναντιώσεις πρὸς τὰ μέρη, διὰ τοῦτο ἂν ἀποροῖ, ὅπως διαθεῖτο· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, οὐδ' ἀπὸ τῶν μερῶν ἄρχεται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πρώτων· καὶ ἀπὸ πρώτου ἀρξαμένη ὁδῷ ἀνεμποδίστῳ ἐπὶ πάντα εἶσι καὶ κοσμεῖ· καὶ διὰ τοῦτο κρατεῖ, ὅτι ἐφ' ἑνὸς ἔργου μένει τοῦ αὐτοῦ, καὶ ταὐτόν· εἰ δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο βούλοιτο, πόθεν τὸ ἄλλο; εἶθ' ὅ τι χρὴ ποιεῖν, ἀπορήσει, καὶ ἀσθενήσει τὸ ἔργον αὐτῇ, εἰς ἀμφίβολον τοῦ πράττειν ἐν λογισμοῖς λούσῃ.

distractus ambigere compellatur? Quin etiam, etsi existens una mundi anima quoquo modo permutet, tamen non dubitabit : non enim ex eo, quod mundus multas species et partes et oppositiones habet ad partes, ob hoc tamen ambiget, quomodo disponatur : neque enim ab ultimis, neque a partibus exorditur, sed a primis incipiens et a primo via quadam ab impedimentis omnino remota per omnia se diffundit et ornat, atque ob hoc ipsum dominatur et superat, quoniam ipsa eadem in eodem opere permanet et ad idem : sin autem aliud velit et aliud, undenam aliud concupiscet? Deinde sic affecta, quid potius sit agendum, ambiget, atque ita debilitabitur ejus officium in agendo, si quidem ratiocinando in agendi ambiguum distrahatur.

Qua proportione singulæ naturæ partium singularum in quolibet vivente pendent ab una quadam viventis totius natura communi, eadem omnes mundanorum naturæ ab una communi totius mundi natura. Sicut ergo viventis cujusque natura, in se continens naturaliter seminales partium effectuumque naturalium rationes, nec laborat, neque consultat in agendo, neque transmutatur, dum diversa producit, præsertim quoniam agit ex intimis, nec ex multis velut partibus inchoat opus, sed ex uno velut omnium cardine cuncta derivat : ita neque natura mundi consultat in opere, vel laborat, vel permutatur : quippe cum sic ad opus se suum habeat, sicut naturam particularem ad suum se modo dicebamus habere, atque etiam multo præstantius, præsertim quia instrumentum est æternæ infinitæque sapientiæ ductum semper ad eadem viciasim eodemque tenore totiquc materiæ præsidet. Ars quinetiam, quando per habitum naturæ similem denique agit, sine consultatione vel electione vel attentione jam agit : imo vero, si tunc ad attentionem ejusmodi redeat, impeditur sæpius et aberrat, quasi attentio talis non pertineat ad naturam.

ΙΑ'. Ἔστι γὰρ ὥσπερ ἑφ' ἑνὸς ζώου ἡ διοίκησις, ἡ μέν τις ἀπὸ τῶν ἔξωθεν καὶ μερῶν, ἡ δέ τις ἀπὸ τῶν ἔνδον καὶ τῆς ἀρχῆς. Καθάπερ ἰατρὸς μὲν ἔξωθεν ἀρχόμενος καὶ κατὰ μέρος, ἄπορος πολλαχῇ, καὶ βουλεύεται· ἡ δὲ φύσις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀπροσδεὴς βουλεύσεως· καὶ δεῖ τοῦ παντὸς τὴν διοίκησιν καὶ τὸν διοικοῦντα ἐν τῷ ἡγεῖσθαι οὐ κατ' ἰατροῦ ἕξιν εἶναι, ἀλλ' ὡς ἡ φύσις. Πολὺ δὲ μᾶλλον ἐκεῖ τὸ ἁπλοῦν, ὅσῳ καὶ πάντων ἐμπεριειλημμένων ὡς μερῶν ζώου ἑνός. Πάσας γὰρ τὰς φύσεις κρατεῖ μία· αἱ δὲ ἕπονται ἀνηρτημέναι καὶ ἐξηρτημέναι καὶ οἷον ἐκφῦσαι, ὡς αἱ ἐν κλάδοις τῇ τοῦ ὅλου φυτοῦ. Τίς οὖν ὁ λογισμός, ἢ τίς ἀρίθμησις, ἢ τίς ἡ μνήμη, παρούσης ἀεὶ φρονήσεως καὶ ἐνεργούσης καὶ κρατούσης καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ διοικούσης; Οὐ γὰρ δή, ὅτι ποικίλα καὶ διάφορα τὰ γιγνόμενα, δεῖ συνεπόμενον ταῖς τοῦ γιγνομένου μεταβολαῖς καὶ τὸ ποιοῦν ἡγεῖσθαι. Ὅσῳ γὰρ ποικίλα τὰ γιγνόμενα, τοσούτῳ τὸ ποιοῦν ὡσαύτως μένον. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐφ' ἑνὸς ἑκάστου ζώου τὰ γιγνόμενα κατὰ φύσιν, καὶ οὐχ ὁμοῦ πάντα· αἱ ἡλικίαι, αἱ ἐκφύσεις ἐν χρόνοις, οἷον κεράτων, γενείων, μαζῶν, αὐξήσεις, ἀκμαί, γενέσεις ἄλλων, οὐ τῶν πρόσθεν λόγων ἀπολλυμένων, ἐπιγιγνομένων δὲ ἄλλων. Δῆλον δὲ ἐκ τοῦ καὶ ἐν τῷ γεννωμένῳ αὖ ζώῳ τὸν αὐτὸν καὶ σύμπαντα λόγον εἶναι. Καὶ δὴ τὴν αὐτὴν φρόνησιν ἄξιον περιθεῖναι, καὶ ταύτην καθόλου εἶναι, οἷον κόσμου φρόνησιν ἐσῳζωσαν, πολλὴν μὲν καὶ ποικίλην, καὶ αὖ ἁπλῆν ζώου ἑνὸς μεγίστου, οὐ τῷ πολλῷ ἀλλοιουμένην, ἀλλὰ ἕνα λόγον καὶ ὁμοῦ πάντα· εἰ γὰρ μὴ πάντα, οὐκ ἐκείνη, ἀλλὰ τῶν ὑστέρων καὶ μερῶν ἡ φρόνησις.

XI. Est enim gubernatio mundi tanquam animalis unius : sed hæc ipsa gubernatio animalis partim tractat extrinsecus, atque partes; partim vero ab intrinseco regit atque principio. Medicus quidem incipiens ab extrinseco, per partesque procedens, incedit sæpe dubius atque consultat : natura vero, cum ab intimo ducat principio, consultatione non indiget : oportet autem mundi totius gubernationem atque gubernatorem in dispensando non medici, sed naturæ more procedere : multo vero magis illic servari simplicitatem, quo magis ibi intus comprehensa sunt omnia, velut animalis unius membra : omnes namque naturas una natura complectitur, reliquæ vero sequuntur, pendentes inde et prodeuntes, atque ita quasi pullulantes, quemadmodum naturæ ramorum ab ipsa arboris universæ natura. Quænam igitur ratiocinatio, vel numeratio, vel memoria? cum adsit sapientia semper et agat et dominetur, atque semper eodem tenore gubernet. Non enim ex eo, quod varia sunt et diversa, quæ fiunt, putandum est, etiam effectorem cum ipsis eorum, quæ fiunt, mutationibus habere communionem. Quatenus enim varia sunt quæ fiunt, eatenus effector ipse eodem tenore consistit. Multa enim sunt, quæ gignuntur in unoquoque etiam animalium naturaliter, neque simul omnia. Diversæ quidem ætates et in certis temporibus germinationes certæ, veluti cornuum, barbæ, papillarum : item augmenta certa foresque ætatis : rursus præscripta propagatio prolis, qua generantur alia, prioribus interim seminariis rationibus nequaquam deficientibus, sed aliis præteritis genitis. Quod quidem ex eo patet, quod in animali inde genito eadem seminaria ratio totaque servatur. Jam vero operæ pretium est asserere, eandem sapientiam hic vigere, atque hanc esse universalem, velut mundi sapientiam consistentem : multam quidem ac variam, rursusque simplicem animalis unius omnium maximi, quæ quidem ex ipsa operum multitudine non evadat varia, sed una ratio sit semperque omnia : alioquin, nisi sit omnia, non erit ipsa, sed potius quædam posteriorum et partium sapientia.

Cogitatio per plura deinceps ordine currens est motus aliquis absoluta notitia carens, atque ob indigentiam veritatem sapientiamque appetens consummatam, ideo discursio ejusmodi, vel consultatio, vel electio non pertinet ad mentem vel animam mundi rectricem, possidentem ab ævo habitum sapientiæ plenum, et integram cum idearum tum rationum seminalium plenitudinem, qua quidem plenitudine res futuras anticipat in præsentibus, et, quibus modis sint futuræ, discernit, quarum ipsamet est opifex, sola toti suæ materiæ dominans, nec impedimentis obnoxia : ideoque nec sollicita, vel ambigua, vel inquirens, sed natura sua omniformi universum sibi conformans. Cum vero hæc ipsa natura sit intelligentia et voluntas, merito non consilio tractat mundi materias, sed sapientia firma cum naturaliter, tum etiam voluntarie fabricante.

ΙΒ'. Ἀλλ' ἴσως τὸ μὲν τοιοῦτον ἔργον φύσεως ἄν τις εἴποι· φρονήσεως δὲ ἐν τῷ παντὶ οὔσης καὶ λογισμοὺς ἀνάγκη καὶ μνήμας εἶναι. Ἔστι δὲ τοῦτο ἀνθρώπων τὸ φρονεῖν ἐν τῷ μὴ φρονεῖν τιθεμένων καὶ τὸ ζητεῖν φρονεῖν τὸ αὐτὸ τῷ φρονεῖν νενομικότων. Τὸ γὰρ λογίζεσθαι τί ἄλλο ἂν εἴη, ἢ τὸ ἐφίεσθαι εὑρεῖν φρόνησιν καὶ λόγον ἀληθῆ καὶ τυγχάνοντα νοῦ τοῦ ὄντως; ὅμοιος γὰρ ὁ λογιζόμενος κιθαρίζοντι εἰς κιθάρισιν, καὶ μελετῶντι εἰς ἕξιν, καὶ ὅλως τῷ μανθάνοντι εἰς γνῶσιν. Ζητεῖ γὰρ μαθεῖν ὁ λογιζόμενος, ὅπερ ὁ ἤδη ἔχων, φρόνιμος· ὥστ' ἐν τῷ στάντι τὸ φρονεῖν. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ λογισάμενος· ὅταν γὰρ εὕρῃ, ὃ δεῖ, πέπαυται λογιζόμενος, καὶ ἀνεπαύσατο ἐν τῷ φρονῆσαι γενόμενος. Εἰ μὲν οὖν κατὰ τοὺς μανθάνοντας τὸ ἡγούμενον τοῦ παντὸς τάξομεν, λογισμοὺς ἀποδοτέον καὶ ἀπορίας καὶ μνήμας, συμβάλλοντος τὰ παρεληλυθότα τοῖς παροῦσι καὶ τοῖς μέλλουσιν· εἰ δὲ κατὰ τὸν εἰδότα ἐν στάσει ὅρον ἔχούσῃ, νομιστέον αὐτοῦ εἶναι τὴν φρόνησιν. Εἶτα, εἰ μὲν οἶδε τὰ μέλλοντα (τὸ γὰρ μὴ εἰδέναι λέγειν ἄτοπον), διὰ τί οὐχί, καὶ ὅπως ἔσται, οὐκ εἰδήσει; εἰ δὲ εἰδήσει, καὶ ὅπως ἔσται, τί ἔτι δεῖ τοῦ λογίζεσθαι, καὶ τοῦ τὰ παρεληλυθότα πρὸς τὰ παρόντα συμβάλλειν; καὶ ἡ γνῶσις δὲ τῶν μελλόντων, εἴπερ αὐτῷ συγχωρεῖται παρεῖναι, οὐ τοιαύτη ἂν εἴη, οἷα τοῖς μάντεσι πάρεστιν, ἀλλ' οἷα αὐτοῖς τοῖς ποιοῦσι τοῖς πεπιστευκόσιν, ὅτι ἔσται. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τοῖς πάντα κυρίοις, οἷς οὐδὲν ἀμφίβολον οὐδὲ ἀμφιγνοούμενον· οἷς ἅρα ἅραρεν ἡ δόξα, τούτοις παραμένει. Ἡ αὐτὴ ἄρα καὶ περὶ μελλόντων φρόνησις, οἷα καὶ ἡ περὶ παρόντων κατὰ τὸ ἑστάναι. Τοῦτο δὲ λογισμοῦ ἔξω. Ἀλλ' εἰ μὴ οἶδε τὰ μέλλοντα ἃ αὐτὸς ποιήσει, οὐδὲ εἰδήσει ποιῆσαι, οὐδὲ πρός τι βλέπων ποιήσει, ἀλλὰ τὸ ἐπελθὸν ποιήσει· τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ εἰκῇ. Μένει ἄρα, καθ' ὃ ποιήσει· ἀλλ' εἰ μένει, καθ' ὃ ποιήσει, οὐκ ἄλλως ποιήσει, ἢ ὡς οἷον τὸ ἐν αὐτῷ παράδειγμα ἔχει· μοναχῶς ἄρα ποιήσει καὶ ὡσαύτως· οὐ γὰρ νῦν μὲν ἄλλως, ὕστερον δὲ ἄλλως· ἢ τί κωλύει ἀποτυχεῖν; Εἰ δὲ τὸ ποιούμενον διαφόρως ἕξει, ἀλλ' ἔσχε γε διαφόρως οὐ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ δουλεῦον λόγοις· οὗτοι δὲ παρὰ τοῦ ποιοῦντος· ὥστε ἠκολούθησε τοῖς ἐφεξῆς λόγοις· ὥστε οὐδαμῇ τὸ ποιοῦν ἀναγκάζεσθαι πλανᾶσθαι, οὐδ' ἀπορεῖν, οὐδ' ἔχειν πράγματα, ὥσπερ τινὲς ᾠήθησαν, δύσκολον εἶναι τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν. Τὸ γὰρ ἔχειν πράγματα ἦν, ὡς ἔοικε, τὸ ἐπιχειρεῖν ἔργοις ἀλλοτρίοις· τοῦτο δέ, ὧν μὴ κρατεῖ. Ὧν δέ τις κρατεῖ καὶ μόνος, τίνος ἂν οὗτος δέοιτο, ἢ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ βουλήσεως; τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῆς αὐτοῦ φρονήσεως· τῷ γὰρ τοιούτῳ ἡ βούλησις φρόνησις. Οὐδενὸς

XII. Forsan vero, quod ejusmodi est, quispiam naturæ opus esse fatebitur : sed cum in universo sapientia sit, necessario rationis quoque discursiones et memoriam esse putabit. Verum id quidem hominum est, sapere in non sapiendo ponentium putantiumque, idem esse inquirere sapientiam atque sapere. Nam ratione discurrere quidnam aliud est, quam appetere sapientiam invenire, veramque rationem mentis veræ compotem? Qui enim ratiocinatur, similis est pulsanti citharam absolute pulsationis gratia, atque meditanti ad habitum consequendum, et omnino discenti gratia cognoscendi. Ratiocinator enim id quærit addiscere, quod qui jam habet, est sapiens : quapropter in statu quodam et stabili est sapientia. Testatur id et ipse ratiocinator : nam cum primum invenit, quod optabat, cessat ratiocinari, et in sapientia ipsa positus conquiescit. Si igitur ipsum mundi ducem vicem habere discentium arbitremur, nimirum rationis discursiones dubitationesque illi et memoriam tribuemus, conferenti videlicet præterita cum præsentibus et futuris. Sin autem ita potius se habere putemus, quemadmodum qui cognoscat in statu quodam suum terminum possidente, merito sapientiam ei potius convenire censebimus. Præterea si futura novit (absurdum enim esset id negare), cur non etiam, quomodo futura sint, teneat? Quodsi, quomodo etiam futura sint, noverit, quidnam amplius opus est ratione pervestigare, ac præterita cum præsentibus comparare? Rursus cognitio futurorum, si modo ei concedatur adesse, non utique talis erit, qualis inesse vatibus consuevit, sed qualis effectoribus ipsis certo scientibus ita fore. Id vero est omnium auctoritatem habentibus, quibus nihil hæsitans, nihil contingit ambiguum, et quorum sententia, cui semel assensit, perpetuo acquiescit. Eadem igitur illic est sapientia de futuris, quæ et de præsentibus secundum statum. Id autem est a rationis investigatione remotum, ac, nisi futura cognoscat, quæ ipse facturus sit, neque etiam sciet facere, neque ad aliquid spectans efficiet, sed, quod forte inciderit, aget : id vero nihil aliud est, quam casu facere. Permanet igitur, qua ratione faciet : ac si permaneat, qua ratione faciet, certe non faciet aliter, quam designet, quod in eo exsistit exemplar : uno itaque tenore et eadem semper faciet ratione. Non enim nunc quidem aliter, aliterve in posterum : alioquin quidnam prohibebit, ab instituto procul errare? Sin autem opus ipsum se differenter habebit, non a se ipso quidem hanc differentiam possidebit, sed quatenus seminariis serviet rationibus : hæc vero ab effectore pendent : quapropter opificium seriem ipsam sequitur rationum. Effector itaque nullo modo cogitur aberrare, aut ambigere, aut negotiis laborare, quem admodum nonnulli opinati sunt, putantes gubernationem omnium esse laboriosam. Profecto laborare in opere disponendo nihil aliud esse videtur, quam alienas materias pertractare, id est materias, quibus minime dominetur. At quando quis operi dominatur, et solus imperat, quanam re indigeat, nisi ipso et propria voluntate? Id est autem sapientia propria : penes enim hunc ita se habentem voluntas est sapientia. Nihil itaque huic deest ad fabrican-

ἵνα εἰς πλείω ἀπορῇ; καίτοι εἰ καὶ ἓν οὖσα μεταβάλοι, οὐκ ἂν ἀποροῖ· οὐ γὰρ ὅτι εἶδη πολλὰ τὸ πᾶν καὶ μέρη ἔχει, καὶ ἐναντιώσεις πρὸς τὰ μέρη, διὰ τοῦτο ἂν ἀποροῖ, ὅπως διαθεῖτο· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, οὐδ' ἀπὸ τῶν μερῶν ἄρχεται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πρώτων· καὶ ἀπὸ πρώτου ἀρξαμένη ὁδῷ ἀνεμποδίστῳ ἐπὶ πάντα εἶσι καὶ κοσμεῖ· καὶ διὰ τοῦτο κρατεῖ, ὅτι ἐφ' ἑνὸς ἔργου μένει τοῦ αὐτοῦ, καὶ ταὐτόν· εἰ δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο βούλοιτο, πόθεν τὸ ἄλλο; εἶθ' ὅ τι χρὴ ποιεῖν, ἀπορήσει, καὶ ἀσθενήσει τὸ ἔργον αὐτῇ, εἰς ἀμφίβολον τοῦ πράττειν ἐν λογισμοῖς ἰοῦσῃ.

distractus ambigere compellatur? Quin etiam, etsi existens una mundi anima quoquo modo permutet, tamen non dubitabit : non enim ex eo, quod mundus multas species et partes et oppositiones habet ad partes, ob hoc tamen ambiget, quomodo disponatur : neque enim ab ultimis, neque a partibus exorditur, sed a primis incipiens et a primo via quadam ab impedimentis omnino remota per omnia se diffundit et ornat, atque ob hoc ipsum dominatur et superat, quoniam ipsa eadem in eodem opere permanet et ad idem : sin autem aliud velit et aliud, undenam aliud concupiscet? Deinde sic affecta, quid potius sit agendum, ambiget, atque ita debilitabitur ejus officium in agendo, si quidem ratiocinando in agendi ambiguum distrahatur.

Qua proportione singulæ naturæ partium singularum in quolibet vivente pendent ab una quadam viventis totius natura communi, eadem omnes mundanorum naturæ ab una communi totius mundi natura. Sicut ergo viventis cujusque natura, in se continens naturaliter seminales partium effectuumque naturalium rationes, nec laborat, neque consultat in agendo, neque transmutatur, dum diversa producit, præsertim quoniam agit ex intimis, nec ex multis velut partibus inchoat opus, sed ex uno velut omnium cardine cuncta derivat : ita neque natura mundi consultat in opere, vel laborat, vel permutatur : quippe cum sic ad opus se suum habeat, sicut naturam particularem ad suum se modo dicebamus habere, atque etiam multo præstantius, præsertim quia instrumentum est æternæ infinitæque sapientiæ ductum semper ad eadem vicissim eodemque tenore totique materiæ præsidet. Ars quinetiam, quando per habitum naturæ similem denique agit, sine consultatione vel electione vel attentione jam agit : imo vero, si tunc ad attentionem ejusmodi redeat, impeditur sæpius et aberrat, quasi attentio talis non pertineat ad naturam.

ΙΑ'. Ἔστι γὰρ ὥσπερ ἐφ' ἑνὸς ζώου ἡ διοίκησις, ἡ μέν τις ἀπὸ τῶν ἔξωθεν καὶ μερῶν, ἡ δέ τις ἀπὸ τῶν ἔνδον καὶ τῆς ἀρχῆς. Καθάπερ ἰατρὸς μὲν ἔξωθεν ἀρχόμενος καὶ κατὰ μέρος, ἄπορος πολλαχῇ, καὶ βουλεύεται· ἡ δὲ φύσις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀπροσδεὴς βουλεύσεως· καὶ δεῖ τοῦ παντὸς τὴν διοίκησιν καὶ τὸν διοικοῦντα ἐν τῷ ἡγεῖσθαι οὐ κατ' ἰατροῦ ἔξιν εἶναι, ἀλλ' ὡς ἡ φύσις. Πολὺ δὲ μᾶλλον ἐκεῖ τὸ ἁπλοῦν, ὅσῳ καὶ πάντων ἐμπεριειλημμένων ὡς μερῶν ζώου ἑνός. Πάσας γὰρ τὰς φύσεις κρατεῖ μία· αἱ δὲ ἕπονται ἀνηρτημέναι καὶ ἐξηρτημέναι καὶ οἷον ἐκφῦσαι, ὡς αἱ ἐν κλάδοις τῇ τοῦ ὅλου φυτοῦ. Τίς οὖν ὁ λογισμός, ἢ τίς ἀρίθμησις, ἢ τίς ἡ μνήμη, παρούσης ἀεὶ φρονήσεως καὶ ἐνεργούσης καὶ κρατούσης καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ διοικούσης; Οὐ γὰρ δή, ὅτι ποικίλα καὶ διάφορα τὰ γιγνόμενα, δεῖ συνεπόμενον ταῖς τοῦ γιγνομένου μεταβολαῖς καὶ τὸ ποιοῦν ἡγεῖσθαι. Ὅσῳ γὰρ ποικίλα τὰ γιγνόμενα, τοσούτῳ τὸ ποιοῦν ὡσαύτως μένον. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐφ' ἑνὸς ἑκάστου ζώου τὰ γιγνόμενα κατὰ φύσιν, καὶ οὐχ ὁμοῦ πάντα· αἱ ἡλικίαι, αἱ ἐκφύσεις ἐν χρόνοις, οἷον κεράτων, γενείων, μαζῶν, αὐξήσεις, ἀκμαί, γενέσεις ἄλλων, οὐ τῶν πρόσθεν λόγων ἀπολλυμένων, ἐπιγιγνομένων δὲ ἄλλων. Δῆλον δὲ ἐκ τοῦ καὶ ἐν τῷ γεννωμένῳ αὖ ζώῳ τὸν αὐτὸν καὶ σύμπαντα λόγον εἶναι. Καὶ δὴ τὴν αὐτὴν φρόνησιν ἄξιον περιθεῖναι, καὶ ταύτην καθόλου εἶναι, οἷον κόσμου φρόνησιν ἐστῶσαν, πολλὴν μὲν καὶ ποικίλην, καὶ οὐ ἁπλῆν ζώου ἑνὸς μεγίστου, οὐ τῷ πολλῷ ἀλλοιουμένην, ἀλλὰ ἕνα λόγον καὶ ὁμοῦ πάντα· εἰ γὰρ μὴ πάντα, οὐκ ἐκείνη, ἀλλὰ τῶν ὑστέρων καὶ μερῶν ἡ φρόνησις.

XI. Est enim gubernatio mundi tanquam animalis unius : sed hæc ipsa gubernatio animalis partim tractat extrinsecus, atque partes ; partim vero ab intrinseco regit atque principio. Medicus quidem incipiens ab extrinseco, per partesque procedens, incedit sæpe dubius atque consultat : natura vero, cum ab intimo ducat principio, consultatione non indiget : oportet autem mundi totius gubernationem atque gubernatorem in dispensando non medici, sed naturæ more procedere : multo vero magis illic servari simplicitatem, quo magis ibi intus comprehensa sunt omnia, velut animalis unius membra : omnes namque naturas una natura complectitur, reliquæ vero sequuntur, pendentes inde et prodeuntes, atque ita quasi pullulantes, quemadmodum naturæ ramorum ab ipsa arboris universæ natura. Quænam igitur ratiocinatio, vel numeratio, vel memoria? cum adsit sapientia semper et agat et dominetur, atque semper eodem tenore gubernet. Non enim ex eo, quod varia sunt et diversa, quæ fiunt, putandum est, etiam effectorem cum ipsis eorum, quæ fiunt, mutationibus habere communionem. Quatenus enim varia sunt quæ fiunt, eatenus effector ipse eodem tenore consistit. Multa enim sunt, quæ gignuntur in unoquoque etiam animalium naturaliter, neque simul omnia. Diversæ quidem ætates et in certis temporibus germinationes certæ, velut cornuum, barbæ, papillarum : item augmenta certa floresque ætatis : rursus præscripta propagatio prolis, qua generantur alia, prioribus interim seminariis rationibus nequaquam deficientibus, sed aliis præteres genitis. Quod quidem ex eo patet, quod in animali inde genito eadem seminaria ratio totaque servatur. Jam vero operæ pretium est asserere, eandem sapientiam hic vigere, atque hanc esse universalem, velut mundi sapientiam consistentem : multam quidem ac variam, rursusque simplicem animalis unius omnium maximi, quæ quidem ex ipsa operum multitudine non evadat varia, sed una ratio sit simulque omnia : alioquin, nisi sit omnia, non erit ipsa, sed potius quædam posteriorum et partium sapientia.

Cogitatio per plura deinceps ordine currens est motus aliquis absoluta notitia carens, atque ob indigentiam veritatem sapientiamque appetens consummatam, ideo discursio ejusmodi, vel consultatio, vel electio non pertinet ad mentem vel animam mundi rectricem, possidentem ab ævo habitum sapientiæ plenum, et integram cum idearum tum rationum seminalium plenitudinem, qua quidem plenitudine res futuras anticipat in præsentibus, et, quibus modis sint futuræ, discernit, quarum ipsamet est opifex, sola toti suæ materiæ dominans, nec impedimentis obnoxia : ideoque nec sollicita, vel ambigua, vel inquirens, sed natura sua omniformi universum sibi conformans. Cum vero hæc ipsa natura sit intelligentia et voluntas, merito non consilio tractat mundi materias, sed sapientia firma cum naturaliter, tum etiam voluntarie fabricante.

ΙΒ'. Ἀλλ' ἴσως τὸ μὲν τοιοῦτον ἔργον φύσεως ἄν τις εἴποι· φρονήσεως δὲ ἐν τῷ παντὶ οὔσης καὶ λογισμοὺς ἀνάγκη καὶ μνήμας εἶναι. Ἔστι δὲ τοῦτο ἀνθρώπων τὸ φρονεῖν ἐν τῷ μὴ φρονεῖν τιθεμένων καὶ τὸ ζητεῖν φρονεῖν τὸ αὐτὸ τῷ φρονεῖν νενομικότων. Τὸ γὰρ λογίζεσθαι τί ἄλλο ἂν εἴη, ἢ τὸ ἐφίεσθαι εὑρεῖν φρόνησιν καὶ λόγον ἀληθῆ καὶ τυγχάνοντα νοῦ τοῦ ὄντως; ὅμοιος γὰρ ὁ λογιζόμενος κιθαρίζοντι εἰς κιθάρισιν, καὶ μελετῶντι εἰς ἕξιν, καὶ ὅλως τῷ μανθάνοντι εἰς γνῶσιν. Ζητεῖ γὰρ μαθεῖν ὁ λογιζόμενος, ὅπερ ὁ ἤδη ἔχων, φρόνιμος· ὥστ' ἐν τῷ στάντι τὸ φρονεῖν. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ λογισάμενος· ὅταν γὰρ εὕρῃ, ὃ δεῖ, πέπαυται λογιζόμενος, καὶ ἀνεπαύσατο ἐν τῷ φρονῆσαι γενόμενος. Εἰ μὲν οὖν κατὰ τοὺς μανθάνοντας τὸ ἡγούμενον τοῦ παντὸς τάξομεν, λογισμοὺς ἀποδοτέον καὶ ἀπορίας καὶ μνήμας, συμβάλλοντος τὰ παρεληλυθότα τοῖς παροῦσι καὶ τοῖς μέλλουσιν· εἰ δὲ κατὰ τὸν εἰδότα ἐν στάσει ὅρον ἐχούσῃ, νομιστέον αὐτοῦ εἶναι τὴν φρόνησιν. Εἶτα, εἰ μὲν οἶδε τὰ μέλλοντα (τὸ γὰρ μὴ εἰδέναι λέγειν ἄτοπον), διὰ τί οὐχί, καὶ ὅπως ἔσται, οὐκ εἰδήσει; εἰ δὲ εἰδήσει, καὶ ὅπως ἔσται, τί ἔτι δεῖ τοῦ λογίζεσθαι, καὶ τοῦ τὰ παρεληλυθότα πρὸς τὰ παρόντα συμβάλλειν; καὶ ἡ γνῶσις δὲ τῶν μελλόντων, εἴπερ αὐτῷ συγχωρεῖται παρεῖναι, οὐ τοιαύτη ἂν εἴη, οἷα τοῖς μάντεσι πάρεστιν, ἀλλ' οἷα αὐτοῖς τοῖς ποιοῦσι τοῖς πεπιστευκόσιν, ὅτι ἔσται. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τοῖς πάντα κυρίοις, οἷς οὐδὲν ἀμφίβολον οὐδὲ ἀμφιγνοούμενον· οἷς ἅρα ἄραρεν ἡ δόξα, τούτοις παραμένει. Ἡ αὐτὴ ἄρα καὶ περὶ μελλόντων φρόνησις, οἷα καὶ ἡ περὶ παρόντων κατὰ τὸ ἑστάναι. Τοῦτο δὲ λογισμῶ ἔξω. Ἀλλ' εἰ μὴ οἶδε τὰ μέλλοντα ἃ αὐτὸς ποιήσει, οὐδὲ εἰδήσει ποιῆσαι, οὐδὲ πρός τι βλέπων ποιήσει, ἀλλὰ τὸ ἐπελθὸν ποιήσει· τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ εἰκῇ. Μένει ἄρα, καθ' ὃ ποιήσει· ἀλλ' εἰ μένει, καθ' ὃ ποιήσει, οὐκ ἄλλως ποιήσει, ἢ ὡς οἷον τὸ ἐν αὐτῷ παράδειγμα ἔχει· μοναχῶς ἄρα ποιήσει καὶ ὡσαύτως· οὐ γὰρ νῦν μὲν ἄλλως, ὕστερον δὲ ἄλλως· ἢ τί κωλύει ἀποτυχεῖν; Εἰ δὲ τὸ ποιούμενον διαφόρως ἕξει, ἀλλ' ἔσχε γε διαφόρως οὐ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ δουλεῦον λόγοις· οὗτοι δὲ παρὰ τοῦ ποιοῦντος· ὥστε ἠκολούθησε τοῖς ἐφεξῆς λόγοις· ὥστε οὐδαμῇ τὸ ποιοῦν ἀναγκάζεσθαι πλανᾶσθαι, οὐδ' ἀπορεῖν, οὐδ' ἔχειν πράγματα, ὥσπερ τινὲς ᾠήθησαν, δύσκολον εἶναι τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν. Τὸ γὰρ ἔχειν πράγματα ἦν, ὡς ἔοικε, τὸ ἐπιχειρεῖν ἔργοις ἀλλοτρίοις· τοῦτο δέ, ὧν μὴ κρατεῖ. Ὧν δέ τις κρατεῖ καὶ μόνος, τίνος ἂν οὗτος δέοιτο, ἢ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ βουλήσεως; τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῆς αὐτοῦ φρονήσεως· τῷ γὰρ τοιούτῳ ἡ βούλησις φρόνησις. Οὐδενὸς

XII. Forsan vero, quod ejusmodi est, quispiam naturæ opus esse fatebitur : sed cum in universo sapientia sit, necessario rationis quoque discursiones et memoriam esse putabit. Verum id quidem hominum est, sapere in non sapiendo ponentium putantiumque, idem esse inquirere sapientiam atque sapere. Nam ratione discurrere quidnam aliud est, quam appetere sapientiam invenire, veramque rationem mentis veræ compotem? Qui enim ratiocinatur, similis est pulsanti citharam absolute pulsationis gratia, atque meditanti ad habitum consequendum, et omnino discenti gratia cognoscendi. Ratiocinator enim id quærit addiscere, quod qui jam habet, est sapiens : quapropter in statu quodam et stabili est sapientia. Testatur id et ipse ratiocinator : nam cum primum invenit, quod optabat, cessat ratiocinari, et in sapientia ipsa positus conquiescit. Si igitur ipsum mundi ducem vicem habere discentium arbitremur, nimirum rationis discursiones dubitationesque illi et memoriam tribuemus, conferenti videlicet præterita cum præsentibus et futuris. Sin autem ita potius se habere putemus, quemadmodum qui cognoscat in statu quodam suum terminum possidente, merito sapientiam ei potius convenire censebimus. Præterea si futura novit (absurdum enim esset id negare), cur non etiam, quomodo futura sint, teneat? Quodsi, quomodo etiam futura sint, noverit, quidnam amplius opus est ratione pervestigare, ac præterita cum præsentibus comparare? Rursus cognitio futurorum, si modo ei concedatur adesse, non utique talis erit, qualis inesse vatibus consuevit, sed qualis effectoribus ipsis certo scientibus ita fore. Id vero est omnium auctoritatem habentibus, quibus nihil hæsitans, nihil contingit ambiguum, et quorum sententia, cui semel assensit, perpetuo acquiescit. Eadem igitur illic est sapientia de futuris, quæ et de præsentibus secundum statum. Id autem est a rationis investigatione remotum, ac, nisi futura cognoscat, quæ ipse facturus sit, neque etiam sciet facere, neque ad aliquid spectans efficiet, sed, quod forte inciderit, aget : id vero nihil aliud est, quam casu facere. Permanet igitur, qua ratione faciet : ac si permaneat, qua ratione faciet, certe non faciet aliter, quam designet, quod in eo exsistit exemplar : uno itaque tenore et eadem semper faciet ratione. Non enim nunc quidem aliter, aliterve in posterum : alioquin quidnam prohibebit, ab instituto procul errare? Sin autem opus ipsum se differenter habebit, non a se ipso quidem hanc differentiam possidebit, sed quatenus seminariis serviet rationibus : hæ vero ab effectore pendent : quapropter opificium seriem ipsam sequitur rationum. Effector itaque nullo modo cogitur aberrare, aut ambigere, aut negotiis laborare, quem admodum nonnulli opinati sunt, putantes gubernationem omnium esse laboriosam. Profecto laborare in opere disponendo nihil aliud esse videtur, quam alienas materias pertractare, id est materias, quibus minime dominetur. At quando quis operi dominatur, et solus imperat, quanam re indigeat, nisi ipso et propria voluntate? Id est autem sapientia propria : penes enim hunc ita se habentem voluntas est sapientia. Nihil itaque huic deest ad fabrican-

τρῳ, εὐθὺς μετὰ κέντρον αὐξηθείς, διάστημα ἀδιάστατον. Οὕτω γὰρ ἔχει ἕκαστα· εἰ δὲ τἀγαθόν τις κατὰ κέντρον τάξειε, τὸν νοῦν κατὰ κύκλον ἀκίνητον, ψυχὴν δὲ κατὰ κύκλον κινούμενον ἂν τάξειε, κινούμενον δὲ τῇ ἐφέσει. Νοῦς γὰρ εὐθὺς καὶ ἔχει καὶ περιείληφεν, ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ ἐπέκεινα ὄντος ἐφίεται. Ἡ δὲ τοῦ παντὸς σφαῖρα τὴν ψυχὴν ἐκείνως ἐφιεμένην ἔχουσα, ᾗ πέφυκεν ἐφίεσθαι, κινεῖται. Πέφυκε δὲ ᾗ σῶμα τοῦ οὗ ἐστιν ἔξω ἐφίεσθαι· τοῦτο δὲ περιπτύξασθαι, καὶ περιελθεῖν πάντῃ ἑαυτῷ, καὶ κύκλῳ ἄρα.

modatissimus statim post centrum adauctus, intervallumque indistans. Sic enim singula disponuntur, ac si quis ipsum bonum pro centro posuerit, mentem vero velut immobilem circulum adhibuerit, sed animam velut mobilem addiderit circulum, motum, inquam, per appetitum. Mens enim proxime subitoque bonum habet, atque concepit: anima vero id, quod etiam est superius, appetit. At mundi sphæra habens animam ea conditione appetentem, nimirum qua ratione naturaliter appetere potest, movetur. Sic vero natura comparatum est, qua corpus valeat naturaliter id ipsum, extra quod est, appetere: hoc autem est circumfundere sese et undique se circumcurrere, quo efficitur, ut moveatur in orbem.

In anima mundi non est ambigua consultatio temporalisque discursio, quia, quod optimum est in ea ab ævo, semper ceteris suis viribus dominatur. Est tamen in nostra, quoniam e multis partibus viribusque nostris nunc una nunc alia dominatur: item, quia et ignorantes sumus, tum etiam, quoniam plurimis indigemus, tum denique, quia plurimæ nobis ab externis incidunt passiones. Vis in nobis rationalis, etsi non est ipsa natura debilis, atque, etiam si non sit cœca, tamen ab irrationali aliquando superatur: et quia hæc quieta est, illa vero turbulenta: et quia hæc est unica, illa vero multiplex. Homo pessimus similis est populari gubernationi pessimæ: minus vero malus, populari minus malæ: bonus optimatum gubernationi, optimo regno: pessimum forsan diceret aliquis similem esse tyranno.

ΙΖ'. Ἀλλὰ πῶς οὐ καὶ ἐν ἡμῖν οὕτως αἱ νοήσεις αἱ τῆς ψυχῆς καὶ οἱ λόγοι; ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν χρόνοις τὸ ὕστερον, καὶ αἱ ζητήσεις ὠδί· ἆρ' ὅτι πολλὰ, ἃ ἄρχει καὶ κινεῖται, καὶ οὐχ ἓν κρατεῖ; ἢ καὶ ὅτι ἄλλο καὶ ἄλλο πρὸς τὴν χρείαν καὶ πρὸς τὸ παρὸν, οὐχ ὡρισμένον ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄλλο ἀεὶ καὶ ἄλλο ἔξω; ὅθεν ἄλλο τὸ βούλευμα, καὶ πρὸς καιρὸν, ὅτε ἡ χρεία πάρεστι. Καὶ συμβέβηκεν ἔξωθεν τουτὶ, εἶτα τουτί· καὶ γὰρ τῷ πολλὰ ἄρχειν ἀνάγκη πολλὰς καὶ τὰς φαντασίας εἶναι καὶ ἐπικτήτους, καὶ καινὰς ἄλλου ἄλλῳ, καὶ ἐμποδίους τοῖς αὐτοῦ ἑκάστου κινήμασι καὶ ἐνεργήμασιν. Ὅταν γὰρ τὸ ἐπιθυμητικὸν κινηθῇ, ἦλθεν ἡ φαντασία τούτου, οἷον αἴσθησις ἀπαγγελτικὴ καὶ μηνυτικὴ τοῦ πάθους, ἀπαιτοῦσα συνέπεσθαι καὶ ἐκπορίζειν τὸ ἐπιθυμούμενον· τὸ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἐν ἀπόρῳ συνεπόμενον, καὶ πορίζον, ᾗ καὶ ἀντιτεῖνον γίγνεται· καὶ ὁ θυμὸς δὲ εἰς ἄμυναν παρακαλῶν τὰ αὐτὰ ποιεῖ κινηθείς. Καὶ αἱ τοῦ σώματος χρεῖαι καὶ τὰ πάθη ἄλλα ποιεῖ, καὶ ἄλλα δοξάζει. Καὶ ἡ ἄγνοια δὲ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὸ μὴ ἔχειν, ὅ τι εἶποι πάντῃ ἀγομένη, καὶ ἐκ τοῦ μίγματος τούτων ἄλλα· ἀλλ' εἰ καὶ τὸ βέλτιστον αὐτὸ ἄλλα δοξάζει, ᾗ τοῦ κοινοῦ ἡ ἀπορία καὶ ἡ ἀλλοδοξία. Ἐκ δὲ τοῦ βελτίστου ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς εἰς τὸ κοινὸν δοθεὶς τῷ ἀσθενὴς εἶναι ἐν τῷ μίγματι, οὐ τῇ αὐτοῦ φύσει ἀσθενὴς, ἀλλ' οἷον ἐν πολλῷ θορύβῳ ἐκκλησίας ὁ ἄριστος τῶν συμβούλων εἰπὼν οὐ κρατεῖ, ἀλλ' οἱ χείρονες τῶν θορυβούντων καὶ βοώντων, ὁ δὲ κάθηται ἡσυχῇ οὐδὲν δυνηθείς, ἡττηθεὶς δὲ τῷ θορύβῳ τῶν χειρόνων. Καὶ ἔστιν ἐν μὲν τῷ φαυλοτάτῳ ἀνδρὶ τὸ κοινὸν, καὶ ἐκ πάντων ὁ ἄνθρωπος κατὰ πολιτείαν τινὰ φαύλην· ἐν δὲ τῷ μέσῳ ἐν ᾗ πόλει κἂν χρηστόν τι κρατήσειε δημοτικῆς πολιτείας οὐκ ἀκράτου οὔσης· ἐν δὲ τῷ βελτίονι ἀριστοκρατικὸν τὸ τῆς ζωῆς, φεύγοντος ἤδη τὸ κοινὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῖς ἀμείνοσι διδόντος· ἐν δὲ τῷ ἀρίστῳ τῷ χωρίζοντι ἓν τὸ ἄρχον καὶ παρὰ τούτου εἰς τὰ ἄλλα ἡ τάξις, οἷον διττῆς πόλεως οὔσης, τῆς μὲν ἄνω, τῆς δὲ τῶν κάτω κατὰ τὰ ἄνω κοσμουμένης. Ἀλλ' ὅτι γε ἐν τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ τὸ ἓν

XVII. At quonam modo non etiam in nobis intelligentiæ illæ, quæ sunt ipsius animæ, atque rationes ita se habent? Sed hic secundum tempus est posterius, quæstioneque hic oriuntur: An, quia multa sunt in nobis, quæ dominantur, atque moventur, neque unicum imperat? An etiam, quia aliud atque aliud ad usum atque ad præsens succurrit, non definitum in se ipso, sed ad aliud semper atque aliud extrinsecum pertinens? Itaque et consilium aliud, quod et pro temporis opportunitate, quando necessitas postulat, nobis adest. Præterea tum hoc, tum illud extrinsecus accidit: quin etiam ex eo, quod multa dominantur in nobis, necessarium est multas quoque imaginationes accidere, et peregrinas, et novas alius per aliud: unde et alia impedimento sunt aliis ad propriæ motionis actionisque expeditionem. Quando enim vis concupiscendi movetur, suboritur ejusmodi nobis imaginatio, quæ quasi quidam sensus nunciat defertque passionem: requirens scilicet, ut animus obsecundet concupiscentiæ, eique ad votum suppeditet. Tum vero animus sic affectus necessario in controversiam trahitur, sive obsecundet et suggerat, sive repugnet: atqui et vis irascendi irritans ad injuriam propulsandam, quotiens incitatur, eadem nobis infert. Proinde indigentiæ passionesque corporis varias nobis actiones et opiniones inducunt. Rursus ignoratio bonorum defectusque inveniendi, quod in judicando definiat, alio animus huc atque illuc distrahitur, atque ex horum commixtione alia resultantia ad idem pertinent, tametsi, quod optimum est in nobis, alia opinatur quam communis ipsius defectio opinionumque diversitas. Ab eo autem, quod est optimum, recta ratio in nostrum commune traducta ob hoc ipsum degenerat, quod in ipso commixto debilis jam evadit, cum tamen suapte natura non sit debilis. Sed quemadmodum in plurima concionis turba vel consultor omnium optimus in orando non persuadet, sed deterioresque potius ex ipso interturbantium vociferantiumque numero superant: ille vero sedet quietus, nihil impetrare potens, utpote qui tumultu deteriorum est superatus. Est enim in quovis deterrimo commune quiddam, et ex cunctis conservatus homo deterrimæ cujusdam gubernationis more. In homine autem medio sic se habet, quasi in civitate, in qua bonum quiddam dominatur, ubi profecto popularis gubernatio est non omnis expers temperamenti. At in homine etiam meliore vitæ species est optimatum gubernationi persimilis: quippe cum ipsum jam, quod in homine commune dicitur, aufugiat, melioribusque obtemperet. In optimo denique etiam a communi se separante unus est princeps, a quo quidem in alia ordo profertur: quasi duplex in nobis sit civitas, quarum altera quidem sit superior, altera vero sit inferior ad superioris similitudinem exornata. Dictum est autem in ipsa quidem anima mundi

καὶ ταὐτὸν καὶ ὁμοίως, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄλλως, καὶ δι' ἃ εἴρηται. Ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ.

unum idemque semper et similiter imperare : in aliis vero se aliter rem habere, hujusque rei assignatæ sunt causæ. Sed de his hactenus.

Sicut ex sole micat lumen ab eo inseparabile, quod non fit acris propria qualitas, sed a lumine generatur calor, propria jam qualitas aeris ; sic ab anima nostra emicat vivificus actus : qui non fit quidem propria corpori qualitas, sed generat vitale aliquid in corpore factum jam corpori proprium. Anima quidem substantia est et vita ; actus ille ipsius inseparabilis substantiale aliquid est et vificum. Qualitas hinc tributa corpori accidentale quiddam est et quasi vitale : actum illum appellamus idolum animæ in quo sensus est vegetalisque natura. Qualitatem vero illam imaginem animæ nominamus et umbram : ex hac et corpore fit compositum, in quo voluptates doloresque sunt corporales, quarum passionum sensus ad idolum animamque perveniunt, passiones vero nequaquam. Superior comparatio magis propria fuerit, si idolum animæ ab anima non sejunctum comparaverimus radio visuali ab oculo non disjuncto. Qui si quando ab oculo rubente processerit, ruborem aspicienti procreabit in oculo, cui similem esse dixeris umbram animæ in corpore resultantem.

ΙΗ'. Περὶ δὲ τοῦ εἰ ἐφ' ἑαυτοῦ τι ἔχει τὸ σῶμα, καὶ προύσης ζῇ τῆς ψυχῆς ἔχον ἤδη τι ἴδιον, ἢ, ὃ ἔχει, ἡ φύσις ἐστί, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ προσομιλοῦν τῷ σώματι, ἡ φύσις, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ καὶ ψυχὴ καὶ φύσις, οὐ τοιοῦτον εἶναι δεῖ, οἷον τὸ ἄψυχον, καὶ οἷον ὁ ἀὴρ ὁ πεφωτισμένος, ἀλλ' οἷον ὁ τεθερμασμένος· καὶ ἔστι τὸ σῶμα τοῦ ζώου καὶ τοῦ φυτοῦ δὲ οἷον σκιὰν ψυχῆς ἔχοντα· καὶ τὸ ἀλγεῖν καὶ τὸ ἥδεσθαι δὲ τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς, περὶ τὸ τοιόνδε σῶμα ἐστίν. Ἡμῖν δὲ ἡ τούτου ἀλγηδὼν καὶ ἡ τοιαύτη ἡδονὴ εἰς γνῶσιν ἀπαθῆ ἔρχεται. Λέγω δὲ ἡμῖν, τῇ ἄλλῃ ψυχῇ, ἅτε καὶ τοῦ τοιοῦδε σώματος οὐκ ἀλλοτρίου, ἀλλ' ἡμῶν ὄντος· διὸ καὶ μέλει ἡμῖν αὐτοῦ ὡς ἡμῶν ὄντος. Οὔτε γὰρ τοῦτο ἐσμὲν ἡμεῖς, οὔτε καθαροὶ τούτου ἡμεῖς, ἀλλὰ ἐξήρτηται καὶ ἐκκρέμαται ἡμῶν· ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ κύριον, ἡμῶν δὲ ἄλλως ὁμοίως τοῦτο. Διὸ καὶ ἡδομένου καὶ ἀλγοῦντος μέλει, καὶ ὅσῳ ἀσθενέστεροι μᾶλλον, καὶ ὅσῳ ἑαυτοὺς μὴ χωρίζομεν. Ἀλλὰ τοῦτο ἡμῶν τὸ τιμιώτατον, καὶ τὸν ἄνθρωπον τιθέμεθα, καὶ εἰς αὐτὸ εἰσδυόμεθα εἰς αὐτό. Χρὴ γὰρ τὰ πάθη τὰ τοιαῦτα μὴ ψυχῆς ὅλως εἶναι λέγειν, ἀλλὰ σώματος τοιοῦδε καί τινος κοινοῦ καὶ συναμφοτέρου. Ὅταν γὰρ ἓν τι ᾖ, αὐτῷ οἷον αὐταρκές ἐστιν· οἷον σῶμα μόνον τί ἂν πάθοι ἄψυχον ὄν; διαιρουμένου τε γὰρ οὐκ αὐτὸ, ἀλλ' ἡ ἐν αὐτῷ ἕνωσις· ψυχή τε μόνη οὐδὲ τοῦτο, οὐδὲ τὸ διαιρεῖσθαι, καὶ οὕτως ἔχουσα ἐκφεύγει πᾶν· ὅταν δὲ δύο ἐθέλῃ ἓν εἶναι, ἐπακτῷ χρησάμενα, τὸ ἓν ἐν τῷ οὐκ ἔᾶσθαι εἶναι ἓν τὴν γένεσιν εἰκότως τοῦ ἀλγεῖν ἔχει. Λέγω δὲ δύο, οὐκ εἰ δύο σώματα, μία γὰρ φύσις· ἀλλ' ὅταν ἄλλη φύσις ἄλλῃ ἐθέλῃ κοινωνεῖν καὶ γένει ἄλλῳ, καί τι τὸ χεῖρον λάβῃ παρὰ τοῦ κρείττονος, καὶ ἐκεῖνο μὲν μὴ δυνηθῇ λαβεῖν, ἐκείνου δέ τι ἴχνος· καὶ οὕτω γένηται δύο καὶ ἕν, μεταξὺ γιγνόμενον τοῦ τε ὃ ἦν, καὶ τοῦ ὃ μὴ ἐδυνήθη ἔχειν ἀπορίαν, ἐγέννησεν αὐτῷ, ἐπίκηρον κοινωνίαν καὶ οὐ βεβαίαν εἰληχὸς, ἀλλ' εἰς τὰ ἐναντία ἀεὶ φερομένην, κάτω τε οὖν καὶ ἄνω αἰωρούμενον· φερόμενον μὲν κάτω ἀπήγγειλε τὴν αὑτοῦ ἀλγηδόνα· πρὸς δὲ τὸ ἄνω τὴν ἔφεσιν τῆς κοινωνίας.

XVIII. Reliquum est investigare, utrum corpus habeat aliquid in se ipso, atque ita anima præsente vivat, ut jam proprium aliquid in se possideat, an, quicquid habet, sit ipsa natura : idque sit, quod se communicat corpori, ipsa scilicet natura duntaxat. Forsan vero corpus ipsum, in quo anima est atque natura, non oportet esse tale, quale prorsus inanimatum, vel qualis aer illuminatus, sed tanquam calefactus aer : sic utique animalium plantarumque corpora quasi umbram animæ in se habent : itaque dolores voluptatesque corporeæ circa corpus tale versantur. Nobis vero talis corporis cruciatus voluptasque ejusmodi in cognitionem pervenit passionis expertem. Nobis, inquam, id est, alteri animæ, quasi corpus ejusmodi non alienum a nobis sit, sed nostrum : quapropter et nobis curæ est, quasi sit nostrum. Neque enim hoc ipsi sumus, neque ab hoc nos segregati, sed pendet ex nobis hoc, nobisque appendet : nos autem per id, quod est principale, censemur : nostrum vero simul et hoc est aliter. Quam ob rem cum dolore afflicti, tum voluptate permulcti, ejusmodi corporis curam habemus, et, quo ipsi debiliores sumus, eo diligentius et curamus et tanto colimus accuratius, quanto minus ab eo nos segregamus. Sed hoc ipsum, quod in nobis est præstantissimum, quo et homines sumus, quasi in corpus tale subinergimus. Profecto putandum non est, passiones ejusmodi omnino ad animam pertinere, sed ad corpus tale et commune quiddam atque conjunctum. Quando enim unum aliquid est duntaxat, quasi sibi ipsi sufficit. Velut si corpus solum sit atque inanimatum, quidnam patietur? Si enim dividatur, non tam ad ipsum, quam ad unionem, quæ in eo est, passio ejusmodi pertinet. Anima quinetiam sola divisionem passionemque patitur nullam : et ita se habens, totum hoc aufugit. At vero quotiens duo quædam unum esse contendunt, atque ita unione utuntur extranea, nimirum sæpe ex eo, quod unum permanere non permittuntur, doloris initium subeunt. Dico autem duo, non si duo in unum corpora coeant : una enim in his est natura : sed quando diversa natura cum diversa natura alioque genere commercium inire conatur : et, id quod deterius est, a meliore aliquid suscipit : neque ipsum quidem potest accipere, sed ejus duntaxat vestigium : atque ita id totum duo est, fitque unum, evadens profecto medium inter id, quod erat ante, atque id, quod assequi nequit jam in difficultate positum, quippe cum commercium infelix instabileque inierit, semper in diversa distractum : si quidem sursum vicissim deorsumve revolvitur; ac, cum ad inferiora delabitur, suum nunciat cruciatum, et, cum aliquando vergit superius, communionis suscitat appetitum.

Passio dissolutiva vel voluptas instaurativa non fit in sensu et anima, sed in corpore per animæ præsentiam quasi vitaliter jam affecto : in sensu autem et anima fit perceptio passionis illius minime patiens. Duobus quasi nodis anima cum corpore devincitur : unus quidem vergit ad animam, id est vivificus ejus actus emicans erga corpus : alter vero declinat ad corpus, id est qualitas ipsa quasi vitalis per hunc actum infusa corpori. Itaque corpus sic affectum atque sic alligatum animæ ad animam pertinet fitque nostrum. Id ergo curamus, et quando motio huic incidit dissolutoria vel instauratoria, passionem hanc sensu percipientes ad ipsam vel vitandam inclinamur vel prosequendam. Si in anima sentiente fieret peremptoria passio, et impediretur sensus atque judicium, et in quo membro præcipue sit passio, non discerneret. Anima enim individua simul est in quolibet tota. Si igitur patitur ipsa, passio ubique totam animam occuparet.

ΙΘ'. Τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἡδονήν τε εἶναι καὶ ἀλγηδόνα· εἶναι μὲν ἀλγηδόνα γνῶσιν ἀπαγωγῆς σώματος, ἐνδάλματος ψυχῆς στερισκομένου· ἡδονὴν δὲ γνῶσιν ζώου, ἐνδάλματος ψυχῆς ἐν σώματι ἐναρμοζομένου πάλιν αὖ· ἐκεῖ μὲν οὖν τὸ πάθος, ἡ δὲ γνῶσις τῆς αἰσθητικῆς ψυχῆς, ἐν τῇ γειτονίᾳ αἰσθανομένης, καὶ ἀπαγγελάσης τὸ εἰς ὃ λήγουσιν αἱ αἰσθήσεις. Καὶ ἠλγύνθη μὲν ἐκεῖνο, λέγω δὲ τὸ ἠλγύνθη, τὸ πέπονθεν ἐκεῖνο, οἷον ἐν τῇ τομῇ, τεμνομένου τοῦ σώματος, ἡ μὲν διαίρεσις κατὰ τὸν ὄγκον, ἡ δὲ ἀγανάκτησις κατὰ τὸν ὄγκον, τῷ μὴ μόνον ὄγκον, ἀλλὰ καὶ τῷ τοιόνδε ὄγκον εἶναι· ἐκεῖ δὲ καὶ ἡ φλεγμονή· ἥσθετο δὲ ἡ ψυχὴ παραλαβοῦσα τῷ ἐφεξῆς οἷον κεῖσθαι. Πᾶσα δὲ ἥσθετο τὸ ἐκεῖ πάθος οὐκ αὐτὴ παθοῦσα. Αἰσθανομένη γὰρ πᾶσα ἐκεῖ λέγει τὸ πάθος εἶναι, οὗ ἡ πληγὴ καὶ ἡ ὀδύνη. Εἰ δὲ ἦν αὐτὴ παθοῦσα ἐν παντὶ ὅλῃ τῷ σώματι οὖσα, οὐκ ἂν εἶπεν οὐδ' ἂν ἐμήνυσεν ὅτι ἐκεῖ, ἀλλ' ἔπαθεν ἂν τὴν ὀδύνην πᾶσα, καὶ ὠδυνήθη ὅλη· καὶ οὐκ ἂν εἶπεν οὐδὲ ἐδήλωσεν ὅτι ἐκεῖ, ἀλλὰ ὅπου ἐστὶν εἶπεν ἂν ἐκεῖ· ἔστι δὲ πανταχοῦ. Νῦν δὲ ὁ δάκτυλος ἀλγεῖ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ, ὅτι ὁ δάκτυλος ὁ τοῦ ἀνθρώπου· τὸν δὲ δάκτυλον ὁ ἄνθρωπος λέγεται ἀλγεῖν, ὥσπερ καὶ ὁ γλαυκὸς ἄνθρωπος κατὰ τὸ ἐν ὀφθαλμῷ γλαυκόν. Ἐκεῖνο μὲν οὖν τὸ πεπονθὸς ἀλγεῖ, εἰ μή τις τὸ ἀλγεῖν μετὰ τῆς ἐφεξῆς αἰσθήσεως περιλαμβάνοι· περιλαμβάνων δὲ δηλονότι τοῦτο σημαίνει ὡς ὀδύνη, μετὰ τοῦ μὴ λαθεῖν τὴν ὀδύνην τὴν αἴσθησιν. Ἀλλ' οὖν τὴν αἴσθησιν αὐτὴν οὐκ ὀδύνην λεκτέον, ἀλλὰ γνῶσιν ὀδύνης· γνῶσιν δὲ οὖσαν ἀπαθῆ εἶναι, ἵνα γνῷ καὶ ὑγιῶς ἀπαγγείλῃ. Πεπονθὼς γὰρ ἄγγελος σχολάζων τῷ πάθει, ἢ οὐκ ἀπαγγέλλει, ἢ οὐχ ὑγιὴς ἄγγελος.

XIX. Id igitur est, quod traditur de voluptatis dolorisque natura, ubi dicitur, dolorem esse quandam dissolutionis perceptionem, dum videlicet corpus animæ exspoliatur imagine; voluptatem vero perceptionem in animali, ubi rursus imago animæ instauratur in corpore : ibi quidem passio est, cognitio vero in anima sensuali videlicet ipsa vicinitate passionem persentiente, eique nuntiante, in quod sensus denique desinunt. Illud quidem est cruciatum : cruciatum, inquam, id est passum, velut in sectione. Secto quidem corpore divisio spectat ad molem : afflictio vero ad molem, quæ non solum sit moles, sed ejusmodi moles. Similiter de inflammatione dicendum. Anima vero sentit quasi per contiguam animadvertens vicinitatem. Tota vero passionem sentit ibi nascentem, ipsa quidem minime patiens. Sentiens namque tota illic esse pronuntiat passionem, ubi percussio fit et dolor. Sin autem pateretur ipsa, cum tota in universo sit corpore, neque diceret, neque renuntiaret, ubi potissimum passio inferatur : sed pateretur quidem dolorem tota, et undique penitus dolore angeretur, neque indicaret, neque declararet locum passionis determinatum, imo vero ubicumque est, ibi etiam diceret : est autem ubique. Nunc vero contra contingit : nam dolet digitus, et dolet homo ob id ipsum, quoniam hominis digitus angitur. Dicitur autem homo dolere digitum, quemadmodum et homo glaucus per colorem in oculo glaucum appellatur. Illud itaque, quod patitur, etiam cruciatur, nisi quis forte una quadam notione cruciatum una cum sensu statim consequente comprehendat. Ita vero comprehendens id plane significat, scilicet dolorem esse quodammodo, dolorem non latere sensum : verum tamen nullo modo dicendum, sensum ipsum esse dolorem, sed doloris perceptionem : cum vero cognitio sit, mirum esse passionis expertem, ut et cognoscat plane, et sincere denuntiet. Nuntius enim in passione positus, dum occupatus est passione, vel nihil omnino nuntiat vel falsus nuntius advenit.

Sicut in corpore levi est stimulus ad ascensum, in radice ad humorem, in folio ad calorem : sic in corpore per animam quasi vitaliter jam affecto insurgunt naturalia quædam incitamenta, pro indigentia quidem ad impletionem, pro repletione ad evacuationem, pro alteratione munia ad oppositam. Natura interim vegetalis, quæ vitalem in corpore affectionem genuit et conservat, patiente tali corpore laborat dum conatur, et agit intentius circa conservandam vel instaurandam affectionem in corpore naturalem. Quo quidem conatu dicitur concupiscentia illa, quæ exordiebatur in corpore tali, adolescere in naturam. Dum vero natura hæc agit obnixius, pervenit perceptio passionis in sensum, atque hinc ad imaginationem atque judicium.

Κ'. Καὶ τῶν σωματικῶν δὲ ἐπιθυμιῶν τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ οὕτω κοινοῦ καὶ τῆς τοιαύτης σωματικῆς φύσεως ἀκόλουθον τίθεσθαι γίγνεσθαι· οὔτε γὰρ τῷ ὁπωσοῦν ἔχοντι σώματι δοτέον τὴν ἀρχὴν τῆς ὀρέξεως καὶ προθυμίας, οὔτε τῇ ψυχῇ αὐτῇ ἁλμυρῶν ἢ γλυκέων ζήτησιν, ἀλλὰ δ σῶμα μέν ἐστιν, ἐθέλει δὲ μὴ μόνον σῶμα εἶναι, ἀλλὰ καὶ κινήσεις ἐκτήσατο πλέον ἢ αὐτή, καὶ ἐπὶ πολλὰ διὰ τὴν ἐπίκτησιν ἠνάγκασται τρέπεσθαι· διὸ οὑτωσὶ μὲν ἔχον ἁλμυρῶν, οὑτωσὶ δὲ γλυκέων, καὶ ὑγραίνεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι, οὐδὲν αὐτῷ μελῆσαν εἰ μόνον ἦν. Ὥσπερ δὲ ἐκεῖ ἐκ τῆς ὀδύνης

XX. Consequens est præterea (dicere), corporearum cupiditatum principium fieri ex eo, quod ita est communi et tali quadam natura corporea. Neque enim corpori quomodocumque se habenti attribuendum est initium appetendi et impensius prosequendi : neque putandum est animam ipsam affectare salsa vel dulcia, sed potius id, quod corpus quidem est; nititur autem non solum corpus esse, sed plus sibi quam anima vindicat motionum, atque ob vindicationem ejusmodi in multa transferri compellitur : quapropter ita quidem affectum salsa, ita vero dulcia concupiscit : item humefieri, rursusque calefieri, quorum nihil ipsi curæ futurum est, si solum fuerit. Quemadmodum vero illic ex dolore cognitio nata est, animaque, sic

ἐγίγνετο ἡ γνῶσις, καὶ ἀπάγειν ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ πάθος ἡ ψυχὴ βουλομένη ἐποίει τὴν φυγήν, καὶ τοῦ πρώτου παθόντος διδάσκοντος τοῦτο, φεύγοντός πως καὶ αὐτοῦ ἐν τῇ συστολῇ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἡ μὲν αἴσθησις μαθοῦσα καὶ ἡ ψυχὴ ἡ ἐγγὺς, ἣν δὴ φύσιν φαμὲν τὴν ὀφοῦσαν τὸ ἧχος· ἡ μὲν φύσις τὴν τρανὴν ἐπιθυμίαν τέλος οὖσαν τῆς ἀρξαμένης ἐν ἐκείνῳ· ἡ δ' αἴσθησις τὴν φαντασίαν, ἀφ' ἧς ἤδη ἡ πορίζει ἡ ψυχὴ, ἢ τὸ πορίζειν, ἢ ἀντιτείνει καὶ χαρτερεῖ, καὶ οὐ προσέχει οὔτε τῷ ἄρξαντι τῆς ἐπιθυμίας, οὔτε τῷ μετὰ ταῦτα ἐπιτεθυμηκότι. Ἀλλὰ διὰ τί δύο ἐπιθυμίας, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο εἶναι τὸ ἐπιθυμοῦν μόνον τὸ σῶμα τὸ τοιόνδε; ἢ εἰ ἔστιν ἕτερον ἡ φύσις, ἕτερον δὲ τὸ σῶμα τὸ τοιόνδε παρὰ τῆς φύσεως γενόμενον· ἔστι γὰρ ἡ φύσις πρὸ τοῦ τὸ τοιόνδε σῶμα γενέσθαι, αὕτη γὰρ ποιεῖ τὸ τοιόνδε σῶμα πλάττουσα καὶ μορφοῦσα· ἀνάγκη μήτε ἄρχειν αὐτὴν τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ τὸ τοιόνδε σῶμα τὸ πεπονθὸς ταδὶ, καὶ ἀλγυνόμενον, τῶν ἐναντίων, ἢ πάσχει, ἐφιέμενον, ἡδονῆς ἐκ τοῦ πονεῖν, καὶ πληρώσεως ἐκ τῆς ἐνδείας· τὴν δὲ φύσιν ὡς μητέρα, ὥσπερ στοχαζομένην τῶν τοῦ πεπονθότος βουλημάτων, διορθοῦν τε καὶ πειρᾶσθαι ἐπανάγειν εἰς αὑτήν· καὶ ζήτησιν τοῦ ἀκεσομένου ποιουμένην, συνάψασθαι τῇ ζητήσει τῇ τοῦ πεπονθότος ἐπιθυμίᾳ, καὶ τὴν περάτωσιν ἐκ' ἐκείνου πρὸς αὐτὴν ἧκειν· ὥστε τὸ μὲν ἐπιθυμεῖν ἐξ αὐτοῦ εἶποι ἄν τις, πρὸς ἐπιθυμίαν ἴσως καὶ προθυμίαν, τὴν δὲ ἐξ ἄλλου καὶ δι' ἄλλο ἐπιθυμεῖν, τὴν δὲ τροζομένην ἢ μὴ, ἄλλην εἶναι.

dens ab inferente passionem corpus abducere, vertit in fugam : quod etiam admonuit, quod primo sustinuit passionem, dum ipsum quoque in ipsa contractione quodammodo fugeret : ita et hic sensus quidam perdiscit, et anima, quæ prope est, quam utique naturam dicimus vestigium vitæ corpori tribuentem. Igitur natura quidem concupiscentiam reportat jam adultam, velut finem concupiscentiæ in tali corpore jam exorsæ : sensus autem imaginationem, per quam anima jam, cujus est prosequi, vel prosequitur atque suggerit, vel repugnat et abstinet : neque consentit vel exordienti concupiscentiam, vel ei, quod post ejusmodi exordium concupiscit. Verum curnam duas concupiscentias ponimus, non autem solum tale quoddam corpus esse, quod appetat? Profecto si aliud est natura, aliud vero corpus tale a natura jam effectum : est enim natura antequam tale corpus efficiatur, cum ipsa corpus efficiat tale, fingens ipsum atque formans : necessarium est, neque animam ipsam inchoare cupiditatem, sed tale quoddam corpus, quod et patitur talia quædam : et quando dolet, contraria eorum, quæ patitur, appetit, cum ex languore oblectamentum, tum saturitatem ex indigentia. Naturam vero, ceu matrem quasi conjectantem desideria patientis, conari necesse est dirigere, et ad se ipsam id revocare, ac remedia languoribus quæritantem, ob inquisitionem ejusmodi cum patientis cupiditate conjungi, atque ita circumscriptionem hanc ab illo ad animam penetrare. Quamobrem dicet quispiam, corpus quidem tale appetere suapte natura, forsan videlicet, quantum spectat ad appetitionis properationisque incitamentum : naturam vero ex alio, et propter aliud affectare : at animam velut aliam esse, quæ vel obsequitur, vel potius adversatur.

Incitamentum ad concupiscenda oblectamenta corporea non oritur in ipsa animæ virtute concupiscente, sed in corpore tali, id est per animam affecto vitaliter. Id sane conjicimus : primo, quia, cum in corpore tali sit indigentia simul atque passio, merito appetitus hinc incitantur. Secundo, quoniam, quatenus aliter se habet corpus tale pro differentia ætatum, valetudinis, *habitus*, *loci*, *temporis*, catenus diversi surrepunt appetitus. Virtus autem concupiscendi in anima permanens non permutatur. Tertio, quia nonnunquam in tali corpore stimulus aliquis est ad aliquid, ad quod non statim vis ipsa concupiscendi se dirigit. Quarto, si etiam mox ad hoc intenderit, non tamen animus semper hoc admittit. Quinto, surgit sæpe in corpore depravato *stimulus* ad aliquid naturæ minime consentaneum, ut ad cinerem comedendum, quod natura corporeæ habitudinis moderatrix non adsciscit, neque coaptat corpori neque sibi : denique nec impletur, nec evacuatur, nec quomodolibet alteratur vis ipsa concupiscendi animæ insita ejusve idolo, sed corpus tale. Hinc igitur, non inde, appetitus ad talia suscitantur.

ΚΑ'. Ὅτι δὲ τοῦτό ἐστι, περὶ ὃ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ αἱ ἡλικίαι μαρτυροῦσιν αἱ διάφοροι. Ἄλλαι γὰρ παίδων καὶ μειρακίων καὶ ἀνδρῶν αἱ σωματικαὶ, ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων, τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τοῦ αὐτοῦ ὄντος. Δῆλον γὰρ ὅτι τὸ σωματικὸν καὶ σῶμα τοιόνδε εἶναι, τρεπόμενον παντοίας τροπὰς, παντοδαπὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἴσχειν· καὶ τὸ μὴ συνεπίρεσθαι δὲ πανταχοῦ ταῖς λεγομέναις προθυμίαις τὴν πᾶσαν ἐπιθυμίαν εἰς τέλος τῆς σωματικῆς μενούσης· καὶ τὸ τοῦ τὸν λογισμὸν εἶναι μὴ βούλεσθαι ἢ φαγεῖν ἢ πιεῖν, ἐπί τι προελθοῦσαν τὴν ἐπιθυμίαν λέγει, ὅσον ἦν ἐν τῷ τοιῷδε σώματι· τὴν δὲ φύσιν μὴ συνάψασθαι αὐτὴν, μηδὲ προθέσθαι, μηδὲ βούλεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ κατὰ φύσιν ἐχούσης ἄγειν εἰς φύσιν, ὡς ἂν αὐτὴν τῷ παρὰ φύσιν καὶ κατὰ φύσιν ἐπιστατοῦσαν. Εἰ δέ τις πρὸς τὸ πρότερον λέγοι ἀρκεῖν τὸ σῶμα διάφορον γιγνόμενον, διαφόρως τῷ ἐπιθυμητικῷ τὰς ἐπιθυμίας ποιεῖν· οὐκ αὐτάρκες λέγει πρὸς τὸ ἄλλου παθόντος ἄλλως αὐτὸ

XXI. Esse vero corpus tale, circa quod sit principium appetendi, testantur insuper differentes ætates : alii namque sunt appetitus corporei puerorum, adolescentum alii aliique virorum : item bene vel male valentium, dum ipsa concupiscendi virtus eadem interea permanet. Constat itaque corporeum quiddam esse, corpus, inquam, tale, quod, dum modis plurimis permutatur, incitat similiter quam plurimos appetitus. Declaratur idem, quod non ubique in hujusmodi incitamentis simul excitatur omnis concupiscentia, cum tamen corporea incitatio sæpe ad finem usque perduret. Præterea quod, et antequam ratio id deliberet, sæpe animus non vult comedere aut bibere, dum ad hæc concupiscentia vehemens impellit, quantum est in tali quodam corpore. Quin etiam, quod natura sæpe id, ad quod tale corpus incitat vel adsciscit, non adsciscit ipsa, neque vult in naturæ sedem adducere, quasi oblectamentum ejusmodi naturæ non congruat, et quasi naturæ ipsius sit statuere, quid naturæ consentaneum sit, quid non consentaneum. Si quis autem ad prius illud objiciat, sufficere corpus aliquando factum differens, differentes concupiscentias virtuti concupiscendi suggerere : haudquaquam dicit sufficienter, quantum spectat ad id,

ὑπὲρ ἄλλου διαφόρους ἐπιθυμίας ἔχειν, ὁπότε οὐδ' αὐτῷ γίγνεται τὸ ποριζόμενον. Οὐ γὰρ δὴ τῷ ἐπιθυμητικῷ ἡ τροφὴ, ἢ θερμότης καὶ ὑγρότης, οὐδὲ κίνησις, οὐδὲ κούφισις κενουμένου, οὐδὲ πλήρωσις μεστουμένου, ἀλλ' ἐκείνου πάντα.

quod alio patiente hæc ipsa virtus aliter alterius causa cupiditates habeat differentes, quando neque ipsa est, cui ex necessitate suggeritur. Non enim ad ipsam vim concupiscendi pertinet nutriri, vel calefieri, vel humefieri, vel permutari, vel evacuatione levari, vel saturitate repleri, sed ad tale corpus hæc omnia pertinent.

Terra cum animalia generat, sitque animalis mundani membrum et necessarium et minime contemnendum, est animal intellectuale atque divinum, habetque sensum : nam in anima vis judiciaria viget, quæ conjuncta corpori suo percipit et judicat sui corporis passiones, id autem est sentire : quanquam Plotinus et multi unicuique elementorum suam tribuunt animam. Poterit tamen aliquis forsan non absurde dicere, sphæras quidem cælestes, quia et immutabiles sunt, et permanent in se ipsis invicem non confuse, animas inter se distinctas habere : elementa vero, quoniam compositi gratia instituta sunt, et in se ipsis permutantur et invicem confunduntur, suntque in globum unum redacta numerisque competentibus in formam unam concorditer colligata, unicam cunctorum animam possidere, uni eorum materiæ complexionique humorum quasi quattuor prorsus accommodatam, vigentem in aere et igne quam plurimum, per hæc in aqua simul atque terra, cujus virtute vitalem vim composita etiam illa reportent : in quibus elementorum portiones simili quadam ad totum proportione ligantur : in terra quidem et aqua animalis manifesta, in aere vero dæmones habentes corpora connexa similiter, quamvis tenuia nobisque occulta.

ΚΒ'. Ἐπὶ δὲ τῶν φυτῶν ἆρα ἄλλο μὲν τὸ οἷον ἐναπηχηθὲν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, ἄλλο δὲ τὸ χορηγῆσαν; ὃ δὴ ἐπιθυμητικὸν μὲν ἐν ἡμῖν, ἐν ἐκείνοις δὲ φυτικόν· ἢ ἐν μὲν τῇ γῇ τοῦτο, ψυχῆς ἐν αὐτῇ οὔσης, ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς τὸ ἀπὸ τούτου. Ζητήσειε δ' ἄν τις πρότερον, τίς ψυχὴ ἐν τῇ γῇ, πότερα ἐκ τῆς σφαίρας τοῦ παντὸς, ἣν καὶ μόνην δοκεῖ ψυχοῦν πρώτως Πλάτων οἷον ἐλλαμψιν εἰς τὴν γῆν· ἢ πάλιν αὖ λέγων πρώτην καὶ πρεσβυτάτην θεῶν τῶν ἐντὸς οὐρανοῦ, καὶ αὐτῇ δίδωσι ψυχὴν, οἵαν καὶ τοῖς ἄστροις. Πῶς γὰρ ἂν θεὸς εἴη, εἰ μὴ ἐκείνην ἔχοι; ὥστε συμβαίνει καὶ τὸ πρᾶγμα, ὅπως ἔχει, ἐξευρεῖν δύσκολον, καὶ μείζω ἀπορίαν, ἢ οὐκ ἐλάττω, ἐξ ὧν εἴρηκεν ὁ Πλάτων, γίγνεσθαι. Ἀλλὰ πρότερον πῶς ἂν εὐλόγως ἔχειν τὸ πρᾶγμα δόξειε; τὴν μὲν οὖν φυτικὴν ψυχὴν, ὡς ἔχει ἡ γῆ, ἐκ τῶν φυομένων ἐξ αὐτῆς ἄν τις τεκμαίροιτο· εἰ δὲ καὶ ζῶα πολλὰ ἐκ γῆς γιγνόμενα ὁρᾶται, διὰ τί οὐ καὶ ζῶον ἄν τις εἴποι αὐτὴν εἶναι; ζῶον δὲ τοσοῦτον οὖσαν καὶ οὐ σμικρὰν μοῖραν τοῦ παντὸς διὰ τί οὐ καὶ νοῦν ἔχειν φήσειε καὶ οὕτω θεὸν εἶναι; εἴπερ δὲ καὶ τῶν ἄστρων ἕκαστον, διὰ τί οὐ καὶ τὴν γῆν ζῶον, μέρος τοῦ παντὸς ζώου οὖσαν; οὐ γὰρ δὴ ἔξωθεν μὲν συνέχεσθαι ὑπὸ ψυχῆς ἀλλοτρίας φατέον, ἔνδον δὲ μὴ ἔχειν, ὡς οὐ δυναμένης καὶ αὐτῆς ἔχειν οἰκείαν. Διὰ τί γὰρ τὰ μὲν πύρινα δύναται, τὸ δὲ γήϊνον οὔ; σῶμα γὰρ ἑκάτερον, καὶ οὐκ ἴνες ἐκεῖ, οὐδὲ σάρκες, οὐδ' αἷμα, οὐδὲ ὑγρόν· καίτοι ἡ γῆ ποικιλώτερον, καὶ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων. Εἰ δ' ὅτι δυσκίνητον, τοῦτο πρὸς τὸ μὴ κινεῖσθαι ἐκ τόπου λέγοι τις ἄν, ἀλλὰ τὸ αἰσθάνεσθαι πῶς; πῶς γὰρ καὶ τὰ ἄστρα; οὐ γὰρ δὴ οὐδὲ σαρκῶν τὸ αἰσθάνεσθαι, οὐδ' ὅλως σῶμα δοτέον τῇ ψυχῇ, ἵνα αἰσθάνοιτο, ἀλλὰ τῷ σώματι δοτέον ψυχὴν, ἵνα ᾖ καὶ σώζοιτο τὸ σῶμα· κριτικῇ δὲ οὔσῃ τῇ ψυχῇ ὑπάρχει βλεπούσῃ εἰς σῶμα καὶ τῶν τούτου παθημάτων τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι. Τίνα οὖν παθήματα γῆς, καὶ τίνων αἱ κρίσεις; ἔπειτα καὶ τὰ φυτὰ, καθ' ὅσον γῆς, οὐκ αἰσθάνεται. Τίνων οὖν αἰσθήσεις; καὶ διὰ τίνων; ἢ οὐ τολμητέον, καὶ ἄνευ ὀργάνων γίγνεσθαι αἰσθήσεις; καὶ εἰς τίνα δὲ χρείαν τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτῇ; οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ γιγνώσκειν· ἀρκεῖ γὰρ ἡ τοῦ

XXII. Numquid etiam in plantis aliud quidem est, quod quasi proprium earum in corporibus inseratur [*vel* in c. resonet], aliud vero, quod suppeditet? Quod in nobis quidem dicitur concupiscendi virtus, in illis vero dicitur vegetalis : forsan vero in terra quidem est ejusmodi virtus, cum anima sit in ipsa, in plantis autem est, quod ab hac virtute procedit. Opportune vero quispiam prius interrogabit, quænam anima sit in terra, utrum ex ipsa universi sphæra, quam Plato solam primo animare videtur, velut fulgor aliquis micet in terram : an potius dicendum sit, Platonem terræ animam tribuere qualem stellis : ubi rursus ait, terram esse primam antiquissimamque deorum omnium qui cælo includuntur. Quo enim pacto terra poterit judicari dea, nisi habuerit animam? Unde contingit, ut difficile sit inventu, qua res hæc ratione se habeat, atque major, vel certe non minor, ex Platonis dictis ambiguitas oriatur. Sed certe in primis quonam pacto sententiam rationi consentaneam investigare poterimus? Principio terram habere animam vegetalem, per ea, quæ ex ipsa nascuntur, conjectare quis poterit : quodsi animalia etiam multa ex terra generari videntur, quidnam prohibet, eam esse animal judicare? Cum vero tam ingens animal sit, neque exigua quædam mundi portio, cur non etiam habere mentem, atque ita deum esse dicamus? Jam vero si quamlibet stellam esse dicimus animal, quid prohibet terram quoque, cum sit totius animalis pars, animal confiteri? Non enim putandum est, eam extrinsecus quidem ab aliena anima contineri, intrinsecus vero animam non habere, quasi ipsa sola animam habere propriam nequeat : cur enim ignea quidem possint, terrenum vero non possit? nempe utrumque corpus est, neque ibi sunt venæ, nervi, carnes, sanguis, humor, tametsi terra est majori admodum varietate munita, et omnibusque corporibus constituitur. Si quis autem objiciat, quod inepta sit ad motum, id quidem dicere quis poterit ex eo duntaxat, quod e loco proprio non moveatur. Quæret et aliquis, quomodo terra sentire possit : quæremus et nos similiter, quo pacto sentire possint stellæ. Jam vero neque carnium est sentire, neque omnino tribuendum est animæ corpus, ut inde sentiat, sed corpori potius anima tribuenda, ut sit corpus atque servetur. Profecto cum anima vim judiciariam habeat, habet et facultatem, per quam, dum spectat in corpus, de passionibus illius valeat judicare. Quænam vero passiones sunt terræ? quorum re judicia? Præterea plantæ, quatenus terræ aliquid sunt, non sentiunt. Quorumnam igitur sunt sensus? et per quæ sunt? An forte non audendum est asserere, absque instrumentis fieri sensus? Item, ad quem usum sensus terræ conducit? non enim ad cognitionem : sufficit enim fortasse cognitio,

σονεῖν ἴσως γνῶσις, οἷς μὴ ἐκ τοῦ αἰσθάνεσθαι γίγνεται τις χρεία· ἢ τοῦτο μὲν οὐκ ἄν τις συγχωρήσειεν· ἔστι γὰρ καὶ παρὰ τὴν χρείαν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἰδήσις τις οὐκ ἄμουσος, οἷον ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων, καὶ οὐρανοῦ, καὶ γῆς· αἱ γὰρ τούτων αἰσθήσεις καὶ παρ' αὐτῶν ἡδεῖαι. Τοῦτο μὲν οὖν σκεπτέον ὕστερον· νῦν δὲ πάλιν, εἰ αἱ αἰσθήσεις τῇ γῇ καὶ ζώων τίνων αἱ αἰσθήσεις, καὶ πῶς; ἢ ἀναγκαῖον πρότερον ἀναλαβεῖν τὰ ἀπορηθέντα, καὶ καθόλου λαβεῖν, εἰ ἄνευ ὀργάνων ἐστὶν αἰσθάνεσθαι, καὶ εἰ πρὸς χρείαν αἱ αἰσθήσεις, κἂν εἰ ἄλλο τι παρὰ τὴν χρείαν γίγνοιτο.

quæ consistit in sapientia, quibus ex actu sentiendi nulla proventura utilitas : an forte est hoc quispiam non concesserit? Est enim et præter utilitatem in rebus, quæ sentiuntur, cognitio quædam a Musis non aliena, velut solis et siderum reliquorum, cælique et terræ spectaculum : hæc enim spectare per se ipsum etiam est jucundum. Hoc igitur in sequentibus erit considerandum : in præsentia vero rursus investigandum, num insint terræ sensus, et quorum animalium sit sentire, et qua id ratione fiat. Forsan vero necessarium prius est, quæ sunt dubitata, resumere, et universe comprehendere, numquid absque instrumentis sensus efficere valeat, et num utilitatis gratia instituti sint sensus, etiam si quid aliud ex his accidat præter usum.

Sentire non est simpliciter cognoscere sensibilia, sed per passiones sive impressiones quasdam factas vel à rebus sentiendis prope animam, vel ab anima circa eas. Anima ab omni corpore separata sicut in se vivit, sic ad se conversa per formas sibi insitas a divinis divina cognoscit : perque illa velut principia comprehendit et sensibilia, neque tamen hoc est sentire : nequit enim sentire tunc corporalia, quia nullam habet cum eis proportionem, per quam impressio ulla, vel expressio inter hanc et illa fiat : sed quando corpori conjuncta est, spiritu utitur ut instrumento quodam medio inter eam atque externa, proportionem inter utraque faciente, in quo qualitates vel passiones extrinsecus venientes in speciem spiritalem puramque evadunt animæque propinquam, adeo ut per hanc anima formas excitet sensibilium in se latentes : quæ quidem excitatio est sentire. Id vero totum diligentius in libro Theophrasti de anima una cum Prisciano et Iamblicho declaramus.

ΚΓ'. Δεῖ δὴ θέσθαι ὡς τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν αἰσθητῶν ἐστι τῇ ψυχῇ ἢ τῷ ζώῳ ἀντίληψις, τὴν προσοῦσαν τοῖς σώμασι ποιότητα συνιείσης, καὶ τὰ εἴδη αὐτῶν ἀποματτομένης· ἢ τοίνυν μόνη ἐφ' ἑαυτῆς ἀντιλήψεται, ἢ μετ' ἄλλου. Μόνη μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἑαυτῆς πῶς; ἐφ' ἑαυτῆς γὰρ τῶν ἐν αὐτῇ καὶ μόνον νόησις· εἰ δὲ καὶ ἄλλων, δεῖ πρότερον καὶ ταῦτα ἐσχηκέναι, ἢ τι ὁμοιωθεῖσαν, ἢ τῷ ὁμοιωθέντι συνοῦσαν· ὁμοιωθῆναι μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῆς μένουσαν οὐχ οἷόν τε. Πῶς γὰρ ἂν ὁμοιωθείη σημεῖον γραμμῇ; ἐπεὶ οὐδὲ ἡ νοητὴ τῇ αἰσθητῇ ἂν γραμμῇ ἐφαρμόσειεν· οὐδὲ τὸ νοητὸν πῦρ ἢ ἄνθρωπος, τῷ αἰσθητῷ πυρὶ ἢ ἀνθρώπῳ. Ἐπεὶ οὐδ' ἡ φύσις ἡ ποιοῦσα τὸν ἄνθρωπον τῷ γενομένῳ ἀνθρώπῳ εἰς ταὐτόν· ἀλλὰ μόνη, κἂν εἰ οἷόν τε τῷ αἰσθητῷ ἐπιβάλλειν, τελευτήσει εἰς τὸ τοῦ νοητοῦ σύνεσιν, ἐκφυγόντος τοῦ αἰσθητοῦ αὐτήν, ὡς ἐχούσης, ὅτῳ αὐτοῦ λάβοιτο. Ἐπεὶ καὶ τὸ ὁρατὸν ὅταν ψυχὴ πόρρωθεν δρᾷ, κἂν ὅτι μάλιστα εἰδώς εἰς αὐτὴν ἥκῃ ἀρχόμενον τὸ πρὸς αὐτὴν οἷον ἀμερές ὄν, λήγει εἰς τὸ ὑποκείμενον χρῶμα καὶ σχῆμα, ὅσον ἐστὶν ἐκεῖ ὁρώσης. Οὐ τοίνυν δεῖ μόνα ταῦτα εἶναι, τό τε ἔξω καὶ τὴν ψυχήν, ἐπεὶ οὐδ' ἂν πάθοι, ἀλλὰ δεῖ τὸ πεισόμενον τρίτον εἶναι· τοῦτο δέ ἐστι τὸ τὴν ὕλην δεξόμενον. Συμπαθὲς ἄρα καὶ ὁμοιοπαθὲς δεῖ εἶναι καὶ ὕλης μιᾶς, καὶ τὸ μὲν παθεῖν, τὸ δὲ γνῶναι καὶ τοιοῦτον γενέσθαι τὸ πάθος, οἷον σώζειν μέν τι τοῦ πεποιηκότος, μὴ μέντοι ταὐτὸν εἶναι· ἀλλὰ ἅτε μεταξὺ τοῦ πεποιηκότος καὶ ψυχῆς ὄν, τὸ πάθος ἔχειν μεταξὺ αἰσθητοῦ καὶ νοητοῦ κείμενον, μέσον ἀνάλογον συνάπτον πως τὰ ἄκρα ἀλλήλοις, δεκτικὸν ἅμα καὶ ἀπαγγελτικὸν ὑπάρχον, ἐπιτήδειον ὁμοιωθῆναι ἑκατέρῳ. Ὄργανον γὰρ ὂν γνώσεώς τινος οὔτε ταὐτὸν δεῖ τῷ γιγνώσκοντι εἶναι οὔτε τῷ γνωσθησομένῳ, ἐπιτήδειον δὲ ἑκατέρῳ ὁμοιωθῆναι, τῷ μὲν ἔξω διὰ τοῦ παθεῖν, τῷ δὲ εἴσω διὰ τοῦ τὸ πάθος αὐτοῦ εἶδος γενέσθαι. Εἰ δὴ τοίνυν ὑγιὲς λέγομεν, δι' ὀργάνων δεῖ

XXIII. Asserendum est itaque, sensum circa sensibilia esse perceptionem in anima vel animali : perceptionem, inquam, in virtute adhærentem corporibus qualitatem percipiente, speciemque illorum sibi quodammodo figurante. Si ita est, vel anima sola in se ipsa permanens sensibilia, aut cum alio potius, apprehendet : sola vero et in se ipsa vivens quonam pacto poterit? Dum enim in se ipsa est, similiter, quæ in se ipsa sunt, percipit, solaque intelligentia utitur. Quod si tunc et alia percipit, oportet prius etiam hæc habuisse, sive similem his effectam, sive congredientem alicui aliquando facto persimili : similem quidem his eam effici in se ipsa manentem est impossibile. Qua enim conditione signum simile possit lineæ fieri? quando neque intelligibilis quidem linea sensibili lineæ congruere valeat : neque ignis vel homo intelligibilis sensibili vel igni vel homini. Siquidem neque ipsa quidem natura, quæ generat hominem, in idem cum homine genito concurrere valet. Jam vero si anima secum ipsa vivens possit sensibile intueri, inde mox in cognitionem intelligibilis dirigetur, subterfugiente eam sensibili, non habentem videlicet, quo excipiat ipsum. Quandoquidem et cum anima visibile quiddam prospicit eminus, quamvis maxime tanquam species in animam veniat, tamen, quod exorditur penes animam velut impartibile, desinit in subjectum colorem atque figuram, quantum id sit ibi discernente. Non igitur oportet sola hæc adesse, scilicet quod extrinsecus est et animam : sic enim nulla hic passio fieret, sed oportet tertium quiddam esse, quod sit passurum. id autem est, quod accipiet formam. Oportet itaque hoc una cum sensibili in quadam passionis communione et in una materia convenire, et hoc quidem pati, aliud vero quiddam cognoscere passionem, talemque fieri passionem, ut servet quidem nonnihil efficientis, non tamen sit idem. Verum id, quod patitur, tanquam medium quiddam inter passionis auctorem atque animam, habere passionem inter sensibile et intelligibile mediam : quod quidem congrua utrimque proportione inter se extrema conciliet, sitque acceptor simul et nuntius : quippe cum commode reddi possit utrique consimile. Cum enim cognitionis alicujus instrumentum sit, oportet neque cognoscenti neque cognoscendo idem esse, sed facile admodum utrique simile fieri, externo quidem objecto propterea, quod patiatur, intimæ vero virtuti, quia species quædam sit ejusmodi passio. Quam ob rem, si recte loquimur, oportet sensus per in-

σωματικῶν τὰς αἰσθήσεις γίγνεσθαι· καὶ γὰρ τοῦτο ἀκόλουθον, τῷ τὴν ψυχὴν πάντῃ σώματος ἔξω γενομένην μηδενὸς ἀντιλαμβάνεσθαι αἰσθητοῦ, τὸ δὲ ὄργανον δεῖ, ἢ πᾶν τὸ σῶμα ἢ μέρος τι πρὸς ἔργον τι ἀφωρισμένον εἶναι, οἷον ἐπὶ ἁφῆς καὶ ὄψεως. Καὶ τὰ τεχνητὰ δὲ τῶν ὀργάνων ἴδοι τις ἂν μεταξὺ τῶν κρινόντων καὶ τῶν κρινομένων γιγνόμενα καὶ ἀπαγγέλλοντα τῷ κρίνοντι τὴν τῶν ὑποκειμένων ἰδιότητα. Ὁ γὰρ κανὼν, τῷ εὐθεῖ τῷ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ ἐν τῷ ξύλῳ συναφάμενος, ἐν τῷ μεταξὺ τεθεὶς τὸ κρίνειν τῷ τεχνίτῃ τὸ τεχνητὸν ἔδωκεν· εἰ δὲ συνάπτειν δεῖ τὸ κριθησόμενον τῷ ὀργάνῳ, ἢ καὶ διά τινος μεταξὺ διεστηκότος πόρρω τοῦ αἰσθητοῦ, οἷον εἰ πόρρω τὸ πῦρ τῆς σαρκὸς, τοῦ μεταξὺ μηδὲν παθόντος, ἢ οἷον εἰ κενόν τι εἴη μεταξὺ ὄψεως καὶ χρώματος, δυνατὸν ὁρᾶν τῇ δυνάμει τοῦ ὀργάνου παρόντος, ἑτέρου λόγου. Ἀλλ' ὅτι ψυχῆς ἐν σώματι καὶ διὰ σώματος ἡ αἴσθησις, δῆλον.

strumenta corporea fieri : hoc enim et ei consequens est, quod diximus, animam, si omnino sit extra corpus, nullum sensibile percepturam. Instrumentum vero necesse est aut totum corpus esse, aut membrum aliquod ad certum opus determinatum, velut in tactu atque visu videmus accidere. Tum vero facile quivis aspiciet artificum instrumenta media inter judicantes atque judicata, significantiaque judicanti subjectarum rerum proprietatem. Regula enim accommodata rectitudini, cum quæ est in animo, tum quæ est in ligno, recteque inmedio posita, judici dat judicandi operis facultatem. Alterius vero disputationis esset inquirere, utrum conjungere prorsus oporteat instrumento id, quod est judicandum, an etiam per aliquod medium procul a re sentienda distante fiat sensus : ceu si ignis sit procul a carne, medio nihil patiente : vel, sicut si vacuum quiddam sit medium inter visum atque colorem, numquid videri possit instrumento præsente potentiæ. Constat autem sensum ad animam pertinere in corpore duntaxat viventem atque per corpus expleri.

Cum animam corpori conjunctam necessario consequatur sensus, animæ sphærarum, stellarum, mundi sentiunt. Mundus sentit per aliam sui partem vicissim partem aliam : item per totum partes. Præterea totius habitudinem quasi quodam sui consensu sentit : per amplissimam sphæram præcipue, quasi per oculum, intus omnia contuetur. Si enim tu per oculum tuum, quoniam animatus est et diaphanus atque lucidus, quam plurima vides, ac per radium ejus ad cælestia procedentem cælestia suspicis, cur non et mundus per cælestem oculum suum vivum, perspicuum, incidum, radiosque suos ad omnia diffundentem omnia cernat?

ΚΔ'. Τὸ δὲ εἰ τῆς χρείας μόνον ἡ αἴσθησις ὧδε σκεπτέον. Εἰ δὴ ψυχὴ μὲν μόνη, οὐκ ἂν αἴσθησις γίγνοιτο, μετὰ δὲ σώματος αἱ αἰσθήσεις, διὰ σῶμα ἂν εἴη, ἐξ οὗπερ καὶ αἰσθήσεις, καὶ διὰ σώματος κοινωνίαν δοθεῖσα, καὶ ἤτοι ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθούσης (ὅτι γὰρ πάσχει τὸ σῶμα, καὶ φθάνει τὸ πάθος μεῖζον ὂν μέχρι ψυχῆς), ἢ καὶ μεμηχάνηται ὅπως, καὶ πρὶν μεῖζον γενέσθαι τὸ ποιοῦν, ὥστε καὶ φθεῖραι, ἢ καὶ, πρὶν πλησίον γενέσθαι, φυλάξασθαι. Εἰ δὴ τοῦτο, πρὸς χρείαν ἂν εἶεν αἱ αἰσθήσεις· καὶ γὰρ, εἰ καὶ πρὸς γνῶσιν τῷ μὴ ἐν γνώσει ὄντι, ἀλλ' ἀμαθαίνοντι διὰ συμφοράν, καὶ ἵνα ἀναμνησθῇ διὰ λήθην, οὕτω μήτε ἐν χρείᾳ, μήτε ἐν λήθῃ. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐ περὶ τῆς γῆς ἂν μόνον εἴη σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄστρων ἁπάντων, καὶ μάλιστα περὶ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ κόσμου. Μέρεσι μὲν γὰρ πρὸς μέρη, οἷς καὶ τὸ παθεῖν ὑπάρχει, γένοιτο ἂν αἴσθησις κατὰ τὸν παρόντα λόγον· ὅλῳ δὲ πρὸς αὐτὸ τίς ἂν εἴη ἀπαθῶς ἔχοντι παντὶ ἑαυτοῦ πρὸς ἑαυτόν; καὶ γὰρ εἰ δεῖ τὸ μὲν ὄργανον τοῦ αἰσθανομένου εἶναι, ἕτερον δὲ παρὰ τὸ ὄργανον τὸ οὗ αἰσθάνεται ὑπάρχειν, τὸ δὲ πᾶν ὅλον ἐστὶν, οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ τὸ μὲν δι' οὗ, τὸ δὲ οὗ ἡ αἴσθησις· ἀλλὰ συναίσθησιν μὲν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἡμῶν συναισθανόμεθα, δοτέον, αἴσθησιν δὲ ἀεὶ ἑτέρου οὖσαν, οὐ δοτέον· ἐπεὶ καὶ ὅταν ἡμεῖς παρὰ τὸ καθεστὼς ἀεί τινος τῶν ἐν τῷ σώματι ἀντιλαμβανώμεθα, ἔξωθεν προσελθόντος ἀντιλαμβανόμεθα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐφ' ἡμῶν οὐ μόνον τῶν ἔξωθεν ἡ ἀντίληψις, ἀλλὰ καὶ μέρει μέρους, τί κωλύει καὶ τὸ πᾶν τῇ ἀπλανεῖ τὴν πλανωμένην ὁρᾶν, καὶ ταύτῃ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ βλέπειν; καὶ εἰ μὴ ἀπαθῆ ταῦτα τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ ἄλλας αἰσθήσεις ἔχειν; καὶ τὴν ὅρασιν μὴ μόνον ὡς καθ' αὑτὴν τῆς ἀπλανοῦς εἶναι,

XXIV. Sed numquid utilitatis solius gratia tributus a natura sit sensus, ita est indagandum. Profecto, si animæ, dum sola vivit, sensus minime convenit, sed una cum corpore adhibentur et sensus, nimirum propter ipsum corpus, ex quo et sensus prodeunt, ac propter corporis societatem datus est sensus : sive ex necessitate aliqua consequatur, dum, quicquid patitur corpus, modo sit passio vehemens, ad animam usque pertransit : sive provisum sit, quo videlicet caveatur, antequam passio usque adeo invalescat, ut perdat, vel priusquam nimis propinquet, quod passionem infert. Quod si ita est, gratia usus dati sunt sensus : etsi enim ad notitiam dati sint, non ei, qui cognitionem possideat, ita sunt dati, sed ignaro ob infortunium et oblivioso, ut quandoque reminiscatur : sic utique ei, qui neque egeat, neque obliviscatur, minime fuerint attributi. Verum si id ita se habeat, non solum considerandum erit nobis de terra, sed de omnibus stellis, præsertim de toto cælo atque mundo. Partibus enim ad partes, quibus et pati contingit, secundum præsentem rationem sensus quoque conveniet. Toti vero ad se ipsum quisnam sensus inerit, cum ad se ipsum passionis ubique sit expers? etenim si oportet aliud quidem esse sentientis instrumentum, aliud vero præter instrumentum id esse, quod sentitur, universum vero est et totum, nimirum non erit in eo aliud quidem, per quod efficiatur sensus, aliud vero, quod sensu percipiatur. Ceterum oportet ei consensum quidem sui ipsius quendam tribuere, quemadmodum et nos quendam nostri consensum in nobis habemus : sensum vero, qui semper intendatur in aliud, minime : quoniam et nos, quando præter habitum naturalem aliquid singulatim in corpore nostro percipimus, accedens quidam ab externis tunc attingimus. Verum quemadmodum in nobis non solum externorum est apprehensio, verum parti etiam erga partem, quidnam prohibet mundum etiam per inerraticam regionem erraticam intueri, perque hanc prospicere terram, et, quæ in terra sunt, contueri? Quod si hæc differentes ab aliis passiones habent, nihil prohibet differentes quoque sensus habere. Præterea visionem inerraticæ regionis non solum esse secundum se ipsam, verum

ἀλλ' ὡς ὀφθαλμοῦ ἀπαγγέλλοντος τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ, ἰ εἶδε. Καὶ γὰρ, εἰ τῶν ἄλλων ἀπαθὴς, διὰ τί ὡς ὄμμα οὐκ ὄψεται φωτοειδὲς ἐμψυχον ὄν; Ἀλλ' ὀμμάτων, φησὶν, οὐκ ἐπεδεῖτο· ἀλλ' εἰ ὅτι μηδὲν ἔξωθεν ὑπελέλειπτο ὁρατὸν, ἀλλ' ἔνδον γε ἦν, καὶ ἑαυτὸν ὁρᾷν οὐδὲν ἐκώλυσεν. Εἰ δ' ὅτι μάτην ἂν ἦν αὐτὸν ὁρᾷν, ἔστω μὴ προηγουμένως μὲν οὕτως ἕνεκα τοῦ ὁρᾷν γεγονέναι, ἀκολουθεῖν δὲ τῷ οὕτως ἔχειν ἐξ ἀνάγκης· διὰ τί οὐκ ἂν εἴη τοιούτῳ, ὄντι σώματι διαφανεῖ, τὸ ὁρᾷν;

etiam hanc ipsam regionem esse quasi oculum, ea, quæ videt, totius animæ nuntiantem : etsi enim passiones alias non admittit, quid tamen obstat, quominus videat tanquam oculus, cum sit lucidum quiddam et animatum? Sed hic obstare Plato videbitur dicens, cælum oculis non egere : verum, etsi nihil relictum est extra videndum, ideoque non ejusmodi indiguit oculis, attamen intus inest, quod videatur, nihilque prohibet videre se ipsum. At si quis objiciat, non expedire sensum, quia vanum sit se ipsum cernere : esto quidem non ex principali quodam consilio mundus sic vivendi gratia constitutus, sed enim ita natura comparatum, ut id quoque necessario consequatur : ideoque nihil obstabit, quin per corpus ejusmodi perspicuum videatur.

Animæ sphærarum stellarumque et anima mundi humana vident atque audiunt : sed interim talia se sentire minime sentiunt, quoniam imaginatio, ad quam talis animadversio pertinet, intentissima semper est ad intelligentiarum notas in se fingendas. Et si sentire se nostra forsan non animadvertunt, tamen precantibus benefaciunt qualicumque sensu et occulto quodam naturæ conversu. Hæc Plotini sententia est inter objectiones ex textu mendoso. Dicet fortasse quispiam, imaginationes cælestium animarum alio efficaces esse, ut vel intelligibilium notas derivent in sensibilia, atque ita intrinsecus quodammodo sentiant, vel quasi valeant tam sensibilia quam intelligibilia miris quibusdam modis imaginari.

ΚΕ'. Ἡ οὐκ ἀρκεῖ εἶναι τὸ δι' οὗ, ἵνα ὁρᾷ, καὶ ὥσπερ αἰσθάνηται, ἀλλὰ δεῖ τὴν ψυχὴν οὕτως ἔχειν, ὡς πρόσω πρὸς τὰ αἰσθητά. Τῇ δὲ ψυχῇ ὑπάρχει ἀεὶ πρὸς τοῖς νοητοῖς εἶναι, κἂν οἷόν τε ἦ αὐτῇ αἰσθάνεσθαι, οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτο τῷ πρὸς χρείττοσιν εἶναι, ἅτε καὶ ἡμῖν σφόδρα πρὸς τοῖς νοητοῖς οὖσιν, ὅτι ἐπὶ πολὺ, λανθάνουσι καὶ ὄψεις καὶ αἰσθήσεις ἄλλαι, κἂν πρὸς ἕτερόν τι δὲ ὅλως, τὰ ἕτερα λανθάνει. Ἐπεὶ καὶ τὸ μέρει τινὶ μέρους ἀντιλαμβάνεσθαι θέλειν, οἷον ἑαυτὸν ἐν τῷ καταβλέπειν, περίεργον καὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ εἰ μὴ ἐπί τινος, μάτην· ἀλλ' οὔτε ὄψιν ὡς καλοῦ ὁρᾷν πεπονθότος καὶ ἐνδεοῦς. Ὀσφραίνεσθαι δὲ καὶ ἀκούειν καὶ γεύεσθαι χυμῶν, περιστάσεις ἄν τις καὶ περιελκυσμοὺς τῆς ψυχῆς θείτο, ἥλιον δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα κατὰ συμβεβηκὸς ὁρᾷν καὶ ἀκούειν. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐπιστρέφεσθαι δι' ἄμφω, οὐκ ἄλογος ἡ θέσις· ἀλλ' εἰ ἐπιστρέφοιτο, καὶ μνημονεύσει· ἢ ἄτοπον, ὧν εὐεργετεῖ, μὴ μνημονεύειν. Πῶς οὖν εὐεργετεῖ, εἰ μὴ μνημονεύει;

XXV. Fortasse vero non satis est adesse instrumentum, per quod agatur ad hoc, ut videat, omninoque sentiat, sed oportet animam sic se habere, ut quodammodo sensibilibus annuat. Animæ vero ipsi convenit, ut semper penes intelligibilia sit, ac, si fieri possit, ut sentiat, non propterea id ei conveniet, quod potioribus ipsis incumbat : quando et nos, dum impensius intelligendis incumbimus, latent interea visiones sensusque alii : et omnino, si intendimus in aliud diligenter, cetera latent. Quin etiam, si alia sui parte partem aliam apprehendere studeat, velut si se ipsum perspiciat, supervacuum id quidem etiam in nobis erit, ac, nisi alicujus gratia id agatur, erit vanum : tum spectare aliud tanquam pulchrum, patientis est atque indigentis. Olfactum vero atque auditum, gustumque liquorum distractiones quasdam et ductus quosdam animæ circum ad exteriora tendentes quispiam ponat, solem autem stellasque alias per accidens videre atque audire. Quodsi per utraque ponat converti, non erit absurda positio : verum si convertantur, etiam rerum meminerint humanarum : fortasse enim absurdum foret, nisi recordentur eorum, quibus sedulo benefaciunt : alioquin, nisi sint memores, quomodo benefacient?

Sphæræ mundi stellæque sensus habent et preces nostras exaudiunt. Cælestia visum quidem habent, etsi specie differentem a nostro visu, generali tamen natura convenientem, natura scilicet viva, perspicua, lucida. Dicuntur et auditum habere, sed genere quodam ab auditu nostro longe diversum, quia videlicet audientium exaudientiumque more sæpe voventium preces imitentur. Inter omnes mundi partes, quasi unius animalis membra, dicitur esse communio quædam vel contiguitas vel continuitas, aut unio, cujus quidem quinque fundamenta videntur. Primum est una omnium ubique materia. Secundum concordia qualitatum : nam sicut elementa, quamvis discordia, quibusdam tamen proximis inter se qualitatibus concordia sunt, sic et rerum omnium gradus sive componantur ex elementis, sive non componantur, quamvis inter se differentes, tamen concordibus extremis terminis se contingunt. Tertium spiritus ubique unus : nam sicut cœlum unus est spiritus in excelsis, sic intra cælum unus mundi spiritus vel cælestis omnino, vel cælo simillimus omnibus est infusus, quo et cælitus regantur omnia, et anima mundi inferioribus quoque corporibus per spiritum conjungatur, et omnia per hunc viventia coalescant : spiritum intellige spiritui nostro consimilem. Quartum est una natura genitalis omnia fovens per spiritum sequentibus colligata. Quintum anima mundi ubique una per naturam spiritui ceterisque connexa. Per hanc igitur unionem fundamentis quinque constantem, vehementissimus quisque cantus sive voventium pervenit ad cælestia, sive cælestium pervenit ad voventes ; præsertim si non solum anima mundi, sed etiam divinæ omnes sunt ubique præsentes : quamvis alicubi potius actiones suas quandoque declarent. Quod velle videntur Plotinus Porphyriusque et Iamblichus. Præsentissimus autem singulis adest primus ipse deus omnium potentissimus imperioque latissimus : anima terræ sensus omnes exercet per spiritum ibi quasi cælestem et cælestium radiis illustratum, suæque naturæ subjectum et terrena regentem : præterea preces exaudit.

ΚΣ'. Γίγνονται δὲ εὐχῶν γνώσεις κατὰ οἷον σύντονόν τινα καὶ κατὰ τοιάνδε σχέσιν ἐναρμοζομένων, καὶ αἱ ποιήσεις οὕτως· καὶ ἐν ταῖς μάγων τέχναις εἰς τὸ συνεχὲς πᾶν ταῦτα δὲ δυνάμεσιν ἐπομέναις συμπαθῶς. Εἰ δὲ τοῦτο, διὰ τί οὐ καὶ τὴν γῆν αἰσθάνεσθαι δώσομεν, ἀλλὰ ποίας αἰσθήσεις; ἢ διὰ τί οὐ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν;

XXVI. Cognoscunt et vota nostra velut secundum quendam contactum certamque habitudinem cunctorum ubique contemperatam : eademque ratione procedunt effectiones. Quin etiam in magorum artibus totum peragitur in contiguum. Hæc autem in viribus quibusdam consistunt, se invicem mutua quadam compassione sequentibus. Si vero id ita se habet, cur non et terram sentire dicamus? Sed quosnam huic sensus attribuemus? Primo quidem cur non

σωματικῶν τὰς αἰσθήσεις γίγνεσθαι· καὶ γὰρ τοῦτο ἀκόλουθον, τῷ τὴν ψυχὴν πάντῃ σώματος ἔξω γενομένην μηδενὸς ἀντιλαμβάνεσθαι αἰσθητοῦ, τὸ δὲ ὄργανον δεῖ, ἢ πᾶν τὸ σῶμα ἢ μέρος τι πρὸς ἔργον τι ἀφωρισμένον εἶναι, οἷον ἐπὶ ἁφῆς καὶ ὄψεως. Καὶ τὰ τεχνητὰ δὲ τῶν ὀργάνων ἴδοι τις ἂν μεταξὺ τῶν κρινόντων καὶ τῶν κρινομένων γιγνόμενα καὶ ἀπαγγέλλοντα τῷ κρίνοντι τὴν τῶν ὑποκειμένων ἰδιότητα. Ὁ γὰρ κανὼν, τῷ εὐθεῖ τῷ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ ἐν τῷ ξύλῳ συναφάμενος, ἐν τῷ μεταξὺ τεθεὶς τὸ κρίνειν τῷ τεχνίτῃ τὸ τεχνητὸν ἔδωκεν· εἰ δὲ συνάπτειν δεῖ τὸ κριθησόμενον τῷ ὀργάνῳ, ἢ καὶ διά τινος μεταξὺ διεστηκότος πόρρω τοῦ αἰσθητοῦ, οἷον εἰ πόρρω τὸ πῦρ τῆς σαρκὸς, τοῦ μεταξὺ μηδὲν παθόντος, ἢ οἷον εἰ κενόν τι εἴη μεταξὺ ὄψεως καὶ χρώματος, δυνατὸν ὁρᾶν τῇ δυνάμει τοῦ ὀργάνου παρόντος, ἑτέρου λόγου. Ἀλλ' ὅτι ψυχῆς ἐν σώματι καὶ διὰ σώματος ἡ αἴσθησις, δῆλον.

strumenta corporea fieri : hoc enim et ei consequens est, quod diximus, animam, si omnino sit extra corpus, nullum sensibile percepturam. Instrumentum vero necesse est aut totum corpus esse, aut membrum aliquod ad certum opus determinatum, velut in tactu atque visu videmus accidere. Tum vero facile quivis aspiciet artificum instrumenta media inter judicantes atque judicata, significantiaque judicanti subjectarum rerum proprietatem. Regula enim accommodata rectitudini, cum quæ est in animo, tum quæ est in ligno, recteque inmedio posita, judici dat judicandi operis facultatem. Alterius vero disputationis esset inquirere, utrum conjungere prorsus oporteat instrumento id, quod est judicandum, an etiam per aliquod medium procul a re sentienda distante fiat sensus : ceu si ignis sit procul a carne, medio nihil patiente : vel, sicut si vacuum quiddam sit medium inter visum atque colorem, numquid videri possit instrumento præsente potentiæ. Constat autem sensum ad animam pertinere in corpore duntaxat viventem atque per corpus expleri.

Cum animam corpori conjunctam necessario consequatur sensus, animæ sphærarum, stellarum, mundi sentiunt. Mundus sentit per aliam sui partem vicissim partem aliam : item per totum partes. Præterea totius habitudinem quasi quodam sui consensu sentit : per amplissimam sphæram præcipue, quasi per oculum, intus omnia contuetur. Si enim tu per oculum tuum, quantum animatus est et diaphanus atque lucidus, quam plurima vides, ac per radium ejus ad cælestia procedentem cælestia suspicis, cur non et mundus per cælestem oculum suum vivum, perspicuum, lucidum, radiosque suos ad omnia diffundentem omnia cernat?

ΚΔ'. Τὸ δὲ εἰ τῆς χρείας μόνον ἡ αἴσθησις ὧδε σκεπτέον. Εἰ δὴ ψυχὴ μὲν μόνη, οὐκ ἂν αἴσθησις γίγνοιτο, μετὰ δὲ σώματος αἱ αἰσθήσεις, διὰ σῶμα ἂν εἴη, ἐξ οὗπερ καὶ αἰσθήσεις, καὶ διὰ σώματος κοινωνίαν δοθεῖσα, καὶ ἤτοι ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθούσης (ὅτι γὰρ πάσχει τὸ σῶμα, καὶ φθάνει τὸ πάθος μεῖζον ὂν μέχρι ψυχῆς), ἢ καὶ μεμηχάνηται ὅπως, καὶ πρὶν μεῖζον γενέσθαι τὸ ποιοῦν, ὥστε καὶ φθεῖραι, ἢ καὶ, πρὶν πλησίον γενέσθαι, φυλάξασθαι. Εἰ δὴ τοῦτο, πρὸς χρείαν ἂν εἶεν αἱ αἰσθήσεις· καὶ γὰρ, εἰ καὶ πρὸς γνῶσιν τῷ μὴ ἐν γνώσει ὄντι, ἀλλ' ἀμαθαίνοντι διὰ συμφορὰν, καὶ ἵνα ἀναμνησθῇ διὰ λήθην, οὕτω μήτε ἐν χρείᾳ, μήτε ἐν λήθῃ. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐ περὶ τῆς γῆς ἂν μόνον εἴη σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄστρων ἁπάντων, καὶ μάλιστα περὶ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ κόσμου. Μέρεσι μὲν γὰρ πρὸς μέρη, οἷς καὶ τὸ παθεῖν ὑπάρχει, γένοιτο ἂν αἴσθησις κατὰ τὸν παρόντα λόγον· ὅλῳ δὲ πρὸς αὐτὸ τίς ἂν εἴη ἀπαθῶς ἔχοντι παντὰχῇ ἑαυτοῦ πρὸς ἑαυτόν; καὶ γὰρ εἰ δεῖ τὸ μὲν ὄργανον τοῦ αἰσθανομένου εἶναι, ἕτερον δὲ παρὰ τὸ ὄργανον τὸ οὗ αἰσθάνεται ὑπάρχειν, τὸ δὲ πᾶν ὅλον ἐστὶν, οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ τὸ μὲν δι' οὗ, τὸ δὲ οὗ ἡ αἴσθησις· ἀλλὰ συναισθησιν μὲν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἡμῶν συναισθανόμεθα, ὁτέον, αἴσθησιν δὲ ἀεὶ ἑτέρου οὖσαν, οὐ ὁτέον· ἐπεὶ καὶ ὅταν ἡμεῖς παρὰ τὸ καθεστὼς ἀεί τινος τῶν ἐν τῷ σώματι ἀντιλαμβανώμεθα, ἔξωθεν προσελθόντος ἀντιλαμβανόμεθα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐφ' ἡμῶν οὐ μόνον τῶν ἔξωθεν ἡ ἀντίληψις, ἀλλὰ καὶ μέρει μέρους, τί κωλύει καὶ τὸ πᾶν τῇ ἁπλανεῖ τὴν πλανωμένην ὁρᾶν, καὶ ταύτῃ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ βλέπειν; καὶ εἰ μὴ ἀπαθῆ ταῦτα τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ ἄλλας αἰσθήσεις ἔχειν; καὶ τὴν ὅρασιν μὴ μόνον ὡς καθ' αὑτὴν τῆς ἁπλανοῦς εἶναι,

XXIV. Sed numquid utilitatis solius gratia tributus a natura sit sensus, ita est indagandum. Profecto, si animæ, dum sola vivit, sensus minime convenit, sed una cum corpore adhibentur et sensus, nimirum propter ipsum corpus, ex quo et sensus prodeunt, ac propter corporis societatem datus est sensus : sive ex necessitate aliqua consequatur, dum, quicquid patitur corpus, modo sit passio vehemens, ad animam usque pertransit : sive provisum sit, quo videlicet caveatur, antequam passio usque adeo invalescat, ut perdat, vel priusquam nimis propinquet, quod passionem infert. Quod si ita est, gratia usus dati sunt sensus : etsi enim ad notitiam dati sint, non ei, qui cognitionem possideat, ita sunt dati, sed ignaro ob infortunium et oblivioso, ut quandoque reminiscatur : sic utique ei, qui neque egeat, neque obliviscatur, minime fuerint attributi. Verum si id ita se habeat, non solum considerandum erit nobis de terra, sed de omnibus stellis, præsertim de toto cælo atque mundo. Partibus enim ad partes, quibus et pati contingit, secundum præsentem rationem sensus quoque conveniet. Toti vero ad se ipsum quisnam sensus inerit, cum ad se ipsum passionis ubique sit expers? etenim si oportet aliud quidem esse sentientis instrumentum, aliud vero præter instrumentum id esse, quod sentitur, universum vero est et totum, nimirum non erit in eo aliud quidem, per quod efficiatur sensus, aliud vero, quod sensu percipiatur. Ceterum oportet ei consensum quidem sui ipsius quendam tribuere, quemadmodum et nos quendam nostri consensum in nobis habemus : sensum vero, qui semper intendatur in aliud, minime : quoniam et nos, quando præter habitum naturalem aliquid singulatim in corpore nostro percipimus, accedens quiddam ab externis tunc attingimus. Verum quemadmodum in nobis non solum externorum est apprehensio, verum parti etiam erga partem, quidnam prohibet mundum etiam per inerraticam regionem erraticam intueri, perque hanc prospicere terram, et, quæ in terra sunt, contueri? Quod si hæc differentes ab aliis passiones habent, nihil prohibet differentes quoque sensus habere. Præterea visionem inerraticæ regionis non solum esse secundum se ipsam, verum

ἀλλ' ὡς ὀφθαλμοῦ ἀπαγγέλλοντος τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ, ἃ εἶδε. Καὶ γὰρ, εἰ τῶν ἄλλων ἀπαθὴς, διὰ τί ὡς ὅμμα οὐκ ὄψεται φωτοειδὲς ἔμψυχον ὄν; Ἀλλ' ὀμμάτων, φησὶν, οὐκ ἐπεδεῖτο· ἀλλ' εἰ ὅτι μηδὲν ἔξωθεν ὑπελέλειπτο ὁρατὸν, ἀλλ' ἔνδον γε ἦν, καὶ ἑαυτὸν ὁρᾷν οὐδὲν ἐκώλυσεν. Εἰ δ' ὅτι μάτην ἂν ἦν αὐτὸν ὁρᾷν, ἴσως μὴ προηγουμένως μὲν οὕτως ἕνεκα τοῦ ὁρᾷν γεγονέναι, ἀκολουθεῖν δὲ τῷ οὕτως ἔχειν ἐξ ἀνάγκης· διὰ τί οὐκ ἂν εἴη τοιούτῳ, ὄντι σώματι διαφανεῖ, τὸ ὁρᾷν;

etiam hanc ipsam regionem esse quasi oculum, ea, quæ videt, totius animæ nuntiantem : etsi enim passiones alias non admittit, quid tamen obstat, quominus videat tanquam oculus, cum sit lucidum quiddam et animatum? Sed hic obstare Plato videbitur dicens, cælum oculis non egere : verum, etsi nihil relictum est extra videndum, ideoque non ejusmodi indiguit oculis, attamen intus inest, quod videatur, nihilque prohibet videre se ipsum. At si quis objiciat, non expedire sensum, quia vanum sit se ipsum cernere : esto quidem non ex principali quodam consilio mundus sic vivendi gratia constitutus, sed enim ita natura comparatum, ut id quoque necessario consequatur : ideoque nihil obstabit, quin per corpus ejusmodi perspicuum videatur.

animæ sphærarum stellarumque et anima mundi humana vident atque audiunt : sed interim talia se sentire minime sentiunt, quoniam imaginatio, ad quam talis animadversio pertinet, intentissima semper est ad intelligentiarum notas in se fingendas. Et si sentire se nostra forsan non animadvertunt, tamen precantibus benefaciunt qualicumque sensu et occulto quodam naturæ consensu. Hæc Plotini sententia est inter objectiones ex textu mendoso. Dicet fortasse quispiam, imaginationes cælestium animarum adeo efficaces esse, ut vel intelligibilium notas derivent in sensibilia, atque ita intrinsecus quodammodo sentiant, vel simul valeant tam sensibilia quam intelligibilia miris quibusdam modis imaginari.

ΚΕ'. Ἡ οὐκ ἀρκεῖ εἶναι τὸ δι' οὗ, ἵνα ὁρᾷ, καὶ ὅλως αἰσθάνηται, ἀλλὰ δεῖ τὴν ψυχὴν οὕτως ἔχειν, ὡς πέφυκεν πρὸς τὰ αἰσθητά. Τῇ δὲ ψυχῇ ὑπάρχει ἀεὶ πρὸς τοῖς νοητοῖς εἶναι, κἂν οἱόν τε ᾖ αὐτῇ αἰσθάνεσθαι, οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτο τῷ πρὸς κρείττοσιν εἶναι, ἅπερ καὶ ἡμῖν σφόδρα πρὸς τοῖς νοητοῖς οὖσιν, ὅτι ἐσμὲν, λανθάνουσι καὶ ὄψεις καὶ αἰσθήσεις ἄλλαι, κἂν πρὸς ἕτερῳ δὲ ὅλως, τὰ ἕτερα λανθάνει. Ἐπεὶ καὶ τὸ μέρει τινὶ μέρους ἀντιλαμβάνεσθαι θέλειν, οἷον ἑαυτὸν εἰ καταβλέποι, περίεργον καὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ εἰ μὴ ἕνεκά τινος, μάτην· ἀλλ' οὔτε ὄψιν ὡς καλοῦ ὁρᾷν πεπονθότος καὶ ἐνδεοῦς. Ὀσφραίνεσθαι δὲ καὶ ἀκούειν καὶ γεύεσθαι χυμῶν, περιστάσεις ἄν τις καὶ περιελκυσμοὺς τῆς ψυχῆς θεῖτο, ἥλιον δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα κατὰ συμβεβηκὸς ὁρᾷν καὶ ἀκούειν. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐπιστρέφεσθαι δι' ἄμφω, οὐκ ἄλογος ἡ θέσις· ἀλλ' εἰ ἐπιστρέφοιτο, καὶ μνημονεύσει· ἢ ἄτοπον, ὧν εὐεργετεῖ, μὴ μνημονεύειν. Πῶς οὖν εὐεργετεῖ, εἰ μὴ μνημονεύει;

XXV. Fortasse vero non satis est adesse instrumentum, per quod agatur ad hoc, ut videat, omninoque sentiat, sed oportet animam sic se habere, ut quodammodo sensibilibus annuat. Animæ vero ipsi convenit, ut semper penes intelligibilia sit, ac, si fieri possit, ut sentiat, non propterea id ei conveniet, quod potioribus ipsis incumbat : quando et nos, dum impensius intelligendis incumbimus, latent interea visiones sensusque alii : et omnino, si intendimus in aliud diligenter, cetera latent. Quin etiam, si alia sui parte partem aliam apprehendere studeat, velut si se ipsum perspiciat, supervacuum id quidem etiam in nobis erit, ac, nisi alicujus gratia id agatur, erit vanum : tum spectare aliud tanquam pulchrum, patientis est atque indigentis. Olfactum vero atque auditum, gustumque liquorum distractiones quasdam et ductus quosdam animæ circum ad exteriora tendentes quispiam ponat, solem autem stellasque alias per accidens videre atque audire. Quodsi per utraque ponat converti, non erit absurda positio : verum si convertantur, etiam rerum meminerint humanarum : fortasse enim absurdum foret, nisi recordentur eorum, quibus sedulo benefaciunt : alioquin, nisi sint memores, quomodo benefacient?

sphæræ mundi stellæque sensus habent et preces nostras exaudiunt. Cælestia visum quidem habent, etsi specie differentem a nostro visu, generali tamen natura convenientem, natura scilicet viva, perspicua, lucida. Dicuntur et auditum habere, sed genere quodam ab auditu nostro longe diversum, quia videlicet audientium exaudientiumque more sæpe voventium preces impleant. Inter omnes mundi partes, quasi unius animalis membra, dicitur esse communio quædam vel contiguitas vel continuitas, aut unio, cujus quidem quinque fundamenta videntur. Primum est una omnium ubique materia. Secundum concordia qualitatum : nam sicut elementa, quamvis discordia, quibusdam tamen proximis inter se qualitatibus concordia sunt, sic et rerum omnium gradus sive componantur ex elementis, sive non componantur, quamvis inter se differentes, tamen concordibus invicem terminis se contingunt. Tertium spiritus ubique unus : nam sicut cœlum unus est spiritus in excelsis, sic intra cælum unus ille spiritus vel cælestis omnino, vel cælo simillimus omnibus est infusus, quo et cælitus regantur omnia, et anima mundi inferioribus quoque corporibus per spiritum conjungatur, et omnia per hunc viventia coalescant : spiritum intellige spiritui nostro consimilem. Quartum est una natura genitalis omnia fovens per spiritum sequentibus colligata. Quintum anima mundi ubique una per naturam spiritui ceterisque connexa. Per hanc igitur unionem fundamentis quinque constantem, vehementissimus quisque motus sive voventium pervenit ad cælestia, sive cælestium pervenit ad voventes ; præsertim si non solum anima mundi, sed etiam divinæ omnes sunt ubique præsentes : quamvis alicubi potius actiones suas quandoque declarent. Quod velle videntur Plotinus Porphyriusque et Iamblichus. Præsentissimus autem singulis adest primus ipse deus omnium potentissimus imperioque latissimus : anima terræ sensus omnes exercet per spiritum ibi quasi cælestem et cælestium radiis illustratum, suæque naturæ subjectum et terrena regentem : præterea preces exaudit.

ΚΣ'. Γίγνονται δὲ εὐχῶν γνώσεις κατὰ οἷον σύνταξιν καὶ κατὰ τοιάνδε σχέσιν ἐναρμοζομένων, καὶ αἱ ποιήσεις οὕτως· καὶ ἐν ταῖς μάγων τέχναις εἰς τὸ συντρέχειν πᾶν· ταῦτα δὲ δυνάμεσιν ἑπομέναις συμπαθῶς. Εἰ δὲ τοῦτο, διὰ τί οὐ καὶ τὴν γῆν αἰσθάνεσθαι δώσομεν; ἀλλὰ ποίας αἰσθήσεις; ἢ διὰ τί οὐ πρῶτον ἀφήν;

XXVI. Cognoscunt et vota nostra velut secundum quendam contactum certamque habitudinem cunctorum ubique contemperatam : eademque ratione procedunt effectiones. Quin etiam in magorum artibus totum peragitur in contiguum. Hæc autem in viribus quibusdam consistunt, se invicem mutua quadam compassione sequentibus. Si vero id ita se habet, cur non et terram sentire dicamus? Sed quosnam huic sensus attribuemus? Primo quidem cur non

καὶ μέρει μέρους, ἀναπεμπομένης ἐπὶ τὸ ἡγούμενον τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῷ ὅλῳ πυρὸς καὶ τῶν ἄλλων; καὶ γὰρ εἰ τὸ σῶμα δυσκίνητον, οὔτι γε ἀκίνητον, ἀλλ' ἔσονται αἱ αἰσθήσεις οὐ τῶν μικρῶν, ἀλλὰ τῶν μεγάλων. Ἀλλὰ διὰ τί; ἢ ὅτι ἀνάγκη ψυχῆς ἐνούσης, τὰς κινήσεις τὰς μεγίστας μὴ λανθάνειν. Κωλύει δ' οὐδὲν καὶ διὰ τοῦτο τὸ αἰσθάνεσθαι γίγνεσθαι, ἵνα εὖ τίθοιτο τὰ πρὸς ἀνθρώπους, ὅσον εἰς αὐτὴν τὰ ἀνθρώπων ἀνάκειται. Εὖ τίθοιτο δὲ οἷον συμπαθῶς· καὶ ἀκούειν δὲ εὐχομένων καὶ ἐπινεύειν εὐχαῖς, οὐχ ὃν ἡμεῖς τρόπον· καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι, παθητὴν εἶναι πρὸς αὐτὴν καὶ τἆλλα, οἷον ὀσμῶν πέρι καὶ τῶν γευστῶν ἄλλοις· ἢ ὅσα ὀσφραντά, κατὰ τὰς τῶν χυλῶν ὀσμὰς πρὸς ζώων πρόνοιαν καὶ κατασκευὴν καὶ ἐπισκευὴν τοῦ σωματικοῦ αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἀπαιτητέον ἃ ἐφ' ἡμῶν ὄργανα, οὐδὲ γὰρ πᾶσι ζώοις ταὐτά· οἷον ὦτα οὐ πᾶσι, καὶ οἷς μή ἐστιν, ἀντίληψίς ἐστι ψόφων. Περὶ δὲ ὄψεως εἰ φωτὸς δεῖ, πῶς; οὐ γὰρ δὴ ἀπαιτητέον ὄμματα. Εἰ οὖν τοῦ φυτικοῦ συγχωρουμένου ἦν συγχωρεῖν, ἢ ἐν πνεύματι ὄντος τοῦ φυτικοῦ πρώτως οὕτως ἔχειν, ὄντος πνεύματος, τί χρὴ ἀπιστεῖν καὶ διαφανὲς εἶναι; μᾶλλον δ' εἴπερ πνεῦμα καὶ διαφανές, καὶ, ἐλλαμπόμενον παρὰ τοῦ κύκλου, ἐνεργείᾳ διαφανές, ὥστε οὐδὲν ἄτοπον οὐδ' ἀδύνατον ὁρᾶν τὴν ἐν τῇ γῇ ψυχήν. Καὶ δεῖ καὶ νοεῖν, ψυχὴν οὐ φαύλου σώματος εἶναι, ὥστε καὶ θεὸν εἶναι· πάντως γὰρ καὶ ἀγαθὴν δεῖ ἀεὶ τὴν ψυχὴν εἶναι.

tactum? sive parti ad partem, sensu videlicet ad ipsum principale traducto : sive totum ipsum ignem et alia sentiat. Nam etsi terrenum corpus ineptum est ad motum, non est tamen immobile : sentiet autem non minima quaque, sed magna. Sed cur ista sentiet? Fortasse quoniam necesse est, præsente hic anima motus maximos non latere. Obstat vero nihil ob hoc etiam terram habere sensum, ut videlicet, quæ ad homines pertinent, bene disponat, quatenus scilicet ad ipsam humana officia pertinent Disponet autem bene quasi quadam compassione sive consensione : neque prohibet quicquam audire precantes precibusque annuere, neque tamen, qua ipsi conditione solemus : aliis quoque sensibus uti ad se ipsam atque alia, velut circa odores atque sapores aliis notos. Fortasse olfactu liquorum uti expedit ad animalium providentiam atque culturam : item ad corporis proprii cultum. Non tamen exigenda sunt talia, qualia in nobis sunt, instrumenta. Neque enim in omnibus animalibus eadem sunt velut aures non in omnibus, et, quæ non habent aures, nihilominus sonos apprehendunt. Visus autem, si modo huic lumine opus est, quonam modo terræ aderit? Etsi enim oculi requirendi non sunt, [lumen tamen deesse non debet]. At si, postquam concessum est, vegetalem inesse naturam, consequenter est concedendum, hanc ipsam naturam esse quasi quendam spiritum, ideoque illam primo sic se habere : cur nam diffidendum sit, esse rem quoque perspicuam, cum sit spiritus? Imo vero fatendum, ex eo, quod spiritus est, esse perspicuum, et cum illustretur a circulo, esse actu perspicuum. Quapropter neque absurdum neque impossibile putandum est, animam terræ videre. Meminisse vero oportet, hanc ipsam non esse vilis cujusdam corporis animam, ideoque intelligere esse bonam : omnino enim oportet animam ipsam bonam semper exsistere.

Terram habere animam apparet ex plantis lapidibusque, crescentibus quidem, quamdiu terræ radicitus inhærent, contra vero nequaquam. Sicut in animali dentes, ungues, pili, in plantis terræ hærentibus [inhærentibus?] apparet virtutis genitalis effectus ; ipsa vero virtus in eis propria nulla videtur esse, alioqui etiam avulsæ per virtutem propriam pariter coalescerent. Vegetalis igitur ipsa virtus non tam est propria, quam communis, scilicet in anima terræ ; item masculina virtus et feminea, id est, generandi et concipiendi, quæ in animalibus sunt discretæ, conjunctæ sunt in plantis, in eodem plantæ corpore : ob hoc duntaxat quia natura plantæ ita est inserta communi naturæ, sicut plantæ corpus communi corpori. Vis autem masculina et feminea ad naturam pertinentes conjunctæ sunt in universali natura, quamvis in aliis separatæ. Sicut visus, ubi perfectus est, cum perspicacem habet cum illuminante conjunctam, similiter intellectus. Sic Orpheus naturam mundanumque Jovem marem appellat et feminam, similiterque Mercurium. Hac ratione aeris animam Jovem Junonemque appellant. Animam terræ non solum Cererem atque Vestam, sed etiam Plutonem cum Proserpina coeuntem. Conjunxit vero natura utrumque sexum in arbore, quia nequit hæc ad aliam coeundi gratia progredi, quamvis alibi prævaleat alter ; tunc oportet plantas appropinquare.

ΚΖ'. Εἰ οὖν τοῖς φυτοῖς δίδωσι τὴν γεννητικὴν, ἢ αὐτὴν τὴν αὐξητικὴν, ἢ ἐν αὐτῇ μὲν ἡ γεννητική, ταύτης δὲ ἴχνος ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς, καὶ οὕτως ἂν εἴη ὡς ἡ σὰρξ ἔμψυχος ἤδη, καὶ ἐκομίσατο, εἰ ἔχει καὶ τὴν γεννητικὴν ἐν αὐτοῖς, τὰ φυτά. Ἐνοῦσα δὲ δίδωσι τῷ σώματι τοῦ φυτοῦ, ὅπερ βέλτιον, ᾧ διαφέρει τοῦ κοπέντος· καὶ οὐκέτι φυτοῦ, ἀλλὰ μόνον ξύλου. Ἀλλ' αὐτῷ γε τῷ σώματι τῆς γῆς τί δίδωσιν ἡ ψυχή; οὐ ταὐτὸν δεῖ νομίζειν σῶμα εἶναι γῆϊνον ἀποτμηθέν τε τῆς γῆς καὶ μένον συνεχὲς, εἶτα λίθοι δεικνύουσιν αὐξόμενοι μὲν, ἕως εἰσὶ συνηρτημένοι, μένοντες δὲ, ὅσον ἐτμήθησαν ἀφῃρημένοι· ἕκαστον μὲν οὖν μέρος ἴχνος ἔχειν δεῖ νομίζειν, ἐπιθεῖν δὲ ἐπὶ τούτῳ τὸ πᾶν φυτικὸν, ὃ οὐκέτι τοῦδε ἐστὶν ἢ τοῦδε, ἀλλὰ τῆς ὅλης· εἶτα τὴν τοῦ αἰσθητικοῦ φύσιν, οὐκέτι τῷ σώματι συμπεφυρμένην, ἐποχουμένην δέ· εἶτα τὴν ἄλλην ψυχὴν καὶ νοῦν, ἣν δὴ Ἑστίαν καὶ Δήμητραν ἐπονομάζουσιν ἄνθρωποι,

XXVII. Si ergo plantis tribuit vim genitalem, vel vim ipsam auctificam eis præstat, vel in se quidem eam servat, ejus vero vestigium concedit plantis, atque ita affecta jam erit planta, ut caro jam animata : et hac conditione plantæ, si genitalem qualitatem habent, inde traxerunt. Quum vero insit, præstat plantæ corpori, quod est mutuo quo videlicet ab eo discrepat, quod est amputatum : neque planta est ulterius, sed duntaxat est lignum. Ipse vero terræ corpori quidnam anima ipsius attribuit? nempe non est putandum, idem esse terrenum corpus ab ipso toto decisum, atque illud, quod est toti continuum, quod e lapides ipsi demonstrant, crescentes, quamdiu terræ quasi radicitus inhærent, qui si eruantur, ulterius minime augentur : quocirca putandum est, unamquamque partem quoddam in se habere vestigium. Super hoc autem universum vegetale se ipsum diffundere, quod quidem non amplius hujus est aut illius, sed terræ totius : deinde sensualis ipsius naturam non ultra commixtam corpori, sed incubantem : præterea aliam animam atque mentem, quam

θεία φήμη καὶ φύσει ἀπομαντευόμενοι τὰ τοιαῦτα χρώμενοι.

quidem Vestam et Cererem nominant homines illi, qui, oraculo ingenioque divino freti, hæc ipsa vaticinantur.

Vegetalis genitalisque natura animæ in complexione humorum imprimit quoddam vitale vestigium, ex quo corpus vitaliter evadit affectum : in quo quidem sic affecto sunt passiones animalis corporeæ perturbationumque principia. In toto quidem voluptas corporalis et dolor ; in jecore potissimum concupiscendi principium ; in præcordiis maxime principium irascendi : ibi enim nutritio viget et generatio, hic autem vigor igneus. Motus autem iracundiæ aut quasi extrinsecus exordiuntur aut intrinsecus. Extrinsecus ira, quando illata foris corpori passione ad primum sensus motum fervet vigor igneus imaginationemque movet, et per hanc provocat rationem. Intrinsecus ira, quando ratio vel imaginatio injuriam excogitans humorem ferventem incitat. Libido quinetiam proclivitatem habet in corpore, et quandoque ex ipso corpore seminibus quasi turgido suscitatur : quandoque ex primo aspectu corpore incitato imaginationemque movente vel etiam rationem ; aliquando vero ex imaginatione, vel etiam ratione oblectamentum excogitante, corpusque movente. Sunt autem concupiscendi et irascendi vires quasi germanæ ; nam proclives ad libidinem sunt etiam propensiores ad iram, atque vicissim, ut non immerito Martem cum Venere poetæ conjunxerint.

ΚΗ'. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Ἐπανιτέον δὲ πάλιν, καὶ περὶ τοῦ θυμοειδοῦς ζητητέον, εἰ, ὥσπερ τῶν ἐπιθυμιῶν τὴν ἀρχὴν καὶ ἀλγηδόνας, καὶ ἡδονὰς, τὰ πάθη οὐ τὰς αἰσθήσεις, ἐν τῷ οὕτως ἔχοντι σώματι ἐτίθεμεν, τῷ οἷον ζωωθέντι, οὕτω καὶ τοῦ θυμοῦ τὴν ἀρχήν; ἢ καὶ πάντα τὸν θυμὸν τοῦ οὕτως ἔχοντος σώματος θησόμεθα, ἢ μέρους τινὸς σώματος; οἷον καρδίας οὕτως ἐχούσης ἢ χολῆς οὐ νεκροῦ σώματος· καὶ εἰ ἄλλου ὄντος τοῦ διδόντος τὸ ἴχνος τὸ ψυχικὸν, ἢ ἐνταῦθα ἔν τι τῶν ὁ θυμὸς, οὐκέτι παρὰ θυμικοῦ ἢ αἰσθητικοῦ. Ἐκεῖ μὲν οὖν καθ' ὅλον τὸ σῶμα τὸ φυτικὸν ὂν παντὶ εἴδει τῷ σώματι τὸ ἴχνος, καὶ τὸ ἀλγεῖν ἦν ἐν παντὶ καὶ τὸ ἥδεσθαι, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐπιθυμίας ἐν παντὶ τοῦ καπρῶσθαι· ἡ δὲ τῶν ἀφροδισίων οὐκ εἴρητο, ἀλλ' ἔστω περὶ τὰ μόρια τῶν τοιούτων τελεστικά· ἔστω δὲ ὁ περὶ τὸ ἦπαρ τόπος τῆς ἐπιθυμίας ἀρχὴ, ὅτι τὸ φυτικὸν ἐκεῖ ἐνεργεῖ μάλιστα, ὃ τὸ ἴχνος τὸ ψυχικὸν τῷ ἥπατι καὶ τῷ σώματι παρέχει· ἐκεῖ δὲ, ὅτι ἐκεῖ ἄρχεται ἡ ἐνέργεια. Ἀλλὰ περὶ τοῦ θυμοῦ τί τε αὐτὸ καὶ τίς ψυχὴ, καὶ εἰ ἀπ' αὐτοῦ ἴχνος περὶ τὴν καρδίαν, ἢ ἄλλο τι τὴν κίνησιν εἰς συναμφότερον τελοῦν παρέχεται, ἢ ἐνταῦθα οὐκ ἴχνος, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ὀργίζεσθαι παρέχεται. Πρῶτον οὖν σκεπτέον, τί αὐτό. Ὅτι μὲν οὖν οὐχ ὑπὲρ ὧν ἂν πάσχῃ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν καὶ ἕτερός τις τῶν προσηκόντων, καὶ ὅλως, ὑπὲρ ὧν ἄν τις παρὰ τὸ προσῆκον ποιῇ, ὀργιζόμεθα, δῆλόν που· ὅθεν καὶ αἰσθήσεως δεῖ καὶ συνέσεώς τινος ἐν τῷ ὀργίζεσθαι. Διὸ καὶ εἰς ταῦτά τις ὁρῶν οὐκ ἐκ τοῦ φυτικοῦ ὡρμῆσθαι, ἀλλ' ἐξ ἄλλου ἂν ζητοῖ τὸν θυμὸν τὴν γένεσιν ἴσχειν. Ἀλλ' ὅταν ταῖς σωματικαῖς διαθέσεσιν ἅπτηται τὸ τῆς ὀργῆς πρόχειρον, καὶ ὅταν οἱ μὲν ῥέοντες αἵματι καὶ χολῇ ἕτοιμοι εἰς τὸ ὀργίζεσθαι ὦσιν, νωθρότεροι δὲ πρὸς ὀργὰς, οἱ ἄχολοι λεγόμενοι, καὶ κατεψυγμένοι, τά τε θηρία πρὸς τὰς κράσεις οὐδενὸς ἄλλου, ἀλλὰ πρὸς τὸ δοκηθὲν λυμήνασθαι, τὰς ὀργὰς ἔχωσι· πρὸς τὸ σωματικώτερον πάλιν αὖ καὶ πρὸς τὸ συνέχον τὴν τοῦ ζώου σύστασιν τὰς ὀργὰς ἄν τις ἀνοίσειε. Καὶ ὅταν οἱ αὐτοὶ νοσοῦντες μὲν ὀργιλώτεροι ἢ ὑγιαίνοντες, ἄγευστοι δὲ σιτίων ἢ λαβόντες, σώματος τοιοῦδε μηνύουσι τὰς ὀργὰς ἢ τὰς ἀρχὰς τῆς ὀργῆς εἶναι, καὶ τὴν χολὴν ἢ τὸ αἷμα οἷον ψυχοῦντα παρέχεσθαι τὰς τοιάσδε κινήσεις· ὥστε παθόντος τοῦ τοιοῦδε σώματος εὐθέως κινεῖσθαι τὸ αἷμα ἢ τὴν χολὴν· αἰσθή-

XXVIII. De his quidem hactenus ita sit dictum. Regrediendum vero jam, unde digressi sumus, atque de ipsa irascendi virtute quærendum, numquid sicut principium cupiditatum, doloresque et voluptates, non dico, quæ sint sensus, sed passiones, posuimus in corpore certa quadam ratione jam affecto, scilicet tanquam vivificato, sic et initium irascendi ponere debeamus? et numquid omnem iracundiam in toto quodam tali corpore collocare, vel potius in parte quadam corporis, velut corde sic affecto, vel bile, non quasi vita carentibus? Item numquid aliud sit, quod tribuat animale vestigium? vel hic animositas ipsa unum quiddam sit non pendens ab altera irascendi vel sentiendi virtute? Ibi quidem vis ipsa vegetalis toti corpori præsens imprimit corpori toti vestigium : itaque dolere et oblectari toti contingit, principiumque appetendæ saturitatis versatur in toto. De ipsa vero libidine Veneris nihil est definitum : sed esto circa membra ad munus ejusmodi conducentia. Sit utique locus jecoris concupiscendi principium, quoniam vegetale illic agit quam plurimum : quod quidem jecori totique corpori animale præstat vestigium : ibi vero sit, inquam, quoniam ibi incipit actio. Sed de iracundia quæritur, quid ipsa sit, et quænam anima, et numquid ab ea circa cor vestigium imprimatur, vel aliud quiddam motum conferentem in ipsum commune perficiens : aut hic non vestigium, sed ipsam excandescentiam præbeat. Principio igitur, quidnam sit ipsa vis irascendi, videtur investigandum. Constat vero, nos irasci solere non pro his tantum, quæ corpus patitur, sed pro his etiam, quæ cari nobis homines patiuntur, atque omnino eorum causa, quæ indigne aut nobis aut nostris inferri putamus : quapropter in ipsa iracundia opus esse sensu et intelligentia quadam videtur. Itaque ad hæc aspiciens aliquis non ex ipso vegetali, sed ex alio quopiam iracundiam ducere originem arbitrabitur. At quando affectiones quasdam corporum proclivitas ad iracundiam sequitur, et quando sanguine bileque ferventes sunt proniores ad iram : contra vero tardiores, qui bilem sanguinemve habent frigidiorem. Item bruta ultra corporum compositiones ex eo duntaxat, quod aliquis læsurus appareat, prorumpunt in iram. Rursus per hæc aliquis impetum iracundiæ ad corpoream præcipue qualitatem idque, quod constitutionem continet animalis, facile referet. Et quando iidem homines, cum ægrotant, ad iram propensiores sunt, quam cum bene valent : similiter, quando jejuni iracundiores sunt, quam saturi, patet ad corpus certo modo affectum iram vel iræ principium pertinere, atque bilem vel sanguinem quasi animantem hos impetus incitare : adeoque tali hoc corpore patiente repente moveri sanguinem aut bilem, sensuque excitato imaginationem etiam exper-

σεως δὲ γενομένης τὴν φαντασίαν κοινώσασαν τὴν ψυχὴν τῇ τοῦ τοιοῦδε σώματος διαθέσει ἤδη πρὸς τὸ ποιοῦν τὴν ἀλγηδόνα ἴεσθαι· ἄνωθεν δὲ καὶ αὖ τὴν ψυχὴν τὴν λογισμῷ χρωμένην φανέντος ἀδικήματος, καὶ μὴ περὶ τὸ σῶμα ἔχουσαν ἕτοιμον τὸ ἐκείνως θυμούμενον ἅτε πεφυκὸς τῷ ἀποδειχθέντι ἐναντίῳ μάχεσθαι, σύμμαχον τοῦτο ποιεῖσθαι· καὶ εἶναι τὸ μὲν ἐγειρόμενον ἀλόγως, καὶ ἐφέλκεσθαι τῇ φαντασίᾳ τὸν λόγον, τὸ δὲ ἀρχόμενον ἀπὸ λόγου καὶ λῆγον εἰς τὸ πεφυκὸς χολοῦσθαι, καὶ παρὰ τοῦ φυτικοῦ καὶ γεννητικοῦ ἄμφω γίγνεσθαι, κατασκευάζοντος τὸ σῶμα, οἷον ἀντιληπτικὸν ἡδέων καὶ λυπηρῶν, τῷ δὲ πεποιηκέναι χολῶδες καὶ πικρὸν καὶ ἐν τοιούτῳ ψυχῆς ἴχνος, τῷ ἐν τοιούτῳ εἶναι τοιάδε κινεῖσθαι δυσχεραντικὰ καὶ ὀργίλα, καὶ τῷ κεκακῶσθαι πρῶτον αὐτὸ, κακοῦν πως ζητεῖν καὶ τὰ ἄλλα, καὶ οἷον ὁμοιοῦν ἑαυτῷ· μαρτύριον δὲ τοῦ ὁμοούσιον εἶναι τούτῳ τῷ ἑτέρῳ ἴχνει ψυχῆς τὸ τοὺς ἧττον τῶν σωματικῶν ἡδέων ἐφιεμένους καὶ ὅλως σώματος καταφρονοῦντας ἧττον κινεῖσθαι πρὸς ὀργὰς καὶ ἀλόγῳ ἀπαθείᾳ. Τὸ δὲ τὰ δένδρα μὴ ἔχειν θυμὸν, καίπερ τὸ φυτικὸν ἔχοντα, οὐ δεῖ θαυμάζειν, ἐπεὶ οὐδ' αἵματος οὐδὲ χολῆς αὐτοῖς μέτεστιν. Ἐγγενομένων μὲν γὰρ τούτων ἄνευ αἰσθήσεως ζέσις ἂν ἐγένετο μόνον καὶ οἷον ἀγανάκτησις· αἰσθήσεως δὲ ἐγγενομένης καὶ πρὸς τὸ ἀδικοῦν ἂν ἤδη, ὥστε καὶ ἀμύνασθαι, ὁρμή. Ἀλλ' εἰ τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς διαιροῖτο εἰς τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲς, καὶ τὸ μὲν εἴη τὸ φυτικὸν, τὸ δὲ θυμοειδὲς ἐξ αὐτοῦ ἴχνος περὶ αἷμα ἢ χολὴν, ἢ τὸ συναμφότερον, οὐκ ἂν ὀρθὴ ἡ ἀντιδιαίρεσις γίγνοιτο, τοῦ μὲν προτέρου, τοῦ δὲ ὑστέρου ὄντος. Ἢ οὐδὲν κωλύει ἄμφω ὕστερα, καὶ τῶν ἐπιγενομένων ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν διαίρεσιν εἶναι· ὀρεκτικῶν γὰρ ἡ διαίρεσις, ᾗ ὀρεκτικὰ, οὐ τῆς οὐσίας, ὅθεν ἐλήλυθεν. Ἐκείνη δὲ ἡ οὐσία καθ' αὑτὴν οὐκ ὄρεξις, ἀλλ' ἴσως τελειοῦσα τὴν ὄρεξιν, συνάψασα αὐτῇ τὴν παρ' αὐτῆς ἐνέργειαν. Καὶ τὸ ἐκπεσὸν δὲ εἰς θυμὸν ἴχνος περὶ τὴν καρδίαν λέγειν οὐκ ἄτοπον· οὐ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὴν τοῦ αἵματος ἀρχὴν τοῦ τοιοῦδε, ἐνταῦθα λεγέσθω εἶναι.

gisci: quæ quidem experrecta, provocet animam cum tali corpore communicantem eum ipsum invadere, qui molestiam intulit. Constat quinetiam animam desuper ratione utentem tunc moveri, cum illata videatur injuria, etiamsi affectio corporis tunc ad excandescentiam non impellat, quasi hæc animositas naturaliter instituta sit ad declaratum hostem protinus invadendum, et more commilitonis imperante ratione pugnandum. Est igitur in nobis, quod absque ratione provocari solet, provocatumque deinde per imaginationem convocare ad idem etiam rationem. Est etiam, quod exordiatur a ratione, desinitque in illud, quod naturaliter excandescit. Proinde ab ipsa vegetali genitalique natura tam irascendi quam concupiscendi fomes pullulare videtur: quippe quum hæc ipsa natura sic affecerit corpus, ut jucunda molestaque apprehendat, item amaram infuderit bilem, sicque affecto vestigium impresserit animæ. Quod quidem, cum in tali quodam sit, circa molesta ad iracundiam irritatur, et cum ipsum male a principio sit affectum, cetera etiam nilitur depravare et quasi sibi similia reddere. Esse vero hoc animæ vestigium alterius vestigii cognatum essentia, id nobis argumento esse potest; quod, qui oblectamenta corporea minus appetunt corpusque negligunt, minus ad iracundiam provocantur minusque irrationali passione feruntur. Arbores vero iracundiam non habere, quamvis naturam habeant vegetalem, mirum videri non debet, quando neque sanguinem neque bilem habent. Ubi enim hæc insunt, absque sensu æstus tantum suboritur ac velut offensio quædam: sensu vero adveniente impetus jam insurgit ad id, quod offenderit, expugnandum. Verum si irrationalis animæ pars dividatur in concupiscendi et irascendi virtutem, et illa quidem sit vegetalis, vis autem irascendi sit illius vestigium circa sanguinem aut bilem, aut utrumque: non recte e contraria parte divisio fiet: quippe cum horum alterum prius sit, alterum vero posterius. Forsan vero nihil prohibet utrumque posterius esse, divisionemque ejusmodi esse duorum nascentium ab eodem: est enim divisio appetentium, qua ratione appetentia sunt, non autem essentiæ, unde talia provenerunt. Essentia vero illa secundum se ipsam non est appetitus, sed fortasse perficiens appetitum, scilicet sibi conjungens actionem ab appetitu provenientem. Denique non est absurdum dicere, vestigium animæ in animositatem excidens in præcordiis esse situm: non enim hic animam proprie, sed talis cujusdam sanguinis fontem esse putandum.

In corpore animato non solum est anima et actus vivificus animæ continuus, sicut luminoso lumen in corpus suum emicans, sed etiam est quoddam vitale vestigium quasi sub lumine calor. Calorem dico naturalem spiritumque motibus aptum, qui ad breve restare potest in corpore post discessum animæ, et motum quendam edere. Nulla vita, nullum vivificum perit; sed num quid hoc vitale vestigium? Profecto ubi naturalis calor brevi esse desinit, spiritus quoque naturalis cito resolvitur. Vitalis autem et animalis potest diutius superesse, et sequi animam contentus ab anima velut coagulo, futurum quasi fermentum novo corpori post obitum congregando afficiendoque vitaliter. Sin autem in vestigio hoc vitali cogites esse aliquid præter calorem atque spiritum, quod ad animam lumenque ejus se habeat non ut calor, sed ut splendor resultans ex lumine animæ, id quidem non perit, sed lumen abeuntis animæ comitatur. Opinatur lumen nullo modo ab illuminato, sed tantum a luminoso pendere idque semper sequi una cum splendore quomodolibet resultante. Tangit opinionem dicentem, omnium colorum vires et quasi flosculos esse in lumine: neque perire, sed latere potius, et iterum apparere. Item lumina, quæ videntur exstingui, non disperdi, sed in perspicuum aeris luciduinque ejus occultum nobis abire; denique, quicquid in nobis vitæ inferioris est, nostram sequi superiorem, neque perire, vestigiumque vitale in corpore servari ab anima vel propria vel communi, saltem ad tempus, postquam propria deseruerit.

ΚΘ'. Πῶς οὖν, εἴπερ τῷ θερμανθέντι τὸ σῶμα ἔοικεν, ἀλλ' οὐ τῷ φωτισθέντι, ἐξελθούσης τῆς ἄλλης ψυχῆς οὐδέν τι ζωτικὸν ἔχει; ἢ ἔχει ἐπ' ὀλίγον, ἀπομαραίνεται δὲ θᾶττον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν θερμανθέντων, ἀποστάντος τοῦ πυρός. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ τρίχες

XXIX. Ceterum si animatum corpus non illuminato, sed calefacto corpori simile est, cur nam post alterius animæ discessum corpus nihil habet vitale? Forsan vero habet, sed ad breve: cito enim evanescit, quemadmodum et rebus calefactis, cum semoventur ab igne, cito calor evanescit: cujus quidem rei inde sumitur argumentum,

τύμεναι ἐπὶ τῶν νεκρῶν σωμάτων, καὶ ὄνυχες αὐξόμενοι, καὶ ζῶα διαιρούμενα ἐπὶ πολὺ κινούμενα· τοῦτο γὰρ τὸ ἔτι ἐγκείμενον ἴσως, καὶ εἰ συναπέρχεται δὲ τῇ ἄλλῃ ψυχῇ, οὐ τεκμήριον τοῦτο τοῦ μὴ ἕτερον εἶναι. Καὶ γὰρ ἀπελθόντος ἡλίου οὐ μόνον τὸ ἐφεξῆς φῶς καὶ κατ' αὐτὸν καὶ ἐξηρτημένον ἀπέρχεται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τούτου εἰς τὸ ἔξω τούτου ὁρώμενον ἐν τοῖς παρακειμένοις, ἕτερον ὂν ἐκείνου, συναπέρχεται· ἆρ' οὖν καὶ συναπέρχεται ἢ φθείρεται; Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ φωτὸς τοῦ τοιούτου ζητητέον, καὶ ἐπὶ τῆς ζωῆς τῆς ἐν τῷ σώματι, ἣν δὴ φαμὲν οἰκείαν τοῦ σώματος εἶναι. Ὅτι μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ φωτὸς λειπόμενον ἐν τοῖς περιτισμένοις, δῆλον· ἀλλ' εἰ μεταπίπτει εἰς τὸ πεπαυκὸς, ἢ οὐκ ἔστιν ἁπλῶς, ζητεῖ ὁ λόγος. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν ἁπλῶς ὄν γέ τι πρότερον; ἀλλὰ τί ἦν ὅλως; ὅτι μὲν αὐτῶν τῶν σωμάτων, ἀφ' ὧν τὸ φῶς, ἡ λεγομένη χρόα. Καὶ ὅταν φθαρτὰ ᾖ τὰ σώματα, μεταβαλλόντων οὐκ ἔστι· καὶ οὐδεὶς ζητεῖ, ὅπου τὸ τὸ χρῶμα τοῦ πυρὸς φθαρέντος, ὥσπερ οὐδ' ὅπου τὸ σχῆμα· ἢ τὸ μὲν σχῆμα σχέσις τις, ὥσπερ συστολὴ τῆς χειρὸς καὶ ἡ ἔκτασις; χρῶμα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὥσπερ γλυκύτης. Τί γὰρ κωλύει, φθαρέντος τοῦ σώματος τοῦ γλυκέος, τὴν γλυκύτητα μὴ ἀπολωλέναι, καὶ τοῦ εὐώδους τὴν εὐωδίαν, ἐν ἄλλῳ δὲ σώματι γίγνεσθαι; οὐκ αἰσθητὰ δὲ εἶναι, διὰ τὸ μὴ τοιαῦτα εἶναι τὰ σώματα τὰ μετειληφότα, ὥστε ἀντερείδειν τὰς ἐπ' αὐτῶν γενομένας ποιότητας τῇ αἰσθήσει; οὕτως οὖν καὶ τὸ φῶς τῶν φθαρέντων σωμάτων μένειν; τὴν δὲ ἀντιτυπίαν τὸ ἐκ πάντων οὖσαν μὴ μένειν; εἰ μή τις λέγοι νῦν ὁρᾶν, καὶ τὰς λεγομένας ποιότητας μὴ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις εἶναι. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἀφθάρτους ποιήσομεν καὶ οὐ γιγνομένας ἐν ταῖς τῶν σωμάτων συστάσεσι τὰς ποιότητας, καὶ οὐδὲ τοὺς λόγους τοὺς ἐν τοῖς σπέρμασι ποιεῖν τὰς χρόας· οἷον καὶ ἐπὶ τῶν ποικίλων ὀρνίθων ἁλούσας συνάγειν ἢ ποιεῖν μέν, προσρῆσθαι δὲ καὶ ταῖς ἐν τῷ ἀέρι πλήρει ὄντι τῶν τοιούτων. Καὶ γὰρ καὶ εἶναι ἐν τῷ ἀέρι οὐ τοιαῦτα οἷα, ὅταν γίνηται ἐν τοῖς σώμασι, φαίνεται· ἀλλ' αὕτη μὲν ἔστω ἡ ἀπορία ἐνθαδὶ κειμένη· μενόντων δὲ τῶν σωμάτων εἰ συνήρτηται καὶ οὐκ ἀποτέτμηται, τί κωλύει τὸ φῶς μετακινουμένου τοῦ σώματος συμμετακινεῖσθαι τό τε προσεχὲς, καὶ εἴ τι τῷ προσεχεῖ συνήρτηται, κἂν μὴ ὁρᾶται ἀπιόν, ὥσπερ οὐδὲ προσιὸν φαίνεται; Ἀλλ' ἐπὶ τῆς ψυχῆς εἰ συνέπεται τὰ δεύτερα τοῖς πρώτοις, καὶ τὰ ἑξῆς ἀεὶ τοῖς πρὸ αὐτῶν, ἢ ἐφ' ἑαυτῶν ἕκαστα, καὶ ἑστερημένα τῶν πρὸ αὐτῶν, καὶ δυνάμενα ἐφ' ἑαυτῶν μένειν, ἢ ὅλως οὐδὲν ἀποτέτμηται τῆς ψυχῆς μέρος, ἀλλὰ πᾶσαι μία καὶ πολλαὶ, καὶ ὅστις ὁ τρόπος, ἐν ἄλλοις. Ἀλλὰ τί τὸ ἤδη σώματος γενόμενον ἴχνος τῆς ψυχῆς ὄν, ἢ εἰ μέν, ψυχῇ συνέψεται, εἴτε μὴ ἀποτέτμηται τῷ ψυχῆς λόγῳ· εἰ δὲ οἷον ζωὴ τοῦ σώματος, ὁ αὐτὸς λόγος ἐκεῖ, ὃς περὶ φωτὸς ἐνδάλλετο ἠπορεῖτο, καὶ εἰ δυνατὸν ζωὴν ἄνευ ψυχῆς εἶναι, εἰ μὴ ἄρα τῷ παρακεῖσθαι τὴν ψυχὴν ἐνεργοῦσαν τι ἄλλο, ταῦτα σκεπτέον.

quod etiam in corporibus defunctorum nascuntur pili, et augentur ungues; quodve animalia multa, postquam secta sunt, moventur ad tempus: quod forsan propterea fit, quia adhuc vitæ nonnihil est reliquum; quod etiamsi cum altera anima simul abeat, non tamen id signum erit sufficiens ad probandum nobis, non id esse diversum. Etenim abeunte sole non solum continuum ei lumen, penesque ipsum quam proxime pendens, simul abit: verum etiam splendor, qui ab hoc pendet, extra ipsum in subjectis inspectus, ab ipso differens una discedit. Sed numquid discedit una, an mox exstinguitur? Id autem et in lumine tali jam facto est indagandum, atque in vita infusa corpori, quam quidem esse propriam corporis arbitramur. Constat profecto nihil omnino luminis in corporibus illuminatis reliquum fieri. Sed quæritur, utrum in suum refluat fontem, an plane disperdatur. Sed quonam pacto esse prorsus desinit, si prius erat aliquid? Et omnino quid erat? Putabit vero quispiam ipsorum corporum, a quibus est lumen, esse aliquod lumen, quod et color dicitur: et quando hæc ipsa corpora sunt caduca, pereuntibus ipsis colorem quoque lucidum simul perdi: ideoque nemo perquirit, igne jam exstincto, ubi sit ejus color, sicut neque ubi sit figura. An forte figura quidem habitudo quædam est, sicut contractio manus atque dilatatio? color vero non ita, sed sicut dulcedo se habet. Quid enim prohibet, quominus perdito dulci corpore dulcedo supersit, odorque similiter destructo corpore odorato? atque in alio quodam restent corpore, neque sentiantur tamen, propterea, quod participantia corpora non sint talia, ut qualitates acceptas sensibus referant. Similiter quid obstat, lumen destructis prioribus suis corporibus remanere? nihil vero luminis, ut solebat, ad oculos alicunde reflecti? nisi forte quis dicat, similiter se mente videre, illas etiam, quæ qualitates dicuntur, in subjectis non esse. Verum si id admittatur, admittemus etiam qualitates incorruptibiles esse, neque in subjectorum constitutionibus generari, neque rationes, quæ seminibus insunt, colores efficere: sed velut in avibus, quarum plumæ variæ nobis occurrunt, colores jam insitos quidem, sed distractos in unum colligere, fortasse etiam facere, sed insuper uti coloribus, qui in aere sunt talium pleno. Esse enim in aere hæc, non tamen omnino talia, qualia, cum in corporibus generantur, nobis apparent: sed jam dubitatio talis hic ita jaceat. Si autem manentibus corporibus lumen inde pendet, neque separatur, quidnam vetat, lumen una cum moto corpore commoveri, tum proxime pendens: et si quod dependet a proximo, quamvis, cum abit, non videatur: quemadmodum neque cum accedit, apparet? De anima vero alibi disputabitur, num sequentia ubique præcedentia comitentur, et quæ deinceps semper eadem connexione: an forte singula in se consistant, etiamsi a prioribus deserantur, possintque in se ipsis perseverare? an potius nulla omnino pars animæ disjungatur, sed omnes animæ una simul atque multæ sint, et qua potissimum ratione? Sed quidnam dicemus de vestigio illo animæ, quod jam corpori velut proprium est impressum? Fortasse, si hoc ipsum est anima, præcedentis animæ comitabitur rationem, si quidem ab ipsa animæ ratione minime segregatur: sin autem est velut vita corporis propria, eadem hic erit conditio, quæ et cum de imagine luminis paulo ante dubitabatur. Est enim considerandum, numquid vita absque anima esse queat: nisi forte id fieri possit, quatenus quædam assistat anima in aliquid agens.

Stellæ visum auditumque habent, memoria vero non indigent : præterea preces exaudiunt, Sicut, qui corpus suum opportune lumini solis exponit, naturaliter inde fovetur, ita, qui animum spiritumque suum per votum superiorum influxibus applicat, ubique præsentibus beneficia inde reportat naturaliter influentia. Antiqui aliqui præter Solem stellas etiam adorabant : plurimi vero præsertim Platonici atque id genus philosophi, solum adorabant inter cælestia Solem. Orationem ad Solem composuit Julianus et Iamblichus. Solem Plato filium et imaginem summi dei visibilem appellavit. Solem Socrates orientem salutans exstasim sæpe patiebatur. Orienti soli Pythagorici hymnos lyra canebant. De cultu quidem solis illi viderint : deus certe in sole posuit tabernaculum suum.

. Λ'. Νῦν δ' ἐπειδὴ μνήμας μὲν ἐν τοῖς ἄστροις περιττὰς εἶναι ἐθέμεθα, αἰσθήσεις δὲ ἔδομεν καὶ ἀκούσεις πρὸς ταῖς ὁράσεσι, καὶ εὐχῶν δὴ κλύοντας ἔφαμεν, ἃς πρὸς ἥλιον ποιούμεθα, καὶ δὴ καὶ πρὸς ἄστρα ἄλλοι τινὲς ἄνθρωποι, καὶ πεπίστευται, ὡς δι' αὐτῶν αὐτοῖς πολλὰ καὶ τελεῖται· καὶ δὴ καὶ οὕτω ῥᾷστα, ὡς μὴ μόνον πρὸς τὰ δίκαια τῶν ἔργων συλλήπτορας εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ πολλὰ τῶν ἀδίκων, τούτων τε πέρι παραπεπτωκότων ζητητέον. Ἔχει γὰρ καθ' αὑτὰ μεγίστας καὶ πολυθρυλλήτους παρὰ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀπορίας, θεοὺς συνεργοὺς καὶ αἰτίους γίγνεσθαι ἀτόπων ἔργων, τῶν τε ἄλλων καὶ δὴ καὶ πρὸς ἔρωτας καὶ ἀκολάστους συλλήψεις. Τούτων τε οὖν ἕνεκα καὶ μάλιστα, περὶ ὧν ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος, τῆς μνήμης αὐτῶν. Δῆλον γὰρ ὅτι, εἰ εὐξαμένων ποιοῦσι, καὶ οὐ παραχρῆμα δρῶσιν αὐτὰ, ἀλλ' εἰς ὕστερον καὶ πάνυ πολλάκις εἰς χρόνους, μνήμην, ὧν εὔχονται ἄνθρωποι, πρὸς αὐτοὺς ἔχουσιν. Ὃ δὲ πρόσθεν λόγος, ὁ παρ' ἡμῶν λεγόμενος, οὐκ ἐδίδου τοῦτο· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας ἦν ἂν τοιοῦτον, οἷον Δήμητρος καὶ Ἑστίας, γῆς τε οὔσης· εἰ μή τις τῇ γῇ μόνον τὸ εὖ ποιεῖν τὰ ἀνθρώπεια λέγοι. Ἀμφότερα οὖν πειρατέον δεικνύναι, πῶς τε τὰ τῆς μνήμης θησόμεθα ἐν τούτοις, ὃ δὴ πρὸς ἡμᾶς ἔχει, οὐ πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς ἄλλοις, οἳ οὐ κωλύονται μνήμας διδόναι· καὶ περὶ τῶν ἀλλοκότως δοκούντων γίγνεσθαι, ὃ φιλοσοφίας ἔργον ἐπισκέψασθαι, εἴ πῃ ἐστὶν ἀπολογήσασθαι πρὸς τὰς κατὰ τῶν θεῶν τῶν ἐν οὐρανῷ· καὶ δὴ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ παντὸς τοῦ κόσμου, ὡς καὶ εἰς τοῦτον εἶσιν ἡ αἰτία ἡ τοιαύτη· εἰ πιστοὶ οἱ λέγοντες, οἳ καὶ αὐτὸν φασὶ τὸν σύμπαντα οὐρανὸν γοητεύεσθαι ὑπὸ ἀνθρώπων τόλμης καὶ τέχνης. Καὶ περὶ δαιμόνων δὲ ἐπιζητήσει ὁ λόγος, ὅπως τὰ τοιαῦτα ὑπουργεῖν λέγονται· εἰ μὴ διὰ τῶν προτέρων λύσιν καὶ τὰ τούτων λαμβάνει.

XXX. Postquam vero memoriam stellis esse diximus supervacuam, dedimus autem sensus, neque visum duntaxat, sed et auditum : præterea preces exaudire concessimus, quas ad Solem dirigimus ; alii vero quidam ad alias quoque stellas : credunt enim, multa precibus se ab illis impetraturos, atque adeo facile, ut non solum justis officiis, sed sæpe etiam injustis patrocinentur : cum, inquam, dubitationes ejusmodi incidant, in præsentia nobis diligenter considerandum. Habent enim hæc in se ipsis maximas vulgatissimasque dubitationes, apud eos præsertim, qui graviter ferunt, censeri deos adjutores auctoresque operum iniquorum, cum aliorum, tum etiam amoris incontinentisque concubitus. Itaque et horum causa, et maxime memoriæ illorum gratia, de qua est a principio dictum, investigandum esse videtur. Constat enim, si modo faciunt, quæ precamur, neque illico faciunt, sed in posterum, ac sæpe post longum tempus, humanas preces memoria conservare. Prior vero ratio nobis adducta id minime concedebat : sed quantum ad collata hominibus beneficia pertinebat, tale videbatur esse, quale si a Cerere atque Vesta, id est terra, conferri dicantur : nisi quis forsan ex terra solum beneficia hominibus conferri dixerit. Conandum est igitur utraque demonstrare, et qua ratione memoriæ munus eis attribuamus, quantum videlicet ad nos spectat, non quantum ad ea, quæ videntur aliis, qui memoriam stellis dare non vetant, et quid de illis dicendum sit, quæ ab ipsis perperam fieri videntur. Quod quidem philosophiæ officium est, considerare scilicet, si quo modo solvere dubitationes datur adversus cælestes deos : item et adversus universum mundum, in quem etiam criminatio ejusmodi tendit : si modo præstanda eis est fides, qui universum quoque cælum audacia arteque humana, quasi magicis quibusdam carminibus, ad votum adduci putant. Quærendum erit insuper de dæmonibus, quonam pacto alia submini-strare dicantur : nisi forte ex ipsa solutione priorum solutionem quoque horum acceperis.

Actiones aliæ quidem naturales sunt, aliæ autem artificiosæ. Naturales aut sunt universi mundi erga partes suas, aut partium ad universum, aut partium vicissim erga partes. Artificiosæ actiones vel desinunt in opus arte constructum, ut statuaria in statuam : vel ad opus naturæ ministrant, ut medicina, agricultura, magia, cum qua similitudinem quandam habet oratoria persuasio et poetica musicaque lenocinia. Actiones cælestium ad inferiora non solum fiunt per calorem et aliam elementis similem qualitatem, sed per vires quasdam a notis qualitatibus longe diversas. Quod enim differentiæ in nobis morum, ingeniorum, professionum, fortunarum per cælestia vel fiant vel portendantur, non potest referri ad differentias qualitatum cælestium similes elementis. Neque etiam consilio et electione cælestia in nos agunt singula, alioquin et illorum animi solliciti semper erunt, quotidie ministri malorum.

ΛΑ'. Καθόλου τοίνυν τὰς ποιήσεις ληπτέον ἁπάσας καὶ τὰς πείσεις, ὅσαι γίγνονται ἐν τῷ παντὶ κόσμῳ, τάς τε λεγομένας φύσει, καὶ ὅσαι τέχνῃ γίγνονται· καὶ τῶν φύσει τὰς μὲν φατέον ἐκ τοῦ παντὸς γίγνεσθαι εἰς τὰ μέρη, καὶ ἐκ τῶν μερῶν εἰς τὸ πᾶν, ἢ μερῶν εἰς μέρη· τὰς δὲ τέχνῃ γιγνομένας, ἢ τῆς τέχνης, ὥσπερ

XXXI. Operæ pretium est, generatim actiones omnes et passiones considerare quæcumque in universo fiunt sive natura sive arte perficiantur : et, quæ natura fiunt, partim ab ipso toto erga partes fieri affirmare, partim a partibus erga totum, partim denique a partibus ipsis erga partes. Proinde, quæ aguntur arte, duobus potissimum modis aguntur : aut enim ars, sicut operis dedit initium

ἤρξατο ἐν τοῖς τεχνητοῖς, τελευτώσης, ἢ προσχρωμένης δυνάμεσι φυσικαῖς εἰς ἔργων φυσικῶν ποιήσεις τε καὶ πείσεις. Τὰς μὲν οὖν τοῦ ὅλου λέγω, ὅσα τε ἡ φορὰ ἡ πᾶσα ποιεῖ εἰς αὐτὴν καὶ εἰς τὰ μέρη. Κινουμένη γὰρ καὶ αὐτὴν διατίθησί πως καὶ τὰ μέρη αὐτῆς, τά τε ἐν αὐτῇ τῇ φορᾷ, καὶ ὅσα δίδωσι τοῖς ἐπὶ γῆς· μερῶν δὲ πρὸς μέρη πείσεις εὔδηλοί που παντὶ, ἡλίου τε πρός τε τὰ ἄλλα σχέσεις καὶ ποιήσεις, καὶ πρὸς τὰ ἐπὶ γῆς· καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις στοιχείοις αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, περὶ ὧν ἑκάστου ἐξεταστέον. Τέχναι δὲ αἱ μὲν οἰκίαν ποιοῦσαι καὶ τὰ ἄλλα τεχνητὰ εἰς τοιοῦτον ἔληξαν· ἰατρικὴ δὲ καὶ γεωργία καὶ αἱ τοιαῦται ὑπηρετικαὶ καὶ βοήθειαν εἰς τὰ φύσει εἰσφερόμεναι, ὡς κατὰ φύσιν ἔχειν· ῥητορείαν δὲ καὶ μουσικὴν καὶ πᾶσαν ψυχαγωγίαν, ἢ πρὸς τὸ βέλτιον ἢ πρὸς τὸ χεῖρον ἄγειν ἀλλοιούσας· ἐν αἷς ζητητέον, ὅσαι αἱ τέχναι, καὶ τίνα τὴν δύναμιν ἔχουσι· καὶ, εἴπερ οἷόν τε, ἐν τούτοις ἅπασι τοῖς πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν ἡμῖν, καὶ τὸ διὰ τί, ἐφ' ὅσον δυνατὸν, πραγματευτέον. Ὅτι μὲν οὖν ἡ φορὰ ποιεῖ, αὐτὴν μὲν πρώτον διαφόρως διατιθεῖσα, καὶ τὰ ἐντὸς αὐτῆς, ἀναμφισβητήτως μὲν τὰ ἐπίγεια οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς διαθέσεσι· καὶ τῶν μερῶν ἕκαστον εἰς τὰ ἐπίγεια, καὶ ὅλως τὰ κάτω ποιεῖ, πολλαχῇ δῆλον. Εἰ δὲ καὶ ταῦτα εἰς ἐκεῖνα, ὕστερον· νῦν δὲ τὰ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις συγχωρούμενα ἐάσαντες οὕτως ἔχειν, ὅσα διὰ λόγου φανεῖται, πειρατέον λέγειν τὸν τρόπον ἐξ ἀρχῆς τῆς ποιήσεως λαβόντας. Οὐ γὰρ μόνον θερμὰ, καὶ ψυχρὰ, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἃ δὴ ποιότητες πρῶται τῶν στοιχείων λέγονται, οὐδ' ὅσαι ἐκ τῆς τούτων μίξεως, ποιεῖν λεκτέον, οὐδὲ πάντα τὸν ἥλιον θερμότητι, ψύξει δὲ ἄλλον τινά. Τί γὰρ ἂν ψυχρὸν εἴη ἐν οὐρανῷ καὶ πυρίνῳ σώματι, οὐδ' ἄλλον ὑγρῷ πυρί; οὕτω τε γὰρ οὐδὲ τὴν διαφορὰν αὐτῶν λαβεῖν οἷόν τε· πολλὰ δὲ καὶ τῶν γιγνομένων εἰς τούτων τι οὐχ οἷόν τε ἀναγαγεῖν. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις τὰς τῶν ἠθῶν διαφορὰς δοίη αὐτοῖς κατὰ τὰς τῶν σωμάτων κράσεις, διὰ ψυχρότητα ἐπικρατοῦσαν, ἢ διὰ θερμότητα τοιαύτας, πῶς ἂν φθόνους ἢ ζηλοτυπίας ἢ παγουργίας εἰς ταῦτα ἀνάγοι; ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα, τύχας γοῦν πως χείρους τε καὶ βελτίους, πλουσίους καὶ πένητας, καὶ πατέρων εὐγενείας, ἢ αὐτῶν, θησαυρῶν τε εὑρέσεις; μυρία ἄν τις ἔχοι λέγειν, πόρρω ἄγων σωματικῆς ποιότητος τῆς ἐκ τῶν στοιχείων εἰς τὰ τῶν ζώων σώματα καὶ ψυχὰς ἰούσης. Οὐ μὴν οὐδὲ προαιρέσει ἀναθετέον τῶν ἄστρων καὶ τῇ τοῦ παντὸς γνώμῃ καὶ τοῖς τούτων λογισμοῖς τὰ συμπίπτοντα περὶ ἕκαστα τῶν ὑπ' αὐτά. Ἄτοπον γὰρ ἐκείνους μηχανᾶσθαι περὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων, ὅπως οἱ μὲν γένοιντο κλέπται, οἱ δὲ ἀνδραποδισταὶ, τοιχωρύχοι τε καὶ ἱερόσυλοι, ἀνανδροί τε ἄλλοι καὶ θήλεις τὰ ἔργα καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ αἰσχρὰ δρῶντες. Οὐ γὰρ ὅτι θεῶν, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπων μετρίων· τάχα δὲ οὐδὲ ὀντινωνοῦν τὰ τοιαῦτα ἐργάζεσθαι καὶ καταμηχανᾶσθαι, ἐξ ὧν αὐτοῖς αὐδ' ἡτινοῦν ὠφέλεια ἂν γίγνοιτο.

sic ipsa quoque artificiosum operi finem imponit : aut viribus insuper utitur naturalibus ad operum naturalium actiones passionesque perficiendas. Universi vero actiones dico, quibus totus ipse mundi circuitus in se ipsum agit, aut in partes. Dum enim evolvitur, cum se ipsum certa quadam conditione disponit, tum partes suas secum ipso componit : partes, inquam, cum quæ in ipso circuitu sunt, tum quæ sunt et inde distribuuntur in terris. Partium item ad partes actiones et passiones omnibus ferme manifestæ sunt, solis videlicet erga cetera super habitudines et effectus, atque etiam in terrena : rursus, quæ in aliis elementis aguntur tam ab ipso, quam a ceteris : præterea tam eorum, quæ in terris, quam quæ in aliis elementis mutuæ actiones passionesque sunt, de quibus singulatim considerandum esse videtur ; deinde artes, quæ ædificia construunt aliaque opificia fabricant, in tale quiddam similiter desinunt. Medicina vero et agricultura et reliquæ generis ejusdem ministræ sunt naturæ, operibusque naturæ, quo naturaliter peragantur, adminicula suggerunt. Considerare etiam expedit artem oratoriam atque musicam, et quæcumque voluptate quadam allicit animos, quæ hoc potissimum inter se discrepant, quod vel ad melius ducunt, vel ad deterius : quarum in genere perquirendum est, quot artes sint, et quam vim habeant, ac, si fieri potest, in his omnibus id pertractandum, quod ad præsens institutum nobis sit conducturum, et, quoad fieri potest, in his causæ requirendæ. Constat procul dubio ipsum mundi circuitum agere, primo quidem differenter sese disponentem : deinde etiam, quæ intra se continet, et absque controversia terrena omnia moderantem, non tantum corporum constitutiones, sed affectiones etiam animorum : item unumquodque cælestium in terrena et sequentia omnia facere. Utrum vero inferiora hæc in superiora vicissim aliquid agant, in sequentibus indagabimus : sed in præsentia, quæ apud omnes aut plurimos comprobata sunt, ita, ut videntur, habere se permittentes, anniti debemus ea duntaxat, quæ ratione nituntur, afferre, modum effectionis ab initio repetentes. Non enim dicendum est, sola calida et frigida, ceteraque talia, quæ qualitates elementorum primæ dicuntur, vel quæ ex harum mixtione conficiuntur, aliquid facere posse : neque rursus putandum est, solem facere omnia per calorem, et alium quendam cælestium frigore cuncta peragere : quid enim frigidum sit in cælo et igneo corpore, et igne nullo modo humido? Accedit ad hæc, quod hac ratione cælestium naturarum et actionum differentiam accipere minime possumus. Jam vero ab his multa fiunt, quæ in aliquid talium, velut in causam, referri non possunt. Quodsi quis differentias morum viribus supernis attribuat, secundum certas constitutiones corporum vel frigoris vel caloris excessu tales effectas, quonam pacto poterit etiam invidias, æmulationes, astutias in hæc ipsa reducere? Verum si et hæc valent, fortunas certe deteriores vel meliores, divitias, inopias, majorum nobilitatem, generositatem propriam, repertos thesauros, quanam ratione in qualitates ejusmodi referant? nam innumerabilia quivis enumerare potest, quæ longe remota sint ab efficacia corporeæ qualitatis ab elementis in animalium corpora et animas venientis. Neque tamen consilio electionique stellarum et universi sententiæ horumque consultationibus attribuenda sunt singula, quæ singulis inferioribus accidunt. Nefas enim dictu est, superos erga homines machinari, quo pacto alii quidem fures fiant, alii liberos in servitutem redigant, muros suffodiant, sacrilegia patrent : alii rursus illiberales et timidi, et in actionibus passionibusque muliebres, moribusque turpibus deditissimi. Talia enim committere atque machinari non solum non est deorum, sed neque etiam hominum mediocriter honestorum. Fortasse vero neque etiam aliquorum est talia perpetrare, ex quibus interim nulla eis sit utilitas proventura.

Cælum in omnia hæc inferiora agit, non consilio quodam eligente talia vel taliter agere : neque tantum corporeis qualitatibus, scilicet calefaciendo, humefaciendo, rarefaciendo, vel contra : sed naturalibus quibusdam vegetalis animæ viribus. Similibus quibusdam viribus inter consilium et corporeas qualitates quasi mediis anima nostra corporis humores et membra eorumque figuras et qualitates quotidie reficit. Cum mundus sit unum animal, omnia corporea duobus modis sunt partes mundi : primo, quia singula corpora sunt quædam universi corporis portiones : secundo, quia in quolibet corpore est et ipsa mundi anima, et propria quædam hujus animæ virtus et efficacia quasi dos huic corpori distributa. Quatenus ergo corporea singula sunt animalis mundani membra, facile tum a toto, tum invicem patiuntur : quippe cum etiam, quæ loco inter se distare videntur, sint propinqua ob mirabilem naturæ unius communionem.

ΑΒ'. Εἰ οὖν μήτε σωματικαῖς αἰτίαις ἀναθήσομεν μήτε προαιρέσεσιν, ὅσα ἔξωθεν εἰς ἡμᾶς τε καὶ τὰ ἄλλα ζῶα καὶ ὅλως ἐπὶ γῆς ἀφικνεῖται ἐξ οὐρανοῦ, τίς ἂν εἴη λοιπὴ καὶ εὔλογος αἰτία ; Πρῶτον τοίνυν θετέον ζῷον ἓν, πάντα τὰ ζῶα τὰ ἐντὸς αὐτοῦ περιέχαν, τόδε τὸ πᾶν εἶναι, ψυχὴν μίαν ἔχον εἰς πάντα αὐτοῦ μέρη, καθ' ὅσον ἐστὶν ἕκαστον αὐτοῦ μέρος· μέρος δὲ ἕκαστόν ἐστι τὸ ἐν τῷ παντὶ αἰσθητῷ, κατὰ μὲν τὸ σῶμα καὶ πάντῃ· ὅσον δὲ καὶ ψυχῆς τοῦ παντὸς μετέχει, κατὰ τοσοῦτον καὶ ταύτῃ· καὶ τὰ μὲν μόνης ταύτης μετέχοντα κατὰ πᾶν ἐστι μέρη· ὅσα δὲ καὶ ἄλλης, ταύτῃ ἔχει τὸ μὴ μέρη πάντῃ εἶναι. Πάσχει δὲ οὐδὲν ἧττον παρὰ τῶν ἄλλων, καθ' ὅσον αὐτοῦ τι ἔχει, καὶ κατ' ἐκεῖνα, ἃ ἔχει. Συμπαθὲς δὴ πᾶν τοῦτο τὸ ἕν, καὶ ὡς ζῷον ἕν, καὶ τὸ πόρρω δὴ ἐγγύς, ὥσπερ ἐφ' ἑνὸς τῶν καθ' ἕκαστα ὄνυξ καὶ κέρας καὶ δάκτυλος, καὶ ἄλλο τι τῶν οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ διαλείποντος τοῦ μεταξὺ καὶ παθόντος, οὐδὲν ἔπαθε τὸ οὐκ ἐγγύς. Οὐ γὰρ ἐφεξῆς τῶν ὁμοίων κειμένων, διειλημμένων δὲ ἑτέροις μεταξὺ, τῇ δὲ ὁμοιότητι συμπασχόντων, καὶ εἰς τὸ πόρρω ἀφικνεῖσθαι ἀνάγκη τὸ παρὰ τοῦ μὴ παρακειμένου ὁρώμενον· ζώου τε ὄντος καὶ εἰς ἓν τελοῦντος οὐδὲν οὕτω πόρρω τόπῳ, ὡς μὴ ἐγγὺς εἶναι τῇ τοῦ ἑνὸς ζώου πρὸς τὸ συμπαθεῖν φύσει. Τὸ μὲν οὖν ὁμοιότητα πρὸς τὸ ποιοῦν ἔχον πεῖσιν ἔχει οὐκ ἀλλοτρίαν· ἀνομοίου δὲ ὄντος τοῦ ποιοῦντος, ἀλλότριον τὸ πάθημα, καὶ οὐ προσηνὲς τὸ πάσχον ἴσχει. Βλαβερὰν δὲ ποίησιν ἄλλου πρὸς ἄλλου ἑνὸς ὄντος ζώου οὐ δεῖ τεθαυμακέναι, ἐπεὶ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἐν ταῖς ἐνεργείαις ταῖς ἡμετέραις βλάπτοιτ' ἂν ἄλλο πρὸς ἄλλου μέρος, ἐπεὶ καὶ χολὴ καὶ ὁ θυμὸς ἄλλο ὡς δοκεῖ πιέζει καὶ κεντεῖ. Καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ παντὶ ἔστι τι θυμῷ καὶ χολῇ ἀνάλογον, καὶ ἄλλο ἄλλῳ· καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς δὲ, ἐμπόδιον ἔσται ἄλλο ἄλλῳ· ὥστε καὶ ἀφανάναι. Τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἐν ζῷοις, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἂν ὁρᾶται. Ὥστε καθ' ὅσον μὲν ἓν ἕκαστον τῷ ὅλῳ, σώζεται, καθ' ὅσον δὲ καὶ πολλὰ πρὸς ἄλληλα συνιόντα, πολλαχῇ τῷ διαφόρῳ ἔβλαψε, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ χρείαν ἄλλο ἕτερον ἔβλαψε καὶ δὴ καὶ τροφὴν ἐποιήσατο, συγγενὲς ἅμα καὶ διάφορον ὑπάρχον, καὶ σπεῦδον ἕκαστον ἑαυτῷ κατὰ φύσιν, ὅσον τε οἰκεῖον τοῦ ἑτέρου, λαμβάνει εἰς αὐτὸ, καὶ ὅσον ἀλλότριον ἐγίγνετο, ἀφανίζει εὐνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ. Ἔργον τε τὸ αὐτοῦ ποιοῦν ἕκαστον, τὸ μὲν δυνηθὲν ἀπολαῦσαί τι τῶν αὐτοῦ ἔργων, ὠφέλησεν· ὃ δ' ἀδύνατον ἦν ὑπομεῖναι τὴν ὁρμὴν τοῦ ἔργου, ἠφάνισεν ἢ ἔβλαψεν· ὥσπερ ὅσα αὐανθείη ἂν παριόντος πυρὸς, ἢ ζῶα ἐλάττω ὑπὸ μειζόνων δρόμου παρασυρείη ἢ καί που πατηθείη.

XXXII. Cum igitur neque corporeis causis neque consiliis attribuamus illa, quæ extrinsecus in nos ceteraque animalia, et quæcumque terrena e cælo proveniunt, quænam probabilis causa reliqua nobis erit? Principio universum hoc existimandum est esse animal unum, animalia omnia intra se continens, unam habens animam per singulas sui partes se diffundentem, quatenus quodlibet pars est ejus; pars autem ejus est, quodcumque in ordine sensibili continetur : et certe, quantum ad corpus attinet, pars est omnino; quantum etiam mundanæ est animæ particeps, eatenus et hac ratione pars mundi censetur. Jam vero, quæ animam hanc solam participant, undique sunt et partes : quæ vero aliam insuper habent animam, ex hoc ipso habent, ne omnino sint partes. Patiuntur autem ab aliis nihilominus, quatenus universi aliquid habent, et secundum illa, quæ habent, congrue patiuntur. Profecto universum hoc, quia unum est unumque animal, undique sibi ipsi compatitur : et quod remotum in eo videtur esse, est et propinquum : quemadmodum in uno quovis animalium ungues, cornua, digiti, et aliud quodlibet eorum, quæ non sunt proxime posita, sed quodam intercipiente distant : ubi patiente aliquo nihil patitur, quod nullo sit modo propinquum. Ubi enim, quæ inter se consimilia sunt, non continuantur proxime, sed interveniente alio distant, tamen similitudine ipsa vicissim compatiuntur, atque in id, quod procul est positum, necesse est pervenire effectum etiam non propinqui. At in hoc universo, quod et animal est, et undique conducit in unum, nihil adeo loco remotum est, quin censeatur esse propinquum ob ipsam animalis unius naturam sibimet ubique compatientem. Quod igitur similitudinem habet erga id, quod agit, passionem accipit non alienam : si vero agens dissimile sit, alienam suscipit passionem atque molestiam. Neque vero mirandum est, in uno vivente actionem ab alio in aliud accidere noxiam, quando et in nobis in actionibus nostris pars alia ab alia læditur : siquidem bilis et ira aliud, ut videtur, premit et pungit. Tum vero in universo est aliquid animositati bilique quadam proportione persimile, aliudque similiter aliis : quin etiam in plantis alia impedimento sunt aliis, adeo ut et perdant. Hic vero mundus non solum est unum animal, sed et multa [esse] conspicitur. Quam ob rem, quatenus unumquodque cum universo est unum, ex hoc ipso servatur : quantum vero et multa [sunt] atque multa inter se concurrunt, passim læditur a diverso : ubi certe aliud ad proprium usum laedit aliud, et pro nutrimento utitur alio, cum cognatum simul sit et differens : nempe quodlibet sibimet naturaliter consulens, quantum cum altero congruit, accipit in se ipsum, et quantum sit alienum, perdit benevolentia sui. Praeterea unumquodque, dum proprium agit opus, interea prodest ei, quod opportune potest in se aliquid operum ejus admittere. Quod autem operis impetum sustinere non valet, aut perdit, aut afficit detrimento : sicut quæ igne praetereunte repente arescunt, vel sicut animalia minora majorum cursu raptantur sive calcantur. Horum vero

Πάντων δὲ τούτων ἡ γένεσις ἥ τε φθορὰ, ἀλλοίωσίς τε πρὸς τὸ χεῖρον ἢ βέλτιον, τὴν τοῦ ἑνὸς ζώου ἐκείνου ἀπαθέστατον καὶ κατὰ φύσιν ἔχουσαν ζωὴν ἀποτελεῖ. Ἐπίπερ οὐχ οἷόν τε ἦν ἕκαστα οὕτως ἔχειν, ὡς μόνα ὄντα, οὐδὲ πρὸς αὐτὰ τὸ τέλος εἶναι, καὶ βλέπειν, μέρη ὄντα, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνο, οὗπερ καὶ μέρη, διάφορά τε ὄντα, μὴ πάντα τὸ αὐτῶν ἐν μιᾷ ζωῇ ὄντα ἀεὶ ἔχειν· οὐκ ἦν τε μένειν οὐδὲν πάντῃ ὡσαύτως, εἰπερ ἔμελλε τὸ πᾶν μένειν ἐν τῷ κινεῖσθαι τὸ μένειν ἔχον.

omnium generatio et corruptio, item permutatio ad melius vel deterius, ipsam animalis unius mundani vitam perficit ab impedimento remotam et naturaliter se habentem : quandoquidem fieri non poterat, ita singula se habere, ut sola forent, vel ut ad se ipsa fines essent seque duntaxat spectarent, cum partes exsistant : sed ad illud spectandum fuit velut finem, cujus et partes sunt. Item cum differentia esse deberent, merito singula in una vita comprehensa non debuerunt idem inter se omnino propriumve sui perpetuo possidere : neque fieri potuit, ut quicquam eodem semper modo penitus permaneret, si modo permanere debuit universum suam habens in motu stabilitatem.

Totus mundus est animal unum ratione musica saltando consequenter una secum omnia variana. Anima mundi habet in sua intelligentia, cogitatione, imaginatione, natura descriptas quasi præsentes futuras omnes revolutiones mundi secundum musicas earum proportiones : item designatos habet omnes eventus, qui vel revolutiones necessario comitantur in cælis, vel quomodocunque sub cælo consequuntur easdem. Ad ejusmodi musicam designationem quasi ad cantilenam sonorumque concentus per affectum sequuntur revolutiones in mundo quasi gestus quidam arte tripudiantis. Ipse quidem saltator intentione spectat primo insitam sibi musicam : deinde per hanc membrorum mundanorum revolutiones : tertio per eas prospicit quodammodo, quæ inde sequuntur, vel saltem significantur. Potest et sapiens aliquis quasi musicus prævidere, qualia ubique quales sequantur revolutiones mundi, sicut quales gestus membrorum ad quales sequantur soni partes, præterquam ubi vel inepta superis materia non omnino cedit, vel nimis debilis patitur supra modum : sicut et arbitrium hominis potest non sequi cæli tenorem, et vicissim humana debilitas ultra modum inde pati. Denique sicut in chorea passiones quædam membrorum vel aliorum contingunt ultra gestus artificiosos, sic et similia quædam ex tripudio mundi contingunt.

ΚΓ'. Τῆς δὴ φορᾶς τὸ εἰκῇ οὐκ ἐχούσης, ἀλλὰ λόγῳ τῷ κατὰ τὸ ζῷον φερομένης, ἔδει καὶ συμφωνίαν τοῦ ποιοῦντος πρὸ τὸ πάσχον εἶναι, καί τινα τάξιν εἰς ἄλληλα καὶ πρὸς ἄλληλα συντάσσουσαν, ὥστε καθ' ἑκάστην σχέσιν τῆς φορᾶς καὶ τῶν αὖ ὑπὸ τὴν φορὰν ἄλλην καὶ ἄλλην τὴν διάθεσιν εἶναι, οἷαν μίαν ὄρχησιν ἐν ποικίλῃ χορείᾳ ποιούντων· ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ὀρχήσεσι τὰ μὲν ἔξω πρὸς τὴν ὄρχησιν καθ' ἕκαστον τῶν κινημάτων ὡς ἑτέρως μεταβαλλόντων τῶν συντελούντων πρὸς τὴν ὄρχησιν, αὐλῶν τε καὶ ᾠδῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνηρτημένων, τί ἄν τις λέγοι φανερῶν ὄντων; ἀλλὰ τὰ μέρη τοῦ τὴν ὄρχησιν παρεχομένου καθ' ἕκαστον σχῆμα ἐξ ἀνάγκης οὐκ ἂν ὡσαύτως δύναιτο ἔχειν τῶν μελῶν τοῦ σώματος ταύτῃ συνεπομένου καὶ καμπτομένου, καὶ πιεζομένου μὲν ἑτέρου, ἀνιεμένου δὲ ἄλλου· καὶ τοῦ μὲν πονοῦντος, τῷ δὲ ἀναπνοήν τινα ἐν τῷ διαφόρῳ σχηματισμῷ δεχομένου. Καὶ ἡ μὲν προαίρεσις τοῦ ὀρχουμένου πρὸς ἄλλο βλέπει, τὰ δὲ πάσχει τῇ ὀρχήσει ἑπομένως, καὶ ὑπουργεῖ τῇ ὀρχήσει, καὶ συναποτελεῖ τὴν πᾶσαν· ὥστε τὸν ἔμπειρον ὀρχήσεως εἰπεῖν ἂν, ὡς τῷ τοιούτῳ σχηματισμῷ αἴρεται μὲν ὑψοῦ τοδὶ μέλος τοῦ σώματος, συγκάμπτεται δὲ τοδὶ, τοδὶ δὲ ἀποκρύπτεται, τατεινὸν δὲ ἄλλο γίγνεται, οὐκ ἄλλως τοῦ ὀρχηστοῦ προελομένου τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ ὅλου σώματος ὀρχήσει θέσιν ταύτην ἀναγκαίαν ἴσχοντος τοῦδε τοῦ μέρους τοῦ τὴν ὄρχησιν διαπεραίνοντος. Τοῦτον τοίνυν τὸν τρόπον καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ φατέον ποιεῖν, ὅσα ποιεῖ, τὰ δὲ καὶ σημαίνειν, μᾶλλον δὲ τὸν μὲν ὅλον κόσμον τὴν ὅλην αὐτοῦ ζωὴν ἐνεργεῖν, κινοῦντα ἐν αὐτῷ τὰ μέρη τὰ μεγάλα καὶ μετασχηματίζοντα ἀεί, τὰς δὲ σχέσεις τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὸ ὅλον, καὶ τὰς διαφόρους αὐτῶν θέσεις ἑπόμενα καὶ τὰ ἄλλα, ὡς ζώου ἑνὸς κινουμένου παρέχεσθαι,

XXXIII. Cum vero revolutio mundi nihil in se fortuitum habeat, sed ratione quadam spectante ad animal peragatur, oportuit quandam agentis ad patiens esse concordiam, et ordinem quendam in se et ad se invicem ordinantem : adeo ut secundum quamlibet revolutionis habitudinem rursus revolutioni huic subditorum aliam aliamque dispositionem oporteat fieri, quasi tripudium unum in chorea longe varia faciant. In nostris profecto tripudiis explicare quis potest, utpote manifesta, quæ fiunt extrinsecus tripudio consentanea in qualibet motione singulatim aliter se permutantibus his, quæ conducunt ad choream, tibiis videlicet et cantilenis ceterisque conjunctis. Sed non similiter tenere quivis potest et declarare partes illius, qui tripudium agit secundum figuram quamlibet necessario, dum corpus certa quadam ratione comitatur et flectitur consequendo : in quo quidem aliud premitur et cohibetur, aliud relaxatur, aliud quidem laborat, aliud vero respirationem quandam in figuratione recipit differenti. Institutum sane tripudiantis aliud interea spectat, dum reliqua consequenter ad tripudium patiuntur, et saltationi ministrant totamque una perfecte conficiunt. Itaque saltandi peritus poterit assignare, quemadmodum in tali quadam configuratione membrum id corporis altius elevatur, id vero contrahitur, illud occultur, aliud interim humi deprimitur, dum ipse tripudiator non aliter hoc agi deliberet, sed in ipso corporis universi tripudio dispositionem hanc teneat necessariam huic parti choream peragenti. Eadem ratione putandum est cælestia facere, quæcumque faciunt, et pleraque significare : imo vero totum quidem mundum totam sui vitam agere, moventem in se partes ingentes, semperque transfigurantem : habitudines vero partium cum invicem, tum ad totum differentesque earum positiones præbere cetera sibi consequentia, quasi unum animal moveatur, ita quidem se habentia secundum tales habitu-

ὡδὶ μὲν ἴσχοντα, κατὰ τὰς ὡδὶ σχέσεις καὶ θέσεις καὶ σχηματισμοὺς, ὡδὶ δὲ κατὰ τὰς ὡδὶ, ὡς μὴ τοὺς σχηματιζομένους τοὺς ποιοῦντας εἶναι, ἀλλὰ τὸν σχηματίζοντα, μηδ' αὖ τὸν σχηματίζοντα ἄλλο ποιοῦντα, ἄλλο ποιεῖν· οὐ γὰρ εἰς ἄλλο, ἀλλὰ αὐτὸν πάντα τὰ γιγνόμενα εἶναι, ἐκεῖ μὲν τὰ σχήματα, ἐνθαδὶ δὲ τὰ συνεπόμενα τοῖς σχήμασιν ἀναγκαῖα παθήματα περὶ τὸ οὑτωσὶ κινούμενον ζῷον εἶναι· καὶ αὖ περὶ τὸ οὑτωσὶ συγκείμενον καὶ συνεστὼς φύσει καὶ πάσχον καὶ δρῶν εἰς αὐτὸ ἀνάγκαις.

dines et positiones atque figuras : ita vero secundum tales, perinde ac si non sint auctores rerum, qui figuratur, sed figurator ; neque rursus figurator ipse aliud faciens faciat aliud. Non enim facit in aliud, sed existimandum est, ipsum ea omnia esse, quæ fiunt : ibi quidem figuras, hinc vero consequentia figuris tanquam necessarias passiones circa animal sic agitatum : ac rursus circa ita compositum et consistens natura et agens necessariis conditionibus in se ipsum.

Corpus nostrum tanquam mundi pars sequitur fatalem mundi circuitum. Anima quoque, quatenus obsequitur corpori, potest tamen et magnanimitate passiones corporis parvi pendere, et eas arte declinare vel levare. In variis mundi sphæris partibusque earum, et stellis naturaliter variæ sunt virtutes. Sunt et virtutes variæ in differentibus ibi figuris ex stellis invicem firmiter constitutis : virtutes, inquam, firmæ. Oriuntur et differentes deinceps virtutes in differentibus figuris, quæ inter stellas perpetua motus diversitate contingunt. Ad has utique virtutes tam naturarum quam figurarum consequuntur, quæ sub luna fiunt, partim quidem velut inde necessario facta, ceu qui saltantis manu capti corripiuntur, partim vero tanquam liberius consonantia, velut qui ad sonum choreamque gestiunt, et canunt saltantque libenter. Figuræ quidem cælestes hæc inferiora significant : naturæ vero una cum figuris efficiunt pro dispositione materiæ. Multa vero figuræ significant, quæ non cælitus, sed aliunde fiunt.

ΛΔ'. Ἡμᾶς δὲ διδόντας τὸ μέρος αὐτῶν εἰς τὸ πάσχειν, ὅσον ἦν ἡμέτερον ἐκείνου τοῦ σώματος, μὴ τὸ πᾶν ἐκείνου νομίζοντας, μέτρια παρ' αὐτοῦ πάσχειν· ὥσπερ οἱ ἔμφρονες τῶν θητευόντων, τὸ μέν τι τοῖς δεσπόζουσιν ὑπηρετοῦντες, τὸ δ' αὐτῶν ὄντες, μετριωτέρων τῶν παρὰ τοῦ δεσπότου ἐπιταγμάτων διὰ τοῦτο τυγχάνοντες, ἅτε μὴ ἀνδράποδα ὄντες, μηδὲ τὸ πᾶν ἄλλου. Τὸ δὲ τῶν σχηματισμῶν διάφορον τῶν θεόντων, μὴ ἰσοταχῶν ὄντων, ἀναγκαῖον ἦν γίγνεσθαι, ὡς νῦν γίγνεται. Λόγῳ δὲ φερομένων, καὶ διαφόρων τῶν σχέσεων τοῦ ζώου γιγνομένων, εἶτα καὶ ἐνταῦθα τούτων τῶν παρ' ἡμῖν συμπαθῶν πρὸς τὰ ἐκεῖ γιγνομένων, εὔλογον ζητεῖν, πότερα συνέπεσθαι φατέον ταῦτα συμφωνοῦντα ἐκείνοις, ἢ τὰ σχήματα τὰς δυνάμεις τῶν ποιουμένων ἔχειν, καὶ τὰ σχήματα ἁπλῶς, ἢ τὰ τούτων. Οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς σχηματισμὸς ταὐτοῦ ἐπ' ἄλλου καὶ αὖ ἄλλων τὴν αὐτὴν σημασίαν ἢ ποίησιν ἐργάζεται· ἐπεὶ καὶ καθ' αὑτὸν ἕκαστος διάφορον ἔχειν τὴν φύσιν δοκεῖ· ἢ ὀρθῶς ἔχει λέγειν τὴν τούτων σχημάτισιν ταδὶ καὶ τοιάνδε διάθεσιν εἶναι, τὴν δὲ ἄλλων τὴν αὐτὴν οὖσαν ἐν σχηματισμῷ ἄλλην. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐκέτι τοῖς σχήμασιν, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς σχηματιζομένοις δώσομεν, ἢ συναμφοτέροις, τοῖς γοῦν αὐτοῖς διάφορον σχέσιν λαβοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ αὐτῷ μόνῳ διάφορον τόπον ἄλλα. Ἀλλὰ τί; ποιήσεις, ἢ σημασίας; ἢ τῷ συναμφοτέρῳ τῷ σχηματισμῷ τῷ τούτων ἄμφω, καὶ ποιήσεις καὶ σημασίας ἐν πολλοῖς; ἀλλαχοῦ δὲ σημασίας μόνον. Οὗτος τοίνυν ὁ λόγος δυνάμεις μὲν δίδωσι τοῖς σχήμασι, δυνάμεις δὲ καὶ τοῖς σχηματιζομένοις· ἐπεὶ καὶ τῶν ὀρχουμένων ἔχει μὲν δύναμίν τινα καὶ χεὶρ ἑκατέρα καὶ τὰ ἄλλα μέλη, ἔχει δὲ καὶ τὰ σχήματα πολλήν· τρίτα δέ ἐστι τὰ συνεπόμενα, αὐτῶν τε τῶν εἰς τὴν ὄρχησιν παραλαμβανομένων τὰ μέρη, καὶ ἐξ ὧν ταῦτα, οἷον χειρὸς τὰ συνθλιβόμενα, καὶ νεῦρα καὶ φλέβες συμπαθοῦντα.

XXXIV. Judicandum est præterea, nos, quando id duntaxat ex his, quæ in nobis sunt, quod pars est corporis universi, tanquam passurum illi concedimus, neque totum, quod est in nobis, illius esse censemus, tunc ab illo moderata pati : quemadmodum prudentissimi quique ministrantium, partim quidem concedentes dominis, partim vero sui juris esse volentes, modestiora ob hoc ipsum a dominis mandata reportant : utpote qui neque mancipia sint, neque alieni juris omnino. Differentiam vero figurationum necessarium erat fieri, ut nunc efficitur, propterea quod et currunt, neque pari velocitate percurrunt. Proinde, cum ratione ferantur differentesque habitus animalis evadant, ac deinde, quæ apud nos fiunt, illis compatiantur, rationi consentaneum est perquirere, utrum asserendum sit, hæc illa consequi consonantia illis, an figuras habere vires efficiendorum, atque utrum figuras simpliciter, an potius horum figuras. Non enim eadem figuratio in alio rursusque in aliis eandem significationem vel effectum affert : quoniam quilibet etiam per se ipsum differentem naturam habere videtur. Fortasse vero recte dicetur, horum quidem figurationem, hæc talia esse dispositionemque ejusmodi : aliorum vero eandem existentem in figuratione aliam. Verum si ita sit, non figuris ulterius, sed ipsis potius figuratis auctoritatem dabimus, vel simul amborum, naturis videlicet eisdem nactis habitum differentem : sed etiam eidem solum per locum differenti, alia concedemus. Sed quidnam dabimus? effectionesne, an significationes? Fortasse ipsi conjuncto, scilicet figurationi horum propriambo, cum effectiones, tum significationes in multis, aliis vero significationes tantum. Hæc itaque ratio vires quidem præstat figuris, vires et figuratis : quoniam et saltantium ludentiumque in chorea habent quidem vim quandam et manus ambæ, et cetera membra, habent quoque figuræ permultam. Tertio vero in loco sunt, quæ consequuntur, cum partes in tripudium assumptorum, tum ea ex quibus fiunt, vel quæ ex iis eveniunt, velut quæ attractando confricantur, et nervi ac venæ compatientes.

Anima mundi in ipsa idearum serie universum hoc ab ævo contemplata una semel communi elegit electione totum mundi cursum, ita fore comprobans : interea natura vegetalis ejus imago sibi subdita absque electione sic totum transigit mundi cursum. Singulæ quoque sphærarum stellarumque animæ se similiter habent ad deum atque mundum ; et usque adeo cum anima mundi, quam voluntate, tum natura consentiunt, ut omnes in mundo actiones earum recte possint animæ mundanæ actio nominari. Omnes ergo res corporeæ sunt animalis mundani partes : omnes rerum naturalium actiones sunt animalis hujus motus : omnes revolutiones mundanæ sunt gestus et quasi sermones ejusdem. Nihil vel in eo vel ex eo est aut fit fortuitum ; ad rationes enim omnia referuntur huic insitas seminales, vel altius exemplares. Singula igitur vel ordine proficiscuntur, vel statim rediguntur in ordinem. Sol mundi cor plus admodum vitæ naturalis habet atque affert, quam ceteræ mundi partes. In hoc igitur nonnulli ipsam mundi animam posuerunt per radios ejus usquequaque diffusam. Virtutes rerum naturalium omnes primo sunt in seminalibus rationibus naturæ communis. Hinc mox traducuntur in mundi sphæras, earumque figuras tam volubiles, quam firmas. Hinc in rerum naturalium species, in quibus inde latent vires super elementa mirabiles, atque ex ipsis cæli figuris in figuras inferiores vires quoque mirifice. Habent et vultuum nostrorum figuræ proprias quasdam alliciendi vel deterrendi virtutes, unde appareat vim propriam figuris non minus quam coloribus inesse posse.

ΛΕ'. Πῶς δὴ οὖν αὗται αἱ δυνάμεις; (σαφέστερον γὰρ πάλιν λεκτέον) τί τὸ τρίγωνον παρὰ τὸ τρίγωνον διάφορον ἔχει; τί δὲ ὁδὶ πρὸς τονδὶ, καὶ κατὰ τί τοδὶ ἐργάζεται, καὶ μέχρι τίνος; ἐπειδὴ οὔτε τοῖς σώμασιν τούτων οὔτε ταῖς προαιρέσεσιν ἀπέδομεν τὰς ποιήσεις· τοῖς μὲν σώμασιν, ὅτι μὴ μόνον σώματος ἦν ποιήματα τὰ γιγνόμενα· ταῖς δὲ προαιρέσεσιν, ὅτι ἄτοπον ἦν προαιρέσεσι θεοὺς ποιεῖν ἄτοπα. Εἰ δὲ μνημονεύομεν, ὅτι ζῷον ἓν ὑπεθέμεθα εἶναι, καὶ ὅτι οὕτως ἔχον συμπαθὲς αὐτὸ ἑαυτῷ ἐξ ἀνάγκης ἐδει εἶναι, καὶ δὴ καὶ ὅτι κατὰ λόγον ἡ διέξοδος τῆς ζωῆς σύμφωνος ἑαυτῇ ἅπασα, καὶ ὅτι τὸ εἰκῇ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ζωῇ, ἀλλὰ μία ἁρμονία καὶ τάξις, καὶ οἱ σχηματισμοὶ κατὰ λόγον, καὶ κατ' ἀριθμοὺς δὲ ἕκαστα, καὶ τὰ χορεύοντα ζώου μέρη ἅμα ἀνάγκη ὁμολογεῖν τὴν ἐνέργειαν τοῦ παντὸς εἶναι, τά τε ἐν αὐτῷ γιγνόμενα σχήματα, καὶ τὰ σχηματιζόμενα μέρη αὐτοῦ, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα· καὶ οὕτω καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ζῇν τὸ πᾶν, καὶ τὰς δυνάμεις εἰς τοῦτο συμβάλλειν, ὥσπερ καὶ ἔχουσαι ἐγένοντο ὑπὸ τοῦ ἐν λόγοις πεποιηκότος· καὶ τὰ μὲν σχήματα ὧν λόγους εἶναι, ἢ διαστάσεις ζώου, καὶ ῥυθμοὺς καὶ σχέσεις ζώου κατὰ λόγον, τὰ δὲ διεστηκότα καὶ ἐσχηματισμένα μέλη ἄλλα· καὶ εἶναι τοῦ ζώου δυνάμεις μερὶς τῆς προαιρέσεως ἄλλας τὰς ὡς ζώου μέρη, ἐπεὶ τὸ τῆς προαιρέσεως αὐτοῖς ἔξω, καὶ οὐ συντελοῦν πρὸς τοῦ ζώου τοῦδε τὴν φύσιν. Μία γὰρ ἡ προαίρεσις ἑνὸς ζώου, αἱ δὲ δυνάμεις αἱ ἄλλαι αὐτοῦ πρὸς αὐτὸ πολλαί. Ὅσαι δ' ἐν αὐτῷ προαιρέσεις, πρὸς τὸ αὐτό [εἰσι], πρὸς ὃ καὶ ἡ τοῦ παντὸς ἡ μία· ἐπιθυμία μὲν γὰρ ἄλλου πρὸς ἄλλο τῶν ἐν αὐτῷ. Λαβεῖν γάρ τι τῶν ἑτέρων ἐθέλει μέρος τὸ ἄλλο μέρος, ἐνδεὲς ὂν αὐτοῦ· καὶ θυμὸς πρὸς ἕτερον, ὅταν τι παραλυπῇ, καὶ ἡ αὔξησις παρ' ἄλλου, καὶ ἡ γένεσις εἰς ἄλλο τῶν μερῶν· τὸ δ' ὅλον καὶ ἐν τούτοις μὲν ταῦτα ποιεῖ, αὐτὸ δὲ τὸ ἀγαθὸν ζητεῖ, μᾶλλον δὲ βλέπει. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἡ ὀρθὴ προαίρεσις, ἡ ὑπὲρ τὰ πάθη, ζητεῖ, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ ταύτῃ συμβάλλει· ἐπεὶ καὶ τῶν παρ' ἄλλων θητευόντων πολλὰ μὲν τῶν ἔργων αὐτοῖς βλέπει πρὸς τὰ ἐπιταχθέντα ὑπὸ τοῦ δεσπότου· ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ὄρεξις πρὸς τὸ αὐτὸ, πρὸς ὃ καὶ ὁ δεσπότης. Εἰ δὴ ὁρᾷ τι ὁ ἥλιος, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα εἰς τὰ τῇδε, χρὴ νομίζειν αὐτὸν μὲν ἄνω βλέποντα εἶναι· ἐφ' ἑνὸς γὰρ τὸν λόγον ποιητέον· ποιεῖσθαι δὲ παρ' αὐτοῦ, ὥσπερ τὸ

XXXV. Quo igitur modo hæ vires se habent? Planius enim iterum dicendum est, quidnam differentiæ habeat triangulus ad triangulum comparatus, quidve hic habeat agatve ad illum, et secundum quid hoc agat, et quousque, postquam neque corporibus neque consiliis cælestium attribuimus actiones : non corporibus, quoniam, quæ fiunt, non corporis tantum esse effectus apparuit ; non consiliis, quia nefas esset deos consiliis turpia facere. Ad hanc igitur quæstionem meminisse debemus, nos supra proposuisse, mundum esse animal unum, cumque tale sit, ipsum oportuisse compatiens sibimet necessario fore : item secundum rationem vitæ ejus agi discursum sibimet omnino consentientem : rursus in ipsa vita nihil esse fortuitum, sed concentum unum atque ordinem : præterea figurationes omnes secundum rationem fieri, certisque singulas numeris : atque animalis mundani partes utrasque quasi choream agentes esse procul dubio quosdam mundi ipsius actus, cum figuras, quæ in eo fiunt, et figuratas ipsius partes, tum quæ hæc ipsa sequuntur : atque ita et hac ratione universum vivere viresque suas ad hoc ipsum conferre, quemadmodum se habentes factæ sunt ab eo, qui omnia rationibus effecit. Existimandum est præterea figuras esse quasi rationes sive sermones, aut an malis ipsius intervalla modosque numerosos et habitus gestusque animalis ratione perfectos : ipsa vero, quæ distant et figurantur, esse alia membra : esse quinetiam animalis vires alias seorsum ab electione tanquam animalis ipsius partes : quoniam electionis munus illic quasi accedit extrinsecus, neque ad animalis hujus conducit naturam. Una enim electionis institutio est animalis unius, vires autem aliæ ejus ad se ipsum multæ. Quotcumque vero in eo electiones sunt, eodem tendunt, quo tendit et una totius ; appetitus enim in his, quæ in eo sunt, aliorum est ad alia. Accipere enim aliquid aliorum student, pars videlicet alia partem aliam, illius scilicet indiga : quin etiam ira quædam naturalis insurgit in aliud, quando aliquid lædit. Tum vero augmentum fit ex alio, et generatio in aliam partium : ipsum vero totum in his etiam hæc quidem agit, sed ipsum bonum ipsum quærit, imo vero suspicit. Hoc igitur et optio recta, quæ passiones antecedit, exoptat, atque in idem cum hac ipsa conspirat : quoniam et in his, qui ministrant aliis, multa quidem opera ad domini mandata respiciunt : appetitio vero boni eodem, quo et dominus ipse, spectat. Si ergo sol et aliæ stellæ in hæc aliquid agunt, existimandum est, solem ipsum superna suspicere : in hoc enim uno exempli causa de aliis dictum puta. in-

θερμαίνεσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς, οὕτω καὶ, εἴ τι μετὰ τοῦτο ψυχῆς διαδόσει, ὅσον ἐν αὐτῷ, φυσικῆς ψυχῆς πολλῆς οὔσης· καὶ ἄλλο δὲ ὁμοίως οἷον ἑλλάμπον δύναμιν παρ' αὐτοῦ ἀπροαίρετον διδόναι, καὶ πάντα δὴ ἕν τι οὕτως ἐσχηματισμένον γενόμενα τὴν διάθεσιν ἄλλην καὶ ἄλλην αὖ διδόναι, ὥστε καὶ τὰ σχήματα δυνάμεις ἔχειν. Παρὰ γὰρ [τὸ] οὕτως ἢ οὕτως, ἄλλως καὶ ἄλλως, καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἐσχηματισμένων γίγνεσθαί τι· παρὰ γὰρ [τὸ] τούτους ἄλλο, καὶ ἄλλο αὖ παρ' ἄλλους, ἐπεὶ καὶ καθ' αὑτὰ τὰ σχήματα ὡς δυνάμεις ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν τῇδε ἄν τις ἴδοι. Διὰ τί γὰρ τὰ μὲν φοβερὰ τοῖς ὁρῶσι τῶν σχημάτων, μηδέν τι προπεπονθότων τῶν φοβουμένων, τὰ δὲ οὐ φοβεῖ ὀφθέντα; καὶ ἄλλους μὲν ταδὶ, ἄλλους δὲ ταδί; ἢ ὅτι εἰς μὲν τὸ τοιόνδε ταδὶ ἐργάζεται, εἰς δὲ τοῦτον ἄλλα, οὐκ ἂν μὴ δυναμένων εἰς τὸ πεφυκὸς ποιεῖν· καὶ οὕτωσὶ μὲν σχηματισθὲν ἐκίνησε τὴν ὄψιν, οὑτωσὶ δὲ οὐ τὸν αὐτόν. Καὶ γὰρ εἴ τις λέγοι τὸ κάλλος εἶναι τὸ κινοῦν, διὰ τί τὸν μὲν τοῦτο, τὸν δὲ ἄλλο ἐκίνησε, μὴ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα διαφορᾶς τὴν δύναμιν ἐχούσης; διὰ τί γὰρ τὰς μὲν χρόας φήσομεν δύναμιν ἔχειν καὶ ποιεῖν, τὰ δὲ σχήματα οὐ φήσομεν; ἐπεὶ καὶ ὅλως ἄτοπον εἶναι μέν τι ἐν τοῖς οὖσι, μὴ μέντοι ἔχειν τι, ὃ δύναται. Τὸ γὰρ ὄν, τοιοῦτον, οἷον ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν· καὶ ἐν μὲν τοῖς δοτέον τὸ ποιεῖν, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἄμφω· καὶ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις δὲ δυνάμεις, καὶ παρὰ τὰ σχήματα· καὶ ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν εἰσὶ πολλαί, ἃς οὐ θερμὰ ἢ ψυχρὰ παρέχεται, ἀλλὰ γενόμενα ποιότησι διαφόροις, καὶ λόγοις εἰδοποιηθέντα, καὶ φύσεως δυνάμεως μεταλαβόντα, οἷον καὶ λίθων φύσεις καὶ βοτανῶν ἐνέργειαι θαυμαστὰ πολλὰ παρέχονται.

terea vero sub ipso terrena calescere hac conditione, et si quid deinceps traductione quadam animæ, quoad fieri potest : plurima enim illic est anima naturalis : similiter et cælestia reliqua in hæc agere quasi collustrando vim suam absque electione præstantia : atque omnia unum aliquid ita figuratum effecta dispositionem aliam rursusque aliam exhibere, adeo ut ipsæ quoque figuræ vim habeant. Nam secundum ipsum, quod ita vel ita se habeat, aliter agit, aliterve agitur ; atque per ipsa figurata fieri aliquid est putandum : ad hos enim aliud et ad illos iterum fit et aliud : quandoquidem et figuras secundum se vires habere in rebus quoque nostris licet aspicere. Cur enim aliæ quidem figuræ cernentibus sunt terribiles, ubi etiam nihil passi antea fuerint, qui terrentur, aliæ vero nihil terrent? Item alios quidem hæ figuræ, alios autem illæ perterrefaciunt? Forsan quia in illum, qui sic est affectus, figuræ tales agunt, in alium vero aliæ, cum non possint non in id agere, quod natura ita est comparatum : quin etiam spectaculum ita figuratum aspectum ad se trahit, ita vero non trahit eundem. Etenim si quis dixerit pulchritudinem esse, quod provocat, objiciemus, cur nam hoc quidem pulchrum hominem hunc, illud vero allicit illum, nisi differentia figurarum in se vim habeat? Qua enim ratione fatebimur colores quidem habere vim atque facere, figuras vero non confitebimur? Absurdum enim prorsus dictu est, esse quidem aliquid in rerum ordine constitutum, nihil tamen habere, quod possit : ipsum namque ens tale est naturaliter, ut agat aliquid vel patiatur. Et quibusdam sane attribuendum est agere solum ; aliis vero utraque. Sunt et in subjectis vires ultra figuras, atque in rebus inferioribus multæ sunt vires, quas neque calor præstat, neque frigus : sed substantiæ differentibus præditæ qualitatibus, et in specie rationibus conformatæ, virtutisque jam ipsius naturæ participes : quales sunt naturæ lapidum, et effectus herbarum multa nobis mirabilia demonstrantes.

Sicut vegetalis vita nostra singulis membris, quamvis aliis aliter, se impertit, vivesque articulis alias aliis mirabiles inserit : sic multoque excellentius una mundi anima omnes, licet aliter alias, vegetat mundi partes, atque ipsa innumerabilium mirabilium-que plena virtutum quasi gravida tumensque exundat in totum : singula quidem, sed præcipue superiora mundi membra virtutibus ubique mirificis implens : quas nec elementares vires æmulari ullo modo valent, neque nos effari facile possumus. Sunt autem ejusmodi vires quasi propriæ propagines quædam animæ mundanæ per corporis universi membra diffusæ, quas quidem vota supplicum operaque magorum conciliare sibi et quasi per insitionem quandam inserere quandoque possunt.

ΛϚ'. Ποικιλώτατον γὰρ τὸ πᾶν, καὶ λόγοι πάντες ἐν αὐτῷ καὶ δυνάμεις ἄπειροι καὶ ποικίλαι· οἷον δέ φασι καὶ ἐπ' ἀνθρώπου, ἄλλην μὲν δύναμιν ἔχειν ὀφθαλμὸν καὶ ὀστοῦν τόδε, τοδὶ δ' ἄλλην· χειρὸς μὲν τοδὶ, καὶ δακτύλου τοῦ ποδὸς, καὶ οὐδὲν μέρος εἶναι, ὃ μὴ ἔχει, καὶ οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ἔχει· ἀγνοοῦμεν δὲ ἡμεῖς, εἰ μή τις τὰ τοιαῦτα μεμάθηκεν· οὕτω, καὶ πολὺ μᾶλλον· μᾶλλον δὲ ἴχνος ταῦτα ἐκείνων ἐν τῷ παντί· ἀδιήγητον δὲ καὶ θαυμαστὴν ποικιλίαν εἶναι δυνάμεων, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κατ' οὐρανὸν φερομένοις. Οὐ γὰρ δὴ, ὥσπερ ἄψυχον οἰκίαν μεγάλην ἄλλως καὶ πολλὴν, ἐκ τινων εὐαριθμήτων κατ' εἶδος, οἷον λίθων καὶ ξύλων, εἰ δὲ βούλει καὶ ἄλλων τινῶν εἰς κόσμον, ἔδει αὐτὸ γεγονέναι, ἀλλ' εἶναι αὐτὸ ἐγρηγορὸς πανταχῇ, καὶ ζῶν ἄλλῃ ἄλλως, καὶ μηδὲν δύνασθαι εἶναι, ὃ μή ἐστιν αὐτῷ. Διὸ καὶ ἐνταῦθα λύοιτο ἂν ἡ ἀπορία, ἡ πῶς ἐν ζῴῳ ἐμψύχῳ ἄψυχον; οὕτω γὰρ ὁ λόγος φησὶν,

XXXVI. Profecto universum hoc quam plurima est varietate refertum : huic omnes rationes insunt, huic innumerabiles variæque virtutes : nempe quemadmodum in homine tradunt, aliam vim in se oculum continere, aliam vero vim ossa, et diversam : os enim manus hoc habet vim, sed digiti os in pede possidet differentem, neque ulla omnino pars est virtute penitus destituta, quamvis non eandem unaquæque pars habeat : id vero nos latet, nisi quis forte talia diligenter fuerit perscrutatus. Sic certe, atque multo magis, res se habet in mundo : nam vero hæc nostra illorum vestigia sunt. Consentaneum igitur est inexplicabilem inesse mundo atque mirandam virtutum varietatem, præsertim cælestibus naturis atque progressibus. Non enim oportuit universum hoc esse lectum velut ædificium inanimatum, præcipue ingens atque multiplex, ex quibusdam velut lapidibus atque lignis et aliis quibuscumque placet secundum speciem numeratis, certoque numero ad mundanum ornamentum una constructis, sed esse ipsum ubique vigilans, ubique vivens, quamvis aliter alibi : neque quicquam esse posse, quod non sit et in eo. Quapropter hinc dubitatio illa solvetur, qua quæritur, quomodo in vivente penitus animato vel quicquam inanimatum. Sic enim præsens ratio docet

ἄλλο ἄλλως ζῆν ἐν τῷ ὅλῳ, ἡμᾶς δὲ τῷ μὴ αἰσθητῶς πρ' αὐτοῦ κινουμένους ζῆν μὴ λέγειν. Τὸ δέ ἐστιν ἕκαστον ζῶν λανθάνον καὶ τὸ αἰσθητῶς ζῶν, συγκείμενον ἐκ τῶν μὴ αἰσθητῶς μὲν ζώντων, θαυμαστὰς δὲ δυνάμεις εἰς τὸ ζῆν τῷ τοιούτῳ ζώῳ παρεχομένων· μὴ γὰρ ἂν κινηθῆναι ἐπὶ τοσαῦτα ἄνθρωπον ἐκ πάντη ἀψύχων τῶν ἐν αὐτῷ δυνάμεων κινούμενον· μηδ' αὖ τὸ πᾶν οὕτω ζῆν, μὴ ἑκάστου τῶν ἐν αὐτῷ ζώντων τὴν οἰκείαν ζωὴν, κἂν προαίρεσις αὐτῷ μὴ παρῇ. Ποιεῖ γὰρ καὶ προαιρέσεως οὐ δεηθέν, ἅτε προαιρέσεως ὂν προγενέστερον· διὸ καὶ πολλὰ δουλεύει αὐτῶν ταῖς δυνάμεσιν.

aliud aliter in toto vivere : nos autem negare id vivere, quod non manifeste ab eo moveri nobis videmur. Tametsi quodvis tale clam vivit : et quod manifeste vivit, ex his componitur, quæ occulte quidem vivunt, mirabiles tamen vires animali huic largiuntur ad vitam. Non enim fieri potest, ut homo ad tot tantaque moveatur, si vires ipsius, quibus movetur, sint prorsus inanimes. Impossibile rursus, totum ita vivere, nisi in eo singula propriam vitam vivant, etiam si non insit electio. Nam in agendo electione non indiget, utpote quod electione antiquius est : itaque sæpe vires partium sequitur.

Sicut membra nostra, tam interna quam externa, vires ad actionem atque motum habent ab anima nostra, sic omnia mundi membra ab ipsa mundi anima. Mirabiles supra naturam elementarem actiones in lapillis, metallis, herbis, animam esse tentantur in mundo, a qua minima quæque vires ubique maximas habeant. Item, quod exiguus ignis tam procul agat, tam facile cuncta in se absumat, quod luceat, habet ab anima : imo singula, quod aliquid generent. Et ipse ordo motuum atque formarum ab anima regitur, contrariorumque connexio, et motus cælestis machinæ tam ingentis, in quam velut animæ proximam genitalis anima potissimum propagatur : per hanc in ignem, per hunc in aerem, per hunc in cetera. Atque genitalis hæc mundi vita non electione quasi practica, nec actionis suæ animadversione in hæc : sed ita naturaliter agit, ut sol et ignis : imo ut et in nobis anima vegetalis. Naturalis autem actio est antiquior, quam electio practica, quamvis contemplativa et universalis ipsa excelsæ mentis electio antiquior sit, quam actio naturalis.

ΛΖ'. Οὐδὲν οὖν τῷ παντὶ ἀπόβλητον αὐτοῦ, ἐπεὶ καὶ πῦρ, καὶ ὅσα τῶν τοιούτων λέγομεν ποιεῖν, εἴ τις τὸ ποιεῖν αὐτῶν ζητήσειε, τί ποτέ ἐστι, τῶν νῦν δοκούντων εἰδέναι, ἀπορήσειεν ἄν, εἰ μὴ δύναμιν ταύτην αὐτῷ ἀποδοίη ἐν τῷ παντὶ εἶναι, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τὸ τοιοῦτον τοῖς ἐν χρήσει λέγοι. Ἀλλ' ἡμεῖς τὰ μὲν συνήθη οὔτ' ἀξιοῦμεν ζητεῖν, οὔτ' ἀπιστοῦμεν· περὶ δὲ τῶν ἄλλων τῶν ἔξω τοῦ συνήθους δυνάμεων ἀπιστοῦμέν τε, ὡς ἔχει ἕκαστον, καὶ τῷ ἀσυνήθει τὸ θαυμάζειν προστίθεμεν· θαυμάσαντες ἂν καὶ ταῦτα, εἰ ἀπείροις αὐτῶν οὖσιν ἕκαστόν τις προσφέρων ἐξηγοῖτο αὐτῶν τὰς δυνάμεις. Ἔχειν μὲν οὖν ἕκαστον δύναμίν τινα ἄλογον φατέον ἐν τῷ παντὶ πλασθὲν καὶ μορφωθὲν καὶ μετειληφός πως ψυχῆς παρὰ τοῦ ὅλου ὄντος ἐμψύχου, καὶ περιειλημμένον ὑπὸ τοιούτου, καὶ μόριον ὂν ἐμψύχου· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτῷ, ὅ τι μὴ μέρος· ἄλλα δὲ ἄλλων πρὸς τὸ δρᾶν δυνατώτερα, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ τῶν οὐρανίων μᾶλλον, ἅτε ἐναργεστέρᾳ φύσει χρώμενα, καὶ γίγνεσθαι πολλὰ κατὰ τὰς δυνάμεις ταύτας οὐ τῇ προαιρέσει, ἀφ' ὧν δοκεῖ εἶναι τὸ δρώμενον. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν τοῖς προαίρεσιν οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ ἐπιστραφέντος τῇ δόσει τῆς δυνάμεως, κἂν ψυχῆς τι ἀπ' αὐτῶν ᾖ. Γένοιτο γὰρ ἂν καὶ ζῶα ἐκ ζώου, οὐ τῆς προαιρέσεως ποιούσης, οὐδ' αὖ ἐλαττουμένου, οὐδ' αὖ παρακολουθοῦντος· αὐτὸς γὰρ ἦν ἡ προαίρεσις, εἰ ἔχοι, ἢ οὐκ ἦν ἡ ποιοῦσα· εἰ δὲ μὴ ἔχοι τι προαίρεσιν ζῷον, ἔτι μᾶλλον τὸ μὴ παρακολουθεῖν.

XXXVII. Nihil igitur universo ex suis est rejectum vel destitutum. Nempe si quis eorum, qui nunc videntur sapere, de igne vel de alio quovis talium, quæ dicimus facere, indagaverit, quidnam sit ipsum facere, non prius se a dubitationibus explicabit, quam vim ipsam efficiendi in singulis agnoscat ex universo, idemque dicat omnino de omnibus, quæ sunt in usu. At nos de consuetis quidem neque investigandum quicquam, neque dubitandum esse censemus : de viribus autem insolitis dubitamus, quomodo unaquæque se habeat, et nova tantum admiramur : admirabimur similiter, quæ nunc consueta sunt nobis, si ad hæc ipsa nondum assuefactis eorum quispiam vires exponendas adducat in medium. Existimandum igitur, unumquodque occultam quandam in se vim habere in universo fictum atque formatum, et quodammodo mundanæ ipsius animæ particeps, ab universo comprehensum animato animatique membrum : quippe cum nihil in eo sit, quod non sit pars ejus : alia vero aliis valentiora sunt ad agendum cum quæ in terra sunt, tum quæ in cælo. Et profecto cælestia omnium validissima, utpote quæ expressiori natura fruuntur : proinde multa per has vires fieri judicandum, nulla electione ad hæc accedente, vel in his, quorum opera sæpe fieri electione videntur. Est enim actus ejusmodi virium in his quoque, quæ nullam habent electionem : quin etiam neque vigoris sui traditione vis ipsa naturæ in suum convertitur actum, etiamsi quid ipsius animæ in effectum a causis traducatur. Gignuntur enim ab animalibus animalia, electione interim hæc minime faciente : neque rursus genitore interim comminuto, neque converso tunc in actum : alioquin ipse electio ipsa foret, si eam haberet velut generationis originem, alioquin ipsa non foret effectrix. Si quod vero animal non habet electionem, multo minus habebit, ut in se ipsum convertatur agendo.

Intellectualis anima mundi et sphæræ cujuslibet atque stellæ subjunctam habet vegetalem vitam suo infusam corpori : per quam non electione, sed naturaliter generantur moventurque sequentia, et beneficia capacibus conferuntur. Quicquid usquam ex ejusmodi vita profluit, vitale hinc affluit et beneficum : sed evadit alicubi noxium, vel quia materia non est capax, sicut infirmus ad solis lumen se habet atque calorem : vel quia ex diversorum mixtione aliud quiddam inde resultat, et aureum solis lumen in nube rubrum evadit et viride atque fuscum. Vegetalis vita nostra vitæ superius dictæ admodum est conformis, similiter spiritus noster radiis illius, tam occultis quam manifestis, omnia penetrantibus. Evadit etiam longe cognatior, quando erga vitam illam vehementer afficimur, consentaneum illi beneficium exoptantes, atque ita spiritum nostrum in illius radios transferentes amore : præsertim si cantum et lumen adhibemus, odoremque numini consentaneum, quales Orpheus hymnos mundanis numinibus consecravit. Item cælo incensi thuris odorem, ætheri ferventem crocum, stellis aromata, Soli thus et manna, Lunæ et Naturæ aromata, Saturno et Jovi styracem, Neptuno myrrham, Mercurio thus. Spiritus enim per affectum, cantum, odorem, lumen, cognatior effectus numini, uberiorem haurit illinc influxum.

ΑΗ'. Ἅτε οὖν ἐξ αὐτοῦ μηδενὸς κινήσαντος, ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ζωῆς γίγνεται, καὶ ὅλως ὅσα ἐξ αὐτοῦ, ὅσα δὲ κινήσαντος ἄλλου, οἷον εὐχαῖς, ἢ ἁπλαῖς, ἢ τέχνῃ ᾠδομέναις, ταῦτα οὐκ εἰς ἐκείνων ἕκαστον, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ δρωμένου φύσιν ἀνενεκτέον. Καὶ ὅσα μὲν χρὴ τὰ πρὸς ζωὴν ἢ τινα ἄλλην χρείαν συμβάλλεται, τῇ δόσει ἀνενεκτέον, ἐξ ἄλλου μέρους μείζονος, εἰς ἄλλο ἔλαττον ἰόν. Ὅ τι δ' ἂν δυσχερὲς ἐξ αὐτῶν λέγηται εἰς τὰς γενέσεις τῶν ζώων ἰέναι, ἢ τῷ μὴ δύνασθαι τὸ εὔχρηστον δέξασθαι τὸ ὑποκείμενον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς γίγνεται τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' εἰς τοδί, καὶ ᾠδί. Καὶ δεῖ καὶ τὸ πάσχον καὶ τὸ πεισόμενον ὑποκειμένην τινὰ καὶ τοιάνδε φύσιν ἔχειν. Πολλὰ δὲ καὶ αἱ μίξεις ποιοῦσιν, ἑκάστου τι εὔχρηστον εἰς τὸ ζῇν διδόντος. Γίγνοιτο δ' ἂν τῳ καὶ μὴ συμφερόντων τῶν λυσιτελῶν τὴν φύσιν. Καὶ ἡ σύνταξις ἡ τῶν ὅλων οὐ δίδωσιν ἑκάστῳ ἀεί, ὃ βούλεται· πολλὰ δὲ καὶ προστίθεμεν αὐτοὶ τοῖς δοθεῖσι. Πάντα δ' ὅμως εἰς ἓν συμπλέκεται, καὶ θαυμαστὴν τὴν συμφωνίαν ἔχει, καὶ ἀπ' ἄλλων ἄλλα, κἂν ἀπ' ἐναντίων ᾖ· πάντα γὰρ ἑνός. Καὶ εἴ τι δὲ ἐλλεῖπον πρὸς τὸ βέλτιον τῶν γιγνομένων, μὴ εἰδοποιηθὲν εἰς τέλος, μὴ κρατηθεῖσης τῆς ὕλης, οἷον ἐλλεῖπον τῷ γενναίῳ, οὗ στερηθὲν πίπτει εἰς αἰσχρότητα, ὥστε τὰ μὲν ποιεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων, τὰ δὲ τὴν ὑποκειμένην φύσιν εἰσφέρεσθαι, τὰ δὲ παρ' αὐτῶν προστιθέναι.

XXXVIII. Quæcumque igitur nullo movente ab universo fiunt, ab altera vita ejus efficiuntur, atque omnino quodcumque ab ipso proveniunt : sed quæcumque alio movente contingunt, velut votis, sive simplicibus sive arte cantandi compositis, hæc sane non in quemlibet superorum, sed in ejus, quod fit, naturam est referendum. Jam vero, quæ tanquam utilia ad vitam aliumque usum conferunt, illorum muneri attribuenda censentur. Quod quidem minus ex alia majori parte in minorem aliam transfundatur. Quod vero noxium ab illis dicitur in generationes animalium devenire, id propterea tale est perpendendum, quod subjectum nequeat, quod salutare est, suscipere. Non enim simpliciter, quod fit, efficitur : sed in hoc tale, et tali quadam conditione. Tum vero oportet, quod patitur atque passurum est, subjectam quandam ac certam habere naturam. Multa quoque mistiones ipsæ conficiunt, quolibet prosperum quiddam ad vitam in medium conferente. Accidet quoque quiddam alicui etiam non conferentibus suapte natura utilibus. Atqui et communis omnium ordo non præstat unicuique ubique, quod optat. Multa etiam nos datis adjungimus. Cuncta nihilo minus simul contexuntur in unum, concordiamque pariunt admirandam : quin etiam ab aliis alia, quamvis a contrariis, proferuntur. Omnia enim animalis unius sunt membra. Ac si quid eorum, quæ fiunt, ab optimo deficit, quasi non ad finem usque formatum, certe non superata materia, velut a generoso degenerans et generositate privatum, in turpitudinem labitur. Quam ob rem alia quidem efficiuntur a superis, alia vero a subjecta natura in medium afferuntur, alia denique ab ipsismet rebus adduntur.

Super vegetalem mundi vitam, quæ et natura et rerum naturalium seminarium appellatur, est intelligentia omnia latius ordinans, quam natura. Ex intentione seminarii est, quæcumque ex ipso nascuntur, formosa nasci efficaciaque ad motum : præterea solito quodam et duntaxat naturali ad suum profectum tenore procedere. Quod ergo deformia debiliaque contingant ob materialem quandam necessitatem, et alia interimantur ab aliis, impedianturque solitum peragere ordinem, et crescere suumque tempus implere, ac suo vicissim semine alia propagare : id, inquam, totum ex nulla est intentione naturæ. Neque igitur id contingens ordinari potest intentione naturæ, cum sit ejus ordini inimicum. Ordinandum tamen est, omnia enim sub uno rediguntur in unum. Per intelligentiam igitur natura superiorem accidentia ejusmodi in ordinem revocantur : per eandem arbitrii quoque liberi motus et effectus pro meritis ordine disponuntur : anticipantur nostræ preces, ut ait Iamblichus, et implentur, nobis interim libere obsecrantibus, nec divina voluntate mutata, nec rerum ordine perturbato. Depositio itaque rerum latior est in mente, quam in ipsa natura : in mente, inquam, non solum prima, sed etiam mundanæ cælestesque animæ : dispositionem vero rerum in mente prima legem Saturni Plato nominat in Politico : eandem in intellecta animali legem appellat Jovis in Politico atque Legibus : eandem in natura legem fatalem vocat in Politico et Timæo. Quoniam vero ubique firma est inevitabiliterque procedit, in Phædro nominat Adrastiæ legem. Tum vero quoniam simul cum lege liberam conservat efficaciam animorum, in Legibus ait, in animis quidem exsistere principium actionum, in lege vero terminum : atque in Phædro Timæoque legis edictum introducit semper cum conditione quadam hunc in modum : Si anima perpetraverit talia quædam, reportet et talia. Quod autem inquit in Timæo, animas non prius fatales audivisse leges, quam vehiculis jungerentur, declarat animas ex se liberas esse, fatum vero ad corpora pertinere. Pertinet vero fatalis necessitas non solum ad corpus, sed ad vitam quoque corpoream. Qualis utique vita in mundano cælestique corpore latens, non electione libera, sed necessitate fatali vim suam ad inferiora diffundit, quæ quidem vis emicat inde benefica etiam a Marte, vel Saturno, sed lisque similibus. Potest tamen magus maleficam reddere, non aliter atque ille, qui e concavo speculo collectos solis radios conjicit in oppositum atque comburit. Si quis enim decem Saturni vires mundo nobisque necessarias atque sparsas in materiis decem una conjunctis cogat in unum, perdet eum, videlicet non toleraturum, in cujus perniciem congregaverit : innocuu

interim est Saturnus. Venus varias fœcunditatis conciliationisque proprietates variis passim rebus inseruit. Magus igitur materias eligens omnes virium ejusmodi quomodocumque capaces, adhibensque regnante Venere collectas in unum homini huic et illi, immoderatos inter eos conflat amores, Venere non peccante. Dotes quoque Jovis similiter accumulat aliis, Jovio interim animali non advertente. Joviale vero animal et Saturnium et Venereum appellamus stellæ corpus vegetali virtute vivum : qualia quidem corpora excogitavit Pythagoras, ubi ait, invocatos deos influere nobis quadam necessitate compulsos.

ΛΘ'. Συντεττομένων δὲ ἀεὶ πάντων, καὶ ἓν συντελούντων πάντων, σημαίνεσθαι πάντα· ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον· συνυφαίνεσθαι δὲ καὶ τὰ αὐτῆς ἔργα τῇ συντάξει, ἅτε καὶ τῶν τῇδε ἐκεῖθεν ἐξηρτημένων, τῶν ἐν τῷδε τῷ παντὶ τοῖς θειοτέροις, καὶ μετέχοντος καὶ τοῦδε ἐκείνων. Γίγνεται τοίνυν τὰ ἐν τῷ παντὶ οὐ κατὰ σπερματικοὺς, ἀλλὰ κατὰ λόγους περιληπτικοὺς καὶ τῶν προτέρων, ἢ κατὰ τοὺς τῶν σπερμάτων λόγους. Οὐ γὰρ ἐν σπερματικοῖς λόγοις ἔνι καὶ τῶν γιγνομένων παρὰ τοὺς σπερματικοὺς αὐτοὺς λόγους, οὐδὲ τῶν παρὰ τῆς ὕλης εἰς τὸ ὅλον συντελούντων, οὐδὲ τῶν δρωμένων εἰς ἄλληλα παρὰ τῶν γενομένων· ἀλλὰ μᾶλλον ἂν ἐοίκοι ὁ λόγος τοῦ παντὸς κατὰ λόγον τιθέντα κόσμον πόλεως καὶ νόμον ἤδη, εἰδότα ἃ πράξουσιν οἱ πολῖται, καὶ δι' ἃ πράξουσι, καὶ πρὸς ταῦτα πάντα νομοθετοῦντος καὶ συνυφαίνοντος τοῖς νόμοις τὰ πάθη πάντα αὐτῶν καὶ τὰ ἔργα, καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς ἔργοις τιμὰς καὶ ἀτιμίας, πάντων ὁδῷ οἷον αὐτομάτῃ εἰς συμφωνίαν χωρούντων. Ἡ δὲ σημασία οὐ τούτου χάριν, ἵνα σημαίνῃ προηγουμένως, ἀλλ' οὕτω γιγνομένων σημαίνεται ἐξ ἄλλων ἄλλα· ὅτι γὰρ ἓν καὶ ἑνὸς, καὶ ἀπ' ἄλλου ἄλλο γιγνώσκοιτ' ἄν, καὶ ἀπὸ αἰτιατοῦ δὲ τὸ αἴτιον, καὶ τὸ ἑπόμενον ἐκ τοῦ προηγησαμένου, καὶ τὸ σύνθετον ἐπὶ θατέρου, ὅτι θάτερον καὶ θάτερον ὁμοῦ ποιῶν. Εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, λύοιντο ἂν ἤδη αἱ ἀπορίαι, ἥ τε πρὸς τὸ κακῶν ὄντων παρὰ θεῶν γίγνεσθαι, τῷ μήτε προαιρέσεις εἶναι τὰς ποιούσας, φυσικαῖς δὲ ἀνάγκαις γίγνεσθαι, ὅσα ἐκεῖθεν, ὡς μερῶν πρὸς μέρη, καὶ ἑπόμενα ἑνὸς ζῳῆ, καὶ τῷ πολλὰ παρ' αὐτῶν τοῖς γιγνομένοις προστιθέναι, καὶ τῷ τῶν διδομένων παρ' ἑκάστων, οὐ κακῶν ὄντων, ἐν τῇ μίξει γίγνεσθαι ἄλλο τι, καὶ τῷ μὴ ἕνεκα ἑκάστου, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ ὅλου τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ὑποκειμένην δὲ φύσιν ἄλλο λαβοῦσαν, ἄλλο πάσχειν, καὶ μηδὲ δύνασθαι κρατῆσαι τοῦ δοθέντος.

XXXIX. Cum igitur omnia simul ordinata sint semper, ad unumque conducant, nihil mirum est singula indiciis quibusdam significari : sed virtus interea servit nulli : attamen hujus officia una cum communi rerum ordine contexuntur : quippe cum, quæ hic sunt, inde pendeant, ab his videlicet, quæ his universi rebus diviniora sunt, atque id universum particeps sit illorum. Fiunt igitur, quæ in mundo fiunt, non secundum rationes duntaxat seminales, sed secundum rationes alias ampliores, quæ in se comprehendunt vires rationibus seminariis longe priores. Non enim in seminariis rationibus inest quicquam eorum, quæ præter ipsas seminarias rationes alicubi fiant, neque rursus eorum aliquid, quæ ex ipsa materia mundo conferri censentur, neque etiam quicquam eorum, quæ a rebus genitis invicem inferuntur : quin potius ipsa totius ratio rationi similis est civitatem aliquam exornanti legesque condenti et certe cognoscenti, quæ facturi sint cives, quibusve de causis sint acturi, atque ad hæc omnia instituta singula disponenti, connectentique legibus passiones omnes actionesque illorum; præterea merita singularum actionum, præmia passim atque supplicia, omnibus interim quasi sponte in communem concordiam procedentibus. Significatio vero in natura contingit, non quidem hujus præcipue ipsius gratia, ut significatio fiat, sed rebus ita dispositis atque nascentibus alia significantur ex aliis : nempe quodcumque hic est, unum quodammodo inter se est, et unius. Itaque ab alio cognoscitur aliud, ab effectu causa, ab antecedente consequens, compositum ab alterutro : quoniam alterum simul alterumque conficit. Si hæc igitur recte dicuntur, dubitationes jam illæ solventur : et illa quidem inprimis, quæ cavendum admonebat, ne forte cogeremur fateri, deos mala facere. Huic igitur respondemus, primo quidem hæc omnia non electionibus, sed naturalibus necessitatibus fieri, quæcumque inde proveniunt, quasi a partibus transferantur in partes vitamque sequantur unius : deinde, multa rebus, quæ fiunt, ex ipsismet rebus adjungi : tertio, quæ dantur desuper, penes ipsos datores singulatim non esse mala, sed in mistione aliud quiddam contingere : quarto, non uniuscujusque, sed totius gratia dari vitam atque censeri : quinto, subjectam naturam aliud quidem accipere, aliud vero pati, neque posse utique ab ipso munere superari vel vim illius propriam retinere.

Quodlibet animalis membrum vim habet ad portionem nutrimenti propriam attrahendam, et cor ad aromata, jecur ad dulcia, venæ ad sanguinem, ad spiritum arteriæ, ad semen vero testiculi. Sunt et medicinæ, quæ certos adeiscant humores, et membra quædam petere videantur. Eadem est animalis mundani conditio : in quo passim dispersa sunt, quæ rem hanc aut illam ad se rapere possint, si congregata in unum admoveantur. Per sua enim retia vel illicia homines, per sua equi, et per propria similiter homines hi vel illi clam illaqueari possunt : quemadmodum oblectamentis formarum atque musicæ palam inescantur. Denique, sicut ferro palcisque compertum est, quod trahat magnes scilicet atque succinum : sic diligens et fortunatus perscrutator inveniet escam omnibus attrahendis. Singulis enim animalis mundani membris coaguli vis est insita, connectens in unum cuncta vivum, temperate quidem suapte natura : intemperate vero, quotiens undique congregata in aliquid transferatur, mundo nec patiente interim, neque peccante. Sunt et differentes in hoc animali vires inter se a natura disjunctæ, quæ frequenter a mago conjunctæ, et in membrum hoc conjectæ, vel illud violentius agant, atque perdant in his, (ut dixi) non peccante mundo. Nominat Plotinus quattuor, quibus mirabilis insit virtus, scilicet qualitates specierum occultas et figuras concentusque et vota : quippe cum qualitates illæ propagines quædam sint virium in vita mundi latentium, et figuræ concentusque inferiores cælestium figuras sæpe referant et concentus. Votum vero motus quidam est animæ nostræ vehemens erga numen, quod obsecramus. Si contrito sulphure subtilissimum ejus pulverem projicias versus ignem, ignis in longum producta flamma se pulveri huic protinus applicabit. Similiter, qui stellam obsecrat opportune paratus ad stellam, spiritum suum projicit in radios stellæ manifestos pariter et occultos, ubique diffusos atque vivificos, per quos vitalia sibi stellæ munera vindicat. Denique, sicut omnes stellæ fixæ connexæ sunt firmamento, sic omnium stellarum numinumque mundanorum vitæ connexæ

sunt vitæ mundanæ, cui et connexa est vita nostra : ut non mirum sit, vehementes animæ nostræ motus effusos per communem vitam ubique vigentem usque ad numina mundana prodaci, vicissimque motus horum nominum per eandem vitam ad nos usque deduci.

M'. Τὰς δὲ γοητείας πῶς; ἢ τῇ συμπαθείᾳ καὶ τῷ πεφυκέναι συμφωνίαν εἶναι ὁμοίων, καὶ ἐναντίωσιν ἀνομοίων, καὶ τῇ τῶν δυνάμεων τῶν πολλῶν ποικιλίᾳ εἰς ἓν ζῶον συντελούντων· καὶ γὰρ μηδενὸς μηχανωμένου ἄλλου πολλὰ ἕλκεται καὶ γοητεύεται· καὶ ἡ ἀληθινὴ μαγεία ἡ ἐν τῷ παντὶ φιλία, καὶ τὸ νεῖκος αὖ. Καὶ ὁ γόης ὁ πρῶτος καὶ φαρμακεὺς οὗτός ἐστιν, ὃν κατανοήσαντες ἄνθρωποι ἐπ' ἀλλήλοις χρῶνται αὐτοῦ τοῖς φαρμάκοις καὶ τοῖς γοητεύμασι· καὶ γάρ, ὅτι ἐρᾷν πεφύκασι, καὶ τὰ ἐρᾷν ποιοῦντα ἕλκει πρὸς ἄλληλα, ὁλκὴ ἐρωτικῆς διὰ γοητείας τέχνης γεγένηται, προστιθέντων ἐπαφαῖς φύσεις ἄλλας ἄλλοις συναγωγούς, καὶ ἐγκείμενον ἐχούσας ἔρωτα· καὶ συνάπτουσι δὲ ἄλλην ψυχὴν ἄλλῃ, ὥσπερ ἂν εἰ φυτὰ διεστηκότα ἐξαψάμενοι πρὸς ἄλληλα· καὶ τοῖς σχήμασι δὲ προσχρῶνται δυνάμεις ἔχουσι, καὶ αὐτοὺς σχηματίζοντες ὡδί, ἐπάγουσιν ἐπ' αὐτοὺς ἀψοφητὶ δυνάμεις ἐν ἑνὶ ὄντες εἰς ἕν· ἐπεὶ ἔξω γε τοῦ παντὸς εἴ τις ὑποθοῖτο τὸν τοιοῦτον, οὔτ' ἂν ἕλξειεν, οὔτ' ἂν καταγάγοι ἐπαγωγαῖς ἢ καταδέσμοις, ἀλλὰ νῦν ὅτι μὴ οἷον ἀλλαχοῦ ἄγει, ἔχει ἄγειν, εἰδὼς, ὅπῃ τι ἐν τῷ ζώῳ πρὸς ἄλλο ἄγεται. Πέφυκε δὲ καὶ ἐπῳδαῖς τῷ μέλει καὶ τῇ τοιᾷδε ἠχῇ, καὶ τῷ σχήματι τοῦ ὀρῶντος. Ἕλκει γὰρ τὰ τοιαῦτα, οἷον τὰ ἐλεεινὰ σχήματα καὶ φθέγματα. Ἀλλ' ἡ ψυχὴ, οὔτε γὰρ ἡ προαίρεσις, οὔθ' ὁ λόγος ὑπὸ μουσικῆς θέλγεται, ἀλλ' ἡ ἄλογος ψυχή. Καὶ οὐ θαυμάζεται ἡ γοητεία ἡ τοιαύτη· καίτοι φιλοῦσι κηλούμενοι, κἂν μὴ τοῦτο αἰτιῶνται παρὰ τῶν τῇ μουσικῇ χρωμένων. Καὶ τὰς ἄλλας δὲ εὐχὰς οὐ τῆς προαιρέσεως ἀκουούσης οἰητέον· οὐ γὰρ οἱ θελγόμενοι ταῖς ἐπῳδαῖς οὕτως. Οὔθ', ὅταν γοητεύῃ ὄφις ἀνθρώπους, σύνεσιν ὁ γοητευόμενος ἔχει, οὐδ' αἰσθάνεται· ἀλλὰ γιγνώσκει ἤδη παθὼν, ὅτι πέπονθεν, ἀπαθὲς δ' αὐτὸ τὸ ἡγούμενον ἐστίν· ᾧ δ' ἡύξατο, ἦλθέ τι πρὸς αὐτὸν ἐξ ἐκείνου, ἢ πρὸς ἄλλο.

XL. Magicos vero attractus quanam ratione fieri dicemus? Profecto ex consensione quadam rerum in patiendo, ac lege quadam naturæ faciente, ut inter similia quidem concordia sit, inter dissimilia vero discordia : item virium multarum varietate in unum animal conferentium. Etenim nullo alio machinante multa ritu quodam magico attrahuntur : veraque vis magicæ est amicitia in universo rursusque discordia. Ac primus veneficus (ut ita dixerim) incantator, est ejusmodi : quem homines observantes, ejus inter se philtris veneficiisque utuntur : nempe ex eo, quod pleraque se mutuo naturaliter amare facile possunt, inferuntque amorem rebus inter se reciprocum, nata est efficacia [quasi attractio] amatoriæ artis, philtris quibusdam fascinationibusque utentis : dum tangendas adhibent naturas aliis alias conciliantes insitumque habeates amorem : animamque alteri alteram ita copulant, quemadmodum qui distantes inter se plantas una conjungunt. Præterea figuris utuntur vires certas habentibus : se quoque ipsos ratione quadam propria figurantes clam ad se vires surripiunt, eoque facilius, quod in uno sunt, trahuntque in unum : nam si quis ita figuratus esse extra mundum esse fingatur, neque traheret quicquam, neque deduceret illecebris aut modulis, neque nexibus implicaret. Nunc vero, quoniam non tanquam ad alienum rapit locum, vim sortitur, ut rapiat : cognoscit certe, qua conditione aliud in eodem vivente trahatur ad aliud. Insita enim traducendi vis est carminibus cantibusque, et certo cuidam sono figuræque ipsius agentis : nam talia quædam mirabiliter attrahunt, sicut flebiles quædam voces et accentus miserabilesque figuræ. Trahitur vero anima, sed quo pacto? neque enim electio, neque ratio, sed irrationalis anima musica demulcetur. Et ejusmodi quidem veneficia animas occupantia nemo miratur, quamvis deliniri soleant, etiam si id non exigatur a musicis. Vim quoque precibus insitam nequaquam putandum est exaudiente consilio ad exitum pervenire : qui enim alliciuntur carminibus, non ita mulcentur. Neque quando serpens aliquis fascinat hominem, hoc ipsum, qui fascinatur, intelligit, neque sentit, sed jam passus se passum animadvertit : ipsum vero animæ principale sic pati nequit. Cui vero votum est institutum, pervenit ad ipsum aliquid ex illo, vel rursus ad aliud.

Qualis est in quolibet animali perfecto textura nervorum atque venarum, talis in mundano est animali naturarum contextus atque vitarum. Sicut ergo motio passioque pedis in nobis pertinet ad cervicem, et cervicis ad pedem, sic et in mundano hoc animali motus inferiorum ad superiora proveniunt, atque vicissim, et quasi æqualium similiter ad æqualia. Motus autem omnes venit quidem salutaris ex alto, dummodo, qualis venit, taliter capiatur et capi possit. Neque distantia loci prohibet, quin motus vicissim utrimque proveniant, ubi ultra communem texturam res inferior cognatam habet cum superiore proprietatem tam acquisitam quam naturalem : sicut nervi motus in lyra ad nervum alterum pervenit, distantem quidem, sed similiter temperatum.

MA'. Ὁ δὲ ἥλιος ἢ ἄλλο ἄστρον οὐκ ἐπαίει. Καὶ γίγνεται τὸ κατὰ τὴν εὐχὴν συμπαθοῦς μέρους μέρει γενομένου, ὥσπερ ἐν μιᾷ νευρᾷ τεταμένῃ· κινηθεῖσα γὰρ ἐκ τοῦ κάτω, καὶ ἄνω ἔχει τὴν κίνησιν. Πολλάκις δὲ καὶ ἄλλης κινηθείσης ἄλλη οἷον αἴσθησις ἔχει κατὰ συμφωνίαν, καὶ τῷ ὑπὸ μιᾷ ἡρμόσθαι ἁρμονίᾳ. Εἰ δὲ καὶ ἐν ἄλλῃ λύρᾳ ἡ κίνησις ἀπ' ἄλλης ἔρχεται, ὅσον τὸ συμπαθὲς, καὶ ἐν τῷ παντὶ τοίνυν μία ἁρμονία, κἂν ἐξ ἐναντίων ᾖ· καὶ ἐξ ὁμοίων δέ ἐστι, καὶ πάντων συγγενῶν, καὶ τῶν ἐναντίων. Καὶ ὅσα λωβᾶται ἀνθρώποις, οἷον τὸ θυμοειδὲς ἐλχθὲν μετὰ χολῆς

XLI. Sol autem vel alia quævis stella hoc ipsum nequaquam animadvertit. Consistit vero voti potestas in consensione quadam partis ad partem compatiendi : quemadmodum in nervo quodam tento contingit, ubi, cum ultima pars movetur, mox movetur et summa. Sæpe etiam ab quodam nervo pulsato tremit et alter, quasi persentiat ex concordia : idque potissimum, quoniam eadem prorsus contemperati sunt consonantia. Quodsi ab alia quoque lyra motus transfertur in aliam, id etiam ex compatiente quadam consensione proficisci putandum. Igitur et in universo una est harmonia, quamvis sit ex contrariis : nam est etiam ex similibus omnibusque cognatis, etiam his, quæ contraria sunt. Proinde quæcumque nocent hominibus, velut animositas iracunda una cum bile ad jecoris fra-

εἰς ἅπατος φύσιν, ἦλθεν οὐχ ὡς λωβησόμενα· οἷον εἴ τῦρ τις ἐκ πυρὸς λαβὼν ἔβλαψεν ἄλλο, οὐ μηχανησάμενος, ἢ ἐλθεῖν, ἢ ὁ λαβὼν ἐκεῖνος ποιεῖ· τῷ δεδωκέναι τῶν τι, οἷον μετατιθέντι ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο, καὶ τὸ ἐλκῦσθὲς δὲ, εἰ μὴ οἷός τε ἐγένετο ὀέξασθαι, εἰς ὃν μετηνέχθη.

naturam, ita provenerunt non quasi hominibus nocitura : quemadmodum si quis ignem ab igne rapiens læserit aliud, nequaquam machinatus ignem illuc usque procedere. Forsan vero accipiens ille agit, ex eo, quod tradit aliquid quasi ex alio translatum in aliud. Quin etiam procedens ignis id agit, ubi ab eo subjecto, in quod transfertur, capi non potest.

Magi quondam multi vitæ præsentis amatores, bonorumque corporeorum cupidi excogitaverunt corporea sacrificia votaque vivis stellarum corporibus, et vivo mundi corpori consentanea, ut inde, quod optabant, consequerentur. Ad eadem corporea sacrificia dedicata stellis populum assuefecisse videntur. Dubitabant ergo nonnulli, utrum stellis ad hoc ipsum opus sit sensu, imaginatione, memoria, electione, ut vota ejusmodi impleant. Respondet Plotinus, non oportere : nam ex vivis mundi corporibus vitalis vigor suapte natura derivatur in alia : qui et in corpora spiritus, animas, quando per votum et cetera competentia ad hauriendum aptius exponuntur, uberius affluit naturali scilicet proprioque influxu, etiam si non adsit electio. Sed Plotinus vivis stellarum sphærarumque corporibus intellectuales earundem animas anteponit a corpore quodammodo segregatas, ad quas non perveniat passio motioque ulla per corporeas continuata naturas : ideoque nec hauriantur inde bona ejusmodi attracta quasi magico. Idemque Porphyrius et Iamblichus asserunt, qui una cum Plotino in illis voluntatem electionemque collocant : electionem, inquam, non ab inferioribus persuasam, sed ex se ipsa ab ævo constituentem imitari quidem summum deum, et sequentibus omnibus providere, exaudire supplicum preces intellectuali vita imitantium intellectuales mundi rectores. In sacrificiis quidem votisque corporeis ad corpora mundi directa reportant et ejusmodi bona homines etiam corpori suscipati : bona vero diviniora per segregatum cultum, viri tantum divini a divinis mundi rectoribus. Addit Porphyrius ac Iamblichus, bos ultra intellectualia etiam corporalia quædam et externa bona referre, officio numinum mediorum superioribus omnibus obsequentium, et eorundem tutela sæpe mala imminentia devitare. Adjungit astrologus Abraham religiosa, animas ex applicatione ad deum cælo superiorem acquirere potestatem, per quam fatalia bona quidem augeant, mala vero minuant. Proponunt Platonici intellectualibus animis mundi rectoribus intellectus puros, his intellectum divinum, huic patrem ejus ipsum bonum : mundanis diis sacrificia corporea constituunt, superioribus segregatam dedicant sanctimoniam, primo secretissimam : idque confirmat Apollonius Tyaneus. Adorationem præ ceteris eligunt superioribus, et supremo denique consecratam : illinc enim bona ampliora referri. De his apud Iamblichum et Porphyrium, quos nuper interpretati sumus, legere latissime poteris.

ΜΒ'. Ὥστε οὔτε μνήμης διὰ τοῦτο δεήσει τοῖς ἄστροις, οὗπερ χάριν καὶ ταῦτα πεπραγμάτευται, οὔτε αἰσθήσεων ἀναπεμπομένων· οὔτε ἐπινεύσεις τοῦτον τὸν τρόπον εὐχαῖς, ὡς οἴονταί τινες, προαιρετικάς τινας, ἀλλὰ καὶ μετ' εὐχῆς γίγνεσθαί τι δοτέον, καὶ εὐχῆς ἄνευ παρ' αὐτῶν, ἢ μέρη καὶ ἑνός· καὶ ὅτι δυνάμεις καὶ χωρὶς προαιρέσεως πολλαί, καὶ αὗται καὶ ἄνευ μηχανῆς, καὶ μετὰ τέχνης, ὡς ἐν ζώῳ ἑνὶ, καὶ ἀπολαύει ἄλλο ἄλλου, καὶ ἁπτεται τῷ οὕτω πεφυκέναι, καὶ τέχναις καὶ ἰατρῶν καὶ ἐποιδῶν ἄλλο ἄλλῳ ἠναγκάσθη παρασχεῖν τι τῆς δυνάμεως τῆς αὐτοῦ. Καὶ τὸ πᾶν δὲ ὡσαύτως εἰς τὰ μέρη δίδωσι, καὶ παρ' αὐτοῦ, καὶ ἑλκύσαντος ἄλλου, εἰς μέρος τι αὐτοῦ κείμενον τοῖς αὐτοῦ μέρεσι τῷ αὐτῷ φυσικῷ, ὡς μηδενὸς ἀλλοτρίου τοῦ αἰτοῦντος ὄντος. Εἰ δὲ κακὸς ὁ αἰτῶν, θαυμάζειν οὐ δεῖ· καὶ γὰρ ἐκ ποταμῶν ἀρύονται οἱ κακοί. Καὶ τὸ διδὸν αὐτὸ οὐκ οἶδεν ὃ δίδωσιν, ἀλλὰ δίδωσι μόνον· ἀλλ' ὅμως συντέτακται καὶ δέδοται τῇ φύσει τοῦ παντός. Ὥστε εἴ τις ἔλαβεν ἐκ τῶν πᾶσι κειμένων, οὐ δέον ἔπεσθαι αὐτῷ ἀναγκαίῳ νόμῳ τὴν δίκην· οὐκουν δοτέον τὸ πᾶν πάσχειν· ἢ τὸ μὲν ἡγεμονοῦν αὐτοῦ ἀπαθὲς δοτέον πάντη εἶναι, γιγνομένων δὲ παθῶν ἐν μέρεσιν αὐτοῦ, ἐκείνοις μὲν ἥκειν τὸ πάθος· παρὰ φύσιν δὲ μηδενὸς αὐτῷ ὄντος, ἀπαθὲς τὸ γενόμενον ὡς πρὸς αὐτὸ εἶναι· ἐπὶ καὶ τοῖς ἄστροις, καθ' ὅσον μὲν μέρη, τὰ πάθη, ἐπαθῆ μέντοι αὐτὰ εἶναι, τῷ τε τὰς προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀπαθεῖς εἶναι, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν καὶ τὰς φύσεις ἀβλαβεῖς ὑπάρχειν· καὶ τῷ, καὶ εἰ διὰ τῆς ψυχῆς τι διδόασι, μὴ ἐλαττοῦσθαι αὐτοῖς τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ σώματα αὐτοῖς τὰ αὐτὰ μένειν, καὶ εἴ τι ὑπεχ-

XLII. Non igitur opus erit memoria stellis exaudiendi voti gratia, cujus causa hæc tractavimus, neque sensibus vota illic nuntiantibus : neque putandum est, stellas sic annuere votis, sicut nonnulli credunt, quasi deliberando, sed una cum ipso voto aliquid effici, atque etiam sine voto ab ipsis, qua ratione ipsæ quoque unius ejusdem sunt partes. Jam vero vires etiam absque electione sunt multæ, et ipsæ quidem cum absque machinatione, tum ex arte prodeunt in effectum : quemadmodum in unoquovis animali, ubi aliud aliquid reportat ab alio, et servatur et læditur ex eo, quod ita sunt naturaliter instituta : ideoque artes cum medicorum, tum incantantium alterum alteri cogunt suæ virtutis aliquid impartiri. Similiter universum ad partes tum ex se ipso munera sua sponte diffundit, tum alio attrahente ad aliquam ejus partem demittit aliquid suis partibus insitum, et illuc eodem naturali vigore protractum : quippe cum, qui exoptat, non sit alienus. Si autem, qui precatur, est malus, nihil mirum est impetrare : nam ex fluminibus pravi etiam hauriunt. Præterea quod largitur, quid largiatur, ignorat : sed largitur tantum. Interea tamen munus ipsum cum natura universi connectitur. Quapropter, si quis acceperit ex his, quæ omnibus exposita sunt, non oportet hunc necessaria lege sequi supplicium. Non igitur concedendum est universum pati. Fortasse vero principale quidem ipsius dicendum est expers omnino passionis exsistere : cum vero passiones ejus partibus inferuntur, in illis quidem passionem ipsam restare : sed cum nihil huic accidat præter naturam, ipsum nimirum absque passione manere, quando et stellis, quantum partes quidem sunt, passiones convenire videntur, ipsæ tamen consistere passionis expertes, cum quia electiones eis absque passionibus insunt, et corpora naturæque earum sunt procul a detrimento : tum etiam quia, etsi quid per animam suam ad inferiora traducant, anima interim non minuitur, corporaque eadem perseverant : ac, si quid inde

ρεῖ ἀναισθήτως ἀπιόντος, καὶ τοῦ προσιόντος, εἰ πρόσειστ, λανθάνοντος.

subterfluit, sensu interim non advertente delabitur, et si quid illis accedit, clam similiter affluit.

Magica fascinatio nititur viribus naturalibus tam cælestium quam inferiorum rerum scilicet atque verborum. Attingit igitur proxime spiritum nostrum, et per hunc non solum humores, sed etiam vitam irrationalem pendentem etiam ab ipso mundo : animam vero rationalem natura vitaque corporea mundi superiorem, et solum a mente divina pendentem nequit attingere, nisi quatenus cum vita inferiore consentit.

Si quis hunc quidem succinea induat veste, illum vero paleari, ad hunc attrahet illum : ita perscrutati Magi multa passim recondita non naturalia solum, sed etiam verba, quæ vim suam eminus effundentia trahere valeant. Multa etiam, quæ ab his trahi possint, et illa quidem viro, hæc autem feminæ clam adhibentes, feminam ad virum rapiunt. Admovent etiam, quæ se jungere possint : sicut et nautæ suspendentes ferrum ita cum magnete librant, ut rapiatur ad Ursam : atque vicissim inficientes albo raptum ejusmodi solvunt. Qua vero siderum positione quidam opportunius ad hæc utantur, et quas fingant imagines, quasve materias conflent, narrare non expedit : nec etiam quibus incantamentis clam alliciant. Verbis quidem præest Mercurius, canibus vero Phœbus, incantamentis autem Mercurius cum Phœbo conjunctus : sed ubi et qua ratione junctus Soli, et quali stellarum aspectu fretus vim præbeat cantionibus ; item quo aspectu malefica, quove benefica, præstet incantamenta, docere justitia vetat. Fortasse vero sicut ceteræ materiarum qualitatumque mixtiones vim novam adipiscuntur ita certæ quædam juncturæ verborum et intra animam conceptæ, et extra animam prolatæ adhuc quasi vivæ vim quandoque mirabilem consequuntur, vel ex præsenti siderum positura, vel etiam ex ipsius hominis genitura, aut ex singulari quadam animæ potestate, adeo ut in effectu verborum hæc ipsa eorum junctura processoque in objectum intenta sit quasi directio et applicatio virtutis intimæ ad externum : quemadmodum prægnantis cupidæ digitus genam signans rei nimium affectatæ nota. Procedit vero in rem distantem incantamenti vigor motu quodam non solum per aerem sibi similem propagatus, sicut in aqua semel percussa circuli, sed etiam per radios spiritus excantantis, quos quidem procul imaginatio vehemens affectusque jaculatur. Radialis namque natura subito procedit in longum, secumque producit vires ejaculantis. Imo vero res omnes infra lunam imitatæ stellas naturæ suæ vires et quasi vapores quosdam radiorum instar emittunt foras, quibus objecta etiam distantia pro natura sua bene aut male frequenter afficiant : idque facilius, quoniam singula ejusdem sunt animalis membra mundani : quod odores ipsi declarant longius et diutius a canibus apibusque percepti. Mitto, quantam dæmones veneficiis magicisque operibus adhibeant potestatem, quod satis in Symposio Plato confirmat. Hos etiam Magus cultorque diligens demulcendo sibi conciliare potest, quemadmodum et abjectus mimus musicusque puer regem illaqueat generosum, et bestiæ quædam hominem quandoque fascinant. Sicut enim se habet ad hominem bestia, ad virum puer, ita vir magus ad inferiores dæmonas, nobisque propinquos. Huc forsan tendit illud Abumasar aliorumque astrologorum, scilicet preces vim habere quam plurimam, quando caput Draconis medium tenet cælum, et Jupiter vel in eo sit, vel id aspiciat : lunaque vel conjuncta sit cum Jove, vel ab ipso procedens coitum cum ascendentis domino prosequatur : aut ascendentis dominus congressum cum Jove petat, capitisque Draconis aspectum. Putant enim sidus ejusmodi vel efficaciam prosperitatemque spiritui nostro votisque præbere ad dæmonas Jovi Capitique subditos allectandos : si modo cælestibus his influxibus suhjungantur ex omni genere sensibilium multa tam huic dæmoni, quam suo illi sideri competentia, quæ et perscrutari laboriosum est, et observare periculosum. Tutius vero de hoc Joviali sidere physicus aliquis opinabitur, spiritum hominis tunc bona cælestia vehementius affectantis beneficio Jovis cælestibus bonis largius hauriendis exponi : ad malignos autem spiritus loco movendos divinationemque per mortuos explendam Ptolemæus in Quadripartito conferre putat harmoniam cælestem, quando luna fuerit magisterii domina, colatque Jovis ædes, Sagittarium scilicet, aut Pisces. Hæc ad Plotinicum illud dicta sint, ubi ait, Magum quodammodo Dæmonas irretire, ac per universum in partes agere, atque per superiora facile inferiora movere. Ego vero suspicor, ne forte dæmones subdoli simulent magicis quibusdam machinis allici vel expelli. Nam Porphyrius et Iamblichus aiunt, per deum proprie perque bonos angelos adversus infimos spiritus imperium nos habere, qui alioquin nos fallere frequenter soleant atque lædere. Et quoniam perturbatione tanguntur, quod et Plotinus affirmat, merito Plotinus una cum Porphyrio atque Iamblicho damnat eam superstitionem, quæ exquisitis illecebris studeat fallacibus perturbatisque dæmonibus adulari. Qua vero ratione ex corpore mundi ubique vivo, vivisque cum stellis, tum ceteris mundi partibus, naturali quodam quasi agricolarum medicorumque more vitales carpere auras valeamus, satis in libro de Vita tertio disputamus. Platonici denique adorationem intentissimam sacrificiorum omnium efficacissimam esse putant, præsertim si ad intellectus mundo superiores, scilicet angelos, dirigatur, maxime si ad deum quoque superiorem : sed ab his similiter, atque ab hoc nihil impetrari naturali quodam cælestique favore, cujus motus illuc usque non transit, sed elevatione quadam conjunctioneque mentis ad illos. Quæ vero in superioribus de virtute imaginationis fascinationibusque et de Magia prætermisimus, in Theologia nostra, et libro de Amore et libro de Vita tertio latius pertractamus.

ΜΓ. Ὁ δὲ σπουδαῖος πῶς ὑπὸ γοητείας καὶ φαρμάκων ; ἢ τῇ μὲν ψυχῇ ἀπαθὴς εἰς γοήτευσιν, καὶ οὐκ ἂν τὸ λογικὸν αὐτοῦ πάθοι, οὐδ' ἂν μεταδοξάσειε. Τὸ δὲ ὅσον τοῦ παντὸς ἐν αὐτῷ ἄλογον κατὰ τοῦτο πάθοι ἄν· μᾶλλον δὲ τοῦτο πάθοι ἄν· ἀλλ' οὐκ ἔρωτας ἐκ φαρμάκων, εἴπερ τὸ ἐρᾶν ἐπτνευούσης καὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἄλλης τῷ τῆς ἄλλης παθήματι. Ὥσπερ δὲ ἐπῳδαῖς τὸ ἄλογον πάσχει, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀντᾴδων καὶ ἀντεπᾴδων τὰς ἐκεῖ δυνάμεις ἀναλύσει· θάνατον δὲ ἐκ τοιούτων ἢ νόσους ἢ ὅσα σωματικὰ πάθοι ἄν. Τὸ γὰρ μέρος τοῦ παντὸς ὑπὸ μέρους ἄλλου ἢ τοῦ παντὸς πάθοι ἂν, αὐτὸς δὲ ἀβλαβής. Τὸ δὲ μὴ εὐθύς, ἀλλ' ὕστερον, οὐκ ἀποστατεῖ φύσεως· δαίμονες δὲ οὐκ ἀπαθεῖς οὐδ' αὐτοὶ τῷ ἀλόγῳ· μνήμας δὲ καὶ αἰσθήσεις τούτοις

XLIII. Quærendum videtur, quo pacto vir probus magicis subduci machinis nec non medicamentis possit ? Profasse per ipsam animam illaqueari non potest, neque vis ipsa rationalis patitur, adeo ut hinc mutetur opinatio. Quantum vero irrationale huic inest ex universo, per hoc pati potest : imo vero hoc ipsum proprie potest pati, sed non id solum, quando quis amoribus irretitur ex philtris si quidem amor ipse viget et fervet, anima videlicet alterius consentiente alterius animæ passioni. Quemadmodum vero carminibus incantantium pars irrationalis passionem subit : sic et ipse decantator vicissim atque recantator ea res ibi resolvit. Proinde vero mortem ex his, aut largas res, vel quælibet corporis detrimenta absque controversia patietur. Pars enim universi ab alia parte, vel ab quovis toto facile patitur ; ipse vero quisque sui juris existens vivit indemnis. Quod autem non subito, sed post certum tempus, quod patitur, suspiciat passionem, non ab ipso naturæ ordine alienum : dæmones vero neque ipsi quidem parte sua irrationali sunt a passionibus liberi. Alienor-

οὐκ ἄτοπον διδόναι, καὶ θέλγεσθαι φυσικῶς ἀγομένους, καὶ κατακούειν καλούντων τοὺς αὐτῶν ἐγγυτέρω τῶν τῇδε, καὶ ὅσῳ πρὸς τὰ τῇδε. Πᾶν γὰρ τὸ πρὸς ἄλλο γοητεύεται ὑπ' ἄλλου. Πρὸς ὃ γάρ ἐστιν, ἐκεῖνο γοητεύει καὶ ἄγει αὐτό· μόνον δὲ τὸ πρὸς αὑτὸ ἀγοήτευτον. Διὸ καὶ πᾶσα πρᾶξις γεγοήτευται καὶ πᾶς ὁ τοῦ πρακτικοῦ βίος· κινεῖται γὰρ πρὸς ταῦτα, ἃ θέλγει αὐτόν. Ὅθεν καὶ τὸ, εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος Ἐρεχθέως δῆμος. Τί γὰρ παθών τις πρὸς ἄλλο ἔχει; ἢ ἑλκόμενος οὐ μάγων τέχναις, ἀλλὰ τῆς φύσεως τῆς ἀπάτης δούσης, καὶ συναψάσης ἄλλο πρὸς ἄλλο, οὐ τοῖς τόποις, ἀλλ', οἷς ἔδωκε, φίλτροις.

quinetiam atque sensus his attribuere non erit absurdum: tum vero demulceri eos naturaliter atque deduci et exaudire vocantes: dæmones, inquam, inter alios rebus humanis propinquiores, eoque magis erga nos affici, quo et propinquiores exsistunt. Quicquid enim aliqua cognatione se habet ad aliud, aliquando illaqueatur ab alio. Id enim, ad quod ita se habet, quasi magicorum ritu captat atque irretit: solum vero, quod tantum se ipsum spectat, irretiri rapique non potest. Quamobrem omnis actio vitaque activa omnis illaqueatur et trahitur: fertur enim ad illa quæ provocant et deliniunt. Hinc illud poeticum: *Magnanimi enim Erechthei populus vultu formosissimus est.* Verum quidnam passus aliquis censetur certo modo ad aliud se habere? Profecto tanquam tractus non magorum artibus, sed arte naturæ mirabiliter seducentis, aliudque cum alio valde conciliantis atque jungentis non quidem loco, sed adhibitis ab initio philtris.

Vita contemplativa libera est; activa ministra actionum et rerum atque fortunæ: voluptuosa serva corporis.

Cum mens rerum contemplandarum formas ingenitas habeat, ipsaquemet sit ipsæ formæ, merito, quatenus in his contemplandis nativa voluptate se versat, eatenus libera secum habitat. Qui vero corpus et externa curiose colit, corpori, hominibus, fortunæ servit. Actio atque passio inter se opponuntur. Omnis igitur motus noster, qui incitamentum ex corporea humanaque passione habuit, passio quædam est et servitus. Denique natura ipsa vitaque mundi quasi maga imagines ipsius boni, veri, pulchri ubique fingit, velut escas, quibus animas huic mundo per voluptatem, avaritiam, inanem gloriam deditas fallit, et quasi mancipia detinet atque trahit.

ΜΔ'. Μόνη δὲ λείπεται ἡ θεωρία ἀγοήτευτος εἶναι, ὅτι μηδεὶς πρὸς αὐτὸν γεγοήτευται, εἷς γάρ ἐστι, καὶ τὸ θεωρούμενον αὐτός ἐστι, καὶ ὁ λόγος οὐκ ἠπατημένος· ἀλλ' ὃ δεῖ, ποιεῖ, καὶ τὴν αὑτοῦ ζωὴν καὶ τὸ ἔργον ποιεῖ· ἐκεῖ δὲ οὐ τὸ αὑτοῦ, καὶ οὐχ ὁ λόγος τὴν ὁρμήν, ἀλλ' ἀρχὴ καὶ τοῦ ἀλόγου, αἱ τοῦ πάθους προτάσεις. Τέκνων μὲν γὰρ ἐπιμέλειαι καὶ πρὸς γάμον σπουδαὶ φανερὰν τὴν ὅλκην ἔχουσιν· ὅσα τε ἀνθρώπους δελεάζει, ἡδέα γενόμενα ταῖς ἐπιθυμίαις. Πράξεις δὲ αἱ μὲν διὰ θυμὸν ἀλόγως κινοῦνται, αἱ δὲ δι' ἐπιθυμίας ἑαυτῶν, πολιτεῖαι δὲ καὶ ἀρχῶν ὀρέξεις τὸ φίλαρχον τὸ ἐν ἡμῖν ἔχουσι προκαλούμενον. Καὶ αἱ μὲν γιγνόμεναι ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν ἀρχὴν ἔχουσι τὸν φόβον, αἱ δ' ὑπὲρ τοῦ πλείονος τὴν ἐπιθυμίαν. Αἱ δὲ τῶν χρειωδῶν χάριν τὴν τῆς φύσεως ἔνδειαν ζητοῦσαι ἀποπληρῶν φανερῶς ἔχουσι τὴν τῆς φύσεως βίαν πρὸς τὸ ζῆν εἰκειώσασαν. Εἰ δέ τις λέγοι τὰς πράξεις τῶν καλῶν ἀγοητεύτους εἶναι, ἢ καὶ τὴν θεωρίαν καλῶν οὖσαν γοητεύεσθαι λεκτέον, εἰ μὲν ὡς ἀναγκαίας καὶ τὰς καλὰς λεγομένας πράξεις πράττοι, ἄλλο τὸ ὄντων καλὸν ἔχων, οὐ γεγοήτευται. Οἶδε γὰρ τὴν ἀνάγκην, καὶ οὐ πρὸς τὸ τῇδε βλέπει, οὐδὲ πρὸς ἄλλα ὁ βίος, ἀλλὰ τῇ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης βίᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸ ζῆν τῶν ἄλλων ἢ καὶ αὐτοῦ οἰκειώσει. Δοκεῖ γὰρ εὔλογον ἴσως, μὴ ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ τὴν οἰκείωσιν, ὅτι οὕτως ἐγοητεύθη. Εἰ δὲ τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀγαπήσας καλὸν τὰς πράξεις αἱρεῖται, ἀπατηθεὶς τοῖς ἴχνεσι τοῦ καλοῦ γεγοήτευται, τὸ περὶ τὰ κάτω καλὸν διώκων. Ὅλως γὰρ ἡ περὶ τὸ ἐοικὸς τῷ ἀληθεῖ πραγματεία καὶ ὅλκὴ εἰς αὐτὸ πᾶσα ἠπατημένου ἐξ ἐκείνων τῶν ἐπ' αὐτὰ ἑλκόντων. Τοῦτο δὲ ἡ τῆς φύσεως γοητεία ποιεῖ· τὸ γὰρ οὐκ ἀγαθὸν ὡς ἀγαθὸν διώκειν, ἑλχθέντα τῷ ἐκείνου εἴδει ἀλόγοις ὁρμαῖς, τοῦτό ἐστιν ἀγομένου ὅπου μὴ ἤθελεν οὐκ εἰδότος. Τοῦτο δὲ τί ἂν τις ἄλλο ἢ γοητείαν εἴποι; μόνος οὖν ἀγοήτευτος, ὃς ἑλκόμενος τοῖς ἴχνεσι αὐτοῦ μέρεσι τούτων οὐδὲν ἀγαθὸν λέγει εἶναι,

XLIV. Sola itaque contemplatio reliqua est, quæ ritu magico irretiri non possit: nullus enim attrahitur ad se ipsum. Unus namque exsistit, ipseque est id ipsum spectaculum, quod speculatur, atque ratio non seducta: sed quod rite agendum est, id agit, suique ipsius vitam et opus agit. Illic autem non agit animus quod suum est, neque ratio præbet exordium, sed initium ibi ab irrationali parte traditur, regulæque agendi sunt a passione propositæ. In appetitu procreationis curaque liberorum manifestus apparet attractus: similiterque in omnibus, quæ suavitate quadam alliciunt appetentes. Actiones quoque cum quæ per iram absque ratione moventur, tum quæ incitantur cupiditate, civilis quoque gubernationis aviditas et studium imperandi, significant dominandi cupiditatem in nobis insitam jam incitare. Tum vero studia imperandi huc potissimum tendentia, ne injuriæ nobis ab aliis inferantur, a metu ducunt originem: quæ autem, ut ipsi plus aliis reportemus, a cupiditate ducuntur. Quæ denique necessitati utilitatique serviunt, naturæ indigentiam implere conantes, plane ostendunt ipsam naturæ vim nos studio vivendi prorsus conciliantem. Si quis autem objiciat, actiones circa honesta versantes non esse magico ritu deductas, alioquin contemplationem quoque pulchrorum tali quadam conditione trahi respondendum est, si quis actiones honestas sequatur ut necessarias, spectans videlicet aliud quiddam vere pulchrum, hunc nequaquam magicis modis illaqueari. Novit enim necessitatem, neque ad id, quod nostris inest actionibus, aspicit, neque ad alia huic vita dirigitur: nisi forte vi quadam humanæ naturæ, et naturali familiaritate nos cum vita vel aliorum vel nostra conciliante, hic irretitus esse dicatur. Videtur enim fortasse rationale non educere se ipsum e vita ob quandam cum vita necessitudinem nobis maxime propriam, qua penitus occupamur: sin autem vir rebus gerendis deditus ipsa pulchritudine rerum ejusmodi sit contentus, ideoque eligat actiones, hic jam deceptus ipsius pulchri vestigiis quasi veneficiis est irretitus: unde pulchritudinem rebus inferioribus insitam studiose prosequitur. Omnino enim negotiatio omnis circa id, quod est simile vero, tractusque ad hoc ipsum omnis, est quidam raptus ingenii ab his decepti ad se rapientibus. Id vero ipsa naturæ magica attractio facit. Sequi enim velut ipsum bonum, quod non est ipsum bonum, dum quis specie ipsius allicitur, impetuque irrationali prorumpit, passio quædam est ingenii clam, quo nolebat, attracti. Hoc autem quidnam aliud, præter raptum quendam magicum, esse dicemus? Solus ergo maleficiis ejusmodi minime rapitur, qui per alias sui partes tractus nihil talium affirmat

ὧν ἐκεῖνα λέγει, ἀλλὰ μόνον ὃν οἶδεν αὐτὸς οὐκ ἠπατημένος οὐδὲ διώκων, ἀλλ' ἔχων· οὐκ ἂν ἕλκοιτο οὖν οὐδαμοῦ.

bonum, quæ illis bona videntur · sed solum, quod ipse novit, neque deceptus neque sequens, sed jam possidens. Hic itaque nusquam trahitur.

Homo non solum tanquam mundi pars quædam fataliter agit patiturque multa, sed etiam substantiam habet propriam, naturaliter quidem partim superioribus, partim inferioribus cognatam : ac libero motu potest insuper affectionem et habitum induere, tam cum superioribus, quam cum inferioribus congruentem.

Ejusmodi habitus fit animo tandem quasi natura, cujus instinctu sub divino judicio fertur in sortem atque locum aut superis aut inferis competentem.

ΜΕ'. Ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων ἁπάντων ἐκεῖνο φανερόν, ὅτι, ὡς ἕκαστον τῶν ἐν τῷ παντὶ ἔχει φύσεως καὶ διαθέσεως, οὕτω τοι συντελεῖ εἰς τὸ πᾶν, καὶ πάσχει καὶ ποιεῖ. Καθάπερ ἐφ' ἑκάστου ζώου ἕκαστον τῶν μερῶν, ὡς ἔχει φύσεως καὶ κατασκευῆς, οὕτω πρὸς τὸ ὅλον συντελεῖ καὶ ὑπουργεῖ, καὶ τάξεως καὶ χρείας ἠξίωται. Δίδωσί τε τὸ παρ' αὐτοῦ, καὶ δέχεται τὰ παρὰ τῶν ἄλλων, ὅσων αὐτῷ δεκτικὴ ἡ φύσις· καὶ οἷον συναίσθησις παντὸς πρὸς πᾶν, καὶ εἰ ἕκαστον δὲ τῶν μερῶν καὶ ζῴων ἦν, εἶχεν ἂν καὶ ζώου ἔργα, ἕτερα ὄντα τῶν τοῦ μέρους. Καὶ δὴ κἀκεῖνο ἀναφαίνεται, ὅπως τὸ καθ' ἡμᾶς ἔχει, ὡς ποιοῦντές τι καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ παντί, οὐ μόνον ὅσα σῶμα πρὸς σῶμα καὶ πάσχον αὖ τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἔτι καὶ τὴν ἄλλην αὐτῶν φύσιν εἰσφερόμεθα, συναφθέντες τοῖς συγγενέσιν οἷς ἔχομεν πρὸς τὰ συγγενῆ τῶν ἔξω, καὶ δὴ καὶ ψυχαῖς ἡμῶν καὶ διαθέσεσι συναφεῖς γιγνόμενοι· μᾶλλον δὲ ὄντες πρός τε τὰ ἐφεξῆς ἐν τῷ δαιμονίῳ τόπῳ καὶ τὰ ἐπέκεινα αὐτῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως λανθάνομεν, ὁποῖοί τινες ἐσμέν. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τὰ αὐτὰ πάντες δίδομεν, οὐδὲ ταὐτὸν δεχόμεθα. Ὃ γὰρ μὴ ἔχομεν, πῶς ἂν μεταδοίημεν ἄλλῳ οἷον ἀγαθόν; οὐδ' αὖ τῷ μὴ δεκτικῷ ἀγαθοῦ ἀγαθόν τι κομιούμεθα. Τὴν οὖν αὐτοῦ τις κακίαν συνάψας ἐγνώσθη τε, ὅς ἐστι, καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ὥσθη, εἰς ὃ ἔχει, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγεὶς εἰς ἄλλον τοιοῦτον τόπον φύσεως ὁλκαῖς. Τῷ δὲ ἀγαθῷ αἵ τε λήψεις αἵ τε δόσεις καὶ αἱ μεταθέσεις ἄλλαι, ὥσπερ ἐκ μηρίνθων ὁλκαῖς τισι φύσεως μετατιθεμένων. Οὕτω θαυμαστῶς ἔχει δυνάμεως καὶ τάξεως τόδε τὸ πᾶν, γιγνομένων ἁπάντων ἀψόφῳ κελεύθῳ κατὰ δίκην, ἣν οὐκ ἔστι φυγεῖν οὐδενί, ἧς ἑπαΐει μὲν ὁ φαῦλος οὐδέν, ἄγεται δὲ οὐκ εἰδώς, οἷ δεῖ ἐν τῷ παντὶ φέρεσθαι. Ὁ δ' ἀγαθὸς καὶ οἶδε, καὶ, οὗ δεῖ, ἅπεισι, καὶ γινώσκει πρὶν ἀπιέναι, οὗ ἀνάγκη αὐτῷ ἐλθόντι οἰκεῖν, καὶ εὐελπίς ἐστιν, ὡς μετὰ θεῶν ἔσοιτο. Ἐν μὲν γὰρ ὀλίγῳ ζώῳ σμικραὶ τῶν μερῶν αἱ μεταβολαὶ καὶ συναισθήσεις, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὰ μέρη ζῶα εἶναι, εἰ μή που ἐπὶ βραχὺ ἔν τισιν. Ἐν δὲ τῷ ἐν ᾧ διαστάσεις τε τοσαῦται, καὶ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ χάλασιν ἔχει, καὶ ζῳά ἐστι πολλά, τὰς κινήσεις δεῖ καὶ τὰς μεταστάσεις μείζους εἶναι. Ὁρῶμεν δὲ καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα ἐν τάξει μετατιθέμενα καὶ μετακινούμενα. Οὐ τοίνυν ἄλογον οὐδὲ τὰς ψυχὰς μετατίθεσθαι, μὴ τὸ αὐτὸ ἀεὶ ἦθος σωζομένας, ταττομένας δὲ ἀνάλογον ὧν ἔπαθον· καὶ ποιοῦσι τάξιν, οἷον κεφαλῆς τὰς δὲ οἷον ποδῶν λαβούσας, πρὸς

XLV. Ex omnibus quæ dicta sunt manifestum est, quicquid comprehenditur universo singulatim, quemadmodum natura dispositioneque præditum est, sic ad universum conducere, facereque et pati. Sicut et in quolibet animali unaquæque pars, quemadmodum se natura affectioneque habet, ita confert ad totum atque subministrat, et tali quodam ordine usuque censetur. Tradit præterea et se aliquid, et ab aliis accipit pro capacitate naturæ, ac velut consensus quidam toti inest ad totum, ac si pars qualibet esset animal, haberet utique animalis opera a partis ipsius operibus differentia. Proinde id quoque constat, qualis sit nostra conditio : quemadmodum scilicet nos quoque in universo aliquid facimus, non solum, quæ corpus erga corpus facit et patitur, verum etiam alteram quandam nostram in medium naturam adducimus, copulati per cognata nobis insita cognatis extrinsecus exsistentibus nempe animabus affectionibusque nostris efficimur, imo vero sumus contigui cum rebus infra nos prosime in loco dæmonico positis, tum rebus superioribus. Cumque sic affecti simus, nimirum, quales simus, latere non potest : igitur neque omnes eadem exhibemus, neque accipimus eadem. Quod enim non possidemus, quonam pacto præstare possumus aliis ceu bonum? Rursusque natura nequaquam boni capace quonam modo bonum aliquod capiemus? Pravitatem igitur suam quisque adhibens et quisnam sit deprehenditur, et pro natura sua in id, quod habet, impellitur, cum apud nos, tum hinc in locum alium profectus similem quodam tractu naturæ. Vir autem probus accipit, dat, permutatur alia ratione, singulis videlicet translatis, quo decet, tractibus naturæ quibusdam quasi funibus. Tam mirabilem universum hoc potestatem habet et ordinem, in quo quidem silenti quodam occultoque jussu et via juste omnia dispensantur sub divino judicio, cujus sententiam nulli prorsus licet effugere : quam quidem malus intelligit nullus, sed fertur tantum inscius, in quam potissimum decet partem universi transferri. At vir bonus et novit, et, quo oportet, accedit, et antequam accedat, præsentit, ubi post accessum sibi necessario sit habitandum, bonaque spe vivit, se quandoque cum dis ipse habitaturum. In parvo quidem animali parvæ quoque sunt mutationes partium et consensus exigui, neque in ea partes ipsæ sunt animalia, nisi forte in nonnullis ad breve. At in eo animali, in quo tam ingentia sunt interralla, et quodlibet suorum inclinationem et permutationem quandam subit, animaliaque insunt multa, necessarium est motus translationesque esse majores. Videmus profecto solem, lunam, stellas omnes ordine certo transferri silumque mutare. Non igitur dissonat rationi, animas quoque ab alio loco ad alium transmutari, non eundem semper servantes morem, ordinatas denique et, ut affectionibus suis convenit, congrua proportione dispositas : dum videlicet aliæ vicem quasi capitis obtinent, aliæ vero pedum, vicem

τὸ πᾶν σύμφωνον· ἔχει γὰρ καὶ αὐτὸ διαφορὰς πρὸς τὸ ἄμεινόν τε καὶ χεῖρον. Ἢ δ' ἂν μήτε τὸ ἄμεινον τὸ ἐνταῦθα αἱρῆται, μήτε τοῦ χείρονος μετέχουσα ᾖ, ἄλλον τόπον καὶ καθαρὸν ἠλλάξατο, τοῦτον, ὃν εἵλετο, λαβοῦσα. Αἱ δὲ κολάσεις ὥσπερ νενοσηκότων μερῶν, τῶν μὲν ἐπιστύψεις φαρμάκοις, τῶν δὲ ἐξαιρέσεις, ἢ καὶ ἀλλοιώσεις, ἵνα ὑγιαίνῃ τὸ πᾶν, ἑκάστου διατιθεμένου οὗ δεῖ. Τὸ δ' ὑγιεινὸν τοῦ παντὸς ἀλλοιουμένου, τοῦ δὲ ἐξαιρουμένου ἐντεῦθεν, ὡς ἐνθαδὶ νοσοῦντος, οὗ δὲ μὴ νοσήσει, τιθεμένου.

inquam, congruam universo: habet enim et hoc differentias ad melius atque deterius. Si qua vero anima neque, quod hic est melius, eligit, neque inquinatur deteriore, ad locum alium commutatur, et purum, quem elegerat, quandoque consecutura. Punitiones vero animarum tales sunt, quales partium aegrotarum, ubi aliae fomentis alligantur, aliae circumciduntur, vel expurgantur, aliae qualitatibus permutantur, ut sanum sit totum, singulis, ubi expedit, rite dispositis. Sanitas enim totius spectatur in primis, hoc obligato, illo potius qualitatibus permutato, alio autem hinc expulso, quasi hic languente, illuc vero translato, ubi minime langueat.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Ε.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΠΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΟΝ, Η ΠΕΡΙ ΟΨΕΩΣ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER V.

DE DUBIIS ANIMÆ TERTIUS, VEL DE VISIONE.

(441,442.) [817–819.]

Sentire est percipere corporea singulatim per instrumenta corporea. In perceptione sensuali deprehendimus, externorum corporum qualitates aut actus usque ad animam vel circa animam quodammodo pervenire, nec non quandoque vim actumque animæ ad corporea se porrigere. Quod quidem fieri nullo modo posset, nisi anima proportionem quandam ad hæc haberet: hanc vero non habet, nisi ipsa per vim vegetalem suo quodam pacto formet manifestum corpus et præcipue spiritum, atque ita sibi conformet, ut vis ejus actusque per hoc suum corpus, quasi instrumentum, ad externa quandoque se porrigat, et externorum motus ad hoc veniendo quodammodo videantur ad animam pervenisse. Denique, ut visus percipiat rem videndam, non opus est foris corpore medio, quasi ad videndum necessario adjuvante: satis enim per se visus oculusque natura paratus est, ut versetur circa luminosum, atque hoc vicissim circa visum. Corpus vero medium, si quidem opacum est, impedit: sin diaphanum, hoc tantum habet, ut visioni non obstet, sicut solet opacum: absque hoc ergo forte videbitur.

Α'. Ἐπεὶ δὲ ὑπερεθέμεθα σκέψασθαι, εἰ, μηδενὸς ὄντος μεταξὺ, ἔστιν ὁρᾶν, οἷον ἀέρος ἢ ἄλλου τινὸς τοῦ λεγομένου διαφανοῦς σώματος, νῦν σκεπτέον. Ὅτι μὲν οὖν διὰ σώματός τινος δεῖ τὸ ὁρᾶν καὶ ὅλως τὸ αἰσθάνεσθαι γίγνεσθαι, εἴρηται· ἄνευ μὲν γὰρ σώματος πάντῃ ἐν τῷ νοητῷ τὴν ψυχὴν εἶναι. Τοῦ δὲ αἰσθάνεσθαι ὄντος ἀντιλήψεως οὐ νοητῶν, ἀλλὰ αἰσθητῶν μόνον, δεῖ πως τὴν ψυχὴν συναφῆ γενομένην τοῖς αἰσθητοῖς διὰ τῶν προσομοίων κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτὰ γνώσεως ἢ παθήματος ποιεῖσθαι· διὸ καὶ δι' ὀργάνων σωματικῶν ἡ γνῶσις. Διὰ γὰρ τούτων οἷον συμφυῶν ἢ συνεχῶν ὄντων, οἷον εἰς ἕν πως, πρὸς αὐτὰ τὰ αἰσθητὰ ἰέναι, ὁμοπαθείας τινὸς οὕτω πρὸς αὐτὰ γιγνομένης. Εἰ οὖν δεῖ συναφήν τινα πρὸς τὰ γιγνωσκόμενα γίγνεσθαι, περὶ μὲν τῶν, ὅσα ἁφῇ τινι γιγνώσκεται, τί ἄν τις ζητοῖ; περὶ δὲ τῆς ὁράσεως· εἰ δὲ καὶ περὶ τῆς ἀκοῆς, ὕστερον· ἀλλὰ περὶ τοῦ ὁρᾶν, εἰ δεῖ τι μεταξὺ εἶναι σῶμα τῆς ὄψεως καὶ τοῦ χρώματος· ἢ νύττοι κατὰ συμβεβηκὸς ἂν τὸ μεταξὺ σῶμα, συμβάλλεται δὲ οὐδὲν πρὸς ὅρασιν τοῖς ὁρῶσιν. Ἀλλ' εἰ πυκνὰ μὲν ὄντα τὰ σώματα, ὥσπερ τὰ γεηρά, κωλύει ὁρᾶν, ὅσῳ δὲ λεπτότερα ἀεὶ τὰ μεταξὺ, μᾶλλον ὁρῶμεν· συνεργὰ ἂν τις τοῦ ὁρᾶν τὰ μεταξὺ θείη, ἢ εἰ οὐ συνεργὰ, οὐ κωλυτικά· ταῦτα δὲ κωλυτικὰ ἄν τις εἴποι. Ἀλλ' εἰ τὸ πάθος πρότερον τὸ μεταξὺ παραδέχεται, καὶ οἷον τυποῦται. Σημεῖον δὲ τὸ, εἰ καὶ ἔμπροσθέν τις ἡμῶν ἔσται, ἢ πρὸς τὸ χρῶμα βλέπων κἀκεῖνον ὁρᾶν, πάθους ἐν τῷ μεταξὺ μὴ γενομένου, οὐδ' ἂν εἰς ἡμᾶς τοῦτο ἀφικνοῖτο· ἢ οὐκ ἀνάγκη τὸ μεταξὺ πάσχειν, εἰ τὸ πεφυκὸς πάσχειν ὁ ὀφθαλμὸς πάσχει· ἢ εἰ πάσχοι, ἄλλο πάσχει· ἐπεὶ οὐδ' ὁ κάλαμος ὁ μεταξὺ τῆς νάρκης καὶ τῆς χειρὸς, ὃ πάσχει ἡ χείρ· καὶ μὴν κἀκεῖ, εἰ μὴ μεταξὺ ὁ κάλαμος εἴη καὶ ἡ θρίξ, οὐκ ἂν πάθοι ἡ χείρ. Ἢ τοῦτο μὲν καὶ αὐτὸ ἀμφισβητοῖτο ἄν· καὶ γὰρ, εἰ ἐντὸς δικτύου γένοιτο ὁ θηρευτὴς, πάσχειν λέγεται τὸ ναρκᾶν. Ἀλλὰ γὰρ κινδυνεύει ὁ λόγος ἐπὶ τὰς λεγομένας συμπαθείας ἰέναι. Εἰ δὲ τοδὶ ὑπὸ τουδὶ

I. Quoniam vero investigare distulimus, numquid videre possimus, si nihil sit medium, ceu aer aliudve diaphanum vel perspicuum corpus inter oculum atque id, quod est videndum, operæ pretium est hoc ipsum in præsentia prosequi. Principio, quod per corpus aliquod oporteat videre et omnino sentire, jam dictum est: nam animam absque corpore prorsus in mundo intelligibili vivere. Cum vero sentire sit percipere non quidem intelligibilia, sed sensibilia tantum, oportet animam factam quodammodo contiguam sensibilibus, per quædam jam sibi familiaria communionem quandam ad hæc cognitionis vel passionis inire: quapropter et per instrumenta corporea ejusmodi cognitio fit. Per hæc enim quasi cognata sive continua, quasi in unum quodammodo, ad ipsa sensibilia oportet accedere, compassione quadam ad ipsa ita jam facta. Quod ergo necessarium sit contactum quendam ad illa, quæ cognoscenda sunt, fieri, nimirum quantum spectat ad ea, quæ tactu quodam percipiuntur, nemo forsitan ambigat; de visione vero magis ambiguum. At utrum idem in audiendo necessarium sit, in sequentibus indagabimus. Nempe in præsentia de visu tractandum est, numquid oporteat medium quiddam corpus esse inter visum atque colorem? Fortasse vero corpus ex contingenti medium incidit, sed confert nihil videntibus ad videndum. At si corpora, quo densiora sunt, ceu terrena, eo magis impediant visionem, quo vero tenuiora sunt media, facilius pervidemus: poterit aliquis media hæc ad videndum conferentia dicere, aut si non conferentia, saltem non obstantia visioni: hæc autem aliquis obstantia dixerit. Sed numquid medium corpus passionem prius accipiat, et quasi formetur, est quærendum. Signum vero hujus aliquis afferat, quod, si quis ante faciem nostram sit, vel penes colorem aspiciens etiam videt, si ipsum vero ad nos usque minime perveniret, nisi passa quædam medio fuisset illata: sed fortasse non necessarium est pati medium, dum, quod passioni naturaliter est expositum, velut oculus patitur: aut, si tunc medium patitur, aliud quiddam patitur: quandoquidem neque calamus medius inter piscem illum stupefacientem, nomine Narcen, atque manum patitur, quod manus ipsa patitur: tametsi hic quoque, nisi calamus in medio situs et seta sive capillus esset, manus minime pateretur. Fortasse etiam hoc est ambigendum: nam, si intra rete sit piscator, patietur et stupefiet. Videtur autem hic sermo ad illas, quæ dictæ sunt compassiones, se conferre: nempe si hoc tale ab hoc tali naturaliter vicissim pati potest, ex eo, quod simili-

πεφυκὲ πάσχειν συμπαθῶς, τῷ τινα ὁμοιότητα ἔχειν πρὸς αὐτό, οὐκ ἂν τὸ μεταξὺ ἀνόμοιον ὂν πάθοι, ἢ τὸ αὐτὸ οὐ κἂν πάθοι· εἰ τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον μηδενὸς ὄντος μεταξύ, πάθοι ἂν τὸ πεφυκὸς πάσχειν, κἂν τὸ μεταξὺ τοιοῦτον ᾖ, οἷον αὐτὸ καὶ παθεῖν τι.

dinem ad ipsum quandam habet, non propterea, quod inter hæc medium est, patitur, si dissimile fuerit : aut certe idem minime patietur. Quod si ita se habet, multo magis, ubi nullum sit medium, patietur, quod est naturaliter obnoxium passioni : tametsi medium tale fuerit, ut et ipsum aliquid patiatur.

Inter visum atque visibile medium per se necessarium est lumen, vel commune externumque, vel proprium, sive oculi seu objecti natura valde incentis : corpus autem non adeo necessarium inter hæc medium est. Visio fit potissimum, quia vel radius ab oculo visualis proficiscitur ad visibile, vel a visibili jam luminoso nonnihil procedit ad visum, vel utroque simul pacto, et omnino quoniam tam oculus, quam visibile ita in natura mundi vivente sunt disposita, ut proprietatem habeant invicem valde conformem, per quam a se invicem facile moveantur, agantque mutuo vel patiantur. Corpus igitur nec est per se necessarium ad emicantem ex oculo radium sustinendum atque perferendum, qui sine sustentaculo in rectum profluit naturaliter : nec ad lumen ita vehendum, sive sit lumen objecti, sive sit alienum : nec etiam ad compassionem inter visibile visumque complendam : satis enim per se mutuæ sunt exposita passioni : denique nec necessarium est aerem medium ab objecto colorari figurarique modo ceræ, per quam passionem visus subinde similiter patiatur : alioquin ad cernendum non oporteret oculum ad objectum ipsum convertere procul positum. Satis enim foret oculum attingi a contigua nobis parte aeris jam formata. Omnino vero spiritales sub lumine visibilium species pervenientes ad oculum absque aeris passione perveniunt.

Β'. Εἰ μὲν οὖν τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὁρᾶν, οἷον τὸ τῆς ὄψεως φῶς συνάπτειν πρὸς τὸ μεταξὺ φῶς μέχρι τοῦ αἰσθητοῦ, δεῖ μεταξὺ τοῦτο εἶναι τὸ φῶς, καὶ ἡ ὑπόθεσις αὕτη τὸ μεταξὺ τοῦτο ζητεῖ· εἰ δὲ τροπὴν ἐργάζεται τὸ ὑποκείμενον σῶμα κεχρωσμένον, τί κωλύει τὴν τροπὴν εὐθὺς πρὸς τὸ ὄμμα ἰέναι, μηδενὸς ὄντος μεταξύ; εἰ καὶ νῦν ἐξ ἀνάγκης ὅτε ἐστί, τρέπεταί πως τὸ τῶν ὀμμάτων πρόσθεν κείμενον. Καὶ οἱ ἐχχέοντες δὲ τὰς ὄψεις οὐκ ἂν ἔχοιεν ἀκολουθοῦν τὸ πάντως μεταξύ τι εἶναι, εἰ μὴ φοβοῖντο, μὴ πέσοι ἡ ἀκτίς· ἀλλὰ φωτός ἐστι, καὶ τὸ φῶς εὐθυποροῦν. Οἱ δὲ τὴν ἔνστασιν αἰτιώμενοι, δέοιντο ἂν πάντως τοῦ μεταξύ. Οἱ δὲ τῶν εἰδώλων προστάται διὰ τοῦ κενοῦ λέγοντες διΐέναι, χώραν ζητοῦσιν, ἵνα μὴ κωλυθῇ· ὥστε, εἰ ἔτι μᾶλλον τὸ κωλύσει τὸ μηδὲν εἶναι μεταξύ, οὐκ ἀμφισβητοῦσι τῇ ὑποθέσει. Ὅσοι δὲ συμπαθείᾳ τὸ ὁρᾶν λέγουσιν, ἧττον μὲν ὁρᾶν φήσουσιν, εἴ τι μεταξὺ εἴη, ἢ κωλύοι καὶ ἐμποδίζοι, καὶ ἀμυδρὰν ποιεῖ τὴν συμπάθειαν· μᾶλλον δὲ ἀκόλουθον λέγειν, ποιεῖν πάντως ἀμυδρὰν καὶ τὸ συγγενές, ἢ καὶ αὐτὸ πάσχον. Καὶ γὰρ εἰ σῶμα συνεχὲς ἐν βάθει ἐκ προσβολῆς πυρὸς καίοιτο, ἀλλὰ τὸ ἐν βάθει αὐτοῦ τῇ προσβολῇ τοῦ πρόσθεν ἧττον ἂν πάσχοι. Ἀλλ' εἰ ζώου ἑνὸς μόρια εἴη συμπαθῆ, ἆρ' ἂν ἧττον πάθοι, ὅτι μεταξύ τί ἐστιν; ἢ ἧττον μὲν ἂν πάθοι, σύμμετρον δ' ἂν εἴη τὸ πάθος, ὅσον ἐβούλετο ἡ φύσις, κωλύοντος τὸ ἄγαν τοῦ μεταξύ· εἰ μήπου τοιοῦτον εἴη τὸ διδόμενον, ὥστε ὅλως τὸ μεταξὺ μὴ πάσχειν· ἀλλ' εἰ συμπαθὲς τῷ ἓν ζῷον εἶναι, καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, ὅτι ἐν ἑνὶ καὶ ἑνός, πῶς οὐ δεῖ, ὅταν τοῦ πόῤῥω αἴσθησις ᾖ, συνέχειαν εἶναι, ἢ τὴν συνέχειαν καὶ τὸ μεταξύ, διὰ τὸ ζῷον δεῖν συνεχὲς εἶναι; τὸ δὲ πάθος κατὰ συμβεβηκὸς συνεχοῦς, ἢ πᾶν ὑπὸ παντὸς φήσομεν πάσχειν. Εἰ δὲ τόδε μὲν ὑπὸ τοῦδε, ἄλλο δὲ ὑπ' ἄλλου, οὐ τὸ αὐτό, οὐκ ἂν δέοιτό τις τοῦ μεταξὺ πανταχοῦ. Εἰ οὖν ἐπὶ ὄψεως λέγοι τις δεῖσθαι, διὰ τί φατέον· ἐπεὶ οὐδὲ πανταχοῦ φαίνεται τὸ δι' ἀέρος ἰὸν πάσχειν ποιοῦν τὸν ἀέρα, ἀλλ' ἢ μόνον διαιρεῖν· κἂν, λίθος εἰ ἄνωθεν πίπτοι, τί ἄλλο, ἢ οὐχ ὑπομένει ὁ ἀήρ; ἐπεὶ οὐδὲ τῇ ἀντιπεριστάσει εὔλογον, κατὰ

II. Si ergo sic visio fiat, ut visus ipsius lumen cum lumine medio conjungatur usque ad sensibile, oportet hoc medium esse lumen, atque suppositio hæc medium id requirit : sin autem subjectum corpus coloratum aliquo modo medium afficit atque permutat, quidnam prohibet permutationem ejusmodi statim ad oculum pervenire, etiam si nullum medium interveneret? Siquidem nunc necessario quod intervenit, ob hoc ipsum, quod intervenit, prius quam oculus permutatur. Proinde qui dicunt, per quandam visus ipsius effusionem nos videre, nulla ratione adducuntur ad medium afferendum, nisi forte metuant, ne radius ipse decidat : sed radius naturam habet luminis, lumen autem recta diffunditur. Qui autem insistentiam quandam in causa visionis assignant, medio prorsus egebunt. At vero assertores simulacrorum, affirmantes ea per vacuum pertransire, expeditum exigunt locum, ne pervenire prohibeantur. Quapropter si multo minus impedientur, ubi nullum sit medium, nimirum præsentem suppositionem in controversiam minime trahent. Præterea quicumque compassione quadam fieri asserunt visionem, minus utique videre nos dicent, si quod medium interciderit : propterea quod hoc prohibebit impedietque ipsam spectionem, dum minorem (*vel* imperfectiorem) reddet compassionem : imo vero consentanea ratione dicere possumus, medium ipsum, etiam si cognatum sit atque etiam patiens, compassionem tamen illam debiliorem facere. Nam etsi corpus continuum in profundo ex accessu ignis uratur, tamen pars ejus posita in profundo accessione superioris partis minus utique patietur. Verum si animalis unius partes vicissim compatientes sint, numquid patientur minus, quia nonnihil sit medium? Fortasse patientur minus : nempe mediocris evadet passio, quatenus natura voluerit : quippe cum medium interpositum inhibeat passionis excessum, nisi forte alicubi tale sit, quod infertur, ut medium nullo modo id pati queat. Ceterum si totum propterea est compatiens, quod est unum animal, atque nos ideo patimur, quoniam in uno uniusque sumus, cur non oporteat, quando sentitur aliquid procul positum, inesse continuitatem? Fortasse continuitatem quidem et medium ipsum oportet alicubi interesse, quia necesse sit animal esse continuum, passio vero per accidens est continui : alioquin omne ab omni pati fatebimur. Tum vero, si hoc quidem ab hoc, aliud vero ab alio patitur, neque patitur idem, non erit opus ubique medio. Quodsi in visione saltem aliquis opus esse dixerit, rationem assignare debebit : quandoquidem non ubique apparet, quod procedit per aerem, inferre aeri passionem, sed dividere tantum : ceu, cum lapis cadit desuper, nihil aliud aeri videtur accidere, nisi quod cadentem non sustinet lapidem. Neque enim verisimile est, lapidem cadere per quendam circumfusi aeris subingressum, cum descensus ei

φύσιν οὖσης τῆς φορᾶς· ἐπεὶ οὕτω καὶ τὸ πῦρ ἄνω τῇ ἀντιπεριστάσει· ἀλλ' ἄτοπον· φθάνει γὰρ τὸ πῦρ τῇ αὐτοῦ κινήσει ταχείᾳ οὔσῃ τὴν ἀντιπερίστασιν τοῦ ἀέρος. Εἰ δ' ὑπὸ τοῦ τάχους ταχύνεσθαί τις τὴν ἀντιπερίστασιν φησίν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἂν γίγνοιτο, οὐκ εἰς τὸ ἄνωθεν· ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τῶν ξύλων ἡ ὁρμὴ πρὸς τὸ ἄνω οὐκ ὠθούντων. Καὶ ἡμεῖς δὲ κινούμενοι τέμνομεν τὸν ἀέρα, καὶ οὐχ ἡ ἀντιπερίστασις ὠθεῖ· πληροῖ δὲ μόνον ἐφεπόμενος τὸ παρ' ἡμῶν κενούμενον. Εἰ οὖν τοῖς σώμασι διίσταται τοῖς τοιούτοις μηδὲν παθῶν, τί κωλύει καὶ ἄνευ διαστάσεως συγχωρεῖν παριέναι τοῖς εἰς ὄψιν εἴδεσιν; εἰ δὲ μηδὲ πάρεισιν ὡς ἐν ῥοῇ τὰ εἴδη, τίς πάσχειν ἀνάγκη, καὶ δι' αὐτοῦ τὸ πάθος πρὸς ἡμᾶς τῷ προπαθεῖν ἰέναι; Εἰ γὰρ τῷ προπαθεῖν τὸν ἀέρα ἡ αἴσθησις ἡμῖν, οὐκ ἂν πρὸς αὐτὸ βλέποντες τὸ ὁρώμενον εἴδομεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ παρακειμένου ἔσχομεν ἂν τὴν αἴσθησιν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ θερμαίνεσθαι. Ἐκεῖ γὰρ οὐ τὸ πόῤῥωθεν πῦρ, ἀλλ' ὁ ἀὴρ ὁ παρακείμενος θερμανθείς, θερμαίνειν δοκεῖ· ἁφὴ γὰρ τοῦτο· ἐν δὲ τοῖς ὁράμασιν οὐχ ἁφή· ὅθεν οὐδ' ἐπιτεθὲν τῷ ὄμματι τὸ αἰσθητὸν ὁρᾶν ποιεῖ, ἀλλὰ φωτισθῆναι δεῖ τὸ μεταξύ, ἢ ὅτι σκοτεινὸν ὁ ἀήρ· μὴ ὄντος δὲ τούτου σκοτεινοῦ, οὐδ' ἂν ἐδέησε φωτὸς ἴσως· τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐμπόδιον ὂν τοῦ ὁρᾶν δεῖ κρατηθῆναι τῷ φωτί. Τάχα δὲ ἂν καὶ προσαχθὲν τῇ ὄψει οὐχ ὁρᾶται, ὅτι σκιὰν φέρει τὴν τοῦ ἀέρος καὶ τὴν αὐτοῦ.

sit naturalis, quoniam sic et ignis ascenderet per similem aeris subingressum, quod dictu est absurdum. Ignis enim motus sui velocitate præcurrit aerem succedentem. Quodsi quis dicat ipsa velocitate etiam aeris accelerari successum, attamen secundum accidens id eveniet, neque proprie sursum, quoniam et a lignis impetus fit in altum nullo impellente crescentibus. Atqui et nos euntes dividimus aerem, neque tunc circumfusi aeris successio nos impellit, sed subsequens tantum aer, quod nos vacuum reddimus, implet. Si ergo aer per corporum ejusmodi motum distantiam inter suas partes admittit, nihil aliud interea patiens, quidnam prohibet etiam absque distantia concedere speciebus transitum ad aspectum? Sin autem neque perveniunt quidem velut quodam fluxu species, quænam necessitas pati cogit, atque per ipsum ad nos usque passionem, et eo, quod ille passus antea fuerit, pervenire? Si enim et eo, quod aer antea patiatur, sensus efficeretur, certe non aspiciendo ad ipsum visibile cerneremus, sed e proxima nobis aeris parte sensum reportaremus, quemadmodum in calefactione contingit. In hac enim non remotus ignis, sed proximus calefactus aer calefacere nos videtur. Sed enim passio hæc ad tactum pertinet, in visione autem non fit tactus: ideo neque sensibile impositum oculis efficit visionem: sed illuminari medium necessarium est, forsan quoniam aer est tenebrosus. Ac nisi esset obscurus, forsan lumine non egeret: quod enim tenebrosum est, cum impediat visionem, oportet lumine superari. Fortasse vero et ob hoc ipsum res videnda proxime admota visui, nequaquam cernitur, quoniam secum affert quandam cum sui ipsius, tum aeris umbram.

Inter visum atque visibile non est necessarius aer medius ad hoc ipsum proprie, ut forma objecti imprimatur deinceps per partes aeris succedendo, unde tandem imprimatur et oculo. Ratio ad hoc prima paulo superius assignata est. Sequuntur duæ, quarum una est ejusmodi. Quando nocte profunda igniculum longissime distantem cernimus, non est putandum ex igniculo formam continuatis aeris partibus gradatim imprimi. Non enim potest hunc ita pingere, nisi et easdem partes illuminet, nec tamen illuminat eas: alioquin alia quoque multa in recto hoc spatio cerneremus. Ratio altera talis est. Si aer modo quodam suo, id est corporeo, a persona videnda pingatur, sequetur, ut exigua illa pars aeris pupillæ proxima et æqualis, id duntaxat minimum de persona tota, quod præfert, ostendat oculo: nunc autem in qualibet aeris portiuncula totum videmus objectum. Denique aer nihil patitur ab illa specie, si qua mittitur ab objecto, sicut neque patitur ab ipso lumine, per quod mittitur: ab ipso, inquam, qua ratione lumen. Sic enim momento adest et abest, neque remanet illuminante subtracto, et est ubique totum. Ex quo apparet lumen neque fieri propriam aeris qualitatem, nec esse re vera corporeum. Proinde incorporeum hoc non tam provenit ex corpore, quam vita mundi. Nam et quando ad longissimum spatium scintillam vides, exiguum locustæ sonum audis: et animalia quædam audiunt minima quæque: item apes et formicæ mellita olfaciunt remotissima: conchæ quinetiam distantia gustant: et torpedo piscis per longam sæpe virgam stupefacit te quasi tangens: non est existimandum, præsertim in superioribus a minimo quoque objecto longissimum spatium frangi et materialiter affici: sed intervenire nescio quid quodammodo spiritale, quod per tam longum spatium agat in sensum, id est, actum quendam specialem ab ipsa specie rei sentiendæ proficientem. A specie, inquam, non tam, quia in materia sit, quam quia a spirituali vivaque pendet idea. Actum quoque specialem, inquam, et spiritalem, sive hic intra nos fiat in instrumento sensus, ut in tactu atque gustu, sive etiam extra nos in aere, ut circa visum, auditum, olfactum; sive etiam a visu proveniat in objectum: qui sane actus in omnibus sentiendis fit ubique inter passionem etiam materialem ab objecto in aere factam circa sensus inferiores. Fit igitur opportune hinc virtute quadam vitæ communis, cujus beneficio cuncta ligante tam facile a rebus distantibus et movetur sensus, et corpus conforme procul patitur a conformi. Quod etiam apparet in magia: et cælestia aliaque multa vires suas impartiunt remotissimis: denique vita mundi communis ita sensum hunc cum hoc sensibili, temperat ut, agente sensibili, moveatur sensus et agat, sicut in lyra, dum movetur hæc chorda, statim et contemperata movetur: et te clamante paries conclamat sic expositus. De superioribus diligentius in commentariis Theophrasti tractatum.

Ιγ'. Μέγιστον δὲ μαρτύριον τοῦ μὴ διὰ τοῦ ἀέρος παθόντος τὸ εἶδος τοῦ αἰσθητοῦ ὁρᾶν καὶ τὰς τούτων μορφὰς, ὥσπερ διαδόσει, τὸ νύκτωρ ἐν σκότῳ πῦρ τε καὶ τὰ ἄστρα ὁρᾶσθαι καὶ τὰς τούτων μορφάς. Οὐ γὰρ δὴ φήσει τις ἐν τῷ σκοτεινῷ τὰ εἴδη γενόμενα οὕτω συνάψασθαι· ἢ οὐκ ἂν ἦν σκότος τοῦ πυρὸς ἐλλάμψαντος τὸ αὐτοῦ εἶδος. Ἐπεὶ καὶ πάνυ πολλοῦ σκότου ὄντος, καὶ κεκρυμμένων καὶ τῶν ἄστρων καὶ τοῦ πυρὸς,

III. Maximum vero argumentum est, non propterea cerni sensibilium formas, quia jam aer illorum species per continuatam traductionem patiendo susceperit, quod sub obscura nocte ignis et sidera horumque formæ cernuntur. Neque asseret quisquam, in aere tenebroso impressas species sic ad oculum usque continuari; alioquin non essent tenebræ, ubi ignis illuminando suam speciem tradiderit. Quando etiam sub profundis tenebris occultantibus stellas et ignem horumque lumen prorsus impedientibus radiis

καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ παρ' αὐτῶν μὴ ἐλλάμποντος, ἐκ τῶν σκοπτηρίων ὁρᾶται τὸ πῦρ, καὶ ἐκ τῶν πύργων τοῖς ναυσὶ σημαινόντων. Εἰ δὲ καὶ διϊέναι τις λέγοι καὶ ἐν τούτοις τὸ πῦρ ἐναντιούμενος τῇ αἰσθήσει, ἐχρῆν τὴν ὄψιν τοῦ ἀμυδροῦ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι τοιεῖσθαι τὴν ἀντίληψιν, οὐκ ἐκείνου αὐτοῦ, οἷόν ἐστιν ἐναργές. Εἰ δὲ μεταξὺ σκότους ὄντος ὁρᾶται τὸ ἐπέκεινα, πολλῷ μᾶλλον μηδενός. Ἀλλ' ἐκείνῳ ἄν τις ἐπιστήσειε, μὴ τῷ μεταξὺ μηδενὶ οὐκ ἔσται ὁρᾶν· οὐχ ὅτι μηδέν ἐστι μεταξύ, ἀλλ' ὅτι ἡ συμπάθεια τοῦ ζώου ἀναιρεῖται πρὸς αὐτά, καὶ ἡ πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν τῆ ἓν εἶναι. Τούτῳ γὰρ ἔοικε καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ὁπωσοῦν εἶναι, ὅτι συμπαθὲς τὸ ζῶον τόδε τὸ πᾶν ἑαυτῷ. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, πῶς ἂν ἄλλο ἄλλου τῆς δυνάμεως μετελάμβανε, καὶ μάλιστα τῆς πόρρω; Τοῦτο δὴ ἐπισκεπτέον, εἰ ἄλλος κόσμος ἦν καὶ ἄλλο ζῶον, μὴ συντελοῦν πρὸς τοῦτο, καὶ ὄψις ἦν ἐπὶ τοῖς νώτοις τοῦ οὐρανοῦ, εἰ ἐθεάσατο ἐκεῖνον ἐκ διαστήματος συμμέτρου, ἢ οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς ἐκεῖνον τούτῳ; ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον. Νῦν δὲ κἀκεῖνο ἄν τις μαρτύραιτο, εἰς τὸ μὴ τῷ πάσχειν τὸ μεταξὺ τούτῳ τὸ ὁρᾶν γίγνεσθαι· εἰ γὰρ δὴ πάσχοι τὸ τοῦ ἀέρος, σωματικῶς δήπουθεν ἀνάγκη πάσχειν· τοῦτο δέ ἐστιν οἷον ἐν κηρῷ τύπον γενέσθαι· μέρος δὴ δεῖ τοῦ ὁρατοῦ καθ' ἕκαστον μόριον τυποῦσθαι, ὥστε καὶ τὸ συναφὲς τῇ ὄψει μόριον τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡ κόρη τὸ καθ' αὑτὸ μόριον τοῦ ὁρατοῦ δέξοιτο ἄν. Νῦν δὲ πᾶν τε ὁρᾶται, καὶ ὅσοι ἐν τῷ ἀέρι, κατά γε τὸ κατ' ἀντικρύ, ἔκ τε πλαγίων, ἐπὶ πολὺ ὁρῶσιν, ἐγγύς τε καὶ κατόπιν οὐκ ἐπιπροσθούμενοι· ὥστε ἕκαστον μόριον τοῦ ἀέρος ὅλον οἷον τὸ πρόσωπον τὸ ὁρώμενον ἔχειν. Τοῦτο δὲ οὐ κατὰ σώματος πάθημα, ἀλλὰ κατὰ μείζους καὶ ψυχικὰς καὶ ζώου ἑνὸς συμπαθοῦς ἀνάγκας.

ex specula facibusque prospicitur ignis atque ex turribus, quæ signa navibus exhibent. Si quis autem in his quoque ignem transire dicat, repugnans videlicet sensui, oportebit etiam minima quæque interim in aere cerni, neque duntaxat ignem. Si ergo tenebris in medio prohibentibus, tamen, quod est ultra tenebras, pervidemus, multo magis, ubi nullum sit medium, discernemus. Sed hic aliquis fortassis instabit, asserens, ubi nullum sit medium, videri nihil : non quidem ex eo proprie, quia desit medium ; sed quoniam animalis compassio ad hæc ipsa prorsus auferatur, consensioque partium inter se in eo, quod unum totum sit consistens. Videtur enim ob id sensus quomodocumque fieri, quoniam universum hoc animal sibimet ubique compatitur. Nisi enim foret tale, quonam pacto aliud ab aliis etiam remotissimis vires acciperet? Hoc itaque consideratione dignum est : Si alter esset mundus, alterumque animal cum hoc nostro nullam habens communionem, essetque visus aliquis in cæli dorso, numquid ejusmodi visus ex spatio moderato mundum alterum sit visurus, an potius nullum huic futurum sit ad illum in agendo vel patiendo commercium? Sed de hoc tractabitur in sequentibus. Nunc vero id insuper aliquis afferre poterit testimonium, probans, non propterea fieri visionem, quia medium patiatur : nempe, si patitur aer, necessarium est conditione corporea pati ; id autem est velut in cera imprimi figuram. Sic igitur visibilis objecti pars certa in certa parte aeris figurabitur : itaque pars aeris contigua visui tanta, quanta pupilla partem figuræ ipsius visibilis pro quantitate propria accipiet atque tradet. Nunc autem et videtur totum, et quotcumque sunt in aere tum ex directo positi, tum etiam ex obliquo ad longum vident, stantes etiam inter se a tergo, modo ne alii undique aliis obstent. Ex quo apparet, quamlibet aeris particulam totum velut vultum in se inspectum habere. Id autem non fit corporeæ passionis conditione, imo secundum majores et animales et animalis unius ubique sibimet compatientis necessitates.

Si quod medium necessarium est inter visum atque visibile, id quidem non corpus est, sed lumen, vel nativum oculo sive visibili, vel alienum. Confert autem ad videndum non passio medii oculique, sed actio quædam atque lumen. Tres hic de visu tangit opiniones. Una putat animam ita per radios visuales, sicut per capillos, sese propagare, vel manus, atque ita sensibile tangere, et id quidem absque reflexione. Secunda, animam non propagari per radios, sed eos quasi virgas extendere ad objectum, eumque ad animam inde reverberari. Tertia, lumen figurari ab objecto, atque ita figuratum ad oculos pervenire. Circa primam hulit, secundam deridet, tertiam reprobat : et ubique tandem id molitur, tantam esse compatiendi conformitatem inter visum atque visibile, ut satis circa se vicissim moveantur et agant, etiam si nulla passio contingat in medio, sicut neque patitur medium, vel saltem non tale quiddam patitur, quando tremente hac chorda altera contremiscit, oscitante hoc, oscitat ille, et imaginante aliquid amicissimo, imaginatur interdum idem et alter amicus.

Δ'. Ἀλλὰ τὸ συναφὲς τῆς ὄψεως φῶς πρὸς τὸ περὶ τὴν ὄψιν καὶ μέχρι τοῦ αἰσθητοῦ πῶς; ἢ πρῶτον μὲν τῷ μεταξὺ ἀέρος οὐ δεῖται, εἰ μὴ ἄρα τὸ φῶς οὐκ ἂν ἀέρος ἄνευ λέγοιτο· οὕτω δὲ τοῦτο μεταξὺ κατὰ συμβεβηκός· αὐτὸ δὲ φῶς ἂν εἴη μεταξὺ οὐ πάσχον, οὐδ' ὅλως πάθους ἐνταῦθα δεῖ· ἀλλ' ὅμως τοῦ μεταξύ· εἰ δὲ τὸ φῶς οὐ σῶμα, οὐ σώματος. Καὶ δὴ οὐ πρὸς τὸ ὁρᾶν ἁπλῶς δέοιτο ἂν τοῦ φωτὸς τοῦ ἀλλοτρίου καὶ μεταξὺ ἡ ὄψις, ἀλλὰ πρὸς τὸ πόρρω ὁρᾶν. Τὸ μὲν οὖν εἰ τὸ φῶς γένοιτο ἄνευ τοῦ ἀέρος, ὕστερον· νῦν δὲ ἐκεῖνο σκεπτέον· εἰ μὲν γὰρ τὸ φῶς τοῦτο τὸ συναφὲς ἔμψυχον γίγνεται, καὶ ἡ ψυχὴ δι' αὐτοῦ φερομένη, καὶ ἐν αὐτῷ γινομένη, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἔνδον, ἐν τῷ ἀντιλαμβά-

IV. Sed contiguum visionis lumen quomodo se habet ad lumen visioni propinquum et usque ad sensibile? Fortasse aere quidem non indiget medio, nisi forsan lumen absque aere non dicatur : sic autem medium hoc est secundum accidens. Ipsum vero lumen est medium minime patiens, et omnino hic non opus est passione, sed tamen medio : quodsi lumen non sit corpus, non est opus corpore medio. Atqui fortasse dixerit aliquis, non ad ipsam simpliciter visionem alieno opus esse lumine atque medio, sed ad hoc ipsum duntaxat, ut longinqua cernantur. Utrum igitur lumen absque aere possit esse, nunc, in sequentibus perquiremus. Nunc autem hoc inprimis investigemus. Profecto, si lumen hoc contiguum visui fit animatum, et anima per ipsum fertur, et in ipso viget, quemadmodum et in intimo, nimirum in percipiendo

νεσθαι δήπουθεν, ὅπερ ἐστὶν ὁρᾷν, οὐδὲν ἂν δέοιτο τοῦ μεταξὺ φωτὸς, ἀλλ' ἁφῇ ἔσται ἐοικὸς τὸ ὁρᾷν, τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως ἐν φωτὶ ἀντιλαμβανομένης, πάσχοντος οὐδὲν τοῦ μεταξὺ, ἀλλὰ γίγνεται τῆς ὄψεως φορὰ ἐκεῖ· οὗ δὴ ζητητέον, πότερα τῷ διάστημά τι εἶναι ἐκεῖ δεῖ πορευθῆναι τὴν ὄψιν, ἢ τῷ σῶμά τι εἶναι ἐν τῷ διαστήματι; καὶ εἰ μὲν τῷ σῶμα ἐν τῷ διαστήματι εἶναι, τὸ διεῖργον εἰ ἀφαιρεθείη, τοῦτο ὄψεται· εἰ δ' ὅτι διάστημα ἁπλῶς, ἀργὴν δεῖ ὑποθέσθαι τὴν τοῦ ὁρατοῦ φύσιν, καὶ οὐδὲν δρῶσαν ὅλως. Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε· οὐ γὰρ μόνον ἡ ἁφὴ, ὅτι ἐγγύς τι, λέγει καὶ ἅπτεται· ἀλλὰ τὰς τοῦ ἁπτοῦ πάσχουσα ἀπαγγέλλει διαφορὰς, καὶ εἰ μὴ διείργοι τι, κἂν τοῦτο πόρρω ᾖσθετο. Ἅμα γὰρ ὁ ἀὴρ ὁ μεταξὺ καὶ ἡμεῖς πυρὸς αἰσθανόμεθα, οὐκ ἀναμείναντες θερμανθῆναι ἐκεῖνον. Μᾶλλον γοῦν τὸ σῶμα θερμαίνεται τὸ στερεὸν, ἢ ὁ ἀὴρ· ὥστε δι' αὐτοῦ μᾶλλον, ἀλλ' οὐ δι' αὐτό. Εἰ οὖν ἔχει δύναμιν εἰς τὸ ὁρᾷν, τὸ δὲ εἰς τὸ πάσχειν, ἢ καὶ ὁπωσοῦν ἡ ὄψις, διὰ τί ἄλλου δεῖται μέσου, εἰς ὃ δύναται πρὸς τὸ ποιῆσαι; τοῦτο γὰρ ἐμποδίου ἐστὶ δεῖσθαι. Ἐπεὶ καὶ, ὅταν τὸ φῶς προσίῃ τὸ τοῦ ἡλίου, οὐ πρότερον δεῖ τὸν ἀέρα, εἶτα καὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ἅμα, καὶ πρὶν ἐγγὺς τῆς ὄψεως γενέσθαι, πολλάκις ὄντος ἀλλαχοῦ, ὡς μὴ παθόντος τοῦ ἀέρος ἡμᾶς ὁρᾷν, μεταξὺ ὄντος τοῦ μὴ πεπονθότος, καὶ τοῦ φωτὸς μήπω ἐληλυθότος, πρὸς ὃ δεῖ τὴν ὄψιν συνάψαι. Ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς νυκτὸς ὁρᾷν τὰ ἄστρα, ἢ ὅλως πῦρ, χαλεπὸν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει ἀπευθῦναι. Εἰ δὲ μένει μὲν ἡ ψυχὴ ἐφ' ἑαυτῆς, φωτὸς δὲ δεῖται ὥσπερ βακτηρίας πρὸς τὸ φθάσαι, ἔδει τὴν ἀντίληψιν βίαιον καὶ ἀντερείδοντος εἶναι καὶ τεταμένου τοῦ φωτὸς, καὶ τὸ αἰσθητὸν τὸ χρῶμα ἢ χρῶμα, ἀντιτυποῦν καὶ αὐτὸ εἶναι· οὕτω γὰρ διὰ μέσου αἱ ἁφαί. Εἶτα καὶ πρότερον ἐγγὺς γέγονε, μηδενὸς μεταξὺ ὄντος τότε· οὕτω γὰρ ὕστερον τὸ διὰ μέσου ἅπτεσθαι ποιεῖ τὴν γνῶσιν, οἷον τῇ μνήμῃ καὶ ἔτι μᾶλλον συλλογισμῷ· νῦν δὲ οὐχ οὕτως. Ἀλλ' εἰ παθεῖν δεῖ τὸ πρὸς τὸ αἰσθητὸν φῶς, εἶτα διαδοῦναι μέχρις ὄψεως, ἡ αὐτὴ γίγνεται ὑπόθεσις τῇ ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ τὸ μεταξὺ πρότερον τρεπούσῃ, πρὸς ἣν δὴ καὶ ἐν ἄλλοις ἠπόρηται.

quoquo modo, quale est videre, lumine medio non egebit, sed visio similis erit tactui, virtute videlicet videndi in lumine percipiente, dum medium nihil patitur, sed illac visus ipse perfertur. Ubi sane quærendum est, numquid ex eo, quod illic est intervallum, oporteat procedere visum, an ex eo, quod in intervallo sit corpus? Ac si quidem ex eo, quod corpus in intervallo sit, si obstaculum hoc auferatur, perspicietur: sin autem ex eo, quod simpliciter ibi sit intervallum, visibilis ipsius naturam oportet supponere otiosam, et omnino nihil agentem. Sed enim hoc fieri nequit: tactus enim non solum nuntiat atque tangit, quod aliquid sit propinquum, sed etiam quasi passus tangibilis ipsius nuntiat differentias, ac, nisi quid obstiterit, id etiam sentiat e longinquo. Simul enim medius aer atque nos percipimus ignem, non exspectantes ipsi, quoad aer ante fuerit calefactus. Magis ergo corpus calefit solidum, quam aer: quapropter per aerem potius, quam propter aerem incalescit. Si igitur sensibile ad agendum vim habet, hoc autem ad patiendum, vel etiam quomodocumque visus, cur nam alio indigerat medio, in quod vim habeat ad agendum? Id enim nihil aliud foret, quam impedimento aliquo indigere. Jam vero, quando solis lumen accedit, non prius oportet aerem, deinde nos, sed simul illuminari. Et prius, quam propinquet visui, sæpe dum etiam adhuc est alibi, nos videre contingit, quasi aer minime patiatur: dum videlicet medium quidem hoc nihil est passum, et lumen nondum profectum, ad quod adhibere visum oportet. Et profecto penes hanc suppositionem difficile fuerit causam assignare, ob quam et quomodo nocte stellas ignemque cernamus. Sin autem manet quidem anima in se ipsa, indiget autem lumine, velut virga, per quam se porrigat, oportebat violentam esse perceptionem secundum quandam porrecti luminis reverberationem, atque sensibilem colorem, qua ratione color est, habere reflectendi virtutem: sic enim per medium tactus efficiuntur. Præterea et prius appropinquavit nullo tunc interveniente medio. Sic enim deinde per medium attingere facit cognitionem, quasi memoria quadam fiat et quodam potius argumento; nunc vero non fit ita. Verum si lumen sensibili propinquans oportet pati, deinceps vero id totum usque ad visum continuata traductione procedere, eadem nobis suppositio fiet, atque illa, quæ tradebat medium prius a sensibili permutari et affici, adversus quam alibi disputavimus.

Si qua materialis passio a rebus sentiendis affertur in medium, quia nimium diversa est ab incorporea natura sensus, ideo et sæpe sua vehementia confundit sensum, et nunquam est accommodata causa sentiendi: nisi præter illam suboriatur spiritale aliquid vel in medio, vel saltem in instrumento sensus. Id quidem spiritale accommodatum sensui etiam apparet in voce. Quod cum ubique totum circa vocem a multis eodem momento percipitur significaturque, spiritale quiddam esse videtur. Tale vero aliquid circa quemlibet sensum non corporea causa generat, sed procreat ipsa mundi vita in subjecto tunc opportune disposito. Est autem hoc adeo cognatum sensui, ut, cum primum id circa sensum viget actu, ipse quoque sensus ipsius actus circa id simul expergiscatur. Quemadmodum altis hominibus alius præcipue concentus est amicus, et alius alios ad cantum excitat atque tripudium. Quod autem ad actum hujus objecti sensibilis statim hic sensus agat, conficit eadem ubique vita mundi, hoc potissimum cum illo contemperans simulque movens: sicut ad talis humoris motum movetur et imaginatio talis, atque vicissim. Item ad varios lunæ motus habitusque varie moventur et afficiuntur humores: ad motum sulphuris movetur et flamma: quemadmodum intendis dextrum oculum, intenditur et sinister.

Ε'. Περὶ δὲ τοῦ ἀκούειν ἆρα ἐνταῦθα συγχωρητέον, πάσχοντος τοῦ ἀέρος τὴν κίνησιν τὴν πρώτην, τὸν παρακείμενον ὑπὸ τοῦ τὸν ψόφον ποιοῦντος, τῷ τὸν μέχρις ἀκοῆς ἀέρα πάσχειν τὸ αὐτὸ, οὕτως εἰς αἴσθησιν ἀφικνεῖσθαι; ἢ κατὰ συμβεβηκὸς μὲν τὸ μεταξὺ, τῷ παρεῖναι ἐν μέσῳ· ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ μεταξὺ, ἅπαξ δὲ γε-

V. Cetcrum numquid circa sensus auditus concedendum est aerem quidem pati primum motum, et deinceps actum proximum ab aere primum sonante, similiterque aerem usque ad auditum gradatim idem pati, atque sic ad sensum pervenire? At potius secundum accidens in his medium patitur, ob id videlicet, quod intervenit? Quod si non tollatur, semelque fiat sonus, duobus inter se corporibus

νομένου τοῦ ψόφου, οἷον συμβαλλόντων δύο σωμάτων, εὐθέως ἁπαντᾷν πρὸς ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν· ἢ καὶ δεῖ μὲν ἀέρος τὴν πρώτην τοῦ πληττομένου, τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη ἄλλως τὸ μεταξύ. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ δοκεῖ κύριος εἶναι ὁ ἀὴρ τοῦ ψόφου· μὴ γὰρ ἂν μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι ψόφον δύο σωμάτων συρραγέντων, εἰ μὴ ὁ ἀὴρ, πληγεὶς ἐν τῇ ταχείᾳ συνόδῳ αὐτῶν καὶ ἐξωσθείς, πλήξας ἔοικε τῷ ἐφεξῆς μέχρις ὤτων καὶ ἀκοῆς. Ἀλλ' εἰ ὁ ἀὴρ κύριος τοῦ ψόφου, καὶ τούτου κινηθέντος ἡ πληγή, παρὰ τί ἂν εἶεν αἱ διαφοραὶ τῶν φωνῶν καὶ τῶν ψόφων; ἄλλο γὰρ ἠχεῖ χαλκὸς πρὸς χαλκὸν, ἢ πρὸς ἄλλο, ἄλλο δὲ ἄλλο. Ὁ δὲ ἀὴρ εἷς, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ πληγή· οὐ γὰρ μόνον τῷ μεγάλῳ καὶ τῷ μικρῷ διαφοραί. Εἰ δ' ὅτι πρὸς ἀέρα γενομένη πληγὴ ψόφον ἐποίησεν, οὐχ ἧ ἀὴρ φατέον. Τότε γὰρ φωνεῖ, ὅταν στάσιν λάβῃ στερεοῦ σώματος, πρὶν χυθῆναι μένων, ὥσπερ στερεόν τι· ὥστε ἀρκεῖ τὰ συγκρούοντα, καὶ τὴν σύρριξιν καὶ ταύτην τὴν πληγὴν εἶναι τὸν ψόφον εἰς αἴσθησιν ἐλθοῦσαν· μαρτυρεῖν δὲ καὶ τοὺς ἔνδον ἤχους τῶν ζώων, οὐκ ἐν ἀέρι, ἀλλὰ συγκρούσαντος καὶ πλήξαντος ἄλλο ἄλλου· οἷον καὶ ὀστῶν κάμψεις, καὶ πρὸς ἄλληλα παρατριβομένων, ἀέρος μὴ ὄντος μεταξύ, καὶ τρίσεις. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου ἠπορήσθω, ὁμοίου ἤδη καὶ ἐνταῦθα τοῦ ζητήματος γενομένου, ὅπερ ἐλέγετο ἐπὶ τῆς ὄψεως εἶναι συναισθήσεώς τινος, ὡς ἐν ζώῳ, καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀκοὴν πάθους ὄντος.

concurrentibus, sensum in nobis hujus protinus excitari. Fortasse vero opus quidem est pulsato aere ab initio, quod vero deinceps sequitur, aliter se habet medium. Hic enim videtur aer dominus esse soni : quippe cum neque ab initio fieri queat collisorum inter se corporum sonitus, nisi aer in veloci eorum concursu percussus atque excussus ejusmodi pulsum succedenti aeri tradat usque ad aures et auditum : verum si aer soni dominus est, hujusque agitati pulsus est, quærendum erit, secundum quid potissimum differentiæ vocum sonorumque perpendantur. Aliter enim sonat æs ære percussum, aliter alio, aliter alia corpora inter se collidentia. Aer autem unus est, unaque in eo pulsatio : non enim solum per magnum atque parvum horum differentiæ perpenduntur. Sin autem asseveretur vocis sonique auctoritas penes aerem, propterea quod pulsus illatus aeri sonum reddat, respondendum est, non qua ratione aer est, id effici. Tunc enim resonat, quando statum solidi corporis adipiscitur, ante quam effundatur, manens quasi quiddam solidum. Quapropter sufficiunt hic ea, quæ mutuo se collidunt, dicendumque est, collisionem pulsationemque ejusmodi esse sonum ad sensum usque pervenientem. Huic vero sententiæ argumento videntur esse soni, qui in animalium interioribus fiunt, non in aere, sed parte animalis alia aliam collidente : quales sunt quædam ossium flexiones attritionesque mutuæ, aere nullo interveniente : item disruptiones quædam et sectiones. Sed de hoc quidem ita sit dubitatum, cujus quæstio similis est quæstioni de visu superiori. Et profecto de illa atque de hac dicendum est, vim audiendi consistere in compassione quadam consensioneque mutua rerum, tanquam in eodem vivente manentium.

Lumen non ab illuminato, sed ab illuminante pendet : similiter vita omnis non ab animato, sed ab anima pendet, tanquam proprius actus, et regitur, etiam si omne foris defuerit sustentaculum. Primum corpus est cælestis ignis : prima hujus qualitas est lumen : ideo usque adeo perfecta est, ut per modum actus potius, quam otiosæ qualitatis exsistat. Actus quidem tam efficax, ut per omnia sese porrigat a fonte proprio non disjunctus. Appellatur et ignis ejusmodi color, qui, usquequaque diffusus, colores omnium otiosos suscitat, atque circumfundit. Præterea in quocumque sub cælo corpore prævalet igneus quidam vigor cælesti similis : emicat et inde lumen, quasi familiaris color. Sub præsentia solis lumen calefacit aerem : calefactio quidem utroque indiget, scilicet et præsentia solis et aere. Hæc vero calefactio competens medium est inter lumen atque calorem. Calor sane potest etiam sine præsentia luminis in aere superesse. Ergo lumen sine aere penes solem exsistere potest : sed calor quidem a lumine relictus in aere non multo tempore superest, quoniam est alienus : lumen vero circa solem semper, quia proprium. Proprium enim inseparabile est. Alicujus certe proprium est lumen, non diaphani per se quidem obscuri : ergo solis ipsius corporisque solaris. Et merito, sicut est forma quædam in ordine rerum in se ipsa consistens, quædam alio sustentata, sic et actus est duplex. Alter quidem formæ duntaxat agentis, alter insuper jacens in patiente. Lumen vero non fieri propriam diaphani qualitatem alibi diximus, quia neque suscipitur paulatim, neque etiam retinetur, neque simul cum hoc inficitur vel movetur, neque confunduntur inter se lumina, neque igitur cum ceteris qualitatibus commiscentur. Non confundi apparet ex eo, quod, si tribus luminibus corpus unicum opponatur, tres in oppositum umbræ resultant : quoniam tria lumina in oppositum inde resiliunt : aliud quidem in rectum, alia duo e tranverso se invicem intersecantia, non confusa. Similiter mentes et animæ conjunctæ invicem minime confunduntur. Lumen merito neque subjecto capitur, neque commiscetur alicubi, quoniam omne lumen cælestis luminis est imago : illud vero animæ cælestis est actus. Sicut enim verbum emittitur ab anima velut actus imaginationis extra porrectus, in quo tria sunt, aer, motus, significatio : sic a luce intellectuali cælestis animæ per omnia efficacissimus actus effunditur, in quo tria sunt, lumen, calor, vis occulta : et aliquo pervenit lumen, quo non calor, et e converso. Vis autem in hoc actu occulta, quæ in eo potissimum est, per omnia transit, facitque mirabilia, non formaliter calefaciendo vel palam illuminando, sed speciales inferendo virtutes.

ϛ'. Εἰ δὲ καὶ τὸ φῶς γένοιτο ἂν, μὴ ὄντος ἀέρος, οἷον ἡλίου ὄντος ἐν ἐπιφανείᾳ τῶν σωμάτων ἐπιλάμποντος, τοῦ μεταξὺ ὄντος κενοῦ, καὶ νῦν κατὰ συμβεβηκὸς, ὅτι πάρεστι φωτιζομένου· ἀλλ' εἰ δι' αὐτὸν πάντα καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τὴν ὑπόστασιν εἶναι τῷ φωτὶ διὰ τὸν ἀέρα, πάθημα γὰρ αὐτοῦ εἶναι, μὴ ἂν οὖν εἶναι τὸ πάθημα, μὴ ὄντος τοῦ πεισομένου· ἢ πρῶτον μὲν οὐκ αὐτοῦ πρώτως, οὐδ' ἧ αὐτός. Ἔστι γὰρ καὶ αὐταῦ ἑκάστου σώματος πυρίνου καὶ λαμπροῦ, καὶ

VI. Reliquum est indagare, numquid lumen futurum sit alicubi, si non sit aer : velut si sol in corporum superficie fulgeat, sed medium sit prorsus vacuum : quod quidem nunc secundum accidens illuminatur, ex eo, quod medium hoc corpus intervenire contingit. An forte propter ipsum aerem patientem et alia pati, naturamque luminis exsistere propter ipsum aerem, cujus quidem passio quædam sit? cumque sit ejus passio, nimirum non fore, nisi et patiens aer exsistat. Sed enim lumen non est aeris ipsius primo, neque qua ratione est aer. Est enim et uniuscujusque corporis ignei atque splendidi lapil-

δὴ καὶ λίθων τοιούτων φωτεινὴ χρόα· ἀλλὰ τὸ εἰς ἄλλο ἀπὸ τοῦ ἔχοντος χρόαν τοιαύτην ἰὸν ἆρα ἂν εἴη, μὴ ὄντος ἐκείνου; ἀλλ' εἰ μὲν ποιότης μόνον, καί τινος ποιότης, ἐν ὑποκειμένῳ οὔσης πάσης ποιότητος, ἀνάγκη καὶ τὸ φῶς ζητεῖν ἐν ᾧ ἔσται σώματι. Εἰ δὲ ἐνέργεια ἀπ' ἄλλου, διὰ τί οὐκ ὄντος ἐφεξῆς σώματος, ἀλλὰ οἷον κενοῦ μεταξὺ, εἴπερ οἷόν τε, οὐκ ἔσται, καὶ ἐπιβαλεῖ καὶ εἰς τὸ ἐπέκεινα; Ἀτενὲς γὰρ ὄν, διὰ τί οὐ περάσει οὐκ ἐποχούμενον, εἰ δὲ δὴ καὶ τοιοῦτον οἷον πεσεῖν, καταφερόμενον ἔσται; οὐ γὰρ δὴ ὁ ἀὴρ, οὐδ' ὅλως τὸ φωτιζόμενον ἔσται τόδε ἕλκον ἀπὸ τοῦ φωτίζοντος, καὶ βιαζόμενον προελθεῖν· ἐπεὶ οὐδὲ συμβεβηκὸς, ὥστε πάντως ἐπ' ἄλλῳ, ἢ πάθημα ἄλλου, ὥστε δεῖ εἶναι τὸ πεισόμενον· ἢ ἔδει μένειν, ἐληλυθότος· νῦν δὲ ἄπεισιν, ὥστε καὶ ἔλθοι ἄν. Ποῦ οὖν; ἢ τόπον δεῖ μόνον εἶναι; ἢ οὕτω γε ἀπολεῖ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐξ αὐτοῦ τὸ τοῦ ἡλίου σῶμα· τοῦτο δὲ ἦν τὸ φῶς. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ τὸ φῶς τινος ἔσται· ἔστι δὲ ἡ ἐνέργεια ἔκ τινος ὑποκειμένου, οὐκ εἰς ὑποκείμενον δέ· πάθοι δ' ἄν τι τὸ ὑποκείμενον εἰ παρείη· ἀλλ' ὥσπερ ζωὴ ἐνέργεια οὖσα ψυχῆς ἐστιν ἐνέργεια, παθόντος ἄν τινος, οἷον τοῦ σώματος, εἰ παρείη· καὶ μὴ παρόντος δέ ἐστι, τί ἂν κωλύοι καὶ ἐπὶ φωτὸς οὕτως, εἴπερ ἐνέργειά τις τὸ φωτεινὸν εἴη; οὐδὲ γὰρ νῦν τὸ σκοτεινὸν τοῦ ἀέρος γεννᾷ τὸ φῶς, ἀλλὰ γῇ συμμιγνύμενον σκοτεινὸν ποιεῖ, καὶ οὐ καθαρὸν ὄντως· ὥστε ὅμοιον εἶναι λέγειν τὸ γλυκὺ εἶναι, εἰ πικρῷ μιγείη. Εἰ δέ τις τροπὴν λέγοι τοῦ ἀέρος τὸ φῶς, λεκτέον, ὡς ἐχρῆν αὐτὸν τρέπεσθαι τὸν ἀέρα τῇ τροπῇ, καὶ τὸ σκοτεινὸν αὐτοῦ μὴ σκοτεινὸν γεγονέναι ἠλλοιωμένον. Νῦν δὲ ὁ ἀὴρ, οἷός ἐστι, μένει, ὡς ἂν οὐδὲν παθών. Τὸ δὲ πάθημα ἐκείνου δεῖ εἶναι, οὗ πάθημα· οὐ τοίνυν οὐδὲ χρῶμα αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ· πάρεστι δὲ ὁ ἀήρ. Καὶ τοῦτο μὲν οὕτωσὶ ἐπεσκέφθω.

lorumque similium color splendidus : sed hoc ipsum, quod ab illo colorem ejusmodi possidente manat in aliud, num erit? Si aliud hoc minime fuerit : profecto si qualitas est duntaxat, et qualitas alicujus, cum qualitas omnis sit in subjecto, necesse est lumen in eo, cui inest, corpore quærere. Si autem lumen est actus ab alio, curnam, si absit sub eo corpus, fingaturque inane, non exsistet et ad superius etiam se extendet? Cum enim intentum erectumque sit, quid prohibet, quominus pertranseat etiam a nullo vectum neque alicubi præcludatur? At si tale est, ut cadat, deferetur ultro : neque enim aer, neque illuminatum quicquam erit, quod hoc trahat ab illuminante et prodire compellat : quoniam neque etiam accidens est, adeo, ut sit prorsus in alio, vel alterius passio quædam, ita ut oporteat esse, quod patiatur : alioquin oporteret discedente eo, quod illuminat, lumen in re illuminata manere. Nunc vero abit : itaque forte progredietur. Quonam igitur? An forte locum esse oportet solum? Alioquin ita corpus solis actum suum perdet ex ipso pendentem : id autem est lumen. Si ita est, neque lumen alicujus erit. Quod quidem est actus ex subjecto quodam emicans, non tamen transiens in subjectum : sed subjectum, si forte adsit, sub eo aliquid patietur. Profecto quemadmodum vita, quæ et actus est, actus est animæ, sub quo et aliquid, velut corpus, si adsit, patitur : atque etiam non præsente corpore est actus ejusmodi, ita nihil prohibere videtur, ita se lumen habere : si quidem est actus quidam corporis luminosi. Non enim nunc ipsum aeris tenebrosum gignit lumen, neque tenebrosum ipsum terræ commixtum prorsus impurum procreat lumen : sic enim perinde id se haberet, ac si dicatur, aliquid fore dulce, si modo misceatur amaro. Proinde, si quis lumen esse dicat permutationem affectionemque aeris, dicendum huic insuper erit, oportuisse aerem ipsum in hac transmutatione aliter affici, tenebrosamque ejus conditionem jam in aliud permutatam non esse amplius tenebrosam. Nunc vero aer, qualis est, permanet, utpote qui re vera nihil est passus. Aliqui passionem omnem illius esse oportet, cujus est passio. Nonigitur est color aeris, sed in se ipso consistit : adstat vero aer. Atque de hoc hactenus ita sit dictum.

Sicut reliqua corpora projiciunt semper foras ex se nonnihil, scilicet vaporem vel virtutem vel imaginem, ita siderum corpus atque simile actum suum emittit foras : et quia efficaciter, ideo procul. Ejusmodi actus est lumen, attingens quidem externa et interim fontem proprium non relinquens. Inter lucem prorsus intimam lucido corpori, atque calorem jam aeri factum intimum, est lumen partim quidem lucenti intimum, partim etiam extra procedens, ferme sicut sermo inter cogitationem atque fabricam. Lumen quo momento penetrat molle diaphanum, eodem diaphanum transverberat vel durissimum. Incorporeum est igitur, cui duritia corporis non resistit. Verumtamen, quoniam est cæleste, ideo obstaculum natura terreum, etiam si minus durum sit, non capit lumen. Quoniam igitur incorporeum est, non debemus huic passiones corporis attribuere, id est accedere, recedere, refluere, transfluere, contrahi, dilatari : sed potius, ubi coram diaphanum exponitur lucido, statim lumen illic exsistere, illic agere, sin minus, non exsistere, ibi non agere : neque tamen simpliciter esse desinere, quamdiu corpus est lucidum. Lumini simile est radialis actus spectaculi directus in speculum : item vitalis actus animæ directus in corpus. Actus vitalis omnis est immortalis : et qui ab anima nostra in corpus intenditur, eam perpetuo comitatur : et qui in cœlum idem manat ab anima mundi, hanc quoque animam assidue sequitur.

Ζ'. Πότερα δὲ ἀπόλλυται, ἢ ἀνατρέχει; τάχα γὰρ ἄν τι καὶ ἐκ τούτου λάβοιμεν εἰς τὸ πρόσθεν· ἢ εἰ μὲν ἦν ἔνδοθεν, ὥστε τὸ μετειληφὸς ἔχειν οἰκεῖον ἤδη, τάχα ἄν τις εἶπεν ἀπόλλυσθαι· εἰ δέ ἐστιν ἐνέργεια οὐ ῥέουσα, περιέρρεε γὰρ ἂν καὶ ἐχεῖτο εἴσω, πλέον ἢ ὅσον τὸ παρὰ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐπεβάλλετο, οὐκ ἂν ἀπολλύοιτο μένοντος ἐν ὑποστάσει τοῦ φωτίζοντος. Μετακινουμένου δὲ ἐν ἄλλῳ ἐστὶ τόπῳ, οὐχ ὡς παλιῤῥοίας ἢ μεταῤῥοίας γινομένης, ἀλλ' ὡς τῆς ἐνεργείας ἐκείνου οὕτως καὶ παραγιγνομένης, εἰς ὅσον κωλύει οὐδέν.

VII. Quærendum est, utrum lumen eo, quod illuminat, abeunte, protinus evanescat : an potius recurrat in ipsum. Fortasse enim ex hoc etiam ad id, quod propositum fuit, proficiemus. Profecto si lumen sic insit illuminato corpori, ut proprium jam ejus evaserit, fortasse quis dixerit evanescere. Si autem est actus aliquis e fonte non effluens, alioquin circumflueret atque intus possideretur plus etiam, quam quantum ab agente provenerit, nimirum non destruetur, quatenus, quod illuminat, in sua substantia permanet. Quando vero transfertur illud, hoc quoque in alio exsistit loco : non quasi refluxus fiat aliquis sive transfluxus : sed quia actus illius exsistat, et ad

Ἐπεὶ καὶ εἰ πολλαπλασία ἡ ἀπόστασις ἦν, ἢ νῦν ἐστι πρὸς ἡμᾶς τοῦ ἡλίου, ἦν ἂν καὶ μέχρι ἐκεῖ φῶς, μηδενὸς κωλύοντος μηδὲ ἐμποδὼν ἐν τῷ μεταξὺ ἱσταμένου. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐν αὐτῷ ἐνέργεια, καὶ οἷον ζωὴ τοῦ σώματος τοῦ φωτεινοῦ πλείων, καὶ οἷον ἀρχὴ τῆς ἐνεργείας καὶ πηγή· ἡ δὲ μετὰ τὸ πέρας τοῦ σώματος, εἴδωλον τοῦ ἐντὸς, ἐνέργεια δευτέρα, οὐκ ἀφισταμένη τῆς προτέρας. Ἔχει γὰρ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐνέργειαν, ἥ ἐστιν ὁμοίωμα αὐτοῦ· ὥστε αὐτοῦ ὄντος κἀκεῖνο εἶναι, καὶ μένοντος φθάνειν εἰς τὸ πόρρω, τὸ μὲν ἐπὶ πλέον, τὸ δὲ εἰς ἔλαττον, καὶ αἱ μὲν ἀσθενεῖς καὶ ἀμυδραὶ, αἱ δὲ καὶ λανθάνουσαι· τῶν δ' εἰσὶ μείζους, καὶ εἰς τὸ πόρρω· καὶ ὅταν εἰς τὸ πόρρω, ἐκεῖ δεῖ νομίζειν εἶναι, ὅπου τὸ ἐνεργοῦν καὶ δυνάμενον, καὶ αὖ, οὗ φθάνει. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ ὀφθαλμῶν ἰδεῖν ζώων λαμπόντων τοῖς ὄμμασι, γιγνομένου αὐτοῖς φωτὸς καὶ ἔξω τῶν ὀμμάτων· καὶ δὴ καὶ ἐπὶ ζώων, ἃ ἔνδον συνεστραμμένον πῦρ ἔχοντα ταῖς ἀνοιδάνσεσιν ἐν σκότῳ ἐκλάμπει εἰς τὸ ἔξω, καὶ ἐν ταῖς συστολαῖς αὐτῶν οὐδέν ἐστι φῶς ἔξω· οὐδ' αὖ ἐφθάρη, ἀλλ' ἡ ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν ἔξω· τί οὖν εἰσελήλυθεν, ἢ οὐκ ἔστιν ἔξω; ὅτι μηδὲ τὸ πῦρ πρὸς τὸ ἔξω, ἀλλ' ἔδυ εἰς τὸ εἴσω; τὸ οὖν φῶς ἔδυ καὶ αὐτὸ, ἢ οὔ; ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον. Δύντος δὲ ἐπίπροσθέν ἐστι τὸ ἄλλο σῶμα, ὡς μὴ ἐνεργεῖν ἐκεῖνο πρὸς τὸ ἔξω. Ἔστιν οὖν τὸ ἀπὸ τῶν σωμάτων φῶς ἐνέργεια φωτεινοῦ σώματος πρὸς τὸ ἔξω· αὐτὸ δὲ ὅλως φῶς, τὸ ἐν τοῖς τοιούτοις σώμασιν, ἃ δὴ πρώτως ἐστὶ τοιαῦτα, οὐσία ἡ κατὰ τὸ εἶδος τοῦ φωτεινοῦ πρώτως σώματος. Ὅταν δὲ μετὰ τῆς ὕλης τὸ τοιοῦτον σῶμα ἀναμιχθῇ, χρόαν ἔδωκε· μόνη δὲ ἡ ἐνέργεια οὐ δίδωσιν, ἀλλ' οἷον ἐπιχρώννυσιν, ἅτε οὖσα ἄλλου, κἀκείνου οἷον ἐξηρτημένη, οὗ τὸ ἀποστὰν κἀκείνου τῆς ἐνεργείας ἄπεστιν. Ἀσώματον δὲ πάντως δεῖ τιθέναι, κἂν σώματος ᾖ. Διὸ οὐδὲ τὸ ἀπελήλυθε χυρίως, οὐδὲ τὸ πάρεστιν, ἀλλὰ τρόπον ἕτερον ταῦτα, καὶ ἔστιν ὑπόστασις αὐτοῦ ὡς ἐνέργεια. Ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν τῷ κατόπτρῳ εἴδωλον ἐνέργειαν λεκτέον τοῦ ἑνορωμένου, τοιοῦντος εἰς τὸ πάσχειν δυνάμενον, οὐ ῥέοντος· ἀλλ' εἰ πάρεστι, κἀκεῖνο ἐκεῖ φαίνεται, καὶ ἔστιν οὕτως ὡς εἴδωλον χρόας ἐσχηματισμένης ὡδί. Κἂν ἀπέλθῃ, οὐκέτι τὸ διαφανὲς ἔχει, ὃ ἔσχε πρότερον, ὅτε παρεῖχεν εἰς αὐτὸ ἐνεργεῖν τὸ ὁρώμενον. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ὅσον ἐνέργεια ἄλλης προτέρας, μενούσης τῆς προτέρας μένει καὶ ἡ ἐφεξῆς ἐνέργεια. Εἴ τις δὲ μὴ ἐνέργεια, ἀλλ' ἐξ ἐνεργείας, οἷαν ἐλέγομεν τὴν τοῦ σώματος οἰκείαν ἤδη ζωὴν, ὥσπερ τὸ φῶς τὸ ἀναμεμιγμένον ἤδη τοῖς σώμασιν, ἢ ἐνταῦθα τῷ καὶ συμμεμίχθαι τὸ ποιοῦν τὸ χρῶμα; ἐπὶ δὲ τῆς ζωῆς τῆς τοῦ σώματος τί; ἢ παρακειμένης ψυχῆς ἄλλης ἔχει· οὐ γὰρ ἦν ψυχῆς τι ἄμοιρον δύναται εἶναι. Φθειρομένου οὖν τοῦ σώματος, καὶ οὐκ ἐπαρκούσης αὐτῷ οὔτε τῆς δούσης, οὔτ' εἴ τις παράκειται, πῶς ἂν ἔτι ζωὴ μένοι; τί οὖν; ἐφθάρη αὕτη, ἢ οὐδὲ αὕτη; εἴδωλον γὰρ ἐκλάμψεως καὶ τοῦτο· οὐκέτι δέ ἐστιν ἐκεῖ μόνον.

eatenus, quatenus nihil obstat adesse : quoniam, etiam si longe major distantia foret, quam nunc est solis, a nobis lumen id totum solis impleret, nullo videlicet prohibente, neque obstaculo usquam impediente. Est autem actus alter in luminoso, et quasi vita plurima corporis luminosi, ac velut principium et fons agendi. Est et actus alter ultra terminos corporis luminosi, qui est interioris imago, et secundus actus a primo minime destitutus. Profecto res quælibet exsistens habet actum, velut quandam sui similitudinem : adeo ut re ipsa exsistente actus exsistat : et illa manente prodeat ad remotum : partim quidem longius, partim vero brevius, et partim debiles atque exiles, partim quoque latentes : quorundam vero majores sunt actus proculque funduntur. Et quando ad remota procedunt, ibi exsistimandum est esse, ubi agens est et potens, rursusque quo currit. Proinde videmus in animalibus, quorum naturaliter lucent oculi, lumen extra ex oculis emicare : in animalibus quoque, quæ intus collectum ignem possident, quando se aperiunt, lumen in tenebris extra fulgere, et quando se concludunt, nihil luminis extra relinqui. Quod quidem non penitus evanescit, sed aut est quidem, aut non est extrinsecus : quid ergo? numquid in animal ipsum regreditur? An potius dicendum est, extra non esse? Quandoquidem neque ignis ad externa processit, sed intrinsecus se insinuat. Ipsum ergo lumen numquid se ipsum insinuavit? Non fortasse, sed illud tantum. Cum vero, quod illuminat, sese occulit, corpus jam aliud obstat, adeo ut illud ad externa non agat. Est igitur ipsum manans a corporibus lumen actus quidam lucidi corporis ad externa procedens : ipsum vero lumen omnino talibus corporibus insitum, quæ quidem primo talia sunt, est essentia secundum speciem corporis primo lucidi. Quando vero una cum materia corpus tale miscetur, colorem exhibet : solus autem actus non exhibet, sed velut colorationem quandam, utpote qui sit alterius, et ab ipso continue manans, a quo quidem quod abest, ab actu ejus insuper abest. Tum vero oportet omnino lumen incorporeum judicare, quamvis sit corporis. Quapropter non proprie de hoc dicitur et præcipue vel discedere, vel adesse : sed alio quodam pacto hæc ibi se habent, atque est ipsius substantia tanquam actus. Si quidem simulacrum quoque in speculo actum nuncupare debemus ejus, quod videtur in speculo, agentis in id, quod pati potest : ubi quidem nihil effluit : sed si adsit, et illud illic apparet : atque ita se habet, ut simulacrum coloris sic figurati. Ac si abit, non ulterius perspicuum corpus habet, quod prius habebat, quando spectaculum ipsum agebat in speculum. Proinde in anima quoque, quantum est animæ prioris actus, manente priore manet et actus comitans. Si qua vero vis sit, quæ non sit animæ ipsius actus, sed ex actu, qualem diximus vitam jam corporis propriam, numquid ita se habet, sicut lumen corporibus jam permixtum? Fortasse lumen quidem hic residere dicemus, quia et quod colorem facit est mixtum : de vita vero corporis propria quid? Fortasse corpus hanc retinet, altera videlicet adstante anima : nihil enim expers animæ esse potest. Quando igitur corpus interit, neque huic sufficit, vel ipsa, quæ suppeditavit hactenus, vel si qua etiam adstet, quonam pacto adhuc vita permanet? Quid ergo? Periit hæc? Fortasse neque hæc periit : nam et hæc est quædam illustrationis imago : solum vero dicendum est ibi non esse.

Cum mundus sit universum corpus atque sensibile, poni re vera non potest sensibile aliquid extra mundum. Quodsi fingas corpus aliquod extra nulla in re cum mundo communicans, non sentietur sensu mundano : sin vero quoquo modo communicans, jam non erit extra, sed intra. Quod patiente digito pedis statim compatiantur inguina, et hæc quidem potius, quam genua, quamvis remotiora, inde contingit, quia et in eodem animali sunt, et præcipue inter se conformia : similiter ad passionem cerebri patitur stomachus, atque vicissim. Simili ratione, quod sensus etiam longe distantes ad levissimos sensibilium suorum motus, etiam non patiente medio, annuant, efficit una mundi inter hæc continuata natura : sicut continuitas longissimi intentique nervi facit, ut vibrata parte vel infima statim vibretur et summa. Hinc quoque contingit, ut rerum series cælitus imminentes et adhuc futuras imaginemur, vel occultiore quodam instinctu sæpius imitemur, et amicum ad nos proficiscentem, ante quam perveniat, occulto quodam sensu nonnunquam præveniamus.

Η'. Εἰ δ' εἴη σῶμα ἔξω τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὄψις τις ἐντεῦθεν, μηδενὸς κωλύοντος εἰς τὸ ἰδεῖν, ἆρ' ἂν θεάσαιτο, ὅ τι μὴ συμπαθὲς πρὸς ἐκεῖνο, εἰ τὸ συμπαθὲς νῦν διὰ τὴν ζώου ἑνὸς φύσιν; ἢ εἰ τὸ συμπαθὲς, διὰ τὸ ἑνὸς ζώου, τὰ αἰσθανόμενα καὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ αἱ αἰσθήσεις, οὕτως οὐκ ἂν, εἰ μὴ τὸ σῶμα τοῦτο τὸ ἔξω μέρος τοῦδε τοῦ ζώου. Εἰ γὰρ εἴη, τάχα ἄν· εἰ μέντοι μὴ μέρος εἴη, σῶμα δὲ κεχρωσμένον, καὶ τὰς ἄλλας ποιότητας ἔχον, οἷον τὸ ἐνταῦθα ὁμοειδὲς ὂν τῷ ὀργάνῳ· ἢ οὐδ' οὕτως, εἰ ὀρθὴ ἡ ὑπόθεσις· εἰ μή τις τούτῳ γε αὐτῷ τὴν ὑπόθεσιν ἀνελεῖν πειρῷτο, ἄτοπον εἶναι λέγων, εἰ μὴ χρῶμα ὄψεται ἡ ὄψις παρὸν, καὶ αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις, τῶν αἰσθητῶν παρόντων αὐταῖς, οὐκ ἐνεργήσουσι πρὸς αὐτά. Ἀλλὰ τὸ ἄτοπον τοῦτο, πόθεν δὴ φαίνεται, φήσομεν· ἢ ὅτι ἐνταῦθα ἐν ἑνὶ ὄντες καὶ ἑνὸς ταῦτα ποιοῦμεν καὶ πάσχομεν. Τοῦτο οὖν σκεπτέον, εἰ παρὰ τοῦτο. Καὶ εἰ μὲν αὐτάρκως, δέδεικται· εἰ δὲ μὴ, καὶ δι' ἄλλων δεικτέον. Τὸ μὲν οὖν ζῶον ὅτι συμπαθὲς, αὐτῷ δῆλον, καὶ εἰ εἴη ζῶον, ἀρκεῖ· ὥστε καὶ τὰ μέρη ᾗ ἑνὸς ζώου. Ἀλλ' εἰ δι' ὁμοιότητά τις λέγοι, ἀλλ' ἡ ἀντίληψις κατὰ τὸ ζῶον, καὶ ἡ αἴσθησις, ὅτι τοῦ ὁμοίου μετέχει τὸ αὐτό· τὸ γὰρ ὄργανον ὅμοιον αὐτοῦ· ὥστε ἡ αἴσθησις ψυχῆς ἀντίληψις ἔσται δι' ὀργάνων ὁμοίων τοῖς ἀντιληπτοῖς. Ἐὰν οὖν ζῶον ὂν αἰσθάνηται μὲν μὴ τῶν ἐν αὐτῷ, τῶν δὲ ὁμοίων τοῖς ἐν αὐτῷ, ᾗ μὲν ζῶον, ἀντιλήψεται· ᾗ μέντοι τὰ ἀντιληπτὰ ἔσται, οὐχ ᾗ αὐτοῦ, ἀλλ' ᾗ ὅμοια τοῖς ἐν αὐτῷ, ἢ καὶ τὰ ἀντιληπτὰ, οὕτως ἀντιληπτὰ ὅμοια ὄντα, ὅτι αὕτη αὐτὰ ὅμοια πεποίηκεν, ὥστε μὴ οὐ προσήκοντα εἶναι. Ὥστε εἰ τὸ ποιοῦν ἐκεῖ ἡ ψυχὴ πάντη ἑτέρα, καὶ τὰ ἐκεῖ ὑποτεθέντα ὅμοια οὐδὲν πρὸς αὐτήν· ἀλλὰ γὰρ ἡ ἀτοπία τὸ μαχόμενον ἐν τῇ ὑποθέσει δείκνυσιν, ὡς αἴτιόν ἐστιν αὐτῆς· ἅμα γὰρ ψυχὴν λέγει καὶ οὐ ψυχὴν, καὶ συγγενῆ καὶ οὐ συγγενῆ, καὶ ὅμοια ταῦτα καὶ ἀνόμοια. Ὥστε ἔχουσα τὰ ἀντικείμενα ἐν αὑτῇ, οὐδ' ἂν ὑπόθεσις εἴη· καὶ γὰρ ὡς ἡ ψυχὴ ἐν τούτῳ, ὥστε πᾶν καὶ οὐ πᾶν τίθησι, καὶ ἄλλο καὶ οὐκ ἄλλο, καὶ τὸ μηδὲν καὶ τὸ οὐ μηδὲν, καὶ τέλεον καὶ οὐ τέλεον. Ὥστε ἀφετέον τὴν ὑπόθεσιν, ὡς οὐκ ὂν ζητεῖν τὸ ἀκόλουθον, τῷ αὐτὸ τὸ ὑποτεθὲν ἐν αὐτῷ ἀναιρεῖν.

VIII. Si corpus sit extra cælum, et mundo huic ad illud oculus dirigatur, nihilo prohibente discernere, dubium est, utrum illud videre possit, quoniam cum illo nequaquam in passionis communione conspirat : si quidem nunc communio passionis rebus inest propter ipsam animalis unius naturam cunctis ubique communem. Fortasse si compassio circa sensualia sensibilia, sensus penes animalis unius naturam esse censetur, sic mundus hic corpus illud minime cerneret, nisi forte illud corpus externum animalis hujus nostri membrum esse dicatur. Si enim sit ejus membrum, fortasse perspiciet : verum si non sit hujus membrum, sit tamen coloratum corpus, qualitatesque ceteras habeat, quales et mundus, ideoque conforme sit instrumento hujus mundi sensorio, fortasse visurum aliquis opinetur. Sed neque ita, si modo recta sit suppositio nisi quis hoc ipso suppositionem studeat e medio tollere, asserens perabsurdum fore, nisi visus plane colorem præsentem intueatur, similiterque sensus alii circa præsentia sibi objecta sua nihil agant. Nos autem dicemus, undenam absurdum hoc nobis appareat : fortasse, quoniam hic et in uno et unius nunc existentes hæc agimus atque patimur. Id ergo considerandum, an præter hoc sit aliud asserendum. Quodsi satis id nobis facit, jam est demonstratum : sin minus, per alia iterum demonstrandum. Quod igitur animal unum secumnet in patiendo consentiat, satis est manifestum : atque si, quodcumque dictum est, unum sit animal, jam sufficit, partesque erunt unius omnia et, quatenus viventis unius partes erunt, inter se consentient. At si quis asserat, mundum hunc sensurum corpus illud ob quandam duntaxat similitudinem, ipsa tamen perceptio secundum animalis naturam erit atque sensus, quoniam id ipsum similitudinem possidet : instrumentum enim ipsius est simile. Quapropter sensus erit perceptio animæ per instrumenta similia rebus percipiendis. Si igitur exsistens animal sentiat quidem non ea tantum, quæ in se sunt, sed similia quoque suis, profecto, qua ratione animal est, percipiet : ipsa vero percipienda non quatenus ipsius sunt, sed quatenus similia, percipienda erunt. Sed fortasse potius ipsa quoque percipienda, id circo sic percipienda ob similitudinem erunt, quoniam ipsa eadem anima similia reddidit, adeo ut familiaria ferent. Quapropter, si auctor illic sit anima omnino diversa, certe, quæ ibi finguntur esse similia, nihil ad eam pertinent; sed enim absurditas in suppositione repugnantium esse declarat, tanquam hæc ipsa absurditatis causa sit. nempe animam simul dicit atque non animam, cognatam simul et non cognatam, similia hæc rursus et dissimilia. Quam ob rem, cum repugnantia in se prorsus includat, non erit rite suppositio judicanda : nam et supponitur in hoc animamque esse. Quare et universum ponit et non universum, aliudque rursus atque non aliud : item nihil atque non nihil scilicet extra ipsum : denique perfectum simul et imperfectum. Itaque rejicienda est ejusmodi suppositio, quia non liceat inde consequentiam quærere propterea, quod id ipsum, quod supponitur in se ipso, per illam disperdatur et pereat.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Ϛ'.

ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΜΝΗΜΗΣ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER VI.

DE SENSU ET MEMORIA.

Non imprimuntur sensibilium formæ in anima. Non imprimi a sensibilibus formas in anima, tanquam a sigillo in cera, Boethius noster in Consolatione probat: nos in Theologia et commentariis Theophrasti. Plotinus existimat, formam animæ sic impressam sortiri jam objecti sensibilis rationem: itaque si in visu impressa fuerit forma cæli, quinque absurda sequi: Primum, non oportebit oculum ad cælum ultra dirigere. Secundum, non metiemur, quantum distet cælum ab oculo, imo neque distare putabimus. Tertium, non apparebit cælum oculo latius. Quartum, non cælum videbimus, sed hanc forsan in nobis cæli formam. Quintum, non discernemus rem sensui sic impositam.

Α'. Τὰς αἰσθήσεις οὐ τυπώσεις οὐδ' ἐνσφραγίσεις λέγοντες ἐν ψυχῇ γίγνεσθαι, οὐδὲ τὰς μνήμας πάντως τε καὶ ἀκολούθως ἐροῦμεν κατοχὰς μαθημάτων καὶ αἰσθήσεων εἶναι, τοῦ τύπου μείναντος ἐν τῇ ψυχῇ, ὃς μηδὲ τὸ πρῶτον ἐγένετο. Διὸ τοῦ αὐτοῦ λόγου ἂν εἴη ἀμφω· ἢ ἐγγίνεσθαί τε ἐν τῇ ψυχῇ καὶ μένειν, εἰ μνημονεύοιτο, ἤ, τὸ ἕτερον ὁποτερονοῦν μὴ διδόντα, μὴ διδόναι μηδὲ θάτερον. Ὅσοι δὴ λέγομεν μηδέτερον, ἀναγκαίως ζητήσομεν τίς τρόπος ἑκατέρου· ἐπειδὴ, οὔτε τὸν τύπον τοῦ αἰσθητοῦ ἐγγίγνεσθαι φαμὲν τῇ ψυχῇ καὶ τυποῦν αὐτὴν, οὔτε τὴν μνήμην λέγομεν εἶναι τοῦ τύπου ἐμμείναντος. Εἰ δ' ἐπὶ τῆς ἐναργεστάτης αἰσθήσεως θεωροῖμεν τὸ συμβαῖνον, τάχ' ἂν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων μεταφέροντες τὸ αὐτὸ, ἐξεύροιμεν ἂν τὸ ζητούμενον. Δῆλον δὲ δήπου ἐν παντὶ, ὡς, αἰσθησιν ὑτουοῦν λαμβάνοντες δι' ὁράσεως, ἐκεῖ ὁρῶμεν καὶ τῇ ὄψει προσβάλλομεν, οὗ τὸ ὁρατόν ἐστιν ἐπ' εὐθείας κείμενον, ὡς ἐκεῖ δηλονότι τῆς ἀντιλήψεως γιγνομένης, καὶ πρὸς τὸ ἔξω τῆς ψυχῆς βλεπούσης, ἅτε μηδενὸς, οἶμαι, τύπου ἐν αὐτῇ γενομένου, ἢ γινομένου, οὐδὲ τῷ σφραγῖδα λαμβανούσῃ, ὥσπερ ἐν κηρῷ δακτυλίου τύπον, [βλεπούσης]. Οὐδὲν γὰρ ἂν ἐδεήθη τοῦ ἔξω βλέπειν, ἤδη ἔχουσα παρ' ἑαυτῆς εἶδος τοῦ ὁρωμένου, τούτῳ τῷ ἐκεῖ εἰσελθεῖν τὸν τύπον, βλέπουσα. Τὸ δὲ δὴ διάστημα προστιθεῖσα τῷ ὁράματι, καὶ ἐξ ὅσου ἡ ὄψις, ἡ ψυχὴ λέγουσα, οὔπως ἂν τὸ ἐν αὐτῇ, οὐδὲν προεστηκὸς ἀφ' αὑτῆς, ὡς πόρρω ὂν βλέποι· τό τε μέγεθος αὐτοῦ ὅσον ἐστὶν ἔξω, πῶς ἂν, ὅσον ἐστὶ, λέγοι, ἢ ὅτι μέγα, οἷον τὸ τοῦ οὐρανοῦ, τοῦ ἐν αὐτῇ τύπου τοσούτου δὲ εἶναι οὐ δυναμένου. Τὸ δὲ μέγιστον ἁπάντων, εἰ γὰρ τύπους λαμβάνοιμεν, ὧν ὁρῶμεν, οὐκ ἔσται βλέπειν αὐτὰ, ἃ ὁρῶμεν, ἐνδάλματα δὲ δραμάτων καὶ σκιάς· ὥστε ἄλλα μὲν εἶναι αὐτὰ τὰ πράγματα, ἄλλα δὲ τὰ ἡμῖν ὁρώμενα. Ὅλως δὲ, ὥσπερ λέγεται, ὡς οὐκ ἔστιν ἐπιθέντα τῇ κόρῃ τὸ ὁρατὸν θεάσασθαι, ἀποστήσαντα δὲ δεῖ οὕτως ὁρᾶν, τοῦτο χρὴ καὶ πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ψυχὴν μεταφέρειν. Εἰ γὰρ τὸν τύπον τοῦ ὁρατοῦ θείμεθα ἐν αὐτῇ, ἐκεῖνο μὲν, ᾧ ἐνεσφράγισται, οὐκ ἂν ὅραμα ἴδοι. Δεῖ γὰρ καὶ δύο γενέσθαι, τό τε ὁρῶν καὶ τὸ ὁρώμενον. Ἄλλο ἄρα δεῖ

I. Si sensus dicamus non tanquam formationes quasdam vel impressiones in anima fieri, consequenter omnino dicemus, neque memoriam esse disciplinarum sensuumque conservationem, quasi figura quædam servetur in animo, cum neque prius quidem extrinsecus sit accepta. Quapropter ad eundem sermonem utraque pertinent. Aut enim dicendum est, fieri formas in animo easdemque servari, si modo memineris: aut, si alterutrum negaveris, neque alterum quidem debes admittere. Nos ergo, qui neutrum concedimus, quisnam utriusque modus sit, investigare compellimur: quandoquidem neque sensibilis rei figuram in animo fieri dicimus et animum figurare, neque memoriam esse. fatemur impressæ aliquando permanentisque figuræ [custodiam]. Quodsi in sensu perspicacissimo, quid eveniat, contemplemur, fortasse in aliis quoque sensibus, idem scilicet ad alios transferentes, quod desideramus, inveniemus. Constat autem ubique, quando aliquid cernimus, illic nos aspicere visuque attingere, ubi est ipsum visibile positum e conspectu, quasi illic perceptio fiat, et anima extra prospiciat. Quod quidem (ut arbitror) indicat, nullam in anima formam vel factam esse vel fieri: neque animam ex eo videre, quod admittat impressionem, qualem cera suscipit a sigillo. Nihil enim opus foret ulterius extra respicere, si jam in se rei videndæ speciem possideret, atque ob hoc ipsum, quod intraverit in eam species, cerneret. Præterea quando animus intervallum adhibet rei, quam videt, et quam procul videat, dicit, satis indicat non habere intra se ipsum, quod intuetur: alioquin cum nihilo distaret ab ipso, non tanquam procul positum perviderit: item judicare non posset per formam intus acceptam, quanta sit res externa, neque etiam omnino esse quantam, ceu quam magnum sit cælum: quippe cum forma intus accepta esse tanta non possit. Quod vero est omnium maximum, si figuras eorum, quæ videmus, intus acciperemus, non liceret cernere ea ipsa, quæ intuemur, sed eorum imagines atque umbras. Itaque continget, alia quidem esse, quæ sunt in rebus, alia vero, quæ nobis apparent. Omnino vero, quod fertur, non posse nos rem impositam pupillæ discernere, remotam vero posse, idem quoque multoque magis est ad animam transferendum. Si enim rei videndæ figuram poneremus in anima, spectaculum illud, quo insigniretur, minime cerneret. Oportet enim hæc duo quædam esse, quod videt, et quod videtur. Aliud igitur oportet esse, quod videt figuram alibi positam, ne-

εἶναι τὸ ὁρῶν ἀλλαχοῦ κείμενον τὸν τύπον, ἀλλ' οὐκ, ἐν ᾧ ἐστι κείμενον. Δεῖ ἄρα τὴν ὅρασιν οὐ κειμένου εἶναι, ἀλλὰ μὴ κειμένου εἶναι, ἵνα ᾖ ὅρασις.

que positam in se ipso. Quare necesse est visionem non quidem impositæ rei esse, sed potius non impositæ, si modo futura sit visio.

Sentire non est pati a rebus sentiendis, sed agere circa illas.

Anima quoniam rebus sentiendis absque proportione excellentior est, neque cum eis in materia vel natura communicat, formas ab eis nunquam suscipit : et quoniam in sentiendo recte judicatura est, passio vero confundit judicium, nihil patitur ab objectis. Si qua vero passio contingit, ab eis in corpus pervenit atque spiritum : quo quidem spiritu sic ab externis aut sic pulsato vel affecto, statim anima præsens affectiones ejusmodi percipit. Id vero percipere non est pati, sed potius agere, id est aliter tunc spiritum, atque aliter vegetare, et innatas (ut Iamblichus ait) sensibilium formas edere. Intelligentia multo magis, quam sensus, est a passione remota : nam et interiores habet formas, nec extra convertitur. [Excerpsit hoc Ficini argumentum Brucker. in Hist. crit. philos. II, p. 413, additque : « Distinguit Plotinus in hoc obscuro discursu de hac thesi inter passionem et ejus cognitionem, nempe sensationes et judicia passionum; et hæc, non illa, animæ tribuit, multo vero magis intelligibilium cognitionem istis carere dicit, quæ ab intimo prodeunt, cum sensibilia attingantur extrinsecus, unde illæ magis actiones dicendæ. Recentiores philosophi hæc, facto inter intellectum purum et impurum discrimine, longe clarius et felicius explicant. » Cf. Enn. I, 1, 1, et cap. 2. CREUZER.]

Β'. Εἰ οὖν μὴ οὕτως, τίς ὁ τρόπος; ἢ λέγει, περὶ ὧν οὐκ ἔχει; τοῦτο γὰρ δυνάμεως, οὐ τὸ παθεῖν τι, ἀλλὰ τὸ δυνηθῆναι, καὶ ἐφ' ᾧ τέτακται, ἐργάσασθαι. Οὕτω γὰρ ἂν, οἶμαι, καὶ διακριθείη τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ὁρατὸν καὶ τὸ ἀκουστὸν, οὐκ εἰ τύποι ἄμφω, ἀλλ' εἰ μὴ τύποι, μηδὲ πείσεις, ἀλλ' ἐνέργειαι, περὶ ὃ ἔνεισι, πεφύκασιν. Ἡμεῖς δὲ ἀπιστοῦντες, μὴ οὐ δύνηται, ἐὰν μὴ πληγῇ, τὸ αὑτῆς γιγνώσκειν δύναμις ἑκάστη, πάσχειν, ἀλλ' οὐ γιγνώσκειν τὸ ἐγγὺς, ποιοῦμεν, οὗ κρατεῖν δέδοται, ἀλλ' οὐ κρατεῖσθαι. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπ' ἀκοῆς δεῖ νομίζειν γίγνεσθαι· τὸν μὲν τύπον εἶναι ἐν τῷ ἀέρι, πληγήν τινα οὖσαν διηρθρωμένην, οἷον γραμμάτων ἐγγεγραμμένων ὑπὸ τοῦ τὴν φωνὴν πεποιηκότος, τὴν μέντοι δύναμιν καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν οἷον ἀναγνῶναι τοὺς τύπους ἐν τῷ ἀέρι γεγραμμένους, ἐλθόντας πλησίον, εἰς ὃ ἐλθόντες πεφύκασιν ὁρᾶσθαι. Γεύσεως δὲ καὶ ὀσφρήσεως τὰ μὲν πάθη, τὰ δ', ὅσα αἰσθήσεις αὐτῶν καὶ κρίσεις, τῶν παθῶν εἰσι γνώσεις, ἄλλαι τῶν παθῶν οὖσαι· τῶν δὲ νοητῶν ἡ γνῶσις, ἀπαθὴς καὶ ἀτύπωτός ἐστι μᾶλλον. Ἀνάπαλιν γὰρ, ἔσωθεν οἷον προπίπτει, τὰ δὲ ἔξωθεν θεωρεῖται· καὶ ἔστιν ἐκεῖνα μᾶλλον ἐνέργειαι καὶ κυριώτεραι· αὐτῆς γὰρ, καὶ ἔστιν αὐτὴ ἐνεργοῦσα ἕκαστον. Πότερα δὲ αὐτὴν μὲν ἡ ψυχὴ δύο καὶ ὡς ἕτερον ὁρᾷ, νοῦν δὲ ἓν, καὶ ἄμφω τὰ δύο ἓν, ἐν ἄλλοις.

II. Si ergo non ita fit sensus, reliquum est, quomodo fiat, inquirere. An forte de his dicit animus, quæ non habet? De his profecto. Hoc enim potestatis est proprium, non quidem pati aliquid, sed valere, et opus sibi proprium exsequi. Sic, arbitror, discernetur ab animo visibile scilicet atque audibile : non quidem, si figuræ quædam utraque sint, imo si non figuræ, neque passiones ullæ, sed actiones, circa quod naturaliter sunt institutæ. Nos autem diffidentes, vim quamlibet objectum suum, nisi pulsetur ab eo, posse cognoscere, interea facimus admovendo, ut patiatur proximum, non cognoscat : quod quidem superare debet naturæ munere animus, non superari. Eadem ratione de auditu etiam est judicandum : figuram scilicet in aere fieri velut pulsationem quandam distinctam articulatim, quasi literarum illic scriptarum ab eo, qui protulit vocem : vim vero essentiamque animæ, quasi figuras legere scriptas in aere, proxime illuc accedentes, quo tandem profectæ naturaliter percipi possunt. Proinde circa gustum et odoratum alia quidem passiones sunt, alia vero passionum cognitiones, scilicet sensus et judicia passionum, quæ quidem a passionibus differunt : intelligibilium vero cognitio multo etiam magis passionis formationisque est expers. Hæc enim e converso velut ab intimo prodeunt, sensibilia vero attinguntur extrinsecus, ideoque illa magis actiones sunt actionêsque præcipuæ. Ipsius enim animæ sunt, ipsaque anima horum quodlibet agit. Utrum vero anima se ipsam quidem duo quædam videat, et velut alterum, intellectum autem velut unum, et ambo duo unum, alibi disputandum.

Meminisse et reminisci non est conservare atque repetere rerum formas aliquando impressas animo.

Quando dicunt, animam tanquam rerum incorporearum atque corporearum mediam utrarumque in se formas habere, non intelligimus, has formas tanquam accidentia quædam jacere in anima, sicut literas in tabella, sive aliquando inscriptæ sint, sive ingenitæ. Nam animæ divinæ natura neque novas subit impressiones, neque rationes rerum, quas habet ab initio, tam diversas habet ab ipsa sui natura, ut accidentia referant : sed, ut alibi diximus, sicut sunt in anima naturales substantiæ vires, intellectus, ratio, imaginatio, sensus et potentiæ vegetales, ita rerum quoque cognoscendarum rationes habet, quasi vires essentiales, quemadmodum et membrorum seminales possidet rationes. Quando igitur anima aliquid meditatur, se ipsam ex naturali virtute in actum naturalem circa id ipsum educit. Quodsi attentius diutiusque meditatur idem, in hoc ipsum valentius se conformat, idque est meminisse : hinc et facilius reminiscitur.

Γ'. Νῦν δὲ τούτων εἰρημένων περὶ μνήμης ἐφεξῆς λεκτέον, εἰποῦσι πρότερον, ὡς οὐ θαυμαστόν· μᾶλλον δὲ θαυμαστὸν μὲν, ἀπιστεῖν δὲ οὐ δεῖ τῇ τοιαύτῃ δυνάμει τῆς ψυχῆς, εἰ μηδὲν λαβοῦσα εἰς αὐτὴν, ἀντίληψιν, ὧν οὐκ ἔσχε, ποιεῖται. Λόγος γάρ ἐστι πάντων, καὶ λόγος ἔσχατος μὲν τῶν νοητῶν, καὶ τῶν ἐν τῷ νοητῷ ψυχῆς φύσις, πρῶτος δὲ τῶν ἐν τῷ αἰσθητῷ

III. Post hæc autem de memoria dicendum est : et ante omnia, non esse mirandum, imo vero mirandum quidem, non tamen incredibile, quod tali potestati animæ attribuimus : eam scilicet, nihil in se accipientem, ea tamen, quæ non accipit, animadvertere. Animæ namque natura est omnium ratio : ratio, inquam, intelligibilium, et eorum, quæ illic sunt, ultima : eorum vero, quæ sunt in universo

παντί. Διὸ δὴ καὶ πρὸς ἅμφω ἔχει· ὑπὸ μὲν τῶν εὖ τεθοῦσα καὶ ἀναζωσκομένη, ὑπὸ δὲ τῶν τῇ ὁμοιότητι ἀπατωμένη, καὶ κατιοῦσα ὥσπερ θελγομένη. Ἐν μέσῳ δὲ οὖσα αἰσθάνεται ἀμφοῖν, καὶ τὰ μὲν νοεῖν λέγηται εἰς μνήμην ἐλθοῦσα, εἰ πρὸς αὐτοῖς γίγνοιτο. Γιγνώσκει γὰρ τῷ αὐτά πως εἶναι· γιγνώσκει γὰρ οὐ τῷ ἐνιζάνειν αὐτὰ, ἀλλὰ τῷ πως ἔχειν αὐτὰ, καὶ ὁρᾷν αὐτὰ, καὶ εἶναι αὐτὰ ἀμυδρότερον, καὶ γίγνεσθαι ἐκ τοῦ ἀμυδροῦ, τῷ οἷον ἐγείρεσθαι ἐναργεστέρα, καὶ ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἰέναι. Τὰ δ' αἰσθητὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οἷον συναψαμένη καὶ ταῦτα παρ' αὑτῆς οἷον ἐκλάμπειν ποιεῖ, καὶ πρὸ ὀμμάτων εἶναι ἐργάζεται, ἑτοίμης οὔσης καὶ οἷον ὠδινούσης πρὸς αὐτὰ τῆς δυνάμεως. Ὅταν τοίνυν ῥωσθῇ πρὸς ὁτιοῦν τῶν φαινόντων, ὥσπερ πρὸς παρὸν διάκειται ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ ὅσῳ μᾶλλον, τόσῳ ἀεί. Διὸ καὶ τὰ παιδία μνημονεύειν λέγεται μᾶλλον, ὅτι μὴ ἀφίσταται, ἀλλὰ κεῖται αὐτοῖς πρὸ ὀμμάτων, ὡς ἂν ὁρῶσιν οὔπω εἰς πλῆθος, ἀλλὰ πρὸς ὀλίγα· οἷς δὲ ἐπὶ πολλὰ ἡ διάνοια καὶ ἡ δύναμις, ὥσπερ παραθέουσι καὶ οὐ μένουσιν. Εἰ δέ γε ἔμενον οἱ τύποι, οὐκ ἂν ἐποίησε τὸ πλῆθος ἧττον μνήμας. Ἔτι εἰ τύποι μένοντες, οὐδὲν ἔδει σκοπεῖν, ἵνα ἀναμνησθῶμεν, οὐδὲ πρότερον ἐπιλαθομένους ὕστερον ἀναμιμνήσκεσθαι κειμένων. Καὶ αἱ εἰς ἀνάμνησιν δὲ μελέται δηλοῦσι δυνάμωσιν ψυχῆς τὸ γιγνόμενον ὑπάρχον, ὥσπερ χειρῶν ἢ ποδῶν τὰ γυμνάσια εἰς τὸ ποιεῖν ῥᾳδίως, ἃ μὴ ἐν ταῖς χερσὶν ἢ ποσὶ κεῖται, ἀλλὰ πρὸς ἃ τῇ συνεχείᾳ ἡτοίμασται. Διὰ τί γὰρ ἅπαξ μὲν ἀκούσας ἢ δεύτερον οὐ μέμνηται, ὅταν δὲ πολλάκις, καὶ ὃ πρότερον ἀκούσας οὐκ ἔσχε, πολλῷ ὕστερον χρόνῳ μέμνηται ἤδη; Οὐ γὰρ δὴ τῷ μέρη ἐσῆκέναι πρότερον τοῦ τύπου (ἔδει γὰρ τούτων μεμνῆσθαι), ἀλλ' οἷον ἐξαίφνης γίνεται τοῦτο, ἔκ τινος τῆς ὑστέρας ἀκροάσεως ἢ μελέτης. Ταῦτα γὰρ μαρτυρεῖ πρόκλησιν τῆς δυνάμεως, καθ' ἣν μνημονεύομεν, τῆς ψυχῆς, ὡς ῥωσθεῖσαν, ἢ ἁπλῶς, ἢ πρὸς τοῦτο. Ὅταν δὲ δὴ οὐ μόνον, πρὸς ἃ ἐμελετήσαμεν, τὸ τῆς μνήμης ἡμῖν παρῇ, ἀλλ' εἶπερ πολλὰ ἀνειλήφασιν, ἐκ τοῦ εἰθίσθαι ἀπαγγελίαις χρῆσθαι, ῥᾳδίας ἤδη καὶ τῶν ἄλλων τὰς λεγομένας ἀναλήψεις ποιῶνται, τί ἂν τις ἐπαιτιῷτο τῆς μνήμης, ἢ τὴν δύναμιν τὴν ῥωσθεῖσαν εἶναι; οἱ μὲν γὰρ τύποι μένοντες ἀσθένειαν μᾶλλον ἢ δύναμιν κατηγοροῖεν. Τὸ γὰρ ἐντυπώτατον τῷ εἶναι ἐστὶ τοιοῦτον, καὶ πάθους ὄντος τοῦ τύπου, τὸ μᾶλλον πεπονθὸς, τοῦτό ἐστι τὸ μνημονεῦον μᾶλλον, τούτου δὲ τοὐναντίον φαίνεται συμβαῖνον· οὐδαμοῦ γὰρ ἡ πρὸς ὁτιοῦν γυμνασία εὐπαθὲς τὸ γυμνασάμενον ποιεῖ, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων οὐ τὸ ἀσθενὲς ὁρᾷ, οἷον ὀφθαλμὸς, ἀλλ' ὅτῳ δύναμίς ἐστιν εἰς ἐνέργειαν πλείων. Διὸ καὶ οἱ γεγηρακότες καὶ πρὸς τὰς αἰσθήσεις ἀσθενέστεροι καὶ πρὸς τὰς μνήμας ὡσαύτως. Ἰσχὺς ἄρα τις καὶ ἡ αἴσθησις καὶ ἡ μνήμη. Ἔτι τῶν αἰσθήσεων τυπώσεων οὐκ οὐσῶν, πῶς οἷόν τε τὰς ἕξεις κατοχὰς τῶν οὐκ ἐντεθέντων, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν,

sensibili, prima. Quapropter ad utraque vergit : et a superioribus quidem bene afficitur, atque reviviscit, ab inferioribus autem quadam similitudine fallitur et tanquam delinita prolabitur. Cum igitur sit in medio constituta, nimirum percipit utraque, et superiora quidem dicitur intelligere, in memoriam videlicet revocata, si quidem illis incumbat. Cognoscit autem propterea, quod quodammodo est hæc ipsa : nempe non cognoscit ea collocando eadem in se, velut in sede, sed quodammodo hæc habendo atque intuendo : atque ex eo, quod anima hæc ipsa est obscurius, et ex habitu quodam obscuriore velut experrecta evadit lucidius eadem, et ex potentia prodit in actum. Sensibilia quoque similiter, quasi coaptans hæc ipsa secum, efficit, ut effulgeant, et ante oculos ponit : quippe cum vis animæ etiam prius ad id præparata sit, eademque parturiat. Quando igitur ad aliquid eorum, quæ offeruntur, corroboratur, diu ad idem, quasi ad præsens, afficitur, et quo magis corroboratur, eo diutius. Quam ob rem pueri magis memores esse dicuntur, quoniam non cito desistunt, sed rem ipsam diu ante oculos habent : quippe cum nondum distrahantur in multa, sed paucis vehementer incumbant : quorum vero cogitatio visque circa multa versatur, hi quasi percurrunt nusquamque insistunt. Si autem formæ rerum in animo impressæ manerent, multitudo memoriam non minueret. Præterea, si residerent formæ, consideratione ad reminiscendum nequaquam indigeremus : neque, cum prius essemus obliti, subinde reminisci nos oporteret, ubi figuræ manerent. Præterea meditationes ipsæ, quæ conducunt ad recolendum atque resumendum, declarant, id ipsum, quod hinc acquiritur, nihil aliud esse, quam animæ corroborationem quandam atque vigorem : quemadmodum exercitationes manuum aut pedum adhibitæ ad nonnulla facilius peragenda, quæ neque in manibus neque pedibus sita sunt, sed ad quæ membra hæc continua quadam consuetudine promptiora redduntur. Præterea cur nam, cum semel aut bis tantum audiveris, non recordaris, sed cum sæpius jam audiveris, et quod prius auditum non tenebas, deinde post longum tempus jam tenes? Non enim hoc ideo fit, quia partes figuræ prius acceperis (nam et harum recordareris); sed velut repente hoc efficitur ex ultima quadam auditione sive meditatione id peragente. Hæc sane testantur, vim animæ provocari, per quam recordamur, et quasi corroborari vel simpliciter vel ad aliquid. Tum vero, quando memoria nobis suppeditat non illa solum, quæ meditati sumus, sed multa etiam suggerit sive reddit, indiciis videlicet quibusdam assuefacta, unde ex unius resumptione alia quoque multa facilius resumuntur, quam aliam ejusmodi memoriæ causam afferre quis potest, quam ipsam animæ vim jam esse corroboratam? Nempe rerum formæ insidentes animo debilitatem potius, quam potentiam, indicarent. Quod enim formis est plurimis insignitum, cedendo factum est tale. Cumque figuræ impressio sit quædam passio, sequitur, ut, quod maxime passum est, sit et maxime memor : hujus autem contrarium manifeste contingit. Nusquam enim ad opus quoddam exercitatio id ipsum, quod exercitatur, reddit magis passioni subjectum : quoniam et in sensibus non, quod est debile, cernit, velut oculus, sed cui vis inest uberior ad agendum. Quare senes et ad sensus debiliores et ad memoriam quoque similiter. Sensus igitur et memoria vigor aliquis est et valor. Proinde cum sensus non sint quædam figurarum impressiones in animo, quonam pacto memoria esse conservatio potest eorum, quæ nec omnino penes eam

εἶναι; Ἀλλ' εἰ δύναμίς τις καὶ παρασκευὴ πρὸς τὸ ἕτοιμον, πῶς οὐχ ἅμα, ἀλλ' ὕστερον εἰς ἀναπόλησιν τῶν αὐτῶν ἐρχόμεθα; ἢ ὅτι τὴν δύναμιν δεῖ οἷον ἐπιστῆσαι καὶ ἑτοιμάσασθαι. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ
b τῶν ἄλλων δυνάμεων ὁρῶμεν, εἰς τὸ ποιῆσαι, ὃ δύνανται, ἑτοιμαζομένων, καὶ τὰ μὲν εὐθὺς, τὰ δὲ εἰ συλλέξαιντο ἑαυτὰς ἐργαζομένων. Γίγνονται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὐχ οἱ αὐτοὶ μνήμονες καὶ ἀγχίνοι πολλάκις, ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ δύναμις ἑκατέρου, ὥσπερ οὐδ' ὁ
10 αὐτὸς πυκτικὸς καὶ δρομικός· ἐπικρατοῦσι γὰρ ἄλλαι ἐν ἄλλῳ ἰδέαι. Καίτοι οὐκ ἐκώλυε τὸν δστινασοῦν ἔχοντα πλεονεξίας ψυχῆς ἀναγιγνώσκειν τὰ κείμενα, οὐδὲ τὸν ταύτῃ ῥυέντα τὴν τοῦ πάσχειν καὶ ἔχειν τὸ πάθος ἀδυναμίαν κεκτῆσθαι, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς δὲ ἀμέγεθες καὶ
15 ὅλως ψυχὴν μαρτυρεῖ δύναμιν εἶναι· καὶ ὅλως τὰ περὶ ψυχὴν πάντα θαυμαστὸν ἄλλον τρόπον ἔχειν, ἢ ὡς ὑπειλήφασιν ὑπὸ τοῦ μὴ ἐξετάζειν ἀνθρωποι, ἢ ὡς πρόχειροι αὐτοῖς ἐπιβολαὶ ἐξ αἰσθητῶν ἐγγίγνονται, δι' ὁμοιοτήτων ἀπατῶσαι. Οἷον γὰρ ἐν πίναξιν ἢ δέλτοις
20 γεγραμμένων γραμμάτων, οὕτω περὶ τῶν αἰσθήσεων καὶ τοῦ μνημονεύειν διάκεινται. Καὶ οὔτε οἱ σῶμα αὐτὴν τιθέμενοι ὁρῶσιν, ὅσα ἀδύνατα τῇ ὑποθέσει αὐτῶν συμβαίνει, οὔτε οἱ ἀσώματον.

deposita sunt? Verum si memoria facultas quædam est præparatioque ad promptum, cur non simul et subito, sed deinceps resumimus eadem? quia videlicet vim ipsam adhibere oportet atque intendere. Id enim in aliis quoque viribus videmus accidere, quæ quidem ad id, quod possunt, parantur efficiendum, et partim quidem subito, partim vero, si se ipsas ante collegerint, suum munus expediunt. Plurimum vero non iidem acuti videntur et memores, quoniam non eadem est utriusque potestas: sicut neque idem est pugil et cursor: aliæ namque in alio dominantur ideæ [*i. e. virtutum genera*]. Tametsi nihil prohibet, hominem habentem excessus quosdam animæ, quasi quædam sita relegere, neque hominem hac parte profluentem non esse expositum passioni: denique quod constat animam magnitudini non esse subjectam, ostendit omnino, quicquid est in anima, non passionem esse, sed efficaciam: et omnino, quæcumque sunt circa animam, mirabili quadam ratione alia se habere, quam suspicentur homines, qui tale nunquam diligenter indagaverunt: et aliter, quam significent manifesto accessiones ab his, quæ sentiuntur, transeuntes ad eos, similitudine quadam decipientes. Unde velut in tabellis quibusdam sive libellis inscribuntur literæ: similiter de sensibus et memoria opinantur. Et profecto, qui sic afficiuntur, sive corpus animam ponant, sive incorpoream, quot ex illa suppositione absurda sequantur, prorsus ignorant.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Ζ.

ΠΕΡΙ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ ΨΥΧΗΣ.

(456, 457.)

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER VII.

DE ANIMI IMMORTALITATE.

[844—846.]

Unusquisque nostrûm totus est immortalis, si quidem est ipse animus immortalis.

Anima dupliciter se habet ad corpus, partim quidem ut substantialis quædam species ad materiam; quoniam per ejus præsentiam certa quædam humorum temperatura spiritusque vitalis in corpore nascitur: partim vero tanquam utens ad instrumentum, quatenus pro arbitrio movet corpus: atque est a corpore separabilis et jam quodammodo separata.

Α'. Εἰ δέ ἐστιν ἀθάνατος ἕκαστος ἡμῶν, ἢ φθείρεται πᾶς, ἢ τὰ μὲν αὐτοῦ ἄπεισιν εἰς σκέδασιν καὶ φθοράν, τὰ δὲ μένει εἰς ἀεὶ, ἅπερ ἐστὶν αὐτὸς, ὧδ' ἄν τις μάθοι κατὰ φύσιν ἐπισκοπούμενος. Ἁπλοῦν μὲν δή τι οὐκ ἂν εἴη ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔστιν ἐν αὐτῷ ψυχή· ἔχει δὲ καὶ σῶμα, εἴτ' οὖν ὡς ὄργανον ἡμῖν, εἴθ' ἕτερον τρόπον προσηρτημένον. Ἀλλ' οὖν διηρήσθω γε ταύτῃ, καὶ ἑκατέρου τὴν φύσιν τε καὶ οὐσίαν καταθεατέον. Τὸ μὲν δὴ σῶμα καὶ αὐτὸ συγκείμενον, οὔτε παρὰ τοῦ λόγου δύναται μένειν, ἥ τε αἴσθησις ὁρᾷ λυόμενόν τε καὶ τηκόμενον, καὶ παντοίους ὀλέθρους δεχόμενον, ἑκάστῳ τε τῶν ἐνόντων πρὸς τὸ αὐτοῦ φερομένου, φθείροντός τε ἄλλου ἕτερον, καὶ μεταβάλλοντος εἰς ἄλλο καὶ ἀπολλύντος, καὶ μάλιστα ὅταν ψυχὴ, ἡ φίλα τοιοῦσα, μὴ παρῇ τοῖς ὄγκοις· κἂν μονωθῇ δὲ ἕκαστον γιγνόμενον, ἓν οὐκ ἔστι, λύσιν δεχόμενον εἴς τε μορφὴν καὶ ὕλην, ἐξ ὧν ἀνάγκη καὶ τὰ ἁπλᾶ τῶν σωμάτων τὰς συστάσεις ἔχειν. Καὶ μὴν καὶ μέγεθος ἔχοντα, ἅτε σώματα ὄντα, τεμνόμενά τε καὶ εἰς μικρὰ θραυόμενα, καὶ ταύτῃ φθοράν ἂν ὑπομένοι· ὥστ', εἰ μὲν μέρος ἡμῶν τοῦτο, οὐ τὸ πᾶν ἀθάνατοι, εἰ δὲ ὄργανον, ἴδοι γε αὐτὸ εἰς χρόνον τινὰ δοθὲν τοιοῦτον τὴν φύσιν εἶναι. Τὸ δὲ κυριώτατον καὶ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος εἴη ἄν, ἢ κατὰ τὸ εἶδος, ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα, ἢ κατὰ τὸ χρώμενον, ὡς πρὸς ὄργανον· ἑκατέρως δὲ ἡ ψυχὴ αὐτός.

I. Utrum vero immortalis sit unusquisque nostrûm, an totus intereat, an partim quidem sit caducus, partim vero perpetuus, quæ quidem ipse sit, hunc in modum aliquis discere poterit ordine quodam naturæ contemplans. Homo profecto non est aliquid simplex omnino, sed habet animam, habet et corpus, sive tanquam instrumentum, sive alia quavis conditione nobis adjunctum. Omnino vero proponendum est atque concedendum, ita potissimum utriusque naturam essentiamque distingui. Corpus igitur cum ipsum quoque compositum sit, tum ratione monstratur perpetuo permanere non posse, tum sensu deprehenditur dissolvi prorsus et dissipari, cum quodlibet eorum, quæ in eo sunt, revertatur ad suum, et aliud interimat aliud commutetque in aliud atque disperdat: præsertim quando anima, quæ conciliare solet, molibus jam non adsit. Atqui, si corpus quodlibet relinquatur solum, nondum tamen prorsus est unum, cum solvi adhuc possit in formam atque materiam, ex quibus necessarium est simplicia etiam corpora esse composita. Præterea corpora omnia, cum necessario habeant quantitatem, consequenter in minima quæque redacta dispereunt. Quam ob rem, si corpus pars est nobis, non sumus undique immortales: sin autem nostrum est instrumentum, oportet ipsum ad tempus tributum nobis tale esse natura. Ipsum vero principale, ipse homo erit utique, vel ut species est ad corpus ceu materiam: vel erit velut utens corpore tanquam instrumento quodam. Utroque denique modo anima præcipue est ipse homo.

Nullum corpus, qua ratione corpus, propriam et insitam habet vitam: anima vero habet. Igitur anima non est corpus: ergo neque fit ex corpore vel corporibus, cum sit natura præstantior.

Corpus sua proprietate dissolubile est: anima proprietate sua connectit corpus conciliatque contraria, dum certa quadam ratione commiscet. Neque igitur dissolubilis est, neque corpus, neque ex certa corporum mixtura concipitur: imo vero vicissim ordinata ratio mixtionis in corporibus procedit ab anima. Erimus in hoc libro brevissimi: nam circa eadem in Theologia latissime sumus.

Β'. Τοῦτο οὖν τίνα φύσιν ἔχει; ἢ σῶμα μὲν ὂν πάντως ἀναλυτόν· σύνθετον γὰρ πᾶν γε σῶμα· εἰ δὲ μὴ σῶμα εἴη, ἀλλὰ φύσεως ἄλλης, κἀκείνην ἢ τὸν αὐτὸν τρόπον ἢ κατ' ἄλλον σκεπτέον. Πρῶτον δὲ σκεπτέον, εἰς ὅ τι δεῖ [σῶμα] τοῦτο τὸ σῶμα, ὃ λέγουσι ψυχὴν, ἀναλύειν. Ἐπεὶ γὰρ ζωὴ ψυχῇ πάρεστιν ἐξ ἀνάγκης, ἀνάγκη τοῦτο τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν, εἰ μὲν ἐκ δύο σωμάτων ἢ πλειόνων εἴη, ἤτοι ἑκάτερον αὐτῶν ἢ ἕκαστον ζωὴν σύμφυτον ἔχειν, ἢ τὸ μὲν ἔχειν, τὸ δὲ μὴ, ἢ μηδὲν ἔχειν. Εἰ μὲν δὴ ἑνὶ αὐτῶν προσείη τὸ ζῆν, αὐτὸ τοῦτο ἂν εἴη ψυχή· τί ἂν οὖν εἴη σῶμα ζωὴν παρ' αὐτοῦ ἔχον;

II. Hoc ipsum igitur, quod nomine animæ nuncupamus, quam potissimum naturam habere dicendum. Profecto, si corpus est, omnino est resolubile. Omne namque corpus compositum est: sin autem non est corpus, sed naturæ diversæ, oportet hanc quoque naturam vel eodem modo vel alio perscrutari. Principio quærendum est, in quodnam corpus [*corr.* in quidnam] resolvere corpus hoc, quod vocant animam, debeamus. Nempe cum ubique animæ insit necessario vita, necessarium est, si id corpus, quod fingitur anima, ex duobus pluribusve corporibus componatur, aut ambo vel cuncta simul, aut etiam quomodolibet singulatim vitam insitam possidere, aut hoc quidem habere vitam, illud vero nequaquam, aut nullum hanc habere. Si igitur uni tantum insit vita, unicum hoc erit anima. Sed quodnam corpus hoc est, quod vitam possidet ex se

πῦρ γὰρ καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ, ἄψυχα παρ' αὐτῶν, καὶ ὅτῳ πάρεστι τούτων ψυχὴ, τοῦτο ἐπακτῷ κέχρηται τῇ ζωῇ, ἄλλα δὲ παρὰ ταῦτα σώματα οὐκ ἔστι· καὶ οἷς γε δοκεῖ εἶναι καὶ στοιχεῖα τούτων ἕτερα, σώματα οὐ ψυχαὶ ἐλέχθησαν εἶναι, οὐδὲ ζωὴν ἔχοντα. Εἰ δὲ, μηδενὸς αὐτῶν ζωὴν ἔχοντος, ἡ σύνοδος πεποίηκε ζωὴν, ἄτοπον. Εἰ δὲ ἕκαστον ζωὴν ἔχει, καὶ ἓν ἀρκεῖ. Μᾶλλον δὲ ἀδύνατον συμφόρησιν σωμάτων ζωὴν ἐργάζεσθαι, καὶ νοῦν γεννᾷν τὰ ἀνόητα. Καὶ δὴ καὶ οὐχ ὁπωσοῦν κραθέντα ταῦτα φήσουσι γίγνεσθαι. Δεῖ ἄρα εἶναι τὸ τάξον, καὶ τὸ τῆς κράσεως αἴτιον· ὥστε τοῦτο τάξιν ἂν ἔχοι ψυχῆς. Οὐ γὰρ ὅτι σύνθετον, ἀλλ' οὐδὲ ἁπλοῦν ἂν εἴη σῶμα ἐν τοῖς οὖσιν, ἄνευ ψυχῆς οὔσης ἐν τῷ παντί· εἴπερ λόγος προσελθὼν τῇ ὕλῃ σῶμα ποιεῖ, οὐδαμόθεν δ' ἂν προσέλθοι λόγος, ἢ παρὰ ψυχῆς.

ipso? Sane ignis, aer, aqua, terra suapte natura carent anima, et, cuicumque horum adest anima, hoc vita utitur peregrina: alia vero præter hæc nulla sunt corpora. Tum vero, quicumque præterea elementa quædam horum introduxerunt alia corpora, ea tamen esse animas non dixerunt, neque vitam eis attribuerunt. Si quis autem dixerit, nullo eorum habente vitam, congressum tamen eunctorum vitam constituisse, absurda loquetur. Item, si unumquodque vitam habet, unum jam sufficit. Omnino vero impossibile est, confluentiam corporum vitam facere, et, quæ intellectu carent, facere intellectum. Atqui nec quomodocumque mista hæc dicent fieri. Oportet itaque esse, quod ordinet mixtionisque sit causa. Hoc igitur potius auctoritatem gradumque animæ obtinebit. Jam vero nedum corpus compositum, sed ne simplex quidem corpus erit in ordine rerum, nisi in universo sit anima: siquidem ratio seminalis accedens materiæ facit corpus, ratio vero ipsa non potest aliunde, quam ab anima, proficisci.

Omne corpus efficit distantia partium, ut parte alia patiente non statim compatiantur et aliæ: per ipsam vero animam corpus vivum habet, ut ad partis unius motionem passionemque cunctæ statim commoveantur; anima igitur nec est corpus, neque forma distenta per corpus.

Non est corpus crassum, alioquin non facile penetrabit totum. Non est labile, alioquin labilissimum corpus non continebit. Non est impressa corpori forma, alioquin nec expedite corpori dominabitur ad vivificandum et movendum et continendum, et a forma præstantiore pendebit in se ipsa manente vitamque effundente per corpus. Atque hæc ipsa forma præstantior potius erit anima; quæ cum individua sit ubique tota, et extra contrariarum qualitatum genus facile contraria inter se conciliat, et distenta dissipabiliaque connectit in unum.

Γ'. Εἰ δέ τις μὴ οὕτως, ἀλλ' ἀτόμους ἢ ἀμερῆ συνελθόντα ψυχὴν ποιεῖν τῇ ἑνώσει λέγοι, καὶ ὁμοπαθείᾳ ἐλέγχοιτ' ἂν καὶ τῇ παραθέσει, μὴ δι' ὅλου δὴ οὐ γιγνομένου ἑνὸς, οὐδὲ συμπαθοῦς ἐξ ἀπαθῶν, καὶ μὴ ἑνοῦσθαι δυναμένων σωμάτων, ψυχὴ δὲ αὐτῇ συμπαθής· ἐκ δὲ ἀμερῶν οὐ σῶμα οὐδὲ μέγεθος ἂν γένοιτο. Καὶ μὴν, εἰ ἁπλοῦ ὄντος τοῦ σώματος, τὸ μὲν ὅσον ὑλικὸν παρ' αὐτοῦ ζωὴν ἔχειν οὐ φήσουσιν· (ὕλη γὰρ, ἄποιον·) τὸ δὲ κατὰ τὸ εἶδος τεταγμένον ἐπιφέρειν τὴν ζωήν. Εἰ μὲν οὐσίαν φήσουσι τὸ εἶδος τοῦτο εἶναι, οὐ τὸ συναμφότερον, θάτερον δὲ τούτων ἔσται ἡ ψυχὴ, καὶ οὐκ ἔστ' αὖ σῶμα· οὐ γὰρ ἐξ ὕλης καὶ τοῦτο, ἢ πάλιν τὸν αὐτὸν τρόπον ἀναλύσομεν. Εἰ δὲ πάθημα τῆς ὕλης, ἀλλ' οὐκ οὐσίαν, φήσουσιν εἶναι, ἀφ' οὗ τὸ πάθημα καὶ ἡ ζωὴ εἰς τὴν ὕλην ἐλήλυθε, λεκτέον αὐτοῖς· οὐ γὰρ δὴ ἡ ὕλη αὐτὴν μορφοῖ, οὐδὲ αὐτῇ ψυχὴν ἐντίθησι. Δεῖ ἄρα τι εἶναι τὸ χορηγὸν τῆς ζωῆς, εἴτε τῇ ὕλῃ ἡ χορηγία, εἴθ' ὁτῳοῦν τῶν σωμάτων, ἔξω ὄν, καὶ ἐπέκεινα σωματικῆς φύσεως ἁπάσης. Ἐπεὶ οὐδ' ἂν εἴη σῶμα οὐδὲν ψυχικῆς δυνάμεως οὐκ οὔσης· ῥεῖ γὰρ, καὶ ἐν φορᾷ αὐτοῦ ἡ φύσις, καὶ ἀπόλοιτο ἂν ὡς τάχιστα, εἰ πάντα σώματα εἴη, κἂν εἷ ὄνομα ἑνὶ αὐτῶν ψυχήν τις θεῖτο. Ταὐτὰ γὰρ ἂν πάθοι τοῖς ἄλλοις σώμασιν, ὕλης μιᾶς οὔσης αὐτοῖς· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν γένοιτο, ἀλλὰ στήσεται ἐν ὕλῃ τὰ πάντα, μὴ ὄντος τοῦ μορφοῦντος αὐτήν. Τάχα δ' ἂν οὐδ' ἂν ἡ ὕλη τὸ παράπαν εἴη, λυθήσεταί τε καὶ τόδε τὸ ξύμπαν, εἴ τις αὐτὸ πιστεύσειε σώματος συνέρξει, διδοὺς αὐτῷ ψυχῆς τάξιν μέχρι τῶν ὀνομάτων, ἀέρι καὶ πνεύματι σκεδαστοτάτῳ, καὶ τὸ ἑνὶ εἶναι ἔχοντι οὐ παρ' αὐτοῦ. Πῶς γὰρ τεμνομένων τῶν πάντων σωμάτων, ὡτινιοῦν τις ἀναθεὶς

III. Si quis autem non ita dicat, sed atomos vel individua quædam concurrentia corpora animam unione conficere, is profecto ipsa passionis consensione naturæque copula (appositione) refelletur: quippe cum non ita fiat per totum unum vel compatiens ex corporibus non patientibus, nec ullam admittentibus unionem: ipsa vero anima sibimet compatiens est omnino: quinetiam ex individuis neque corpus neque magnitudo fieri potest. Præterea, si corpus simplex adducant in medium, certe, quantum in ipso est materiale, non dicent ex se ipso vitam habere; materia enim qualitatis est expers: sed asserent potius, quod in eo vicem gerit formæ, vitam afferre. Si ergo speciem hanc esse dicant essentiam, certe non utramque, sed horum alterum erit animus: nec erit rursum corpus. Non enim hoc est etiam ex materia; alioquin eodem rursus modo resolvere compellemur. Sin autem subjicial, ejusmodi speciem non essentiam quidem esse, sed quandam materiæ passionem, reliquum erit, ut nobis assignet, undenam hæc passio vitaque descenderit in materiam. Neque enim ipsa materia se ipsam format, neque sibimet comparat animam: oportet igitur aliquid esse, quod huic suppeditet vitam, sive ipsi materiæ, sive cuivis corporum vita suppeditetur: suppeditet, inquam, foris exstans corporeaque omni natura superius. Jam vero neque corpus omnino erit ullum, nisi animæ vis exstiterit: nam fluit semper et in motu ipsa corporis natura versatur, citoque peritatum est universum, si, quæcumque sunt, sint corpora, quamvis etiam alicui corporum quis animæ nomen accommodaverit. Sic enim anima eadem prorsus atque alia corpora patietur, cum eadem cunctis materia insit; imo vero nihil alicubi fiet, sed omnia in materia residebunt, ubi non adsit formator ipse materiæ. Fortasse etiam nec ipsa quidem materia erit omnino. Solvetur et hoc universum, si quis salutem ejus corporis connexioni committat, huic attribuens ipsum animæ ordinem, videlicet usque ad nomen solum, aeri cuidam et spiritui penitus dissipabili, unique nemque ex se ipso nullam prorsus habenti. Cum enim corpora omnia sint dividua, si quis alicui corporum cu

τόδε τὸ πᾶν, οὐκ ἀνόητόν τε καὶ φερόμενον εἰκῇ ποιήσει; τίς γὰρ τάξις ἐν πνεύματι δεομένῳ παρὰ ψυχῆς τάξεως, ἢ λόγος, ἢ νοῦς; ἀλλὰ ψυχῆς μὲν οὔσης, ὑπουργὰ ταῦτα πάντα αὐτῇ εἰς σύστασιν κόσμου καὶ ζώου ἑκάστου, ἄλλης παρ' ἄλλου δυνάμεως εἰς τὸ ὅλον συντελούσης· ταύτης δὲ μὴ παρούσης ἐν τοῖς ὅλοις, ὡδὶ ἂν εἴη ταῦτα, οὐχ ὅτι ἐν τάξει.

mittat hoc universum, necessario fateri cogetur, demens id totum esse ac temere nimium agitari. Quisnam ordo esse potest in spiritu, ceu vento quodam, tantum ab anima ordinem expetente, vel ratio, vel intellectus? Ceterum, si adsit anima, hæc omnia huic protinus subministrant ad constitutionem mundi animaliumque reliquorum, dum alia passim ab alio vis conducit ad totum: absente vero hinc anima, hæc reliqua nedum ordine careant, sed neque omnino consistere poterunt.

Stoici et Epicurei animam esse spiritum suspicabantur, id est, subtilissimum corpus; illi quidem potius igneum, hi vero magis aerium; et utrique non quemlibet spiritum, sed certa quædam proprietate affectum, animam nominabant.

Hæc ipsa certa proprietas et quodammodo incorporea corporeque excellentior non a corpore generatur, sed a substantia penitus incorporea, quæ potius anima judicabitur. Quæ quidem, cum ad oppositas in corpore qualitates et motiones tam edendas quam regendas æque se habeat, merito neque certum aliquod corpus vel corporeum est, neque ex corpore quodam corporibusve pendet.

Δ'. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀγόμενοι, ὡς δεῖ τι πρὸ τῶν σωμάτων εἶναι κρεῖττον τῶν ψυχῆς εἶδος, ἔννουν τὸ πνεῦμα, καὶ πῦρ νοερὸν τιθέμενοι, ὥσπερ ἄνευ πυρὸς καὶ πνεύματος οὐ δυναμένης τῆς κρείττονος μοίρας ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι, τόπον δὲ ζητούσης εἰς τὸ ἱδρυθῆναι, δέον ζητεῖν ὅπου τὰ σώματα ἱδρύσουσιν, ὡς ἄρα δεῖ ταῦτα ἐν ψυχῆς δυνάμεσιν ἱδρύσθαι. Εἰ δὲ μηδὲν παρὰ τὸ πνεῦμα τὴν ζωὴν καὶ τὴν ψυχὴν τίθενται, τί τὸ πολυθρύλλητον αὐτοῖς « πως ἔχον », εἰς ὃ καταφεύγουσιν ἀναγκαζόμενοι τίθεσθαι ἄλλην παρὰ τὰ σώματα φύσιν ὀραστήριον. Εἰ οὖν οὐ πᾶν μὲν πνεῦμα ψυχή, ὅτι μυρία πνεύματα ἄψυχα, τὸ δέ πως ἔχον πνεῦμα φήσουσι, τό πως ἔχον τοῦτο καὶ ταύτην τὴν σχέσιν ἢ τῶν ὄντων τι φήσουσιν, ἢ μηδέν· ἀλλ' εἰ μὲν μηδέν, πνεῦμα ἂν εἴη μόνον· τὸ δέ πως ἔχον, ὄνομα· καὶ οὕτω συμβήσεται αὐτοῖς, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν εἶναι λέγειν, ἢ τὴν ὕλην· καὶ ψυχὴν, καὶ θεόν, καὶ τὰ πάντα ὄνομα, ἐκεῖνο δὲ μόνον. Εἰ δὲ τῶν ὄντων ἡ σχέσις, καὶ ἄλλο παρὰ τὸ ὑποκείμενον καὶ τὴν ὕλην, ἐν ὕλῃ μέν, ἄϋλον δὲ αὐτὸ, τῷ μὴ πάλιν αὖ συγκεῖσθαι ἐξ ὕλης, λόγος ἂν εἴη τις, καὶ οὐ σῶμα, καὶ φύσις ἑτέρα. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε οὐχ ἧττον φαίνεται ἀδύνατον ὂν τὴν ψυχὴν εἶναι σῶμα ὁτιοῦν· ἢ γὰρ θερμόν ἐστιν ἢ ψυχρὸν, ἢ σκληρὸν ἢ μαλακὸν, ὑγρόν τε ἢ πεπηγὸς, μέλαν τε ἢ λευκὸν, καὶ πάντα ὅσα ποιότητες σωμάτων ἄλλαι ἐν ἄλλοις. Καὶ εἰ μὲν θερμὸν μόνον, θερμανεῖ· ψυχρὸν δὲ μόνον, ψύξει· καὶ κοῦφα ποιήσει τὸ κοῦφον προσγενόμενον καὶ παρὸν, καὶ βαρυνεῖ τὸ βαρὺ, καὶ μελανεῖ τὸ μέλαν, καὶ τὸ λευκὸν λευκὸν ποιήσει. Οὐ γὰρ πυρὸς τὸ ψύχειν, οὐδὲ τοῦ ψυχροῦ θερμὰ ποιεῖν· ἀλλ' ἥ γε ψυχὴ καὶ ἐν ἄλλοις μὲν ζώοις ἄλλα, τὰ δ' ἄλλα ποιεῖ, καὶ ἐν τῷ δὲ αὐτῷ τὰ ἐναντία, τὰ μὲν πηγνῦσα, τὰ δὲ χέουσα· καὶ τὰ μὲν πυκνὰ, τὰ δὲ ἀραιὰ, μέλανα, λευκὰ, κοῦφα, βαρέα· καίτοι ἓν ἔδει ποιεῖν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ποιότητά τε τὴν ἄλλην, καὶ δὴ καὶ χρόαν· νῦν δὲ πολλά.

IV. Ipsi etiam naturæ corporeæ assertores veritate compulsi fatentur atque testantur, oportere speciem quandam rerum ad animam pertinentem præcedere corpora, corporibus cunctis præstantiorem, quando spiritum intelligentiæ compotem et intellectualem adducunt in medium, quasi gradus ipse naturæ summus absque igne atque spiritu in ordine rerum esse non possit, et locum quendam, quo stabiliatur, naturaliter exigat, cum deceret potius locum quærere, ubi corpora collocarent: quippe cum hæc re vera sint in ipsis animæ viribus collocanda. Proinde, si vitam et animam nihil aliud esse dicant præter spiritum ceu ventum, quærendum est ab eis, quidnam sibi velit illud apud eos tritum, quando scilicet dicunt: anima est spiritus certo modo se habens. Ad id enim confugere solent, quotiens naturam aliam præter corpora efficacem introducere compelluntur. Si ergo non omnis spiritus est anima, quoniam innumeri spiritus sint inanimes, sed spiritus quidam certo modo se habens, interrogabimus, utrum, quod dicitur certo modo se habens et ejusmodi habitudo, res aliqua sit, an nulla. Si enim res nulla sit, certe solus exstabit spiritus. Quod vero adjungitur se habens, nomen erit solum. Ex quo efficietur, ut nihil aliud præter materiam esse concedant: animam vero et deum, et similia omnia esse duntaxat nomen fateantur, sed re vera tantum corpus exsistere. Sin autem habitudo illa res quædam est, et aliud quiddam præter subjectum atque materiam, quod quidem sit in materia, sit tamen immateriale, propterea quod ex materia rursus non componatur, certe non erit corpus, sed altera prorsus natura et ratio quædam. Præterea non minus ex his apparebit, animam corpus esse non posse: sic enim aut calidum esset aut frigidum, aut durum aut molle, aut compactum aut fluidum atque laxum: item vel nigrum vel album, similiterque de ceteris corporum qualitatibus proponetur. Et profecto, si calidum tantum est, calefacit solum; si frigidum, frigefacit tantum; si leve, solum elevat redditque levia, ubicumque adest; ac si grave, gravat ponderosaque facit. Similiter nigrum nigra, et album alba proprie parit. Neque enim ignis est frigefacere, neque frigidi calefacere. Verum anima cum in aliis animalibus alia facit et alia, tum in eodem contraria parit: partim quidem cogens, partim vero fundens atque liquefaciens; item alia densa, alia rara, alba, nigra, levia, gravia pariter efficit: tametsi non alia per aliam, sed unum duntaxat secundum qualitatem corporis unam fieri oporteret, atque colorem similiter: nunc vero multa pariter affert.

Anima motus effectusque omniformes tam vegetali virtute per rationes seminales, quam electione profert. Et corpus certo quodam ordine ad certum auget terminum, permanetque ipsa interea eadem. Item, tota anima est in qualibet vel ficta portione animæ, vel vera corporis portione: totaque virtus animæ in qualibet seminis gutta servatur.

Hæc autem munera ad molem vel qualitatem corpoream pertinere non possunt. Anima igitur est incorporea.

Ε'. Τὰς δὲ δὴ κινήσεις πῶς διαφόρους, ἀλλ' οὐ μίαν, μιᾶς οὔσης παντὸς σώματος κινήσεως; εἰ δὲ τῶν μὲν προαιρέσεις, τῶν δὲ λόγους αἰτιάσονται, ὀρθῶς μὲν τοῦτο· ἀλλ' οὐ σώματος ἡ προαίρεσις, οὐδὲ οἱ λόγοι διάφοροί γε ὄντες, ἑνὸς ὄντος καὶ ἁπλοῦ τοῦ σώματος· καὶ οὐ μετὸν αὐτῷ ποιούτου γε λόγου, ἢ ὅσος δέδοται αὐτῷ παρὰ τοῦ ποιήσαντος θερμὸν αὐτὸ ἢ ψυχρὸν εἶναι. Τὸ δὲ καὶ ἐν χρόνοις αὔξειν, καὶ μέχρι τοσούτου μέτρου, πόθεν ἂν τῷ σώματι αὐτῷ γένοιτο; ᾧ προσήκει μὲν αὔξεσθαι, αὐτῷ δὲ ἀμοίρῳ τοῦ αὔξειν εἶναι, ἢ ὅσον παραληφθείη ἂν ἐν ὕλης ὄγκῳ ὑπηρετοῦν τῷ δι' αὐτοῦ τὴν αὔξην ἐργαζομένῳ. Καὶ γὰρ εἰ ἡ ψυχὴ σῶμα οὖσα αὔξοι, ἀνάγκη καὶ αὐτὴν αὔξεσθαι, προσθήκη δηλονότι ὁμοίου σώματος, εἰ μέλλει εἰς ἴσον ἰέναι τῷ αὐξομένῳ ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἡ ψυχὴ ἔσται τὸ προστιθέμενον ἢ ἄψυχον σῶμα. Καὶ εἰ μὲν ψυχή, πόθεν καὶ πῶς εἰσιούσης, καὶ πῶς προστιθεμένης; Εἰ δὲ ἄψυχον τὸ προστιθέμενον, πῶς τοῦτο ψυχώσεται, καὶ τῷ πρόσθεν ὁμογνωμονήσει, καὶ ἓν ἔσται, καὶ τῶν αὐτῶν δοξῶν τῇ πρόσθεν μεταλήψεται; Ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ξένη ψυχὴ αὕτη ἐν ἀγνοίᾳ ἔσται, ὧν ἡ ἑτέρα οἶδε, καὶ ὥσπερ ὁ ἄλλος ὄγκος ἡμῶν, τὸ μέν τι ἀπορρέυσεται αὐτοῦ, τὸ δέ τι προσελεύσεται, οὐδὲν δὲ ἔσται τὸ αὐτό; Ἡῶς οὖν ἡμῖν αἱ μνῆμαι, πῶς δὲ ἡ γνώρισις οἰκείων οὐδέποτε τῇ αὐτῇ ψυχῇ χρωμένων; Καὶ μήν, εἰ σῶμά ἐστι, φύσις δὲ σώματος μεριζόμενον εἰς πλείω, ἕκαστον μὴ τὸ αὐτὸ εἶναι τῶν μερῶν τῷ ὅλῳ. Εἰ τοσόνδε μέγεθος ψυχή, ὃ ἂν ἔλαττον ᾖ, ψυχὴ οὐκ ἔσται, ὥσπερ πᾶν ποσὸν ἀφαιρέσει τὸ εἶναι τὸ πρόσθεν ἠλλάξατο. Εἰ δέ τι τῶν μέγεθος ἐχόντων τὸν ὄγκον ἐλαττωθὲν τῇ ποιότητι ταὐτὸν μένοι, ᾗ μὲν σῶμα ἕτερόν ἐστι, καὶ ᾗ ποσόν, τῇ δὲ ποιότητι ἑτέρᾳ τῆς ποσότητος οὔσῃ τὸ ταὐτὸν ἀποσώζειν δύναται. Τί τοίνυν φήσουσιν οἱ τὴν ψυχὴν σῶμα εἶναι λέγοντες; πρῶτον μὲν περὶ ἑκάστου μέρους τῆς ψυχῆς τῆς ἐν τῷ αὐτῷ σώματι, πότερον ἕκαστον ψυχὴν οἷα ἐστὶ καὶ ἡ ὅλη; καὶ πάλιν τοῦ μέρους τὸ μέρος; οὐδὲν ἄρα τὸ μέγεθος συνεβάλλετο τῇ οὐσίᾳ αὐτῆς· καίτοι ἔδει γε ποσοῦ τινος ὄντος· ἀλλὰ καὶ ὅλον πολλαχῇ, ὅπερ σώματι παρεῖναι ἀδύνατον ἐν πλείοσι τὸ αὐτὸ ὅλον εἶναι, καὶ τὸ μέρος, ὅπερ τὸ ὅλον, ὑπάρχειν. Εἰ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν οὐ ψυχὴν φήσουσιν, ἐξ ἀψύχων ψυχὴ αὐτοῖς ὑπάρξει· καὶ πρόσετι, εἰ ψυχῆς ἑκάστης τὸ μέγεθος ὡρισμένον ἔσται ἐφ' ἑκάτερα, ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττόν γε ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον, ψυχὴ οὐκ ἔσται. Ὅταν τοίνυν ἐκ συνόδου μιᾶς καὶ ἑνὸς σπέρματος δίδυμα γένηται γεννήματα, ἢ καὶ, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, πλεῖστα, τοῦ σπέρματος εἰς πολλοὺς τόπους μεριζομένου, οὗ δὴ ἕκαστον ὅλον ἐστὶ, πῶς οὐ διδάσκει τοῦτο τοὺς βουλομένους μανθάνειν, ὡς, ὅπου τὸ μέρος τὸ αὐτό ἐστι τῷ ὅλῳ, τοῦτο ἐν τῇ αὐτοῦ

V. Motus autem quonam pacto non unum tantum, sed differentes asserere poterunt, cum una corporis uniuscujusque sit motio? Si autem causas motionum partim quidem ad electiones, partim vero ad rationes referant seminales, recte quidem hoc ipsum asseverabunt. Sed neque corporis propria est electio, neque rationes, præsertim cum differentes sint, corpus autem hic unum sit atque simplex, neque corpus omnino rationis ejusmodi compos esse queat, nisi quantum concessum est ab eo, quod reddit ipsum calidum aut frigidum. Augere vero certis temporibus et ad certum terminum quanam virtute conveniet corpori? Cui quidem naturaliter convenit augeri, augere vero nequaquam, nisi forte, quantum in mole materiæ simul assumitur, velut ministrans ei, quod per ipsum perficit augmentum. Etenim, si anima corpus existens augeat, necesse est ipsam quoque pariter augeri, quadam scilicet corporis similis adjunctione: si modo tanta penitus evasura sit, quantum, quod augetur ab ea: tum vero, quod adjungitur, aut anima erit, vel inanimatum corpus. Ac si anima sit, quærendum erit, undenam et quomodo ingrediatur, et qua conditione admoveatur. Sin autem, quod adjungitur, inanimatum sit, quonam modo hoc animabitur et præcedenti consentiet, venietque in unum et priori anima in opinionibus congruet? Ac non potius hæc anima velut peregrina ignorabit ea, quæ altera novit. Et quemadmodum altera nostra patitur moles, partim quidem ab ea defluet, partim etiam influet, nihilque in nobis idem penitus permanebit. Quonam igitur pacto in nobis erit memoria et agnitio propriorum, nunquam eadem utentibus anima? Præterea, si anima corpus est, sicut natura corporis consuevit, in plures distribuitur partes, quarum nulla idem est atque totum. Si [ergo] anima tanta quædam fuerit magnitudo, quæ, si minor aliquanto fuerit, non ulterius futura sit anima, certe sicut et omne quantum, per quandam partium detractionem ex priori essentia permutabitur. Si quid autem eorum, quæ magnitudine protenduntur, aliquando comminutum mole, interim idem permaneat qualitate, profecto, qua ratione corpus est, et quantum jam evasit alterum, qualitate vero, quæ differt a quantitate, idem servare interea potest. Quid ergo dicent, qui animam corpus esse putant? Nunquid quamlibet animæ partem in eodem vivantis corpore esse animam perinde, atque tota est, fatebuntur? ac rursus partis uniuscujusque partem? Quodsi id fatemur, nihil utique magnitudo ad essentiam animæ conferebat: tamen conferre oportuit, ubi anima sit quantum quiddam: verumtamen et totum ipsius animæ hic erit multis in locis quod corpori convenire non potest, scilicet ut queat idem totum simul in pluribus esse, atque pars idem penitus esse valeat, quod et totum. Sin autem partium quamlibet animam esse negent, certe ex inanimatis apud illos componetur anima. Præterea, si hunc in modum unioscujusque animæ magnitudo definita erit, neque consequenter ad utrumque tracta, sive ad majus sive ad minus, erit anima plius anima. Quando igitur ex uno coitu unoque semine fœtus gemini procreantur, vel, quemadmodum in cæteris animalibus, etiam plures concipiuntur, semine videlicet plures particulas distributo, ubi unumquodque est totum, cur non eventus ejusmodi eos, qui discere volunt, admoneat, ubi pars idem est atque totum hoc ipsum in esse

οὐσίᾳ τὸ ποσὸν εἶναι ὑπερβέβηκεν, ἄποσον δὲ αὐτὸ εἶναι δεῖ ἐξ ἀνάγκης; Οὕτω γὰρ ἂν μένοι τὸ αὐτὸ τοῦ ποσοῦ κλεπτομένου, ἅτε μὴ μέλον αὐτῷ ποσότητος καὶ ὄγκου, ὡς ἂν τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἕτερόν τι οὔσης. Ἄποσον ἄρα ἡ ψυχὴ καὶ οἱ λόγοι.

tia sua conditionem quantæ molis excedere, ipsumque oportere esse prorsus a quantitate semotum? Nam ita duntaxat idem permanere potest quanto quovis subtracto, utpote cui nihil opus sit quantitate vel mole: quippe cum ejus essentia aliud quiddam prorsus exsistat. Anima igitur quantitatis est expers, rationesque similiter.

Necesse est, diversa per sensus varios influentia ad intimum et unum individuumque sensum redigi omnia inter se comparantem. Nisi ad individuum denique colligantur, non poterunt comparari per judicium ac sensum prorsus eundem: colligi vero ibi sic apparet, quoniam colliguntur ferme similiter in pupilla. Sensus hic intimus neque dividi ad sensibilium divisionem potest, neque quantitate illis æquari, neque esse humidus, alioquin cessaret memoria; neque durus, periret namque docilitas. Et omnino, si est corporeus, formæ ibi rerum se invicem impedient atque confundent.

ς'. Ὅτι δέ, εἰ σῶμα εἴη ἡ ψυχή, οὔτε τὸ αἰσθάνεσθαι, οὔτε τὸ νοεῖν, οὔτε τὸ ἐπίστασθαι, οὔτε ἀρετή, οὔτε τι τῶν καλῶν ἔσται, ἐκ τῶνδε δῆλον. Εἴ τι μέλλει αἰσθάνεσθαί τινος, ἓν αὐτὸ δεῖ εἶναι καὶ τῷ αὐτῷ παντὸς ἀντιλαμβάνεσθαι. Καὶ εἰ διὰ πολλῶν αἰσθητηρίων πλείω τὰ εἰσιόντα εἴη, ἢ πολλαὶ περὶ ἓν ποιότητες, κἂν δι' ἑνὸς ποικίλον, οἷον πρόσωπον· (οὐ γὰρ ἄλλο μὲν ῥινός, ἄλλο δὲ ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ ταὐτὸν ὁμοῦ πάντων·) καὶ εἰ τὸ μὲν δι' ὀμμάτων, τὸ δὲ δι' ἀκοῆς, ἕν τι δεῖ εἶναι εἰς ὃ ἄμφω· (ἢ πῶς ἂν εἶποι ὅτι ἕτερα ταῦτα, μὴ εἰς τὸ αὐτὸ ὁμοῦ τῶν αἰσθημάτων ἐλθόντων;) δεῖ τοίνυν τοῦτο ὥσπερ κέντρον εἶναι, γραμμὰς δὲ συμβαλλούσας ἐκ περιφερείας κύκλου, τὰς πανταχόθεν αἰσθήσεις πρὸς τοῦτο περαίνειν, καὶ τοιοῦτον τὸ ἀντιλαμβανόμενον εἶναι ἓν ὄντως. Εἰ δὲ διαστὸς τοῦτο γένοιτο, καὶ οἷον γραμμῆς ἐπ' ἄμφω τὰ πέρατα αἱ αἰσθήσεις προσβάλλοιεν, ἢ συνδραμεῖται εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πάλιν, οἷον τὸ μέσον, ἢ ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο, ἑκάτερον ἑκατέρου αἴσθησιν ἕξει, ὥσπερ ἂν εἰ ἐγὼ μὲν ἄλλου, σὺ δὲ ἄλλου αἴσθοιο, καὶ εἰ ἓν εἴη τὸ αἰσθημα, οἷον πρόσωπον, ἢ εἰς ἓν συναιρεθήσεται· ὅπερ καὶ φαίνεται, (συναιρεῖται γὰρ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ταῖς κόραις· ἢ πῶς ἂν τὰ μέγιστα διὰ ταύταιν ὁρῷτο;) ὥστε ἔτι μᾶλλον εἰς τὸ ἡγεμονοῦν ἰόντα οἷον ἀμφὶ ἀμερῆ νοήματα γίγνεσθαι, καὶ ἔσται ἀμερὲς τοῦτο, ἢ μεγέθει ὄντι τούτῳ συμμερίζοιτο ἄν· ὥστε ἄλλον ἄλλου μέρος, καὶ μηδένα ἡμῶν ὅλου τοῦ αἰσθητοῦ τὴν ἀντίληψιν ἴσχειν. Ἀλλὰ γὰρ ἓν ἐστι τὸ πᾶν· πῶς γὰρ ἂν καὶ διαιροῖτο; οὐ γὰρ δὴ τὸ ἴσον τῷ ἴσῳ ἁρμόσει, ὅτι οὐκ ἴσον τὸ ἡγεμονοῦν παντὶ αἰσθητῷ. Κατὰ πηλίκα οὖν ἡ διαίρεσις; ἢ εἰς τοσαῦτα διαιρεθήσεται, καθ' ὅσον ἂν ἀριθμοῦ ἔχῃ εἰς ποικιλίαν τὸ εἰσιὸν αἴσθημα; καὶ ἕκαστον δὴ ἐκείνων τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς ἆρα, καὶ τοῖς μορίοις αὐτοῦ αἰσθήσεται, ἢ ἀναίσθητα τὰ μέρη τῶν μορίων ἔσται· ἀλλὰ ἀδύνατον. Εἰ δὲ ὁτιοῦν παντὸς αἰσθήσεται, εἰς ἄπειρα διαιρεῖσθαι τοῦ μεγέθους πεφυκότος, ἀπείρους καὶ αἰσθήσεις κατ' ἕκαστον αἰσθητὸν συμβήσεται γίγνεσθαι ἑκάστῳ· οἷον τοῦ αὐτοῦ ἀπείρους ἐν τῷ ἡγεμονοῦντι ἡμῶν εἰκόνας. Καὶ μὴν σώματος ὄντος τοῦ αἰσθανομένου οὐκ ἂν ἄλλον τρόπον γένοιτο τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ οἷον ἐν κηρῷ ἐνσημανθεῖσαι ἀπὸ δακτυλίων σφραγῖδες, εἴτ' οὖν εἰς ῥεῦμα, εἴτ' οὖν εἰς ἀέρα, τῶν αἰσθητῶν ἐνσημαινομένων. Καὶ εἰ μὲν ὡς ἐν σώμασιν ὑγροῖς, ὅπερ καὶ εὔλογον,

VI. Quod autem, si anima corpus sit, neque sentire nobis dabitur, neque intelligere, neque scire, neque virtus omnino, neque quicquam egregium nobis inerit, ex his apparebit: si quidem enim sentire quicquam debet, unum esse ipsum oportet, et uno quodam eodemque omne percipere. Et si per plura sensuum instrumenta ingrediantur plura, vel multæ circa unum sint qualitates, atque etiam per unum videatur varium aliquid, ceu vultus: (non enim aliud quidem videt nares, aliud autem oculos, sed idem cuncta simul): ac si aliud per oculos penetret, aliud per auditum, unum tamen oportet esse, ad quod perveniunt utraque: alioquin non posset animus horum inter se differentiam judicare, nisi intentiones sensuum sensibilium que in unum æque confluerent. Oportet igitur hoc esse quasi centrum, sensus vero singulos undique non aliter ad hoc ipsum, quam lineas a circumferentia ad centrum usque protendi, atque vim ejusmodi cuncta comprehendentem re vera unum aliquid esse. Nam si dividuum aliquid esset, et quasi ad extrema lineæ utraque intentiones sensuum pertinerent, aut rursus in unum idemque concurrerent quasi medium, aut aliud ibi esset, et aliud, atque alterum alterius tantum haberet sensum: ceu si ego aliud sentiam, tu vero sentias aliud, etiam si unum sit spectaculum ceu vultus, aut potius in unum congregabuntur. Quod et apparet: congregantur enim et in pupillis; alioquin non possent per eas maxima quæque videri. Quam ob rem, quæ ad ipsum animæ principale perveniunt, multo magis velut notiones quædam sunt individuæ: ideoque id quoque erit indivisibile: alioquin si habeat magnitudinem, una cum re sensibili dividetur. Atque ita partem alius aliam, nemoque in nobis sentiendam rem totam percipiet. At enim unum est id totum: quo enim pacto dividi potest? Nam si dividatur, nequit tanquam æquale æquali prorsus accommodari: quoniam principale nostrum cum omni re sentienda æquale esse non potest. In quot igitur divisio fiet? numquid in tot secabitur, in quot partes numero, quod incidit sensibile, distribuitur? et quælibet partium animæ particula sentiet idem? An forte particulæ partium sensu carebunt? At vero id fieri nequit. Sin autem quodlibet totum sentiat, cum magnitudo dividi queat in infinitum, nimirum innumerabiles quoque sensus circa unumquodque sensibile in unoquoque contingent, quasi innumerabiles in principali nostro rei ejusdem sint imagines. Præterea, si corpus sit, quod sentit, non alio modo sentire continget, quam si quædam ab annulo in cera imprimantur imagines, sive in sanguine, sive in aere sensibilia imprimantur. Ac si tanquam corporibus hu-

ὥσπερ εἰς ὕδωρ συγχυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται μνήμη. Εἰ δὲ μένουσιν οἱ τύποι, ἢ οὐκ ἔστιν ἄλλους ἐνσημαίνεσθαι ἐκείνων κατεχόντων, ὥστε ἄλλαι αἰσθήσεις οὐκ ἔσονται, ἢ γιγνομένων ἄλλων ἐκεῖνοι οἱ πρότεροι ἀπολοῦνται, ὥστε οὐδὲν ἔσται τὸ μνημονεύειν. Εἰ δὲ ἔστι τὸ μνημονεύειν καὶ ἄλλων αἰσθάνεσθαι ἐπ' ἄλλοις, οὐκ ἐμποδιζόντων τῶν πρόσθεν, ἀδύνατον τὴν ψυχὴν σῶμα εἶναι.

midis, quod et probabile est, certe tanquam in aqua confundentur imagines, neque memoria erit ulla. Quodsi figuræ permaneant, aut non licebit alias ibi fingi prioribus permanentibus, ideoque sensus alii minime fient: aut, si fiant alii, priores protinus delebuntur, quapropter memoria jam cessabit. Si autem possumus meminisse, ac præter alia sentire rursus et alia, prioribus nequaquam impedientibus, impossibile est animam esse corpus.

Principalis sensus passionum judex passiones cujuslibet membri subito percipit, in qua particula membri sint, distincte discernit, huc oculos manusque statim admovet. Id autem efficere non valeret, nisi esset ubique totus. Non est ergo corporeus.

Ζ'. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τοῦ ἀλγεῖν καὶ ἐκ τῆς τοῦ ἀλγεῖν αἰσθήσεως τὸ αὐτὸ τοῦτο. Ὅταν δάκτυλον λέγηται ἀλγεῖν ἄνθρωπος, ἡ μὲν ὀδύνη περὶ τὸν δάκτυλον δήπουθεν, ἡ δ' αἴσθησις τοῦ ἀλγεῖν, δῆλον ὅτι ὁμολογήσουσιν, ὡς περὶ τὸ ἡγεμονοῦν γίγνεται· ἄλλου δὴ ὄντος τοῦ πονοῦντος μέρους, τοῦ πνεύματος, τὸ ἡγεμονοῦν αἰσθάνεται, καὶ ὅλη ἡ ψυχὴ τὸ αὐτὸ πάσχει. Πῶς οὖν τοῦτο συμβαίνει; διαδόσει, φήσουσι, παθόντος μὲν πρώτως τοῦ περὶ τὸν δάκτυλον ψυχικοῦ πνεύματος, μεταδόντος δὲ τῷ ἐφεξῆς, καὶ τούτου ἄλλῳ, ἕως οὗ πρὸς τὸ ἡγεμονοῦν ἀφίκοιτο. Ἀνάγκη τοίνυν, εἰ τὸ πρῶτον πονοῦν ἤσθετο, ἄλλην τὴν αἴσθησιν τοῦ δευτέρου εἶναι, εἰ κατὰ διάδοσιν ἡ αἴσθησις, καὶ τοῦ τρίτου ἄλλην, καὶ πολλὰς αἰσθήσεις καὶ ἀπείρους περὶ ἑνὸς ἀλγήματος γίγνεσθαι, καὶ τούτων ἁπασῶν ὕστερον τὸ ἡγεμονοῦν αἰσθέσθαι, καὶ τῆς ἑαυτοῦ παρὰ ταύτας· τὸ δὲ ἀληθὲς, ἑκάστην ἐκείνων μὴ τοῦ ἐν τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος, ἀλλὰ τὴν μὲν ἐφεξῆς τῷ δακτύλῳ, ὅτι ὁ ταρσὸς ἀλγεῖ, τὴν δὲ τρίτην, ὅτι ἄλλο τὸ πρὸς τὸ ἄνωθεν, καὶ πολλὰς εἶναι ἀλγηδόνας, τό τε ἡγεμονοῦν, μὴ τοῦ πρὸς τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ πρὸς αὐτῷ, καὶ τοῦτο γινώσκειν μόνον, τὰ δ' ἄλλα χαίρειν ἐᾷν, μὴ ἐπιστάμενον ὅτι ἀλγεῖ ὁ δάκτυλος. Εἰ τοίνυν κατὰ διάδοσιν οὐχ οἷόν τε τὴν αἴσθησιν τοῦ τοιούτου γίγνεσθαι, μηδὲ σώματος, ὄγκου ὄντος, ἄλλου παθόντος ἄλλου γνῶσιν εἶναι· (παντὸς γὰρ μεγέθους εἰ τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο ἐστὶ,) δεῖ τοιοῦτον τίθεσθαι τὸ αἰσθανόμενον, οἷον πανταχοῦ αὐτὸ ἑαυτῷ τὸ αὐτὸ εἶναι. Τοῦτο δὲ ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων, ἢ σώματι, ποιεῖν προσήκει.

VII. Idem præterea ex dolore dolorisque sensu declarari potest, utpote quando quis dicitur dolere digitum: tunc dolor quidem est in digito, sensum vero doloris circa ipsum animæ principale contingere fatebuntur, ubi pars quædam spiritus animati (quæ alia est) dolet, principale vero id percipit, atque anima tota idem tunc quodammodo patitur. Quonam igitur modo id accidit? Respondebant, arbitror: Successoria quadam traductione, dum videlicet primo patitur spiritus animalis circa digitum, atque hinc deinceps ad partem continuam rursusque ad aliam traducitur passio, donec ad principale perveniat. Necessarium est igitur, si primo patiens sensit, alium sensum esse secundi, si modo per successionem quandam sensus amplificatur: tertii quoque patientis tertium esse sensum, multosque sensus atque innumeros in eodem dolore contingere, ipsumque principale postremo sentire suam duntaxat passionem: et profecto singulos sentiendi actus non passionem quidem digiti persentire, sed eam, quæ sequitur citra digitum: ut puta tarson (palmam) digito proximam percipere sequentem mox post digitum passionem: partem vero tertiam passionem quoque remotiorem, multosque dolores accidere. Tunc certe principale non passionem, quæ premit digitum, sed propriam sentiet, feretque de hac sola judicium, ceteris omnino dimissis, digitum dolere prorsus ignorans. Si ergo sensus passionis ejusmodi per successionem fieri nequit, et corpus, cum sit moles, non id habet, ut in eo patiente alio id persentiat aliud (in omni enim magnitudine hoc quidem aliud est, illud rursus est aliud:) nimirum oportet, quod sentit, esse tale, ut ipsum ubique sibi ipsi sit idem. Id autem assequi ad aliud quiddam in ordine rerum pertinet potius, quam ad corpus.

Intelligentia frequenter attingit et penetrat incorporea, formasque separat a corporibus. Fit igitur absque corpore: intellectus ergo non est corporeus.

Cum indivisibile non aliter, quam per indivisibile, possit attingi, intellectus attingens individua est individuus: et ubi separato se conjungit, est a corpore separatus: et quando conjuncta separat, maxime separatum se esse declarat.

Η'. Ὅτι δὲ οὐδὲ νοεῖν οἷόν τε, εἰ σῶμα ἡ ψυχὴ ὁτιοῦν εἴη, δειχτέον ἐκ τῶνδε. Εἰ γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαί ἐστι τὸ σώματι προσχρωμένην τὴν ψυχὴν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν αἰσθητῶν, οὐκ ἂν εἴη καὶ τὸ νοεῖν τὸ διὰ σώματος καταλαμβάνειν, ἢ ταὐτὸν ἔσται τῷ αἰσθάνεσθαι. Εἰ οὖν τὸ νοεῖν ἐστι τὸ ἄνευ σώματος ἀντιλαμβάνεσθαι, πολὺ πρότερον δεῖ μὴ σῶμα αὐτὸ τὸ νοῆσον εἶναι· ἔτι, εἰ αἰσθητῶν μὲν ἡ αἴσθησις, νοητῶν δὲ ἡ νόησις. Εἰ δὲ μὴ βούλονται, ἀλλ' οὖν ἔσονταί γε

VIII. Quod autem anima, si corpus quoquo modo sit, intelligere nequeat, per hoc nobis est demonstrandum. Profecto, si sentire est animam utentem corpore percipere sensibilia, intelligere non erit per corpus apprehendere: alioquin idem futurum est intelligere atque sentire. Si ergo intelligere est absque corpore comprehendere, multo prius oportet ipsum, quod intellecturum est, non esse corpus. Præterea si sensibilium sensus est, consequenter intelligibilium est intellectio. Quod si non omnino receperint, erunt tamen intelligibilium quorundam intellectiones

καὶ νοητῶν τινων νοήσεις καὶ ἀμεγέθων ἀντιλήψεις. Πῶς οὖν μέγεθος ὂν τὸ μὴ μέγαθος νοήσει, καὶ τῷ μεριστῷ τὸ μὴ μεριστὸν νοήσει; ἢ μέρει τινὶ ἀμερεῖ αὐτοῦ; εἰ δὲ τοῦτο, οὐ σῶμα ἔσται τὸ νοῆσον· οὐ γὰρ δὴ τοῦ ὅλου χρεία πρὸς τὸ θιγεῖν· ἀρκεῖ γὰρ καθ' ἕν τι. Εἰ μὲν οὖν συγχωρήσονται τὰς πρώτας νοήσεις, ὅπερ ἀληθές ἐστιν, εἶναι τῶν πάντῃ σώματος καθαρωτάτων, αὐτὸ ἑκάστου, ἀνάγκη, καὶ τὸ νοοῦν, σώματος καθαρὸν ὂν ἢ γιγνόμενον, γιγνώσκειν. Εἰ δὲ τῶν ἐν ὕλῃ εἰδῶν τὰς νοήσεις φήσουσιν εἶναι, ἀλλὰ χωριζομένων γε τῶν σωμάτων γίγνονται, τοῦ νοῦ χωρίζοντος· οὐ γὰρ δὴ μετὰ σαρκῶν ἢ ὅλως ὕλης ὁ χωρισμὸς κύκλου, καὶ τριγώνου, καὶ γραμμῆς, καὶ σημείου. Δεῖ ἄρα καὶ τὴν ψυχὴν σώματος αὐτὴν ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίσαι. Δεῖ ἄρα μηδὲ αὐτὴν σῶμα εἶναι. Ἀμέγεθες δέ, οἶμαι, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον καὶ ἡ τούτων ἄρα νόησις· ὥστε καὶ προσιόντα τῷ ἀμερεῖ αὐτῆς ὑποδέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ ἐν ἀμερεῖ κείσεται. Πῶς δ' ἂν καὶ, σώματος ὄντος τῆς ψυχῆς, ἀρεταὶ αὐτῆς, σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, (σωζομένης, καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνῃ,) ἀνδρία τε καὶ ἄλλαι; πνεῦμά τι γὰρ, ἢ αἷμά τι τὸ σωφρονεῖν εἴη ἢ δικαιοσύνη, ἢ ἀνδρία· εἰ μὴ ἄρα ἡ ἀνδρία τὸ δυσπαθὲς τοῦ πνεύματος εἴη, καὶ ἡ σωφροσύνη ἡ εὐκρασία, τὸ δὲ κάλλος εὔμορφία τις ἐν τύποις, καθ' ἣν λέγομεν ἰδόντες ὡραίους καὶ καλοὺς τὰ σώματα· ἰσχυρῷ μὲν οὖν καὶ καλῷ ἐν τύποις πνεῦμά τι εἶναι προσήκοι ἄν· σωφρονεῖν δὲ τί δεῖ πνεύματι; ἀλλ' οὖν τοὐναντίον, ἐν περιπτύξεσι καὶ ἁφαῖς εὖ παθεῖν, ὅπου ἡ θερμανθήσεται, ἢ συμμέτρως ψύχεος ἱμερεῖ, ἢ μαλακοῖς τισι καὶ ἁπλοῖς καὶ λείοις πελάσει. Τὸ δὲ κατ' ἀξίαν νεῖμαι τί ἂν αὐτῷ μέλοι; Πότερον δὲ ἀϊδίων ὄντων τῶν τῆς ἀρετῆς θεωρημάτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν νοητῶν ἡ ψυχὴ ἐφάπτεται, ἢ γίνεται ἡ ἀρετὴ, καὶ ὀφείλει πάλιν φθείρεσθαι; ἀλλὰ τίς ὁ ποιῶν, καὶ πόθεν; οὕτω γὰρ ἂν ἐκεῖνο πάλιν μένοι. Δεῖ ἄρα ἀϊδίων εἶναι καὶ μενόντων, οἷα καὶ τὰ ἐν γεωμετρίᾳ· εἰ δὲ ἀϊδίων καὶ μενόντων, οὐ σωμάτων. Καὶ δεῖ ἄρα καὶ ἐν ᾧ ἔσται, τοιοῦτον εἶναι· δεῖ ἄρα μὴ σῶμα εἶναι· οὐ γὰρ μένει, ἀλλὰ ῥεῖ ἡ σώματος φύσις πᾶσα.

Εἰ δὲ τὰς τῶν σωμάτων ποιήσεις ὁρῶντες θερμαινούσας, καὶ ψυχούσας, καὶ ὠθούσας, καὶ βαρυνούσας, ἐνταῦθα τάττουσι τὴν ψυχὴν, οἷον ἐν δραστηρίῳ τόπῳ ἱδρύοντες αὐτήν· πρῶτον μὲν ἀγνοοῦσιν, ὡς καὶ ταῦτα τὰ σώματα δυνάμεσι ταῖς ἐν αὐτοῖς ἀσωμάτοις ταῦτα ἐργάζεται· ἔπειτα, ὅτι οὐ ταύτας τὰς δυνάμεις περὶ ψυχὴν εἶναι ἀξιοῦμεν, ἀλλὰ τὸ νοεῖν, αἰσθάνεσθαι, λογίζεσθαι, ἐπιθυμεῖν, ἐπιμελεῖσθαι ἐμφρόνως καὶ καλῶς, ἅπαντα ἄλλην οὐσίαν ζητεῖ· τὰς οὖν δυνάμεις τῶν ἀσωμάτων μεταδιδάσαντες εἰς τὰ σώματα οὐδεμίαν ἐκείνοις καταλείπουσιν. Ὅτι δὲ καὶ τὰ σώματα ἀσωμάτοις δυνάμεσι δύναται, ἃ δύναται, ἐκ τῶνδε δῆλον. Ὁμολογήσουσι γὰρ ἕτερον ποιότητα καὶ ποσότητα εἶναι, καὶ πᾶν σῶμα ποσὸν εἶναι, καὶ ἔτι οὐ πᾶν

et indivisibilium apprehensiones in nobis. Quonam igitur pacto intellectus, si fuerit magnitudo, intelliget, quod est a magnitudine liberum, et cum natura dividua individuum apprehendet? An forte parte quadam ipsius indivisibili? quod quidem si ita sit, id ipsum, quod intelligit, non erit corpus. Non enim opus est toto ad attingendum: nam satis est uno quodam attingere. Si ergo concedent, primas intelligentias, quod et verum est, esse rerum a corpore prorsus absolutarum, scilicet ipsius uniuscujusque, ut dici solet, abstracti, necessarium est naturam quoque intelligentem eatenus intelligere, quatenus vel est vel fit a corpore libera. Si autem intelligentias dixerint versari circa formas materiæ adhærentes, fatebuntur tamen, eas tunc demtaxat intelligi, quando a corporibus segregantur, intellecta scilicet segregante. Non enim cum bis carnibus vel omnino cum materia, ipse circulus et triangulus lineaque et punctum, eo ipso, quo a mente segregantur, gradu consistunt: quam ob rem animam quoque necesse est se ipsam a corpore in hoc habitu sevocare: oportet igitur neque ipsam corpus existere. Profecto ab omni magnitudine exemptum est ipsum pulchrum ipsumque justum, similiterque horum intelligentia. Quapropter accedentia nobis impartibili quodam animi apprehendentur, atque in hoc ipso impartibili sita manebunt. Denique, si anima corpus sit, non video, quomodo temperantia et justitia virtutes ejus sint, (quæ et hanc eatenus servent, quatenus capiuntur ab ipsa,) fortitudo ac ceteræ? Quippe spiritus videlicet aut sanguinis aliquid virtutes illæ essent. Nisi forte spiritus molestia quædam fortitudo sit, temperantia ejusdem commoda temperatio, et vera illa pulchritudo formosa quædam ac figuris adumbrata species, quam in nonnullis dum videmus, elegantes illos corporeque pulchros vocamus. Ei sane, quod umbratilem tantum aliquam et figura tenus aut fortitudinem aut pulchritudinem habeat, spiritus conditio naturaque conveniat. Temperantia vero quid opus spiritui? Imo certe contra, in complexu tactuque commoditatem potius aliquam sequetur, sicubi aut calefiat aut frigus moderate capiet, aut mollibus, teneris ac lævibus adhæreat. Suum vero cuique pro dignitate tribuere ad ipsum quid attinet? Utrum porro sempiternæ sunt virtutis illæ notiones ceteraque id genus spiritalia, in quibus animus occupatur? an contra nascitur virtus, eademque rursus interibit? At quis eam aut qua ex re tandem efficiat? Tum enim hæc adhuc quæstio maneat necesse est. Sempiterna profecto illa esse oportet semperque manentia, cujusmodi ea sunt quæ ad geometriam pertinent. Quodsi sempiterna sunt, perpetuoque manentia, corpora igitur certe non sunt. Et id præterea, in quo versabuntur, simile quid esse oportebit, adeoque corpus non esse. Nec enim permanet, sed fluit assidue corporis natura quævis.

Quodsi, dum corporum ipsi functiones vident, quæ calefaciant, refrigerent, propellant ac deprimant, ibidem animum constituunt, eum velut actuoso quodam in loco defigentes: ignorant illi primum, ipsamet corpora suis quibusdam incorporeis facultatibus hæc omnia perficere: deinde ne hoc quidem a nobis facultatum genus animo tribui, sed potius ita statui, ut intelligere, sentire, ratiocinari, concupiscere, cuncta denique sapienter ac rite moderari, aliam hæc omnia quam corporis essentiam requirant. Isti vero, rerum incorporearum facultates ad corpora transtulisse contenti, incorporeis ipsis nullam relinquunt. Ceterum ipsa etiam corpora incorporeis facultatibus ea posse, quæ possint, ita planum efficio. Fatebuntur utique quantitatem esse a qualitate diversam: quippe corpus enim omne quantitate, nec omne tamen qualitate instructum

σῶμα ποσὸν εἶναι, ὥσπερ τὴν ὕλην. Ταῦτα δὲ ὁμολογοῦντες τὴν ποιότητα ὁμολογήσουσιν, ἕτερον οὖσαν ποσοῦ, ἕτερον σώματος εἶναι. Πῶς γὰρ μὴ ποσὸν οὖσα σῶμα ἔσται, εἴπερ πᾶν σῶμα ποσόν; καὶ μὴν καὶ, ὅπερ ἄνω που ἐλέγετο, εἰ πᾶν σῶμα μεριζόμενον καὶ ὄγκος πᾶς ἀφαιρεῖται, ὅπερ ἦν, κερματιζομένου δὲ τοῦ σώματος, ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ἡ αὐτὴ ὅλη ποιότης μένει· οἷον γλυκύτης ἡ τοῦ μέλιτος οὐδὲν ἔλαττον γλυκύτης ἐστὶν ἐφ' ἑκάστῳ· οὐκ ἂν εἴη σῶμα γλυκύτης, ὁμοίως καὶ αἱ ἄλλαι. Ἔπειτα, εἰ σώματα ἦσαν αἱ δυνάμεις, ἀναγκαῖον ἦν τὰς μὲν ἰσχυρὰς τῶν δυνάμεων μεγάλους ὄγκους, τὰς δὲ ὀλίγον δρᾶν δυναμένας ὄγκους μικροὺς εἶναι. Εἰ δὲ μεγάλων μὲν τῶν ὄγκων μικραί, ὀλίγοι δὲ [καὶ] μικρότατοι ὄγκων μέγιστας ἔχουσι τὰς δυνάμεις, ἄλλῳ τινὶ, ἢ μεγέθει, τὸ ποιεῖν ἀναθετέον· ἀμεγέθει ἄρα. Τὸ δὲ ὕλην μὲν τὴν αὐτὴν εἶναι σῶμα, ὥς φασιν, οὖσαν, διάφορα δὲ ποιεῖν ποιότητας προσλαβοῦσαν, πῶς οὐ δῆλον ποιεῖ, τὰ προσγενόμενα λόγους αὐτοὺς καὶ ἀσωμάτους εἶναι; Μηδ', ὅτι πνεύματος ἢ αἵματος ἀποστάντων ἀποθνήσκει τὰ ζῶα, λεγόντων· οὐ γάρ ἐστιν ἄνευ τούτων εἶναι, οὐδ' ἄνευ πολλῶν ἄλλων, οὐδὲ ἂν ἡ ψυχὴ εἴη· καὶ μὴν οὔτε πνεῦμα διὰ πάντων οὔτε αἷμα.

Ἔτι δὲ, εἰ σῶμα οὖσα ἡ ψυχὴ διῆλθε διὰ παντὸς, κἂν κραθεῖσα εἴη, ὃν τρόπον τοῖς ἄλλοις σώμασιν ἡ κρᾶσις· εἰ δὲ ἡ τῶν σωμάτων κρᾶσις, οὐδὲν ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι τῶν κραθέντων· οὐδ' ἂν ἡ ψυχὴ ἔτι ἐνεργείᾳ ἐνείη τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ δυνάμει μόνον, ἀπολέσασα τὸ εἶναι ψυχή· ὥσπερ, εἰ γλυκὺ καὶ πικρὸν κραθείη, τὸ γλυκὺ οὐκ ἔστιν· οὐκ ἄρα ἔχομεν ψυχήν. Τὸ δὲ δὴ σῶμα ὂν σώματι κεκρᾶσθαι, ὅλον δι' ὅλου, ὡς, ὅπου ἂν ᾖ θάτερον, εἶναι ἴσον ὄγκον ἀμφοτέρων, καὶ τὸ πᾶν κατεχόντων, καὶ μηδεμίαν αὔξησιν γεγονέναι ἐπεμβληθέντος τοῦ ἑτέρου, οὐδὲν ἀπολείψει, ὃ μὴ τέμῃ. Οὐ γὰρ κατὰ μεγάλα μέρη παραλλάξ ἡ κρᾶσις· (οὕτω γάρ φασι παράθεσιν ἔσεσθαι·) διεληλυθὸς δὲ διὰ παντὸς τὸ ἐπεμβληθὲν ἐπὶ σμικρότερον· (ὅπερ ἀδύνατον, τὸ ἔλαττον ἴσον γενέσθαι τῷ μείζονι·) ἀλλ' οὖν διεληλυθὸς, πᾶν τέμνει κατὰ πᾶν· ἀνάγκη τοίνυν, εἰ καθ' ὁτιοῦν σημεῖον, καὶ μὴ μεταξὺ σῶμα ἔσται, ὃ μὴ τέτμηται, εἰς σημεῖα τὴν διαίρεσιν τοῦ σώματος γεγονέναι, ὅπερ ἀδύνατον· εἰς δὲ ἄπειρον τῆς τομῆς οὔσης, (ὃ γὰρ ἂν λάβῃς σῶμα, διαιρετόν ἐστιν,) οὐ δυνάμει μόνον, ἐνεργείᾳ δὲ τὰ ἄπειρα ἔσται· οὐ τοίνυν ὅλον δι' ὅλου χωρεῖν δυνατὸν τὸ σῶμα· ἡ δὲ ψυχὴ δι' ὅλων· ἀσώματος ἄρα.

Τὸ δὲ καὶ φύσει μὲν προτέραν τὸ αὐτὸ πνεῦμα λέγειν, ἐν δὲ ψυχρῷ γενομένην καὶ στομωθεῖσαν ψυχὴν γίγνεσθαι, λεπτοτέραν ἐν ψυχρῷ γενομένην, ὡδὶ καὶ αὐτὸ ἄτοπον· πολλὰ γὰρ ζῶα ἐν θερμῷ γίγνεσθαι, καὶ ψυχὴν ἔχειν οὐ ψυχθεῖσαν· ἀλλ' οὖν φασί γε προτέραν φύσιν ψυχῆς εἶναι κατὰ συντυχίας τὰς ἔξω γιγνομένην. Συμβαίνει οὖν αὐτοῖς τὸ χεῖρον πρῶτον ποιεῖν, καὶ πρὸ τούτου ἄλλο ἔλαττον, ἣν λέγουσιν ἕξιν· ὁ δὲ νοῦς ὕστα-

esse, uti de materia certo constat. Siquidem hoc utrumque dum fatentur, fatentur una qualitatem cum a quanto, tum etiam a corpore diversam esse. Quomodo enim, quæ quantitate careat, corpus esse possit, cum omne corpus quantitate sit præditum? Præterea, quod supra jam attigimus, si corpus molesque omnis, dum in partes secatur, id desinit esse, quod erat; si, corpore in minutissima quæque diviso, qualitas eadem singulis in partibus integra perseverat; uti mellis dulcedo nihilo minus qualibet ejus in parte dulcedo est: certe nec dulcedo illa nec similes aliæ qualitates corpora fuerint. Deinde, si corpora essent facultates illæ, valentiores utique facultates majori, imbeciliores minori mole præditas esse oporteret. Sin autem et vastæ molis vires exiguæ sunt, et immensæ (sunt) molis perexiguæ; alteri sane rei, quam magnitudini, efficiendi vis tribuenda erit: illi ergo tantum, quæ magnitudine careat. Quid? hoc ipsum quod aiunt, eandem omnino materiam et corpus esse, et susceptis deinde qualitatibus diversitatem efficere, nonne clare satis ostendit, quæ ad materiam accesserint, ea principes ipsas rationes et corpore carentes esse? Neque vero nobis objiciant, spiritu sanguineve dilapso animantes interire. Licet enim sine illis esse non possint, certe nec sine permultis aliis, ut ipsemet adsit animus, esse non possunt. Quanquam nec spiritus ipse nec sanguis partes per omnes usquequaque diffusus est.

Jam vero, si corporeus animus totum corpus undique pervaderet, cum eo proinde permixtus esset, quomodo ceteris in corporibus mixtio fieri consuevit. Quare cum ejusmodi corporum mixtio sit, ut ex iis, quæ commixta sunt, nullum actu insit, ne animus quidem actu in corporibus, sed potentia tantum inesset, animique naturam et rationem amitteret: quemadmodum, si cum acerbo dulce misceretur, dulce amplius non esset: ita nullum jam animum haberemus. Enimvero, si corpus cum corpore totum cum toto misceatur, ita ut, ubicumque alterutrum erit, ibidem amborum toto illo spatio diffusorum æqualis moles exsistat, nec ullum incrementum ex alterius accessione consequatur: nihil ab eo, quod non secet ac dividat, relinquetur. Nec enim in majoribus duntaxat partibus alterna quadam vicissitudine mixtio fit: (sic enim adjunctionem potius futuram aient:) sed totum alterum permeans, majus licet injectum in minus; (quod quidem fieri non potest, ut minus æquale majori fiat:) sed permeans tamen, totum ubique secat. Itaque necesse est, si hoc ipsum quoris in puncto fiet, nec medium corpus ullum erit, quod non secetur; ut in puncta corpus integrum dividatur, quod fieri nullo modo potest. Sin autem divisionis illius infinita ratio futura est (quodcunque enim corpus acceperis, dividuum semper est;) tum vero non potentia duntaxat, sed etiam actu infinita erunt. Totum ergo corpus totum illud permeare non potest. Atqui totum animus permeat. Corpore ergo caret animus.

Quod autem priorem illam etiam natura spiritum proprie et peculiariter esse dicunt, quæ ψυχρῷ, hoc est frigido in loco posita atque aciem adepta majorem, ψυχή, hoc est, animus, frigoris vi tenuior subtiliorque factus evadat; hoc ipsum quidem absurdum est, cum pleræque animantes et calidis nascantur in locis, et animum habeant hujusmodi refrigeratione carentem. At priorem quoque animo naturam ex multiplici rerum ex temerario casu existere ac pendere volunt. Illi ergo, quod deterius est, id primum faciunt, quo ipso præterea quiddam aliud, minus licet, prius tamen constituunt, quem habitum nominant

τος, ἀπὸ τῆς ψυχῆς δηλονότι γενόμενος, ἢ εἰ πρὸ πάντων νοῦς, ἐφεξῆς ἔδει ψυχὴν ποιεῖν, εἶτα φύσιν· καὶ ἀεὶ τὸ ὕστερον χεῖρον, εἴπερ πέφυκεν. Εἰ οὖν καὶ ὁ θεὸς αὐτοῖς κατὰ τὸν νοῦν ὕστερος καὶ γεννητὸς, καὶ ἐπακτὸν τὸ νοοῦν ἔχων, ἐνδέχοιτο ἂν μηδὲ ψυχὴν, μηδὲ νοῦν, μηδὲ θεὸν εἶναι· εἰ τὸ δυνάμει, μὴ ὄντος πρότερον τοῦ ἐνεργείᾳ, [καὶ νοῦ,] γένοιτο, οὐδὲ ἥξει εἰς ἐνέργειαν· τί γὰρ ἔσται τὸ ἄγον, μὴ ὄντος ἑτέρου παρ' αὐτὸ προτέρου; εἰ δ' ἑαυτὸ ἄξει εἰς ἐνέργειαν, ὅπερ ἄτοπον, ἀλλὰ βλέπον γε πρός τι ἄξει, ὃ οὐ δυνάμει, ἐνεργείᾳ δὲ ἔσται. Καίτοι τὸ ἀεὶ μένειν τὸ αὐτὸ, εἴπερ τὸ δυνάμει ἥξει, καθ' ἑαυτὸ εἰς ἐνέργειαν ἥξει, καὶ τοῦτο κρεῖττον ἔσται τοῦ δυναμένου, οἷον ὀρεκτὸν ὂν ἐκείνου. Πρότερον ἄρα τὸ κρεῖττον, καὶ ἑτέραν φύσιν ἔχον σώματος, καὶ ἐνεργείᾳ ὂν ἀεί· πρότερον ἄρα καὶ νοῦς καὶ ψυχὴ φύσεως· οὐκ ἄρα οὕτως ψυχὴ ὡς πνεῦμα, οὐδ' ὡς σῶμα· ἀλλ' ὅτι μὲν οὐ σῶμα, λέγοιτ' ἄν, καὶ εἴρηται καὶ ἄλλοις ἕτερα, ἱκανὰ δὲ καὶ ταῦτα.

Ἐπὶ δὲ καὶ ἄλλης φύσεως δεῖ ζητεῖν, τίς αὕτη. Ἆρ' οὖν ἕτερον μὲν σώματος, σώματος δέ τι, οἷον ἁρμονία; τοῦτο γὰρ ἁρμονίαν τῶν ἀμφὶ Πυθαγόραν λεγόντων ἕτερον τρόπον, ᾠήθησαν αὐτὸ τοιοῦτόν τι εἶναι, οἷον καὶ ἡ περὶ χορδὰς ἁρμονία. Ὡς γὰρ ἐνταῦθα ἐντεταμένων τῶν χορδῶν ἐπιγίνεταί τι οἷον πάθημα ἐκ' αὐταῖς, ὃ λέγεται ἁρμονία· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος, ἐν κράσει ἀνομοίων γινομένων, τὴν ποιὰν κρᾶσιν ζωήν τε ἐργάζεσθαι καὶ ψυχὴν, οὖσαν τὸ ἐπὶ τῇ κράσει πάθημα. Ὅτι δὲ ἀδύνατον, πολλὰ ἤδη πρὸς ταύτην τὴν δόξαν εἴρηται· καὶ γὰρ, ὅτι μὲν πρότερον ἡ ψυχὴ, ἡ δ' ἁρμονία ὕστερον καὶ ὡς τὸ μὲν ἄρχει καὶ ἐπιστατεῖ τῷ σώματι, καὶ μάχεται πολλαχῇ, ἁρμονία δὲ οὐκ ἂν οὖσα ταῦτα ποιοῖ· καὶ ὡς τὸ μὲν οὐσία, ἡ δὲ ἁρμονία οὐκ οὐσία· καὶ ὅτι ἡ κρᾶσις τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν συνέσταμεν, ἐν λόγῳ οὖσα, ὑγεία ἂν εἴη· καὶ ὅτι καθ' ἕκαστον μέρος ἄλλως κραθὲν εἴη ἂν ψυχὴ ἑτέρα, ὥστε πολλὰς εἶναι· καὶ τόδε μέγιστον, ὡς ἀνάγκη πρὸ τῆς ψυχῆς ταύτης ἄλλην ψυχὴν εἶναι, τὴν ποιοῦσαν τὴν ἁρμονίαν ταύτην, οἷον ἐπὶ τῶν ὀργάνων τὸν μουσικὸν, τὸν ἐντιθέντα ταῖς χορδαῖς τὴν ἁρμονίαν, λόγον ἔχοντα παρ' αὐτῷ, καθ' ὃν ἁρμόσει. Οὔτε γὰρ ἐκεῖ αἱ χορδαὶ παρ' αὐτῶν, οὔτ' ἐνταῦθα τὰ σώματα ἑαυτὰ εἰς ἁρμονίαν ἄγειν ξυνήσεται· ὅλως δὲ καὶ οὗτοι ἐξ ἀψύχων ἔμψυχα ποιοῦσι, καὶ ἐξ ἀτάκτων κατὰ συντυχίαν τὰ τεταγμένα τὴν τάξιν καὶ τὴν ὑπόστασιν εἰληφέναι· τοῦτο δὲ οὔτε ἐν τοῖς κατὰ μέρος, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις δυνατὸν γενέσθαι. Οὐκ ἄρα ἡ ψυχὴ ἁρμονία.

Mens autem postremo ab iis loco numeratur, ab anima scilicet profecta. Nam si princeps omnium mens ponitur, secundo in gradu animum, naturam denique in tertio collocare oporteat; itaque semper, quod deterius sit, habere posterius, siquidem eo modo natum est. Si ergo deus ipse quoque, pro eo ac mente præditus est, posterior idem ac genitus sit, atque adventitiam mentem ipsam habeat; concludi fortasse possit, neque animum, neque mentem, neque deum esse. Nunquam enim, quod potentia tantummodo est, nisi prius id fuerit, quod actu sit, actu ipso futurum est. Cujus enim vi exsistat aliquando, si aliud præter ipsum nihil eoque prius fuerit? Sin autem se proferet producetque per sese in actum (quod ipsum tamen absurdum est), certe dum se ita proferet, aliquid intuebitur, quod non potentia, sed actu erit. Quanquam id, quod potentia est, si habeat idem, ut sui semper simile maneat, exsistet actu per sese, atque id erit solam exsistendi potestatem habente præstantius, cum ab illo appetitur. Maneat igitur, prius id esse, quod præstantius sit, itemque quod diversam a corpore naturam habeat, quodque actu semper exsistat. Inde enim, mentem et animum natura priores esse, nec spiritus aut corporis similem animum esse, conficitur. Et quidem ad animum corporeæ naturæ subducendum ab aliis cum et proferri alia possunt, et prolata jam sunt, tum hæc quoque nostra satis erunt.

At quærendum porro, cujusnam alterius naturæ fuerit. Num igitur ita diversus a corpore est, ut tamen aliquid sit, quod eidem corpori maxime conveniat, cujusmodi harmonia est? Cum enim Pythagoras longe aliter hoc de harmoniæ genere disputaret, id isti ejus, quæ in fidibus sit, harmoniæ simile quid esse putaverunt. Ut enim hic, dum fides intenduntur, quædam illis accedit affectio, quam harmoniam vocamus, ita plane, cum inter sese mutuo dissidentia temperantur, certam hanc corporis nostri temperationem vitam simul et animam efficere, quæ aliud nihil sit, quam illa ex temperatione profecta singularis quædam et peculiaris affectio. Verum adversus hanc opinionem tanquam omni probabilitate carentem multa quoque disputata jam sunt: principio, animam prius esse aliquid, harmoniamque posterius; deinde, animam non corpori præesse tantum ac moderari, sed etiam cum eo pugnare sæpe, quod factura nunquam esset, si esset harmonia: tum, animam esse substantiam, qualis harmonia non sit: ad hæc, illam ipsam corporum, ex quibus concreti sumus, rectam justamque temperationem valetudinis potius integritatem esse: imo, partibus in singulis diversa quadam ratione temperatis animam quoque diversam, proindeque plures uno in corpore futuras esse: postremo, quod hoc in genere potissimum est, ante hanc ipsam animam aliam inesse quandam oportere, quæ harmoniam illam efficeret; qualem organis præesse musicum hominem videmus, qui harmoniam fidibus immittat, eamque rationem penes sese habeat, qua illam omnem rite moderetur. Nec enim aut fides illic per se ipsas, aut corpora hic eam ad harmoniam se ipsa perducere unquam poterunt. Ceterum, uti hoc universe dicatur, ex inanimis isti animata constituunt, atque ex inordinatis ordinata suum hunc ordinem propriamque naturam casu quodam accepisse volunt. Quod tamen nec singulis in partibus, nec ullo in toto evenire potest. Non est igitur animus harmonia.

Essentia corporea tanquam imperfecta, pendet ab incorporea perfecta, quæ quidem, cum ex se ipsa primoque sit et vivat, semper est et vivit, in cujus genere anima continetur.

Anima quoniam in genere divinorum est ultima, ideo cum caducis videtur inire commercium, ex quo optimus ejus habitus intermittitur. At quoniam in divinorum genere comprehenditur, naturam assidue servat, seque potest in dignitatem pristinam revocare.

Θ'. Ἡ δὲ ἑτέρα φύσις, ἡ παρ' αὐτῆς ἔχουσα τὸ εἶναι πᾶν τὸ ὄντως ὄν, ὃ οὔτε γίγνεται, οὔτε ἀπόλλυται,

IX. Omnino vero necesse est, alteram quandam esse naturam præter corpora, quæ esse habeat ex se ipsa, taleque esse omne, quod vere eus judicatur, quod quidem ne-

ἢ τὰ ἄλλα πάντα οἰχήσεται, καὶ οὐκ ἂν ὕστερον γένοιτο τούτου ἀπολωλότος, ὃ παρέχει αὐτοῖς σωτηρίαν τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷδε τῷ παντὶ, διὰ ψυχῆς σωζομένῳ καὶ κεκοσμημένῳ. Ἀρχὴ γὰρ κινήσεως ἥδε χορηγοῦσα τοῖς ἄλλοις κίνησιν, αὐτὴ δὲ ἐξ ἑαυτῆς κινουμένη καὶ ζωὴν τῷ ἐμψύχῳ σώματι διδοῦσα· αὐτὴ δὲ παρ' ἑαυτῆς ἔχουσα, ἢ οὔποτε ἀπόλλυσιν, ἅτε παρ' ἑαυτῆς ἔχουσα. Οὐ γὰρ δὴ πάντα ἐπακτῷ ζωῇ χρῆται, ἢ εἰς ἄπειρον εἶσιν· ἀλλὰ δεῖ τινα φύσιν πρώτως ζῶσαν εἶναι, ἀνώλεθρον καὶ ἀθάνατον εἶναι δεῖ ἐξ ἀνάγκης, ἅτε ἀρχὴν ζωῆς καὶ τοῖς ἄλλοις οὖσαν. Ἔνθα δὴ καὶ τὸ θεῖον ἅπαν καὶ τὸ μακάριον ἱδρύσθαι δεῖ, ζῶν παρ' αὑτοῦ καὶ ὂν παρ' αὑτοῦ, πρώτως ὄν, καὶ ζῶν πρώτως, μεταβολῆς κατ' οὐσίαν ἄμοιρον, οὔτε γιγνόμενον οὔτε ἀπολλύμενον. Πόθεν γὰρ ἂν καὶ γένοιτο, ἢ εἰς τί ἀπόλοιτο; καὶ εἰ δεῖ ἐπαληθεύειν τὴν τοῦ ὄντος προσηγορίαν, αὐτὸ οὐ ποτὲ μὲν εἶναι, ποτὲ δὲ οὐκ εἶναι δηήσειεν· ὡς καὶ τὸ λευκὸν αὐτὸ τὸ χρῶμα, οὐ ποτὲ μὲν λευκὸν, ποτὲ δὲ οὐ λευκόν. Εἰ δὲ καὶ ὂν ἦν τὸ λευκὸν, μετὰ τοῦ λευκὸν εἶναι ἦν ἂν ἀεί· ἀλλὰ μόνον ἔχει τὸ λευκόν· ᾧ δ' ἂν τὸ ὂν ᾖ παρὸν, παρ' αὐτοῦ καὶ πρώτως ὂν ἀεὶ ἔσται. Τοῦτο τοίνυν τὸ ὂν πρώτως καὶ ἀεὶ ὂν οὐχὶ νεκρὸν, ὥσπερ λίθον ἢ ξύλον, ἀλλὰ ζῶν εἶναι δεῖ, καὶ ζωῇ καθαρᾷ κεχρῆσθαι, ὅσον ἂν αὐτοῦ μένῃ μόνον. ὃ δ' ἂν συμμιχθῇ χείρονι, ἐμπόδιον μὲν ἔχειν πρὸς τὰ ἄριστα, οὗτοι γε μὴν τὴν αὑτοῦ φύσιν ἀπολωλέναι, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν, ἐπὶ τὰ αὑτοῦ ἀναδρομόν.

que fit neque perit : alioquin cetera omnia dilabentur, neque gignentur iterum, si quando ejusmodi natura perierit : quæ profecto his omnibus salutem præbet, et ipsi etiam universo servato per animam atque exornato. Hæc enim motus principium est, aliis exhibens motionem, movens interim semet ipsam, et vitam animato corpori præstans : ipsa vero ex se ipsa possidens, amissura nunquam, utpote quæ hanc habeat a se ipsa. Non enim omnia peregrina utuntur vita, alioquin in infinitum progressio fiet : sed oportet naturam quandam exsistere primo viventem, quam incorruptibilem immortalemque esse necessarium est : utpote quæ aliis sit vitæ principium. Hoc sane in gradu omne divinum atque beatum oportet consistere, ex se ipso vivens atque exsistens, primo exsistens primoque vivens, mutationis secundum essentiam expers, neque oriens neque occidens. Nam unde nascatur, vel in quod resolvatur? ac si oportet veram huic ipsius entis appellationem inesse, non debet alias quidem esse, alias vero non esse : quemadmodum color ipse per se albus non tum quidem albus est, tum vero non albus. Si autem ipsum album esset ipsum ens, nimirum una cum eo, quod album est, esset et semper : nunc vero solum hoc habet, ut sit album. At illud, cui ens ipsum adsit ex se ipso primoque ens, procul dubio semper exsistit. Hoc itaque primo ens semperque ens non decet vita carere instar lapidis aut ligni : sed oportet esse vivens puraque vita frui, quantum videlicet ipsius manet solum : quod autem ex ipso miscetur deteriori, impedimentum quidem subire ad optima, neque tamen naturam suam amittere, sed antiquum habitum, quando recurrit in sua, quandoque resumere.

Duæ sunt mentium divinarum dotes : una quidem claritas intellectus omnia cernens ; altera vero optimus vitæ habitus. Ejusmodi dotes maxime consequitur animus, quando se ipsum ab omni labe corporea segregans revertitur in se ipsum. Ex quo apparet eum esse divinis mentibus natura cognatum.

Duo sunt apud nos argumenta divinitatis : alterum prophetia ; alterum prodigiosorum operum demonstratio. Quicumque vera divina hæc munera reportarunt, ex hoc uno duntaxat officio hæc sibi vindicavisse videntur, quod animam a corpore revocaverint ad se ipsam. Unde constat, ipsam animæ naturam per se esse cum divinitate conjunctam.

I'. Ὅτι δὲ τῇ θειοτέρᾳ φύσει συγγενὴς ἡ ψυχὴ καὶ τῇ ἀϊδίῳ, δῆλον μὲν ποιεῖ καὶ τὸ μὴ σῶμα αὐτὴν δεδεῖχθαι, καὶ μὴν οὔτε σχῆμα ἔχει, οὔτε χρῶμα, ἀναφής τε. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶνδε ἔστι δεικνύναι· ὁμολογουμένου δὴ ἡμῖν παντὸς τοῦ θείου καὶ τοῦ ὄντως ὄντος ζωῇ ἀγαθῇ κεχρῆσθαι καὶ ἔμφρονι, σκοπεῖν δεῖ τὸ μετὰ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, οἷον ἔστι τὴν φύσιν. Λάβωμεν δὲ ψυχὴν, μὴ τὴν ἐν σώματι, ἐπιθυμίας ἀλόγους καὶ θυμοὺς προσλαβοῦσαν, καὶ πάθη ἄλλα ἀναδεξαμένην, ἀλλὰ τὴν ταῦτα ἀποτριψαμένην, καὶ καθ' ὅσον οἷόν τε μὴ κοινωνοῦσαν τῷ σώματι, ἥτις καὶ δῆλον ποιεῖ, ὡς προσθῆκαι τὰ κακὰ τῇ ψυχῇ, καὶ ἄλλοθεν, καθηραμένῃ δὲ αὐτῇ ἐνυπάρχει τὰ ἄριστα, φρόνησις καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ, οἰκεῖα ὄντα. Εἰ οὖν τοιοῦτον ἡ ψυχὴ, ὅταν ἐφ' ἑαυτὴν ἀνέλθῃ, πῶς οὐ τῆς φύσεως ἐκείνης, οἵαν φαμὲν τὴν τοῦ θείου καὶ ἀϊδίου πανὸς εἶναι; φρόνησις γὰρ καὶ ἀρετὴ ἀληθὴς θεῖα ὄντα οὐκ ἂν ἐγγένοιτο φαύλῳ τινὶ καὶ θνητῷ πράγματι, ἀλλ' ἀνάγκη θεῖον τὸ τοιοῦτον εἶναι, ἅτε θείων μετὸν αὐτῷ διὰ συγγένειαν, καὶ τὸ ὁμοούσιον. Διὸ καὶ

X. Animam vero cognatam esse divinoris sempiternaque naturæ, ex eo patet, quod non sit corpus, ut nobis est demonstratum, neque figuram habeat neque colorem, neque molem vel qualitatem ullo pacto tractabilem. Idem præterea per hæc licet ostendere. Profecto cum nobis constet, omne divinum vereque ens vita frui bona atque sapiente : considerandum est deinceps de anima nostra qualis potissimum sit natura. Accipiamus vero animam non in corpore irrationales concupiscentias et iras concipientem, perturbationesque alias admittentem : sed quæ hæc expulerit omnia, neque cum corpore commercium habeat ullum, nisi quantum summa cogat necessitas. Quæ quidem anima nobis procul dubio patefaciet, vitia et mala ipsius animæ additamenta quædam esse, et ab extrinseco nobis injecta : nempe purificato jam animo inesse comperiuntur optima, scilicet sapientia et reliqua virtutes tanquam familiaria. Si ergo tale quiddam est anima quoties revertitur in se ipsam, quiduam obstat, quominus in gradu sit ejus naturæ, quam divini omnis sempiternique esse fatemur? Sapientia enim veraque virtus cum divinæ res sint, non possunt alicui umquam vili more talique inesse naturæ, sed necesse est, tale quiddam esse divinum : quippe cum compos sit divinorum ob cognationem quandam communionemque substantiæ. Quam ob

ὅστις τοιοῦτος ἡμῶν, ὀλίγον ἂν παραλλάττοι τῶν ἄνω τῇ ψυχῇ αὐτῇ, μόνον τοῦτο, ὅσον ἐστὶν ἐν σώματι, ἐλαττούμενος. Διὸ καὶ, εἰ πᾶς ἄνθρωπος τοιοῦτος ἦν, ἢ πλῆθός τι τοιαύταις ψυχαῖς κεχρημένον, οὐδεὶς οὕτως ἦν ἄπιστος, ὡς μὴ πιστεύειν τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῖς κάντῃ ἀθάνατον εἶναι. Νῦν δὲ πολλαχοῦ λελωβημένην τὴν ἐν τοῖς πλείστοις ψυχὴν ὁρῶντες, οὔτε ὡς περὶ θείου, οὔτε ὡς περὶ ἀθανάτου χρήματος διανοοῦνται. Δεῖ δὲ τὴν φύσιν ἑκάστου σκοπεῖσθαι, εἰς τὸ καθαρὸν αὐτοῦ ἀφορῶντα, ἐπείπερ τὸ προστεθὲν ἐμπόδιον ἀεὶ τοῦ γνῶσιν τοῦ, ᾧ προστέθη, γίγνεται. Σκόπει δὴ ἀφελών, μᾶλλον δὲ ὁ ἀφελὼν ἑαυτὸν ἰδέτω, καὶ πιστεύσει ἀθάνατος εἶναι, ὅταν ἑαυτὸν θεάσηται ἐν τῷ νοητῷ καὶ ἐν τῷ καθαρῷ γεγενημένον. Ὄψεται γὰρ νῷ ὁρῶντα οὐκ αἰσθητόν τι, οὐδὲ τῶν θνητῶν τούτων, ἀλλ' ἁπλῷ τὸ ἀίδιον κατανοοῦντα, πάντα τὰ ἐν τῷ νοητῷ κόσμῳ, καὶ αὐτὸν νοητὸν καὶ φωτεινὸν γεγενημένον, ἀληθείᾳ καταλαμπόμενον τῇ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, ὃ πᾶσιν ἐπιλάμπει τοῖς νοητοῖς ἀλήθειαν· ὡς πολλάκις αὐτῷ δόξαι τοῦτο δὴ καλῶς εἰρῆσθαι· Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, πρὸς τὸ θεῖον ἀναβὰς, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ ὁμοιότητα ἀτενίσας. Εἰ δ' ἡ κάθαρσις ποιεῖ ἐν γνώσει τῶν ἀρίστων εἶναι, καὶ αἱ ἐπιστῆμαι ἔνδον οὖσαι ἀναφαίνονται, αἱ δὴ καὶ ὄντως ἐπιστῆμαί εἰσιν. Οὐ γὰρ δὴ ἔξω που δραμοῦσα ἡ ψυχὴ σωφροσύνην κτήσεται καὶ δικαιοσύνην, ἀλλ' αὐτὴ παρ' αὑτῇ ἐν τῇ κατανοήσει ἑαυτῆς καὶ τοῦ, ὃ πρότερον ἦν, ὥσπερ ἀγάλματα ἐν αὐτῇ ἱδρυμένα ὁρῶσα, οἷα ὑπὸ χρόνου ἰῷ κεπληρωμένα καθαρὰ ποιησαμένη· οἷον εἰ χρυσὸς ἐμψυχος εἴη, εἶτα ἀποκρουσάμενος, ὅσον γεηρὸν αὐτῷ, ἐν ἁγνείᾳ πρότερον ἑαυτοῦ ὢν, ὅτι μὴ χρυσὸν ἑώρα, τότε δὴ αὐτὸν ἤδη τοῦ χρήματος θαυμάσειεν, ὁρῶν ἀπεσκευασμένον, καὶ ὡς οὐδὲν ἄρα ἔδει αὐτῷ κάλλους ἐπακτοῦ, ἐνθυμοῖτο αὐτὸς κρατιστεύων, εἴ τις αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐᾷη εἶναι.

rem, quicumque nostrùm sic est affectus, exiguo quodam secundum animam a supernis distare videtur : in hoc videlicet duntaxat cedens, quod est in corpore. Quapropter, si vel omnes homines, vel plurimi talibus essent præditi animis, nullus adeo foret incredulus, ut aliquando diffideret, animæ ipsorum naturam esse penitus immortalem. Nunc vero, cum homines animam in plurimis deprehendant vitiis inquinatam, nimirum neque rem divinam neque immortalem esse facile judicant. Oportet autem naturam uniuscujusque considerare ad ipsum ejus purum respicientes. Nam quod adjunctum est, cognitionem ejus, cui est additum, semper impedire solet. Considera igitur auferendo : imo vero ille ipse, qui aufert, se ipsum intueatur, seque immortalem esse facile credet : quando scilicet se ipsum in mundo intelligibili puroque loco perspexerit habitantem. Cernet enim intellectum videntem, non sensibile quicquam, neque ex his mortalibus aliquid, sed vi sempiterna sempiternum rite considerantem : et omnia in mundo intelligibili, seque ipsum intelligibilem lucidumque effectum : veritate videlicet illustratum, quæ quidem ab ipso bono coruscat, quod intelligibilia omnia veritate collustrat. Jam igitur huic animo dictum illud valde convenit : Valete vos : ego vero immortalis jam deus, profectus ad divinum, divinæ similitudini totus incumbo. Si ergo purificatio ipsa efficit, ut animus optima quæque cognoscat : nimirum scientiæ latentes intus effulgent, quæ et re vera scientiæ sunt. Anima enim non extra currens temperantiam perspicit et justitiam : sed penes se ipsam in sui ipsius animadversione, ejusque, quod prius erat, agnitione, velut divinas imagines in se sitas jam intuetur, quas ante per tempus rubigine obsitas jam rite detersit : velut si aurum forte animatum foret, et quia terra obsitum, ideo non se intuens aurum, se ipsum penitus ignoraret : aliquando vero a se terram excutiens, cernensque purum, se ipsum admiraretur, cognosceretque non sibi opus esse extrinseca pulchritudine, optime secum agi putans, si quis ipsum in se tantum manere permittat.

Corpus animatum ipsius animæ beneficio habet, ut ex se quodammodo moveatur. Igitur anima potissimum habet idem : igitur et vitam ex se habet : igitur et in se a corpore non pendentem : semper ergo vivit etiam a corpore separata.

Animam ex se et in se moveri, vivereque etiam sine corporis sustentaculo apparet, præterea maxime, quando contra inclinationes corporis sese movet, et quando se ad incorporea transfert : si quod vero accidentale vitæ vestigium corpori est impressum, rediigendum est ad substantialem animæ vitam in se exsistentem, sicut calor vel pallor nubis ad lumen : atqui, ut lumen ad solem, sic anima refertur ad mentem.

ΙΑ'. Περὶ τοιούτου χρήματος τίς ἂν ἀμφισβητοίη νοῦν ἔχων, ὡς οὐκ ἀθάνατον, ᾧ πάρεστι μὲν ἐξ ἑαυτοῦ ζωὴ, ἣν οὐχ οἷόν τε ἀπολέσθαι; πῶς γὰρ οὐκ ἐπίκτητόν γε οὖσαν, οὐδ' αὖ οὕτως ἔχουσαν, ὡς τῷ πυρὶ θερμότης πάρεστι; λέγω δὲ οὐχ ὡς ἐπακτὸν ἡ θερμότης τῷ πυρὶ, ἀλλ' ὅτι, εἰ καὶ μὴ τῷ πυρὶ, ἀλλὰ τῇ τοιαύτῃ τῷ πυρὶ ὕλῃ· ταύτῃ γὰρ καὶ διαλύεται τὸ πῦρ· ἡ δὲ ψυχὴ οὐχ οὕτω τὴν ζωὴν ἔχει, ὡς ὕλην μὲν οὖσαν ὑποκεῖσθαι, ζωὴν δὲ ἐπ' αὐτῇ γενομένην τὴν ψυχὴν ἀποδεῖξαι· ἡ γὰρ οὐσία ἐστὶν ἡ ζωὴ, καὶ ἔστιν οὐσία ἡ τοιαύτη παρ' αὑτῆς ζῶσα, ὅπερ ἐστὶν, ὃ ζητοῦμεν, ἡ ψυχὴ, καὶ τοῦτο ἀθάνατον ὁμολογοῦσι, ἀναλύσουσιν ὡς σύνθετον· καὶ τοῦτο πάλιν, ἕως ἂν εἰς ἀθάνατον ἔλθωσι παρ' αὐτοῦ κινούμενον, ᾧ μὴ

XI. Nemo igitur sanæ mentis rem talem intuitus dubitabit, quin sit immortalis, cui ex se inest vita, quæ interire non potest : quo enim pacto interibit, cum non sit adventitia? neque ita se habeat, ut calor ad ignem? Non equidem hoc ideo dico, quod calorem igni adventitium esse putem, sed quia calor non tam igni, quam materiæ ignis insit. Ob hoc itaque etiam dissolvitur ignis, anima vero non sic habet vitam, ut ibi quidem materia sit subjecta, vita vero illi accedens effectam præstet animam : aut enim essentia est ipsa vita, atque est essentia talis ex se ipsa vivens, quod quidem est id, quod quærimus, anima : idque sane esse immortale confitebuntur : aut resolvent velut compositum, idque rursus, quousque ad immortale perveniant, se ipsum movens, quod nefas est mortem subire :

θέμις θανάτου μοῖραν δέχεσθαι· ἢ πάθος ἐπακτὸν τῇ ὕλῃ λέγοντες τὴν ζωὴν, παρ' ὅτου τοῦτο τὸ πάθος ἐλήλυθεν εἰς τὴν ὕλην, αὐτὸ ἐκεῖνο ἀναγκασθήσονται ὁμολογεῖν ἀθάνατον εἶναι, ἄδεκτον δν τοῦ ἐναντίου ᾧ ἐπιφέρει· ἀλλὰ γάρ ἐστι μία φύσις, ἐνεργείᾳ ζῶσα.

aut si forte vitam esse dicant affectionem quandam materiæ accidentem, illud tandem, a quo talis affectio tradita est materiæ, fateri immortale cogentur : quippe cum contrarium ejus, quod affert, suscipere nequeat, sed re vera est una natura actu vivens.

Anima nostra mundi animam motu rerumque intelligentia imitans sempiterna est, sicut et illa præsertim : quoniam dum, revocando se ad intima sui, res intelligit, declarat absolutas rerum formas sibi ingenitas se habere.

Denique, cum anima sit forma simplex, individua, non alligata materiæ, neque dissolvi potest, neque dividi, neque disperdi.

ΙΒ'. Ἔτι, εἰ πᾶσαν ψυχὴν φήσουσι φθαρτὴν, πάλαι ἂν ἔδει πάντα ἀπολωλέναι· εἰ δὲ τὴν μὲν, τὴν δ' οὔ, οἷον τὴν τοῦ παντὸς ἀθάνατον εἶναι, τὴν δ' ἡμετέραν μὴ, λεκτέον αὐτοῖς τὴν αἰτίαν. Ἀρχή τε γὰρ κινήσεως ἑκατέρα, καὶ ζῇ παρ' αὐτῆς ἑκατέρα, καὶ τῶν αὐτῶν τῷ αὐτῷ ἐφάπτεται, νοοῦσα τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, τά τε οὐρανοῦ ἐπέκεινα, καὶ πᾶν, ὅ ἐστι κατ' οὐσίαν, ζητοῦσα, καὶ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ἀναβαίνουσα. Ἥ τε δὴ παρ' αὐτῆς ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ θεαμάτων κατανόησις αὐτοεκάστου, καὶ ἐξ ἀναμνήσεως γιγνομένη, πρὸ σώματός τε αὐτῇ δίδωσι τὸ εἶναι, καὶ ἀΐδιος ἐπιστήμαις κεχρημένην, ἀΐδιον καὶ αὐτὴν εἶναι. Πᾶν τε τὸ λυόμενον, σύνθεσιν εἰς τὸ εἶναι εἰληφὸς, ταύτῃ διαλύεσθαι πέφυκεν, ᾗ συνετέθη· ψυχὴ δὲ μία καὶ ἁπλῆ ἐνέργεια οὖσα ἐν τῷ ζῇν φύσις, οὐ τοίνυν ταύτῃ φθαρήσεται· ἀλλ' ἆρα μερισθεῖσα κερματιζομένη ἀπόλοιτο ἄν; Ἀλλ' οὐκ ὄγκος τις οὐδὲ ποσὸν, ὡς ἐδείχθη, ἡ ψυχή. Ἀλλ' ἀλλοιωθεῖσα ἕξει εἰς φθοράν; ἀλλ' ἡ ἀλλοίωσις φθείρουσα τὸ εἶδος ἀφαιρεῖ, τὴν δὲ ὕλην ἐᾷ. Τοῦτο δὴ συνθέτου πάθος· εἰ οὖν κατὰ μηδὲν τούτων οἷόν τε φθείρεσθαι, ἄφθαρτον εἶναι ἀνάγκη.

XII. Proinde, si omnem animam esse caducam dicant, jam diu oporteret omnia fuisse deperdita : sin autem aliam quidem animam esse caducam, aliam vero nequaquam, ceu universi animam immortalem, nostram vero mortalem : differentiæ hujus causa illis est assignanda. Utraque sane motionis principium est, et utraque ex se ipsa vivit, atque eodem attingit eadem, intelligens cum quæ in cælo sunt, tum quæ supra cælum, et omne, quod secundum essentiam est, perquirens, et denique usque ad summum principium omnium proficiscens. Præterea ex eo, quod per se ipsam ex notionibus intimis, quod ipsum unumquodque sit, invenit, quodam scilicet reminiscentiæ munere, constat animam ante corpus vivere, scientiisque sempiternis utentem ipsam esse pariter sempiternam. Accedit ad hæc, quod omne solubile, cum ex compositione susceperit esse, hac conditione naturaliter dissolvi potest, qua est et compositum. Anima vero unus est et simplex actus, et natura in vivendo consistens : non igitur hac ratione poterit interire. Sed nonquid divisa quandoque in partes et dissipata peribit? At anima, ut demonstratum est, neque moles est, neque quantum quicquam. Num forte permutata et (ut dici solet) alterata perdetur? Verum alteratio quidem cum interimit, speciem aufert relicta materia. Hæc autem est compositi passio. Si ergo nullo ex his modo corrumpi potest, incorruptibilem esse necessarium est.

Anima nostra etsi est in genere divinorum, tamen, quia in eo genere ultimum tenet gradum, merito descendit in corpus, et si quidem caducum, ad divinum gradum iterum reversura.

Natura intellectus longe diversa est a corpore : agit enim in se ipsa fugiens interim a corporeis. Igitur inter puros intellectus et corpora sunt naturæ habentes partem quidem intellectualem, partem etiam animalem, id est, ad corpora sibi conformandi vergentem. Sunt in his tres gradus : nam in animis quidem cælestibus intellectuale superat animale : in nostris vero vicissim in dæmonicis æque se habent : nihil ergo mirum est animam nostram, quamvis divinam, in corpus mortale descendere, quando in se ipsa descendit ad tertia, id est, sub intellectu per rationem et imaginationem ad potentiam vegetalem.

ΙΓ'. Πῶς οὖν, τοῦ νοητοῦ χωριστοῦ ὄντος, ἥδε εἰς σῶμα ἔρχεται; ὅτι, ὅσος μὲν νοῦς μόνος ἀπαθὴς ἐν τοῖς νοητοῖς, ζωὴν μόνον νοεραν ἔχων, ἐκεῖ ἀεὶ μένει. Οὐ γὰρ ἔνι ὁρμὴ, οὐδ' ὄρεξις· ὃ δ' ἂν ὀρέξιν προσλάβῃ, ἐφεξῆς ἐκείνῳ τῷ νῷ ὄν, τῇ προσθήκῃ τῆς ὀρέξεως οἷον πρόεισιν ἤδη ἐπὶ πλέον, καὶ κοσμεῖν ὀρεγόμενον καθὰ ἐν νῷ εἶδεν, ὥσπερ κυοῦν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ὠδῖνον γεννῆσαι, ποιεῖν σπεύδει καὶ δημιουργεῖ, καὶ τῇ σπουδῇ ταύτῃ περὶ τὸ αἰσθητὸν τεταμένη, μετὰ μὲν πάσης τῆς τῶν ὅλων ψυχῆς ὑπερέχουσα τοῦ διοικουμένου εἰς τὸ ἔξω, καὶ τοῦ παντὸς συνεπιμελουμένη, μέρος δὲ διοικεῖν βουληθεῖσα, μονουμένη, καὶ ἐν ἐκείνῳ γιγνομένη, ἐν ᾧ ἐστιν, οὐχ ὅλη οὐδὲ πᾶσα τοῦ σώματος γενομένη, ἀλλά τι καὶ ἔξω σώματος ἔχουσα· οὔκουν οὐδὲ ὁ ταύτης νοῦς ἐμπαθής· αὕτη δὲ ὁτὲ μὲν ἐν σώματι, ὁτὲ δὲ σώματος ἔξω, ὁρμηθεῖσα μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων, εἰς δὲ τὰ τρίτα προελθοῦσα, εἰς τὰ ἐπὶ τάδε, νοῦ ἐνεργείᾳ, νοῦ μένοντος ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ διὰ ψυχῆς

XIII. Cum igitur ipsum intelligibile sit separatum, qua nam ratione anima procedit in corpus? Quoniam, quantum intellectus est solus passionis expers in grada intelligibilium, intellectualem solum vitam habens, semper ibi permanet. Non enim inest impetus ullus nec appetitus : quod autem appetitum adhibet, proxime deinceps intellectum illum comitans, appetitus adjunctione quasi jam longe, progreditur, atque exornare appetens ad exemplar eorum, quæ in intellectu vidit, ac velut inde prægnans atque parturiens affectat facere, et denique fabricari. Hoc itaque studio se ipsam anima circa sensibile pertrahens jam gubernat, ac, dum una cum communi universorum anima gubernacula gerit, collega ejus vivens in communi totius gubernatione, tanquam extrinsecus præsidens superans gubernatum. At, cum gubernare partem affectat, jam gubernat sola, eique infusa, in quo vivit, non tota neque omnis ipsa fit corporis, sed interim aliquid possidet extra corpus : igitur neque etiam hujus intellectus est passioni subjectus. Hæc autem alias quidem in corpore, alias autem vivit extra corpus, nempe impetu quodam exorditur a primis, et ad tertia usque progressa descendit ad nostra quodam intellectus actu : dum intellectus ipse permanet in se ipso, intereaque per animam pulchris omnia

πάντα καλῶν πληροῦντος, καὶ διακοσμοῦντος ἀθανάτου δι' ἀθανάτου, εἴπερ ἀεὶ καὶ αὐτὸς ὢν ἔσται δι' ἐνεργείας ἀπαύστου.

complet, exornator immortalis per animam immortalem : siquidem ipse quoque semper exsistens per actum incessabilem cuncta dispensat.

Omnes animæ proprias immortalesque vitas habent.

Quicquid vitæ ab anima nostra in nostrum corpus emicat, abeuntem hinc animam comitatur. Quod vero in fetu vitale cælitus impressum fuerat, cælitus conservatur, circa quod est noster animus hinc impurus emigrans amore se versat, purus vero reliquit.

ΙΔ'. Περὶ δὲ τῆς τῶν ἄλλων ζώων ψυχῆς, ὅσαι μὲν αὐτῶν σφαλεῖσαι καὶ μέχρι θηρίων ἦκον σωμάτων, ἀνάγκη καὶ ταύτας ἀθανάτους εἶναι. Εἰ δὲ ἔστιν ἄλλο τι εἶδος ψυχῆς, οὐκ ἄλλοθεν, ἢ ἀπὸ τῆς ζώσης φύσεως, δεῖ καὶ ταύτην εἶναι, καὶ αὐτὴν οὖσαν ζωῆς τοῖς ζώοις αἰτίαν, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς. Ἅπασαι γὰρ ὡρμήθησαν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς, ζωὴν ἔχουσαι οἰκείαν, ἀσώματοί τε καὶ αὗται καὶ ἀμερεῖς καὶ οὐσίαι. Εἰ δὲ τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν τριμερῆ οὖσαν τῷ συνθέτῳ λυθήσεσθαι, καὶ ἡμεῖς φήσομεν τὰς μὲν καθαρὰς ἀπαλλαττομένας τὸ προσπλασθὲν ἐν τῇ γενέσει ἀφήσειν, τὰς δὲ τούτῳ συνέσεσθαι ἐπὶ πλεῖστον, ἀφειμένον δὲ τὸ χεῖρον οὐδὲ αὐτὸ ἀπολεῖσθαι, ἕως ἂν ᾖ, ὅθεν ἔχει τὴν ἀρχήν· οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄντος ἀπολεῖται.

XIV. Quæritur præterea de anima etiam animalium reliquorum : et profecto, quæcumque inter eas tales sunt, ut a superioribus degenerantes usque ad brutorum corpora sint prolapsæ, hæ quoque necessario sunt immortales : si autem est alia quædam animæ species, oportet hanc insuper non aliunde pendere, quam a natura vivente : quippe cum ipsa etiam animalibus vitæ sit causa : similiter et plantarum animam se oportet habere. Omnes enim ab eodem principio processerunt propriam habentes vitam, atque hæ quoque sunt incorporeæ indivisibilesque et essentiæ. Si autem oporteat animam hominis exsistentem trimembrem composito solvi, et nos dicemus, animas quidem, quæ puræ abeunt, quod adjunctum in generatione fuerat, dimissuras : alias autem concretam ejusmodi labem longis temporum curriculis abstersuras : dimissum vero id, quod est deterius, dicemus neque ipsum quidem perdi, quamdiu sit, unde ducit originem. Nihil enim ex eo, quod ens censetur, unquam disperditur.

Animæ defunctorum nostra hæc memoriter tenent, sentiunt, curant, malefaciunt, benefaciunt.

Quamdiu corpus habent quodcumque, vel aerium, vel ætherium, proprios habent et sensus : sin omne corpus exuant, eminentia quadam intelligentiæ ad singula discernenda uti pro sensibus judicantur. Nam et imaginatio præsertim perfecta sensus præfert, et ratio imaginationem agit, atque sensus et intellectus rationem atque sequentia modo quodam præstantiore.

ΙΕ'. Ἃ μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἀποδείξεως δεομένους ἐρρήθη λέγεσθαι, εἴρηται· ἃ δὲ καὶ πρὸς τοὺς δεομένους πίστεως αἰσθήσει κεκραμένης, ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα πολλῆς οὔσης ἐκλεκτέον, ἔκ τε ὧν ἐκεῖνοι ἀνεῖλον, κελεύοντες μῆνιν ψυχῶν ἠδικημένων δέσκεσθαι, τιμάς τε νέμειν τεθνηκόσιν, ὡς ἐν αἰσθήσει οὖσι, καθ' ἃ καὶ πάντες ἄνθρωποι ποιοῦσιν εἰς τοὺς τετελευτηκότας. Πολλαὶ δὲ ψυχαί, πρότερον ἐν ἀνθρώποις οὖσαι, σωμάτων ἔξω γενόμεναι, οὐκ ἀπέστησαν τοῦ εὐεργετεῖν ἀνθρώπους· αἳ δὴ καὶ μαντεῖα ἀποδιξάμεναι εἴς τε τὰ ἄλλα χρῶσαι ὠφελοῦσι, καὶ δεικνύουσι δι' αὐτῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ψυχῶν, ὅτι μὴ εἰς τὸν ἀπολωλυῖαι.

XV. Hactenus dicta sunt, quæ ad illos, qui demonstrationem exigunt, dicenda erant : quæ vero opportune dicenda sint illis, qui fide quadam sensu permixta potius indigent, eligenda sunt ex historia, quæ ejusmodi rebus abundat : præsertim ex his, quæ dii oraculis mandaverunt, jubentes, indignationem animorum, qui injuria quondam sunt affecti, placari, meritosque honores reddi defunctis, tanquam talia sentientibus, quemadmodum et omnes erga defunctos observant. Animæ præterea multæ, quæ quondam vitam egerunt humanam, deinde a corpore segregatæ non destiterunt beneficiis humanum genus afficere : quæ profecto vaticiniis et oraculis, cum ad alia nobis conferunt, tum etiam per se ipsas demonstrant, nec aliorum animas exstinctas esse.

Desideras, magnanime Laurenti, brevem tandem longæ disputationis summam, disputationis, inquam, de immortalitate, et in Theologia, et in præsentia in longum jam productæ. Desiderabat et idem noster ille Bernardus, cum Veneti senatus hic orator noster hac de re latissime disputantes audiret. Bernardus, inquam, Bembus, vir apprime doctus, doctorumque patronus atque meus in sidere genioque frater. Tibi igitur atque illi pariter hæc erit summa quatuor distincta capitibus : primo quidem, quod anima rebus caducis dominari potest incitamentisque corporeis repugnare : secundo, quod multa a corporibus separata frequenter excogitat, sive res ipsas attingat per se separatas, sive separet ipsa : tertio, quod naturaliter æterna desiderat, ac sæpe æternorum fiducia negligit temporalia : quarto, quod æternum colit Deum vitæ sempiternæ gratia. Tota denique religio naturalis homini firmissimum immortalitatis est fundamentum.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Η.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΣΩΜΑΤΑ ΚΑΘΟΔΟΥ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ.

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER VIII.

DE ANIMÆ DESCENSU IN CORPORA.

(168,169.) [872—874.]

Animæ nostræ intellectuales in corpus descendunt per naturam vivificam intelligentiæ suæ subjunctam et corpus naturaliter adsciscentem, sicut flamma sulphur : similiter et cælestium intellectuales animæ corporibus suis per ejusmodi medium copulantur.

Voluit deus ad sui intellectus exemplar in qualibet mundi sphæra et in cælo et infra cælum animalia quædam intellectualia fore : ac, ne intellectus quasi per violentiam forent ad corpora protrahendi per naturam animalem, id est vegetalem, eis admixtam quasi plantam, corporibus libenter adsciscendis conciliavisse videtur.

Α'. Πολλάκις ἐγειρόμενος εἰς ἐμαυτὸν ἐκ τοῦ σώματος, καὶ γιγνόμενος τῶν μὲν ἄλλων ἔξω, ἐμαυτοῦ δὲ εἴσω, θαυμαστὸν ἡλίκον ὁρῶν κάλλος, καὶ τῆς κρείττονος μοίρας πιστεύσας τότε μάλιστα εἶναι, ζωήν τε ἀρίστην ἐνεργήσας, καὶ τῷ θείῳ εἰς ταὐτὸν γεγενημένος, καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυθεὶς εἰς ἐνέργειαν ἐλθὼν ἐκείνην, ὑπὲρ πᾶν τὸ ἄλλο νοητὸν ἐμαυτὸν ἱδρύσας, μετὰ ταύτην τὴν ἐν τῷ θείῳ στάσιν εἰς λογισμὸν ἐκ νοῦ καταβάς, ἀπορῶ, πῶς ποτε καὶ νῦν καταβαίνω, καὶ ὅπως ποτέ μοι ἔνδον ἡ ψυχὴ γεγένηται τοῦ σώματος, τοῦτο οὖσα οἷον ἐφάνη καθ' ἑαυτήν, καίπερ οὖσα ἐν σώματι. Ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος, ὃς ἡμῖν παρακελεύεται ζητεῖν τοῦτο, (ἀμοιβάς τε ἀναγκαίας τιθέμενος ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁδόν τε ἄνω καὶ κάτω εἰπὼν, καὶ τὸ μεταβάλλον ἀναπαύεσθαι καὶ κάματον εἶναι τοῖς αὐτοῖς μοχθεῖν καὶ ἄγχεσθαι,) εἰκάζειν ἔδωκεν, ἀμελήσας σαφῆ ἡμῖν ποιῆσαι τὸν λόγον· ὡς δέον ἴσως παρ' αὐτῷ ζητεῖν, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν. Ἐμπεδοκλῆς τε εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα, καὶ αὐτὸς φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἧκειν πίσυνος μαινομένῳ νείκει, τοσοῦτον παρεγύμνου, ὅσον καὶ Πυθαγόρας, οἶμαι, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου ἠνίττοντο περί τε τούτου, περί τε πολλῶν ἄλλων. Τῷ δὲ παρῆν καὶ διὰ ποίησιν οὐ σαφεῖ εἶναι. Λείπεται δὲ ἡμῖν ὁ θεῖος Πλάτων, ὃς πολλά τε καὶ καλὰ περὶ ψυχῆς εἶπε, περί τε ἀφίξεως αὐτῆς πολλαχῇ εἴρηκεν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις, ὥστε ἐλπίδα ἡμῖν εἶναι λαβεῖν παρ' αὐτοῦ σαφές τι. Τί οὖν λέγει ὁ φιλόσοφος οὗτος; οὐ ταὐτὸν λέγων πανταχῇ φανεῖται, ἵνα ἄν τις ἐκ ῥᾳδίας τὸ τοῦ ἀνδρὸς βούλημα ἴδῃ, ἀλλὰ τὸ αἰσθητὸν πᾶν πανταχοῦ ἀτιμάσας, καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν τῆς ψυχῆς μεμψάμενος, ἐν δεσμῷ τε εἶναι καὶ τέθάφθαι ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν λέγει, καὶ τὸν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενον λόγον μέγαν εἶναι, ὃς ἐν φρουρᾷ τὴν ψυχήν φησιν εἶναι· καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον, τόδε τὸ πᾶν δοκεῖ μοι λέγειν, ὅπου γε λύσιν τῶν δεσμῶν καὶ ἄνοδον ἐκ τοῦ σπηλαίου τῇ ψυχῇ φησιν εἶναι τὴν πρὸς τὸ νοητὸν πορείαν· ἐν δὲ Φαίδρῳ πτεροῤῥύησιν αἰτίαν τῆς ἐνταῦθα ἀφίξεως, καὶ περίοδοι αὐτῷ ἀνελθοῦσαν πάλιν φέρουσι τῇδε, καὶ κρίσεις δὲ κατα-

I. Sæpe quidem experrectus e corpore ad me ipsum et extra cetera positus, intraque me receptus, pulchritudinem intueor admirandam : ideoque tunc confido quam maxime, sortis me esse præstantioris : quippe cum vitam tunc optimam agam, et in idem cum divinitate conspirem, in qua etiam situs ad illam pervenio actionem, per quam me ipsum super omne aliud intelligibile jam constituam. Verum, post hanc in divinitate quietem in ratiocinationem ex mente delapsus, ambigo equidem, quonam pacto in præsentia quoque descendam, et quomodo mihi quandoque anima corpori se ipsam insinuaverit, quippe cum talis sit, qualis apparuit per se ipsam, quamvis in corpore vivat. Etenim Heraclitus, qui nobis præcepit istud acquirere (vicissitudines necessarias ponens ex contrariis, viamque et supra et infra dicens, et commutans acquiescere, et fatigationem esse iisdem laborare et angi), divinandi materiam exhibet, negligens planam nobis facere rationem : ut fortasse apud ipsum quærendum sit, quemadmodum et ipse anquirens invenerit. Empedocles præterea, cum dixerit, legem exstare constituentem, animas, quæ peccarunt, ad hæc nostra corruere, atque ipse sic a deo profugus furiosæ discordiæ crediturus atque serviturus, tantum (ut arbitror) pertractavit, quantum Pythagoras sectatoresque illius cum de hoc, tum de plerisque aliis per involucra quædam significaverunt. Sed hic quoque propter poesim evasit obscurior. Reliquus vero nobis est Plato divinus, qui et alia multa præclaraque de anima tradidit, et de adventu ejus ad nostra in libris suis multa disseruit : ita ut sperare possimus, nos ab eo manifesti aliquid accepturos. Quid ergo hic philosophus ait? Profecto non idem ubique videtur dicere, ut facile aliquis sensum ejus percipere valeat. Principio sensibile totum ubique contemnit, et commercium animæ cum corpore damnat, asserens, eam hic includi vinculis et in corpore esse sepultam : item arcanum illud oraculum veneratur quo traditur, animam hic in custodia quadam et carcere sitam esse. Rursus spelunca apud Platonem, universum hoc (ut arbitror) nobis significat : ubi etiam solutionem ex vinculis et ascensum e spelunca in anima esse ait ipsam ad intelligibile progressionem. In Phædro quinetiam alarum sive pennarum casum sive jacturam, causam esse descensionis : hæc arbitratur : ubi et circuitûs quidam animam illi profectam iterum ad hæc nostra retorquent : alias ille

πέμπουσιν ἄλλας ἐνταῦθα, καὶ κλῆροι, καὶ τύχαι, καὶ ἀνάγκαι, καὶ ἐν τούτοις ἅπασι μεμψάμενος τὴν τῆς ψυχῆς ἄφιξιν πρὸς σῶμα· ἐν Τιμαίῳ περὶ τοῦδε τοῦ παντὸς λέγων τόν τε κόσμον ἐπαινεῖ, καὶ θεὸν λέγει εἶναι εὐδαίμονα, τήν τε ψυχὴν παρὰ ἀγαθοῦ τοῦ δημιουργοῦ πρὸς τὸ ἔννουν τόδε τὸ πᾶν εἶναι δεδόσθαι, ἐπειδὴ ἔννουν μὲν αὐτὸ ἔδει εἶναι, ἄνευ δὲ ψυχῆς οὐχ οἷόν τε ἦν τοῦτο γενέσθαι. Ἥ τε οὖν ψυχὴ ἡ τοῦ παντὸς τούτου γάριν εἰς αὐτὸ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐπέμφθη, ἥ τε ἑκάστου ἡμῶν πρὸς τὸ τέλεον αὐτὸ εἶναι· ἐπειδὴ ἔδει, ὅσα ἐν νοητῷ κόσμῳ, τὰ αὐτὰ ταῦτα γένη ζώων καὶ ἐν τῷ αἰσθητῷ ὑπάρχειν.

animas judicia huc divina demittunt, et sortes, et Fortunæ atque Necessitates : denique in his omnibus adventum animæ ad corpus criminari videtur. Verum in Timæo de hoc universo disputans et mundum laudat, et deum appellat beatum; animamque ab opifice bono huic ideo traditam esse, ut mundus posset intellectualis evadere : quando intellectualem quidem hunc oportebat esse, sed absque anima mundanum corpus intellectum assequi non valebat. Igitur et ipsa totius anima hanc ob causam a deo infusa est universo, et uniuscujusque nostrûm anima similiter ad ipsam denique totius mundi perfectionem. Oportebat enim, quot sunt in mundo intelligibili, totidem similiaque animalium genera in mundo sensibili contineri.

Conjunctio animæ cum corpore, etsi est secundum quandam animæ naturam atque etiam ad universi perfectionem, tamen duplici ratione animis nostris obest, quia et intelligentiam quodammodo impedit, et animum perturbationibus implet : animis vero cælestibus hæc impedimenta non accidunt.

Quoniam per naturam genitalem conjunctio cum corpore naturalis est animæ, ideo cælestes animæ, quæ hac sola potentia utuntur ad corpus, in habitu naturali felicique consistunt. Cum enim earum corpora nec dissolvenda, nec externis passionibus subdita, nec ullius egena sint, facile per solam animæ suæ vim genitalem reguntur, atque moventur. Nec earum contemplationem tranquillitatemque impediunt : animis vero nostris contraria ratione accidit et contrarium : datur tamen reditus ad superna, siquidem quandoque fit ad superna conversio. Ad inferiora vero labi Porphyrius ait, quando animus quasi ager jam depravatur, ut qui multis annis produxerit triticum, reddat denique pro tritico lolium, id est, solitas notiones intellectuales edere, jam ferat imaginales. Tunc e radicibus animæ pullulat, inquit, vegetalis actus quasi germen : per quod in corpus jam porrectum anima corpori se conglutinat. Porphyrius hic animarum lapsum casui dæmonum ab Hebræis introducto facit similem, vitio videlicet intelligentiæ vel voluntatis effectum, unde sequuta sit concupiscentia demens. Quod etiam de dæmonibus disputans Dionysius ait : qui ibi videtur dæmonas animalia ponere, sicut et Basilius plurimique Græci theologi putaverant : tum vero si verum sit illud Damasceni, ultimos tantum angelos cecidisse, atque evaserint animalia, valde similis erit Platonicus animarum lapsus dæmonibus apud Hebræos Christianosque cadentibus. Proinde, ubi apud Plotinum atque Proclum legis, particulares animas agere particulares vicissitudines, tum ad superiora, tum ad inferiora, ne intelligas, animam tum infinita corpora mutaturam : finitæ namque sunt et paucæ unius animæ mutationes in anno mundi magno, atque in anno sequenti, ut aiunt, eadem penitus retexuntur. Præterea nec oportet omnem animam omnes induere species, nec quamlibet animam pariter ascendere vel descendere. Sunt enim (ut Platonice loquar) inter animas hominum differentiæ quædam quodammodo speciales, sicut in stellis, quæ videntur aspectu consimiles : differuntque inter se animæ nostræ, non sicut pirum a pomo persico, sed sicut a piro pirum. Sunt ergo determinati singulis pro natura progressus. Excellentiores icitur animæ ascendunt quidem altius, minusve descendunt : deteriores vero vicissim. Humanas dico animas, et ad corpora tantum humana descendere : sic enim opinionem Platonicam moderamur, quæ erit insuper moderatior, si ab Hebræis accipiatur, existimantibus, ter solum animam in hominem devenire, postremo semper fore vel miseram vel beatam.

Β'. Ὥστε ἡμῖν συμβαίνειν περὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς πρὸ αὐτοῦ μαθεῖν ζητήσασιν ἐξ ἀνάγκης ἐφάπτεσθαι, καὶ περὶ ψυχῆς ὅλως ζητῆσαι, πῶς ποτε κοινωνεῖν σώματι πέφυκε· καὶ περὶ κόσμου φύσεως, οἷόν τινα δεῖ αὐτὸν τιθέσθαι, ἐν ᾧ ψυχὴ ἐνδιαιτᾶται ἑκοῦσα, εἴτε ἀναγκασθεῖσα, εἴτε τις ἄλλος τρόπος. Καὶ περὶ ποιητοῦ δὲ, εἴτε ὀρθῶς, εἴτε ὡς ἡμέτεραι ψυχαὶ [οὖσαι] ἴσως, ἃς ἔδει σώματα διοικούσας χείρω δι' αὐτῶν εἴσω τοῦ δῦναι, εἴπερ ἔμελλον κρατήσειν, σκεδασθέντος μὲν ἂν ἑκάστου, καὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον τόπον φερομένου, ἐν δὲ τῷ παντὶ πάντα ἐν οἰκείῳ κατὰ φύσιν κεῖται· πολλῆς δὲ καὶ ὀχλώδους προνοίας δεομένων, ἅτε πολλῶν τῶν ἀλλοτρίων αὐτοῖς προσπιπτόντων, ἀεί τε ἐνδεᾶ συνεχομένων, καὶ πάσης βοηθείας ὡς ἐν πολλῇ δυσχερείᾳ δεομένων. Τὸ δὲ τέλεόν τε ὂν καὶ ἱκανὸν καὶ αὐτάρκες, καὶ οὐδὲν ἔχον αὐτῷ παρὰ φύσιν, βραχέος οἷον κελεύσματος δεῖται· καὶ ὡς πέφυκε ψυχὴ ἐθέλειν, ταύτῃ καὶ ἀεὶ ἔχει, οὔτε ἐπιθυμίας ἔχουσα, οὔτε πάσχουσα· οὐδὲν γὰρ ἄπεισιν, οὐδὲ πρόσεισι. Διὸ καί φησι καὶ τὴν ἡμετέραν, εἰ μετ' ἐκείνης γένοιτο τελέας, πτερωθεῖσαν καὶ αὐτὴν, μετεωροπορεῖν, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖν, ὅτε μὴ ἀφίσταται, εἰς τὸ μὴ ἐντὸς

II. Dum igitur apud Platonem de anima nostra perquirimus, necessario contingit nobis simul omnino de anima perscrutari, quanam ratione sic natura instituta sit, ut esset cum corpore commercium habitura. Item de natura mundi, qualem potissimum hunc asserere debeamus, in quo anima posita est res dispensatura corporeas, sive sponte seu coacta, sive alia quadam conditione. Quærendum etiam de harum rerum effectore, rectene, an aliter, et utrum præstantius agat, an sicut animæ nostræ, quas forsan oportuit deteriora corpora gubernaturas interius penetrare per illa, si modo superare contineregue debeant :. quippe cum unumquodque corpus dissipetur, loçumque repetat proprium, sed in ipso toto omnia propria in sede naturaliter collocentur. Præterea corpora nostra plurimam sollicitamque providentiam exigunt, quibus multa alienaque incidunt : quibus semper opus est multis : quibus in summa difficultate et discrimine positis omni opus est patrocinio. Corpus vero mundi cum sit perfectum, plenum, sibi sufficiens, nihil unquam patiens præter naturam, quasi jussu quodam brevi et facili regitur : atque ut anima naturaliter instituta est velle, ita se semper habet, neque cupiditatibus incitatur, neque perturbationibus ullis afficitur : nihil enim discedit, nihil rursus accedit. Quamobrem animam quoque nostram ait Plato, si quando cum illa perfecta vivat, ipsam quoque fore perfectam, seque ipsam per sublimia collaturam, totumque mundum gubernaturam. Quando enim inde non absit,

εἶναι τῶν σωμάτων, μηδέ τινος εἶναι, τότε καὶ αὐτὴν, ὥσπερ τὴν τοῦ παντὸς, συνδιοικήσειεν ῥᾳδίως τὸ πᾶν· ὡς οὐ κακὸν ὂν ψυχῇ ὁπωσοῦν σώματι παρέχειν τὴν τοῦ εὖ δύναμιν καὶ τοῦ εἶναι, ὅτι μὴ πᾶσα πρόνοια τοῦ χείρονος ἀφαιρεῖ τὸ ἐν τῷ ἀρίστῳ τὸ προνοοῦν μένειν. Διττὴ γὰρ ἐπιμέλεια παντὸς, τοῦ μὲν καθόλου κελεύσει κοσμοῦντος ἀπράγμονι ἐπιστασίᾳ βασιλικῇ, τὸ δὲ καθ' ἕκαστα ἤδη αὐτουργῷ τινι ποιήσει συναφῇ τῇ πρὸς τὸ πραττόμενον τὸ πρᾶττον τοῦ πραττομένου τῆς φύσεως ἀναπιμπλᾶσα. Τῆς δὲ θείας ψυχῆς τοῦτον τὸν τρόπον τὸν οὐρανὸν ἅπαντα διοικεῖν ἀεὶ λεγομένης, ὑπερεχούσης μὲν τῷ κρείττονι, δύναμιν δὲ τὴν ἐσχάτην εἰς τὸ εἴσω πεμπούσης, αἰτίαν μὲν ὁ θεὸς οὐκ ἂν ἔτι λέγοιτο ἔχειν, τὴν τοῦ τὴν ψυχὴν τοῦ παντὸς ἐν χείρονι πεποιηκέναι· ἥ τε ψυχὴ οὐκ ἀπεστέρηται τοῦ κατὰ φύσιν, ἐξ ἀϊδίου τοῦτ' ἔχουσα καὶ ἔξουσα ἀεί, ὃ μὴ οἷόν τε παρὰ φύσιν αὐτῇ εἶναι, ὅπερ διηνεκῶς αὐτῇ ἀεὶ ὑπάρχει, οὔποτε ἀρξάμενον. Τάς τε τῶν ἀστέρων ψυχὰς τὸν αὐτὸν τρόπον πρὸς τὸ σῶμα ἔχειν λέγων, ὥσπερ τὸ πᾶν, (ἐντίθησι γὰρ καὶ τούτων τὰ σώματα εἰς τὰς τῆς ψυχῆς περιφοράς,) ἀποσώζοι ἂν καὶ τὴν περὶ τούτους πρέπουσαν εὐδαιμονίαν. Δύο γὰρ ὄντων, δι' ἃ δυσχεραίνεται ἡ ψυχῆς πρὸς σώματα κοινωνία, ὅτι τε ἐμπόδιον πρὸς τὰς νοήσεις γίγνεται, καὶ ὅτι ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν πίμπλησιν αὐτὴν, οὐδέτερον τούτων ἂν γένοιτο ψυχῇ, ἥτις μὴ εἰς τὸ εἴσω ἔδυ τοῦ σώματος, μηδὲ τινός ἐστι, μηδὲ ἐκείνου ἐγένετο, ἀλλ' ἐκεῖνο αὐτῆς ἐστι τε τοιοῦτον, οἷον μήτε τινὸς δεῖσθαι, μήτε τινὶ ἐλλείπειν, ὥστε μηδὲ τὴν ψυχὴν ἐπιθυμιῶν πίμπλασθαι ἢ φόβων. Οὐδὲν γὰρ δεινὸν μή ποτε περὶ σώματος προσδοκήσῃ τοιούτου, οὔτε τις ἀσχολία νεῦσιν ποιοῦσα κάτω ἀπάγει τῆς κρείττονος καὶ μακαρίας θέας, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ πρὸς ἐκείνοις ἀπράγμονι δυνάμει τόδε τὸ πᾶν κοσμοῦσα.

neque se prorsus immergat corporibus, neque sit alicujus, tunc eam quoque, velut animæ mundanæ collegam, universum æqua facilitate recturam : quasi non sit animæ malum quomodocumque præbere corpori essendi, et bene essendi, potentiam. Non enim providentia omnis in deterioribus dispensandis inhibet interim providentem in optimo statu perseverare. Duplex sane in universo providentia est, [communis et propria] : et communis quidem jussu quodam a sollicitudine libero, regioque imperio cuncta componit : propria vero singulatim jam opera quadam, ut ita dixerim, manuaria opificium attrectando, opificem ipsum opificii conditione implet atque contaminat. Cum vero anima divina eo, quo dixi, modo totum cælum semper gubernare dicatur, supereminens quidem quod deterius est, vim autem ultimam huic intus infundens, non poterit quispiam causari deum, quasi totius animam in ipso deteriori posuerit. Jam vero et hæc ipsa anima naturali munere privatur nunquam, ab ævo id ipsum possidens semperque similiter habitura. Quod quidem huic præter naturam ipsius esse non potest : quippe cum huic assidue semper adsit, neque inceperit unquam. Stellarum quoque animas eodem modo ad corpus habere se dicit, quo et totius animam : nam et harum corpora animæ discursionibus admovet : ubi certe stellis etiam decentem servat felicitatem. Cum enim duo quædam sint, propter quæ potissimum commercium animæ ad corpora culpari solet, cum quia intelligentiam impedit, tum quia voluptatibus, libidinibus, doloribus obruit animum, neutrum profecto incommodum accidit animæ, quæcumque neque corporis penetralibus se prorsus immerserit, neque sit alicujus, neque evaserit corporis, sed vicissim animæ corpus, quod quidem tale sit, ut neque re ulla indigeat, neque defectum alicubi patiatur : quocirca neque animam concupiscentiis timoribusque inficiat. Nihil enim incommodi, nihil discriminis tali corpori occurrit animo metuendum : neque occupatio prorsus ulla ad inferiora declinans, a sublimi beataque contemplatione detorquet : imo vero ejusmodi anima semper divinis incumbit, facultate interim nequaquam sollicita nec operosa moderans universum.

Quoniam omnis natura præter primam simplicissimam infinitam multiplicabilis est, ideo in genere intellectuali multi sunt intellectus : in genere animali multæ sunt animæ : in ordine animarum multæ sunt intellectuales : quales sunt cæleste, dæmonicæ, nostræ.

Animæ nostræ, præter intellectum in mundo intelligibili semper agentem, habent rationem, imaginationem, sensum, vim vegetalem, quas sane vires officiis propriis quandoque oportet uti. His autem utuntur in corpore : itaque consentaneum est, eas in corpora quandoque descendere.

Γ'. Περὶ δὲ τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς, ἡ ἐν σώματι πάντα λέγεται κακοπαθεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, ἐν ἀνίαις, καὶ ἐπιθυμίαις, καὶ φόβοις, καὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς γιγνομένη, ἣ καὶ δεσμὸς τὸ σῶμα καὶ τάφος, καὶ ὁ κόσμος αὐτῇ σπήλαιον καὶ ἄντρον, ἥντινα γνώμην οὐ διάφωνον ἔχει ἐκ τῶν αἰτιῶν, οὐ τῶν αὐτῶν τῆς καθόδου, νῦν λέγωμεν, ὄντος τοίνυν παντὸς νοῦ ἐν τῷ τῆς νοήσεως τόπῳ, ὅλου τε καὶ παντὸς, ὃν δὴ κόσμον νοητὸν τιθέμεθα, ὄντων δὲ καὶ τῶν ἐν τούτῳ περιεχομένων νοερῶν δυνάμεων καὶ νόων τῶν καθ' ἕκαστα, (οὐ γὰρ εἷς νοῦς μόνος, ἀλλ' εἷς καὶ πολλοί,) πολλὰς ἔδει καὶ ψυχὰς καὶ μίαν εἶναι, καὶ ἐκ τῆς μιᾶς τὰς πολλὰς διαφόρους· ὥσπερ ἐκ γένους ἑνὸς εἴδη τὰ μὲν ἀμείνω, τὰ δὲ χείρω, καὶ τὰ μὲν νοερώτερα, τὰ δ' ἧττον ἐνεργείᾳ τοιαῦτα. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐν τῷ νῷ τὸ μὲν νοῦς,

III. In præsentia vero sermo nobis sit de anima nostra, quæ fertur in corpore mala omnia pati, miseramque vitam ducere, doloribus, cupiditatibus, timoribus ceterisque malis oppressa, cui corpus vinculum est atque sepulchrum : cui mundus est spelunca et antrum. Quæ quidem sententia de anima utraque diversa sentiens, veritati non dissonat, cum non sit in utraque eadem ratio descendendi : principio cum sit intellectus omnis in ipso intelligentiæ loco, totusque et omnis, quem mundum intelligibilem arbitramur : item cum sint ibidem comprehensæ vires intellectuales intellectusque singuli, (non enim unus solus est intellectus, sed unus et multi :) animarum multas quoque animas unamque oportuit esse, multasque ex una inter se differentes, sicut ex uno quodam genere species, partim quidem præstantiores, partim vero deteriores, et partim magis intellectuales, partim minus actu tales. Etenim illic in mente hoc quidem est intel-

περιέχων δυνάμει τἆλλα, οἷον ζῶων μέγα, τὰ δ' ἐνεργείᾳ ἕκαστον, ἃ δυνάμει περιεῖχε θάτερον, οἷον εἰ πόλις ἔμψυχος ἦν περιεκτικὴ ἐμψύχων ἄλλων, τελειοτέρα μὲν πόλεως καὶ δυνατωτέρα, οὐδὲν μὴν ἐκώλυε τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι καὶ τὰς ἄλλας· ἢ ὡς ἐκ τοῦ παντὸς πυρὸς τὸ μὲν μέγα, τὸ δὲ μικρὰ πυρὰ εἴη. Ἔστι δὲ ἡ πᾶσα οὐσία ἡ τοῦ παντὸς πυρὸς, μᾶλλον δὲ, ἀφ' ἧς καὶ ἡ τοῦ παντός. Ψυχῆς δὲ ἔργον τῆς λογικωτέρας νοεῖν μέν, οὐ τὸ νοεῖν δὲ μόνον· (τί γὰρ ἂν καὶ νοῦ διαφέροι;) προσλαβοῦσα γὰρ τῷ νοερὰ εἶναι καὶ ἄλλο, καθ' ὃ τὴν οἰκείαν ἔσχεν ὑπόστασιν, νοῦς οὐκ ἔμεινεν· ἔχει τε ἔργον καὶ αὐτὴ, εἴπερ πᾶν, ὃ ἂν ᾖ τῶν ὄντων. Βλέπουσα δὲ πρὸς μὲν τὸ πρὸ ἑαυτῆς νοεῖ, εἰς δὲ ἑαυτὴν, σώζει ἑαυτὴν, εἰς δὲ τὸ μετ' αὐτὴν, ὃ κοσμεῖ τε καὶ διοικεῖ καὶ ἄρχει αὐτοῦ· ὅτι μηδὲ οἷόν τε ἦν στῆναι τὰ πάντα ἐν τῷ νοητῷ, δυναμένου ἐφεξῆς ἄλλου καὶ ἄλλου γενέσθαι, ἐλάττονος μὲν, ἀναγκαίου δὲ εἶναι, εἴπερ καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ.

lectus alia omnia potentia comprehendens, velut animal ingens : alia vero actu sunt unumquodque, quæ potentia alterum comprehendit : velut si qua civitas animata foret complectens alias animatas, perfectior quidem et potentior esset ipsa civitatis communis anima, nihil tamen prohiberet, alias quoque animas civitatum ejusdem esse naturæ : vel sicut si ex universo igne alius quidem magnus sit ignis, alii vero parvi. Est enim ipsa omnis essentia ignis videlicet universi : imo vero, a qua et omuis ignis essentia est. Opus autem animæ, quæ rationalior est, certe est intelligere, neque tamen intelligere solum : alioqui, quo differat ab intellectu, non video : sed præter id, quod intellectualis est, assumens insuper aliud, secundum quod propriam sortitur naturam, non permanet intellectus. Habet autem opus et ipsa, si quidem, quicquid in entium ordine numeratur, proprium opus habet. Jam vero suspiciens anima ad id, quod ipsa superius est, intelligit : respiciens autem in se ipsam, servat profecto se ipsam. At vero ad id, quod inferius est, jam vergens exornat ipsum et gubernat et regit : fieri sane non poterat, ut in mundo intelligibili omnia conquiescerent : quippe cum aliud deinceps aliudque effici posset, quod quidem continue minus evaderet, necessario tamen exoriretur, quamdiu, quod superius est, consistat.

Intellectus divinus impressit intellectui nostro omniformem universi formam, quæ facile in rationem vacantem inde subrutilat. Quando igitur ratio ad eam penitus se convertit, secumque rapit imaginationem, in eodem statu, quo et mundi anima, permanet, id est, simili divinorum contemplatione fruitur, et interim cœlum habitans ad universalem mundi gubernationem intuitum convertit similiter et affectum. At quando ratio una cum imaginatione, universali mundi forma neglecta, particularem quandam diligentius intuetur, et amat ardentius, jamque et vegetalis ipsa natura eandem prorsus affectat, tunc anima facta jam angustior corpus asciscit angustum, passionibusque subjectum. Hinc igitur curis innumerabilibus sollicitata vexatur.

Δ'. Τὰς δὴ καθ' ἕκαστα ψυχὰς ὀρέξει μὲν νοερᾷ χρωμένας ἐν τῇ ἐξ οὗ ἐγένοντο πρὸς αὐτὸ ἐπιστροφῇ, δύναμιν δὲ καὶ εἰς τὸ ἐπὶ τάδε ἐχούσας, οἷάπερ φῶς, ἐξηρτημένον μὲν κατὰ τὰ ἄνω ἡλίου, τῷ δὲ μετ' αὐτὸ οὐ φθονοῦν τῆς χορηγίας, ἀπήμονας μὲν εἶναι [χρὴ] μετὰ τῆς ὅλης μενούσας ἐν τῷ νοητῷ, ἐν οὐρανῷ δὲ μετὰ τῆς ὅλης συνδιοικεῖν ἐκείνῃ· οἷα οἱ βασιλεῖς τῷ πάντων κρατοῦντι συνόντες, συνδιοικοῦσιν ἐκείνῳ οὐ καταβαίνοντες οὐδ' αὐτοὶ ἀπὸ τῶν βασιλείων τόπων· καὶ γὰρ εἰσὶν ὁμοῦ ἐν τῷ αὐτῷ τότε· μεταβάλλουσαι δὲ ἐκ τοῦ ὅλου εἰς τὸ μέρος τε εἶναι καὶ ἑαυτῶν, καὶ οἷον κάμνουσαι τῷ σὺν ἄλλῳ εἶναι, ἀναχωροῦσιν εἰς τὸ αὑτῶν ἑκάστη. Ὅταν δὴ τοῦτο διὰ χρόνων ποιῇ, φεύγουσα τὸ πᾶν, καὶ τῇ διακρίσει ἀποστᾶσα καὶ μὴ πρὸς τὸ νοητὸν βλέπῃ, μέρος γενομένη, μονοῦταί τε καὶ ἀσθενεῖ, καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πρὸς μέρος βλέπει, καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ὅλου χωρισμῷ ἑνός τινος ἐπιβᾶσα, καὶ τὸ ἄλλο πᾶν φυγοῦσα, ἐλθοῦσα καὶ στραφεῖσα εἰς τὸ ἐν ἐκεῖνο πληττόμενον ὑπὸ τῶν ὅλων καὶ πάντων τοῦ τε ὅλου ἀπέστη, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον μετὰ περιστάσεως διοικεῖ, ἁφαπτομένη ἤδη καὶ θεραπεύουσα τὰ ἔξωθεν, καὶ παροῦσα καὶ οὖσα αὐτοῦ πολὺ εἰς τὸ εἴσω. Ἐνύδα καὶ συμβαίνει αὐτῇ τὸ λεγόμενον πτεροῤῥυῆσαι, καὶ ἐν δεσμοῖς τοῖς τοῦ σώματος γενέσθαι, ἁμαρτούσῃ τοῦ ἀβλαβοῦς τοῦ ἐν τῇ διοικήσει τοῦ κρείττονος, ὃ ἦν παρὰ τῇ ψυχῇ τῇ ὅλῃ· τὸ δὲ πρὸ τοῦ ἦν παντελῶς ἄμεινον ἀναδραμούσῃ· εἱλκηται οὖν πεσοῦσα καὶ πρὸς τῷ δεσμῷ οὖσα, καὶ τῇ αἰσθήσει ἐνεργοῦσα διὰ τὸ κωλύεσθαι τῷ νῷ ἐνεργεῖν καταρχὰς, τεθάφθαι τε λέγεται καὶ ἐν σπηλαίῳ εἶναι. Ἐπιστραφεῖσα δὲ πρὸς νόησιν λύεσθαί τε ἐκ τῶν δεσμῶν, καὶ ἀναβαίνειν, ὅταν ἀρχὴν

IV. Oportet itaque singulas animas appetitu utentes intellectuali in ipsa ad auctorem suum conversione, habentes quinetiam facultatem ad sequentia dispensanda, quemadmodum lumen desuper quidem soli suspensum, sed interim se inferioribus sine invidia porrigens : oportet, inquam, illas indemnes illæsasque servari, quatenus una cum anima tota in mundo intelligibili vitam agunt. In cœlo præterea una cum tota quasi collegas similiter gubernare, sicut et reges alii una cum ipso rege omnium congregati ceu collegæ una cum ipso cuncta componunt, nec ipsi quidem e sodibus regiis descendentes : tunc enim in eodem cum ipso rege sunt statu. Cum vero animæ ab ipso toto ad id deveniunt, ut pars quædam jam suique juris evadant, quasi jam tædeat res una cum alio gerere, singulæ tunc se ad propria revocant. Quando itaque id diutius talis animus agit, fugiens totum, et inde discrepantia quadam jam sejunctus, nec ulterius intelligibile suspicit, pars aliqua jam evadens, nimirum solus relinquitur, et veluti destitutus fit impotens, negotiisque distrahitur. Nam parti cuidam est addictus, dum segregatus a toto uni cuidam se mancipat, omne reliquum fugiens, et profectus conversusque ad unicum illud a totis omnibusque concussum, sic itaque a toto degenerat, et proprium quiddam circa illa, quæ undique incidunt, distractus curat, contrectans colensque jam externa : nec solum assistens corpori, sed intra valde progressus. Hinc igitur, sicut dicitur, animus pennis abjectis sive confractis alligatur in corpore, postquam ab incolumi innoxioque habitu melioris provinciæ gubernandæ longius aberravit : qualis quidem habitus penes ipsam totius animam ante vigebat. Quod vero ante hoc est, omnino melius contingebat animo ad ipsum refugient. Quamobrem devinctus est animus scilicet deladsus ab alto, et inde compedibus alligatus, et agendo sensibus utens, propterea quod prohibetur ab initio uti mente : fertur quoque sepultus esse et conditus in spelunca. At cum ad intelligentiam se convertit, solvi ex vinculis judicatur altiusque ascendere, quando videlicet ex quodam reminiscentiæ

λόβῃ ἐξ ἀναμνήσεως θεᾶσθαι τὰ ὄντα· ἔχει γάρ [τι] ἀεὶ οὐδὲν ἧττον ὑπερέχον τι. Γίγνονται οὖν οἷον ἀμφίβιοι ἐξ ἀνάγκης, τόν τε ἐκεῖ βίον τόν τε ἐνταῦθα παρὰ μέρος βιοῦσαι, πλεῖον μὲν τὸν ἐκεῖ, αἳ δύνανται πλέον τῷ νῷ συνεῖναι, τὸν δὲ ἐνθάδε πλεῖον, αἷς τὸ ἐναντίον ἢ φύσει ἢ τύχαις ὑπῆρξεν. Ἃ δὴ ὑποδεικνὺς ὁ Πλάτων ῥῆμα, ὅτε διαιρεῖ αὐτὰ ἐκ τοῦ ὑστέρου κρατῆρος καὶ μέρη ποιεῖ, τότε καί φησιν ἀναγκαῖον εἶναι εἰς γένεσιν ἐλθεῖν, ἐπείπερ ἐγένοντο μέρη τοιαῦτα. Εἰ δὲ λέγει σπεῖραι τὸν θεὸν αὐτὰς, οὕτως ἀκουστέον, ὥσπερ ὅταν καὶ λέγοντα καὶ οἷον δημηγοροῦντα ποιῇ. Ἃ γὰρ ἐν φύσει ἐστὶ τῶν ὅλων, ταῦτα ἡ ὑπόθεσις γεννᾷ τε καὶ ποιεῖ εἰς δεῖξιν προάγουσα ἐφεξῆς τὰ ἀεὶ οὕτω γιγνόμενά τε καὶ ὄντα.

munere ad entia contemplanda facit exordium: habet tamen nihilo minus aliquid interea supereminens. Animæ igitur necessario utramque vicissim vitam experiuntur, tum superiorem illam, tum rursus inferiorem alterne ducentes et diutius quidem vitam superiorem agunt, quæ plus possunt cum mente versari; diutius vero ducunt inferiorem, quibus contrarium vel natura vel fortunis acciderit. Quæ quidem Plato clam significans, quando animarum exordia ex secundo cratere dividit, facitque jam partes, hunc quoque ait necessarium fore in generationem labi, postquam tales factæ sunt partes. Ubi vero ait, deum animas serere, sic est nobis intelligendum, sicut quando loquentem et quasi concionantem deum ipsum inducit. Quæ enim in communi rerum natura sunt, hæc ipsa tractandi conditio gignit et facit, ordine quodam succedente declarans, quæ ita semper fiunt, et quæ ita consistunt.

De animæ descensu Empedoclis, Heracliti, Platonis dicta consentiunt.

Anima, quoniam divina est, in hac regione caduca sæpe convertitur ad divina: et quoniam est ultimum divinorum, et per instinctum affectumque naturalem venit in corpus, ideo voluntate venit scilicet naturali, insuper electione quadam venit et necessitate, quoniam divina lege necessarium est, animas, quæ sic affectæ sunt, sic eligi et e vestigio devenire. Sponte veniunt, velut ad bonum, non sponte interim incidunt et in malum. Venire huc animas ad ordinem pertinet universi, ad exercitationem inferiorum animæ virium, ad mali peritiam: peccantes animæ levius commutatione puniuntur ex feliciore homine in hominem felicem minus vel infelicem. Peccantes vero gravius vexantur etiam a dæmonibus, quod Mercurius et Orpheus lamblichusque confirmant. Vir puerum atrocitate vultus personatisque terriculamentis facile terret. Saturni Martisque influxus atræ bilis vel croceæ motibus imaginationes vexant: Saturnii quidam Martiique dæmones horrendis imaginationibus suis quasi vultibus personatis imaginationes peccantium miserabiliter agitant: possunt quin etiam eas humorum motibus afflictare.

Ε'. Οὐ τοίνυν διαφωνεῖ ἀλλήλοις ἥ τε εἰς γένεσιν σπορὰ, ἥ τε εἰς τελείωσιν κάθοδος τοῦ παντὸς, ἥ τε δίκη, τό τε σπήλαιον, ἥ τε ἀνάγκη, τό τε ἑκούσιον, (ἐπείπερ ἔχει τὸ ἑκούσιον ἡ ἀνάγκη,) καὶ τὸ ἐν κακῷ τῷ σώματι εἶναι, οὐδ' ἡ Ἐμπεδοκλέους φυγὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πλάνη, οὐδ' ἡ ἁμαρτία ἐφ' ᾗ ἡ δίκη, οὐδ' ἡ Ἡρακλείτου ἀνάπαυλα ἐν τῇ φυγῇ, οὐδ' ὅλως τὸ ἑκούσιον τῆς καθόδου, καὶ τὸ ἀκούσιον αὖ· (πᾶν μὲν γὰρ ἰὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀκούσιον·) φορᾷ γε μὴν οἰκείᾳ ἰὸν, πάσχον τὰ χείρω, ἔχειν λέγεται τὴν ἐφ' οἷς ἔπραξε δίκην· ὅταν δὲ ταῦτα πάσχειν καὶ ποιεῖν ᾖ ἀναγκαῖον, ἀϊδίως φύσεως νόμῳ [γίγνεται]· τὸ δὲ συμβαῖνον εἰς ἄλλου του χρείαν, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ αὐτὸ, αὐτὸν θεὸν εἴ τις λέγοι καταπέμψαι, οὐκ ἂν ἀσύμφωνος οὔτε τῇ ἀληθείᾳ οὔτε ἑαυτῷ ἂν εἴη. Καὶ γὰρ ἀφ' ἧς ἀρχῆς ἕκαστα, εἰ καὶ τὰ μεταξὺ πολλὰ, καὶ τὰ ἔσχατα εἰς αὐτὴν ἀναφέρεται. Διττῆς δὲ τῆς ἁμαρτίας οὔσης, τῆς μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ κατελθεῖν αἰτίᾳ, τῆς δὲ ἐπὶ τῷ ἐνθάδε γενομένην κακὰ δρᾶσαι, ἡ μέν ἐστιν αὐτὸ τοῦτο, ὃ πέπονθε κατελθοῦσα· τῆς δὲ τὸ ἔλαττον εἰς σώματα ἄλλα ἴέναι, καὶ θᾶττον ἐκ κρίσεως τῆς κατ' ἀξίαν, ὃ δὲ θεσμῷ θείῳ γιγνόμενον διὰ τοῦ τῆς κρίσεως ὀνόματος δηλοῦται. Τὸ δὲ τῆς κακίας ἄμετρον εἶδος μεῖζονος καὶ τῆς δίκης ἠξίωται, ἐπιστασίᾳ τινυμένων δαιμόνων. Οὕτω τοι, καίπερ οὖσα θεῖον καὶ ἐκ τῶν τόπων τῶν ἄνω, ἐντὸς γίγνεται τοῦ σώματος· καὶ θεὸς οὖσα ὁ ὕστερος βοπῇ αὐτεξουσίῳ καὶ αἰτίᾳ δυνάμεως καὶ τοῦ μετ' αὐτὴν κοσμήσει ὠδὶ ἔρχεται· κἂν μὲν θᾶττον φύγῃ, οὐδὲν βέβλαπται, γνῶσιν κακοῦ προσλαβοῦσα, καὶ φύσιν κακίας γνοῦσα, τάς τε δυνάμεις ἄγουσα αὐτῆς εἰς τὸ φανερὸν, καὶ δείξασα ἔργα τε καὶ ποιήσεις, ἃ ἐν τῷ

V. Non igitur inter se dissentiunt, animas in generationem seri, atque eas ad perfectionem universi descendere: item sub judicio pœna atque spelunca: rursus necessitas et spontanea motio: quandoquidem necessitas secum habet etiam voluntarium. Præterea quod dicitur, animam in malo esse, dum est in corpore, neque repugnat insuper Empedoclis fuga illa errorque a deo, neque, quod peccaverit animus, unde judicialis pœna sequatur: neque rursus Heracliti in fuga requies: neque omnino voluntaria descendendi conditio, rursusque involuntaria. Quicquid enim devenit ad deterius, non sponte pervenit ad hoc ipsum, motione tamen propria vadens et interea deteriora patiens, dicitur pro his, quæ fecit, merita reportare: quando quidem hæc pati et facere sit necessarium lege naturæ perpetuo. Si quis autem dicat, quod in alterius cujusdam contingit usum, descendens scilicet ab ipso superiore, id ipsum adeo mitti, is neque veritati neque sibi dissonare censebitur. A quo enim principio ducuntur singula, in idem vel extrema, quamvis multa sint media, referuntur. Cum vero duplex sit peccatum, et alterum quidem in ipsa causa descendendi, alterum vero, dum in hoc vitæ statu delinquitur mala perpetrans, illud sane est hoc ipsum, quod est perpessa descendens. In hoc autem id minus est, scilicet alia ingredi corpora, atque id quidem ocius ex judicio pro dignitate censente: quod utique instituto factum divino per judicii nomen significatur. Species vero improbitatis immoderatior majori supplicio digna perpenditur, quadam scilicet punientium dæmonum præfectura. Sic igitur anima, quamvis divinum quiddam sit regionibusque superioribus oriunda, in corpus tamen immergitur. Cumque deus quidam sit posterior voluntaria quadam inclinatione et causa potestatis et posterioris exornandi gratia, huc ita descendit: ac si cito hinc antegerit, nullo hinc affecta detrimento ob id potissimum judicatur, quod in notitiam mali pervenit, malique ipsum cognovit naturam: item vires suas produxit in lucem, et opera effectionesque declaravit: quæ quidem omnia si in

ἀσωμάτῳ ἠρεμοῦντα μάτην τε ἂν ἦν, εἰς τὸ ἐνεργεῖν ἀεὶ οὐκ ἰόντα, τήν τε ψυχὴν αὐτὴν ἔλαθεν ἂν, ἃ εἶχεν, οὐκ ἐκφανέντα οὐδὲ πρόοδον λαβόντα, εἴπερ πανταχοῦ ἡ ἐνέργεια τὴν δύναμιν ἔδειξε, κρυφθεῖσαν ἂν ἀπάντῃ καὶ οἷον ἀφανισθεῖσαν, καὶ οὐκ οὖσαν, μηδέποτε ὄντως οὖσαν. Νῦν μὲν γὰρ θαῦμα ἔχει τῶν ἔνδον ἕκαστος διὰ τῆς ποικιλίας τῶν ἔξω, οἷόν ἐστιν, ἐκ τοῦ τὰ γλαφυρὰ ταῦτα δρᾶσαι.

habitu semper incorporeo conquiescerent et frustra forent, nunquam scilicet in actum suum proyeuientia, et animam ipsam laterent, quæ possidet, nunquam scilicet emicantia neque procedentia in effectum : siquidem ubique actio potentiam patefacit, alioquin prorsus occultam et obscuram, nec exsistentem quidem, non vere exsistentem. Jam vero unusquisque nunc admiratur intrinseca propter externorum varietatem, dum, qualia sint illa, conjectat per hæc, quæ inde admodum varia pulcherrimaque proveniunt

Anima venit in corpus non solum infirmitate quadam, in divinis ultra consistere non valente, sed etiam potestate naturæ fecundæ pullulantis in germen : forma namque corporea est animæ fecundæ propago.

Simili quadam fecunditate primum bonum in mentem exuberat omniformem : hæc in similem mundi animam : hæc in mundum similiter omniformem : item causæ omnes in effectus ubique suos : denique superiorum providentiam imitatus animus ad inferiora se transfert quodam studio providendi.

Ϛ'. Εἴπερ οὖν δεῖ μὴ ἓν μόνον εἶναι, ἐκέχρυπτο γὰρ ἂν πάντα, μορφὴν ἐν ἐκείνῳ οὐκ ἔχοντα, οὐδ' ἂν ὑπῆρχέ τι τῶν ὄντων, στάντος ἐν αὐτῷ ἐκείνου, οὐδ' ἂν τὸ πλῆθος ἦν αὐτῶν ὄντων τούτων τῶν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς γεννηθέντων, μὴ τῶν μετ' αὐτὰ τὴν πρόοδον λαβόντων, ἃ ψυχῶν εἵληχε τάξιν. Τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ ψυχὰς ἔδει μόνον εἶναι, μὴ τῶν δι' αὐτὰς γενομένων φανέντων, εἴπερ ἑκάστῃ φύσει τοῦτο ἔνεστι, τὸ μετ' αὐτὴν ποιεῖν καὶ ἐξελίττεσθαι, οἷον σπέρματος ἔκ τινος ἀμεροῦς ἀρχῆς εἰς τέλος τὸ αἰσθητὸν ἰούσης, μένοντος μὲν ἀεὶ τοῦ προτέρου ἐν τῇ οἰκείᾳ ἕδρᾳ, τοῦ δὲ μετ' αὐτὸ οἷον γεννωμένου ἐκ δυνάμεως ἀφάτου, ἕως ἦν ἐν ἐκείνοις, ἦν οὐκ ἔδει στῆσαι οἷον περιγράψαντα φθόνῳ, χωρεῖν δὲ ἀεί, ἕως εἰς ἔσχατον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τὰ πάντα ἧκει, αἰτίᾳ δυνάμεως ἀπλέτου ἐπὶ πάντα παρ' αὐτῆς πεμπούσης, καὶ οὐδὲν περιϊδεῖν ἄμοιρον αὐτῆς δυναμένης. Οὐ γὰρ δὴ ἦν ὃ ἐκώλυεν ὁτιοῦν ἄμοιρον εἶναι φύσεως ἀγαθοῦ, καθ' ὅσον ἕκαστον οἷόν τε ἦν μεταλαμβάνειν. Εἴ τ' οὖν ἦν ἀεὶ ἡ τῆς ὕλης φύσις, οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτὴν μὴ μετασχεῖν οὖσαν τοῦ πᾶσι τὸ ἀγαθὸν, καθ' ὅσον δύναται ἕκαστον, χορηγοῦντος, εἴ τε ἠκολούθησεν ἐξ ἀνάγκης ἡ γένεσις αὐτῆς τοῖς πρὸ αὐτῆς αἰτίοις, οὐδ' ὡς ἔδει χωρὶς εἶναι ἀϊδιαμίαν πρὶν εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν, στάντος τοῦ καὶ τὸ εἶναι οἷον ἐν χάριτι δόντος. Δεῖξις οὖν τῶν ἀρίστων ἐν νοητοῖς τὸ ἐν αἰσθητῷ κάλλιστον τῆς τε δυνάμεως τῆς τε ἀγαθότητος αὐτῶν· καὶ συνέχεται πάντα εἰς ἀεὶ τά τε νοητὰ, τά τε αἰσθητὰ ὄντα, τὰ μὲν παρ' αὐτῶν ὄντα, τὰ δὲ μετοχῇ τούτων τὸ εἶναι εἰς ἀεὶ λαβόντα, μιμούμενα τὴν νοητὴν, καθ' ὅσον δύναται, φύσιν.

VI. Si igitur oportet non solum exsistere unum, alioqui absconderentur omnia formam in illo propriam non habentia, neque ens ullum prorsus exstaret, illo scilicet in se consistente : neque horum entium multitudo foret ab uno natorum, nisi sequentia deinceps inde progrederentur, quæ quidem animarum ordinem sortiuntur. Oportebat etiam similiter animas non tantum ipsas exsistere, sed etiam effectus earum perspicue apparere : si quidem unicuique naturæ hoc inest, ut sequens aliquid faciat explicetque in lucem, velut ex semine quodam indivisibili et principio in finem sensibilem procedente, dum scilicet semper, quod prius est, manet in propria sede; quod vero sequitur, procreatur ex potentia ineffabili, quantum superioribus insit, quam sterilem permanere non decuit, quasi invidia cohibitam, generare, sed procedere semper, quousque ad ultimum, quantum fieri potest, cuncta progrediantur, causa scilicet virtutis inexhaustæ munera sua per omnia diffundentis, neque patientis quicquam sui expers alicubi circumspicere. Neque enim est aliquid, quod prohibeat unumquodque particeps fore boni, quatenus sua cujusque natura compos esse possit. Sive igitur semper fuit tura materiæ, impossibile erat eam, cum esset, nequaquam participare, quod omnibus bonum, quantum unumquodque capere potest, abunde suppeditat : sive materiæ ortus præcedentibus causis est necessario consecutus, ne sic quidem oportuit eam munerum expertem esse ob ipsam ejus imbecillitatem, qua censetur, antequam munera in eam desuper descendere cogitentur : quando scilicet in se ipso maneret tantum, quod velut gratis et esse largitur. Demonstratio igitur eorum, quæ in mundo intelligibili optima sunt, est potissimum, quod est in sensibili mundo pulcherrimum, declaratio, inquam, cum potestatis illorum, tum etiam bonitatis. Nempe sic semper omnia connectuntur, cum quæ intelligibilia, tum quæ sensibilia judicantur : et illa quidem per se exsistentia, hæc autem illorum participatione esse semper accipientia, naturamque intelligibilem pro viribus imitantia.

Sicut aer inter ignem aquamve medius, illinc quidem igneus, hinc vero fit aqueus, ac vicissim ad utraque fertur : sic animus ad divina se habet atque caduca.

Omnia corpora sui aliquid inferioribus largiuntur, sed cælestia quidem nihil interim accipiunt a sequentibus, elementaria vero dando vicissim quoque recipiunt; similiter cælestes animæ, inferioribus providentes, inde nequaquam inficiuntur, dæmonicæ vero quædam, atque nostræ, dum perficiunt corpora, quodammodo inficiuntur inde, propter curiosiorem providentiam, circa provinciam duriorem; sed loci malignitas et mundi superioris felicitatem commemorat, et admonet illum vehementius affertare.

Ζ'. Διττῆς δὲ φύσεως ταύτης οὔσης, τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς, ἄμεινον μὲν ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι, ἀνάγκη γε μὴν ἔχει καὶ τοῦ αἰσθητοῦ μεταλαμβάνειν, τοιαύτην φύσιν ἐχούσῃ, καὶ οὐκ ἀγαναχτητέον

VII. Cum vero duplex sit natura, et altera quidem intelligibilis, altera vero sensibilis, satius est animæ, in ipsa intelligibili vivere : necessarium tamen est eam, cum ejusmodi natura sit prædita, sensibilem quoque naturam par-

αὐτὴν ἑαυτῇ, εἰ μὴ πάντα ἐστὶ τὸ κρεῖττον, μέσην τάξιν ἐν τοῖς οὖσιν ἐπισχοῦσαν, θείας μὲν μοίρας οὖσαν, ἐν ἐσχάτῳ δὲ τοῦ νοητοῦ οὖσαν, ὡς ὅμορον οὖσαν τῇ αἰσθητῇ φύσει, διδόναι μέν τι τούτῳ τῶν παρ' αὐτῆς, ἀντιλαμβάνειν δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ, εἰ μὴ μετὰ τοῦ αὐτῆς ἀσφαλοῦς διακοσμοῖ, προθυμίᾳ δὲ πλείονι εἰς τὸ εἴσω δύοιτο, μὴ μείνασα ὅλη μεθ' ὅλης. Ἄλλως δὲ καὶ δυνατὸν αὐτῇ πάλιν ἐξαναδῦναι, ἱστορίαν ὧν ἐνταῦθα εἰδέ τε καὶ ἔπαθε προσλαβούσῃ καὶ μαθούσῃ, οἷον ἄρα ἐστὶν ἐκεῖ εἶναι, καὶ τῇ παραθέσει τῶν οἷον ἐναντίων οἷον σαφέστερον τὰ ἀμείνω μαθούσῃ. Γνῶσις γὰρ ἐναργεστέρα τἀγαθοῦ ἡ τοῦ κακοῦ πεῖρα, οἷς ἡ δύναμις ἀσθενεστέρα, ἢ ὥστε ἐπιστήμῃ τὸ κακὸν πρὸ πείρας γνῶναι. Ὥσπερ δὲ ἡ νοερὰ διέξοδος κατάβασίς ἐστιν εἰς ἔσχατον τὸ χεῖρον, (οὐ γὰρ ἔνι εἰς τὸ ἐπέκεινα ἀναβῆναι, ἀλλ' ἀνάγκη ἐνεργήσασαν ἐξ ἑαυτῆς, καὶ μὴ δυνηθεῖσαν μεῖναι ἐφ' ἑαυτῆς, φύσεως δὲ ἀνάγκη καὶ νόμῳ μέχρι ψυχῆς ἐλθεῖν, τέλος γὰρ αὐτῇ τοῦτο· ταύτῃ δὲ τὸ ἐφεξῆς παραδοῦναι αὐτὴν πάλιν ἀναδραμοῦσαν·) οὕτω καὶ ψυχῆς ἐνέργεια, τὸ μὲν μετ' αὐτὴν τὰ τῇδε, τὸ δὲ πρὸ αὐτῆς ἡ θέα τῶν ὄντων, ταῖς μὲν παρὰ μέρος καὶ χρόνῳ γιγνομένου τοῦ τοιούτου, καὶ ἐν τῷ χείρονι γιγνομένης ἐπιστροφῆς πρὸς τὰ ἀμείνω· τῇ δὲ λεγομένῃ τοῦ παντὸς εἶναι, τὸ μηδ' ἐν τῷ χείρονι ἔργῳ γεγονέναι, ἀπαθεῖ δὲ κακῶν οὔσῃ θεωρίᾳ τε περιποεῖν τὰ ὑπ' αὐτὴν, ἐξηρτῆσθαί τε τῶν πρὸ αὐτῆς ἀεί, ὃ ἅμα δυνατὸν καὶ ἄμφω λαμβανούσῃ μὲν ἐκεῖθεν, χορηγούσῃ δὲ ἅμα ἐνταῦθα, ἐπείπερ ἀμήχανον ἦν, μὴ καὶ τούτων ἐφάπτεσθαι ψυχῇ οὔσῃ.

ticipare (posse), neque graviter ferre debet, si non omnino est ipsum optimum : quippe cum medium in rebus obtineat ordinem, et divinæ quidem sortis sit particeps, in postremo autem gradu intelligibilis naturæ posita, velut affinis naturæ sensibili, sic naturaliter instituta, ut de suis aliquid huic exhibeat, recipiat etiam hinc quoque nonnihil, nisi propria integritate servata gubernet, sed affecta studioque plurimo naturæ inferioris ingrediatur interna, neque cum tota anima tota permaneat. Verumtamen potest vicissim hinc assurgere, peritiam eorum, quæ hic cognovit passaque est, reportans, unde didicerit, quam beata sit apud superos habitatio, et quasi contrariorum comparatione tanquam planius meliora perceperit. Cognitio enim boni perspicacior provenit experientia mali, præsertim quibus judicium infirmius est, quam ut absque experientia mali scientiam consequantur. Quemadmodum vero intellectualis discursio quædam ad ultimum deteriusque descensio est, (non enim superius progredi licet, sed necessarium est ex se ipsa agentem, neque potentem in se ipsa quiescere, necessitate naturæ legeque ad animam usque procedere : hic enim ei terminus est, et hac conditione sua sequentibus tradere, rursusque recurrere :) sic animæ quoque actio est, cum ad sequentia corporea gubernando, tum ad præcedentia ipsa videlicet entia contemplando. Expletur autem hoc in plerisque animis quadam vicissitudine temporum, ac tandem conversio a deterioribus ad meliora contingit : animæ vero, quæ dicitur universi, convenit procul dubio, ut nunquam deteriori opere occupetur, neque mala subeat, sed, quæ sequuntur, excelsa contemplatione prospiciat, et interim superioribus semper incumbat. Quod quidem simul in ea potest impleri, muneris utriusque compote, accipiente quidem desuper, inferioribus vero suppeditante : fieri namque non poterat, cum sit anima, quin se ad utraque propagaret.

Cum animus noster vires et actus cælestibus animis consimiles habeat, probabile est, saltem intellectum nostrum, sicut et illorum, circa divina semper agere, sicut natura vegetalis in nobis circa corporea versatur assidue.

Verum sicut actiones vegetales nostræ nos latent, sic et intellectuales nostræ nobis plurimum sunt occultæ, nec motus ullus in parte vegetali sensu et concupiscentia factus patet nobis, nisi ad imaginationem et per hanc ad rationem usque perveniat : similiter nec actus intelligentiæ se patefacit, nisi in rationem vacantem quandoque subrutilet, perque hanc ad imaginationem similiter vacuam transferatur, ubi fieri solet animadversio. Cælestes animæ obedientia sibi corpora solo cum naturæ instincta, tum mentis nutu facillime regunt : nostræ vero imaginationem quoque et rationem circa corpus id occupant, ejusmodi providentiam exigens : ideo constitutum est divinitus, ut quandoque hinc abeuntes ad cælestia revertantur.

Η'. Καὶ εἰ χρὴ παρὰ δόξαν τῶν ἄλλων τολμῆσαι τὸ φαινόμενον λέγειν σαφέστερον, οὐ πᾶσα οὐδ' ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἔδυ, ἀλλ' ἔστι τι αὐτῆς ἐν τῷ νοητῷ ἀεί· τὸ δὲ ἐν τῷ αἰσθητῷ, ὃ, εἰ κρατοῖ, μᾶλλον δὲ εἰ κρατοῖτο καὶ θορυβοῖτο, οὐκ ἐᾷ αἴσθησιν ἡμῖν εἶναι ὧν θεᾶται τὸ τῆς ψυχῆς ἄνω. Τότε γὰρ ἔρχεται εἰς ἡμᾶς τὸ νοηθὲν, ὅταν εἰς αἴσθησιν ἥκῃ καταβαῖνον. Οὐ γὰρ πᾶν, ὃ γίγνεται περὶ ὁτιοῦν μέρος ψυχῆς, γιγνώσκομεν, πρὶν ἂν εἰς ὅλην τὴν ψυχὴν ἥκῃ, οἷον καὶ ἐπιθυμία, ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ μὲν οὖσα, γιγνώσκεται ἡμῖν, ἀλλ' ὅταν τῇ αἰσθητικῇ τῇ ἔνδον δυνάμει ἢ καὶ διανοητικῇ ἀντιλαβώμεθα, ἢ ἄμφω. Πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἔχει τι καὶ τοῦ κάτω πρὸς σῶμα, καὶ τοῦ ἄνω πρὸς νοῦν, καὶ ἡ μὲν ὅλη καὶ ὅλου τῷ αὐτῆς μέρει τῷ πρὸς τὸ σῶμα τὸ ὅλον κοσμεῖ, ὑπερέχουσα ἀπόνως, ὅτι μηδ' ἐκ λογισμοῦ, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ νῷ, ὡς ἡ τέχνη οὐ βούλεται [l. βουλεύεται], τὸ κάτω αὐτῆς κοσμοῦντος τοῦ ὅλου· αἱ δ' ἐν μέρει γιγνόμεναι καὶ

VIII. Proinde, si decet præter aliorum opinionem, quod mihi plane videtur, aperte pronuntiare, anima quoque nostra non universa corpus ingreditur, sed est ipsius aliquid in mundo intelligibili semper, aliquid autem in mundo sensibili : quod quidem, si superet, imo vero si superetur atque perturbetur, non permittit nos interim persentire, quæ supremum ipsum animæ contemplatur. Tunc enim, quod intelligitur, in nos descendit, quando ad sensum quendam pervenit descendendo. Non enim, quicquid circa quamlibet animæ partem fit, agnoscimus, priusquam ad totam perveniat animam, ceu concupiscentia vigens in ipsa concupiscendi natura tunc demum a nobis cognoscitur, quando virtute quadam intima sentiendi vel etiam cogitandi vel utraque hoc ipsum animadvertimus. Omnis enim anima habet aliquid, et inferius erga corpus, et superius erga mentem : et tota quidem atque totius anima sua erga corpus parte totum regit, et id quidem absque labore, utpote quæ admodum supereminet : quoniam neque rationis discursione, quemadmodum apud nos, id illi provenit, sed ipso potius intellectu, sicut et ars consultare non solet. Illa enim per infimam sui partem totum prorsus exornat ; sed animæ particulares atque partis habent

μέρους ἔχουσι μὲν καὶ αὐταὶ τὸ ὑπερέχον, ἄσχολοι δὲ τῇ αἰσθήσει καὶ ἀντιλήψει πολλῶν ἀντιλαμβανόμεναι τῶν παρὰ φύσιν καὶ λυπούντων καὶ ταραττόντων· ἅτε οὖ ἐπιμελοῦνται μέρους καὶ ἐλλειποῦς καὶ πολλὰ ἔχοντος τὰ ἀλλότρια κύκλῳ, πολλὰ δὲ ὧν ἐφίεται, καὶ ἥδεται δὲ, καὶ ἡδονῇ ἠπάτησε· τὸ δέ ἐστι καὶ ἀνήδονον [ὂν] τὰς προσκαίρους ἡδονάς· ἡ δὲ διαγωγὴ ὁμοία.

ipsæ quoque aliquid supereminens, occupatæ vero sunt nimium ipso sensu, multorumque perceptione incidentium contra naturam affligentiumque et undique perturbantium : quippe cum id, quod ab eis curatur, pars quædam sit, et indigens atque deficiens multisque alienis adversisque circumfusa. Affectat quoque multa, illecebrisque plurimis irretitur, et ipsa voluptate decipitur. Quod vero superius est, nullo prorsus ad tempus oblectamento pulsatur, sed similem vitam semper agit.

αὐτὴν ἑαυτῇ, εἰ μὴ πάντα ἐστὶ τὸ κρεῖττον, μέσην τάξιν ἐν τοῖς οὖσιν ἐπισχοῦσαν, θείας μὲν μοίρας οὖσαν, ἐν ἐσχάτῳ δὲ τοῦ νοητοῦ οὖσαν, ὡς ὅμορον οὖσαν τῇ αἰσθητῇ φύσει, διδόναι μέν τι τούτῳ τῶν παρ' αὐτῆς, ἀντιλαμβάνειν δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ, εἰ μὴ μετὰ τοῦ αὐτῆς ἀσφαλοῦς διακοσμοῖ, προθυμίᾳ δὲ πλείονι εἰς τὸ εἴσω δύοιτο, μὴ μείνασα ὅλη μεθ' ὅλης. Ἄλλως τε καὶ δυνατὸν αὐτῇ πάλιν ἐξαναδῦναι, ἱστορίαν τ[illegible] ταῦθα εἰδέ τε καὶ ἔπαθε προσλαβοῦσῃ καὶ [illegible] οἷον ἄρα ἐστὶν ἐκεῖ εἶναι, καὶ τῇ παραθ[illegible] ἐναντίων οἷον σαφέστερον τὰ ἀμείνω μ[illegible] γὰρ ἐναργεστέρα τἀγαθοῦ ἡ τοῦ [illegible] δύναμις ἀσθενεστέρα, ἢ ὥστε ἐ[illegible] πείρας γνῶναι. Ὥσπερ δὲ [illegible] σίς ἐστιν εἰς ἔσχατον τὸ χ[illegible] κεινα ἀναβῆναι, ἀλλ' [illegible] καὶ μὴ δυνηθεῖσαν [illegible] ἀνάγκη καὶ νόμῳ [illegible] τοῦτο· ταύτῃ [illegible] ἀναδραμοῦσ[illegible] μετ' αὐτὴν [illegible] ταῖς μὲ[illegible] του, [illegible] ἀμε[illegible] τῷ [illegible] θ[illegible]

ticipare (posse) [illegible] est ipsum op[illegible] neat ordir[illegible] postrem[illegible] affir[illegible] [illegible] UTRUM OMNES ANIMÆ UNA SINT ANIMA.

[888—890.]

proprium sibi animam, et animalia omnia suas propriasque habere.

vereque unum, nec reliquas in mundo animæ ordine inter se facile affectum

affectio passioque et actio animalis in uno mox ad omnes universumque per-

opinionem ponentem unicam in cunctis animam, ludit ultro citroque, aliud

I. Numquid, quemadmodum uniuscujusque animam unam esse dicimus, quoniam ubique tota est in corpore, ac revera hoc pacto est una, neque tamen alia pars ejus hic, alia ibi est in corpore, cum in his, quæ sentiunt, sic est anima sensualis, tum in plantis tota ubique in qualibet parte similiter : ita et mea et tua una anima est, et omnes denique anima una, atque in universo, quæ in cunctis una, non tanquam distributa per molem, sed habens ubique idem? Cur enim anima quidem mea una est, quæ vero in mundo, non sit una? Neque enim moles ibi est, neque corpus, sicut nec est in mea. Profecto, si ex ipsa mundi totius anima et mea est et tua, illa vero una est, has quoque oportet unam esse : si autem cum anima mundi tum mea sunt ex una, rursus sunt omnes una. Quærendum est igitur, quænam potissimum sit hæc una. Sed prius investigandum est, num recte dicatur, omnes animas esse unam, sicut una est sua cujusque anima : absurdum namque est, unam esse animam meam et animam cujuscumque. Nam si una esset, oportebat utique me sentiente alium quoque sentire, ac me bene vivente, alium bene vivere, et appetente me, appetere : atque omnino nos cum inter nos, tum cum ipso toto undique passionibus convenire, usque adeo, ut, patiente me, consentiat universum. At quoniam modo, si una omnino sit anima, alia quidem rationalis est, irrationalis alia? item alia in animalibus, in plantis alia? sed rursus nisi ponamus unam, neque universum erit unum, neque unum invenietur principium animarum.

Concessurus re vera Plotinus, animas esse distinctas, non facile cedit rationi jam dictæ, scilicet passiones animalis unius mox in aliud universumque transituras.

Dici malit, animalium corpora, neque sibi invicem, neque toti continua, distinctas animas postulare : item, ubi tota prorsus animalis virtus congregatur in uno, hanc ipsam animam, summum in animali genere possidentem, merito passiones defectusque in animalibus apparentes ipsam in se minime perpessuram.

Β'. Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ, εἰ ἡ ψυχὴ μία ἡ ἐμὴ καὶ ἡ ἄλλου, ἤδη καὶ τὸ συναμφότερον τῷ συναμφοτέρῳ ταὐτόν· ἐν ἄλλῳ γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ ταὐτὸν ὄν, οὐ τὰ αὐτὰ πάθη ἕξει ἐν ἑκατέρῳ, ὡς ἄνθρωπος ὁ ἐν ἐμοὶ κινουμένῳ, [ἐν ἐμοὶ γὰρ κινουμένῳ,] καὶ ἐν σοὶ μὴ κινουμένῳ· ἐν ἐμοὶ μὲν κινούμενος, ἐν σοὶ δὲ ἑστὼς ἔσται· καὶ οὐκ ἄτοπον οὐδὲ παραδοξότερον, τὸ ἐν ἐμοὶ καὶ σοὶ ταὐτὸν εἶναι· οὐ δὴ ἀνάγκη αἰσθανομένου ἐμοῦ καὶ ἄλλεν πάντῃ τὸ αὐτὸ πάθος ἔχειν· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς σώματος τὸ τῆς ἑτέρας χειρὸς πάθημα ἡ ἑτέρα ἤσθετο, ἀλλ' ἡ ἐν τῷ ὅλῳ. Εἰ δὲ ἔδει τὸ ἐμὸν γιγνώσκειν καὶ σέ, ἕν τι ἐξ ἀμφοῖν ὄν, συνημμέ-

II. Principio quidem, si una sit mea alteriusque anima, non statim sequetur, ut utrumque cum utroque sit idem nam idem in alio exsistens atque alio, non easdem in utroque passiones habebit : sicut et homo idem in me moto et in te non moto : in me quidem moto movetur, in te vero non moto quiescet : neque absurdum neque præter opinionem est, quod in me est et te, idem esse : neque necessarium est, me sentiente alium quoque passionem eandem prorsus habere : siquidem nec in eodem corpore manus alterius passionem altera sentit, sed anima, quæ est in toto. Quodsi tu meam passionem sis cognaturus, unum quiddam ex ambobus corpus oportebit esse conflatum Sa

ῆν εἶναι· οὕτω γὰρ συναφθεῖσαι ἑκα-
ν. Ἐνθυμεῖσθαι δὲ προσήκει τὸ καὶ
ὸ ὅλον, καὶ τῶν ἐν ἑνὶ καὶ τῷ
ων, καὶ τοσούτῳ, ὅσῳ ἂν μέγε-
, ὥσπερ ἐπὶ κητῶν λέγεται
ματός τινος περὶ τὸ μέρος
μικρότητα τοῦ κινήματος
οὐκ ἀνάγκη διάδηλον
ῳ καὶ παντὶ εἰσαφικνεῖσθαι,
Ἀλλὰ συμπάσχειν μὲν οὐκ ἄτοπον
εον, τύπωσιν δὲ αἰσθητικὴν οὐκ ἀναγκαῖον
αι, ἀρετὴν δὲ ἐν ἐμοὶ ἔχειν, κακίαν δὲ ἐν ἑτέρῳ,
α ἄτοπον, εἴπερ καὶ κινεῖσθαι ἐν ἄλλῳ, καὶ ἐν ἄλλῳ
ἑστάναι ταὐτὸν, οὐκ ἀδύνατον. Οὐδὲ γὰρ οὕτω μίαν
λέγομεν, ὡς πάντῃ πλήθους ἄμοιρον· τοῦτο γὰρ τῇ
κρείττονι φύσει δοτέον· ἀλλὰ μίαν καὶ πλῆθος λέγο-
μεν, καὶ μετέχειν τῆς φύσεως τῆς περὶ τὰ σώματα
μεριστῆς γιγνομένης, καὶ τῆς ἀμερίστου αὖ, ὥστε
πάλιν εἶναι μίαν. Ὥσπερ δὲ ἐπ' ἐμοῦ τὸ γενόμενον
περὶ τὸ μέρος πάθος οὐκ ἀνάγκη κρατεῖν τοῦ ὅλου,
ὃ δ' ἂν ἐπὶ τοῦ κυριωτέρου γεγένηται, φέρει τι εἰς τὸ
μέρος· οὕτω τὰ μὲν ἐκ τοῦ παντὸς εἰς ἕκαστον σαφέ-
στερα μᾶλλον, ὁμοπαθούντων πολλαχοῦ τῷ ὅλῳ· τὰ
δὲ παρ' ἡμῶν ἄδηλον εἰ συντελεῖ πρὸς τὸ ὅλον.

enim conjunctæ utraque sentiet idem. Meminisse vero decet, multa interdum latere totum, eorum etiam, quæ in uno eodemque corpore fiunt, eoque magis, quo majorem corpus habet molem, quemadmodum in cetis vastioribus beluisque similibus dicitur evenire : in quibus patiente parte, nullus toti propter motionis exiguitatem incidit sensus. Quapropter non necessarium est, uno quodam patiente, perspicuum mox inde sensum toti omnique contingere. At compati quidem non est absurdum neque negandum : sensualem vero formationem fieri non est necessarium. Proinde, animam eandem in me quidem habere virtutem, sed in altero vitium, non est mirandum : siquidem nec est impossibile, idem aliquid in alio moveri, in alio conquiescere. Non enim sic unam esse dicimus, tanquam multitudinis omnis prorsus expertem : id sane natura sibi præstantior vindicat; sed unam simul multitudinemque dicimus, participemque esse cum naturæ hujus, quæ circa corpora fit partibilis, tum illius, quæ individua permanet : unde rursus unam esse animam consequatur. Quemadmodum vero passio, quæ in me parti contigit, non necessario totum occupat, sed, quæ accidit principali, diffunditur quodammodo et ad partem : sic, quæ ab universo ad unumquemque deveniunt, manifestiora contingunt, quippe cum singula toti compatiantur. Quæ vero nobis accidunt, utrum ad totum mox pertineant, est nobis occultum.

Ludit adhuc Plotinus noster.

Verum, sicut mutuus hominum amor unionem significat animarum, sic et perpetua diraque inter se odia diversitatem. Non enim minus dissidet homo ab homine, et animal quodvis ab animali, quam ignis ab aqua, neque minus ergo distinguitur. Magicus vero raptus magna ex parte confictus est, et. quas habeat causas, in superioribus declaravimus. Alibi diximus formalem rei cujusdam rationem esse in essentias plures multiplicabilem, excepta causa prima : igitur sicut ratio formalis corporis, qualitatis, naturæ in plura corpora, naturas, qualitates distincta est, sic et animæ intellectusque in animas intellectusque plures. Tum vero si anima excellentior formaliorque est, quam qualitas, certe providentia divina constitutum est, esse multos animarum gradus, sicut et qualitatum, formaliter inter se distinctos, non sicut hic calor ab illo subjecti causa, sed sicut calor a frigore, siccitas ab humore : quod et Plotinus in fine capituli jam innuit, ubi ait, intellectus esse multos, atque sensus ipsos judiciales simul esse cum intellectibus, id est cum intellectualibus animis. Significat vero disputationem hanc annuere, unam esse in cunctis corporibus animam, non rationalem quidem, sed vegetalem sensus cujusdam confusi participem ; verumtamen rationalem quamlibet animam posse corpus suum vita irrationali formare, si non sit ab anima mundi formatum.

I'. Καὶ μὴν ἐκ τῶν ἐναντίων φησὶν ὁ λόγος συμπαθεῖν ἀλλήλοις ἡμᾶς, καὶ συναλγοῦντας ἐκ τοῦ ὁρᾶν, καὶ διαχεομένους, καὶ εἰς τὸ φιλεῖν ἑλκομένους κατὰ φύσιν· μή ποτε γὰρ τὸ φιλεῖν διὰ τοῦτο· εἰ δὲ καὶ ἐπῳδαὶ καὶ ὅλως μαγεῖαι συνάγουσι, καὶ συμπαθεῖς πόρρωθεν ποιοῦσι, πάντως τοι διὰ ψυχῆς μιᾶς· καὶ λόγος δὲ ῥήμα λεχθεὶς διέθηκε τὸ πόρρω, καὶ ἀκούειν πεποίηκε τὸ διεστὸς ἀμήχανον ὅσον τόπον, ἐξ ὧν ἐστι τὴν ἑνότητα μαθεῖν ἁπάντων, τῆς ψυχῆς μιᾶς οὔσης· πῶς οὖν, εἰ ψυχὴ μία, ἡ μὲν λογικὴ, ἡ δὲ ἄλογος, καί τις καὶ φυτικὴ; ἢ ὅτι τὸ μὲν ἀμέριστον αὐτῆς κατὰ τὸ λογικὸν τακτέον, οὐ μεριζόμενον ἐν τοῖς σώμασι, τὸ δὲ μεριζόμενον περὶ τὰ σώματα, ἓν μὲν ὂν καὶ αὐτὸ, περὶ δὲ τὰ σώματα μεριζόμενον, παρεχόμενον τὴν αἴσθησιν πανταχοῦ, ἄλλην δύναμιν αὐτῆς θετέον, τό τε πλαστικὸν αὐτῆς καὶ ποιητικὸν σωμάτων δύναμιν ἄλλην; οὐχ ὅτι δὲ πλείους αἱ δυνάμεις, οὐ μία. Καὶ γὰρ ἐν τῷ σπέρματι πλείους αἱ δυνάμεις καὶ ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς τούτου πολλὰ ἕν. Διὰ τί οὖν οὐ πανταχοῦ πᾶσαι; καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς μιᾶς ψυχῆς παντα-

III. Proinde ratio dictat, nos ex opposito mutuis invicem passionibus affici, ipsoque aspectu misericordia tangi, atque diffundi, rapique naturaliter ad amandum : et profecto consideratione dignum est, num inter nos hic amor mutuus propterea oriatur. Jam vero, si carmina quædam veneficiaque magica plures in unum rapiunt, passionemque communem habitantibus etiam procul incutiunt, id totum omnino per animam unam confici posse videtur : atqui et sermo submissa voce prolatus longe remotum afficit, cogitque exaudire, quod intervallo etiam longissimo distat, ex quibus licet cunctorum intelligere unionem, velut per unam animam conspirantium : sed quonam pacto, si una est anima, alia quidem rationalis est, irrationalis alia, et alia vegetalis? Fortasse quoniam, quod in anima impartibile est, virtuti rationali est tribuendum in corporibus minime distributæ : quod autem est circa corpora distributum, ipsum quoque unum exsistens, sed divisum per corpora, et sensum exercens ubique, ponendum est aliam esse animæ partem : denique partem aliam per id, quod corpora effingit et fecit : neque vero anima minus una est, ex eo, quod plures ibi sint vires. Nam et in semine vires sunt plures, et semen unum, atque ex hoc uno multa sunt unum. Sed cur nam non ubique sunt omnes? Atqui et in anima, quæ in quolibet una esse dicitur, sensus non in

εἶναι τῶν σωμάτων, μηδέ τινος εἶναι, τότε καὶ αὐτὴν, ὥσπερ τὴν τοῦ παντὸς, συνδιοικήσειεν ῥᾳδίως τὸ πᾶν· ὡς οὐ κακὸν ὂν ψυχῇ ὁπωσοῦν σώματι παρέχειν τὴν τοῦ εὖ δύναμιν καὶ τοῦ εἶναι, ὅτι μὴ πᾶσα πρόνοια τοῦ χείρονος ἀφαιρεῖ τὸ ἐν τῷ ἀρίστῳ τὸ προνοοῦν μένειν. Διττὴ γὰρ ἐπιμέλεια παντὸς, τοῦ μὲν καθόλου κελεύσει κοσμοῦντος ἀπράγμονι ἐπιστασίᾳ βασιλικῇ, τὸ δὲ καθ' ἕκαστα ἤδη αὐτουργῷ τινι ποιήσει συναφῇ τῇ πρὸς τὸ πραττόμενον τὸ πρᾶττον τοῦ πραττομένου τῆς φύσεως ἀναπιμπλᾶσα. Τῆς δὲ θείας ψυχῆς τοῦτον τὸν τρόπον τὸν οὐρανὸν ἅπαντα διοικεῖν ἀεὶ λεγομένης, ὑπερεχούσης μὲν τῷ κρείττονι, δύναμιν δὲ τὴν ἐσχάτην εἰς τὸ εἴσω πεμπούσης, αἰτίαν μὲν ὁ θεὸς οὐκ ἂν ἔτι λέγοιτο ἔχειν, τὴν τοῦ τὴν ψυχὴν τοῦ παντὸς ἐν χείρονι πεποιηκέναι· ἥ τε ψυχὴ οὐκ ἀπεστέρηται τοῦ κατὰ φύσιν, ἐξ ἀϊδίου τοῦτ' ἔχουσα καὶ ἕξουσα ἀεὶ, ὃ μὴ οἷόν τε παρὰ φύσιν αὐτῇ εἶναι, ὅπερ διηνεκῶς αὐτῇ ἀεὶ ὑπάρχει, οὔποτε ἀρξάμενον. Τάς τε τῶν ἀστέρων ψυχὰς τὸν αὐτὸν τρόπον πρὸς τὸ σῶμα ἔχειν λέγων, ὥσπερ τὸ πᾶν, (ἐντίθησι γὰρ καὶ τούτων τὰ σώματα εἰς τὰς τῆς ψυχῆς περιφοράς,) ἀποσώζοι ἂν καὶ τὴν περὶ τούτους πρέπουσαν εὐδαιμονίαν. Δύο γὰρ ὄντων, δι' ἃ δυσχεραίνεται ἡ ψυχῆς πρὸς σώματα κοινωνία, ὅτι τε ἐμπόδιον πρὸς τὰς νοήσεις γίγνεται, καὶ ὅτι ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν πίμπλησιν αὐτὴν, οὐδέτερον τούτων ἂν γένοιτο ψυχῇ, ἥτις μὴ εἰς τὸ εἴσω ἔδυ τοῦ σώματος, μηδὲ τινός ἐστι, μηδὲ ἐκείνου ἐγένετο, ἀλλ' ἐκεῖνο αὐτῆς ἐστι τε τοιοῦτον, οἷον μήτε τινὸς δεῖσθαι, μήτε τινὶ ἐλλείπειν, ὥστε μηδὲ τὴν ψυχὴν ἐπιθυμιῶν πίμπλασθαι ἢ φόβων. Οὐδὲν γὰρ δεινὸν μή ποτε περὶ σώματος προσδοκήσῃ τοιούτου, οὔτε τις ἀσχολία νεῦσιν ποιοῦσα κάτω ἀπάγει τῆς κρείττονος καὶ μακαρίας θέας, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ πρὸς ἐκείνοις ἀπράγμονι δυνάμει τόδε τὸ πᾶν κοσμοῦσα.

neque se prorsus immergat corporibus, neque sit alicujus, tunc eam quoque, velut animæ mundanæ collegam, universum æqua facilitate recturam : quasi non sit animæ malum quomodocumque præbere corpori essendi, et bene essendi, potentiam. Non enim providentia omnis in deterioribus dispensandis inhibet interim providentem in optimo statu perseverare. Duplex sane in universo providentia est, [communis et propria] : et communis quidem jussu quodam a sollicitudine libero, regioque imperio cuncta componit : propria vero singulatim jam opera quadam, ut ita dixerim, manuaria opificium attrectando, opificem ipsum opificii conditione implet atque contaminat. Cum vero anima divina eo, quo dixi, modo totum cælum semper gubernare dicatur, superemimens quidem quod deterius est, vim autem ultimam huic intus infundens, non poterit quispiam causari deum, quasi totius animam in ipso deteriori posuerit. Jam vero et hæc ipsa anima naturali munere privatur nunquam, ab ævo id ipsum possidens semperque similiter habitura. Quod quidem huic præter naturam ipsius esse non potest : quippe cum huic assidue semper adsit, neque inceperit unquam. Stellarum quoque animas eodem modo ad corpus habere se dicit, quo et totius animam : nam et harum corpora animæ discursionibus admovet : ubi certe stellis etiam decentem servat felicitatem. Cum enim duo quædam sint, propter quæ potissimum commercium animæ ad corpora culpari solet, cum quia intelligentiam impedit, tum quia voluptatibus, libidinibus, doloribus obruit animum, neutrum profecto incommodum accidit animæ, quæcumque neque corporis penetralibus se prorsus immerserit, neque sit alicujus, neque evaserit corporis, sed vicissim animæ corpus, quod quidem tale sit, ut neque re ulla indigeat, neque defectum alicubi patiatur : quocirca neque animam concupiscentiis timoribusque inficiat. Nihil enim incommodi, nihil discriminis tali corpori occurrit animo metuendum : neque occupatio prorsus ulla ad inferiora declinans, a sublimi beataque contemplatione detorquet : imo vero ejusmodi anima semper divinis incumbit, facultate interim nequaquam sollicita nec operosa moderans universum.

Quoniam omnis natura præter primam simplicissimam infinitam multiplicabilis est, ideo in genere intellectuali multi sunt intellectus : in genere animali multæ sunt animæ : in ordine animarum multæ sunt intellectuales : quales sunt cæleste, daemoniacæ, nostræ.

Animæ nostræ, præter intellectum in mundo intelligibili semper agentem, habent rationem, imaginationem, sensum, vim reptalem, quas sane vires officiis propriis quandoque oportet uti. His autem utuntur in corpore : itaque consentaneum est, eas in corpora quandoque descendere.

Γ'. Περὶ δὲ τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς, ἡ ἐν σώματι πάντα λέγεται κακοπαθεῖν καὶ ταλαιπωρεῖν, ἐν ἀνίαις, καὶ ἐπιθυμίαις, καὶ φόβοις, καὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς γιγνομένη, ᾗ καὶ δεσμὸς τὸ σῶμα καὶ τάφος, καὶ ὁ κόσμος αὐτῇ σπήλαιον καὶ ἄντρον, ἤντινα γνώμην οὐ διάφωνον ἔχει ἐκ τῶν αἰτιῶν, οὐ τῶν αὐτῶν τῆς καθόδου, νῦν λέγωμεν, ὄντος τοίνυν παντὸς νοῦ ἐν τῷ τῆς νοήσεως τόπῳ, ὅλου τε καὶ παντὸς, ὃν δὴ κόσμον νοητὸν τιθέμεθα, ὄντων δὲ καὶ τῶν ἐν τούτῳ περιεχομένων νοερῶν δυνάμεων καὶ νόων τῶν καθ' ἕκαστα, (οὐ γὰρ εἷς νοῦς μόνος, ἀλλ' εἷς καὶ πολλοί,) πολλὰς ἔδει καὶ ψυχὰς καὶ μίαν εἶναι, καὶ ἐκ τῆς μιᾶς τὰς πολλὰς διαφόρους· ὥσπερ ἐκ γένους ἑνὸς εἴδη τὰ μὲν ἀμείνω, τὰ δὲ χείρω, καὶ τὰ μὲν νοερώτερα, τὰ δ' ἧττον ἐνεργείᾳ τοιαῦτα. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐν τῷ νῷ τὸ μὲν νοῦς,

III. In præsentia vero sermo nobis sit de anima nostra, quæ fertur in corpore mala omnia pati, miseramque vitam ducere, doloribus, cupiditatibus, timoribus ceterisque malis oppressa, cui corpus vinculum est atque sepulchrum : cui mundus est spelunca et antrum. Quæ quidem sententia de anima utraque diversa sentiens, veritati non dissonat, cum non sit in utraque eadem ratio descendendi : principio cum sit intellectus omnis in ipso intelligentiæ loco, totusque et omnis, quem mundum intelligibilem arbitramur : item cum sint ibidem comprehensæ vires intellectuales intellectusque singuli, (non enim unus solus est intellectus, sed unus et multi :) animarum multas quoque animas unamquam oportuit esse, multasque ex una inter se differentes, sicut ex uno quodam genere species, partim quidem præstantiores, partim vero deteriores, et partim magis intellectuales, partim minus actu tales. Etenim illic in mente hoc quidem est intel-

τεριέχων δυνάμει τἆλλα, οἷον ζῶων μέγα, τὰ δ' ἐνεργείᾳ ἕκαστον, ἃ δυνάμει περιεῖχε θάτερον, οἷον εἰ πόλις ἔμψυχος ἦν περιεκτικὴ ἐμψύχων ἄλλων, τελειοτέρα μὲν πόλεως καὶ δυνατωτέρα, οὐδὲν μὴν ἐκώλυε τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι καὶ τὰς ἄλλας· ἢ ὡς ἐκ τοῦ παντὸς πυρὸς τὸ μὲν μέγα, τὸ δὲ μικρὰ πυρὰ εἴη. Ἔστι δὲ ἡ πᾶσα οὐσία ἡ τοῦ παντὸς πυρὸς, μᾶλλον δὲ, ἀφ' ἧς καὶ ἡ τοῦ παντός. Ψυχῆς δὲ ἔργον τῆς λογικωτέρας νοεῖν μέν, οὐ τὸ νοεῖν δὲ μόνον· (τί γὰρ ἂν καὶ νοῦ διαφέροι;) προσλαβοῦσα γὰρ τῷ νοερὰ εἶναι καὶ ἄλλο, καθ' ὃ τὴν οἰκείαν ἔσχεν ὑπόστασιν, νοῦς οὐκ ἔμεινεν· ἔχει τε ἔργον καὶ αὐτὴ, εἴπερ πᾶν, ὃ ἂν ᾖ τῶν ὄντων. Βλέπουσα δὲ πρὸς μὲν τὸ πρὸ ἑαυτῆς νοεῖ, εἰς δὲ ἑαυτὴν, σώζει ἑαυτὴν, εἰς δὲ τὸ μετ' αὐτὴν, ὃ κοσμεῖ τε καὶ διοικεῖ καὶ ἄρχει αὐτοῦ· ὅτι μηδὲ οἷόν τε ἦν στῆναι τὰ πάντα ἐν τῷ νοητῷ, δυναμένου ἐφεξῆς ἄλλου καὶ ἄλλου γενέσθαι, ἐλάττονος μὲν, ἀναγκαίου δὲ εἶναι, εἴπερ καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ.

lectus alia omnia potentia comprehendens, velut animal ingens : alia vero actu sunt unumquodque, quæ potentia alterum comprehendit : velut si qua civitas animata foret complectens alias animatas, perfectior quidem et potentior esset ipsa civitatis communis anima, nihil tamen prohiberet, alias quoque animas civitatum ejusdem esse naturæ : vel sicut si ex universo igne alius quidem magnus sit ignis, alii vero parvi. Est enim ipsa omnis essentia ignis videlicet universi : imo vero, a qua et omnis ignis essentia est. Opus autem animæ, quæ rationalior est, certe est intelligere, neque tamen intelligere solum : alioqui, quo differat ab intellectu, non video : sed præter id, quod intellectualis est, assumens insuper aliud, secundum quod propriam sortitur naturam, non permanet intellectus. Habet autem opus et ipsa, si quidem, quicquid in entium ordine numeratur, proprium opus habet. Jam vero suspiciens anima ad id, quod ipsa superius est, intelligit : respiciens autem in se ipsam, servat profecto se ipsam. At vero ad id, quod inferius est, jam vergens exornat ipsum et gubernat et regit : fieri sane non poterat, ut in mundo intelligibili omnia conquiescerent : quippe cum aliud deinceps aliudque effici posset, quod quidem continue minus evaderet, necessario tamen exoriretur, quamdiu, quod superius est, consistat.

Intellectus divinus impressit intellectui nostro omniformem universi formam, quæ facile in rationem vacantem inde subrutilat. Quando igitur ratio ad eam penitus se convertit, secumque rapit imaginationem, in eodem statu, quo et mundi anima, permanet, id est, simili divinorum contemplatione fruitur, et interim cœlum habitans ad universalem mundi gubernationem intuitum convertit similiter et affectum. At quando ratio una cum imaginatione, universali mundi forma neglecta, particularem quandam diligentius intuetur, et amat ardentius, jamque et vegetalis ipsa natura eandem prorsus affectat, tunc anima facta jam angustior corpus asciscit angustum, passionibusque subjectum. Hinc igitur curis innumerabilibus sollicitata vexatur.

Δ'. Τὰς δὴ καθ' ἕκαστα ψυχὰς ὀρέξει μὲν νοερᾷ γραμένας ἐν τῇ ἐξ οὗ ἐγένοντο πρὸς αὐτὸ ἐπιστροφῇ, δύναμιν δὲ καὶ εἰς τὸ ἐπὶ τάδε ἐχούσας, οἷάπερ φῶς, ἐξηρτημένον μὲν κατὰ τὰ ἄνω ἡλίου, τῷ δὲ μετ' αὐτὸ οὐ φθονοῦν τῆς χορηγίας, ἀπήμονας μὲν εἶναι [χρὴ] μετὰ τῆς ὅλης μενούσας ἐν τῷ νοητῷ, ἐν οὐρανῷ δὲ μετὰ τῆς ὅλης συνδιοικεῖν ἐκείνῃ· οἷα οἱ βασιλεῖς τῷ πάντων κρατοῦντι συνόντες, συνδιοικοῦσιν ἐκείνῳ οὐ καταβαίνοντες οὐδ' αὐτοὶ ἀπὸ τῶν βασιλείων τόπων· καὶ γὰρ εἰσὶν ὁμοῦ ἐν τῷ αὐτῷ τότε· μεταβάλλουσαι τε ἐκ τοῦ ὅλου εἰς τὸ μέρος τε εἶναι καὶ ἑαυτῶν, καὶ ὧν κάμνουσαι τῷ σὺν ἄλλῳ εἶναι, ἀναχωροῦσιν εἰς τὸ αὐτῶν ἑκάστη. Ὅταν δὴ τοῦτο διὰ χρόνων ποιῇ, φεύγουσα τὸ πᾶν, καὶ τῇ διακρίσει ἀποστᾶσα καὶ μὴ πρὸς τὸ νοητὸν βλέπῃ, μέρος γενομένη, μονοῦταί τε καὶ ἀσθενεῖ, καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πρὸς μέρος βλέπει, καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ὅλου χωρισμῷ ἑνός τινος ἐπιβᾶσα, καὶ τὸ ἄλλο πᾶν φυγοῦσα, ἐλθοῦσα καὶ στραφεῖσα εἰς τὸ ἐν ἐκεῖνο πληττόμενον ὑπὸ τῶν ὅλων καὶ πάντων τοῦ τε ὅλου ἀπέστη, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον μετὰ περιστάσεως διοικεῖ, ἐφαπτομένη ἤδη καὶ θεραπεύουσα τὰ ἔξωθεν, καὶ παροῦσα καὶ ὅσα αὐτοῦ πολὺ εἰς τὸ εἴσω. Ἔνθα καὶ συμβαίνει αὐτῇ τὸ λεγόμενον πτεροῤῥυῆσαι, καὶ ἐν δεσμοῖς τοῖς τοῦ σώματος γενέσθαι, ἁμαρτούσῃ τοῦ ἀβλαβοῦς τοῦ ἐν τῇ διοικήσει τοῦ κρείττονος, ὃ ἦν παρὰ τῇ ψυχῇ τῇ ὅλῃ· τὸ δὲ πρὸ τοῦ ἦν παντελῶς ἀμείνων ἀναθαμούσῃ· εἰληπται οὖν πεσοῦσα καὶ πρὸς τῷ δεσμῷ οὖσα, καὶ τῇ αἰσθήσει ἐνεργοῦσα διὰ τὸ κωλύεσθαι τῷ νῷ ἐνεργεῖν καταργὰς, τεθάφθαι τε λέγεται καὶ ἐν σπηλαίῳ εἶναι. Ἐπιστραφεῖσα δὲ πρὸς νόησιν λύεσθαί τε ἐκ τῶν δεσμῶν, καὶ ἀναβαίνειν, ὅταν ἀρχὴν

IV. Oportet itaque singulas animas appetitu utentes intellectuali in ipsa ad auctorem suum conversione, habentes quinetiam facultatem ad sequentia dispensanda, quemadmodum lumen desuper quidem soli suspensum, sed interim se inferioribus sine invidia porrigens : oportet, inquam, illas indemnes illæsasque servari, quatenus una cum anima tota in mundo intelligibili vitam agunt. In cœlo præterea una cum tota quasi collegas similiter gubernare, sicut et reges alii una cum ipso rege omnium congregati ceu collegæ una cum ipso cuncta componunt, nec ipsi quidem e sedibus regiis descendentes : tunc enim in eodem cum ipso rege sunt statu. Cum vero animæ ab ipso toto ad id deveniunt, ut pars quædam jam suique juris evadant, quasi jam tædeat res una cum alio gerere, singulæ tunc se ad propria revocant. Quando itaque id diutius talis animus agit, fugiens totum, et inde discrepantia quadam jam sejunctus, nec ulterius intelligibile suspicit, pars aliqua jam evadens, nimirum solus relinquitur, et veluti destitutus fit impotens, negotiisque distrahitur. Nam parti cuidam est addictus, dum segregatus a toto uni cuidam se mancipat, omne reliquum fugiens, et profectus conversusque ad unicum illud a totis omnibusque concussum, sic itaque a toto degenerat, et proprium quiddam circa illa, quæ undique incidunt, distractus curat, contrectans colensque jam externa : nec solum assistens corpori, sed intra valde progressus. Hinc igitur, sicut dicitur, animus pennis abjectis sive confractis alligatur in corpore, postquam ab incolumi innoxioque habitu melioris provinciæ gubernandæ longius aberravit : qualis quidem habitus penes ipsam totius animam ante vigebat. Quod vero ante hoc est, omnino melius contingebat animo ad ipsum refugienti. Quamobrem devinctus est animus scilicet deladsus ab alto, et inde compedibus alligatus, et agendo sensibus utens, propterea quod prohibetur ab initio uti mente : fertur quoque sepultus esse et conditus in spelunca. At cum ad intelligentiam se convertit, solvi ex vinculis judicatur altiusque ascendere, quando videlicet ex quodam reminiscentiæ

πόθη ἐξ ἀναμνήσεως θεᾶσθαι τὰ ὄντα· ἔχει γάρ [τι] ἀεὶ οὐδὲν ἧττον ὑπερέχον τι. Γίγνονται οὖν οἷον ἀμφίβιοι ἐξ ἀνάγκης, τόν τε ἐκεῖ βίον τόν τε ἐνταῦθα παρὰ μέρος βιοῦσαι, πλεῖον μὲν τὸν ἐκεῖ, αἳ δύνανται πλέον τῷ νῷ συνεῖναι, τὸν δὲ ἐνθάδε πλεῖον, αἷς τὸ ἐναντίον ἢ φύσει ἢ τύχαις ὑπῆρξεν. Ἃ δὴ ὑποδεικνὺς ὁ Πλάτων ῥῆμα, ὅτε διαιρεῖ αὐτὰ ἐκ τοῦ ὑστέρου κρατῆρος καὶ μέρη ποιεῖ, τότε καί φησιν ἀναγκαῖον εἶναι εἰς γένεσιν ἐλθεῖν, ἐπείπερ ἐγένοντο μέρη τοιαῦτα. Εἰ δὲ λέγει σπεῖραι τὸν θεὸν αὐτὰς, οὕτως ἀκουστέον, ὥσπερ ὅταν καὶ λέγοντα καὶ οἷον δημηγοροῦντα ποιῇ. Ἃ γὰρ ἐν φύσει ἐστὶ τῶν ὅλων, ταῦτα ἡ ὑπόθεσις γεννᾷ τε καὶ ποιεῖ εἰς δεῖξιν προάγουσα ἐφεξῆς τὰ ἀεὶ οὕτω γιγνόμενά τε καὶ ὄντα.

munere ad entia contemplanda facit exordium: habet tamen nihilo minus aliquid interea supereminens. Animæ igitur necessario utramque vicissim vitam experiuntur, tum superiorem illam, tum rursus inferiorem alterne ducentes et diutius quidem vitam superiorem agunt, quæ plus possunt cum mente versari; diutius vero ducunt inferiorem, quibus contrarium vel natura vel fortunis acciderit. Quæ quidem Plato clam significans, quando animarum exordia ex secundo cratere dividit, facitque jam partes, tunc quoque ait necessarium fore in generationem labi, postquam tales factæ sunt partes. Ubi vero ait, deum animas serere, sic est nobis intelligendum, sicut quando loquentem et quasi concionantem deum ipsum inducit. Quæ enim in communi rerum natura sunt, hæc ipsa tractandi conditio gignit et facit, ordine quodam succedente declarans, quæ ita semper fiunt, et quæ ita consistunt.

De animæ descensu Empedoclis, Heracliti, Platonis dicta consentiunt.

Anima, quoniam divina est, in hac regione caduca sæpe convertitur ad divina: et quoniam est ultimum divinorum, et per instinctum affectumque naturalem venit in corpus, ideo voluntate venit scilicet naturali, insuper electione quadam venit et necessitate, quoniam divina lege necessarium est, animas, quæ sic affectæ sunt, sic eligi et e vestigio devenire. Sponte veniunt, velut ad bonum, non sponte interim incidunt et in malum. Venire huc animas ad ordinem pertinet universi, ad exercitationem inferiorum animæ virium, ad mali peritiam: peccantes animæ levius commutatione puniuntur ex feliciore homine in hominem felicem minus vel infelicem. Peccantes vero gravius vexantur etiam a dæmonibus, quod Mercurius et Orpheus lamblichusque confirmant. Vir puerum atrocitate vultus personatisque terriculamentis facile terret. Saturni Martisque influxus atræ bilis vel croceæ motibus imaginationes vexant: Saturnii quidam Martiique dæmones horrendis imaginationibus suis quasi vultibus personatis imaginationes peccantium miserabiliter agitant: possunt quin etiam eas humorum motibus afflictare.

Ε'. Οὐ τοίνυν διαφωνεῖ ἀλλήλοις ἥ τε εἰς γένεσιν σπορὰ, ἥ τε εἰς τελείωσιν κάθοδος τοῦ παντὸς, ἥ τε δίκη, τό τε σπήλαιον, ἥ τε ἀνάγκη, τό τε ἑκούσιον, (ἐπείπερ ἔχει τὸ ἑκούσιον ἡ ἀνάγκη,) καὶ τὸ ἐν κακῷ τῷ σώματι εἶναι, οὐδ' ἡ Ἐμπεδοκλέους φυγὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πλάνη, οὐδ' ἡ ἁμαρτία ἐφ' ᾗ ἡ δίκη, οὐδ' ἡ Ἡρακλείτου ἀνάπαυλα ἐν τῇ φυγῇ, οὐδ' ὅλως τὸ ἑκούσιον τῆς καθόδου, καὶ τὸ ἀκούσιον αὖ· (πᾶν μὲν γὰρ ἰὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀκούσιον·) φορᾷ γε μὴν οἰκείᾳ ἰὸν, πάσχον τὰ χείρω, ἔχειν λέγεται τὴν ἐφ' οἷς ἔπραξε δίκην· ὅταν δὲ ταῦτα πάσχειν καὶ ποιεῖν ᾖ ἀναγκαῖον, αἰτίως φύσεως νόμῳ [γίγνεται]· τὸ δὲ συμβαῖνον εἰς ἄλλου του χρείαν, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ αὐτὸ, αὐτὸν θεὸν εἴ τις λέγοι καταπέμψαι, οὐκ ἂν ἀσύμφωνος οὔτε τῇ ἀληθείᾳ οὔτε ἑαυτῷ ἂν εἴη. Καὶ γὰρ ἀφ' ἧς ἀρχῆς ἕκαστα, εἰ καὶ τὰ μεταξὺ πολλὰ, καὶ τὰ ἔσχατα εἰς αὐτὴν ἀναφέρεται. Διττῆς δὲ τῆς ἁμαρτίας οὔσης, τῆς μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ κατελθεῖν αἰτίᾳ, τῆς δὲ ἐπὶ τῷ ἐνθάδε γενομένην κακὰ δρᾶσαι, ἡ μέν ἐστιν αὐτὸ τοῦτο, ὃ πέπονθε κατελθοῦσα· τῆς δὲ τὸ ἔλαττον εἰς σώματα ἄλλα δῦναι, καὶ θᾶττον ἐκ κρίσεως τῆς κατ' ἀξίαν, ὃ δὲ θεσμῷ θείῳ γιγνόμενον διὰ τοῦ τῆς κρίσεως ὀνόματος δηλοῦται. Τὸ δὲ τῆς κακίας ἄμετρον εἶδος μείζονος καὶ τῆς δίκης ἠξίωται, ἐπιστασίᾳ τιννυμένων δαιμόνων. Οὕτω τοι, καίπερ οὖσα θεῖον καὶ ἐκ τῶν τόπων τῶν ἄνω, ἐντὸς γίγνεται τοῦ σώματος· καὶ θεὸς οὖσα ὁ ὕστερος ῥοπῇ αὐτεξουσίῳ καὶ αἰτίᾳ δυνάμεως καὶ τοῦ μετ' αὐτὴν κοσμήσει ὠδὶ ἔρχεται· κἂν μὲν θᾶττον φύγῃ, οὐδὲν βέβλαπται, γνῶσιν κακοῦ προσλαβοῦσα, καὶ φύσιν κακίας γνοῦσα, τάς τε δυνάμεις ἄγουσα αὐτῆς εἰς τὸ φανερὸν, καὶ δείξασα ἔργα τε καὶ ποιήσεις, ἃ ἐν τῷ

V. Non igitur inter se dissentiunt, animas in generationem seri, atque eas ad perfectionem universi descendere: item sub judicio pœna atque spelunca: rursus necessitas et spontanea motio: quandoquidem necessitas secum habet etiam voluntarium. Præterea quod dicitur, animam in malo esse, dum est in corpore, neque repugnat insuper Empedoclis fuga illa errorque a deo, neque, quod peccaverit animus, unde judicialis pœna sequatur: neque rursus Heraclitii in fuga requies: neque omnino voluntaria descendendi conditio, rursusque involuntaria. Quicquid enim devenit ad deterius, non sponte pervenit ad hoc ipsum, motione tamen propria vadens et interea deteriora patiens, dicitur pro his, quæ fecit, merita reportare: quando quidem hæc pati et facere sit necessarium lege naturæ perpetuo. Si quis autem dicat, quod in alterius cujusdam contingit usum, descendens scilicet ab ipso superiore, id ipsum adeo mitti, is neque veritati neque sibi dissonare censebitur. A quo enim principio ducuntur singula, in idem vel extrema, quamvis multa sint media, referuntur. Cum vero duplex sit peccatum, et alterum quidem in ipsa causa descendendi, alterum vero, dum in hoc vitæ statu delinquitur mala perpetrans, illud sane est hoc ipsum, quod est perpessa descendens. In hoc autem id minus est, scilicet alia ingredi corpora, atque ad quidem ocius ex judicio pro dignitate censente: quod utique instituto factum divino per judicii nomen significatur. Species vero improbitatis immoderatior majori supplicio digna perpenditur, quadam scilicet punientium dæmonum præfectura. Sic igitur anima, quamvis divinum quiddam sit regionibusque superioribus oriunda, in corpus tamen immergitur. Cumque deus quidam sit posterior voluntaria quadam inclinatione et causa potestatis et posteriori exornandi gratia, huc ita descendit: ac si cito hinc egressa fuerit, nullo hinc affecta detrimento ob id potissimum judicatur, quod in notitiam mali pervenit, malique ipsius cognovit naturam: item vires suas produxit in lucem, et opera effectionesque declaravit: quæ quidem omnia [illegible]

ἰσωμάτῳ ἠρεμοῦντα μάτην τε ἂν ἦν, εἰς τὸ ἐνεργεῖν ἀεὶ οὐκ ἰόντα, τήν τε ψυχὴν αὐτὴν ἔλαθεν ἄν, ἃ εἶχεν, οὐκ ἐκφανέντα οὐδὲ πρόοδον λαβόντα, εἴπερ πανταχοῦ ἡ ἐνέργεια τὴν δύναμιν ἔδειξε, κρυφθεῖσαν ἂν ἁπάντῃ καὶ οἷον ἀφανισθεῖσαν, καὶ οὐκ οὖσαν, μηδέποτε ὄντως οὖσαν. Νῦν μὲν γὰρ θαῦμα ἔχει τῶν ἔνδον ἕκαστος διὰ τῆς ποικιλίας τῶν ἔξω, οἷόν ἐστιν, ἐκ τοῦ τὰ γλαυρὰ ταῦτα δρᾶσαι.

habitu semper incorporeo conquiescerent et frustra forent, nunquam scilicet in actum suum proyenientia, et animam ipsam laterent, quæ possidet, nunquam scilicet emicantia neque procedentia in effectum : siquidem ubique actio potentiam patefacit, alioquin prorsus occultam et obscuram, nec exsistentem quidem, non vere exsistentem. Jam vero unusquisque nunc admiratur intrinseca propter externorum varietatem, dum, qualia sint illa, conjectat per hæc, quæ inde admodum varia pulcherrimaque proveniunt

Anima venit in corpus non solum infirmitate quadam, in divinis ultra consistere non valente, sed etiam potestate naturæ fecundæ pullulantis in germen : forma namque corporea est animæ fecundæ propago.

Simili quadam fecunditate primum bonum in mentem exuberat omniformem : hæc in similem mundi animam : hæc in mundum similiter omniformem : item causæ omnes in effectus ubique suos : denique superiorum providentiam imitatus animus ad inferiora se transfert quodam studio providendi.

ς'. Εἴπερ οὖν δεῖ μὴ ἓν μόνον εἶναι, ἐκέχρυπτο γὰρ ἂν πάντα, μορφὴν ἐν ἐκείνῳ οὐκ ἔχοντα, οὐδ' ἂν ὑπῆρχέ τι τῶν ὄντων, στάντος ἐν αὐτῷ ἐκείνου, οὐδ' ἂν τὸ πλῆθος ἦν αὐτῶν ὄντων τούτων τῶν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς γεννηθέντων, μὴ τῶν μετ' αὐτὰ τὴν πρόοδον λαβόντων, ἃ ψυχῶν εἴληχε τάξιν. Τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ ψυχὰς ἔδει μόνον εἶναι, μὴ τῶν δι' αὐτὰς γενομένων φανέντων, εἴπερ ἑκάστῃ φύσει τοῦτο ἔνεστι, τὸ μετ' αὐτὴν ποιεῖν καὶ ἐξελίττεσθαι, οἷον σπέρματος ἔκ τινος ἀμεροῦς ἀρχῆς εἰς τέλος τὸ αἰσθητὸν ἰούσης, μένοντος μὲν ἀεὶ τοῦ προτέρου ἐν τῇ οἰκείᾳ ἕδρᾳ, τοῦ δὲ μετ' αὐτὸ οἷον γεννωμένου ἐκ δυνάμεως ἀφάτου, ὅση ἦν ἐν ἐκείνοις, ἣν οὐκ ἔδει στῆσαι οἷον περιγράψαντα φθόνῳ, χωρεῖν δὲ ἀεί, ἕως εἰς ἔσχατον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τὰ πάντα ἧκει, αἰτίᾳ δυνάμεως ἀπλέτου ἐπὶ πάντα παρ' αὐτῆς πεμπούσης, καὶ οὐδὲν περιϊδεῖν ἄμοιρον αὐτῆς δυναμένης. Οὐ γὰρ δὴ ἦν ὃ ἐκώλυεν ὁτιοῦν ἄμοιρον εἶναι φύσεως ἀγαθοῦ, καθ' ὅσον ἕκαστον οἷόν τε ἦν μεταλαμβάνειν. Εἴ τ' οὖν ἦν ἀεὶ ἡ τῆς ὕλης φύσις, οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτὴν μὴ μετασχεῖν οὖσαν τοῦ πᾶσι τὸ ἀγαθὸν, καθ' ὅσον δύναται ἕκαστον, χορηγοῦντος, εἴ τε ἠκολούθησεν ἐξ ἀνάγκης ἡ γένεσις αὐτῆς τοῖς πρὸ αὐτῆς αἰτίοις, οὐδ' ὡς ἔδει χωρὶς εἶναι δυναμέων πρὶν εἰς αὐτὴν ἐλθεῖν, στάντος τοῦ καὶ τὸ εἶναι οἷον ἐν χάριτι δόντος. Δείξις οὖν τῶν ἀρίστων ἐν νοητοῖς τὸ ἐν αἰσθητῷ κάλλιστον τῆς τε δυνάμεως τῆς τε ἀγαθότητος αὐτῶν· καὶ συνέχεται πάντα εἰς ἀεὶ τά τε νοητῶς, τά τε αἰσθητῶς ὄντα, τὰ μὲν παρ' αὑτῶν ὄντα, τὰ δὲ μετοχῇ τούτων τὸ εἶναι εἰς ἀεὶ λαβόντα, μιμούμενα τὴν νοητὴν, καθ' ὅσον δύναται, φύσιν.

VI. Si igitur oportet non solum exsistere unum, alioqui absconderentur omnia formam in illo propriam non habentia, neque ens ullum prorsus exstaret, illo scilicet in se consistente : neque horum entium multitudo foret ab uno natorum, nisi sequentia deinceps inde progrederentur, quæ quidem animarum ordinem sortiuntur. Oportebat etiam similiter animas non tantum ipsas exsistere, sed etiam effectus earum perspicue apparere : si quidem unicuique naturæ hoc inest, ut sequens aliquid faciat explicetque in lucem, velut ex semine quodam indivisibili et principio in finem sensibilem procedente, dum scilicet semper, quod prius est, manet in propria sede; quod vero sequitur, procreatur ex potentia ineffabili, quantum superioribus insit, quam sterilem permanere non decuit, quasi invidia cohibitam, generare, sed procedere semper, quousque ad ultimum, quantum fieri potest, cuncta progrediantur, causa scilicet virtutis inexhaustæ munera sua per omnia diffundentis, neque patientis quicquam sui expers alicubi circumspicere. Neque enim est aliquid, quod prohibeat unumquodque particeps fore boni, quatenus sua cujusque natura compos esse possit. Sive igitur semper fuit tura materiæ, impossibile erat eam, cum esset, nequaquam participare, quod omnibus bonum, quantum unumquodque capere potest, abunde suppeditat : sive materiæ ortus præcedentibus causis est necessario consecutus, ne sic quidem oportuit eam munerum expertem esse ob ipsam ejus imbecillitatem, qua censetur, antequam munera in eam desuper descendere cogitentur : quando scilicet in se ipso maneret tantum, quod velut gratis et esse largitur. Demonstratio igitur eorum, quæ in mundo intelligibili optima sunt, est potissimum, quod est in sensibili mundo pulcherrimum, declaratio, inquam, cum potestatis illorum, tum etiam bonitatis. Nempe sic semper omnia connectuntur, cum quæ intelligibilia, tum quæ sensibilia judicantur : et illa quidem per se exsistentia, hæc autem illorum participatione esse semper accipientia, naturamque intelligibilem pro viribus imitantia.

Et aer inter ignem aquamve medius, illinc quidem igneus, hinc vero fit aqueus, ac vicissim ad utraque fertur : sic animus ad divina se habet atque caduca.

Omnia corpora sui aliquid inferioribus largiuntur, sed cælestia quidem nihil interim accipiunt a sequentibus, elementaria vero dando vicissim quoque recipiunt; similiter cælestes animæ, inferioribus providentes, inde nequaquam inficiuntur, dæmonicæ vero quædam, atque nostræ, dum perficiunt corpora, quodammodo inficiuntur inde, propter curiosiorem providentiam, circa provinciam duriorem; sed loci malignitas et mundi superioris felicitatem commemorat, et admonet illum vehementius affectare.

ζ'. Διττῆς δὲ φύσεως ταύτης οὔσης, τῆς μὲν νοητῆς, τῆς δὲ αἰσθητῆς, ἄμεινον μὲν ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι, ἀνάγκη γε μὴν ἔχει καὶ τοῦ αἰσθητοῦ μεταλαμβάνειν, τοιαύτην φύσιν ἐχούσῃ, καὶ οὐκ ἀγαναχτητέον

VII. Cum vero duplex sit natura, et altera quidem intelligibilis, altera vero sensibilis, satius est animæ, in ipsa intelligibili vivere : necessarium tamen est eam, cum ejusmodi natura sit prædita, sensibilem quoque naturam par-

αὐτὴν ἑαυτῇ, εἰ μὴ πάντα ἐστὶ τὸ κρεῖττον, μέσην τάξιν ἐν τοῖς οὖσιν ἐπισχοῦσαν, θείας μὲν μοίρας οὖσαν, ἐν ἐσχάτῳ δὲ τοῦ νοητοῦ οὖσαν, ὡς ὅμορον οὖσαν τῇ αἰσθητῇ φύσει, διδόναι μέν τι τούτῳ τῶν παρ' αὐτῆς, ἀντιλαμβάνειν δὲ καὶ παρ' αὐτοῦ, εἰ μὴ μετὰ τοῦ αὐτῆς ἀσφαλοῦς διακοσμοῖ, προθυμία δὲ πλείονι εἰς τὸ εἴσω δύοιτο, μὴ μείνασα ὅλη μεθ' ὅλης. Ἄλλως δὲ καὶ δυνατὸν αὐτῇ πάλιν ἐξαναδῦναι, ἱστορίαν ὧν ἐνταῦθα εἰδέ τε καὶ ἔπαθε προσλαβούσῃ καὶ μαθούσῃ, οἷον ἄρα ἐστὶν ἐκεῖ εἶναι, καὶ τῇ παραθέσει τῶν οἷον ἐναντίων οἷον σαφέστερον τὰ ἀμείνω μαθούσῃ. Γνῶσις γὰρ ἐναργεστέρα τἀγαθοῦ ἡ τοῦ κακοῦ πεῖρα, οἷς ἡ δύναμις ἀσθενεστέρα, ἢ ὥστε ἐπιστήμη τὸ κακὸν πρὸ πείρας γνῶναι. Ὥσπερ δὲ ἡ νοερὰ διέξοδος κατάβασίς ἐστιν εἰς ἔσχατον τὸ χεῖρον, (οὐ γὰρ ἔνι εἰς τὸ ἐπέκεινα ἀναβῆναι, ἀλλ' ἀνάγκη ἐνεργήσασαν ἐξ ἑαυτῆς, καὶ μὴ δυνηθεῖσαν μεῖναι ἐφ' ἑαυτῆς, φύσεως δὲ ἀνάγκη καὶ νόμῳ μέχρι ψυχῆς ἐλθεῖν, τέλος γὰρ αὐτῇ τοῦτο· ταύτῃ δὲ τὸ ἐφεξῆς παραδοῦναι αὐτὴν πάλιν ἀναδραμοῦσαν·) οὕτω καὶ ψυχῆς ἐνέργεια, τὸ μὲν μετ' αὐτὴν τὰ τῇδε, τὸ δὲ πρὸ αὐτῆς ἡ θέα τῶν ὄντων, ταῖς μὲν παρὰ μέρος καὶ χρόνῳ γιγνομένου τοῦ τοιούτου, καὶ ἐν τῷ χείρονι γιγνομένης ἐπιστροφῆς πρὸς τὰ ἀμείνω· τῇ δὲ λεγομένῃ τοῦ παντὸς εἶναι, τὸ μηδ' ἐν τῷ χείρονι ἔργῳ γεγονέναι, ἀπαθεῖ δὲ κακῶν οὔσῃ θεωρίᾳ τε περινοεῖν τὰ ὑπ' αὐτὴν, ἐξηρτῆσθαί τε τῶν πρὸ αὐτῆς ἀεί, ἃ ἅμα δυνατὸν καὶ ἅμφω λαμβανούσῃ μὲν ἐκεῖθεν, χορηγούσῃ δὲ ἅμα ἐνταῦθα, ἐπείπερ ἀμήχανον ἦν, μὴ καὶ τούτων ἐφάπτεσθαι ψυχῆ οὔσῃ.

ticipare (posse), neque graviter ferre debet, si non omnino est ipsum optimum : quippe cum medium in rebus obtineat ordinem, et divinæ quidem sortis sit particeps, in postremo autem gradu intelligibilis naturæ posita, velut affinis naturæ sensibili, sic naturaliter instituta, ut de suis aliquid huic exhibeat, recipiat etiam hinc quoque nonnihil, nisi propria integritate servata gubernet, sed affectu studioque plurimo naturæ inferioris ingrediatur interna, neque cum tota anima tota permaneat. Verumtamen potest vicissim hinc assurgere, peritiam eorum, quæ hic cognovit passaque est, reportans, unde didicerit, quam beata sit apud superos habitatio, et quasi contrariorum comparatione tanquam planius meliora perceperit. Cognitio enim boni perspicacior provenit experientia mali, præsertim quibus judicium infirmius est, quam ut absque experientia mali scientiam consequantur. Quemadmodum vero intellectualis discursio quædam ad ultimum deteriusque descensio est, (non enim superius progredi licet, sed necessarium est ex se ipsa agentem, neque potentem in se ipsa quiescere, necessitate naturæ legeque ad animam usque procedere : hic enim ei terminus est, et hac conditione sua sequentibus tradere, rursusque recurrere :) sic animæ quoque actio est, cum ad sequentia corporea gubernando, tum ad præcedentia ipsa videlicet entia contemplando. Expletur autem hoc in plerisque animis quadam vicissitudine temporum, ac tandem conversio a deterioribus ad meliora contingit : animæ vero, quæ dicitur universi, convenit procul dubio, ut nunquam deteriori opere occupetur, neque mala subeat, sed, quæ sequuntur, excelsa contemplatione prospiciat, et interim superioribus semper incumbat. Quod quidem simul in ea potest impleri, muneris utriusque compote, accipiente quidem desuper, inferioribus vero suppeditante : fieri namque non poterat, cum sit anima, quin se ad utraque propagaret.

Cum animus noster vires et actus cælestibus animis consimiles habeat, probabile est, saltem intellectum nostrum, sicut et illorum, circa divina semper agere, sicut natura vegetalis in nobis circa corporea versatur assidue.

Verum sicut actiones vegetales nostræ nos latent, sic et intellectuales nostræ nobis plurimum sunt occultæ, nec motus illas in parte vegetali sensu et concupiscentia factus patet nobis, nisi ad imaginationem et per hanc ad rationem usque pervenias : similiter nec actus intelligentiæ se patefacit, nisi in rationem vacantem quandoque subrutilet, perque hanc ad imaginationem similiter vacuam transferatur, ubi fieri solet animadversio. Cælestes animæ obedientia sibi corpora solo cum naturæ instinctu, tum mentis nutu facillime regunt : nostræ vero imaginationem quoque et rationem circa corpus id occupant, ejusmodi providentiam exigens : ideo constitutum est divinitus, ut quandoque hinc abeuntes ad cælestia revertantur.

Η'. Καὶ εἰ χρὴ παρὰ δόξαν τῶν ἄλλων τολμῆσαι τὸ φαινόμενον λέγειν σαφέστερον, οὐ πᾶσα οὐδ' ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἔδυ, ἀλλ' ἔστι τι αὐτῆς ἐν τῷ νοητῷ ἀεί· τὸ δὲ ἐν τῷ αἰσθητῷ, ὃ, εἰ κρατοῖ, μᾶλλον δὲ εἰ κρατοῖτο καὶ θορυβοῖτο, οὐκ ἐᾷ αἰσθησιν ἡμῖν εἶναι ὧν θεᾶται τὸ τῆς ψυχῆς ἄνω. Τότε γὰρ ἔρχεται εἰς ἡμᾶς τὸ νοηθέν, ὅταν εἰς αἴσθησιν ἥκῃ καταβαῖνον. Οὐ γὰρ πᾶν, ὃ γίγνεται περὶ ὁτιοῦν μέρος ψυχῆς, γιγνώσκομεν, πρὶν ἂν εἰς ὅλην τὴν ψυχὴν ἥκῃ, οἷον καὶ ἐπιθυμία, ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ μὲν οὖσα, γιγνώσκεται ἡμῖν, ἀλλ' ὅταν τῇ αἰσθητικῇ τῇ ἔνδον δυνάμει ἢ καὶ διανοητικῇ ἀντιλαβώμεθα, ἢ ἄμφω. Πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἔχει τι καὶ τοῦ κάτω πρὸς σῶμα, καὶ τοῦ ἄνω πρὸς νοῦν, καὶ ἡ μὲν ὅλη καὶ ὅλου τῷ αὐτῆς μέρει τῷ πρὸς τὸ σῶμα τὸ ὅλον κοσμεῖ, ὑπερέχουσα ἀπόνως, ὅτι μηδ' ἐκ λογισμοῦ, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ νῷ, ὡς ἡ τέχνη οὐ βούλεται [l. βουλεύεται], τὸ κάτω αὐτῆς κοσμοῦντος τοῦ ὅλου· αἱ δ' ἐν μέρει γιγνόμεναι καὶ

VIII. Proinde, si decet præter aliorum opinionem, quod mihi plane videtur, aperte pronuntiare, anima quoque nostra non universa corpus ingreditur, sed est ipsius aliquid in mundo intelligibili semper, aliquid autem in mundo sensibili : quod quidem, si superet, imo vero si superetur atque perturbetur, non permittit nos interim persentire, quæ supremum ipsum animæ contemplatur. Tunc enim, quod intelligitur, in nos descendit, quando ad sensum quendam pervenit descendendo. Non enim, quicquid circa quamlibet animæ partem fit, agnoscimus, priusquam ad totam perveniat animam, ceu concupiscentia vigens in ipsa concupiscendi natura tunc demum a nobis cognoscitur, quando virtute quadam intima sentiendi vel etiam cogitandi vel utraque hoc ipsum animadvertimus. Omnis enim anima habet aliquid, et inferius erga corpus, et superius erga mentem : et tota quidem atque totius animæ sua erga corpus parte totum regit, et id quidem absque labore, utpote quæ admodum supereminet : quoniam ratione rationis discursione, quemadmodum apud nos, id non provenit, sed ipso potius intellectu, sicut et ars consultare non solet. Illa enim per intimam sui partem totum mundum exornat ; sed animæ particulares atque partis habent

χαίρους ἔχουσι μὲν καὶ αὐταὶ τὸ ὑπερέχον, ἄσχολοι δὲ τῇ αἰσθήσει καὶ ἀντιλήψει πολλῶν ἀντιλαμβανόμεναι τῶν παρὰ φύσιν καὶ λυπούντων καὶ ταραττόντων· ἅτε οὖ ἐπιμελοῦνται μέρους καὶ ἐλλειποῦς καὶ πολλὰ ἔχοντος τὰ ἀλλότρια κύκλῳ, πολλὰ δὲ ὧν ἐφίεται, καὶ ἥδεται δὲ, καὶ ἡδονὴ ἠπάτησε· τὸ δέ ἐστι καὶ ἀνήδονον [ὄν] τὰς προσκαίρους ἡδονάς· ἡ δὲ διαγωγὴ ὁμοία.

ipsæ quoque aliquid supereminens, occupatæ vero sunt nimium ipso sensu, multorumque perceptione incidentium contra naturam affligentiumque et undique perturbantium : quippe cum id, quod ab eis curatur, pars quædam sit, et indigens atque deficiens multisque alienis adversisque circumfusa. Affectat quoque multa, illecebrisque plurimis irretitur, et ipsa voluptate decipitur. Quod vero superius est, nullo prorsus ad tempus oblectamento pulsatur, sed similem vitam semper agit.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Δ

ΛΟΓΟΣ Θ.

ΕΙ ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΨΥΧΑΙ ΜΙΑ.

ENNEADIS IV

LIBER IX.

UTRUM OMNES ANIMÆ UNA SINT ANIMA.

(177,178.) [886—891.]

Plotini sententia est, mundum unam habere propriam sibi animam, et animalia omnia suas propriasque habere. Nisi mundus haberet unam, non esset compositum perfectum vereque unum, nec reliquæ in mundo animæ ordine inter se facile convenirent : item, nisi nos proprias haberemus, affectio passioque et actio animalis in uno mox ad omnes universumque pertineret. Plotinus exercitaturus ingenium circa opinionem ponentem unicam in cunctis animam, ludit ultro citroque, aliud interea moliens.

Α'. Ἆρ' ὥσπερ ψυχὴν ἑκάστου μίαν φαμὲν εἶναι, ὅτι πανταχοῦ τοῦ σώματος ὅλη πάρεστι, καὶ ἔστιν ὄντως τὸν τρόπον τοῦτον μία, οὐκ ἄλλο μέν τι αὐτῆς ὠδί, ἄλλο δὲ ὠδὶ τοῦ σώματος ἔχουσα, ἔν τε τοῖς αἰσθητικοῖς, οὕτως ἡ αἰσθητική, καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς δὲ ὅλη πανταχοῦ ἐν ἑκάστῳ μέρει, οὕτω καὶ ἡ ἐμὴ καὶ ἡ σὴ μία, καὶ πᾶσαι μία, καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἡ ἐν πᾶσι μία, οὐχ ὡς ὄγκῳ μεμερισμένη, ἀλλὰ πανταχοῦ ταὐτόν; Διὰ τί γὰρ ἡ ἐν ἐμοὶ μία, ἡ δ' ἐν τῷ παντὶ οὐ μία; οὐ γὰρ ὄγκος οὐδὲ ἐκεῖ οὐδὲ σῶμα. Εἰ μὲν ἐκ τῆς τοῦ παντὸς καὶ ἡ ἐμὴ καὶ ἡ σὴ, μία δὲ ἐκείνη, καὶ ταύτας δεῖ εἶναι μίαν· εἰ δὲ καὶ ἡ τοῦ παντὸς καὶ ἡ ἐμὴ ἐκ ψυχῆς μιᾶς, πάλιν αὖ πᾶσαι μία. Αὕτη τοίνυν τίς ἡ μία, ἀλλὰ πρότερον λεκτέον, εἰ ὀρθως λέγεται τὸ μίαν τὰς πάσας, ὥσπερ ἡ ἑνὸς ἑκάστου· ἄτοπον γὰρ, εἰ μία ἡ ἐμὴ καὶ ἡ ὁτουοῦν ἄλλου· ἐχρῆν γὰρ ἐμοῦ αἰσθανομένου καὶ ἄλλον αἰσθάνεσθαι, καὶ ἀγαθοῦ ὄντος ἀγαθὸν ἐκεῖνον εἶναι, καὶ ἐπιθυμοῦντος ἐπιθυμεῖν, καὶ ὅλως ὁμοπαθεῖν ἡμᾶς τε πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τὸ πᾶν, ὥστε ἐμοῦ παθόντος συναισθάνεσθαι τὸ πᾶν. Πῶς δὲ καὶ μιᾶς οὔσης ἡ μὲν λογικὴ, ἡ δὲ ἄλογος, καὶ ἡ μὲν ἐν ζώοις, ἡ δὲ ἐν φυτοῖς ἄλλη; πάλιν δὲ, εἰ μὴ θησόμεθα ἐκείνως, τό τε πᾶν ἓν οὐκ ἔσται, μία τε ἀρχὴ ψυχῶν οὐχ εὑρεθήσεται.

I. Numquid, quemadmodum uniuscujusque animam unam esse dicimus, quoniam ubique tota est in corpore, ac revera hoc pacto est una, neque tamen alia pars ejus hic, alia ibi est in corpore, cum in his, quæ sentiunt, sic est anima sensualis, tum in plantis tota ubique in qualibet parte similiter : ita et mea et tua una anima est, et omnes denique anima una, atque in universo, quæ in cunctis una, non tanquam distributa per molem, sed habens ubique idem ? Cur enim anima quidem mea una est, quæ vero in mundo, non sit una ? Neque enim moles ibi est, neque corpus, sicut nec est in mea. Profecto, si ex ipsa mundi totius anima et mea est et tua, illa vero una est, has quoque oportet unam esse : si autem cum anima mundi tum meæ sunt ex una, rursus sunt omnes una. Quærendum est igitur, quænam potissimum sit hæc una. Sed prius investigandum est, num recte dicatur, omnes animas esse unam, sicut una est sua cujusque anima : absurdum namque est, unam esse animam meam et animam cujuscumque. Nam si una esset, oportebat utique me sentiente alium quoque sentire, ac me bene vivente, alium bene vivere, et appetente me, appetere : atque omnino nos cum inter nos, tum cum ipso toto undique passionibus convenire, usque adeo, ut, patiente me, consentiat universum. At quonam modo, si una omnino sit anima, alia quidem rationalis est, irrationalis alia ? item alia in animalibus, in plantis alia ? sed rursus nisi ponamus unam, neque universum erit unum, neque unum invenietur principium animarum.

Concessurus re vera Plotinus, animas esse distinctas, non facile cedit rationi jam dictæ, scilicet passiones animalis unius non in aliud universumque transituras.

Dici mallet, animalium corpora, neque sibi invicem, neque toti continua, distinctas animas postulare : item, ubi tota prorsus animalis virtus congregatur in uno, hanc ipsam animam, summum in animali genere possidentem, merito passiones defectusque in animalibus apparentes ipsam in se minime perpessuram.

Β'. Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ, εἰ ἡ ψυχὴ μία ἡ ἐμὴ καὶ ἡ ἄλλου, ἤδη καὶ τὸ συναμφότερον τῷ συναμφοτέρῳ ταὐτόν· ἐν ἄλλῳ γὰρ καὶ ἐν ἄλλῳ ταὐτὸν ὄν, οὐ τὰ αὐτὰ πάθη ἕξει ἐν ἑκατέρῳ, ὡς ἄνθρωπος ὁ ἐν ἐμοὶ κινουμένῳ, [ἐν ἐμοὶ γὰρ κινουμένῳ,] καὶ ἐν σοὶ μὴ κινουμένῳ· ἐν ἐμοὶ μὲν κινούμενος, ἐν σοὶ δὲ ἑστὼς ἔσται· καὶ οὐκ ἄτοπον οὐδὲ παραδοξότερον, τὸ ἐν ἐμοὶ καὶ σοὶ ταὐτὸν εἶναι· οὐ δὴ ἀνάγκη αἰσθανομένου ἐμοῦ καὶ ἄλλεν πάντῃ τὸ αὐτὸ πάθος ἔχειν· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς σώματος τὸ τῆς ἑτέρας χειρὸς πάθημα ἡ ἑτέρα ἤσθετο, ἀλλ' ἡ ἐν τῷ ὅλῳ. Εἰ δὲ ἔδει τὸ ἐμὸν γιγνώσκειν καὶ σὲ, ἕν τι ἐξ ἀμφοῖν ὂν, συνημμέ-

II. Principio quidem, si una sit mea alteriusque anima, non statim sequetur, ut utrumque cum utroque sit idem namque idem in alio existens atque alio, non easdem in utroque passiones habebit : sicut et homo idem in me moto et in te non moto : in me quidem moto movetur, in te vero non moto quiescet : neque absurdum neque præter opinionem est, quod in me est et te, idem esse : neque necessarium est, me sentiente alium quoque passionem eandem prorsus habere : siquidem nec in eodem corpore manus alterius passionem altera sentit, sed anima, quæ est in toto. Quodsi tu meam passionem sis cognituris, unum quiddam ex ambobus corpus oportebit esse conflatum. Se

νον σῶμα, ἐρρῆν εἶναι· οὕτω γὰρ συναφθεῖσαι ἑκατέρα ἥσθετο ταὐτόν. Ἐνθυμεῖσθαι δὲ προσήκει τὸ καὶ πολλὰ λανθάνειν τὸ ὅλον, καὶ τῶν ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ σώματι γιγνομένων, καὶ τοσούτῳ, ὅσῳ ἂν μέγεθος ἔχῃ τὸ σῶμα πολύ, ὥσπερ ἐπὶ κητῶν λέγεται μεγάλων, ἐφ' ὧν, παθήματός τινος περὶ τὸ μέρος ὄντος, τῷ ὅλῳ αἴσθησις διὰ μικρότητα τοῦ κινήματος οὐδεμία προσέρχεται, ὥστε οὐκ ἀνάγκη διάδηλον τύπῳ τὴν αἴσθησιν τῷ ὅλῳ καὶ παντὶ εἰσαφικνεῖσθαι, ἑνός τινος παθόντος. Ἀλλὰ συμπάσχειν μὲν οὐκ ἄτοπον οὐδ' ἀκογνωστέον, τύπωσιν δὲ αἰσθητικὴν οὐκ ἀναγκαῖον γίγνεσθαι, ἀρετὴν δὲ ἐν ἐμοὶ ἔχειν, κακίαν δὲ ἐν ἑτέρῳ, οὐκ ἄτοπον, εἴπερ καὶ κινεῖσθαι ἐν ἄλλῳ, καὶ ἐν ἄλλῳ ἑστάναι ταὐτόν, οὐκ ἀδύνατον. Οὐδὲ γὰρ οὕτω μίαν λέγομεν, ὡς πάντῃ πλήθους ἄμοιρον· τοῦτο γὰρ τῇ κρείττονι φύσει δοτέον· ἀλλὰ μίαν καὶ πλῆθος λέγομεν, καὶ μετέχειν τῆς φύσεως τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς γιγνομένης, καὶ τῆς ἀμεριστου αὖ, ὥστε πάλιν εἶναι μίαν. Ὥσπερ δὲ ἐπ' ἐμοῦ τὸ γενόμενον περὶ τὸ μέρος πάθος οὐκ ἀνάγκη κρατεῖν τοῦ ὅλου, ὃ δ' ἂν ἐπὶ τοῦ κυριωτέρου γεγένηται, φέρει τι εἰς τὸ μέρος· οὕτω τὰ μὲν ἐκ τοῦ παντὸς εἰς ἕκαστον σαφέστερα μᾶλλον, ὁμοπαθούντων πολλαχοῦ τῷ ὅλῳ· τὰ δὲ παρ' ἡμῶν ἄδηλον εἰ συντελεῖ πρὸς τὸ ὅλον.

enim conjunctæ utraque sentiet idem. Meminisse vero decet, multa interdum latere totum, eorum etiam, quæ in uno eodemque corpore fiunt, eoque magis, quo majorem corpus habet molem, quemadmodum in cetis vastioribus beluisque similibus dicitur evenire : in quibus patiente parte, nullus toti propter motionis exiguitatem incidit sensus. Quapropter non necessarium est, uno quodam patiente, perspicuum mox inde sensum toti omnique contingere. At compati quidem non est absurdum neque negandum : sensualem vero formationem fieri non est necessarium. Proinde, animam eandem in me quidem habere virtutem, sed in altero vitium, non est mirandum : siquidem nec est impossibile, idem aliquid in alio moveri, in alio conquiescere. Non enim sic unam esse dicimus, tanquam multitudinis omnis prorsus expertem : id sane natura sibi præstantior vindicat; sed unam simul multitudinemque dicimus, participemque esse cum naturæ hujus, quæ circa corpora fit partibilis, tum illius, quæ individua permanet : unde rursus unam esse animam consequatur. Quemadmodum vero passio, quæ in me parti contigit, non necessario totum occupat, sed, quæ accidit principali, diffunditur quodammodo et ad partem : sic, quæ ab universo ad unumquemque deveniunt, manifestiora contingunt, quippe cum singula toti compatiantur. Quæ vero nobis accidunt, utrum ad totum mox pertineant, est nobis occultum.

Ludit adhuc Plotinus noster.

Verum, sicut mutuus hominum amor unionem significat animarum, sic et perpetua diraque inter se odia diversitatem. Non enim minus dissidet homo ab homine, et animal quodvis ab animali, quam ignis ab aqua, neque minus ergo distinguitur. Magicus vero raptus magna ex parte confictus est, et quas habeat causas, in superioribus declaravimus. Alibi diximus formalem rei cujusdam rationem esse in essentias plures multiplicabilem, excepta causa prima : igitur sicut ratio formalis corporis, qualitatis, naturæ in plura corpora, naturas, qualitates distincta est, sic et animæ intellectusque in animas intellectusque plures. Tum vero si anima excellentior formaliorque est, quam qualitas, certe providentia divina constitutum est, esse multos animarum gradus, sicut et qualitatum, formaliter inter se distinctos, non sicut hic calor ab illo subjecti causa, sed sicut calor a frigore, siccitas ab humore : quod et Plotinus in fine capituli jam innuit, ubi ait, intellectus esse multos, atque sensus ipsos judiciales simul esse cum intellectibus, id est cum intellectualibus animis. Significat vero disputationem hanc annuere, unam esse in cunctis corporibus animam, non rationalem quidem, sed vegetalem sensus cujusdam confusi participem ; verumtamen rationalem quamlibet animam posse corpus suum vita irrationali formare, si non sit ab anima mundi formatum.

Γ'. Καὶ μὴν ἐκ τῶν ἐναντίων φησὶν ὁ λόγος συμπαθεῖν ἀλλήλοις ἡμᾶς, καὶ συναλγοῦντας ἐκ τοῦ ὁρᾶν, καὶ διαχεομένους, καὶ εἰς τὸ φιλεῖν ἑλκομένους κατὰ φύσιν· μή ποτε γὰρ τὸ φιλεῖν διὰ τοῦτο· εἰ δὲ καὶ ἐκφοβοῦσι καὶ ὅλως μαγεῖαι συνάγουσι, καὶ συμπαθεῖς πόρρωθεν ποιοῦσι, πάντως τοι διὰ ψυχῆς μιᾶς· καὶ λόγος δὲ ῥήτορικὸς λεχθεὶς διέθηκε τὸ πόρρω, καὶ κατακούειν πεποίηκε τὸ διεστὸς ἀμήχανον ὅσον τόπον, ἐξ ὧν ἐστι τὴν ἑνότητα μαθεῖν ἁπάντων, τῆς ψυχῆς μιᾶς οὔσης· πῶς οὖν, εἰ ψυχὴ μία, ἡ μὲν λογικὴ, ἡ δὲ ἄλογος, καί τις καὶ φυτική; ἢ ὅτι τὸ μὲν ἀμέριστον αὐτῆς κατὰ τὸ λογικὸν τακτέον, οὐ μεριζόμενον ἐν τοῖς σώμασι, τὸ δὲ μεριζόμενον περὶ τὰ σώματα, ἓν μὲν ὂν καὶ αὐτὸ, περὶ δὲ τὰ σώματα μεριζόμενον, παρεχόμενον τὴν αἴσθησιν πανταχοῦ, ἄλλην δύναμιν αὐτῆς θετέον, τό τε πλαστικὸν αὐτῆς καὶ ποιητικὸν σωμάτων δύναμιν ἄλλην; οὐχ ὅτι δὲ πλείους αἱ δυνάμεις, οὐ μία. Καὶ γὰρ ἐν τῷ σπέρματι πλείους αἱ δυνάμεις καὶ ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς τούτου πολλὰ ἕν. Διὰ τί οὖν οὐ πανταχοῦ πᾶσαι; καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς μιᾶς ψυχῆς παντα-

III. Proinde ratio dictat, nos ex opposito mutuis invicem passionibus affici, ipsoque aspectu misericordia tangi, atque diffundi, rapique naturaliter ad amandum : et profecto consideratione dignum est, num inter nos hinc amor mutuus propterea oriatur. Jam vero, si carmina quædam veneficiaque magica plures in unum rapiunt, passionemque communem habitantibus etiam procul incutiunt, id totum omnino per animam unam confici posse videtur : atqui et sermo submissa voce prolatus longe remotum afficit, cogitque exaudire, quod intervallo etiam longissimo distat, ex quibus licet cunctorum intelligere unionem, velut per unam animam conspirantium : sed quonam pacto, si una est anima, alia quidem rationalis est, irrationalis alia, et alia vegetalis? Fortasse quoniam, quod in anima impartibile est, virtuti rationali est tribuendum in corporibus minime distributæ : quod autem est circa corpora distributum, ipsum quoque unum exsistens, sed divisum per corpora, et sensum exercens ubique, ponendum est aliam esse animæ partem : denique partem aliam per id, quod corpora effingit et fecit : neque vero anima minus una est, ex eo, quod plures ibi sint vires. Nam et in semine vires sunt plures, et semen unum, atque ex hoc uno multa sunt unum. Sed cur nam non ubique sunt omnes? Atqui et in anima, quæ in quolibet una esse dicitur, sensus non in

χοῦ λεγομένης εἶναι ἡ αἴσθησις οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσιν ὁμοία, ὅ τε λόγος οὐκ ἐν ὅλῳ, τό τε φυτικὸν, καὶ ἐν οἷς μὴ αἴσθησις, καὶ ὅμως εἰς ἓν ἀνατρέχει, ἀποστάντα τοῦ σώματος· τὸ δὲ θρεπτικὸν εἰ ἐκ τοῦ ὅλου ἔχει, καὶ ἐκείνης, διὰ τί οὖν οὐ καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τὸ θρεπτικόν; ὅτι τὸ τρεφόμενον μέρος τοῦ ὅλου, ὅ καὶ παθητικῶς αἰσθητικόν· ἡ δὲ αἴσθησις ἡ κρίνουσα μετὰ νοῦ ἑκάστου, ᾗ οὐδὲν ἔδει πλάττειν τὸ ὑπὸ τοῦ ὅλου τὴν πλάσιν ἔχον. Ἐπεὶ κἂν ἐποίησεν αὐτὴν, εἰ μὴ ἐν τῷ ὅλῳ τούτῳ ἔδει αὐτὴν εἶναι.

omnibus partibus est consimilis, et ratio non est in toto, et vegetalis virtus inest etiam quibus sensus ipse non adest, et simul tamen in unum corpore sejuncta recurrunt. Si autem vim nutriendi a toto habet, atque ab illa, cur non igitur ab anima quoque nostra nutriendi vim habet? Quoniam, quod nutritur, pars est universi, quod passiva quadam conditione sensuale censetur: sensus vero ipse judicialis est cum quolibet intellectu, cui non opus fuit formare, quodque ab universo formatur. Nam et formavisset utique, nisi eum oportuisset in toto hoc formante connumerari.

Opinionem, dicentem cunctis inesse animam numero unam, jam respuit; tangit vero dicentem, esse unam specie distinctam numero, atque singulas esse derivatas ex una divisa.

Hanc quoque refutat; nam anima est substantia incorporea, individua, in se consistens. Non potest igitur una communis anima in plures derivari, sicut vel continuum in partes, vel albedo in plures albedines divisione continui, vel sicut ex uno sigillo plures in multis ceris fiunt impressiones.

Δ'. Ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται, ὡς μὴ θαυμάζειν τὴν εἰς ἓν ἀναγωγήν. Ἀλλὰ γὰρ ζητεῖ ὁ λόγος, πῶς μία; ἆρα γὰρ ὡς ἀπὸ μιᾶς, ἢ μία αἱ πᾶσαι; καὶ εἰ ἀπὸ μιᾶς μεριζομένης ταύτης, ἢ μενούσης μὲν ὅλης, ποιούσης δὲ παρ' αὐτῆς οὐδὲν ἧττον πολλὰς, καὶ πῶς ἂν μένουσα οὐσία πολλὰς ποιοῖ ἐξ αὐτῆς; λέγωμεν οὖν Θεὸν συλλήπτορα ἡμῖν γενέσθαι παρακαλέσαντες, ὡς δεῖ μὲν εἶναι μίαν πρότερον, εἴπερ πολλαί, καὶ ἐκ ταύτης τὰς πολλὰς εἶναι. Εἰ μὲν οὖν σῶμα εἴη, ἀνάγκη μεριζομένου τούτου τὰς πολλὰς γίγνεσθαι, ἄλλην πάντη οὐσίαν, τὴν δὲ ἄλλην γιγνομένην, καὶ ὁμοιομεροῦς οὔσης ὁμοειδεῖς πάσας γενέσθαι, εἶδος ἓν ταὐτὸν φερούσας ὅλον, τοῖς δὲ ὄγκοις ἑτέρας. Καὶ εἰ μὲν κατὰ τοὺς ὄγκους εἶχον τοὺς ὑποκειμένους τὸ ψυχαὶ εἶναι, ἄλλας ἀλλήλων εἶναι, εἰ δὲ κατὰ τὸ εἶδος, μίαν τῷ εἴδει ψυχὰς εἶναι. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐν πολλοῖς σώμασι ψυχὴν ὑπάρχειν, καὶ πρὸ ταύτης τῆς μιᾶς τῆς ἐν πολλοῖς ἄλλην αὖ εἶναι μὴ ἐν πολλοῖς, ἀφ' ἧς ἡ ἐν πολλοῖς μία, ὥσπερ εἴδωλον οὖσα πολλαχοῦ φερόμενον τῆς ἐν ἑνὶ μιᾶς· οἷον εἰ ἐκ δακτυλίου ἑνὸς πολλοὶ κηροὶ τὸν αὐτὸν τύπον ἀπομαξάμενοι φέροιεν, ἐκείνως μὲν οὖν ἀνηλίσκετο ἂν εἰς πολλὰ σημεῖα. Ὡς δὲ τὸ δεύτερον, ἀσώματον μὲν ἡ ψυχὴ ἐγίγνετο, καὶ πάθημα μὲν ὂν θαυμαστὸν οὐδὲν εἶχε, μίαν ποιότητα γενομένην ἐξ ἑνός τινος ἐν πολλοῖς εἶναι. Καὶ εἰ κατὰ τὸ συναμφότερον δὲ ἡ ψυχὴ, θαυμαστὸν οὐδέν· νῦν δὲ ἀσώματόν τε αὐτὸ τιθέμεθα καὶ οὐσίαν.

IV. Hæc igitur ideo dicta sunt, ne quis miretur ipsam ad unum reductionem. Sed enim disputandi ratio exigit, quonam modo sit una? numquid omnes sint una tanquam procedentes ab una, an ipsæ omnes penitus una? Quodsi tanquam ab una, numquid illa divisa, vel tota quidem permanente, sed nihilo minus multas ex se faciente? tum vero, quo modo essentia manens ex se ipsa multas efficiat? Dicamus igitur divino inprimis auxilio invocato, oportere profecto unam prius exsistere, si quidem multæ sint animæ, atque ex hac una procedere multas. Si ergo hæc una sit corpus, necessarium est, hac divisa fieri multas, et aliam omnino essentiam sic aliamque fieri, ac, si similibus sit partibus constituta, conformes quoque fieri cunctas, speciem unam eandemque totam ferentes, molibus vero diversas. Quodsi secundum subjectas moles hoc ipsum habeant, ut sint animæ, alias inter se esse: si autem secundum formam id potius habeant, unam specie animas esse. Hoc autem est unam eandemque inesse multis corporibus animam, et ante unam hanc insitam multis rursus aliam esse in multis non exsistentem: a qua, quæ in multis est una, pendet, tanquam simulacrum passim delatum unius exsistentis in uno: quemadmodum, si ex uno quodam sigillo multæ ceræ figura eadem imprimerentur, illa igitur modo in multa signa dispensaretur. Si autem secundo modo res se habet, incorporeum quidem aliquid anima est: ac si passio quædam sit, nihil mirum erit, qualitatem unam ex una quadam factam multis inesse. Ac si secundum utrumque simul junctum anima judicetur, nihil id mirum fuerit: nunc vero animam cum incorpoream esse, tum etiam essentiam arbitramur.

Animæ quamvis per essentias inter se distinctæ sint, omnes tamen quodammodo una sunt anima, tribus videlicet modis. Primo, quia omnibus præest una animarum generalis idea, et tota singulis inest. Secundo, quia quælibet anima est forma penitus omniformis, ideo quælibet anima ceteras complectitur animas. Differt tamen hæc ab illa, quoniam sub differenti actu proprietateque hæc et illa sunt omniformes, sicut conveniunt et differunt propositiones inter se geometricæ. Tertio quia omnes in eodem puncto esse possunt, sicut lumina imaginesque colorum absque confusione. Non esse unicam in singulis animam aut mentem, satis in Theologia probavimus. Hæc ergo tibi sit summa. Cave suspiceris, suspicari Plotinum, non distingui inter se essentias animarum; id enim omnibus ejus libris, et hujus etiam fini, adversaretur; quin etiam disputationem propriam fecit in hac enneade contra eos, qui animam esse unicam opinantur. Sed memento, Plotinum ubique comari omnia, quantum fieri potest, ad unum quiddam redigere, servata interim proprietate naturæ. Ad unum quiddam dico, id est, ad communionem affectionis actionisque et passionis; ut concors in universo harmonia servetur, et traductio virtutis et actionis mutuo facileque per singula fiat; quod quidem fieri non posset, nisi singulæ animæ, quamvis servata essentiæ distinctione, cum eantur et regantur ab una, ferme sicut virtutes omnes membrorum a virtute cordis et a cervice nervi. Adducit igitur multa ad unionem ejusmodi signa, quæ ut tanquam validissima confirmet: concedere videtur etiam, tanti vigoris videri posse ut

vakant adduci non solum ad talem unionem, sed ad majorem etiam suspicandam : quasi dicat ; si posset quispiam per hæc signa suspicari unionem essentiæ, quod tamen ego non probo, multo magis nos possumus per eadem signa unionem inter animas affectionis et actionis consensionisque et compassionis asseverare.

Ε'. Πῶς οὖν οὐσία μία ἐν πολλαῖς; ἢ γὰρ ἡ μία ἐν πᾶσιν ὅλη, ἢ ἀπὸ ὅλης καὶ μιᾶς αἱ πολλαὶ, ἐκείνης μενούσης. Ἐκείνη μὲν οὖν μία, αἱ δὲ πολλαὶ εἰς ταύτην ὡς μίαν, δοῦσαν ἑαυτὴν εἰς πλῆθος καὶ οὐ δοῦσαν. Ἱκανὴ γὰρ πᾶσι παρασχεῖν ἑαυτὴν καὶ μένειν μία. Δύναται γὰρ εἰς πάντα ἅμα, καὶ ἑκάστου οὐκ ἀποτέμηται πάντη· τὸ αὐτὸ οὖν ἐν πολλοῖς· μὴ δή τις ἀπιστείτω· καὶ γὰρ ἡ ἐπιστήμη ὅλη καὶ τὰ μέρη αὐτῆς, ὡς μένειν τὴν ὅλην, καὶ ἀπ' αὐτῆς τὰ μέρη· καὶ τὸ σπέρμα ὅλον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὰ μέρη, ἐν οἷς πέφυκε μερίζεσθαι, καὶ ἕκαστον ὅλον, καὶ μένει ὅλον, οὐκ ἠλαττωμένον τὸ ὅλον· ἡ δ' ὕλη ἐμέρισε, καὶ πάντα ἕν. Ἀλλ' ἐν τῇ ἐπιστήμῃ, εἴποι τις ἄν, τὸ μέρος οὐχ ὅλον· ἢ κἀκεῖ ἐνεργείᾳ μὲν μέρος τὸ προχειρισθέν, οὗ χρεία, καὶ τοῦτο προτέτακται. Ἕπεται μέντοι καὶ τὰ ἄλλα δυνάμει λανθάνοντα, καὶ ἔστι πάντα ἐν τῷ μέρει, καὶ ἴσως ταύτῃ ἡ ὅλη λέγεται, τὸ δὲ μέρος ἐκεῖ μὲν οἷον ἐνεργείᾳ ἅμα πάντα. Ἕτοιμον οὖν ἕκαστον, ὃ προχειρίσασθαι θέλεις· ἐν δὲ τῷ μέρει τὸ ἕτοιμον, ἐνδυναμοῦται δὲ, οἷον πλησιάσαν τῷ ὅλῳ. Ἔρημον δὲ τῶν ἄλλων θεωρημάτων οὐ δεῖ νομίζειν· εἰ δὲ μὴ, ἔσται οὐκέτι τεχνικὸν, οὐδὲ ἐπιστημονικὸν, ἀλλ' ὥσπερ ἂν καὶ εἰ παῖς λέγοι. Εἰ οὖν ἐπιστημονικὸν, ἔχει δυνάμει καὶ τὰ πάντα. Ἐπιστήσας γοῦν ὁ ἐπιστήμων ἐπάγει τὰ ἄλλα οἷον ἀκολουθίᾳ. Καὶ ὁ γεωμέτρης δὲ ἐν τῇ ἀναλύσει δηλοῖ, ὥστε τὸ ἓν ἔχει τὰ πρὸ αὐτοῦ πάντα, δι' ὧν ἡ ἀνάλυσις, καὶ τὰ ἑφεξῆς δὲ, ἃ ἐξ αὐτοῦ γεννᾶται. Ἀλλὰ ταῦτα διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἀπιστεῖται, καὶ διὰ τὸ σῶμα ἐπισκοτεῖται· ἐκεῖ δὲ φανὰ πάντα, καὶ ἕκαστον.

V. Quonam igitur modo una in multis essentia? aut enim una in omnibus tota, aut a tota unaque sunt multæ, illa manente. Illa igitur una est : multæ vero ad hanc referuntur ut unam, dantem se multitudini rursusque non dantem. Sufficit enim omnibus exhibere se ipsam, et nihilo minus una perseverare. Potest enim in omnia simul, et ab unoquoque non omnino sejungitur : idem ergo servatur in multis. Neque in hoc diffidere quisquam debet : nam scientia quoque tota est et partes ejus, adeo ut tota permaneat, et partes ab ipsa. Item semen est totum et partes ab eo, in quas naturaliter dividi potest, et unaquæque totum, manetque totum nihilo alicubi deminutum. Materia vero divisionis præbet occasionem : attamen omnia unum. Sed in scientia quidem, dicat aliquis, partem non esse totum : sed hic quoque actu quidem pars est, quod præ ceteris est expromptum, quatenus usus exigit, idque aliis est præpositum. Sequuntur tamen et reliqua, potentia quadam ibi latentia, suntque in parte omnia, et fortasse hac conditione ipsa tota dicitur : pars autem ibi quidem tanquam actu, sed simul omnia. Est igitur præsto paratum, quicquid aggredi expedireque velis. In ipsa vero parte inest, quod dicimus præparatum, sed esse in potentia judicatur, quatenus toti cohæret. Nec existimandum est, notionem hanc, quam dicimus scientiæ partem, esse aliarum vacuam notionum : alioquin non erit notio quædam artificiosa, nec scientiæ propria, sed perinde ac si puer aliquis forte loquatur. Si ergo scientiæ accommodata est, omnes potentia possidet. Sciens itaque vir cum propensior ad hæc incumbit, uno quodam inprimis posito, deinceps per consequentiam quandam reliqua quoque producit. Hinc et geometra in ipsa resolutione declarat, unumquodque præcedentia in se cuncta complecti, per quæ agitur resolutio, complecti etiam consequentia, quæ inde quodam ordine deducuntur. Verum hæc ob debilitatem nostram non creduntur, et mole corporis obscurantur : illic autem clara omnia sunt, atque etiam unumquodque perspicuum.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ ΑΡΧΙΚΩΝ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΝ.

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER I.

DE TRIBUS PRINCIPALIBUS SUBSTANTIIS, HABENTIBUS PRINCIPII RATIONEM.

Anima in patria sub ipsa mentis divinæ forma potius, quam sua, vivit et agit, sicut corpus, nunc sub animæ forma; sed cum primum confert se ad vivendum agendumque sub propria forma per discursionem scilicet rationalem, deinceps prolabitur paulatim in discursionem imaginalem et actionem sensualem atque vegetalem, ut jam quasi sub forma corporea vivat.
Hinc postremo contingit, ut se corpoream opinetur, ac de sua divinitate diffidens divina nec quærat unquam, nec veneretur.

Α'. Τί ποτε ἆρά ἐστι τὸ πεποιηκὸς τὰς ψυχὰς πατρὸς θεοῦ ἐπιλαθέσθαι, καὶ μοίρας ἐκεῖθεν οὔσας, καὶ ὅλως ἐκείνου, ἀγνοῆσαι καὶ ἑαυτὰς καὶ ἐκεῖνον; ἀρχὴ μὲν οὖν αὐταῖς τοῦ κακοῦ ἡ τόλμα, καὶ ἡ γένεσις, καὶ ἡ πρώτη ἑτερότης, καὶ τὸ βουληθῆναι δὲ ἑαυτῶν εἶναι. Τῷ δὴ αὐτεξουσίῳ ἐπειδήπερ ἐφάνησαν ἡσθεῖσαι, πολλῷ τῷ κινεῖσθαι παρ' αὐτῶν κεχρημέναι, τὴν ἐναντίαν δραμοῦσαι, καὶ πλείστην ἀπόστασιν πεποιημέναι, ἠγνόησαν καὶ ἑαυτὰς ἐκεῖθεν εἶναι· (ὥσπερ παῖδες εὐθὺς ἀποσπασθέντες ἀπὸ πατέρων, καὶ πολὺν χρόνον πόρρω τραφέντες, ἀγνοοῦσι καὶ ἑαυτοὺς καὶ πατέρας·) οὔτ' οὖν ἔτι ἐκεῖνον, οὔτε ἑαυτὰς ὁρῶσαι, ἀτιμάσασαι ἑαυτὰς ἀγνοίᾳ τοῦ γένους, τιμήσασαί τ' ἄλλα, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ἑαυτὰς θαυμάσασαι, καὶ πρὸς αὐτὰ ἐκπλαγεῖσαι, καὶ ἀγασθεῖσαι, καὶ ἐξηρτημέναι τούτων, ἀπέῤῥηξαν ὡς οἷόν τε ἑαυτὰς, ὧν ἀπεστράφησαν ἀτιμάσασαι· ὥστε συμβαίνει τῆς παντελοῦς ἀγνοίας ἐκείνου ἡ τῶνδε τιμὴ καὶ ἡ ἑαυτῶν ἀτιμία εἶναι αἰτία. Ἅμα γὰρ διώκεται ἄλλο, καὶ θαυμάζεται, καὶ τὸ θαυμάζον καὶ διῶκον ὁμολογεῖ χεῖρον εἶναι· χεῖρον δὲ αὐτό τι θέμενον γιγνομένων καὶ ἀπολλυμένων, ἀτιμότατόν τε καὶ θνητότατον πάντων ὧν τιμᾷ ὑπολαμβάνον, οὔτε θεοῦ φύσιν οὔτε δύναμιν ἄν ποτε ἐν θυμῷ βάλοιτο. Διὸ δεῖ διττὸν γίγνεσθαι τὸν λόγον πρὸς τοὺς οὕτω διακειμένους, εἴπερ τις ἐπιστρέψοι αὐτοὺς εἰς τὰ ἐναντία καὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἀνάγοι μέχρι τοῦ ἀκροτάτου καὶ ἑνὸς καὶ πρώτου. Τίς οὖν ἑκάτερος; ὁ μὲν δεικνὺς τὴν ἀτιμίαν τῶν νῦν ψυχῇ τιμωμένων, ὃν ἐν ἄλλοις δίῑμεν ἐπιπλέον· ὁ δὲ διδάσκων καὶ ἀναμιμνήσκων τὴν ψυχὴν, οἷον τοῦ γένους καὶ τῆς ἀξίας· ὃς πρότερός ἐστιν ἐκείνου, καὶ σαφηνισθεὶς κἀκεῖνον δηλώσει, περὶ οὗ νῦν λεκτέον. Ἐγγὺς γὰρ οὗτος τοῦ ζητουμένου, καὶ πρὸ ἔργου πρὸς ἐκεῖνον· τὸ γὰρ ζητοῦν ἐστι ψυχὴ, καὶ τί ὂν ζητεῖ, γνωστέον αὐτῇ, ἵνα αὐτὴν πρότερον μάθῃ, εἰ δύναμιν ἔχει τοῦ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, καὶ εἰ ὅμμα τοιοῦτον ἔχει, οἷον ἰδεῖν, καὶ εἰ προσήκει ζητεῖν. Εἰ μὲν γὰρ ἀλλότρια, τί δεῖ; εἰ δὲ συγγενῆ, καὶ προσήκει καὶ δύναται εὑρεῖν.

I. Quidnam in causa est, ut animæ, quæ divinæ sortis sunt, deique omnino, tamen dei patris obliviscantur, ignorantes et se ipsas et illum? Principium igitur mali est animis audacia, generatio, prima diversitas, et quia volunt sui juris esse. Postquam igitur libertate hac sive licentia delectari cœperunt, fretæ plurimum suo quodam ex se ipsis movendi munere, et iter contrarium ineuntes, factæque jam remotissimæ, jam se ipsas illinc exortas esse prorsus ignorant: velut pueri statim nati a parentibus segregati, proculque diutius educati, et se et parentes ignorant. Cum igitur neque patrem neque se ipsas videant, suique generis ignorantia se parvi faciant, honorantes alia, et, quicquid occurrit, magis, quam se, admirantes, atque stupidæ hinc et admirabundæ pendentes, nimirum se jam longissime projecerunt, disjunxeruntque a patre atque se ipsis, dum scilicet ea, a quibus nimium aversæ sunt, parvi facerent. Quamobrem extrema divinitatis inscitia ex inferiorum honore suique ipsius contempta animæ videtur accidere. Simul enim prosequitur admiraturque aliud, et interim confitetur se admirantem et prosequentem hoc ipso deteriorem esse. Cum igitur deteriorem se ipsam rebus nascentibus et occidentibus existimet, ideoque abjectissimum quiddam maximeque caducum omnium, quæ honorat, esse se putet, merito neque dei naturam neque potentiam animo concipit. Quapropter geminum ad eos, qui sic affecti sunt, sermonem habere debemus, si modo conversuri eos simus ad opposita quædam atque prima, et usque ad summum unumque et primum denique reducturi. Quisnam igitur est uterque? Alter profecto, qui demonstrat ignominiam harum rerum, quæ ab animo honorantur; quam rem alibi longe percurrimus: alter vero, qui docet atque commemorat, quam generosa stirpe sit animus procreatus, et quanta præditus dignitate. Quæ certe sermo prior est, quam ille, atque declaratus declarabit et illum, de quo sane nunc est dicendum. Proxime enim hic ad naturam ejus, quod quærimus, videtur accedere, atque illi opportune præponitur. Ipsum enim, quod quærit, est anima, cui profecto cognoscendum est, quid existens jam ipsa in se perquirat, ut discat inprimis, num ipsa vim habeat ad talia quædam investiganda, et numquid eum habeat oculum, quo perspicere valeat, et omnino num hæc conveniat indagare. Si enim aliena nobis sunt, curnam hæc indagemus? Sin autem cognata, meritoque decet expeditque perquirere, et potest quandoque animus in venire.

Quota sit mundanæ animæ dignitas, ostendit ex eo, quod, nisi in mundo sit ipsa, mundus nihil aliud, quam materia quædam informis erit.

Anima rerum formas gignit, motiones omnium et actiones ipsa citat, vitam omnibus inserit et progressum, est ubique tota, nutu tepet : atque ita se habet ad mundanum corpus accedens, sicut sol exoriens ad aereum tenebrosum. Similes anima nostra vires similemque ferme dignitatem habet, præsertim, si corporeis sordibus expurgata redierit in se ipsam.

Β'. Ἐνθυμείσθω τοίνυν πρῶτον ἐκεῖνο πᾶσα ψυχή, ὡς αὐτὴ μὲν ζῶα ἐποίησε πάντα, ἐμπνεύσασα αὐτοῖς ζωήν, ἅ τε γῆ τρέφει, ἅ τε θάλασσα, ἅ τε ἐν ἀέρι, ἅ τε ἐν οὐρανῷ ἄστρα θεῖα· αὐτὴ δὲ ἥλιον, αὐτὴ δὲ τὸν μέγαν τοῦτον οὐρανόν, αὐτὴ δὲ ἐκόσμησεν, αὐτὴ δὲ ἐν τάξει περιάγει, φύσις οὖσα ἑτέρα ὧν κοσμεῖ, καὶ ὧν κινεῖ, καὶ ἃ ζῆν ποιεῖ, καὶ τούτων ἀνάγκη εἶναι τιμιωτέραν· γιγνομένων μὲν τούτων, καὶ φθειρομένων, ὅταν αὐτὰ ψυχὴ ἀπολείπῃ, ἡ χορηγῆ τὸ ζῆν, αὐτὴ δὲ οὖσα ἀεὶ τῷ μὴ ἀπολείπειν ἑαυτήν. Τίς δὴ τρόπος τῆς χορηγίας τοῦ ζῆν ἔν τε τῷ σύμπαντι, ἔν τε τοῖς ἑκάστοις, ὧδε λογιζέσθω. Σκοπείσθω δὲ τὴν μεγάλην ψυχὴν ἄλλη ψυχή, οὐ σμικρὰ, ἀξία τοῦ σκοπεῖν γενομένη, ἀπαλλαγεῖσα ἀπάτης, καὶ τῶν γεγοητευκότων τὰς ἄλλας, ἡσύχῳ τῇ καταστάσει· ἥσυχον δὲ αὐτῇ ἔστω μὴ μόνον τὸ περικείμενον σῶμα, καὶ ὁ τοῦ σώματος κλύδων, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ περιέχον· ἥσυχος μὲν γῆ, ἥσυχος δὲ θάλασσα καὶ ἀὴρ, καὶ αὐτὸς οὐρανὸς ἁπάντων· νοείτω δὲ πάντοθεν εἰς αὐτὸν ἑστῶτα ψυχὴν ἔξωθεν οἷον εἰσρέουσαν καὶ εἰσχυθεῖσαν, καὶ πάντοθεν εἰσνοῦσαν καὶ εἰσλάμπουσαν, οἷον σκοτεινὸν νέφος ἡλίου βολαὶ φωτίσασαι λάμπειν ποιοῦσι, χρυσοειδῆ ὄψιν διδοῦσαι· οὕτω τοι καὶ ψυχὴ ἐλθοῦσα εἰς σῶμα οὐρανοῦ ἔδωκε μὲν ζωὴν, ἔδωκε δὲ ἀθανασίαν, ἤγειρε δὲ κείμενον. Ὁ δὲ κινηθεὶς κίνησιν ἄϊδιον ὑπὸ ψυχῆς ἔμφρονος ἀγούσης ζῶον εὔδαιμον ἐγένετο, ἔσχε τε ἀξίαν οὐρανὸς ψυχῆς εἰσοικισθείσης, ὧν πρὸ ψυχῆς σῶμα νεκρὸν, γῆ καὶ ὕδωρ, μᾶλλον δὲ σκότος ὕλης καὶ μὴ ὄν, καὶ ὁ στυγέουσιν οἱ θεοί, φησί τις. Γένοιτο δ' ἂν φανερωτέρα αὐτῆς καὶ ἐναργεστέρα ἡ δύναμις καὶ ἡ φύσις, εἴ τις ἐνταῦθα διανοηθείη, ὅπως περιέχει καὶ ἄγει ταῖς αὐτῆς βουλήσεσι τὸν οὐρανόν. Παντὶ μὲν γὰρ τῷ μεγέθει τούτῳ, ὅσος ἐστὶν, ἔδωκεν ἑαυτὴν, καὶ πᾶν διάστημα, καὶ μέγα καὶ μικρὸν, ἐψύχωται, ἄλλου μὲν ἄλλῃ κειμένου τοῦ σώματος, καὶ τοῦ μὲν ὧδὶ, τοῦ δὲ ὡδὶ ὄντος, καὶ τῶν μὲν ἐξ ἐναντίας, τῶν δὲ ἄλλων ἀπάρτησιν ἀπ' ἀλλήλων ἐχόντων. Ἀλλ' οὐχ ἡ ψυχὴ οὕτως, οὐδὲ μέρη αὐτῆς ἑκάστῳ κατακερματισθεῖσα μορίῳ ψυχῆς ζῆν ποιεῖ, ἀλλὰ τὰ πάντα ζῇ τῇ ὅλῃ, καὶ πάρεστι πᾶσα πανταχοῦ, τῷ γεννήσαντι κατρὶ ὁμοιουμένη καὶ κατὰ τὸ ἕν, καὶ κατὰ τὸ πάντῃ. Καὶ πολὺς ὢν ὁ οὐρανὸς, καὶ ἄλλος ἄλλῃ, ἕν ἐστι τῇ ταύτης δυνάμει· καὶ θεός ἐστι διὰ ταύτην ὁ κόσμος ὅδε. Ἔστι δὲ καὶ ἥλιος θεὸς, ὅτι ἔμψυχος, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα· καὶ ἡμεῖς, εἴπερ τι, διὰ τοῦτο· νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι. Τὴν δὲ θεοῖς αἰτίαν τοῦ θεοῖς εἶναι ἀνάγκη πρεσβυτέραν θεὸν νομῶν εἶναι· ὁμοειδὴς δὲ καὶ ἡ ἡμετέρα. Καὶ ὅταν ἐκ τῶν προσελθόντων σκοπῇς λαβὼν κεκαθαρμένην,

II. Cogitare debet inprimis omnis anima, animam ipsam animalia omnia effecisse, inspirantem eis vitam : fecisse, inquam, viventia omnia, quæ nutrit tellus, et quæ mare, quæ in aere sunt, et quæ in cœlo stellæ divinæ. Anima solem, anima ingens hoc cælum exornavit, ordineque perpetuo ducit, exsistens profecto natura quædam ab his diversa, quæ ornat, quæ movet, quibus suggerit vitam : ideoque necesse est his omnibus esse præstantiorem : quippe cum hæc et oriantur, quando anima suppeditat vitam, et occidant, quando destituit : ipsa vero sit semper, propterea, quod nunquam deserit semet ipsam. Quis autem modus sit vitæ suppeditandæ cum universo, tum singulis animantibus, ita potissimum cogitetur. Consideret itaque ingentem animam alia quædam anima, non parvam in considerando dignitatem adepta, a deceptione videlicet libera, et ab his omnibus, quæ ceteras animas fascinare consueverunt, ideoque in habitu quodam quietissimo constituta : non solum vero quiescat illi circumfusum corpus corporisque procella, verum etiam, quicquid extrinsecus ambit, undique conquiescat. Torpeat ergo terra et mare aerque, et ipsum cælum præstantissimum. Excogitet mox in torpentem ejusmodi molem undique animam extrinsecus influentem penitusque infusam et omnia penetrantem nec aliter illustrantem, quam solis radii obscuram caliginem illuminare soleant, nubesque sæpe aspectu aureas reddere : sic itaque anima cæleste corpus ingressa dedit vitam, dedit immortalitatem, torpens protinus excitavit. Hoc autem motu perpetuo agitatum sapientis animæ ductu beatum animal est effectum, omnemque cælum adeptum est dignitatem, cum primum inhabitavit anima, cum prius esset corpus vita vacuum, terra scilicet atque aqua : imo vero materiæ tenebrositas, atque non ens, quodque (ut inquit Homerus) dii odio habent. Fiet autem clarior atque perspectior vis animæ atque natura, si quis in his animadvertat, quemadmodum ipsa sua voluntate cælum complectatur et ducat. Omni namque huic moli, quantacumque est, tradidit semet ipsam. Unde totum hoc intervallum cum magnum, tum parvum, est animatum, ubi corporis aliud atque aliud est alibi situm : et hoc quidem sic, illud vero aliter est dispositum : et alia ex opposito sita, alia vero connexa invicemque pendentia. At anima non ita se habet. Non enim in partes particulasque divisa vitam inserit singulatim : sed omnia se tota vivificat, totaque ubique adest, similis effecta patri, cum secundum ipsum unum, tum secundum quandam per omnia amplitudinem. Et profecto cælum, etsi multiplex aliudque sit alibi, est tamen animæ ipsius potentia unum. Jam vero propter ipsam hic mundus est deus. Sol quoque deus est, quoniam animatus, stellæque similiter omnes. Nos quoque quicquid habemus egregii, ob hoc ipsum duntaxat habemus. Orbati namque anima sterquilinio abjectiores esse dicuntur [ab Heraclito]. Necessarium vero est, animam ipsam, quandoquidem diis, ut dii sint, causa est, antiquiorem iis deum exsistere : conformis quoque huic est et nostra. Itaque si quando absque adjunctis eam consideraveris, puram inspiciens, invenies profecto idem ipsum,

εὑρήσεις τὸ αὐτὸ τίμιον, ὃ ἦν ψυχή, καὶ τιμιώτερον παντὸς τοῦ ὃ ἂν σωματικὸν ᾖ· γῆ γὰρ πάντα. Κἂν πῦρ δὲ ᾖ, τί ἂν εἴη τὸ καῖον αὐτοῦ; καὶ ὅσα ἐκ τούτων σύνθετα· κἂν ὕδωρ αὐτοῖς προσθῇς, κἂν ἀέρα· εἰ δ' ὅτι ἔμψυχον, διωκτὸν ἔσται, τί παρείς τις ἑαυτὸν ἄλλον διώκει; τὴν δὲ ἐν ἄλλῳ ψυχὴν ἀγάμενος, σεαυτὸν ἄγασαι.

quod est anima, venerandum omnique corporeo admodum pretiosius. Etenim sine ipsa anima fortasse terra sint omnia. Ac si intersit et ignis, quidnam erit vehementia ejus adurens? et quæcumque ex his composita fuerint: tamelsi aquam his aeremque addideris, nondum tamen nactus fueris aliquid venerandum. Quodsi ex eo, quod animetur, prosecutione dignum corpus evadet, cur, quæso, te ipsum, id est animum tuum, dimittis, aliud vero quicquam prosequeris? Sed age, animam ipsam admiratus in alio, admirare te ipsum.

Facultas nostra rationalis tanquam mobilis et ab otio migrans in actum, atque vicissim, pendet ab intellectu nostro stabiliter semperque agente; atque hic tanquam proprius animæ particularisque pendet ab intellectu communi in se ipso simpliciter consistente.

Intellectus noster se habet ad rationem, et intellectus communis ad nostrum, sicut lumen ad aerem, formaque ad materiam. Sed ratio quidem quotidie formatur ab intellectu nostro, noster autem intellectus a communi semper formatus est, semper illuminatus. Intellectus igitur communis excellentiam ex ipsa intellectus animalis præstantia possumus conjectare.

Γ'. Οὕτω δὴ τιμίου καὶ θείου ὄντος χρήματος τῆς ψυχῆς, πιστεύσας ἤδη τῷ τοιούτῳ θεὸν μετιέναι, μετὰ τοιαύτης αἰτίας ἀνάβαινε πρὸς ἐκεῖνον. Πάντως που οὐ πόρρω βαλεῖς, οὐδὲ πολλὰ τὰ μεταξύ. Λάμβανε τοίνυν τὸ τοῦ θείου τούτου θειότερον τὸ ψυχῆς πρὸς τὸ ἄνω γειτόνημα, μεθ' ὃ καὶ ἀφ' οὗ ἡ ψυχή. Καίπερ γὰρ οὖσα χρῆμα, οἷον ἔδειξεν ὁ λόγος, εἰκών τίς ἐστι νοῦ, οἷον λόγος ὁ ἐν προφορᾷ λόγου τοῦ ἐν ψυχῇ, οὕτω τοι καὶ αὐτὴ λόγος νοῦ· καὶ ἡ πᾶσα ἐνέργεια, καὶ ἣν προΐεται ζωὴν εἰς ἄλλου ὑπόστασιν, οἷον πυρὸς, τὸ μὲν ἡ συνοῦσα θερμότης, ἡ δὲ ἣν παρέχει. Δεῖ δὲ λαβεῖν ἐκεῖ, οὐκ ἐκρέουσαν, ἀλλὰ μένουσαν μὲν τὴν ἐν αὐτῷ, τὴν δὲ ἄλλην ὑφισταμένην. Οὖσα οὖν ἀπὸ νοῦ νοερά ἐστι, καὶ ἐν λογισμοῖς ὁ νοῦς αὐτῆς· καὶ ἡ τελείωσις ἀπ' αὐτοῦ πάλιν, οἷον πατρὸς ἐκ θρέψαντος, ὃν οὐ τέλειον ὡς πρὸς αὐτὸν ἐγέννησεν. Ἥ τε οὖν ὑπόστασις αὐτῇ ἀπὸ νοῦ, ὅ τε ἐνεργείᾳ λόγος νοῦ αὐτῇ ὁρωμένου· ὅταν γὰρ ἐνίδῃ εἰς νοῦν, ἔνδοθεν ἔχει καὶ οἰκεῖα, ἃ νοεῖ καὶ ἐνεργεῖ· καὶ ταύτας μόνας δεῖ λέγειν ἐνεργείας ψυχῆς, ὅσα νοερῶς, καὶ ὅσα οἰκοθεν, τὰ δὲ χείρω, ἄλλοθεν, καὶ πάθη ψυχῆς τῆς τοιαύτης. Νοῦς οὖν ἐπὶ μᾶλλον θειοτέραν ποιεῖ, καὶ τῷ πατρὶ εἶναι, καὶ τῷ παρεῖναι· οὐδὲν γὰρ μεταξὺ, ἢ τὸ ἑτέρους εἶναι, ὡς ἐφεξῆς μέντοι καὶ ὡς τὸ δεχόμενον, τὸ δὲ ὡς εἶδος· καλὴ δὲ καὶ ἡ νοῦ ὕλη, νοοειδὴς οὖσα καὶ ἁπλῆ. Οἷον δὲ ὁ νοῦς, καὶ ταὐτῷ μὲν τούτῳ ὅλον, ὅτι κρειττων ψυχῆς τοιᾶσδε οὔσης.

III. Cum igitur anima sit res tam veneranda tamque divina, confisus jam tali quodam vehiculo ad deum te accessurum, hoc ipso ad illum jam ascende. Neque enim es longius vagaturus: nam neque sunt intermedia multa. Sume itaque, quod est hujus divini divinius, vicinitatem, inquam, animæ ad supernum, post quod vicinum et a quo est anima. Etsi enim tanta res sit, quantam ratio demonstravit, imago tamen quædam est intellectus ipsius: quemadmodum verbum in prolatione verbi existentis in animo. Sic ergo et anima mentis est verbum, et tota est actus, atque vita, quam producit in alterius existentiam, velut altera quidem est in igne caliditas, altera quam ignis exhibet alteri. Oportet autem illic accipere non effluentem duntaxat, sed partim quidem in ipso manentem, partim etiam subsequentem. Quamobrem cum anima sit ab intellecto, intellectualis exsistit, intellectusque ipsius animæ in discursione versatur: tum vero hujus perfectio rursus ab intellecto, velut a patre atque iterum nutritore: siquidem hanc primo non omnino perfectam, si cum ipso conferatur, procreaverit. Itaque cum hæc ipsa substantia est a mente, tum actu ratio, et quasi intellectuale verbum, dum mens ipsa perspicitur: quando enim intuetur mentem, tunc, quæ intelligit agitque, intus habet et propria, hasque solas appellare decet animæ actiones, quæcumque intellectuales sunt atque domesticæ: quæ vero deteriores sunt, aliunde proveniunt, suntque talis animæ passiones. Intellectus igitur diviniorem insuper efficit animam, cum quia pater est, tum quia semper adest: non enim intervenit medium præter id, quod alterum inter se sunt et alterum: ita tamen ut subsequatur anima et suscipiat, intellectus autem sit tanquam species. Pulchra vero est et intellectus ipsius materia: quippe cum sit intellectuale quiddam et simplex. Quam igitur excellens sit intellectus, ex hoc quoque constat, quod excellentior est anima re admodum excellente.

Mundus cum sit ab intellectu divino, certe totus est in eo. Et quoniam ille est ens, vita, intellectus perfectissimo modo, ideo quicquid mundanum est in eo, perfectum est, atque est ens, et vita, et intellectus.

Partes temporis pertinentes ad mundana referuntur ad totum tempus, quod passive est in mundo: atque hoc ad tempus, quod in anima est active, et illud ad ipsam divinæ mentis æternitatem: in ipsa tamen mente differunt inter se, quadam ratione formali, intelligere atque intelligi. Item, quod intelligit et quod intelligitur, substantia tamen conveniunt. Ibi rursus intelligere ipsum metaphorice est moveri, intelligi vero quasi movere atque stare. Cum igitur intellectus ille et omniformis sit et differentiam in se aliquam et quasi compositionem habeat, merito rediigendus est ad superius aliquid simplicissimum.

Δ'. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶνδε, κόσμον αἰσθητὸν τόνδε εἴ τις θαυμάζει, εἴς τε τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν τάξιν τῆς φορᾶς τῆς ἀϊδίου ἀποβλέπων, καὶ θεοὺς τοὺς ἐν αὐτῷ, τοὺς μὲν ὁρωμένους, τοὺς δὲ καὶ ἀφανεῖς ὄντας, καὶ δαίμονας, καὶ ζῶα, φυτά τε πάντα· ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον αὐτοῦ καὶ τὸ ἀληθινώτερον ἀναβὰς, κἀκεῖ πάντα ἰδέτω νοητὰ, καὶ παρ' αὐτῷ ἀΐδια, ἐν οἰκείᾳ συνέσει καὶ ζωῇ, καὶ τούτων τὸν ἀκήρατον νοῦν

IV. Cognoscere idem præterea per hæc aliquis poterit, si quis mundum hunc sensibilem admiretur, intuitus magnitudinem ejus et pulchritudinem, motusque ordinem sempiterni: item deos in ipso partim quidem conspicuos, partim vero latentes: dæmones quoque et animalia, omnes denique plantas, mox ad ipsum mundi hujus [illegible] cipium et exemplar mundumque veriorem prorsus [illegible] dat, ibique intelligibilia cuncta conspiciat, ac penes ipsum sempiterna in propria intelligentia atque vita, horumque omnium præsidem intellectum prorsus intemeratum.

τριτάτην, καὶ σοφίαν ἀμήχανον, καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς ἐπὶ Κρόνου βίον, θεοῦ κόρου καὶ νοῦ ὄντος. Πάντα γὰρ ἐν αὑτῷ τὰ ἀθάνατα περιέχει, νοῦν πάντα, θεὸν πάντα, ψυχὴν πᾶσαν, ἑστῶτα ἀεί. Τί γὰρ ζητεῖ μεταβάλλειν εὖ ἔχων; ποῦ δὲ μετελθεῖν πάντα παρ' αὑτῷ ἔχων; ἀλλ' οὐδὲ αὔξην ζητεῖ, τελειότατος ὤν. Διὸ καὶ τὰ παρ' αὐτῷ πάντα τέλεια, ἵνα πάντῃ ᾖ τέλειος, οὐδὲν ἔχων ὅτι μὴ τοιοῦτον, οὐδὲν ἔχων ἐν αὑτῷ, ὃ μὴ νοεῖ· νοεῖ δὲ οὐ ζητῶν, ἀλλ' ἔχων, καὶ τὸ μακάριον τὸ αὐτῷ οὐκ ἐπίκτητον, ἀλλ' ἐν αἰῶνι πάντα, καὶ ὁ ὄντως αἰών, ὃν μιμεῖται χρόνος περιθέων ψυχήν, τὰ μὲν παρεὶς, τοῖς δὲ ἐπιβάλλων. Καὶ γὰρ ἄλλα καὶ ἄλλα αὖ περὶ ψυχήν· ποτὲ μὲν Σωκράτης, ποτὲ δὲ ἵππος, ἕν τι ἀεὶ τῶν ὄντων, ὁ δὲ νοῦς πάντα· ἔχει οὖν ἐν τῷ αὐτῷ πάντα ἑστῶτα ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ ἔστι μόνον, καὶ τὸ ἔστιν ἀεί, καὶ οὐδαμοῦ τὸ μέλλον (ἔστι γὰρ καὶ τότε), οὐδὲ τὸ παρεληλυθός· οὐ γάρ τι ἔχει παρελήλυθεν, ἀλλ' ἐνέστηκεν ἀεί, ἅτε τὰ αὐτὰ ὄντα, οἷον ἀγαπῶντα ἑαυτὰ οὕτως ἔχοντα· ἕκαστον δὲ αὐτῶν νοῦς καὶ ὄν ἐστι, καὶ τὸ σύμπαν πᾶς νοῦς, καὶ πᾶν ὄν. Ὁ μὲν νοῦς κατὰ τὸ νοεῖν ὑφιστὰς τὸ ὄν, τὸ δὲ ὄν, τῷ νοεῖσθαι τῷ νῷ διδὸν τὸ νοεῖν καὶ τὸ εἶναι· τοῦ δὲ νοεῖν αἴτιον ἄλλο, ὃ καὶ τῷ ὄντι. Ἀμφοτέρων οὖν ἅμα αἴτιον ἄλλο· ἅμα μὲν γὰρ ἐκεῖνα, καὶ συνυπάρχει καὶ οὐκ ἀπολείπει ἄλληλα. Ἀλλὰ δύο ὄντα, τοῦτο τὸ ἓν ὁμοῦ νοῦς, καὶ ὄν, καὶ νοοῦν, καὶ νοούμενον· ὁ μὲν νοῦς, κατὰ τὸ νοεῖν· τὸ δὲ ὄν, κατὰ τὸ νοούμενον· οὐ γὰρ ἂν γένοιτο τὸ νοεῖν ἑτερότητος μὴ οὔσης καὶ ταυτότητος δέ. Γίγνεται οὖν τὰ πρῶτα νοῦς, ὄν, ἑτερότης, ταυτότης. Δεῖ δὲ καὶ κίνησιν λαβεῖν καὶ στάσιν· καὶ κίνησιν μέν, εἰ νοεῖ, στάσιν δὲ, ἵνα τὸ αὐτό· τὴν δὲ ἑτερότητα, ἵν' ᾖ νοῶν καὶ νοούμενον· ἢ ἐὰν ἀφέλῃς τὴν ἑτερότητα, ἓν γενόμενον σιωπήσεται. Δεῖ δὲ καὶ τοῖς νοηθεῖσιν ἑτέροις πρὸς ἄλληλα εἶναι· ταὐτὸν δὲ, ἐπεὶ ἓν ἑαυτῷ, καὶ κανὸν δέ τι ἓν πᾶσι, καὶ ἡ διαφορὰ, ἑτερότης. Ταῦτα δὲ πλείω γενόμενα ἀριθμὸν καὶ τὸ ποσὸν ποιεῖ· καὶ τὸ ποιὸν δὲ ἡ ἑκάστου τούτων ἰδιότης, ἐξ ὧν ὡς ἀρχῶν τἄλλα.

inæstimabilem sapientiam, et revera vitam auream sub Saturno: nempe Saturnus ipse intellectus est prorsus [quasi juvenis] immaculatus. Omnia enim in se immortalia comprehendit, intellectum omnem, deum omnem, animam omnem, et hæc omnia penitus consistentia. Quid enim permutare quærat, cum bene se habeat? quove pertransire, cum penes se cuncta possideat? Sed neque exigit incrementum, cum sit perfectissimus. Quapropter et quæcumque sunt, apud ipsum perfecta sunt, ut sit omnino perfectus, non habens, quod non sit tale; neque quicquam in se habens, quod non intelligat: intelligit autem non quærendo, sed possidendo. Neque peregrinam habet felicitatem, sed omnia habet in ævo, atque vera est æternitas, quam imitatur tempus circa animam sese versans, alia quidem dimittens, alia vero attingens. Etenim alia rursusque alia sunt circa animam: nam aliquando Socrates, aliquando equus, et unum aliquid semper eorum, quæ sunt; intellectus autem omnia. Habet igitur in eodem omnia consistentia in eodem, atque est duntaxat, semperque præsens, neque ullo modo futurum; est enim jam tunc, quicquid esse potest: neque habet præteritum. Non enim ibi quicquam præteriit, sed ibi cuncta in præsenti consistunt: utpote quæ sunt semper eadem, tanquam quæ præsenti habitu sunt contenta: proinde quodlibet illorum est intellectus atque ens. Et universum omnis est intellectus ensque omne: intellectus quidem propterea, quod intelligit, atque ita ens sibi vindicat: ens autem propterea, quod intelligitur, atque hoc ipsum, quod intelligitur, intelligere et esse exhibet intellectui. Intelligendi vero causa aliud est: quod quidem enti quoque causa est essendi: amborum igitur simul aliud causa est. Ipsa enim et simul exsistunt, et nunquam se mutuo deserunt. Sed cum duo sint, hoc ipsum unum simul est intellectus, et ens, et intelligens simul et intellectum. Intellectus quidem, quatenus intelligit; ens autem, quatenus intelligitur. Non enim esse posset actus intelligendi, nisi esset (ut ita loquar) alteritas, atque identitas. Sunt ergo prima intellectus, ens, alteritas et identitas. Oportet autem motum quoque statumque adjungere: et motum quidem, si intelligit; statum vero, ut idem: sed alteritatem, ut sit intelligens atque intellectum: alioquin, si diversitatem hanc abstuleris, unum jam prorsus evadens silebit omnino. Oportet autem, quæ intelligunt et quæ intelliguntur, inter se sic esse diversa: esse quoque idem, quatenus unum sibimet ipsi et commune unum aliquod omnibus. Atqui differentia ipsa alteritas est. Hæc autem, dum plura fiunt, numerum quantitatemque faciunt; ac denique tale aliquid uniuscujusque horum proprietas efficit, ex quibus velut principiis cetera quoque proficiscuntur.

Pythagorici fingunt in quadam quasi processione ipsius unius oriri binarium, in quodam binarii termino ternarium suboriri, similiterque deinceps: Platonici similiter de prima essentia judicant.

Hæc enim cum perfectissime sit, ideoque similiter vivat, vitali quodam quasi motu progreditur intus. Cum vero progressio sit proposita regressioni vel termino, nimirum aliunde, et id quidem desuper habet, ut regrediatur vel terminetur: sicut cœlum, ut moveatur, habet ab anima; ut in orbem, habet ab intellectu, vel anima jam intellectuali. Terminatur autem vitalis ille motus in intellectum, et hunc clarissimum omniformemque, vigore scilicet interim accepto divinitus, sicut et oculus nativo quodam nixu aspicit, sed virtute luminis fit actu videns atque formatus. Denique cum in ipso intellectu primo se ipsum intelligente ratio quidem formalis ipsius intelligentis sit, quasi procedentis atque formabilis, ratio autem intellectui sit, quasi terminantis atque formantis: ideoque inter se opponantur, merito ibi est numerus aliquis, non accidentalis ille quidem, sed prorsus essentialis. Est et illic numerus idearum ratione formali inter se differentium, si modo per eas intelliguntur et sunt formæ rerum re ipsa invicem discrepantium. Ideo intellectus adeo multiplex a principio pendet penitus simplicissimo.

Ε'. Πολὺς οὖν οὗτος ὁ θεὸς ἐπὶ τῇ ψυχῇ τῇδε ὑπάρχει ἐν τούτοις εἶναι συναφθείσῃ, εἰ μὴ ἀποστατεῖν ἐθέλει. Πελάσασα οὖν αὐτῷ, καὶ οἷον ἓν γενομένη, ζητεῖ· τίς οὖν ὁ τοῦτον γεννήσας; ὁ ἁπλοῦς καὶ ὁ πρὸ τοιούτου τοῦ ἑνός, ὁ αἴτιος τοῦ καὶ εἶναι, καὶ πολὺν εἶναι τοῦτον, τὸν ἀριθμὸν ποιῶν. Ὁ γὰρ ἀριθμὸς οὐ πρῶτος· καὶ γὰρ πρὸ δυάδος τὸ ἓν δεύτερον δὲ δυάς· καὶ παρὰ τοῦ

V. Hic itaque deus plurimus in anima hac exsistit rebus ejusmodi copulata, nisi forte hinc velit abire. Propinquans ergo ipsi et quasi unum effecta ita perquirit: Quisnam igitur ille est, qui hunc genuit? qui simplex et ante ejusmodi multitudinem: qui auctor huic est, ut et sit, sitque multiplex: qui procreat numerum. Numerus enim non est primus. Nam ante duitatem est ipsum unum: secundum vero duitas, quæ ab uno facta, ipsum habet definitorem:

ἑνὸς γεγενημένη ἐκεῖνο ὁριστὴν ἔχει, αὐτὴ δὲ ἀόριστον παρ' αὑτῆς. Ὅταν δὲ ὁρισθῇ, ἀριθμὸς ἤδη· ἀριθμὸς δὲ ὡς οὐσία· ἀριθμὸς δὲ καὶ ἡ ψυχή. Οὐ γὰρ ὄγκοι τὰ πρῶτα, οὐδὲ μεγέθη· τὰ γὰρ παχέα ταῦτα ὕστερα, ἃ ὄντα ἡ αἴσθησις οἴεται· οὐδὲ ἐν σπέρμασι δὲ τὸ ὑγρὸν τὸ τίμιον, ἀλλὰ τὸ μὴ ὁρώμενον, τοῦτο δὲ ἀριθμὸς καὶ λόγος. Ὁ οὖν ἐκεῖ λεγόμενος ἀριθμὸς καὶ ἡ δυάς, λόγοι καὶ νοῦς· ἀλλὰ ἀόριστος μὲν ἡ δυάς, τῷ οἷον ὑποκειμένῳ λαμβανομένη· ὁ δὲ ἀριθμὸς ὁ ἐξ αὐτῆς καὶ τοῦ ἑνός, εἶδος ἕκαστος, οἷον μορφωθέντος τοῖς γενομένοις εἴδεσιν ἐν αὐτῷ. Μορφοῦται δὲ ἄλλον μὲν τρόπον παρὰ τοῦ ἑνός, ἄλλον δὲ παρ' αὐτοῦ, οἷον ὄψις ἡ κατ' ἐνέργειαν. Ἔστι γὰρ ἡ νόησις ὅρασις ὁρῶσα ἄμφω τὸ ἕν.

ipsa vero suapte natura est quiddam indefinitum. Quando vero definita est, jam est numerus : numerus autem ut essentia : nam et anima quoque numerus est. Non enim moles sunt prima naturæ, neque magnitudines ullæ. Crassa enim hæc posteriora sunt, quæ sensus existimat entia. Jam vero nec in seminibus hoc ipsum humidum est, quod dignum æstimatione censetur, sed quod sensibus non apparet : id autem numerus est atque ratio. Qui ergo numerus illic dicitur atque etiam duitas, intellectus est et rationes quædam : sed indefinita quidem duitas est, quatenus subjecto consideratur : numerus autem, qui ex ipsa est atque uno, jam est species unusquisque, quasi sic intellectus ipsius essentia per species in eo factas formata jam fuerit. Formatur autem alio quidem modo ab ipso uno, alio autem a se ipso, velut visio, quæ est jam actu videns. Est enim intelligentia visio videns, et ambo unum.

Deus summus absque ullo voluntatis vel naturæ motu divinum generat intellectum, tanquam verbum suum, sola alteritate quadam a patre differens. Intellectus similiter immobilis verbum suum generat, ipsam scilicet mundi animam.

Si primum principium esset ullo modo mutabile, omnino mutarent omnia. Item, si fingatur per motum quasi medium generare mentis substantiam, motum tandem generabit sine motu accidens tam imperfectum, ut sit accidentium omnium imperfectissimum, cum partes in se suas simul possidere nunquam possit. Itaque ratio dictat, sine ejusmodi accidente perfectissimam illam a deo substantiam generari, cum agentia partim natura, partim voluntate faciant, et in primo agente omnis agendi facultas contineatur, et, quæ in sequentibus sunt divisa, in primo sint unita : nimirum deus voluntate res facit pariter atque natura : idemque in eo natura est atque voluntas. Ab illo igitur nec per voluntatem nec per naturam mutato emicat intellectus quasi lumen, et cum primum emicat naturali quodam instinctu vergens ad patrem, idearum splendore repletur. Evadit igitur intellectus hinc absolute formatus : similiter ad intellectum divinum anima mundi se habet. Notabis, orationem tunc efficacissimam fore, quando animus, ad intellectum suum omnino se revocans, solum se offert soli deo, ad solum videlicet illum amore flagrans.

Ϛ'. Πῶς οὖν ὁρᾷ, καὶ τίνα, καὶ πῶς ὅλως ὑπέστη καὶ ἐξ ἐκείνου γέγονεν, ἵνα καὶ ὁρᾷ; νῦν μὲν γὰρ τὴν ἀνάγκην τοῦ εἶναι ταῦτα ἡ ψυχὴ ἔχει. Ἐπιποθεῖ δὲ τὸ θρυλλούμενον δὴ τοῦτο καὶ παρὰ τοῖς πάλαι σοφοῖς, πῶς ἐξ ἑνὸς τοιούτου ὄντος, οἷον λέγομεν τὸ ἓν εἶναι, ὑπόστασιν ἔσχεν ὁτιοῦν, εἴτε πλῆθος, εἴτε δυάς, εἴτε ἀριθμός, ἀλλ' οὐκ ἔμεινεν ἐκεῖνο ἐφ' ἑαυτοῦ, τοσοῦτον δὲ πλῆθος ἐξερρύη, ὃ ὁρᾶται μὲν ἐν τοῖς οὖσιν, ἀνάγειν δὲ αὐτὸ πρὸς ἐκεῖνο ἀξιοῦμεν; Ὧδε οὖν λεγέσθω θεὸν αὐτὸν ἐπικαλεσαμένοις, οὐ λόγῳ γεγωνότι, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ ἐκτείνασιν ἑαυτοὺς εἰς εὐχὴν πρὸς ἐκεῖνον, εὔχεσθαι τὸν τρόπον τοῦτον δυναμένους, μόνους πρὸς μόνον. Δεῖ τοίνυν θεατὴν ἐκείνου ἐν τῷ εἴσω, οἷον νεῷ, ἐφ' ἑαυτοῦ ὄντος, μένοντος ἡσύχου ἐπέκεινα ἁπάντων, τὰ οἷον πρὸς τὰ ἔξω ἤδη ἀγάλματα ἑστῶτα, μᾶλλον δὲ ἄγαλμα τὸ πρῶτον ἐκφανὲν θεᾶσθαι πεφηνὸς τοῦτον τὸν τρόπον. Παντὶ τῷ κινουμένῳ δεῖ τι εἶναι, πρὸς ὃ κινεῖται· μὴ ὄντος δὲ ἐκείνῳ μηδενὸς, μὴ τιθώμεθα αὐτὸ κινεῖσθαι· ἀλλ' εἴ τι μετ' αὐτὸ γίγνεται, ἐπιστραφέντος ἀεὶ ἐκείνου πρὸς αὐτὸ, ἀναγκαῖόν ἐστι γεγονέναι. Ἐκποδὼν δὲ ἡμῖν ἔστω γένεσις ἡ ἐν χρόνῳ, τὸν λόγον περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων ποιουμένοις· τῷ δὲ λόγῳ τὴν γένεσιν προσάπτοντας αὐτοῖς, αἰτίας καὶ τάξεως αὐτοῖς ἀποδώσει. Τὸ οὖν γιγνόμενον ἐκεῖθεν οὐ κινηθέντος φατέον γίγνεσθαι· εἰ γὰρ κινηθέντος αὐτοῦ τι γίγνοιτο, τρίτον ἀπ' ἐκείνου τὸ γιγνόμενον μετὰ τὴν κίνησιν ἂν γίγνοιτο, καὶ οὐ δεύτερον. Δεῖ οὖν ἀκινήτου ὄντος, εἴ τι δεύτερον μετ' αὐτὸ, οὐ προσνεύσαντος οὐδὲ βουληθέντος, οὐδὲ ὅλως κινηθέντος ὑποστῆναι αὐτό. Πῶς οὖν καὶ τί δεῖ νοῆσαι περὶ ἐκεῖνο μένον; περιλαμψιν

VI. Quomodo igitur videt? quidve videt? et quomodo prorsus exstitit et processit ab illo, ut et videat? Nunc enim necessitatem ipsam, per quam hæc fiant, animus tenet. Affectat autem iterum intelligere, quod etiam inter antiquos sapientes est divulgatum, quonam pacto ex uno exsistente tali, quale dicimus unum ipsum exsistere, habuerit unumquodque substantiam, sive multitudo, sive duitas, sive numerus : neque illud in se ipso quieverit, sed tanta illinc effluxerit multitudo, quanta conspicitur quidem in ordine rerum, reducendam vero censemus ad illud. Sic itaque dicendum nobis est, deum ipsum invocantibus, non oratione quidem ad aures pertinente, sed animo se ipsum ad deum voti gratia impensissime revocante : quippe cum hac tantum conditione vovere precarique possimus, si soli accedamus ad solum. Oportet igitur dei contemplatorem in ipso penetrali, velut templo quodam, intra se ipsum, inquam, tranquille quiescere super omnia prorsus exstantem, ibique velut statuas extra universum constitutas, imo vero statuam primo effulgentem, hoc modo, quo naturaliter inspici potest, inspicere. Circa omne, quod movetur, oportet aliquid esse, ad quod moveatur : nam, si illi nihil ejusmodi fuerit, moveri minime affirmabimus : sed si quid post efficiens ipsum fuit, id omne ipso semper ad se converso effici necessarium est. Procul esto nunc a nobis generatio temporalis, verba de sempiternis in præsentia facientibus, et, si quando inter loquendum generationem eis attribuamus, ratione causæ ordinisque cujusdam generationem in medium adducentibus. Quod igitur inde gignitur, dicendum est superiore non agitato gigni : alioquin, si moto illo aliquid generetur certe id, quod gignitur, non secundum, sed tertium erit ab illo post motum. Quamobrem necessarium est, cum illud sit prorsus immobile, si quid secundum post ipsum nascitur, id profecto illo neque annuente, neque voluntate decernente, neque ullo pacto commoto subsistere. Quo nam igitur pacto quidve nobis est circa illud stabile cogitandum? Lumen undique circumfusum ex ipso pendens

ἐξ αὐτοῦ μὲν, ἐξ αὐτοῦ δὲ μένοντος, οἷον ἡλίου τὸ περὶ τὸν λαμπρὸν, ὥσπερ περιθέον, ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ γεννώμενον μένοντος. Καὶ πάντα τὰ ὄντα, ἕως μένει, ἐκ τῆς αὐτῶν οὐσίας ἀναγκαίαν τὴν περὶ αὐτὰ πρὸς τὸ ἔξω αὐτῶν ἐκ τῆς παρούσης δυνάμεως δίδωσιν αὐτῶν ἐξηρτημένην ὑπόστασιν, εἰκόνα οὖσαν οἷον ἀρχετύπων, ὧν ἐξέρυ· πῦρ μὲν τὴν παρ' αὐτοῦ θερμότητα, καὶ χιὼν οὐκ εἴσω μόνον τὸ ψυχρὸν κατέχει· μάλιστα δὲ ὅσα εὐώδη μαρτυρεῖ τοῦτο. Ἕως γάρ ἐστι, πρόεισί τι ἐξ αὐτῶν, περὶ αὐτὰ ὢν ἀπολαύει ὑποστάντων δ' τι πλησίον· καὶ πάντα δὲ ὅσα ἤδη τέλεια, γεννᾷ, τὸ δὲ ἀεὶ τέλειον, ἀεὶ καὶ ἀίδιον γεννᾷ, καὶ ἔλαττον δὲ ἑαυτοῦ γεννᾷ. Τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν; μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ, ἢ τὰ μέγιστα μετ' αὐτόν· μέγιστον δὲ μετ' αὐτὸν νοῦς, καὶ δεύτερον· καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνον, καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου, ἐκεῖνος δὲ τούτου οὐδὲν, καὶ τὸ γεννώμενον ἀπὸ κρείττονος νοῦ νοῦν εἶναι, καὶ κρείττων ἁπάντων ὁ νοῦς, ὅτι τἆλλα μετ' αὐτόν· οἷον καὶ ἡ ψυχὴ λόγος νοῦ, καὶ ἐνέργειά τις, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνου. Ἀλλὰ ψυχῆς μὲν ἀμυδρὸς ὁ λόγος· ὡς γὰρ εἴδωλον νοῦ, ταύτῃ καὶ εἰς νοῦν βλέπειν δεῖ· νοῦς δὲ ἀκριβέστερος πρὸς ἐκεῖνον, ἵνα ᾖ νοῦς· ὁρᾷ δὲ αὐτὸν οὐ διαιρεθείς, ἀλλ' ὅτι μετ' αὐτόν· καὶ μεταξὺ οὐδέν, ὡς οὐδὲ ψυχῆς καὶ νοῦ. Ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννῆσαν τὸ γεννηθέν, καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μάλιστα, ὅταν ὦσι μόνοι τὸ γεννῆσαν καὶ τὸ γεγεννημένον. Ὅταν δὲ καὶ τὸ ἄριστον ᾖ τὸ γεννῆσαν, ἐξ ἀνάγκης σύνεστιν αὐτῷ, ὡς τῇ ἑτερότητι μόνον κεχωρίσθαι.

ex ipso, inquam, penitus quiescente, ceu fulgorem circa solem, quasi circumcurrentem, ex ipso semper manente progenitum. Jam vero res omnes, quatenus naturaliter perseverant, ex ipsa sui essentia præsenteque virtute necessariam circa se foras naturam producunt ab ipsis pendentem, quæ quidem imago sit velut exemplaris, scilicet virtutis illius, unde manavit. Ignis quidem ex se foras emittit calorem, nix quoque frigus non intrinsecus tantum cohibet, sed et aliis exhibet : præcipue vero id res odoratæ testantur. Quamdiu enim sunt, nonnihil ab eis circum effunditur : cujus inde fit particeps, quod est propinquum. Atqui quæcumque perfecta jam sunt, aliquid generant. Quod autem semper est perfectum, semper gignit et sempiternum, minus autem genitum genitore. Quidnam igitur de perfectissimo est dicendum ? Numquid nihil prodit ab eo, an potius ab eo prodeunt, quæ omnium maxima sunt post ipsum ? Maximum vero post ipsum est intellectus atque secundum. Inspicit enim intellectus illud, soloque illo indiget : illud vero primum hoc minime indiget. Oportet profecto, quod fit ab eo, quod est mente melius, esse mentem : melius vero omnium, quæ fiunt, est intellectus, quoniam alia sunt post ipsum. Jam vero et anima mentis est verbum et actus quidam, sicut mens est dei verbum. Verum obscurum est animæ verbum. Quatenus enim est imago mentis, hoc ipso ei aspiciendum est in mentem : eadem ratione deum suspicit mens imago dei, ut ita sit intellectus : videt vero deum minime inde separata ; sed quoniam est post ipsum, nihilque est medium, quemadmodum nihil medium est inter animam atque mentem. Omne vero genitum appetit genitorem, in cujus consecutione sit contentum, præcipue autem, quando soli sunt genitor atque genitus. At ubi, quod genuit, est omnium optimum, necessario genitum ipsi cohæret usque adeo, ut alteritate (ut ita dixerim) quadam solum videatur inde secretum.

quemadmodum intellectualis anima pendet ab intellectu puro, qui non est anima : ita et hic intellectus emanat ab ipso bono, quod non est intellectus, sed supereminet intellectum.

Intellectus hic primo quidem a patre manat, tanquam essentia vivens, mox vero naturaliter illuc aspiciens intellectus evadit. Intellectus enim est ipsa substantialis visio ex aspectu sive affectu naturali resultans : hujus quidem pater est ipsum simpliciter unum. Hic autem unum essentiale sive vitale, ubi videtur esse binarius, sed aspectu addito jam ternarius. In ternario est par et impar omnisque numerus. Similiter hic per aspectum sive affectum naturalem jam ternarius, simul numerus omnis efficitur. Aspiciendo enim sive naturaliter asciscendo corroboratur a patre : confirmatus viventem essentiam suam jam comprehendit, in qua fecunda viget virtus essentiarum omnium genitrix. Sic igitur in se ipso in formas omnium se derivat, dum suam hanc intelligendo in se explicat potestatem. Effectus est igitur omniformis, et omnia fomento patris : qui, cum nulla rerum forma definiatur, merito vel nihil agit, quod dictu nefas, aut pariter omnia, dum ex se uno super omnia exsistente unum generat omniforme. Hic Cœlo genitus Saturnus est appellatus, conceptus suos ipse deglutiens a Rhea, id est natura et materia, segregatos. Hujus filius Jupiter, mundi anima, filios, id est formas, generat in natura, atque per hanc ad materiam postremo producit.

Ζ'. Εἰκόνα δὲ ἐκείνου λέγομεν εἶναι τὸν νοῦν· δεῖ γὰρ πρότερον λέγειν. Πρῶτον μὲν, ὅτι δεῖ πως εἶναι ἐκεῖνο τὸ γεννώμενον, καὶ ἀποσώζειν πολλὰ αὐτοῦ, καὶ ταὐτὸν ὁμοιότητα πρὸς αὐτὸ, ὥσπερ καὶ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· ἀλλ' οὐ νοῦς ἐκεῖνο. Πῶς οὖν νοῦν γεννᾷ; ἢ ὅτι τῇ ἐπιστροφῇ πρὸς αὐτὸ ἑώρα· ἡ δὲ ὅρασις αὕτη νοῦς· τὸ γὰρ καταλαμβάνον ἄλλο, ἢ αἴσθησις ἢ νοῦς· αἴσθησιν μὲν οὐκ ἔστιν καὶ τὰ ἄλλα· ἀλλ' ὁ κύκλος τοιοῦτος, οἷος μερίζεσθαι, τοῦτο δὲ οὐχ οὕτως· ἢ καὶ ἐνταῦθα ἓν μὲν, ἀλλὰ τὸ ἓν δύναμις πάντων. Ὧν οὖν ἔστι δύναμις, ταῦτα ἀπὸ τῆς δυνάμεως οἷον σχιζομένη ἡ νόησις καθορᾷ· ἢ οὐκ ἂν ἦν νοῦς· ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῦ ἔχει ἤδη τῶν συναίσθησιν τῆς δυνάμεως, ὅτι δύναται, οὐσίαν. Ἀτὰρ τί γ' οὖν δι' αὐτὸν καὶ ὁρίζει τὸ εἶναι αὐτῷ, τῇ παρ' ἐκείνου δυνάμει, καὶ ὅτι οἷον μέρη; ἕν τι τῶν ἐκείνου

VII. Imaginem vero illius esse dicimus intellectum : oportet enim apertius explicare. Primo quidem : oportere id genitum esse, servareque multa in se genitoris, similitudinemque talem ferme ad ipsum habere, qualem lumen habet ad solem : genitorem vero illum non esse mentem. Quomodo igitur gignit mentem ? Quia videlicet genitum conversione quadam ad genitorem inspicit : hæc autem ipsa visio est intellectus. Quod enim percipit aliud, vel sensus est, vel intellectus. Comparari vero solet sensus quidem lineæ, quod vero reliquum est in cognoscendo, circulo. Verum ejusmodi circulus est quasi partibilis, ipsum vero non ita se habet. Fortasse vero hic quoque est unum, sed unum potestas omnium. Quorum igitur est potestas, hæc ab ipsa potestate velut partita intelligentia conspicit ; alioquin intellectus minime foret : quandoquidem et ipse per se habet jam velut potestatis suæ consensum animadvertentem quantum valeat, in quo quidem ipsius consistit essentia. Ipse igitur per se ipsum et definit esse sibimet potestate quadam ab illo prorsus accepta : ubi sane animadvertitur essentiam esse velut

καὶ ἐξ ἐκείνου ἡ οὐσία, καὶ ῥώννυται παρ' ἐκείνου, καὶ τελειοῦται εἰς οὐσίαν παρ' ἐκείνου καὶ ἐξ ἐκείνου. Ὁρᾷ δὲ αὐτῷ ἐκεῖθεν, οἷον μεριστῷ ἐξ ἀμερίστου, καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ νοεῖν, καὶ πάντα, ὅτι ἐκεῖνος μηδὲν τῶν πάντων. Ταύτῃ γὰρ πάντα ἐξ ἐκείνου, ὅτι μή τινι μορφῇ κατείχετο ἐκεῖνος· μόνον γὰρ ἓν ἐκεῖνο, καὶ ὁ μὲν πάντα ἐν τοῖς οὖσιν ἂν ἦν. Διὰ τοῦτο ἐκεῖνο οὐδὲν μὲν τῶν ἐν τῷ νῷ· ἐξ αὐτοῦ δὲ πάντα ἐν τοῖς οὖσιν ἂν ἦν· διὸ καὶ οὐσίαι ταῦτα. Ὥρισται γὰρ ἤδη, καὶ οἷον μορφὴν ἕκαστον ἔχει· τὸ δὲ ὂν δεῖ οὐκ ἐν ἀορίστῳ οἷον θεωρεῖσθαι, ἀλλ' ὅρῳ πεπῆχθαι καὶ στάσει· στάσις δὲ τοῖς νοητοῖς ὁρισμὸς καὶ μορφή, οἷς καὶ τὴν ὑπόστασιν λαμβάνει. Ταύτης τοι γενεᾶς ὁ νοῦς οὗτος ἄξιος νοῦ τοῦ καθαρωτάτου, μὴ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς φῦναι· γενόμενον δὲ ἤδη τὰ ὄντα πάντα σὺν αὐτῷ γεννῆσαι· πᾶν μὲν τὸ τῶν ἰδεῶν κάλλος, πάντας δὲ θεοὺς νοητούς, πλήρη δὲ ὄντα ὧν ἐγέννησε, καὶ ὥσπερ καταπιόντα πάλιν τῷ ἐν αὐτῷ ἔχειν, μηδὲ ἐκπεσεῖν εἰς ὕλην, μηδὲ τραφῆναι παρὰ τῇ Ῥέᾳ, ὡς τὰ μυστήρια καὶ οἱ μῦθοι οἱ περὶ θεῶν αἰνίττονται, Κρόνον μὲν θεὸν σοφώτατον πρὸ τοῦ Διὸς γενέσθαι, ἃ γεννᾷ, πάλιν ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, ᾗ καὶ πλήρης, καὶ νοῦς ἐν κόρῳ· μετὰ δὲ ταῦτα φασὶ Δία γεννᾷν κόρον ἤδη ὄντα. Ψυχὴν γὰρ γεννᾷ νοῦς, νοῦς ὢν τέλειος· καὶ γὰρ τέλειον ὄντα γεννᾷν ἔδει, καὶ μὴ δύναμιν οὖσαν τοσαύτην ἄγονον εἶναι. Κρεῖττον δὲ οὐχ οἷόν τε ἦν εἶναι οὐδ' ἐνταῦθα τὸ γεννώμενον, ἀλλ' ἔλαττον ὄν, εἴδωλον εἶναι αὐτοῦ, ἀόριστον μὲν ὡσαύτως, ὁριζόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ γεννήσαντος, καὶ οἷον εἰδοποιούμενον. Νοῦ δὲ γέννημα λόγος τις καὶ ὑπόστασις τὸ διανοούμενον· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ περὶ νοῦν κινούμενον, καὶ νοῦ φῶς, καὶ ἴχνος ἐξηρτημένον ἐκείνου, κατὰ θάτερα μὲν συνηγμένον ἐκείνῳ, καὶ ταύτῃ ἀποπιμπλάμενον καὶ ἀπολαῦον καὶ μεταλαμβάνον αὐτοῦ, καὶ νοοῦν, κατὰ θάτερα δὲ ἐφαπτόμενον τῶν μετ' αὐτὸ, μᾶλλον δὲ γεννῶν καὶ αὐτὸ, ἃ ψυχῆς ἀνάγκη εἶναι χείρονα· περὶ ὧν ὕστερον λεκτέον· καὶ μέχρι τούτων τὰ θεῖα.

partem quandam unam eorum, quæ sunt illius atque ex illo, et corroborari ab illo, ab eodemque et ex eodem perfici in essentiam. Videt autem inde sibi ipsi velut partibili quodam ex impartibili (esse) cum vivere, tum intelligere, ac prorsus omnia : quoniam ille nihil est omnium. Ob hoc enim ab illo fiunt omnia, quoniam illud una quadam forma minime circumscribitur. Illud enim unum est duntaxat, intellectus autem in ordine rerum est omnia. Ob hoc itaque illud nihil est eorum, quæ sunt in mente, sed ex ipso cuncta in rerum ordine manant : quamobrem hæc essentiæ sunt. Determinata enim jam sunt, et unumquodque habet jam velut formam : ipsum vero eas non est quasi in quodam indefinito considerandum, sed termino quodam statuque firmatum. Status autem in rebus intelligibilibus determinatio est atque forma, quibus etiam suam substantiam sortiuntur. Hic igitur hujus generis intellectus purissimæ mentis appellatione dignus, non aliunde, quam ex primo principio, nasci est judicandus : atque hunc jam genitum cuncta secum simul entia genuisse, universam pulchritudinem idearum, intelligibiles deos omnes. Existimandum præterea, hunc esse plenum omnium, quæ progenuit, et quasi genita protinus absorbentem : propterea quod in se omnia complectatur, neque in materiam labi sinat, neque nutriri apud Rheam, quemadmodum mysteria fabulæque de diis fingunt, Saturnum quidem sapientissimum deum ante Jovem genitum, quæ generat, in se ipso rursus cohibere : quatenus sic et plenus sit et purus cum plenitudine intellectus. Post hæc tradunt generare Jovem puerum jam exsistentem, id est purum atque vegetum, et quasi jam saturum. Animam enim generat intellectus, intellectus, inquam, perfectus exsistens. Quando enim perfectus sit, oportet et generare, potentiamque tantam non esse sterilem. Sed hic quoque, quod gignitur, genitore melius esse non poterat. Cum vero foret minus, fore et illius imaginem indefinitam quoque similiter : sed definiri a generante atque formari Progenies vero mentis ratio quædam est, cujus substantia in excogitando consistit : id autem est, quod circa intellectum sese versat, intellectusque ipsius lumen est atque vestigium semper inde pendens : inde quidem illi conjunctum, atque ita repletum et fruens, et compos ejus, atque intelligens : inde vero vicissim sibi subdita tangens, imo vero generans : quæ quidem necessarium est animæ deteriora contingere : de quibus in sequentibus est dicendum Hucusque tandem divina procedunt.

Ex Platonis Parmenidisque verbis probatur ipsum bonum, et simpliciter unum, esse superius ipso ente atque intellectu, quod est unum multa appetitque bonum. Item, intellectum divinum esse superiorem anima mundi : quoniam hæc est unum et multa quasi jam magis divisa, atque per participationem est intellectus.

Η'. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Πλάτωνος τριττὰ, τὰ πάντα περὶ τὸν πάντων βασιλέα· φησὶ γὰρ πρῶτα, καὶ δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ περὶ τὰ τρίτα τρίτον. Λέγει δὲ καὶ τοῦ αἰτίου εἶναι πατέρα, αἴτιον μὲν τὸν νοῦν λέγων· δημιουργὸς γὰρ ὁ νοῦς αὐτῷ· τοῦτον δὲ φησὶ τὴν ψυχὴν ποιεῖν ἐν τῷ κρατῆρι ἐκείνῳ. Τοῦ αἰτίου δὲ νοῦ ὄντος, πατέρα φησὶ τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἐπέκεινα νοῦ, καὶ ἐπέκεινα οὐσίας. Πολλαχοῦ δὲ τὸ ὂν καὶ τὸν νοῦν τὴν ἰδέαν λέγει· ὥστε Πλάτωνα εἰδέναι ἐκ μὲν τἀγαθοῦ τὸν νοῦν, [τὴν ἰδέαν]· ἐκ δὲ τοῦ νοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ εἶναι τοὺς λόγους τούσδε μὴ καινοὺς, μηδὲ νῦν, ἀλλὰ πάλαι μὲν εἰρῆσθαι μὴ ἀναπεπταμένους, τοὺς δὲ νῦν λόγους ἐξηγητὰς ἐκείνων γεγονέναι μαρτυρίοις πιστωσαμένους τὰς δόξας ταύτας παλαιὰς εἶναι

VIII. Hac de causa apud Platonem omnia circa omnium regem triplici ordine disponuntur, præcipue vero per prima : secunda deinde circa secundum : tertia denique circa tertium. Tum vero dicit esse et causæ patrem, causam quidem intellectum appellans : nam mundi artifex apud Platonem est intellectus : hunc vero ait animam in illo cratere procreare. Cum vero causa sit intellectus, patrem appellat ipsum bonum, et quod intellectu est essentiaque superius. Sæpe etiam ipsum ens atque intellectum appellat Ideam. Quapropter apud Platonem cognoscere licet ex ipso quidem bono mentem atque ideam, ex mente vero animam. Atqui sermones ejusmodi non esse novos neque nuper inventos, sed quondam dictos fuisse, licet non explicatos : præsentes vero sermones esse velut interpretes antiquorum, idque testimoniis comprobari, asserebat. Has opiniones ejusmodi esse priscas, quod ex ipsis quoque

τοῖς αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος γράμμασιν. Ἥπτετο μὲν οὖν καὶ Παρμενίδης πρότερον τῆς τοιαύτης δόξης, καθ' ὅσον εἰς ταὐτὸ συνῆγεν ὂν καὶ νοῦν, καὶ τὸ ὂν οὐκ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐτίθετο, τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἔστι τε καὶ εἶναι λέγων, καὶ ἀκίνητον δὲ λέγει τοῦτο, καίτοι προστιθεὶς τὸ νοεῖν, σωματικὴν πᾶσαν κίνησιν ἐξαίρων ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα μένῃ ὡσαύτως, καὶ ὄγκῳ σφαίρας ἀπεικάζων, ὅτι πάντα ἔχει περιειλημμένα· καὶ ὅτι τὸ νοεῖν οὐκ ἔξω, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ. Ἐν δὲ λέγων ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν αἰτίαν εἶχεν ὡς τοῦ ἑνὸς τούτου πολλὰ εὑρισκομένου. Ὁ δὲ παρὰ Πλάτωνι Παρμενίδης ἀκριβέστερον λέγων διαιρεῖ ἀπ' ἀλλήλων τὸ πρῶτον ἕν, ὃ κυριώτερον ἕν, καὶ δεύτερον ἕν πολλὰ λέγων, καὶ τρίτον ἕν καὶ πολλά· καὶ σύμφωνος οὕτω καὶ αὐτὸς ἔστι ταῖς φύσεσι ταῖς τρισίν.

Platonis libris liceat conjectare. Parmenides igitur prior opinionem ejusmodi attigit, ubi in idem ens intellectumque reduxit: atque ens ipsum in rebus sensibilibus minime collocavit, dicens, intelligere atque esse idem prorsus exsistere, idque immobile, tametsi adjungat illic intelligere. Omnem sane corpoream inde sustulit motionem, ut eodem semper modo permaneat: comparat insuper sphæræ globo, quoniam cuncta in se involuta complectitur, et quoniam intelligentia non petitur ab extrinseco, sed in se ipso perficitur. Ubi vero in libris suis unum nominat, attingit causam, quasi unum hoc deprehensum sit esse multa. Parmenides autem loquens apud Platonem exactius inter se distinguit primum ipsum unum, quod et præcipue unum est solumque unum: item secundum unum multa nominat: tertium denique unum atque multa. Hic itaque sic tres dictas confirmat naturas.

Anaxagoras, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles una cum Platone consentiunt, primum omnium principium esse unum atque simplicissimum.

Quod enim omnia in mundo, quamvis diversa, in unam totius formam unumque finem effectumque ordine certo conspirent, inde provenit, quod omnia sunt et ducuntur ab uno, cunctaque unum imitantur et appetunt. Si, posito uno quodam principio, primo omnium æque ponatur et alterum æque primum omnium, et superflua erit alterius hujus positio, et contingenter hoc etiam principium appellabitur, cum nulla assignari ratio possit, quare hoc alterum etiam principium sit, vel illud primo positum: non enim, quia necessarium sit, non quia hoc sit ab illo, non quia hoc et illud sint ab uno quodam tertio. Omnino contingens, et temeraria, et divulsa, et impossibilis et multitudo, quæ non est ab uno.

Θ'. Ἀναξαγόρας δὲ, νοῦν καθαρὸν καὶ ἀμιγῆ λέγων, ἁπλοῦν καὶ αὐτὸς τίθεται τὸ πρῶτον, καὶ χωριστὸν τὸ ἕν, τὸ δ' ἀκριβὲς δι' ἀρχαιότητα παρῆκε. Καὶ Ἡράκλειτος δὲ τὸ ἓν οἶδεν ἀΐδιον καὶ νοητὸν, τὰ γὰρ σώματα γίγνεται ἀεὶ καὶ ῥέοντα. Τῷ δὲ Ἐμπεδοκλεῖ τὸ μὲν νεῖκος διαιρεῖ, ἡ δὲ φιλία ἑνοῖ, ἀσώματον δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὰ δὲ στοιχεῖα ὡς ὕλη. Ἀριστοτέλης δὲ ὕστερον χωριστὸν μὲν τὸ πρῶτον καὶ νοητόν· νοεῖν δὲ αὐτὸ ἑαυτὸ λέγων πάλιν αὖ οὐ τὸ πρῶτον ποιεῖ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα νοητὰ ποιῶν καὶ τοσαῦτα, ὁπόσαι ἐν οὐρανῷ σφαῖραι, ἵν' ἕκαστον ἑκάστην κινῇ, ἄλλον τρόπον λέγει τὰ ἐν τοῖς νοητοῖς, ἢ Πλάτων, τὸ εὔλογον οὐκ ἔχων, ἀνάγκην τιθέμενος. Ἐπιστήσειε δ' ἄν τις, εἰ καὶ εὐλόγως, εὐλογώτερον γὰρ πάσας πρὸς μίαν σύνταξιν συντελούσας, πρὸς ἓν καὶ τὸ πρῶτον βλέπειν. Ζητήσειε δ' ἄν τις τὰ πολλὰ νοητὰ εἰ ἐξ ἑνός ἐστιν αὐτῷ τοῦ πρώτου, ἢ πολλαὶ αἱ ἐν τοῖς νοητοῖς ἀρχαί; καὶ εἰ μὲν ἐξ ἑνὸς, ἀνάλογον ὁπλονότι ἔζει, ὡς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς αἱ σφαῖραι, ἄλλης ἄλλην περιεχούσης, μιᾶς δὲ τῆς ἔξω κρατούσης· ὥστε περιέχοι ἂν κἀκεῖ τὸ πρῶτον, καὶ κόσμος νοητὸς ἔσται. Καὶ ὥσπερ ἐνταῦθα αἱ σφαῖραι οὐ κεναὶ, ἀλλὰ πεστὴ ἄστρων ἡ πρώτη, αἱ δὲ ἔχουσιν ἄστρα, οὕτω κἀκεῖ τὰ κινοῦντα πολλὰ ἐν αὑτοῖς ἕξει, καὶ τὰ ἀληθέστερα ἐκεῖ· εἰ δ' ἕκαστον ἀρχὴ, κατὰ συντυχίαν αἱ τάξαι ἔσονται. Καὶ διὰ τί συνέσονται, καὶ πρὸς ἓν ἄγον τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ συμφωνίαν ὁμονοήσει; πῶς δὲ ἴσα πρὸς τὰ νοητὰ καὶ κινοῦντα τὰ ἐν οὐρανῷ αἰσθητά; πῶς δὲ καὶ πολλὰ οὕτως ἀσώματα ὄντα, ἄτης οὐ χωριζούσης; ὥστε τῶν ἀρχαίων οἱ μάλιστα ἐντασσόμενοι αὐτοῖς Πυθαγόρου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν, οἱ Φερεκύδους δὲ περὶ ταύτην μὲν ἔσχον τὴν φύσιν· τὰ δ' οἱ μὲν ἐξειργάσαντο ἐν αὐτοῖς αὐτῶν λόγοις, οἱ δὲ

IX. Anaxagoras autem, ubi mentem puram mixtionisque expertem adducit, ipse quoque simplex ponit primum unumque separatum, exactam vero discussionem antiquitatis causa prætermisit. Heraclitus præterea novit unum intelligibile sempiternum: corpora namque fieri semper ait et fluere. Proinde apud Empedoclem discordia quidem dividit, concordia vero conjungit in unum. Jam vero et ipse id posuit incorporeum: elementa vero vicem materiæ obtinent. Aristoteles autem posterius ipsum quidem primum intelligibile dicit et separatum: sed ubi intelligere se ipsum affirmat, vicissim facit esse non primum. Profecto et ubi alia quoque multa intelligibilia producit in medium, totidem numero, quot et in cælo sunt sphæræ, ut singula sphæras singulas moveant, aliter intelligibilia quam Plato disponit, et cum probabilem non habeat rationem, adducit necessitatem. Instabit et aliquis, numquid recta sic ratione dicatur inquirens: rationabilius esse dicens, omnes sphæras ordinesque rerum ad coordinationem unam mutuo conferentes ad unum simul primumque conspicere. Interrogabit et aliquis, numquid intelligibilia multa apud Aristotelem ex uno primo sint, an potius in rebus intelligibilibus multa principia sint? Ac si ex uno sunt omnia, congruenti quadam proportione comparabuntur, perinde atque in rebus sensibilibus inter se sphæræ se habent: alia scilicet aliam complectente, et una tandem extrinsecus velut dominam continente. Quam ob rem primum ibi reliqua comprehendet, mundusque intelligibilis erit. Tum vero, quemadmodum hic sphæræ vacuæ non sunt, sed prima quidem stellarum plena, singulæ vero sequentes stellas singulas possident: sic et ibi moventia illa, multa in se ipsis habebunt, verioraque cælestibus illic omnia erunt. Sin autem unumquodque in numero intelligibilium est æque principium, certe per contingentiam quandam principia erunt. Et quæri poterit, quam ob causam conspirent in unum, et ad opus unum, communem scilicet totius cæli consentiant harmoniam. Item quonam pacto, quæ in cælo sensibilia sunt, illic sint æqualia numero. Denique, quomodo multa ita sint, cum sint incorporea, neque materia ulla discernat. Quam ob rem, quicumque veterum Pythagoram sectatoresque ejus, et Pherecydem cum suis similiter secuti sunt, circa naturam ejusmodi studiose versati videntur: sed alii quidem sua in libris sensa posteris reliquerunt, alii vero non

οὐκ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀγράφοις ἐθείκνυον συνουσίαις, ἢ ὅλως ἀφεῖσαν.

in scriptis, sed in viva vocis consuetudine tradidere, aut penitus dimiserunt.

Substantiam animæ ratiocinantis esse a corpore separabilem apparet, quoniam ratiocinari potest etiam absque instrumento corporeo : idque deprehendimus, cum quando in consiliis concludit et eligit contra incitamenta corporea, tum etiam quando in speculando formas vel separatas attingit, vel non separatas ipsa separat.

I. Ὅτι δὲ οὕτω χρὴ νομίζειν ἔχειν, ὡς ἔστι μὲν τὸ ἐπέκεινα ὄντος τὸ ἕν, οἷον ἤθελεν ὁ λόγος δεικνύναι, ὡς οἷόν τε ἦν περὶ τούτων ἐνδείκνυσθαι· ἔστι δὲ ἐφεξῆς τὸ ὂν καὶ νοῦς, τρίτη δὲ ἡ τῆς ψυχῆς φύσις, ἤδη δέδεικται. Ὥσπερ δὲ ἐν τῇ φύσει τριττὰ ταῦτά ἐστι τὰ εἰρημένα, οὕτω χρὴ νομίζειν καὶ παρ' ἡμῖν ταῦτα εἶναι. Λέγω δὲ οὐκ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· χωριστὰ γὰρ ταῦτα· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς αἰσθητῶν ἔξω, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ ἔξω, ὥσπερ κἀκεῖνα τοῦ παντὸς οὐρανοῦ ἔξω, οὕτω καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου, οἷον λέγει Πλάτων τὸν εἴσω ἄνθρωπον. Ἔστι τοίνυν καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ θεῖόν τι, καὶ φύσεως ἄλλης, ὁποία πᾶσα ἡ ψυχῆς φύσις· τελεία δὲ ἡ νοῦν ἔχουσα. Νοῦς δὲ ὁ μὲν λογιζόμενος, ὁ δὲ λογίζισθαι παρέχων· τὸ δὴ λογιζόμενον τοῦτο τῆς ψυχῆς οὐδενὸς πρὸς τὸ λογίζεσθαι δεόμενον σωματικοῦ ὀργάνου, τὴν δὲ ἐνέργειαν ἑαυτοῦ ἐν καθαρῷ ἔχον, ἵνα καὶ λογίζεσθαι καθαρῶς οἷόν τε ᾖ, χωριστὸν καὶ οὐ κεχραμένον σώματι ἐν τῷ πρώτῳ νοητῷ τις τιθέμενος οὐκ ἂν σφάλλοιτο. Οὐ γὰρ τόπον ζητητέον, οὗ ἱδρύσομεν, ἀλλ' ἔξω τόπου παντὸς ποιητέον· οὕτω γὰρ τὸ καθ' αὑτὸ καὶ τὸ ἔξω, καὶ τὸ ἄϋλον, ὅταν μόνον ᾖ, οὐδὲν ἔχον παρὰ τῆς σώματος φύσεως. Διὰ τοῦτο καὶ [ἔτι] ἔξωθέν φησιν ἐπὶ τοῦ παντὸς τὴν ψυχὴν περιέβαλεν [l. περιβαλεῖν], ἐνδεικνύμενος τῆς ψυχῆς τὸ ἐν τῷ νοητῷ μένον. Ἐπὶ δὲ ἡμῶν ἔτι κρύπτων ἐπ' ἄκρα εἰρηκε τῇ κεφαλῇ· καὶ ἡ παρακέλευσις δὲ τοῦ χωρίζειν οὐ τόπῳ λέγεται· τοῦτο γὰρ φύσει κεχωρισμένον ἐστίν· ἀλλὰ τῇ μὴ νεύσει, καὶ ταῖς φαντασίαις, καὶ τῇ ἀλλοτριότητι τῇ πρὸς τὸ σῶμα· εἴ πως καὶ τὸ λοιπὸν ψυχῆς εἶδος ἀναγάγοι τις καὶ συνενέγκαι πρὸς τὸ ἄνω, καὶ τὸ ἐνταῦθα αὐτῆς ἱδρυμένον, ὃ μόνον ἐστὶ σώματος δημιουργὸν καὶ πλαστικὸν καὶ τὴν πραγματείαν περὶ τοῦτο ἔχον.

X. Jam vero demonstratum est, oportere super ens esse unum, quale desiderabat ratio demonstrare, quantum scilicet de rebus talibus demonstrari possit : esse autem post ipsum unum ens atque intellectum : tertio denique loco naturam animæ. Quemadmodum vero in ipsa natura tria hæc sunt, quæ diximus, sic quoque existimandum est hæc nobis inesse. Dico autem non in rebus, quæ sensibus offeruntur : separata enim hæc sunt, de quibus in præsentia loquimur ; sed de rebus, quæ sensuum vires excedunt, extraque eos sunt, eodemque modo extra, sicut et illa in universo naturæ ordine omnino sunt extra cælum : sic itaque tria quædam sunt in homine, in homine, inquam, quem Plato interiorem nominat hominem. Est igitur nostra insuper anima divinum quiddam alteriusque naturæ, qualis est universa natura animæ : perfecta vero est, quæ mentem habet. Sed mens altera quidem in ratiocinando versatur, altera vim ratiocinandi suppeditat. Hanc utique ratiocinandi virtutem animæ nullo prorsus instrumento corporeo ad discursionem propriam indigentem, sed actionem suam in puro quodam gradu servantem, ut et pure possit ratiocinari, si quis separatem neque mixtam corpori et in primo illo rerum scilicet intelligibili gradu locaverit, minime aberrabit. Non enim quærendus nobis est locus, ubi ponamus, sed extra locum omnem vis talis constituenda. Sic enim dunataxat habere potest, quod dicitur per se exsistere, atque agere et extrinsecus et supra materiam (*sive* sine materia), quando sola fuerit a corporea natura nihil penitus habens. Hanc ob causam Plato in Timæo deum, inquit, mundi animam etiam extra mundum circumfudisse, ostendens vim animæ in ipso intelligibili permanentem. De anima quoque nostra in Phædro ait, cum condere caput intra cælum, tum extra cælum caput attollere. Atqui cum in Phædone potissimum et Theæteto separare animam jubet a corpore, non loco præcipit segregare : quod enim ita separatum est, naturaliter est sejunctum : sed monet, ne corpori animus annuat, neque imaginationi consentiat, neque ob commercium corporis alienetur a mente, coneturque, si quo pacto valeat, subditam sibi animæ speciem una secum ad superiora perducere : quodve ex ipsa hic est situm, quod quidem solum corporis est opifex atque formator, assidueque ad hoc ipsum incumbit.

Sicut in universo ipsum unum est superius intellectu, et hic superior anima, sic in anima nostra ipsa animæ unitas et eminentior ejus mente, hæc altior ratione.

Satis in Theologia et primis Plotini libris ipsum unum enti et hoc animæ præposuimus. Item ostendimus in animis sicut in hoc esse suam unitatem quasi signum, quo deum universi unitatem, attingere possint. Præterea notiones rerum communes artiumque regulas stabiles mentibus nostris semper inesse, per quas de similibus pro arbitrio ratiocinari possumus.

ΙΑ'. Οὔσης οὖν ψυχῆς τῆς λογιζομένης περὶ δικαίων καὶ καλῶν, καὶ λογισμοῦ ζητοῦντος, εἰ τοῦτο δίκαιον καὶ εἰ τοῦτο καλόν, ἀνάγκη εἶναι καὶ ἑστώς τι δίκαιον, ἀφ' οὗ καὶ ὁ λογισμὸς περὶ ψυχὴν γίγνεται, ἢ πῶς ἂν λογίσαιτο; καὶ εἰ ὁτὲ μὲν λογίζεται περὶ τούτων ψυχή, ὁτὲ δὲ μή, δεῖ μὴ τὸν λογιζόμενον, ἀλλ' ἀεὶ ἔχοντα τὸ δίκαιον νοῦν ἐν ἡμῖν εἶναι, εἶναι δὲ καὶ τὴν νοῦ ἀρχὴν καὶ αἰτίαν καὶ θεὸν, οὐ μεριστοῦ ἐκείνου ὄντος, ἀλλὰ μένοντος ἐκείνου, καὶ οὐκ ἐν τόπῳ μένοντος, ἐν πολλοῖς αὖ θεωρεῖσθαι, καθ' ἕκαστον τῶν δυναμένων δέχεσθαι οἷον ἄλλον αὐτὸν, ὥσπερ καὶ τὸ κέντρον ἐφ' ἑαυτοῦ ἐστιν.

XI. Cum igitur animus de justis pulchrisque consulet, inquiratque, num hoc sit justum, numquid hoc sit pulchrum, necessarium est, stabile quiddam justum esse (similiterque pulchrum), unde ratiocinatio in animo ducat exordium : alioquin discurrere nunquam posset. Ac si animus interdum circa hæc discurrit, alias vero minime, oportet non naturam quidem hanc discurrentem, sed mentem in nobis esse, quæ justum [pulchrumque] semper habeat. Adesse præterea mentis principium et causam atque deum, illo quidem nullo modo partibili, sed penitus consistente, non in loco, inquam, manente, sed in se ipso atque interim in multis quoque considerari in singulis eorum, quæ capere possunt ipsum velut aliud quiddam præter ipsa, quemadmodum et centrum est in se ipso.

Ἔχει δὲ καὶ ἕκαστον τῶν ἐν τῷ κύκλῳ σημεῖον ἐν αὑτῷ, καὶ αἱ γραμμαὶ τὸ ἴδιον προσφέρουσι πρὸς τοῦτο. Τῷ γὰρ τοιούτῳ τῶν ἐν ἡμῖν καὶ ἡμεῖς ἁπτόμεθα καὶ συνεσμεν, καὶ ἀνηρτήμεθα· ἐνιδρύμεθα δὲ, οἷ ἂν συνεύωμεν ἐκεῖ.

Habent autem singula, quæ sunt in circulo, signum in centro suum, et lineæ huic punctum proprium adhibent. Tali enim quodam eorum, quæ nobis insunt, nos quoque divinum tangimus, congredimur, copulamur : eatenus illic innitimur, atque figimur, quatenus nos illuc intentione conferimus.

Etsi intellectus noster circa divina semper agit, non tamen animadvertimus : quoniam ratio et imaginatio nobis ad opposita divinorum et varia distrahuntur.

ΙΒ'. Πῶς οὖν ἔχοντες τὰ τηλικαῦτα οὐκ ἀντιλαμβανόμεθα, ἀλλ' ἀργοῦμεν ταῖς τοιαύταις ἐνεργείαις τὰ πολλὰ, οἱ δὲ οὐδ' ὅλως ἐνεργοῦσιν; Ἐκεῖνα μὲν ἔστιν ἐν ταῖς αὐτῶν ἐνεργείαις ἀεὶ, νοῦς καὶ τὸ πρὸ νοῦ ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ, καὶ ψυχὴ δὲ τὸ ἀεικίνητον οὕτως. Οὐ γὰρ πᾶν, ὃ ἐν ψυχῇ, ἤδη αἰσθητόν· ἀλλὰ ἔρχεται εἰς ἡμᾶς, ὅταν εἰς αἴσθησιν ἴῃ· ὅταν δὲ ἐνεργοῦν ἕκαστον μὴ μεταδιδῷ τῷ αἰσθανομένῳ, οὔπω δι' ὅλης ψυχῆς ἐλήλυθεν· οὕτω οὖν γιγνώσκομεν ἅτε μετὰ τοῦ αἰσθητικοῦ ὄντες, καὶ οὐ μόριον ψυχῆς, ἀλλ' ἡ ἅπασα ψυχὴ ὄντες· καὶ ἔτι ἕκαστον τῶν ψυχικῶν ζῴων ἀεὶ ἐνεργεῖ ἀεὶ καθ' αὑτὸ τὸ αὑτοῦ· τὸ δὲ γνωρίζειν, ὅταν μετάδοσις γένηται καὶ ἀντίληψις. Δεῖ τοίνυν, εἰ τῶν οὕτω παρόντων ἀντίληψις ἔσται, καὶ τὸ ἀντιλαμβανόμενον εἰς τὸ εἴσω ἐπιστρέφειν, κἀκεῖ ποιεῖν τὴν προσοχὴν ἔχειν· ὥσπερ, εἴ τις ἀκοῦσαι ἀναμένων, ἣν ἐθέλει, φωνὴν, τῶν ἄλλων φωνῶν ἀποστὰς, τὸ οὖς ἐγείρει πρὸς τὸ ἄμεινον τῶν ἀκουστῶν, ὁπότε ἐκεῖνο προσέλθοι, οὕτω τοι καὶ ἐνταῦθα δεῖ τὰς μὲν αἰσθητὰς ἀκούσεις ἀφέντα, εἰ μὴ καθ' ὅσον ἀνάγκη, τὴν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι δύναμιν φυλάττειν καθαρὰν καὶ ἕτοιμον, ἀκούειν φθόγγων τῶν ἄνω.

XII. Ceterum curnam, talia tantaque possidentes, nequaquam animadvertimus nos hæc habere, sed plurimum seorsum a talibus actionibus otium agimus : suntque multi, qui circa hæc nihil unquam agant? Illa quidem in actionibus suis assidue perseverant, intellectus scilicet, et quod superius intellectu in se ipso semper : sic quoque et anima vim habet [immobilem, sive] perpetuo mobilem. Neque vero, quicquid est in anima, propterea jam sentitur, sed pervenit in nos, quando ad sensum usque procedit : at quando agens in nobis quodlibet actionem suam non traducit in ipsam sentiendi virtutem, nondum per totam animam se actio ejusmodi propagavit : quare nondum agnoscimus, utpote qui una cum sentiendi virtute sumus id, quod sumus, neque pars animæ quædam solum, sed universa potius anima sumus. Jam vero unumquodque in nobis animatum quamdiu vivit, tamdiu per se ipsum munus efficit proprium : sed tunc demum in nobis contingit agnoscere, quando mutua quædam fit traductio, et inde animadversio provenit. Oportet igitur, si quando ita præsentia nobis animadversuri simus, vim ipsam animadversoriam ad interiora convertere, operamque dare, ut ibi tota prorsus intendat : perinde ac si quis affectans vocem unam præ ceteris haurire, a ceteris se vocibus segregel, ad vocemque omnium optatissimam attentior porrigat aures, quando propinquet : sic itaque hic oportet dimissis omnibus, quæ sensibus instrepunt, perque sensus animum interpellant, nisi quantum extrema cogat necessitas, vim ipsam animæ animadvertendis superioribus aptiorem puram penitus conservare, audiendisque supernis vocibus paratissimam.

Trinitatem hanc principiorum maxime Platonicam et Zoroastricam confirmat Trinitas Christianorum. Ipsum enim bonum includit paterna fecunditas, intellectum intellectualis ipsa filii emanatio, animam processio spiritus per voluntatis modum, et quasi motum vitalem. Præterea firmamentum refert ipsum bonum fecunditate siderum, intellectum Saturnus a generatione remotus et alienus, animam Jupiter generationi favens, mundum Mars discordem jam atque pugnacem. Rursus bonum Sol, intellectum Mercurius Soli proximus, animam Venus cupida genituræ, mundum hunc Luna varia in se jam atque mutabilis. Iterum bonum ignis, intellectum aer perspicuus et serenus, animam aqua humorem generationi suppeditans, mundum terra ex omnibus jam commixta. Denique singulatim fecunda cujusque essentia bonum, firma essentiæ virtus intellectum, inclinatio, motio, actio animam. Summatim circa animam, memoria fecunda bonum, rationis discursus intellectum, imaginatio et affectus animam. Nihil ergo certius hac trinitate principiorum, quia nihil majoribus et pluribus testimoniis confirmatum merito universum principiorum suorum imaginem repræsentat.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ Β.

ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΚΑΙ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER II.

DE GENERATIONE ET ORDINE EORUM, QUÆ SUNT POST PRIMUM.

Sicut unitas, principium numerorum, non est numerus, et signum, principium continui, non est continuum, et lux, principium caloris colorumque, non est calor atque colores: sic ipsum bonum, entium principium, non est ens aliquod, aut entia: ergo nec vita nec intellectus.

Non enim continendo hæc omnia in se prius quasi prægnans subinde parit, sicut intellectus, anima, natura: sed simpliciter superemineudo creat, sicut unitas, signum sive centrum, lux. Quod autem ex ipso bono proxime procreatur, quantum ex illo manente statim hoc existit, ens efficitur: quantum subito vergit naturaliter, et quasi movetur ad illud, fit vivens: quantum mox corroboratum inde, quasi circulo quodam convertitur in se ipsum, intellectus evadit. Similiter ex intellectu manente anima intellectualis exsistit: ex hac autem non manente, sed per potentiam discursivam ab intellectu intelligibilibusque distracta ad imaginabilia et sensibilia, profluit in actum ejus imago, vita videlicet quædam rationis expers, sensu et vegetali potentia prædita. Inter hæc, quod sequitur, tamdiu perseverat, quamdiu quod superius exstat. Anima nostra in eodem corpore eodemque tempore agit plantam, quibus in membris tantum vegetat: agit brutum, in quibus instrumentis solum sentit: agit hominem, interim ratiocinando: agit dæmonem, aut deum simul, intelligendo. Idem rursus homo diversis temporibus, quamvis sub humana persona varios ejusmodi mores exercet. In specie quoque humana nonnulli quasi plantæ vitam degunt, alii ut bruta, alii ut homines, nonnulli tanquam dii, vel dæmones. Quicumque igitur dixerint, nostras animas, quæ habitum hujus vel illius vitæ jam obduxerunt, reversuras mox in hominem vel aerium vel terrenum, quasi similiter victurum, probabilius opinabuntur, quam si humanam speciem licentius in bruta permutaverint, aut plantas. Tanta enim permutatio et apud naturam impossibilis est, et apud justitiam supervacua.

Α'. Τὸ ἓν πάντα, καὶ οὐδὲ ἕν. Ἀρχὴ γὰρ πάντων οὐ πάντα, ἀλλ' ἐκεῖνος πάντα, ἐκεῖ γὰρ οἷον ἐνέδραμε· μᾶλλον δὲ οὔπω ἐστὶν, ἀλλ' ἔσται. Πῶς οὖν ἐξ ἁπλοῦ ἑνὸς, οὐδεμιᾶς ἐν ταὐτῷ φαινομένης ποικιλίας, οὐ διπλόης ὑτουοῦν; ἢ ὅτι οὐδὲν ἦν ἐν αὐτῷ, διὰ τοῦτο ἐξ αὐτοῦ πάντα, καὶ ἵνα τὸ ὂν ᾖ, διὰ τοῦτο αὐτὸς οὐκ ὄν, γεννητὴς δὲ αὐτοῦ, καὶ πρώτη οἷον γέννησις αὕτη. Ὃν γὰρ τέλειον τῷ μηδὲν ζητεῖν μηδὲ ἔχειν, μηδὲ δεῖσθαι, οἷον ὑπερερρύη, καὶ τὸ ὑπερπλῆρες αὐτοῦ πεποίηκεν ἄλλο. Τὸ δὲ γενόμενον εἰς αὐτὸ ἐπεστράφη καὶ ἐπληρώθη, καὶ ἐγένετο πρὸς αὐτὸ βλέπον, καὶ νοῦς οὗτος. Καὶ ἡ μὲν πρὸς ἐκεῖνο στάσις αὐτοῦ τὸ ὂν ἐποίησεν, ἡ δὲ πρὸς αὐτὸ θέα τὸν νοῦν. Ἐπεὶ οὖν ἔστη πρὸς αὐτὸ, ἵνα ἴδῃ, ὁμοῦ νοῦς γίγνεται καὶ ὄν. Οὕτως οὖν ὂν οἷον ἐκεῖνος, τὰ ὅμοια ποιεῖ, δύναμιν προχέας πολλὴν· εἶδος δὲ καὶ τοῦτο αὐτοῦ, ὥσπερ αὐτὸ αὐτοῦ πρότερον προέχεε. Καὶ αὕτη ἐκ τῆς οὐσίας ἐνέργεια ψυχὴ, τοῦτο μένοντος ἐκείνου γενομένη· καὶ γὰρ ὁ νοῦς, μένοντος τοῦ πρὸ αὐτοῦ, ἐγένετο, ἡ δὲ οὐ μένουσα ποιεῖ, ἀλλὰ κινηθεῖσα ἐγέννα εἴδωλον. Ἐκεῖ μὲν οὖν βλέπουσα, ὅθεν ἐγένετο, πληροῦται, προελθοῦσα δὲ εἰς κίνησιν ἄλλην καὶ ἐναντίαν γεννᾷ εἴδωλον αὐτῆς, αἴσθησιν καὶ φύσιν τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς· οὐδὲν δὲ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἀπήρτηται οὐδ' ἀποτέτμηται. Διὸ καὶ δοκεῖ καὶ ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ μέχρι φυτῶν φθάνειν. Τρόπον γάρ τινα φθάνει, ὅτι αὐτῆς τὸ ἐν φυτοῖς· οὐ μὴν πᾶσα ἐν φυτοῖς· ἀλλὰ γιγνομένη ἐν φυτοῖς οὕτως ἐστὶν, ὅτι ἐπὶ τοσοῦτον προέβη εἰς τὸ κάτω, ὑπόστασιν ἄλλην ποιησαμένη τῇ προόδῳ καὶ προθυμίᾳ τοῦ χείρονος· ἐπεὶ καὶ τὸ πρὸ τούτου, τὸ νοῦ ἐξηρτημένον, μένειν τὸν νοῦν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐᾷ.

I. Ipsum unum est omnia, rursusque nullum est ex omnibus. Principium namque omnium non est omnia, sed illo quidem modo est universa, quod ibi quasi cuncta concurrunt: imo vero nondum quidem sunt, sed erunt. Quo igitur modo ex uno simplici, in quo varietas apparet nulla, vel cujuscumque duplicitas sive forma, multitudo procedit? Forsan, quia nihil erat in ipso, idcirco ex ipso sunt omnia: atque, ut ens ipsum fiat, ob hoc ipsum unum non est ens, sed ens progenies ejus est, primaque genitura: nempe cum sit perfectum, propterea, quod nihil quærat, neque habeat aliud, neque egeat, nimirum exuberavit, exuberantiaque ipsius aliud procreavit. Quod vero inde factum est, in ipsum conversum est et impletum: taleque evasit, ut respiceret in se ipsum, intellectusque proderet. Atqui status quidem ipsius erga illud ens effecit: aspectus autem ad se ipsum fecit mentem. Quando igitur incumbit erga se ipsum, ut cognoscat, simul intellectus atque ens evadit: sic itaque ens, quemadmodum et ille similia facit secundum potentiam profusionis quam plurimam: species autem ipsius hæc quoque est, quemadmodum ipsum ex ipso ante profudit. Atque hic ex essentia actus est anima, id utique ex illo manente facta: etenim intellectus superiore manente est effectus. Hæc autem non permanendo facit, sed simulacrum commota prodecit. Suspiciens itaque illuc, unde manavit, impletur: progressa vero in motum alium et oppositum, suum efficit simulacrum, id est sensum, in animalibus, naturamque in plantis: nihil autem a suo superiore segregatur atque dividitur. Quam ob rem hominis quoque anima progredi ad plantas usque videtur. Modo enim quodam illuc usque progreditur, quoniam et ipsius est, quod est in plantis: non tamen universa est in plantis, sed illis insinuata sic inest, quoniam eatenus ad inferiora processit, substantiam aliam processione curaque deterioris efficiens: quoniam et quod hoc superius est, ab intellectu pendens, intellectum permittit in se ipso quiescere.

Singulis hominibus intellectus proprii præsunt: ab his manant potentiæ animæ gradatim inferiores, inter quas sequens ubique servatur in antecedente, ferme sicut splendor in radio, radius in luce, lux in natura solis.

Atqui intellectus, unde omnes ordine animæ vires effluunt, quodammodo est, et quodammodo non est omnes. Anima tandem omnesque vires ejus, quoniam certis loci limitibus nec extenduntur, neque circumscribuntur, facile sunt ubique.

Β'. Πρόεισιν οὖν ἀπ' ἀρχῆς εἰς ἔσχατον, καταλειπομένου ἀεὶ ἑκάστου ἐν τῇ οἰκείᾳ ἕδρᾳ· τοῦ δὲ γεννωμένου ἄλλην τάξιν λαμβάνοντος τὴν χείρονα, ἕκαστον μέντοι ταὐτὸν γίγνεται, ᾧ ἂν ἐπίσπηται, ἕως ἂν ἐφέηται. Ὅταν οὖν ψυχὴ ἐν φυτῷ γίγνηται, ἄλλο ἐστὶν οἷον μέρος τὸ ἐν φυτῷ, τὸ τολμηρότατον καὶ ἀφρανέστατον, καὶ προεληλυθὸς μέχρι τοσούτου· ὅταν δ' ἐν ἀλόγῳ, ἡ τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμις κρατήσασα ἤγαγεν· ὅταν δὲ εἰς ἄνθρωπον, ἢ ὅλως ἐν λογικῷ ἡ κίνησις, ἢ ἀπὸ νοῦ, ὡς νοῦν οἰκεῖον ἐχούσης, καὶ παρ' αὐτῆς βούλησιν τοῦ νοεῖν ἢ ὅλως κινεῖσθαι. Πάλιν δὴ ἀναστρέφωμεν, ὅταν φυτοῦ ἢ τὰ παραφυόμενα ἢ κλάδων τῶν ἄνω τίς [τι] τέμῃ, ἡ ἐν τούτῳ ψυχὴ ποῦ ἀπελήλυθεν; ἢ ὅθεν· οὐ γὰρ ἀποστᾶσα τόπῳ· ἐν οὖν τῇ ἀρχῇ. Εἰ δὲ τὴν ῥίζαν διακόψειας ἢ καύσειας, ποῦ τὸ ἐν τῇ ῥίζῃ; ἐν ψυχῇ, οὐκ εἰς ἄλλον τόπον ἐλθοῦσα [l. ἐλθούσῃ], ἀλλὰ κἂν ἐν τῷ αὐτῷ ἦ· ἀλλ' ἐν ἄλλῳ, εἰ ἀναδράμοι· εἰ δὲ μή, ἐν ἄλλῃ φυτικῇ· οὐ γὰρ στενοχωρεῖται. Εἰ δ' ἀναδράμοι, ἐν τῇ πρὸ αὐτῆς δυνάμει. Ἀλλ' ἐκείνη ποῦ; ἐν τῇ πρὸ αὐτῆς· ἡ δὲ μέχρι νοῦ, οὐ τόπῳ· οὐδὲν γὰρ ἐν τόπῳ ἦν. Ὁ δὲ νοῦς πολὺ μᾶλλον οὐκ ἐν τόπῳ· ὥστε οὐδὲ αὐτή· οὐδαμοῦ οὖν οὖσα, ἀλλ' ἐν τῷ, ὃ μηδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ οὕτως ἐστίν. Εἰ δὲ προελθοῦσα εἰς τὸ ἄνω σταίη ἐν τῷ μεταξὺ, πρὶν πάντῃ εἰς τὸ ἀνωτάτω γενέσθαι, μέσον ἔχει βίον, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει αὐτῆς ἕστηκε. Πάντα δὲ ταῦτα ἐκεῖνος, καὶ οὐκ ἐκεῖνος· ἐκεῖνος μὲν, ὅτι ἐξ ἐκείνου· οὐκ ἐκεῖνος δὲ, ὅτι ἐκεῖνος ἐφ' ἑαυτοῦ μένων ἔδωκεν. Ἔστιν οὖν οἷον ζωὴ μακρὰ εἰς μῆκος ἐκταθεῖσα, ἕτερον ἕκαστον τῶν μορίων τῶν ἑφεξῆς, συνεχὲς δὲ πᾶν αὐτῷ, ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο τῇ διαφορᾷ, οὐκ ἀπολλύμενον ἐν τῷ δευτέρῳ τὸ πρότερον. Τί οὖν ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς γενομένη; οὐδὲν γεννᾷ, ἢ ἐν ᾧ ἐστι. Σκεπτέον δὲ πῶς, ἀρχὴν ἄλλην λαβόντας.

II. Processio itaque fit a principio ad postremum, et intererea unumquodque semper propriam sedem retinere permittitur: quod vero fit, alium sortitur ordinem, et hunc quidem deteriorem: verumtamen unumquodque illi demum evadit idem, quod et sequitur, quousque prosequitur. Quando igitur anima plantæ inseritur, aliud quidem est velut pars quædam in planta, quod videlicet temerarium maxime atque demens est, et huc usque digressum: quando vero insinuatur bruto, tunc sentiendi potestas dominata perduxit: at quando ingreditur hominem, tunc vel omnino in natura rationali motio prævalet, vel ab intellectu processio quædam, utpote quæ propriam habet mentem voluntatemque ex se ipsa intelligendi, vel omnino movendi. Jam vero vicissim revertamur, quando quis in planta vel quædam inde propagata, vel ramos quosdam amputat, anima, quæ his inerat, quonam abit? Fortasse unde processerat. [Sed unde natura?] Non enim distat loco. Unum igitur est ipsi principio. Si autem radicem incideris vel combusseris, ubinam erit, quod in radice vigebat? In anima non alium in locum abeunte: sed in eodem quoque esse potest. In alio autem dicetur esse, si recurrerit: sin minus, erit in alia vegetali: non enim contrahitur in angustum. Quodsi recurrerit, in superiore potentia residebit. Sed ubinam illa? In superiore rursus: et illa iterum similiter usque ad mentem, non loci conditione: nihil enim horum erat in loco. Intellectus denique multo minus est in loco aliquo collocandus: quapropter nec ipsa quoque animæ ipsius natura: nusquam igitur est locorum. Verum in eo, quod nusquam est, interea sic est ubique. Si autem progressa quandoque anima ad sublime consistat interea, priusquam omnino pervenerit ad supremum, mediam agit vitam, atque in illa sui parte quiescit. Hæc autem omnia ille quidem est, rursusque non ille. Ille, inquam, quoniam sunt ex illo: non ille iterum, quoniam ille singula in se ipso permanens edidit. Est igitur in universo tanquam vita quædam ingens quasi producta in longitudinem, habentem deinceps distinctas quidem inter se partes, universam tamen interea sibi ipsi continuam, sed aliud atque aliud propria quadam duntaxat differentia possidentem: ubi profecto in eo, quod sequitur, non destruitur antecedens. Quid ergo anima plantis inserta? Nihilne gignit inferius? Fortasse in quo est duntaxat. At vero, qua id conditione fiat, considerandum nobis est, exordium aliunde sumentibus.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ Γ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΝΩΡΙΣΤΙΚΩΝ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΝ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΠΕΚΕΙΝΑ.

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER III.

DE SUBSTANTIIS COGNOSCENTIBUS, ET DE ILLO, QUOD SUPERIUS EST.

(496,497.) [912—914.]

Quod cognitorum est se ipsum, non cogitur propterea esse adeo simplex, ut nulla prorsus in eo differentia sit, sicut est ipsum unum: sed ita simplex esse debet, ut in quolibet sui totum penitus includatur, ejusque actio expleatur tota momento. Ejusmodi est intellectus.

Quando intellectum dicimus nosse se ipsum, non dividimus in duo, quorum alterum tantum cognoscat, alterum solummodo cognoscatur: alioquin non aliquid idem se ipsum, sed aliud cognosceret aliud: sed volumus, ipsum cognoscens una cum cognito se quoque complecti. Ad sensum quidem pertinet solum, quæ extra animam sunt, cognoscere: ad imaginationem vero etiam, quæ sunt in anima, id est sensuum actiones: ad rationem præterea, se ipsam investigare: ad intellectum denique, se cognoscere, atque hujus perfecta quadam participatione etiam ad rationem quandoque se nosse.

Α'. Ἆρα τὸ νοοῦν ἑαυτὸ ποικίλον δεῖ εἶναι, ἵνα ἑνί τινι τῶν ἐν αὐτῷ τὰ ἄλλα θεωροῦν οὕτω δὴ λέγηται νοεῖν ἑαυτό, ὡς τοῦ ἁπλοῦ παντάπασιν ὄντος, οὐ δυναμένου εἰς ἑαυτὸ ἐπιστρέφειν καὶ τὴν αὐτοῦ κατανόησιν, ἢ οἷόν τε καὶ μὴ σύνθετον ὂν νόησιν ἴσχειν ἑαυτοῦ; Τὸ μὲν γὰρ διότι σύνθετον λεγόμενον νοεῖν ἑαυτό, ὅτι δὴ ἑνὶ τῶν ἐν αὐτῷ τὰ ἄλλα νοεῖ (ὥσπερ ἂν εἰ τῇ αἰσθήσει καταλαμβάνοιμεν αὐτῶν τὴν μορφὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ σώματος φύσιν), οὐκ ἂν ἔχοι τὸ ὡς ἀληθῶς νοεῖν αὐτό. Οὐ γὰρ τὸ πᾶν ἔσται ἐν τῷ τοιούτῳ ἐγνωσμένον, μὴ κἀκείνου τοῦ νοήσαντος τὰ ἄλλα τὰ σὺν αὐτῷ καὶ ἑαυτὸ νενοηκότος, ἔσται τε οὐ τὸ ζητούμενον τὸ αὐτὸ ἑαυτό, ἀλλ' ἄλλο ἄλλο. Δεῖ τοίνυν θέσθαι καὶ ἁπλοῦ κατανόησιν ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτο πῶς σκοπεῖν, εἰ δυνατόν, ἢ ἀποστατέον τῆς δόξης, τῆς τοῦ αὐτὸ ἑαυτὸ νοεῖν τι ὄντως. Ἀποστῆναι μὲν οὖν τῆς δόξης ταύτης οὐ πάνυ οἷόν τε, πολλῶν τῶν ἀτόπων συμβαινόντων· καὶ γὰρ εἰ μὴ ψυχῇ δοίημεν τοῦτο, ὡς πάνυ ἄτοπον ὄν, ἀλλὰ μηδὲ νοῦ τῇ φύσει διδόναι, παντάπασιν ἄτοπον· εἰ τῶν μὲν ἄλλων γνῶσιν ἔχει, ἑαυτοῦ δὲ μὴ ἐν γνώσει καὶ ἐπιστήμῃ καταστήσεται. Καὶ γὰρ τῶν μὲν ἔξω ἡ αἴσθησις, ἀλλ' οὐ νοῦς, ἀντιλήψεται, καὶ εἰ βούλει διάνοια καὶ δόξα. Ὁ δὲ νους [εἰ] τούτων γνῶσιν ἔχει, ἢ μή, σκέψασθαι προσήκει. Ὅσα δὲ νοητά, νοῦς δηλονότι γνώσεται. Ἆρ' οὖν αὐτὰ μόνον, ἢ καὶ ἑαυτὸν, ὃς ταῦτα γνώσεται; καὶ ἆρα οὕτω γνώσεται ἑαυτὸν, ὅτι γιγνώσκει ταῦτα μόνον; Τίς δὲ ὢν οὐ γνώσεται; ἀλλ', ἃ μὲν αὐτοῦ, γνώσεται, ὅτι γιγνώσκει, τίς δὲ ὢν γιγνώσκει οὐκέτι, ἢ καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτόν; καὶ τίς ὁ τρόπος, καὶ μέχρι τίνος, σκεπτέον.

I. Operæ pretium est indagare, numquid, quod se ipsum intelligit, oporteat in se varium esse, ut uno quodam eorum, quæ sunt in ipso, reliqua contemplatum ita demum se ipsum intelligere judicetur; perinde ac, si omnino sit simplex, nequeat in se converti seque cognoscere: an fieri possit, ut etiam, quod non est compositum, intelligat semet ipsum? Principio quidem quod dicitur, aliquid propterea se intelligere posse, quod compositum sit, atque ita uno quodam suorum cognoscat et reliqua (veluti si sensu formam nostram reliquamque naturam corporis cognoscamus), nequaquam id consequitur, ut se ipsum re vera cognoscat. In eo namque, quod ita se habet, non totum erit cognitum, nisi et illud, quod intelligit alia sibi conjuncta, intelligat etiam semet ipsum: alioquin non proveniet, quod est quæsitum, ut scilicet aliquid idem se ipsum animadvertat, sed ut aliud potius percipiat aliud. Asseverandum igitur et simplicis ipsius esse, se ipsum animadvertere: atque hoc quomodo fiat, si quidem fieri possit, investigandum: alioquin dimittenda est opinio, per quam putemus se ipsum quippiam re vera cognoscere. Abjicere quidem opinionem ejusmodi haud admodum facile est: quippe cum multa hinc secutura videantur absurda. Etenim si forte id muneris animæ nequaquam attribuamus, quasi admodum sit absurdum: verumtamen, neque id quidem mentis naturæ tribuere, est procul dubio absurdissimum: si, inquam, aliorum quidem notitiam habeat, sui vero ipsius notitiam scientiamque non habeat. Atqui externorum quidem perceptionem sensus, non intellectus, habebit: atque insuper, si vis, cogitatio et opinio. Utrum vero intellectus horum cognitionem habeat, nec ne, expedit indagare. Certe, quæcumque intelligibilia sunt, intellectus ipse cognoscet. Num igitur ea solum, an etiam se ipsum, qui hæc ipsa cognoscit? Et numquid se ipsum ita cognoscet tantum, quoniam videlicet hæc se nosse cognoscet? At quisnam exsistens ipse hæc interea [quæ noverit] non apprehendet? sed forte sua quædam cognoscere comprehendet. Quis vero sit ipse, dum percipit, non percipiet? an potius et sua et se ipsum noverit? Item quisnam modus, et quousque id fiat, est nobis considerandum.

Potentia rationalis, quæ semper in discurrendo versatur, media est inter imaginationem et intellectum, et utrimque formas quasdam in se admittit, easque componit, et dividit, formasque nuper ab imaginatione venientes accommodat formis antiquis in mente vel a mente exsistentibus, atque in hac accommodatione intellectualis efficitur.

Hinc duo in nobis intellectus apparent, permanens scilicet et discurrens, qui et consequitur discurrendo.

Β'. Πρότερον δὲ περὶ ψυχῆς ζητητέον, εἰ δοτέον αὐτῇ γνῶσιν ἑαυτῆς, καὶ τί τὸ γινῶσκον ἐν αὐτῇ, καὶ ὅπως; Τὸ μὲν οὖν αἰσθητικὸν αὐτῆς αὐτόθεν ἂν φαῖμεν τοῦ ἔξω εἶναι μόνον· καὶ γὰρ εἰ τῶν ἔνδον ἐν τῷ σώματι γιγνομένων συναίσθησις εἴη, ἀλλὰ τῶν ἔξω ἑαυτοῦ

II. Primo igitur de anima quærendum est, an tribuenda sit ei cognitio sui, quidve in ipsa sit tale cognoscens, et qua ratione. Sensualem quidem ejus virtutem judicabimus ex ipsa sui conditione solum circa externa versari atqui quamvis, quæ intra corpus fiunt, persentiantur, perceptio tamen ejusmodi ad illa pertinet, quæ sunt extra

καὶ ἐνταῦθα ἡ ἀντίληψις· τῶν γὰρ ἐν τῷ σώματι παθημάτων ὑφ' ἑαυτοῦ αἰσθάνεται· τὸ δ' ἐν αὐτῇ λογιζόμενον, παρὰ τῶν ἐκ τῆς αἰσθήσεως φαντασμάτων παρακειμένων τὴν ἐπίκρισιν ποιούμενον, καὶ συνάγον, καὶ διαιροῦν, ἢ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ νοῦ ἰόντων ἐφορᾷ οἷον τοὺς τύπους, καὶ ἔχει καὶ περὶ τούτους τὴν αὐτὴν δύναμιν· καὶ σύνεσιν ἔτι προσλαμβάνει, ὥσπερ ἐπιγινώσκον, καὶ ἁρμόζον τοῖς ἐν αὐτῷ ἐκ παλαιοῦ τύποις τοὺς νέους καὶ ἄρτι ἥκοντας· διὸ δὴ καὶ ἀναμνήσεις φαῖμεν ἂν τῆς ψυχῆς εἶναι. Καὶ νοῦς ὁ τῆς ψυχῆς μέχρι τοῦδε ἱστάμενος τῇ δυνάμει· ἢ καὶ εἰς ἑαυτὸν στρέφεται καὶ γιγνώσκει ἑαυτὸν, ἢ ἐπὶ τὸν νοῦν ἀνενεκτέον τοῦτο. Γνῶσιν μὲν γὰρ ἑαυτοῦ τούτῳ τῷ μέρει διδόντες νοῦν αὐτὸν φήσομεν, καὶ, ὅπῃ διοίσει τοῦ ἐπάνω, ζητήσομεν, μὴ δὲ διδόντες ἐπ' ἐκεῖνον ἥξομεν τῷ λόγῳ βαδίζοντες, καὶ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ, ὅ τι ποτέ ἐστι, σκεψόμεθα. Εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἐν τῷ κάτω δώσομεν, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ νοεῖν ἑαυτὸ, σκεψόμεθα· εἰ γὰρ μηδεμίᾳ, ἤδη τοῦτο νοῦς ὁ ἄκρατος. Τοῦτο τοίνυν τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς ἆρα ἐπιστρέφει ἐφ' ἑαυτὸ καὶ αὐτὸ ἢ οὔ; ἀλλὰ, ὧν δέχεται τύπων ἐφ' ἑκάτερα, τὴν σύνεσιν ἴσχει; καὶ πῶς τὴν σύνεσιν ἴσχει, πρῶτον ζητητέον.

sensum : tunc enim passiones, quæ sub ipso fiunt, in corpore sentit. Est insuper in anima virtus ratiocinandi circo imaginationes incidentes a sensu dijudicans, easque conjungens atque etiam dividens : intuetur quinetiam quasi figuras eorum, quæ ab intellectu descendunt, habetque circa eas vim prorsus eandem : assumit quoque intelligentiam, utpote quod perpendat, accommodetque figuris antiquis novas nuperque venientes : qua quidem in re animæ reminiscentiam consistere arbitramur. Et profecto intellectus animæ huc usque sua virtute se sistit. Quærendum igitur, num hæc ratiocinandi virtus in se convertatur, seque cognoscat, an potius id ad intellectum sit referendum? Si enim sui ipsius cognitionem huic animæ parti attribuamus, hanc ipsam confitebimur esse mentem : et quonam potissimum a superiore differat mente, perquirere compellemur. Sin autem nequaquam attribuamus, ratio nos ad illam perducet mentem, quidve sit se ipsum nosse, considerabimus. Quodsi et hic inferiori id munus attribuerimus, rursus investigabimus, quonam differant in se cognoscendo intellectus superior et inferior. Nempe si nihilo, jam hic noster intellectus est purus. Sed enim vis ipsa animæ discurrendi numquid ipsa quoque se in se convertit? an potius non convertitur, sed habet formarum notitiam, quas utrimque nanciscitur? Ac sane primo quærendum est, quonam pacto notitiam ejusmodi consequatur.

Ratio nuntiante sensu et imaginatione judicat, obvium esse Socratem : si addit esse bonum, justum, sapientem, perpendit hæc, definitque per regulas bonitatis, justitiæ, sapientiæ : quæ primo lucent in mente, atque inde subrutilant rationi circa talia se versanti.

Cum rationis proprium sit in motu agere, et motus tendat in aliud, merito ratio communiter circa alia potius, quam circa se ipsam, se volutat, ideo non est ejus proprium se cognoscere. Plerique tres in cælo ponunt essentias, scilicet in corpore materiam atque formam et præter hoc ipsam cæli animam, et materiam suæ semper subesse formæ, corpus animæ. Similiter tres circa animam nostram essentias : animam scilicet, irrationalem rationali subditam, rationalem vero menti perpetuo cohærentem, quasi cælum animæ cælesti perpetuo copulatum. Hanc Plotinus hic opinionem videtur attingere. Atqui et ejusmodi copulam Theophrastus, Themistius, Averroes excogitavisse videntur. Possumus etiam Platonico magis more Plotinum interpretari, dicentes, ideo negare intellectum esse partem animæ, quia videlicet non fit pars, id est, potentia ejus substantiæ, qua ratione dicitur anima. Dicitur enim anima, quatenus pertinet ad discursum, sive per universalia, sive per particularia discurratur. Sed intellectus ipsa mera substantia est, cui est subnexa potentia, quæ appellatur anima. Jam vero et ipsa substantia nominatur anima secundum potentiam discurrentem : nominatur et intellectus secundum ipsam substantiæ rationem. Idem enim est esse atque intelligere, non tamen idem esse atque discurrere : ideo semper intelligit æque, non tamen semper æque discurrit.

Γ'. Ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις εἶδεν ἄνθρωπον, καὶ ἔδωκε τὸν τύπον τῇ διανοίᾳ· ἡ δὲ τί φησιν; ἢ οὔπω οὐδὲν ἐρεῖ; ἀλλ' ἔγνω μόνον καὶ ἔστη· εἰ μὴ ἄρα πρὸς ἑαυτὴν διαλογίζοιτο, τίς οὗτος; εἰ πρότερον ἐνέτυχε τούτῳ, καὶ λέγει προσχρωμένη τῇ μνήμῃ, ὅτι Σωκράτης. Εἰ δὲ καὶ ἐξελίττοι τὴν μορφὴν, μερίζει, ἃ ἡ φαντασία ἔδωκεν· εἰ δὲ, εἰ ἀγαθὸς, λέγοι, ἐξ ὧν μὲν ἔγνω διὰ τῆς αἰσθήσεως, εἴρηκεν. Ὃ δὲ εἴρηκεν ἐπ' αὐτοῖς, ἤδη παρ' αὑτῆς ἂν ἔχοι, κανόνα ἔχουσα τοῦ ἀγαθοῦ παρ' αὑτῇ. Τὸ ἀγαθὸν πῶς ἔχει παρ' αὐτῇ; ἦ ἀγαθοειδής ἐστι, καὶ ἐπερρώσθη δὲ εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ τοιούτου, ἐπιλάμποντος αὐτῇ νοῦ. Τὸ γὰρ καθαρὸν τῆς ψυχῆς τοῦτο, καὶ νοῦ δέχεται ἐπικείμενα ἴχνη. Διὰ τί δὲ οὐ τοῦτο νοῦς, τὰ δὲ ἄλλα ψυχὴ ἀπὸ τοῦ αἰσθητικοῦ ἀρξάμενα; ἢ ὅτι ψυχὴν δεῖ ἐν λογισμοῖς εἶναι· ταῦτα δὲ πάντα λογιζομένης δυνάμεως ἔργα. Ἀλλὰ διὰ τί οὐ τούτῳ τῷ μέρει δόντες τὸ νοεῖν ἑαυτὸ ἀπαλλαττόμεθα; ἢ ὅτι ἔδομεν αὐτῷ τὰ ἔξω σκοπεῖσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν, νῷ δὲ ἀξιοῦμεν ὑπάρχειν τὰ αὑτοῦ

III. Sensus quidem vidit hominem, figuramque ejus tradidit cogitandi virtuti : hæc autem quidnam dicit? Fortasse nondum dicet quicquam, sed novit tantum, atque ita quievit : nisi forsan ita secum ipsa percurrat, quisnam hic est? si quidem prius aliquando in hunc inciderit, dicatque de illo nunc, memoria utens, illum scilicet esse Socratem : si autem evolvat insuper explicetque formam, dividit jam, quæ imaginatio tradidit. Quodsi dicat insuper, utrum sit bonus, tunc per illa, quæ sensu noverat, tale aliquid dicit. Quod autem super his dicit, a se ipsa jam habet : regulam sane boni penes se possidet, Bonum vero quonam modo apud se ipsam habet? Quatenus videlicet est (ut ita dixerim) boniformis, atque corroborata jam est ad tale aliquid sentiendum, mente sibi desuper rutilante. Ipsum namque animæ purum hoc exsistit, accipitque impressa a mente vestigia. At curnam hoc ipsum non est intellectus, sed anima est, quod reliquum est, totum a virtute sensus exorsum? Quia scilicet animam oportet in quadam rationis discursione versari. Hæc autem omnia sunt discurrentis virtutis officia. Sed cur non parti huic sui cognoscendi munus attribuentes inquirendi finem efficiamus? Quia videlicet munus ei concessimus in externis considerandis, dum in plura insuper sollicite distrahatur : mentis vero proprium judicamus, se ipsum si-

καὶ τὰ ἐν αὑτῷ σκοπεῖσθαι. Ἀλλ' εἴ τις φήσει, τί οὖν κωλύει τοῦτο ἄλλῃ δυνάμει σκοπεῖσθαι τὰ αὐτοῦ, οὐ τὸ διανοητικὸν, οὐδὲ τὸ λογιστικὸν ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ νοῦν καθαρὸν λαμβάνει. Τί οὖν κωλύει ἐν ψυχῇ νοῦν καθαρὸν εἶναι; οὐδὲν φήσομεν· ἀλλ' ἔτι δεῖ λέγειν ψυχῆς τοῦτο; ἀλλ' οὐ ψυχῆς μὲν φήσομεν, ἡμέτερον δὲ νοῦν φήσομεν, ἄλλον μὲν ὄντα τοῦ διανοουμένου, καὶ ἐπάνω βεβηκότα, ὅμως δὲ ἡμέτερον, καὶ εἰ μὴ συναριθμοῖμεν τοῖς μέρεσι τῆς ψυχῆς· ἢ ἡμέτερον, καὶ οὐχ ἡμέτερον. Διὸ καὶ προσχρώμεθα αὐτῷ, καὶ οὐ προσχρώμεθα, διανοίᾳ δὲ ἀεί· καὶ ἡμέτερον μὲν, χρωμένων, οὐ προσχρωμένων δὲ οὐχ ἡμέτερον. Τὸ δὲ προσχρῆσθαι τί ἐστιν; ἆρα αὐτοὺς ἐκεῖνο γιγνομένους καὶ φθεγγομένους ὡς ἐκεῖνος, ἢ κατ' ἐκεῖνον; οὐ γὰρ νοῦς ἡμεῖς· κατ' ἐκεῖνο οὖν τῷ λογιστικῷ πρώτῳ δεχομένῳ. Καὶ γὰρ αἰσθανόμεθα δι' αἰσθήσεως, καὶ ἡμεῖς οἱ αἰσθανόμενοι. Ἆρ' οὖν καὶ διανοούμεθα οὕτω, καὶ διανοοῦμεν οὕτως, ἢ αὐτοὶ μὲν οἱ λογιζόμενοι, καὶ νοοῦμεν τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ νοήματα αὐτοί; (τοῦτο γὰρ ἡμεῖς, τὰ δὲ τοῦ νοῦ ἐνεργήματα ἄνωθεν οὕτως, ὡς τὰ ἐκ τῆς αἰσθήσεως κάτωθεν,) τοῦτο ὄντες τὸ κύριον τῆς ψυχῆς, μέσον δυνάμεως διττῆς, χείρονος καὶ βελτίονος, χείρονος μὲν τῆς αἰσθήσεως, βελτίονος δὲ τοῦ νοῦ. Ἀλλ' αἴσθησις μὲν ἀεὶ ἡμέτερον δοκεῖ συγκεχωρημένον, ἀεὶ γὰρ αἰσθανόμεθα· νοῦς δὲ ἀμφισβητεῖται, καὶ ὅτι μὴ αὐτῷ ἀεί, καὶ ὅτι χωριστός· χωριστὸς δὲ τῷ μὴ προσνεύειν αὐτὸν, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ ἄνω βλέποντας· αἴσθησις δὲ ἡμῖν ἄγγελος, βασιλεὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖνος.

bique intima contemplari. Si quis autem dixerit, quidnam prohibet, sollicitum illud per aliam quandam animæ vim sua interdum animadvertere, is certe non ipsam cogitandi ratiocinandique virtutem exigit, sed purum jam accipit intellectum. Quidnam igitur prohibet purum esse in anima intellectum? nihil sane prohibere dicemus. Præterea num intellectum purum esse aliquid animæ asseremus? Profecto non animæ quidem dicemus esse, nostrum vero intellectum esse fatebimur : qui aliud quiddam sit præter ipsam cogitandi naturam, eique superimpositum, nostrum tamen, tametsi una cum animæ partibus hunc minime numeremus. Forsan vero nostrum affirmabimus, iterumque non nostrum : quapropter hoc utimur, rursus non utimur, cogitatione vero semper : itaque nostrum quidem dum utimur, non nostrum vero quando non utimur. Sed enim quidnam uti intellectu dicendum est? An forte nos illum effectos pronuntiare jam ut ille, aut saltem secundum illum? Non enim nos intellectus sumus : imo igitur secundum illum, prima videlicet discurrendi virtute illum suscipiente. Jam vero et per sensum ipsi sentimus, nosque ipsi sentientes sumus. Numquid ergo sic etiam cogitamus atque cogitamur? An forte nos ipsi ratione discurrentes sumus, intelligimusque ipsi quoque intelligentes notiones in ipsa cogitatione subrutilantes? Hoc enim nos ipsi sumus : actiones vero mentis ita nobis sunt desuper, sicut propria sensus nobis inferiora. Sumusque hoc ipsum animæ proprium, et quantum ad ipsum pertinet principale, duas inter vires medium, deteriorem scilicet atque meliorem, id est sensum inter et intellectum. At sensum quidem concedere videmur semper esse nostrum, semper namque sentimus : de intellectu vero id est ambiguum, et quia non semper hoc utimur, et quia est separatus : separatus, inquam, propterea, quod ipse non annuit ad nos; sed potius nos ad ipsum superne suspicientes. Sensus denique nobis est nuntius : rex vero noster est ille.

Rationalis potentia, secundum quam nos sumus, dupliciter utitur intellectu : per participationem scilicet atque formam : et utrobique cognoscit se ipsam.

Per participationem quidem, quatenus formas, notiones, regulas quotidie suscipit ab intellectu, ubi tanquam ab effectu per actiones suas cognoscit et suas vires : per vires agnoscit essentiam, atque hanc pendere illuminarique semper a mente : per formam vero, quando post frequentem hujusmodi acceptionis usum mentem penitus induit sicut materia formam, agitque sub mentis ipsius actu, sicut materia, postquam sæpius accepit ab igne calorem, subit denique flammam. Tunc demum, tanquam a causa, ratio se ipsam una cum mente perfecte cognoscit. Rationem Peripatetici intellectum possibilem, mente vero intellectum agentem nominaverunt.

Δ'. Βασιλεύομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ὅταν κατ' ἐκεῖνον· κατ' ἐκεῖνον δὲ, διχῶς· ἢ τοῖς οἷον γράμμασιν ὥσπερ νόμοις ἐν ἡμῖν γραφεῖσιν, ἢ οἷον πληρωθέντες αὐτοῦ, ἢ καὶ δυνηθέντες ἰδεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι παρόντος. Καὶ γινώσκομεν δὲ ἑαυτοὺς τῷ τοιούτῳ ὁρατῷ τὰ ἄλλα μαθεῖν· ἢ καὶ τὴν δύναμιν τὴν γιγνώσκουσαν τὸ τοιοῦτον μαθόντες αὐτῇ τῇ δυνάμει, ἢ καὶ ἐκεῖνο γιγνόμενοι, ὡς τὸν γιγνώσκοντα ἑαυτὸν διττὸν εἶναι, τὸν μὲν γιγνώσκοντα τῆς διανοίας τῆς ψυχικῆς φύσιν, τὸν δὲ ὑπεράνω τούτου, τὸν γιγνώσκοντα ἑαυτὸν, κατὰ τὸν νοῦν ἐκεῖνον γιγνόμενον, κἀκείνῳ ἑαυτὸν νοεῖν αὖ, οὐχ ὡς ἄνθρωπον ἔτι, ἀλλὰ παντελῶς ἄλλον γενόμενον· καὶ συναρπάσαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ ἄνω, μόνον ἐφέλκοντα τὸ τῆς ψυχῆς ἄμεινον, ὃ καὶ δύναται μόνον πτεροῦσθαι πρὸς νόησιν, ἵνα τις ἐκεῖ παρακαταθεῖτο, ἃ εἶδε. Τὸ δὴ διανοητικὸν ὅτι διανοητικὸν ἆρα οὐκ οἶδε, καὶ ὅτι σύνεσιν τῶν ἔξω λαμβάνει; καὶ ὅτι κρίνει, ἃ ἀνακρίνει, καὶ ὅτι τοῖς ἐν ἑαυτῷ κανόσιν, οὓς παρὰ τοῦ νοῦ ἔχει· καὶ

IV. Regnamus præterea nos, quando agimus secundum illum. Duobus vero modis secundum illum agimus : vel quia velut literæ et quasi leges inde inscriptæ sint nobis; vel quia impleamur eo; aut quoniam eo præsente videre ipsum et persentire possimus. Cognoscimus sane, nos ipsos tali quodam spectaculo alia per ipsum discere : aut etiam vim ipsam ejusmodi aliquid cognoscentem eadem ipsi vi perdiscentes : aut illud quoque nos facti : adeo ut, quod se ipsum cognoscit, duplex jam exsistat : aliud quidem se cognoscens sit natura ipsius animæ cogitativa, aliud vero hac natura superius, ubi scilicet, qui se cognoscit, secundum intellectum illum jam evasit, rursusque illo se conspicit, non tanquam adhuc hominem, sed omnino aliud quiddam factum, se ipsumque ad supernum complentem, solumque trahentem secum, quod præstantius est in anima : quod et solum conceptis alis volare ad intelligentiam potest, ut illic aliquis, quæ novit, jam depromat. Sed numquid ipsa vis cogitandi non novit se esse cogitandi virtutem, externorumque intelligentiam cumulare? Item, judicare quæ judicat : judicare, inquam, regulis quibusdam sibi ab intellectu descriptis? esse denique

ὡς ἔστι τι βέλτιον αὐτοῦ, ὃ οὐ ζητεῖ, ἀλλ' ἔχει πάντως δήπου. Ἀλλ' ἆρα τί ἐστιν αὐτὸ ὃ οὐκ οἶδεν ἐπιστάμενον, οἷόν ἐστι, καὶ οἷα τὰ ἔργα αὐτοῦ; εἰ οὖν λέγει, ὅτι ἀπὸ νοῦ ἐστι, καὶ δεύτερον μετὰ νοῦν, καὶ εἰκὼν νοῦ, ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντα οἷον γεγραμμένα, ὡς ἐκεῖ ὁ γράφων καὶ ὁ γράψας· ἆρ' οὖν στήσεται μέχρι τούτων ὁ οὕτως ἑαυτὸν ἐγνωκώς; ἡμεῖς δὲ ἄλλῃ δυνάμει προσχρησάμενοι νοῦν αὖ γιγνώσκοντα ἑαυτὸν κατοψόμεθα; ἢ ἐκεῖνον μεταλαβόντες, ἐπείπερ κἀκεῖνος ἡμέτερος, καὶ ἡμεῖς ἐκείνου, οὕτω νοῦν καὶ αὐτοὺς γνωσόμεθα; ἢ ἀναγκαῖον οὕτως, εἴπερ γνωσόμεθα, ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἐν νῷ αὐτὸ ἑαυτό. Ἔστι δὴ νοῦς τις αὐτὸς γεγονὼς, ὅτε τὰ ἄλλα ἀφεὶς ἑαυτοῦ τούτῳ καὶ τοῦτον βλέπει, αὐτῷ δὲ ἑαυτὸν, ὡς δὴ οὖν νοῦς ἑαυτὸν ὁρᾷ.

praestantius aliquid supra se, quod quidem nihil ultra perquirit, sed habet omnino? Verum enimvero quidnam est hoc ipsum, quod se minime novit, ignorans, quale sit ipsum, et qualia sint ipsius officia? Si ergo dicit se ipsum a mente pendere, et esse a mente secundum, mentisque imaginem habentem in se omnia velut inscripta, quemadmodum illic, qui scribit, quive jam scripsit: numquid is, qui ita se ipsum novit, sistet gradum huc usque progressus? nos autem vi alia freti, intellectum rursus se ipsum cognoscentem perspiciemus? vel illum sane nobiscum assumentes, quandoquidem ille quoque est noster, vicissimque nos illius, ita demum intellectum nosque ipsos percipiemus? Fortasse ita potius necessarium est: si quidem percepturi simus, quidnam sit potissimum in intellectu, nosse se ipsum. Tunc itaque aliquis ipse intellectus evadit, quando, reliqua sua dimittens, hoc ipso intuetur hunc ipsum, et ipso quoque se ipsum, quemadmodum et intellectus ipse se contemplatur.

In eo, quod rationali potentia, id est intelligentia mobili, superius est, idem re ipsa est intellectus, intelligentia, intelligibile: ideo se ipsum semper intelligit.

Supra sensum qui tantum spectat, externa est imaginatio interna respiciens: super hanc, quæ adventitia solum prospicit, exstat ratio, quæ præterea domestica conspicit: super hanc iterum, quæ ab aliis cognitis ad se denique revertitur agnoscendam, est intellectus vicissim exordiens a se ipso, ac, dum se inscipit, omnia contuens, non dico rerum figuras, sed res ipsas, ut verissima cognitio sit. Si se ipsum tangens contingit omnia, ipse nimirum est et omnia: eodemque prorsus actu, quo se intuetur, contuetur et omnia, eodem quoque simul agnoscit cognoscere se ipsum atque omnia. Præcipue vero primus divinusque intellectus, nec ad aliud intelligendum convertitur, quam se ipsum, nec intelligentiam habet accidentalem: imo vero essentia ejus absolute vivens intelligensque hoc ipso essentiali vitalique intelligentiæ actu fruitur semet ipsa, comprehendens interea se exsistentem, viventem, intelligentem, uniformem prorsus, et omniformem.

Ε'. Ἆρ' οὖν ἄλλῳ μέρει ἑαυτοῦ ἄλλο μέρος αὐτοῦ κατόψεται; ἀλλ' οὕτω τὸ μὲν ἔσται ὁρῶν, τὸ δὲ ὁρώμενον· τοῦτο δὲ, οὐκ αὐτὸ ἑαυτό. Τί οὖν; εἰ πᾶν τοιοῦτον, εἶεν ὁμοιομερὲς εἶναι, ὥστε τὸ ὁρῶν μηδὲν διαφέρειν τοῦ ὁρωμένου· οὕτω γὰρ ἰδὼν ἐκεῖνο τὸ μέρος αὐτοῦ ὃν ταὐτὸν αὐτῷ, εἶδεν ἑαυτόν· διαφέρει γὰρ οὐδὲν τὸ ὁρῶν πρὸς τὸ ὁρώμενον. Ἢ πρῶτον μὲν ἄτοπος ὁ μερισμὸς αὐτοῦ· πῶς γὰρ καὶ μεριεῖ; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τύχην· καὶ ὁ μερίζων δὲ τίς; ὁ ἐν τῷ θεωρεῖν τάττων ἑαυτὸν, ἢ ὁ ἐν τῷ θεωρεῖσθαι. Εἶτα πῶς ἑαυτὸν γνώσεται ὁ θεωρῶν ἐν τῷ θεωρουμένῳ τάξας ἑαυτὸν κατὰ τὸ θεωρεῖν; οὐ γὰρ ἦν ἐν τῷ θεωρουμένῳ τὸ θεωρεῖν. Ἢ γνώς ἑαυτὸν οὕτω θεωρούμενον, ἀλλ' οὐ θεωροῦντα, νοήσει; ὥστε οὐ πάντα οὐδὲ ὅλον γνώσεται ἑαυτόν· ὃν γὰρ εἶδε, θεωρούμενον ἀλλ' οὐ θεωροῦντα εἶδε, καὶ οὕτως ἔσται ἄλλον, ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν, ἑωρακώς. Ἢ προσθήσει παρ' αὐτοῦ καὶ τὸν τεθεωρηκότα, ἵνα τέλεον αὐτὸν ᾖ νενοηκώς· ἀλλ' εἰ καὶ τὸν τεθεωρηκότα, ὁμοῦ καὶ τὰ ἑωραμένα. Εἰ οὖν ἐν τῇ θεωρίᾳ ὑπάρχει τὰ τεθεωρημένα, εἰ μὲν τύποι αὐτῶν, οὐκ αὐτὰ ἔχει· εἰ δ' αὐτὰ ἔχοι, οὐκ ἰδὼν αὐτὰ ἐκ τοῦ μερίσαι αὐτὸν ἔχει, ἀλλ' ἦν πρὶν μερίσαι ἑαυτὸν, καὶ θεωρῶν καὶ ἔχων. Εἰ τοῦτο, δεῖ τὴν θεωρίαν ταὐτὸν εἶναι τῷ θεωρητῷ, καὶ τὸν νοῦν ταὐτὸν εἶναι τῷ νοητῷ· καὶ γὰρ εἰ μὴ ταὐτὸν, οὐκ ἀλήθεια ἔσται· τύπον γὰρ ἕξει ὁ ἔχων τὰ ὄντα, ἕτερον τῶν ὄντων, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια. Τὴν ἄρα ἀλήθειαν οὐχ ἑτέρου δεῖ εἶναι, ἀλλ', ὃ λέγει, τοῦτο καὶ εἶναι. Ἓν ἄρα οὕτω νοῦς καὶ τὸ νοητὸν, καὶ τὸ ὂν καὶ πρῶτον ὂν τοῦτο, καὶ δὴ καὶ πρῶτος νοῦς τὰ ὄντα ἔχων· μᾶλλον δὲ ὁ αὐτὸς τοῖς οὖσι

V. Numquid igitur intellectus altera sui parte alteram intuetur? Verum sic quidem alterum erit videns, alterum vero visum. Hoc autem non est unum aliquid nosse se ipsum. Quid igitur? Si totum tale sit, ut consimilibus partibus sit compositum, adeo, ut videns a viso non differat: sic utique videns partem illam sui sibique eandem, interea quoque se videt. Videns namque a viso ibi nihilo discrepat. Sed primo quidem absurdum foret intellectum ita dividere: nam et quomodo divisio fiet? Non enim casu quodam est et temere dividendus. Tum vero, quisnam est, qui dividit? Num forte, qui in eo se ordine ponit, in quo est videre, an potius, qui in eo, quod est videri? At vero quomodo videns ille cognoscet se ipsum, dum secundum ipsum videre se in ejus gradu constituit, quod videtur? non enim in ipso viso inest videre. An cognoscens ita se ipsum potius tanquam visum, quam tanquam videntem, considerabit? Ideoque neque omnem neque totum se ipsum animadvertet. Quem enim novit, hunc quidem visum, sed non videntem novit, atque ita non se ipsum, sed alium potius intuebitur. Sed numquid per se adjunget ipsum quoque videntem, ut se ipsum perfecte comprehendat? Verum si complectitur et videntem, simul quoque visa complectitur. Si igitur in ipsa perspectione perspectæ res continentur, quæritur, numquid rerum figuræ, an res ipsæ contineantur. Si figuræ tantum, res ipsæ non possidentur: sin autem hæ possidentur, certe, qui eas perspicit, non ex eo, quod se ipsum diviserit, habet: sed erat etiam antequam se divideret, et contemplator et possidens. Si res ita se habet, oportet contemplationem idem esse cum ipso (ut ita dixerim) contemplabili, et intellectum intelligibili similiter idem: alioquin, si non sit idem, non erit contemplatio vera. Qui enim entia dicitur possidere, figuram potius eorum habebit ab eis procul dubio differentem, quod quidem non est veritas. Veritatem enim non alterius oportet esse, sed quod dicit, hoc et exsistere. Sic ergo unum est intellectus, intelligibile et ens, et hoc est ens primum, primusque intellectus

σιν. Ἀλλ' εἰ ἡ νόησις καὶ τὸ νοητὸν ἓν, πῶς διὰ τοῦτο τὸ νοοῦν νοήσει ἑαυτό; ἡ μὲν γὰρ νόησις οἷον περιέξει τὸ νοητὸν, ἡ ταὐτὸν τῷ νοητῷ ἔσται, οὔπω δὲ ὁ νοῦς ὅλος ἑαυτὸν νοῶν. Ἀλλ' εἰ ἡ νόησις καὶ τὸ νοητὸν ταὐτόν· (ἐνέργεια γάρ τις τὸ νοητόν· οὐ γὰρ δὴ δύναμις, οὐδέ γε νοητὸν, οὐδὲ ζωῆς χωρὶς, οὐδ' αὖ ἐπακτὸν τὸ ζῆν, οὐδὲ τὸ νοεῖν ἄλλῳ ὄντι, οἷον λίθῳ, ἢ ἀψύχῳ τινὶ, καὶ οὐσία ἡ πρώτη τὸ νοητόν·) εἰ οὖν ἐνέργεια, καὶ ἡ πρώτη ἐνέργεια, καὶ καλλίστη δὴ νόησις ἂν εἴη, καὶ οὐσιώδης νόησις. Καὶ γὰρ ἀληθεστάτη νόησις δὲ τοιαύτη καὶ πρώτη οὖσα, καὶ πρώτως νοῦς ἂν εἴη ὁ πρῶτος· οὐδὲ γὰρ ὁ νοῦς οὗτος δυνάμει, οὐδ' ἕτερος μὲν αὐτὸς, ἡ δὲ νόησις ἄλλο· οὕτω γὰρ ἂν πάλιν τὸ οὐσιῶδες αὐτοῦ δυνάμει. Εἰ οὖν ἐνέργεια, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἐνέργεια, ἓν καὶ ταὐτὸν τῇ ἐνεργείᾳ ἂν εἴη, ἓν δὲ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ ὂν καὶ τὸ νοητόν· ἓν ἅμα πάντα ἔσται, νοῦς, νόησις, τὸ νοητόν. Εἰ οὖν ἡ νόησις αὐτοῦ τὸ νοητὸν, τὸ δὲ νοητὸν αὐτὸς, αὐτὸς ἄρα ἑαυτὸν νοήσει· νοήσει γὰρ τῇ νοήσει, ὅπερ ἦν αὐτὸς, καὶ νοήσει τὸ νοητὸν, ὅπερ ἦν αὐτός. Καθ' ἑκάτερον ἄρα ἑαυτὸν νοήσει, καθ' ὅ τι καὶ ἡ νόησις αὐτὸς ἦν, καὶ καθ' ὅ τι τὸ νοητὸν αὐτὸς, ὅπερ ἐνόει τῇ νοήσει, ὃ ἦν αὐτός.

entia possidens : imo vero idem ipse atque entia idearum. At si intelligentia et intelligibile unum est, quonam modo ob hoc intelligens intelliget semet ipsum? Intelligentia enim velut complectetur intelligibile, vel idem una cum ipso erit : nondum tamen constabit, intellectum perspicue se cognoscere. Ceterum si intelligentia et intelligibile idem est (actus enim quidam est ipsum intelligibile : si quidem non potentia quædam tantum est ipsum intelligibile, neque vita vacans, neque ibi rursus vivere adventitium est, vel intelligere subjecto diverso, velut lapidi, vel cuipiam vita carenti, et essentia prima est ipsum intelligibile) : si ergo, inquam, illic est actus actusque primus, nimirum et actus optimus intelligentia est, et intelligentia (ut ita dicam) essentialis. Etenim verissima intelligentia est ejusmodi et prima primoque exsistens : ideoque intellectus primus hæc erit. Hic enim intellectus neque in potentia est, neque aliud quidem ipse, aliud autem intelligentia : alioquin ita rursus ipsum ejus essentiale in potentia quadam erit. Quam ob rem, si actus est et essentia ejus actus, unum idemque actui esse censebitur. Cum vero sit unum actui ens ipsum atque intelligibile, unum simul erunt cuncta, intellectus, intelligentia, intelligibile. Si igitur intelligentia ejus est ipsum intelligibile, atque ipse est intelligibile ipsum, nimirum ipse intelliget semet ipsum. Intelligit enim per ipsam intelligentiam, quod quidem exsistit ipse, et intelliget intelligibile, quod est et ipse similiter. Utrimque igitur se prorsus intelliget, cum quatenus ipse intelligentia est, tum quatenus est ipse rursus intelligibile, quod quidem per intelligentiam hanc intelligit, quæ est ipse.

Intellectus ipse cum in se permaneat, nec actione nec affectu inclinetur ad alia, merito circa se agit intelligendo se ipsum. Anima vero cum contra sit affecta, contra se habet ad cognoscendum.

In toto cognitionis ordine gradum infimum tenet sensus, intellectus vero summum. Cum igitur sensus rectam in cognoscendo lineam teneat, alia tantum attingendo, merito intellectus circularem agit omnino, se ipsum suaque penitus contemplando : ratio vero plurimum est obliqua. Formæ rerum, quæ sunt in mente, essentiales sunt omnino. Quæ vero illinc impressæ rationi sunt ab ævo, quasi essentiales sunt : quæ autem a mente quotidie resultant in ratione, minus adhuc essentiales exsistunt : quæ denique in rationem ab imaginatione redundant, essentiales minime. Anima igitur tunc demum se cognoscit, quando inferiores formas superioribus formis accommodat.

ς'. Ὁ μὲν δὴ λόγος ἀπέδειξεν εἶναί τι τὸ αὐτὸ αὐτὸ κυρίως νοεῖν. Νοεῖ οὖν ἄλλως μὲν ἐπὶ ψυχῆς ὂν, ἐπὶ δὲ τοῦ νοῦ κυριώτερον. Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ ἐνόει ἑαυτὴν, ὅτι ἄλλου· ὁ δὲ νοῦς, ὅτι αὐτὸς, καὶ οἷος αὐτὸς, καὶ ὅστις, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, καὶ ἐπιστρέφων εἰς ἑαυτόν. Τὰ γὰρ ὄντα ὁρῶν ἑαυτὸν ἑώρα, καὶ ὁρῶν ἐνεργείᾳ ἦν, καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτός. Νοῦς γὰρ καὶ νόησις ἓν, καὶ ὅλος ὅλῳ, οὐ μέρει ἄλλο μέρος. Ἆρ' οὖν τοιοῦτον ὁ λόγος ἔδειξεν, οἷον καὶ ἐνέργειαν πιστικὴν ἔχειν; ἡ ἀνάγκη μὲν οὕτως, πειθὼ δὲ οὐκ ἔχει· καὶ γὰρ ἡ μὲν ἀνάγκη ἐν νῷ, ἡ δὲ πειθὼ ἐν ψυχῇ. Ζητοῦμεν δὴ, ὡς ἔοικεν, ἡμεῖς πεισθῆναι μᾶλλον, ἢ νῷ καθαρῷ θεᾶσθαι τὸ ἀληθές. Καὶ γὰρ καὶ ἕως ἦμεν ἄνω, ἐν νοῦ φύσει ἠρκούμεθα, καὶ ἐνοοῦμεν, καὶ εἰς ἓν πάντα συνάγοντες ἐωρῶμεν. Νοῦς γὰρ ἦν ὁ νοῶν, καὶ περὶ αὐτοῦ λέγων· ἡ δὲ ψυχὴ ἡσυχίαν ἦγε, συγχωροῦσα τῷ ἐνεργήματι τοῦ νοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα γεγενήμεθα, πάλιν αὖ καὶ ἐν ψυχῇ πειθώ τινα γενέσθαι ζητοῦμεν, οἷον ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον θεωρεῖν ἐθέλοντες. Ἴσως οὖν χρὴ τὴν ψυχὴν ἡμῶν διδάξαι, πῶς ποτε ὁ νοῦς θεωρεῖ ἑαυτὸν, διδάξαι δὲ τοῦτο τῆς ψυχῆς, ὃ νοερόν πως, διανοητικὸν αὐτὸ τιθέμενοι, καὶ τῇ ὀνομασίᾳ ὑποσημαίνοντες, νοῦν τινα αὐτὸ εἶναι, ἢ διὰ νοῦ τὴν δύναμιν, καὶ παρὰ νοῦ αὐτὸ ἴσχειν. Τοῦτο τοίνυν γιγνώσκειν προσήκει, ὡς καὶ αὐτὸ, ὅσα ὁρᾷ, γιγνώ-

VI. Ratio igitur demonstravit, aliquid esse debere, quod se ipsum proprie præcipueque intelligat. Intelligit autem se aliter, quod est in anima, aliter vero principaliusque, quod est in mente. Anima quidem cognoscit se ipsam, quod sit alterius : mens vero, quod sit ipsa et qualis ipsa, et quænam sit, et id quidem suapte natura videlicet in se conversa. Videns enim entia sese videt : atque videns est in actu, ipsaque est actus. Intellectus enim et intelligentia idem, et toto se conspicit totum, non partem parte discernit. Num igitur talem ratio demonstravit, qualis probabilem habeat actionem? Profecto sic habet necessitatem, probabilitatem vero non habet persuasione deductam. Etenim necessitas quidem in mente, persuasio vero versatur in animo. Quærimus utique, ut videtur, persuasionem potius reportare, quam mente pura perspicere veritatem. Atqui, quamdiu in superna exstitimus regione, in ipsa mentis natura sufficienter inde nos habebamus, eoque statu contenti tunc intelligebamus, et in unam omnia colligentes contemplabamur. Intellectus enim erat, qui tunc intelligebat, ac de se ipso dicens : anima vero quietem tunc agebat, actioni officioque mentis rite concedens. Postquam vero huc devenimus, vicissim animo persuasionem inducere exoptamus, tanquam in imagine exemplar contemplari volentes. Forsan ergo oportet nostram animam edocere, qua potissimum ratione se ipsum intellectus intueatur : docere, inquam, hanc ipsam animam, quæ intellectualis est quodammodo, poscentes eam cogitatricem, atque ipsa denominatione quasi subsignificantes eam intellectum quendam esse, vel vim quandam per intellectum, ipsumque munus ab intellectu sortiri. Hanc, inquam, nosse decet, se quoque, quæcumque videt,

σχει, καὶ οἷόν, ἃ λέγει, καὶ εἰ αὐτὸς εἴη, ἃ λέγει, γιγνώσκοι ἂν ἑαυτὸ οὕτως. Ὄντων δὲ ἡ ἄνωθεν αὐτῷ γιγνομένων ἐκεῖθεν; ὅθεν περ καὶ αὐτὸ, συμβαίνοι ἂν καὶ τούτῳ λόγῳ ὄντι, καὶ συγγενῆ λαμβάνοντι, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἴχνεσιν ἐφαρμόττοντα, οὕτω τοι γιγνώσκειν ἑαυτό. Μεταθέτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τὸν ἀληθῆ νῶν τὴν εἰκόνα, ὃς ἦν ὁ αὐτὸς τοῖς νοουμένοις ἀληθέσι, καὶ ὄντως οὖσι καὶ πρώτοις, καὶ ὅτι μὴ οἷόν τε τοῦτον τὸν τοιοῦτον ἐκτὸς ἑαυτοῦ εἶναι· ὥστε εἴπερ ἐν ἑαυτῷ ἐστι καὶ σὺν ἑαυτῷ, καὶ τοῦτο, ὅπερ ἐστὶ, νοῦς ἐστιν (ἀνόητος δὲ νοῦς οὐκ ἄν ποτε εἴη), ἀνάγκη συνεῖναι αὐτῷ τὴν γνῶσιν ἑαυτοῦ, καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ οὗτος, καὶ οὐκ ἄλλο αὐτῷ τὸ ἔργον καὶ ἡ οὐσία, ἢ τὸ νῷ μόνον εἶναι. Οὐ γὰρ δὴ πρακτικός τε οὗτος, ὡς πρὸς τὸ ἔξω βλέποντι τῷ πρακτικῷ, καὶ μὴ ἐν αὐτῷ μένοντι, εἴη ἂν τῶν μὲν ἔξω τις γνῶσις· ἀνάγκη δὲ οὐκ ἔνεστιν, εἴπερ τὸ πᾶν πρακτικὸς εἴη, γιγνώσκειν ἑαυτόν· ᾧ δὲ μὴ πρᾶξις, (οὐδὲ γὰρ ὄρεξις τῷ καθαρῷ νῷ ἀπόντος,) τούτῳ ἡ ἐπιστροφὴ πρὸς αὐτὸν οὖσα οὐ μόνον εὔλογον ὑποδείκνυσι τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαίαν αὐτοῦ τὴν γνῶσιν. Τίς γὰρ ἂν καὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ εἴη πράξεως ἀπηλλαγμένῳ καὶ ἐν νῷ ὄντι; cognoscere, et nosse, quæ dicit : atque si ipsa foret illa, quæ dicit, cogniturum sane ita se ipsam. Cum vero adsint, vel saltem fiant ei desuper illinc, unde pendet et ipsa, convenit nimirum huic quoque, cum sit ipsius ratio quædam, accipiatque cognata, ut, vestigiis sibi impressis hæc accommodans, ita demum se ipsam animadvertat. Transferat ergo imaginem in verum intellectum, qui sane idem est atque illa, quæ vere intelliguntur, vereque sunt et prima : quippe cum constet, fieri non posse, ut intellectus talis sit extra se ipsum. Quapropter, si quidem in se ipso et cum se ipso est, idque ipsum, quod est, omnino intellectus exsistit : (mens namque esse amens non potest :) merito necessarium est, sui ipsius notitiam huic inesse : præsertim cum hic in se ipso permaneat, neque aliud ipsius opus atque essentia sit, quam ut solum sit intellectus. Non enim intellectus hic actione versatur, quo quidem ex munere externa prospiciens distractusque a se ipso per illa, cognitionem habeat propriam externis rebus addictam. Neque vero necessarium est, si forte in actione usquequaque sit constitutus, se ipsum animadvertere : cui vero neque actio imminet (neque enim affectus est in mente pura, nimirum absente omni prorsus impedimento) : conversio huic ad se ipsum omnino directa, ipsam sui ipsius cognitionem non tantum ostendit esse probabilem, sed etiam necessariam. Alioquin quænam ejus vita foret, quando ab actione vacet omnino, et totus in mente sit positus?

Intellectus cum ad inferiora se non vertat, sitque forma prorsus in actu, ideoque vacare ab actione non possit, merito circa se ipsum semper agit atque deum.

Ubi in se convertitur, se quidem cognoscit per formam, deum vero per effectum. Ubi ad deum vertitur, deum quidem quasi per formam videt, se vero per causam. Cum potentia vegetalis solum agat circa inferiora, rationalis autem circa (*f.* cifra) inferiora, superiora se ipsam merito intellectus circa se ipsum atque superius : quæ ab intellectu proficiscuntur, eo in se manente secumque agente fiunt ; quæ vero ab anima, ea quodammodo mota. Sed hæc quoniam intelligentiæ divinæ progenies est, ideo vel circa intelligentias divinas se convertit, ubi contemplatur, vel circa regulas atque leges, quæ intelligentiarum imagines sunt, versatur, ubi gubernat, vel circa corporeas formas, quæ intelligentiarum umbræ sunt, se versat, ubi fabricat, sensibusque vagatur.

Ζ'. Ἀλλὰ τὸν θεὸν θεωρεῖ, εἴποιμεν ἄν. Ἀλλ' εἰ τὸν θεὸν γιγνώσκειν αὐτόν τις ὁμολογήσει, καὶ ταύτῃ συγχωρεῖν ἀναγκασθήσεται καὶ ἑαυτὸν γιγνώσκειν. Καὶ γὰρ, ὅσα ἔχει παρ' ἐκείνου, γνώσεται, καὶ ἃ ἔδωκε, καὶ ἃ δύναται ἐκεῖνος. Ταῦτα δὲ μαθὼν καὶ γνούς, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν γνώσεται· καὶ γὰρ ἕν τι τῶν ὄντων αὐτὸς, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ δοθέντα αὐτός. Εἰ μὲν οὖν κἀκεῖνον γνώσεται, καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μαθὼν καὶ ἑαυτὸν γνώσεται ἐκεῖθεν γενόμενος, καὶ ἃ δύναται κομισάμενος. Εἰ δὲ ἀδυνατήσει ἰδεῖν σαφῶς ἐκεῖνον, ἐπειδὴ τὸ ἰδεῖν ἴσως αὐτό ἐστι τὸ ὁρώμενον, ταύτῃ μάλιστα λείποιτ' ἂν αὐτῷ ἰδεῖν ἑαυτὸν καὶ εἰδέναι, εἰ τὸ ἰδεῖν τοῦτό ἐστι τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὁρώμενον. Τί γὰρ ἂν καὶ δοίημεν αὐτῷ ἄλλο; ἡσυχίαν, νὴ Δία. Ἀλλὰ νῷ ἡσυχία οὐ νοῦ ἐστιν ἔκστασις, ἀλλ' ἔστιν ἡσυχία τοῦ νοῦ, σχολὴν ἄγουσα ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐνέργεια· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς ἐστιν ἡσυχία ἑτέρων, καταλείπεται ἡ αὐτῶν οἰκεία ἐνέργεια, καὶ μάλιστα, ὡς τὸ εἶναι οὐ δυνάμει ἐστὶν, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ. Τὸ εἶναι οὖν ἐνέργεια, καὶ οὐδὲν, πρὸς ὃ ἡ ἐνέργεια, πρὸς αὐτῷ ἄρα. Ἑαυτὸν ἄρα νοῶν οὕτω πρὸς αὐτῷ, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὴν ἐνέργειαν ἴσχει. Καὶ γὰρ εἴ τι ἐξ αὐτοῦ, τῷ εἰς αὐτὸν, ἐν ἑαυτῷ. Ἔδει γὰρ πρῶτον ἑαυτῷ, εἶτα καὶ εἰς ἄλλο, ἢ ἄλλο τι ἥκειν ἀπ' αὐτοῦ, ὁμοιού-

VII. Ceterum, intellectum in eo statu intelligere deum, afferre possemus. Quodsi quis intellectum tunc intelligere deum confiteatur, hac etiam conditione se ipsum quoque cognoscere statim concedere compelletur. Etenim quæcumque a deo habet, agnoscet, et quæ ille tradidit, et quæ tradere potest. Hæc autem discens atque cognoscens, hac quoque ratione se ipsum noverit : nam et ipse unum aliquid eorum est, quæ data sunt, imo vero ipse omnia, quæ data sunt, exsistit. Si ergo cognoscat illum, vires quoque ipsius percipiens se ipsum etiam agnoscet inde factus, et, quæ ille potest, illinc accipiens : sin autem illum clare perspicere nequeat, quoniam fortasse ipsum, quod videre dicitur, sit ipsum, quod videtur, hac potissimum ratione reliqua huic erit visio sui ipsius atque notitia : si quidem videre hoc ipsum est, scilicet id ipsum exsistere, quod videtur. Quid enim huic aliud tribuamus? per Jovem, quietem. Sed mentis quies non est a mente alienatio, imo quies mentis est sua ipsius actio ab aliis undique vacans : quandoquidem ceteris quoque omnibus, quibus quies et ab aliis vacatio datur, reliqua est actio propria : præsertim, quibus esse ipsum non in potentia quadam est, sed actu. Ubi ergo esse actus est, nihilque reliquum est, ad quod sit actus ejusmodi, nimirum sibimet incumbit. Se ipsum ergo intelligens sic utique secum habitat, et ad se ipsum dirigit actionem. Atqui, si quid præterea pendet ex ipso, propterea pendet, quod ad se ipsum vergit, et in se ipso quiescit. Oportebat enim prius apud se consistere, deinde in aliud insuper agere, vel aliud inde procedere ei simile factum : quemadmodum

μενον αὐτῷ· οἷον καὶ πυρὶ ἐν αὑτῷ πρότερον ὄντι πυρὶ καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχοντι πυρὸς, οὕτω τοι καὶ ἴχνος αὑτοῦ δυνηθῆναι ποιῆσαι ἐν ἄλλῳ. Καὶ γὰρ αὖ καὶ ἔστιν ὁ μὲν νοῦς ἐν αὑτῷ ἐνέργεια, ἡ δὲ ψυχὴ, τὸ μὲν ὅσον πρὸς νοῦν αὐτῆς, οἷον εἶσω, τὸ δ' ἔξω νοῦ πρὸς τὸ ἔξω. Κατὰ θάτερα μὲν γὰρ ὁμοίωται ὅθεν ἧκει, κατὰ θάτερα δὲ, καίτοι ἀνομοιωθεῖσα, ὅμως ὁμοίωται καὶ ἐνταῦθα, εἴτε πράττοι, εἴτε ποιοῖ· καὶ γὰρ καὶ πράττουσα ὅμως θεωρεῖ, καὶ ποιοῦσα εἶδη ποιεῖ, οἷον νοήσεις ἀπηρτισμένας, ὥστε πάντα εἶναι ἴχνη νοήσεως καὶ νοῦ, κατὰ τὸ ἀρχέτυπον προϊόντων, καὶ μιμουμένων τῶν μὲν ἐγγὺς μᾶλλον, τῶν δὲ ἐσχάτων ἀμυδρὰν ἀποσωζόντων εἰκόνα.

et igni convenit, ut prius quidem in se ipso sit ignis actionemque ignis habeat, atque ita demum vestigium suum in aliud possit imprimere. Jam vero, intellectus quidem actus est in se ipso : anima vero quatenus ad intellectum vergit, quasi habitat intus : quatenus autem mente egreditur, ad externa porrigitur. Aliunde igitur evadit illi similis, unde venit : aliunde rursus, quamvis dissimilis quodammodo prodeat, tamen ibi quoque similitudinem quandam retinere videtur, seu agat, sive faciat : nempe etiam, dum agit, interea contemplatur : et cum facit, tunc species efficit, velut intelligentias quasdam a primis intelligentiis longo ordine ductas : adeo ut omnia intelligentiæ intellectusque vestigia sint secundum exemplar primum, gradibus prodeuntia, illudque pro viribus imitantia, propinquiora quidem magis, postrema vero imaginem quandam exiguam præ se ferentia.

Cum anima per vegetationem, sensum, imaginationem se porrigat foras, solum vero per intellectuales quasdam scintillas fiat compos in se reflectendi, constat, intellectum ipsum esse lumen perpetuo in se ipsum per se reflexum.

Si oculi angulum leviter presseris, lumen intimum sibi ipsi protinus emicabit : (multo id facilius uberiusque efficeret, si tantum in oculo lumen haberes, quantum animalia, quæ nocte vident :) similiter ad se intellectus ipse se habet. Formæ quidem in materia adeo cum materia sunt unitæ, ut opus unum unam efficiant actionem : multo magis seminales formarum rationes in natura : multo etiam magis intelligibiles in intellectu rationes unitæ sunt intellectui : sicut radii lumini, per quos intellectus et anima perspicacius sensibilia cernit, quam per sensum. Jam vero et Avicenna, et Henricus Magnus, Scoti præceptor, natura Platonicus, intellectuales formas in intellectu vel anima, sive ingenitas illi, sive huic acquisitas, non tam modo characterum, quam habitus cujusdam naturalis, incsse putant : quo quidem habitu animus ad hoc vel illud facile sese vertat.

Η'. Ποιὸν δέ τι ὁρᾷ τὸ νοητὸν ὁ νοῦς, καὶ ποιόν τι ἑαυτόν; ἢ τὸ μὲν νοητὸν οὐδὲ δεῖ ζητεῖν, οἷον τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασι χρῶμα ἢ σχῆμα· πρὶν γὰρ ταῦτα εἶναι, ἔστιν ἐκεῖνα. Καὶ ὁ λόγος δὲ ὁ ἐν τοῖς σπέρμασι τοῖς ταῦτα ποιοῦσιν οὐ ταὐτά· ἀόρατα γὰρ τῇ φύσει καὶ ταῦτα, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐκεῖνα, καὶ ἔστι φύσις ἡ αὐτὴ ἐκείνων καὶ τῶν ἐχόντων, οἷον ὁ λόγος ὁ ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἡ ἔχουσα ψυχὴ ταῦτα. Ἀλλ' ἡ μὲν οὐχ ὁρᾷ, ἃ ἔχει, οὐδὲ γὰρ αὐτὴ ἐγέννησεν, ἀλλ' ἔστι καὶ αὕτη εἴδωλον καὶ οἱ λόγοι. Ὅθεν δὲ ἦλθε, τὸ ἐναργὲς καὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ πρώτως, ὅθεν καὶ ἑαυτοῦ ἐστι, καὶ αὐτῷ· τοῦτο δὲ, ἂν μὴ ἄλλου γένηται καὶ ἐν ἄλλῳ, οὐδὲ μένει· εἰκόνι γὰρ προσήκει, ἑτέρου οὖσαν ἐν ἑτέρῳ γίγνεσθαι, εἰ μὴ εἴη ἐκείνου ἐξηρτημένη. Διὸ οὐδὲ βλέπει, ἅτε δὴ φῶς ἱκανὸν οὐκ ἔχον, κἂν βλέπῃ δὲ, τελειωθὲν ἐν ἄλλῳ, ἄλλο καὶ οὐχ αὐτὸ βλέπει. Ἀλλ' οὖν τούτων ἐκεῖ οὐδέν, ἀλλ' ὅρασις καὶ τὸ ὁρατὸν αὐτῇ ὁμοῦ, καὶ τοιοῦτον τὸ ὁρατὸν, οἷον ἡ ὅρασις, καὶ ἡ ὅρασις, οἷον τὸ ὁρατόν. Τίς οὖν αὐτὸ ἐρεῖ οἷον ἐστίν; ὁ ἰδών· νοῦς δὲ ὁρᾷ· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα ἡ ὄψις φῶς οὖσα, μᾶλλον δὲ ἑνωθεῖσα φωτὶ, φῶς ὁρᾷ, χρώματα γὰρ ὁρᾷ· ἐκεῖ δὲ οὐ δι' ἑτέρου, ἀλλὰ δι' αὐτῆς, ὅτι μηδὲ ἔξω. Ἄλλῳ οὖν φωτὶ ἄλλο φῶς ὁρᾷ, οὐ δι' ἄλλου. Φῶς ἄρα φῶς ἄλλο ὁρᾷ, αὐτὸ ἄρα αὑτὸ ὁρᾷ· τὸ δὲ φῶς τοῦτο ἐν ψυχῇ μὲν ἐλλάμψαν ἐφώτισε· τοῦτο δ' ἔστι νοερὰν ἐποίησε· τοῦτο δ' ἔστιν ὁμοίωσεν ἑαυτῷ τῷ ἄνω φωτί. Οἷον οὖν ἐστι τὸ ἴχνος τὸ ἐγγενόμενον τοῦ φωτὸς ἐν ψυχῇ, τοιοῦτον καὶ ἔτι κάλλιον καὶ μεῖζον αὐτὸ νομίζων καὶ ἐναργέστερον ἐγγὺς ἂν γένοιο φύσεως νοῦ καὶ νοητοῦ· καὶ γὰρ αὖ καὶ ἐπιλαμφθὲν τοῦτο ζωὴν ἔδωκε τῇ ψυχῇ ἐναργεστέραν, ζωὴν δὲ οὐ γεννητικήν· τοὐναντίον γὰρ ἐπέστρεψε πρὸς ἑαυτὴν τὴν ψυχήν, καὶ σχίδνασθαι οὐκ εἴασεν,

VIII. Quærendum est præterea, quale potissimum intellectus intelligibile videat, qualem quoque se ipsum? Forsan vero intelligibile quidem ipsum non oportet quærere tale, qualis est in corporibus sive color, sive figura. Priusquam enim hæc sint, exsistunt illa. Atqui et ratio seminibus insita facientibus non est hæc ipsa : invisibilia enim sunt hæc etiam ipsa natura, multoque magis illa, eademque est natura illorum, illaque habentium : quemadmodum ratio, quæ est in semine, atque anima ipsa hæc habens. Sed hæc quidem, quæ habet, nequaquam inspicit, neque enim ipsa genuit, sed est ipsa quoque simulacrum rationesque similiter seminales. Illud autem unde venit, perspicuum est et verum primoque exsistens : unde et sui ipsius est, et sibi vivit. Hoc autem, nisi fiat alterius et in altero, neque manet quidem. Imagini namque convenit, ut, quoniam alterius est, et in altero fiat, nisi forsan sit illi connexa. Quam ob rem neque aspicit, utpote quod sufficiens non habeat lumen : ac si aspiciat, quandoquidem in alio quodam factum est perfectum, non se ipsum, sed aliud aspicit. Ceterum nihil horum illic est, sed visio simulque visibile suum. Et tale quidem est visibile, qualis est et visio, vicissimque visio talis, quale visibile. Quisnam igitur, quale ipsum sit, affirmat? Certe qui videt. Intellectus vero videt : quoniam et apud nos visio ipsa, cum sit lumen, imo vero lumini copulata, videt lumen : videt namque colores : illic autem non per aliud, sed per se ipsam cernit, quoniam neque foras aspicit. Alio ergo lumine lumen aliud intuetur, non certe per alind. Lumen igitur aliud aspicit lumen, ipsum igitur conspicit semet ipsum. Hoc vero lumen refulgens in anima animum illustravit : hoc autem est, intellectualem efficit ; hoc vero est, similiter est in se ipso atque sublime lumen. Si ergo, quale est vestigium luminis impressum animæ, tale multoque etiam pulchrius majusque et clarius supernum lumen existimaveris, propius jam accesseris ad ipsam intellectus intelligibilisque naturam : nam et hoc infusum vitam præstitit animo clariorem, vitam, inquam, non genitricem : nam contra convertit animum in se ipsum, neque dissipari permisit, sed effecit, ut claritatem mentis insitam adamaret. Neque

ἀλλ' ἀγαπᾷν ἐποίησε τὴν ἐν αὐτῷ ἀγλαΐαν· οὐ μὲν οὐδὲ αἰσθητικὴν, αὕτη γὰρ ἔξω βλέπει, καὶ οὐ μᾶλλον αἰσθάνεται. Ὁ δ' ἐκεῖνο τὸ φῶς τῶν ἀληθῶν λαβὼν, οὗν βλέπει μᾶλλον τὰ ὁρατὰ, ἀλλὰ τοὐναντίον. Λείπεται τοίνυν, ζωὴν νοερὰν προσειληφέναι ἴχνος νοῦ ζωῆς· ἐκεῖ γὰρ τὰ ἀληθῆ. Ἡ δὲ ἐν τῷ νῷ ζωὴ καὶ ἐνέργεια τὸ πρῶτον φῶς ἑαυτῷ λάμπον πρώτως, καὶ πρὸς αὐτὸ λαμπηδὼν, λάμπον ὁμοῦ καὶ λαμπόμενον, τὸ ἀληθῶς νοητὸν, καὶ νοοῦν καὶ νοούμενον, καὶ ἑαυτῷ ὁρώμενον, καὶ οὐ δεόμενον ἄλλου, ἵνα ἴδῃ, αὐτῷ αὐτάρκες πρὸς τὸ ἰδεῖν, καὶ γὰρ, ὃ ὁρᾷ, αὐτό ἐστι γιγνωσκόμενον· καὶ παρ' ἡμῶν αὐτὸ ἐκεῖνο, ὡς καὶ παρ' ἡμῶν τὴν γνῶσιν αὐτοῦ δι' αὐτοῦ γίγνεσθαι· ἢ πόθεν ἂν ἔσχομεν λέγειν περὶ αὐτοῦ; τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον σαφέστερον μὲν ἀντιλαμβάνεσθαι αὐτοῦ, ἡμᾶς δὲ δι' αὐτοῦ· διὰ δὲ τῶν τοιούτων λογισμῶν ἀνάγεσθαι καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν εἰς αὐτὸ εἰκόνα θεμένην ἑαυτὴν εἶναι ἐκείνου, ὡς τὴν αὐτὴν ζωὴν ἴνδαλμα καὶ ὁμοίωμα εἶναι ἐκείνου, καὶ ὅταν νοῇ, θεοειδῆ καὶ νοοειδῆ γίγνεσθαι. Καὶ ἐάν τις αὐτὸν ἀπαιτῇ, ὁποῖον ὁ νοῦς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τέλειος καὶ πᾶς, ὁ γιγνώσκων πρώτως ἑαυτὸν, ἐν τῷ νῷ αὐτὴν πρῶτον γενομένην, ἢ παραχωρήσασαν τῷ νῷ τὴν ἐνέργειαν, ὧν ἔσχε τὴν μνήμην ἐπ' αὐτῇ· ταῦτα δὲ ἔχουσα δεικνύναι ἑαυτὴν, ὡς δι' αὐτῆς εἰκόνος οὔσης ὁρᾶν δύνασθαι ἀμηγέπη ἐκεῖνον, διὰ τῆς ἐκείνῳ πρὸς τὸ ἀκριβέστερον ὁμοιουμένης, ὅσον ψυχῆς μέρος εἰς ὁμοιότητα νῷ δύναται ἐλθεῖν.

rursus vitam attulit sensualem. Hæc enim prospicit extra, neque propterea certius apprehendit. Sed, qui lumen illud verorum haurit, quasi videt clarius visibilia, quamvis contraria ratione. Reliquum est igitur, ut vitæ mentis vestigium intellectualem induat vitam : ibi enim ipsa vera consistunt. Atqui vita actusque in mente lumen est primum sibimet primo refulgens, splendorque ad se ipsum assidue micans, lucens simul et illuminatum : ac re vera intelligibile, intelligens intellectum sibiquemet perspectum, neque alio indigens quo perspiciat, sed sibimet sufficiens ad cernendum : nempe, quod videt, id ipsum est, quod cernitur. Apud nos quoque ferme iliud idem, adeo ut cognitio ipsius apud nos per ipsum efficiatur : alioquin undenam de ipso proferre possemus? quemadmodum videlicet illud quidem tale sit, quale possit se ipsum apprehendere perspicacius, nos autem idem per ipsum similiter valeamus. Jam vero constat per argumentationes ejusmodi, nos animum ad illud attollere, animum, inquam, asseverantem, se esse illius imaginem, vitamque suam circa illud imaginem esse simlitudinemque illius, et quando intelligit, formam se quandam intellectus ipsius deique subire. Constat rursus, si quis optaverit nosse, qualis præcipue sit intellectus ille perfectus et omnis primoque se comprehendens, oportere in primis animum in mentem redigere, vel saltem actionem suam menti concedere, actionem, inquam, circa illa se versantem, quorum in se memoriam retinet. Animo sane hæc habenti et sic affecto eum licet demonstrare se ipsum, qui per se, velut imaginem, illum quodammodo valeat intueri, ob vitam præcipue animi illud expressiori quadam similitudine referentis : quatenus videlicet pars animæ quædam se ipsam potest ad mentis similitudinem revocare.

Si, sejunctis ab anima inferiorum virium motibus, ipsam ejus rationalem virtutem acceperis omnibus sub intellectu intellectualibus notionibus coruscantem, subito in hac velut imagine contemplaberis intellectum, sicut in luna plena solem.

Est autem rationalis anima naturaliter etiam imago mentis, ut lumen existens proximum lucis insitæ soli a solo intellectu dependens. Quinque mundos Timæus nominat, et Plutarchus inducit. Mundus omniforme significat ornamentum. Infimus igitur mundus est, qui conspicitur in materia : longe superior, qui in natura viget : aliquanto sublimior, qui in imaginatione formarum quandoque plenissima : multo præstantior, qui in ratione quasi speculo, intellectus æmulo : excelsus, qui fulget in mente. In mundo sequente præcedentem gradatim velut in speculo speculabere, atque vicissim ex superiore inferiorem tanquam ex specula contemplabere.

Θ'. Ψυχὴν οὖν, ὡς ἔοικε, καὶ τὸ ψυχῆς θειότατον χατιδεῖν δεῖ τὸν μέλλοντα νοῦν εἴσεσθαι ὅ τι ἐστί. Γένοιτο δ' ἂν τοῦτο ἴσως καὶ ταύτῃ, εἰ ἀφέλοις πρῶτον τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ δῆλον ὅτι σαυτοῦ, εἶτα καὶ τὴν πλάττουσαν τοῦτο ψυχὴν, καὶ τὴν αἴσθησιν δὲ εὖ μάλα, ἐπιθυμίας δὲ καὶ θυμοὺς, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας φλυαρίας, ὡς πρὸς τὸ θνητὸν νευούσας καὶ πάνυ. Τὸ δὴ λοιπὸν αὐτῆς τοῦτό ἐστιν, ὃ εἰκόνα ἔφαμεν νοῦ, σώζουσάν τι φῶς ἐκείνου, οἷον ἡλίου μετὰ τὴν τοῦ μεγέθους σφαῖραν τὸ περὶ αὐτὴν ἐξ αὐτῆς λάμπον. Ἡλίου μὲν οὖν τὸ φῶς οὐκ ἂν τις συγχωρήσειεν ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ αὐτὸν ἥλιον εἶναι, ἐξ οὗ ὥρμηται καὶ περὶ αὐτὸν μεῖναν, ἄλλο δὲ ἐξ ἄλλου ἀεὶ προῖον τοῦ πρὸ αὐτοῦ, ἕως ἂν εἰς ἡμᾶς καὶ ἐπὶ γῆν ἔλθῃ· ἄλλα πᾶν καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἥλιον θήσεται ἐν ἄλλῳ, ἵνα μὴ διάστημα διδῷ κενὸν τὸ μετὰ τὸν ἥλιον σώματος. Ἡ δὲ ψυχὴ, ἐκ νοῦ φῶς τι περὶ αὐτὸν γενομένη, ἐξήρτηταί τε αὐτοῦ, καὶ οὔτε ἐν ἄλλῳ, ἀλλὰ περὶ ἐκεῖνον, οὔτε τόπος αὐτῇ, οὐδὲ γὰρ ἐκείνῳ. Ὅθεν τὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς ἐν ἀέρι, αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ ἡ τοιαύ-

IX. Animam igitur, ut videtur, et quod est in anima divinissimum, cogitare debet, quid intellectus sit cogniturus. Forsan vero hac quoque conditione id assequeris : si primo quidem corpus ab homine, præcipue a te ipso, sejunxeris : deinde animam id formantem : præsertim vero sensum cupiditatemque et iram, et reliquas ejusmodi nugas tanquam ad mortale nimium declinantes. Sic utique reliquum animæ est, quod præ se ferre diximus imaginem intellectus lumen ipsius aliquod reservantem, instar luminis, quod post ipsum solis globum proxime micat, circa ipsum ex ipso refulgens. Lumen profecto solis penes se ipsum et circa ipsum nemo concesserit esse solem : ex quo quidem pendens permanet circa ipsum; aliud autem ex alio deinceps ab antecedente continue propagatur, quousque ad nos terramque descendat. Sed enim omne lumen, etiam quod est circa solem, quivis ponet in alio, ne forte spatium, quod soli subest corporis vacuum, concedere compellatur. Anima vero lumen quiddam est ex mente productum et circa mentem menti connexum : neque sedet in alio, sed exstat prope mentem. Neque huic locus est ullus; neque enim locus est menti. Quam ob rem solis quidem lumen est in aere : ipsa vero anima talis est adeo pura, ut in so

οὗτος ὡς γνοὺς εἶδεν αὐτὸ, καὶ τότε ἐγένετο ἰδοῦσα ὄψις. Τοῦτο δὲ ἤδη νοῦς, ὅτε ἔχει, καὶ ὡς νοῦς ἔχει· πρὸ δὲ τούτου ἔφεσις μόνον, καὶ ἀτύπωτος ὄψις. Οὗτος οὖν ὁ νοῦς ἐπέβαλε μὲν ἐκείνῳ· λαβὼν δὲ ἐγένετο νοῦς, ἀεὶ δὲ ἐνδιαθέμενος καὶ γενόμενος, καὶ νοῦς, καὶ οὐσία, καὶ νόησις, ὅτε ἐνόησε. Πρὸ γὰρ τούτου οὐ νόησις ἦν, τὸ νοητὸν οὐκ ἔχων, οὐδὲ νοῦς, οὔπω νοήσας· τὸ δὲ πρὸ τούτων ἡ ἀρχὴ τούτων, οὐχ ὡς ἐνυπάρχουσα· τὸ γὰρ ἀφ' οὗ οὐκ ἐνυπάρχει, ἀλλ' ἐξ ὧν. Ἀφ' οὗ δὲ ἕκαστον, οὐχ ἕκαστον, ἀλλ' ἕτερον ἁπάντων· οὐ τοίνυν ἕν τι τῶν πάντων, ἀλλὰ πρὸ πάντων, ὥστε καὶ πρὸ νοῦ· καὶ γὰρ αὖ νοῦ ἐντὸς τὰ πάντα, ὥστε καὶ ταύτῃ πρὸ νοῦ. Καὶ εἰ τὰ μετ' αὐτὸν δὲ τὴν τάξιν ἔχει τὴν τῶν πάντων, καὶ ταύτῃ πρὸ πάντων, οὐ δεῖ δὴ, πρὸ ὧν ἐστι, τούτων ἕν τι εἶναι· οὐδὲ νοῦν αὐτὸν προσερεῖς, οὐδὲ ταγαθὸν οὖν, εἰ σημαίνει ἕν τι τῶν πάντων ταγαθὸν, οὐδὲ τοῦτο· εἰ δὲ τὸ πρὸ πάντων, ἔστω οὕτως ὠνομασμένον. Εἰ οὖν νοῦς, ὅτι πολύς ἐστι, καὶ τὸ νοεῖν αὐτὸ οἷον παρεμπεσὸν, κἂν ἐξ αὐτοῦ ᾖ, πληθύει, δεῖ τὸ πάντῃ ἁπλοῦν καὶ πρῶτον ἁπάντων ἐπέκεινα νοῦ εἶναι. Καὶ γὰρ εἰ νοήσει, οὐκ ἐπέκεινα νοῦ, ἀλλὰ νοῦς ἔσται· ἀλλὰ εἰ νοῦς ἔσται, καὶ αὐτὸ τὸ πλῆθος ἔσται.

gens se ipsum animadvertit, factusque tunc est aspectus denique videns. Id autem est tunc demum intellectus, quando possidet, et tanquam intellectus habet : antehac vero desiderium tantum, et aspectus informis. Hic igitur intellectus se ipsum intendit in illud : adeptus vero jam intellectus evasit, semper autem afficitur efficiturque essentia : item intellectus, intelligentiaque, posteaquam intellexit : sed prius non erat intelligentia, quando intelligibile non habebat : necdum intellectus, cum nondum aliquid intelligeret. Quod autem super hæc exstat, horum principium est, non insitum, inquam, his principium : ipsum namque principium, a quo hæc fiunt, his minime inest, sed elementa, ex quibus conflantur, insunt. Id autem, a quo singula fiunt, non est aliquid singulorum, sed ab omnibus alienum. Non igitur est unum aliquid omnium, sed ante omnia : igitur et ante mentem; nam intra mentem sunt omnia : ideoque hac insuper ratione est supra mentem. Quin etiam, si, quæcumque sunt post ipsum, omnium habent ordinem, et sic quoque omnibus est superius, nimirum oportet nullum eorum, quibus est superius, esse. Ipsum ergo mentem non appellabis, sed neque etiam ipsum bonum, si forte ipsum bonum unum aliquid significet omnium : sin autem significet super omnia, ita licebit appellare. Quam ob rem, si intellectus, quatenus evadit multiplex, fit intellectus, atque ipsa intelligentia sui, etiamsi ex ipso procedat, tamen velut accedendo multiplicat, oportet, quod est omnino simplex omniumque primum, esse mente superius. Etenim si intelligat, nequaquam superius intellectu, sed intellectus erit. Præterea, si intellectus erit, erit etiam multitudo.

Agit contra illos, qui in primo rerum principio essentiam quidem unam ponunt, actus vero multos inter se absolute distinctos. Aut enim essentia et actus inter se differunt, aut non. Si differunt, essentia secundum se imperfecta est, videlicet perficienda per actum : si nullo modo differunt, sicut actus est multiplex, quia videlicet absolute multiplex, sic et multiplex est essentia. Argumentatio hæc Plotini ad divum Thomam trinitatem relationibus distinguentem nihil pertinet. Utrum vero Scotum tangat, sui viderint et respondeant : spero enim optime responsuros. Super multitudinem necessario unum est, ac super unum aliquid est ipsum simpliciter unum. Quoniam igitur essentia, vita, intelligentia est aliquid unum, id est, una essentia, una vita, una intelligentia : ideo Plotinus his anteponit ipsum absolutissime unum, quod nullo actu vel affectu medio procreet omnia, sed ipsomet simplicitatis absolutissimæ statu. Plotinus de deo negat omnem eum numerum, qui naturam multiplicat compositamque declarat. Relationum vero numerus apud Christianos inventus id minime facit : negat certe omnem numerum, qui esse possit in entibus, et qui definiri. Numerus vero in divina unitate positus a Christianis non est in entibus. Neque enim in prædicamentis ullis, neque in transcendentibus reperitur. Tum vero quicumque fingatur, non est ille, neque essentiarum numerus est, neque formarum vel qualitatum vel similium : ac si dixeris personarum, divina id auctoritate dices : veruntamen, quid velis, explicare non poteris : similiter si dicas proprietatum, et qui ait relatione distingui, ipsemet fatebitur, mysterium sic illud se non assequi : item, qui dixerit absolute differre, id definire verebitur : mysterium denique divinitati credendum : quod et Nicolaus Græcus philosophus defendit strenue contra Proculum.

ΙΒ'. Καὶ τί κωλύει οὕτω πλῆθος εἶναι, ἕως ἐστὶν οὐσία μία; τὸ γὰρ πλῆθος, οὐ συνθέσεις, ἀλλ' αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ τὸ πλῆθος. Ἀλλ' εἰ μὲν αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ μὴ οὐσίαι, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἔρχεται, οὐ πλῆθος μέν, ἀτελὲς δὲ πρὶν ἐνεργῆσαι τῇ οὐσίᾳ. Εἰ δὲ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἐνέργεια, ἡ δὲ ἐνέργεια αὐτοῦ τὸ πλῆθος, τοσαύτη ἔσται ἡ οὐσία αὐτοῦ, ὅσον τὸ πλῆθος. Τοῦτο δὲ τῷ μὲν νῷ συγχωροῦμεν, ᾧ καὶ τὸ νοεῖν ἑαυτὸ ἀπεοίδομεν, τῇ δὲ ἀρχῇ πάντων οὐκ ἔτι. Δεῖ δὲ πρὸ τοῦ πολλοῦ τὸ ἓν εἶναι, ἀφ' οὗ καὶ τὸ πολύ· ἐπ' ἀριθμοῦ γὰρ παντὸς τὸ ἓν πρῶτον. Ἀλλ' ἐπ' ἀριθμοῦ μὲν οὕτω φασὶ, σύνθεσις γὰρ τὰ ἑξῆς, ἐπὶ δὲ τῶν ὄντων τίς ἀνάγκη ἤδη, καὶ ἐνταῦθα ἕν τι εἶναι, ἀφ' οὗ τὰ πολλά; ἢ διεσπασμένα ἔσται ἀπ' ἀλλήλων τὰ πολλὰ, ἄλλο ἄλλοθεν ἐπὶ τὴν σύνθεσιν κατὰ τύχην ἰόν. Ἀλλ' ἐξ ἑνὸς τοῦ νοῦ ἁπλοῦ ὄντος φήσουσι τὰς ἐνεργείας προελθεῖν· ἤδη μέν τι ἁπλοῦν τὸ πρὸ τῶν ἐνεργειῶν τίθενται· εἶτα τὰς ἐνεργείας μενούσας ἀεὶ καὶ ὑποστάσεις

XII. Objiciet autem sic forte aliquis, quidnam prohibeat ipsum sic multitudinem esse, modo una interim sit essentia? Multitudo enim non compositionem hanc inducit. Actus enim quidam ipsius sunt multitudo. Sed huic ita respondeatur : Si actus quidem ejus non sunt essentiæ, sed ex potentia quadam prodit in actum, non multitudo quidem erit, sed erit nihilo minus imperfectum, quantum ad essentiam spectat, antequam agat. Sin autem essentia ipsius est actus, actus vero est multitudo, tam multiplex ejus essentia erit, quam multiplex ejus est actus. Hoc autem menti quidem concedimus, cui sui ipsius cognitionem attribuimus, omnium vero principio minime. Necessarium enim est, ante multitudinem esse unum, a quo multitudo proveniat; omni namque numero prius est unum. Sed objiciant hic aliqui, in numero quidem ita se rem habere : quippe cum, quæ ibi deinceps sequuntur unum, compositiones quædam sint : in ordine vero rerum necessarium non videri unum exsistere, a quo multa prodiscantur. Sed his ita nos respondebimus : Si rerum ordini non præsit unum, multa inter se fore dispersa, aliudque aliunde sorte quadam in congeriem concursurum. Proinde afferent, ex uno quodam intellectu in se simplici actu progredi multos. Verumtamen id, quod ante hos actus exsistit, esse simplex asseverabunt : deinde cognoscent, actus semper exsistentes esse substantias quasdam, vite

νίσθήσονται· ὑποστάσεις δὲ οὖσαι ἕτεραι ἐκείνου, ἀφ' οὗ εἰσιν, ἔσονται· μένοντος μὲν ἐκείνου ἁπλοῦ, τοῦ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ πλήθους ὄντος καὶ ἐξηρτημένου ἀπ' ἐκείνου. Εἰ μὲν γὰρ ἐκείνου ποθὲν ἐνεργήσαντος αὗται ὑπέστησαν, κἀκεῖ πλῆθος ἔσται· εἰ δ' αὗταί εἰσιν αἱ πρῶται ἐνέργειαι τὸ δεύτερον ποιήσασαι, ποιήσασαι δὲ, ἐκεῖνο τὸ πρὸ τούτων ἐνεργειῶν ὂν ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν, τῷ δευτέρῳ τῷ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν συστάντι τὰς ἐνεργείας παραχωρῆσαι· ἄλλο γὰρ αὐτὸ, ἄλλο αἱ ἐνέργειαι αἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι μὴ αὐτοῦ ἐνεργήσαντος· εἰ δὲ μή, οὐκ ἔσται ἡ πρώτη ἐνέργεια ὁ νοῦς· οὐ γὰρ οἷον προθυμηθῆ νοῦν γενέσθαι· εἶτα ἐγένετο νοῦς, τῆς προθυμίας μεταξὺ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ γεννηθέντος νοῦ γενομένης· οὐδ' αὖ ὅλως προθυμηθῆ (οὕτω τε γὰρ ἦν ἀτελὴς, καὶ ἡ προθυμία οὐκ εἶχεν ὅ τι προθυμηθῆ·) οὐδ' αὖ τὸ μὲν εἶχε τοῦ πράγματος, τὸ δὲ οὐκ εἶχεν· οὐδὲ γὰρ ἦν τι, πρὸς ὃ ἡ ἔκτασις. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι, εἴ τι ὑπέστη μετ' αὐτὸν, μένοντος ἐκείνου ἐν τῷ αὐτῷ ἦθει ὑπέστη. Δεῖ οὖν, ἵνα τι ἄλλο ὑποστῇ, ἡσυχίαν ἄγειν ἐφ' ἑαυτοῦ πανταχοῦ ἐκεῖνο· εἰ δὲ μή, ἢ πρὸ τοῦ κινηθῆναι κινήσεται, καὶ πρὸ τοῦ νοῆσαι νοήσει, ἢ ἡ πρώτη ἐνέργεια αὐτοῦ ἀτελὴς ἔσται, ὁρμὴ μόνον οὖσα. Ἐπὶ τί οὖν ᾧδε τυχοῦσά του ἐφορμᾷ, εἰ κατὰ λόγον θησόμεθα τὴν μὲν ἀπ' αὐτοῦ οἷον ῥυεῖσαν ἐνέργειαν, ὡς ἀπὸ ἡλίου; φῶς τί οὖν θησόμεθα, καὶ πᾶσαν τὴν νοητὴν φύσιν, αὐτὸν δὲ ἐπ' ἄκρῳ τῷ νοητῷ ἑστηκότα βασιλεύειν ἐπ' αὐτοῦ, οὐκ ἐξώσαντα ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἐκφανές; ἢ ἄλλο φῶς πρὸ φωτὸς ποιησόμεν, ἐπιλάμπειν δὲ ἀεὶ μένοντα ἐπὶ τοῦ νοητοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἀποτέμηται τὸ ἀπ' αὐτοῦ, οὐδ' αὖ ταὐτὸν αὐτῷ, οὐδὲ τοιοῦτον, οἷον μὴ οὐσία εἶναι, οὐδ' αὖ οἷον τυφλὸν εἶναι· ἀλλ' ὁρῶν καὶ γιγνῶσκον ἑαυτὸ, καὶ πρῶτον γιγνῶσκον. Τὸ δὲ ὥσπερ ἐπέκεινα νοῦ, οὕτω καὶ ἐπέκεινα γνώσεως, οὐδὲν δεόμενον, ὥσπερ οὐδενὸς, οὕτως οὐδὲ τοῦ γιγνώσκειν· ἀλλ' ἔστιν ἐν δευτέρᾳ φύσει τὸ γιγνώσκειν. Ἓν γάρ τι καὶ τὸ γιγνώσκειν· τὸ δὲ ἔστιν, ἄνευ τοῦ τι, ἕν· εἰ γάρ τι ἕν, οὐκ ἂν αὐτὸ ἕν· τὸ γὰρ αὐτὸ, πρὸ τοῦ τι.

supposita quædam. Cum vero supposita quædam sint, nimirum diversa erunt ab eo, a quo procedunt : manente quidem illo simplici, dum, quod procedit ab eo, multitudo quædam in se evadit, pendetque ex illo. Quodsi, illo alicunde operante, actus ejusmodi inde subsistunt, illic quoque multitudo continget : sin autem hi sunt actus primi secundum quiddam constituentes, nihil prohibet, illud actibus his superius in se ipso consistere, secundo autem ipsi, proxime inde mananti ex actibusque composito, actuum numerum assignari : aliud namque ipsum est, aliud sunt actus ab illo, quoniam illo non agente proveniunt : alioquin intellectus non erit actio prima : non enim ipsum unum exoptavit quidem primo mentem fieri, deinde facta mens est, quasi affectus ejusmodi velut medius intervenerit genitorem ipsum mentemque inde nascentem : neque enim illic affectus est ullus. Sic enim et exoptans ille imperfectus foret, et studium ejus nondum, quod optat, prorsus haberet : neque rursus partim quidem voti compos est, partim vero non compos : quippe cum nihil sit usquam, ad quod flectat affectus. Sed profecto, si quid post ipsum substitit, manente illo in habitu proprio, substitit. Oportet itaque, ut aliud quiddam inde subsistat, illud prorsus in se ipso quiescere : alioquin ante moveri movebitur, et ante intelligere intelliget, vel saltem primus illius actus imperfectus erit : quippe cum impetus aliquis tantum sit futurus. Sed ad quidnam sic ferri potest? quidve nuper assequi? Jam vero secundum rationem potius licet asserere, actum quendam ab illo consistente profluere, sicut a sole lumen, intellectum scilicet, omnemque naturam intelligibilem, ipsum vero in summo intelligibilis mundi vertice conquiescens in eo regnare, non segregans ab ipso, quod inde micat : vel lumen aliud ponemus super lumen, quod quidem semper manendo intelligibili fulgeat. Quod enim ex ipso micat, neque segregatur ab illo, neque rursus est idem, neque etiam tale est, ut non sit essentia, vel quasi quiddam cæcum, sed videt quidem, cognoscitque se ipsum, primumque cognoscens est. Illud autem quemadmodum est superius intellectu, sic est et cognitione superius : et sicut nulla re indiget, sic neque etiam eget cognitione, sed ipsa cognitio collocatur in natura secunda. Cognitio enim unum aliquid est, illud autem unum ipsum est, non aliquid unum : si enim unum aliquid esset, non amplius esset ipsum unum. Quod enim ipsum dicitur, super hoc est, quod aliquid appellatur.

Ipsi bono non est addenda intelligentia, quæ videlicet ab ullo intellectu creato, quamvis summo, intelligi possit.

Ratio ipsius boni atque intelligentiæ tam diversa est, sicut diximus, ut illud quidem sit communissimum, hæc minime : illud nihil appetat, hæc appetat bonum. Item intelligentiæ quidem opposita est amentia, bono malum. Non idem est penitus amentia atque malum, non idem igitur intelligentia atque bonum. Quando igitur ipsi bono addis intelligentiam, rem alteram et diversam videris et bonum hactenus egenum judicavisse et quasi composuisse. Hoc paradoxon, scilicet primum principium esse super essentiam, vitam, intelligentiam, a Dionysio Areopagita frequenter asseritur : qui addit præterea ipsum modo quodam plusquam intellectuali, quem superintellectualem nominat, se ipso frui : item præintelligere ineffabili quadam ratione præter et super intellectum, quasi se ipso fruatur per modum tactus potius, quam visionis. Intelligentia enim visio quædam est, neque per modum aliquid de se dicendi, sed potius per modum simpliciter id ipsum, quod est, exsistendi. Si qua vero conditione intelligentiæ gradibus procedendo fingi possit ipsum bonum, non fingatur intellectus aliquis, qui intelligentia egeat, non intelligentia, quæ sit actus ipsius intellectus circa bonum, sed potius ipsum bonum, ad quod intelligentia vergit, vel forsan ipsum lumen, quod intelligentia quærit, in quod desinit intelligentia consummata, lumen quidem non in hac, sed in se ipso, consistens. Hæc ipsa claritas neque proprie quidem videns est, nec orbata visionis bono quasi cæca : sicut visio ipsa neque videt proprie, neque cæca est. Nempe claritas ipsa visionis omnis causa multo remotior est a privatione visus, quam ipse visus : neque claritas est ad intellectionis genus determinata. Quod enim est omnium causa super omnia, per nullum ex omnium numero definitur. Non ergo per essentiam, vitam, intelligentiam, non per claritatem intellectualem, aut intelligibilem, sed per claritatem ipsam simpliciter per se in se exsistentem, omnis potentiæ actus claritatis causam fingit : fingit autem secundum potentiam efficacem potentiarum actum, actuum effectorem. Anima etsi manus pedesque non habet, tamen quia his non indiget, habetque vim horum genitricem eminentioremque, neque manca dicitur, neque clauda. Simili ratione neque ratio cæca, etsi non

habet oculos, neque mens irrationalis, etsi nunquam ratiocinatur : momento enim possidet, quod ratio quærit tempore. Neque deus amens etsi non habet mentem : est enim id totum, quod mens habere conatur, imo fieri.

ΙΓ'. Διὸ καὶ ἄῤῥητον τῇ ἀληθείᾳ· ὅ τι γὰρ ἂν εἴπῃς, τὶ ἐρεῖς. Ἀλλὰ τὸ ἐπέκεινα πάντων, καὶ ἐπέκεινα τοῦ σεμνοτάτου νοῦ, ἐν τοῖς πᾶσι μόνον ἀληθὲς οὐκ ὄνομα ὂν αὐτοῦ ἄλλο τι, οὔτε τι τῶν πάντων· οὔτε ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι μηδὲν κατ' αὐτοῦ· ἀλλ', ὡς ἐνδέχεται, ἡμῖν αὐτοῖς σημαίνειν ἐπιχειροῦμεν περὶ αὐτοῦ. Ἀλλ' ὅταν ἀπορῶμεν, ἀναίσθητον οὖν ἑαυτοῦ, καὶ οὐδὲ παρακολουθοῦν ἑαυτῷ, οὐδὲ οἷδεν αὐτὸ, ἐκεῖνο χρὴ ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ταῦτα λέγοντες ἑαυτοὺς περιτρέπομεν ἐπὶ τὰ ἐναντία. Πολὺ γὰρ αὐτὸ ποιοῦμεν, γνωστὸν καὶ γνῶσιν ποιοῦντες, καὶ διδόντες νοεῖν, δεῖσθαι τοῦ νοεῖν ποιοῦμεν· κἂν σὺν αὐτῷ τὸ νοεῖν ᾖ, περιττὸν ἔσται αὐτῷ τὸ νοεῖν. Κινδυνεύει γὰρ ὅλως τὸ νοεῖν, πολλῶν εἰς αὐτὸ συνελθόντων, συναίσθησις εἶναι τοῦ ὅλου, ὅταν αὐτό τι ἑαυτὸ νοῇ· ὃ δὴ καὶ κυρίως ἐστὶ νοεῖν· ἓν δὲ ἕκαστον αὐτό τί ἐστι, καὶ οὐδὲν ζητεῖ. Εἰ δὲ τοῦ ἔξω ἔσται ἡ νόησις, ἐνδεές τε ἔσται, καὶ οὐ κυρίως τὸ νοεῖν. Τὸ δὲ πάντῃ ἁπλοῦν καὶ αὐταρκες ὄντως οὐδὲν δεῖται· τὸ δὲ δευτέρως αὐταρκες, δεόμενον δὲ ἑαυτοῦ, τοῦτο δεῖται τοῦ νοεῖν ἑαυτό· καὶ τὸ ἐνδεὲς πρὸς αὐτὸ ὄν, τῷ ὅλῳ πεποίηκε τὸ αὐταρκες, ἱκανὸν ἐξ ἁπάντων γενόμενον, συνὸν ἑαυτῷ, καὶ εἰς αὐτὸ νοοῦν· ἐπεὶ καὶ ἡ συναίσθησις πολλοῦ τινος αἴσθησίς ἐστι, καὶ μαρτυρεῖ καὶ τοὔνομα. Καὶ ἡ νόησις προτέρα οὖσα, εἶσω εἰς αὐτὸν ἐπιστρέφει δηλονότι πολὺν ὄντα· καὶ γὰρ ἐὰν αὐτὸ τοῦτο μόνον εἴπῃ, ὂν εἰμί, ὡς ἐξευρὸν λέγει, καὶ εἰκότως λέγει, τὸ γὰρ ὂν πολύ ἐστιν. Ἐπεὶ ὅταν εἰς ἁπλοῦν ἐπιβάλῃ καὶ εἴπῃ, ὂν εἰμί, οὐκ ἔτυχεν οὔθ' ἑαυτοῦ, οὔτε τοῦ ὄντος. Οὐ γὰρ ὡς λίθον λέγει τὸ ὂν ὅταν ἀληθεύῃ, ἀλλ' εἴρηκε μιᾷ ῥήσει πολλά. Τὸ γὰρ εἶναι τοῦτο, ὅπερ ὄντως εἶναι, καὶ μὴ ἴχνος ἔχον τοῦ ὄντος λέγεται, ὃ οὐδὲ ὂν, διὰ τοῦτο λέγοι ἂν, ὥσπερ εἰκὼν πρὸς ἀρχέτυπον πολλὰ ἔχει. Τί οὖν; ἕκαστον αὐτῶν οὐ νοηθήσεται; ἢ ἔρημον καὶ μόνον ἐὰν ἐθελήσῃς λαβεῖν, οὐ νοήσεις, ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἐν αὐτῷ πολύ ἐστι, κἂν ἄλλο τι εἴπῃς, ἔχει τὸ εἶναι. Εἰ δὲ τοῦτο, εἴ τί ἐστιν ἁπλούστατον ἁπάντων, οὐχ ἕξει νόησιν αὑτοῦ· εἰ γὰρ ἕξει, τὸ ποῦ εἶναι ἕξει, οὔτ' ὢν αὐτὸ νοεῖν, οὔτε ἐστὶ νόησις αὐτοῦ.

XIII. Quam ob rem re vera ineffabile est. Quicquid enim dicas, proprium aliquid dixeris. Sed enim, quod est super omnia superque mentem apprime venerandam, ab omnibus segregatum non habet verum nomen aliud, neque aliquid omnium. Et omnino nullum est nomen ejus propterea, quod de eo nihil dicitur : sed nos, quoad possumus, nonnihil de illo nobis significare conamur. Ceterum quando sic ambigimus, dicentes videlicet, sic ergo se ipsum minime sentit, sic neque se ipsum animadvertit, sic neque, quid sit, novit omnino, tunc sane decet considerare, nos, quoties talia dicimus, ad opposita retorqueri. Facimus enim, quantum in nobis est, ipsum esse nullum, dum ipsum inducimus cognoscendum, cognitionemque tribuimus : nam quando damus intelligentiam, ut egregia intelligentia, facimus : atque, si una cum ipso intelligentia sit, supervacuum erit, sibi intelligentiam adhibere. Videtur enim omnino intelligentia esse consensus quidam totius, ubi multa concurrunt in unum, quando aliquid intelligit semet ipsum, quæ quidem propria præcipuaque intelligentia est : quodlibet vero unum ipsum aliquid est, neque quicquam quærit. Sin autem intelligentia ad externa porrigitur, indiga erit, neque intelligentia principalis. Quod autem est omnino simplex, ac re vera sufficiens, nihilo indiget : quod vero secundo loco sufficiens est, sed sui ipsius egenum, hoc nimirum indiget intelligentia sui : atqui, quod est ad se ipsum indigens, ipso toto reddit se sufficiens, ex cunctis nactum sufficientiam, secum latitans, et in se ipsum vergens intelligendo : quandoquidem et ipse consensus multi alicujus est sensus, quod quidem nomen ipsum quoque testatur. Tum intelligentia, cum sit prior, ipsum intelligentem, utpote multum, intus in se reflectit : etenim si hoc ipsum solum dicat, Equidem sum ens, tanquam inveniens hoc ipsum dicit, dicitque convenienter : ens namque multum est. Nam et, quando tanquam in aliquid simplex tendat, dicatque Sum ens, non consequitur vel se ipsum, vel ens et verum. Non enim tanquam lapidem dicit ens, quando vere dicit, sed dictione una multa pronuntiat. Hoc enim esse, quod re vera est esse, neque tanquam vestigium entis habens appellatur, quale neque est ens, ideoque dici debet : velut imago quædam ad exemplar, procul dubio in se multa complectitur. Quid ergo? num unumquodque ipsorum nequaquam intelligetur? Profecto, si semotum atque solum velis accipere, non intelliges, sed ipsum esse in se ipso multum est : atque si aliud quiddam præterea dixeris, habet esse. Quod si ita se habet, si quid est omnium simplicissimum, non habet sui ipsius intelligentiam : si enim habeat, habebit quoque quodammodo et alicubi esse. Neque igitur ipsum intelligit, neque ulla alicubi est ipsius intelligentia.

Quoniam intellectus non excludit multitudinem, quam excludit ipsum unum, ideoque unum ipsum tanquam simplicius est eo nentius intellectu, consequens est, ut per intellectum apprehendere et explicare ipsum minime valeamus. Loquimur tamen de illo, ut Parmenides et Dionysius ait, per negationes atque relationes. Ipsum enim habemus quodammodo quatenus unitatem quandam habemus mentis nostræ caput, unitatis divinæ characterem, qua tunc divinam attingimus mentem, quando mente nostra formati sumus, perque hanc mente divina a nobis alienati factique jam vates.

ΙΔ'. Πῶς οὖν ἡμεῖς λέγομεν περὶ αὐτοῦ; ἢ λέγομεν μέν τι περὶ αὐτοῦ, οὐ μὴν αὐτὸ λέγομεν, οὐδὲ γνῶσιν οὐδὲ νόησιν ἔχομεν αὐτοῦ. Πῶς οὖν λέγομεν περὶ αὐτοῦ, εἰ μὴ αὐτὸ ἔχομεν; ἢ εἰ μὴ ἔχομεν τῇ γνώσει, καὶ παντελῶς οὐκ ἔχομεν, ἀλλ' οὕτως ἔχομεν, ὥστε περὶ αὐτοῦ μὲν λέγειν, αὐτὸ δὲ μὴ λέγειν. Καὶ γὰρ λέγομεν, ὃ μὴ ἔστιν· ὃ δὲ ἔστιν, οὐ λέγομεν· ὥστε ἐκ τῶν ὕστερον περὶ αὐτοῦ λέγομεν· ἔχειν δὲ οὐ κωλύ-

XIV. Quo igitur modo de illo nos dicimus? Certe de illo quidem aliquid dicimus, ipsum tamen minime dicimus : neque cognitionem neque intelligentiam illius habemus. Sed quonam pacto de illo loquimur, si non habemus illud? Quia, etsi non habemus illud cognitione, non tamen propterea nullo modo illud habemus : sed habemus ita, ut de eo quidem loqui possimus, ipsum vero eloqui minime valeamus. Quod enim non est, pronuntiare solemus : quod autem sit, nequaquam : quapropter ex posterioribus verba de illo facere consuevimus : habere tamen ipsum ex-

μεθα, κἂν μὴ λέγωμεν. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἐνθουσιῶντες καὶ κάτοχοι γενόμενοι ἐπὶ τοσοῦτον, κἂν εἰδεῖεν, ὅτι ἔχουσι μεῖζον ἐν ἑαυτοῖς, κἂν μὴ εἰδῶσιν, ὅ τι· ἐξ ὧν δὲ κεκίνηνται, καὶ λέγουσι, καὶ ἐκ τούτων αἴσθησίν τινα τοῦ κινήσαντος λαμβάνουσιν, ἑτέρων ὄντων τοῦ κινήσαντος· οὕτω καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν ἔχειν πρὸς ἐκεῖνο, ὅταν νοῦν καθαρὸν ἔχωμεν χρώμενοι, ὡς οὗτός ἐστιν ὁ ἔνδον νοῦς, ὁ δοὺς οὐσίαν καὶ τἆλλα, ὅσα τούτου τοῦ στίχου· αὐτὸς δὲ οἷος ἄρα, ὡς οὐ ταῦτα, ἀλλά τι κρεῖττον τούτου, ὃ λέγομεν ὄν, ἀλλὰ καὶ πλέον καὶ μεῖζον, ἢ ὃ λέγομεν ὄν, ὅτι καὶ αὐτὸς κρειττων λόγου καὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, παρασχὼν ταῦτα, οὐκ αὐτὸς ὢν ταῦτα.

hil prohibet, quamvis explicare non valeamus. Jam vero quemadmodum hi, qui divinitus afflantur atque rapiuntur, animadvertunt quidem se grandius aliquid in se habere, quamvis, quid illud sit, minime noverint. Ex quibus autem concitati sunt, etiam loquuntur, atque ex his sensum quendam moventis accipiunt, cum ipsi ab eo diversi sint, qui concitavit: sic et ipsi ad illud nos habere videmur, quomodo quoties mentem puram adepti sumus, qua freti vaticinamur: hunc quidem esse intimum intellectum, qui auctor est essentiæ, aliorumque generis ordinisve ejusdem: illum vero non esse hæc prorsus agnoscimus, sed præstantius quiddam eo, quod ens appellamus, et amplius majusque hoc ipso, quod ens nominamus: quoniam superior ille præstantior est sermone, ratione, mente, sensu: hæc quidem præbens, non tamen hæc exsistens.

Ens ipsum intelligens nascitur ab ipso uno, sicut lumen soli proximum, a luce solis intima.

Verum sicut a natura nec oculos habente, nec pedes, sed præstantius aliquid, oculi generantur atque pedes, sic ab ipso uno non habente propriam essentiæ, vitæ, mentis, intelligentiæ formam, sed aliquid eminentius, ista fiunt. Sed quomodo statim a simplicissimo multiplex? Quoniam, quod ab ipsa unitate creatur, est quidem aliquid, nec tamen est ipsa: unitas est igitur multitudo quædam: est et unum aliquid, sed minus unum, quam ipsa; ergo multiplex. Habet illius aliquid, simulque ab illa degenerans, multiplex jam evadit. Quicquid est post primum, est aliquo modo compositum, atque cum ipsa sigillatim unitate partium, tum mutua earundem unione suum esse accipit, et conservatur in eo. Ipsum ergo primum merito est unitas ipsa: nec unitatis ipsius ratio atque entis est eadem. Unitati enim opponitur multitudo, enti vero non ens. Nec ratio entis superior est unitate, alioqui unitas participatione entis foret multiplex. Nec rursus entis ratio par est unitati: alioqui ens non fieret unum. Est igitur unitas ente superior, imo vero est ipsa (ut ita dixerim) supremitas atque primitas: siquidem ratio unitatis et simplicitatis est eadem. Quo vero simpliciora in quovis genere sunt, eo priora, atque vicissim. Multitudo autem proxime nascens ex unitate omnium æque prima est et omniformis multitudo, et secum unita quam maxime, ideo in qualibet ejus forma cuncta ejusdem formæ quodammodo comprehenduntur. Est igitur divina mens unum omnia: ab hac anima nascens, non tam est unum omnia, quam unum multa. Non negat omnino Plotinus in primo esse omnia, sed esse ibi distincta scilicet rationibus absolutis: unde rationibus relativis considerari illic distinctio potest. Sed in secundo distinctionem formarum ponit rationibus absolutis inter se differentium.

ΙΕ'. Ἀλλὰ πῶς παρασχών; ἢ τῷ ἔχειν, ἢ τῷ μὴ ἔχειν; ἀλλ' ἃ μὴ ἔχει, πῶς παρέσχεν; ἀλλ' εἰ μὲν ἔχων, οὐχ ἁπλοῦς· εἰ δὲ μὴ ἔχων, πῶς ἐξ αὐτοῦ τὸ πλῆθος; ἓν μὲν γὰρ ἐξ αὐτοῦ ἁπλοῦν τάχ' ἄν τις δοίη, καίτοι καὶ τοῦτο ζητηθείη ἄν, πῶς ἐκ τοῦ πάντῃ ἑνός; ἀλλ' ὅμως δὲ ἔστιν εἰπεῖν, οἷον ἐκ φωτὸς τὴν ἐξ αὐτοῦ περίλαμψιν. Πῶς δὲ πολλά; ἢ οὐ ταὐτὸν ἔμελλε τὸ ἐξ ἐκείνου ἐκείνῳ· εἰ οὖν μὴ ταὐτὸν, οὐδέ γε βέλτιον· τί γὰρ ἂν τοῦ ἑνὸς βέλτιον, ἢ ἐπέκεινα ὅλως; χεῖρον ἄρα· τοῦτο δέ ἐστιν ἐνδεέστερον. Τί οὖν ἐνδεέστερον τοῦ ἑνὸς, ἢ τὸ μὴ ἕν; πολλὰ ἄρα, ἐφιέμενον δὲ ὅμως τοῦ ἑνός· ἓν ἄρα πολλά. Πᾶν γὰρ τὸ μὴ ἓν τῷ ἓν σώζεται, καὶ ἔστιν, ὅπερ ἔστι τούτῳ· μὴ γὰρ ἓν γενόμενον, κἂν ἐκ πολλῶν ᾖ, οὕπω ἐστὶν ὄν, εἴποι τις αὐτό· κἂν ἕκαστον ἔχῃ λέγειν τις, ὅ ἐστι, τῷ ἓν ἕκαστον αὐτῶν εἶναι λέγει, καὶ τῷ αὐτῷ ἔτι. Τὸ δὲ ὃ μὴ πολλὰ ἔχον ἐν ἑαυτῷ ἤδη οὐ μετουσίᾳ ἑνὸς ἕν, ἀλλ' αὐτὸ ἕν, οὐ κατ' ἄλλου, ἀλλ' ὅτι τοῦτο, παρ' οὗ πως καὶ τὰ ἄλλα, τὰ μὲν τῷ ἐγγὺς, τὰ δὲ τῷ πόρρω. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ταὐτὸ, καὶ ὅτι μετ' αὐτὸ, δῆλον ποιεῖ τῷ τὸ πλῆθος αὐτοῦ ἓν πανταχοῦ εἶναι· καὶ γὰρ πλῆθος ὂν ὅμως ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ διακρῖναι οὐκ ἂν ἔχοις, ὅτι ὁμοῦ πάντα, ἐπεὶ καὶ ἕκαστον τῶν ἐξ αὐτοῦ ἕως ζωῆς μετέχει, ἓν πολλά· ἀδυνατεῖ γὰρ δεῖξαι αὐτὸ ἓν πάντα. Τὸ δὲ ἐκεῖνο ἓν πάντα, ὅτι μεγάλη ἀρχή· ἀρχὴ γὰρ ὄντως, καὶ ἀληθῶς ἕν· τὸ δὲ μετὰ τὴν ἀρχὴν, ὥδέ πως ἐπιβρίσαντος τοῦ ἑνὸς, πάντα, μετέχον τοῦ ἓν, καὶ

XV. Sed quonam modo talia præbet? Numquid habendo hæc, an potius non habendo? Sed quæ non habet, quonam pacto præbuit? Si vero habet, non est simplex. Si ergo non habens hæc tradidit, quonam modo ex ipso multitudo profluxit? Unum quidem ex ipso simplex effluere aliquis forte concesserit, quamvis et hoc insuper inquiretur, quomodo id etiam ex eo, quod omnino unum est, venial. Verumtamen licet dicere sic, id ex ipso profluere, sicut ex lumine circa ipsum emicat splendor. Sed quomodo multa sint ab eo, ultra quæretur: sed certe, quod fit ab illo, non debuit esse idem atque illud. Si ergo non idem, et certe non melius: quid enim melius uno, vel omnino superius? ergo deterius illo: id autem est indigentius. Verum quidnam est indigentius uno, nisi quod non unum? Hoc igitur est jam multa, desiderat tamen unum: est igitur unum multa. Ipsum namque unum servat omne, quod non est unum, idque omne est, quicquid est per unum. Nisi enim fiat unum, quamvis sit ex multis, non potest aliquis id ens appellare: tametsi possit quodlibet singulatim, quod est, dicere, ex eo, quod unum sit unumquodque, sitque in se quodammodo idem. Quod autem in se multa non habet, jam non participatione unius est unum, sed ipsum unum exsistit, neque de alio. Constat autem id ipsum esse, a quo habent et reliqua unitatem, partim quidem propius, partim vero remotius. Quod vero hoc quidem illi proximum maxime in se idem sit, atque sit post ipsum, patet propterea, quod multitudo hujus unum aliquid est ubique. Cum enim multitudo sit, in eodem tamen exsistit, neque discernere licet, quoniam cuncta simul exsistunt: quin etiam quodlibet eorum, quæ sunt ab ipso, quatenus vitæ participat, est unum multa: non enim potest se ipsum ostendere velut unum omnia. Ipsum vero unde hoc oritur, est unum omnia: quoniam magnum principium (est). Principium namque est ipsum re ipsa vereque unum. Quod autem ex principio sequitur, ita quodammodo prægnante exuberanteque uno fit omnia, sed interim particeps est unius, et quicquid est in eo, est omnia rursus et unum.

ὅτιοῦν αὐτοῦ, πάντα αὖ καὶ ἕν. Τίνα οὖν πάντα; ἢ ὧν ἀρχὴ ἐκεῖνο· ὅπως δὲ ἐκεῖνο ἀρχὴ τῶν πάντων, ἆρα ὅτι αὐτὰ σώζει, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ποιήσασα εἶναι, ἢ καὶ ὅτι ὑπέστησεν αὐτά; πῶς δή, ἢ τῷ πρότερον ἔχειν αὐτά; ἀλλ' εἴρηται, ὅτι πλῆθος οὕτως ἔσται· ἀλλ' ἆρα οὕτως εἶχεν μὴ διακεκριμένα· τὰ δ' ἐν τῷ δευτέρῳ διεκέκριτο τῷ λόγῳ· ἐνέργεια γὰρ ἤδη· τὸ δὲ δύναμις πάντων. Ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος τῆς δυνάμεως; οὐ γὰρ ὡς ἡ ὕλη δυνάμει λέγεται, ὅτι δέχεται· πάσχει γάρ· ἀλλ' οὕτως ἀντιτεταγμένως τῷ ποιεῖν. Πῶς οὖν ποιεῖ, ἃ μὴ ἔχει; οὐ γὰρ ὡς ἔτυχε, μηδ' ἐνθυμηθεὶς ὃ ποιήσει, ποιήσει ὅμως. Εἴρηται μὲν οὖν, ὅτι, εἴ τι ἐκ τοῦ ἑνὸς, ἄλλο δὴ παρ' αὐτό· ἄλλο δὲ ὂν οὐχ ἕν· τοῦτο γὰρ ἦν ἐκεῖνο. Εἰ δὲ μὴ ἕν, δύο δὲ ἀνάγκη ἤδη καὶ πλῆθος εἶναι· καὶ γὰρ ἕτερον καὶ ταὐτὸν ἤδη, καὶ ποιὸν καὶ τὰ ἄλλα. Καὶ ὅτι μὲν δὴ μὴ ἓν τὸ ἐκείνου, δεδειγμένον ἂν εἴη· ὅτι δὲ πλῆθος καὶ πλῆθος τοιοῦτον, οἷον ἐν τῷ μετ' αὐτὸ θεωρεῖται, ἀπορῆσαι ἄξιον· καὶ ἡ ἀνάγκη δὲ τοῦ μετ' αὐτὸ ἔτι ζητητέα.

Quænam igitur omnia? nempe omnia, quorum illud est principium. Quomodo autem illud omnium principium est? Numquid ex eo, quod unum ipsum illa conservat, dum videlicet efficit, ut quodlibet eorum sit unum? an etiam, quia procreavit illa? sed quomodo? numquid ex eo, quod prius habeat illa? Verum dictum jam est, illud ita multa futurum: sed profecto sic habet omnia tanquam nondum inter se discreta. Quæ vero in secundo sunt, ratione inter se discernuntur: actu enim jam cernuntur: illud autem omnium est potestas. Sed quisnam potentiæ modus? Non enim ita esse in potentia dicitur, ut materia, quia capiat: patitur namque, quod suscipit, atque ita opposito modo se habet potentia ad id, quod est efficiens. Quo igitur modo facit, quæ non habet? Non enim, utcumque contigit, fecisse putandum, neque etiam, secum animo reputans, quid facturum sit, mox ita facit. Dictum ergo jam est, si quid ex uno manat, aliud quiddam esse præter illud: aliud vero exsistens, non est unum: id enim erat illud. Si autem non unum, duo igitur, necessarioque jam multa: etenim in se jam habet alterum atque idem, et quale et reliqua. Atqui, quod inde pendet, non esse unum ipsum, quod pertinet ad superius, demonstratum jam fortasse videbitur. Quod autem multitudo sit, multitudoque talis, qualis in sequenti conspicitur, adhuc est dubitandum: atque necessitas, ob quam sequens ipsum inde procedat, est ulterius indaganda.

Quo præstantior causa est, eo plura facit. Prima igitur efficit omnia: item, in quovis genere primum est simplicissimum. omnium itaque primum ita simplicissimum est, ut non sit certa quædam res simplex, sed ipsa simplicitas.

Item, sicut natura genitrix corporis non est corpus, sic intellectus, pater animæ, non est anima; sic bonum, intellectus ipsius pater, non est intellectus, nec intelligibilis mundus, sed simplicius atque sublimius, similiter excelsius ente. Entis enim proprietates sunt status atque motus: moveri autem appetitur non simpliciter, sed ad bonum: stare quoque non simpliciter, sed in bono. In ipso igitur ente status, motus, vita, intelligentia, non sunt ipsum bonum, sed aliquid boniforme, quatenus ad ipsum bonum vergunt, implentur eo, et in eodem summopere conquiescunt.

ΙϚ'. Ὅτι μὲν οὖν δεῖ τι εἶναι τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, ἀλλαχοῦ εἴρηται, καὶ ὅλως ὅτι δύναμίς ἐστι, καὶ ἀμήχανος δύναμις, καὶ τοῦτο ὅτι ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων πιστωτέον, ὅτι μηδέν ἐστι μηδὲ τῶν ἐσχάτων, ὃ μὴ δύναμιν εἰς τὸ γεννᾶν ἔχει. Ἐκεῖνα δὲ νῦν λεκτέον, ὡς ἐπειδὴ ἐν τοῖς γεννωμένοις οὐκ ἔστι πρὸς τὸ ἄνω ἀλλὰ πρὸς τὸ κάτω χωρεῖν, καὶ μᾶλλον εἰς πλῆθος ἰέναι, καὶ ἡ ἀρχὴ ἑκάστων ἁπλουστέρα ἡ αὐτή. Κόσμον τοίνυν τὸ ποιῆσαν αἰσθητὸν οὐκ ἂν εἴη κόσμος αἰσθητὸς αὐτὸ, ἀλλὰ νοῦς καὶ κόσμος νοητὸς, καὶ τὸ πρὸ τούτου τοίνυν τὸ γεννῆσαν αὐτὸ, οὔτε νοῦς οὔτε κόσμος νοητὸς, ἁπλούστερον δὲ νοῦ, καὶ ἁπλούστερον κόσμου νοητοῦ. Οὐ γὰρ ἐκ πολλοῦ πολὺ, ἀλλὰ τὸ πολὺ τοῦτο ἐξ οὐ πολλοῦ. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸ πολὺ, οὐκ ἀρχὴ τοῦτο, ἀλλ' ἄλλο πρὸ τούτου· συστῆναι οὖν δεῖ εἰς ἓν ὄντως, παντὸς πλήθους ἔξω καὶ ἁπλότητος ἡστινοσοῦν, εἴπερ ὄντως ἁπλοῦν. Ἀλλὰ πῶς τὸ γενόμενον ἐξ αὐτοῦ λόγος πολὺς καὶ πᾶς, τὸ δὲ ἦν δῆλον ὅτι οὐ λόγος; εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἦν, πῶς οὖν οὐκ ἐκ λόγου λόγος; καὶ πῶς τὸ ἀγαθοειδὲς ἐξ ἀγαθοῦ; Τί γὰρ ἔχον ἑαυτοῦ ἀγαθοειδὲς λέγεται; ἆρ' ἔχον τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως; καὶ τί ταῦτα πρὸς τὸ ἀγαθόν; τὸ γὰρ ὡσαύτως ζητοῦμεν ὂν τῶν ἀγαθῶν, ἢ πρότερον ἐκεῖνο, οὗ μὴ ἐξίστασθαι δεήσει, ὅτι ἀγαθόν, εἰ δὲ μὴ, βέλτιον ἀποστῆναι. Ἆρ' οὖν τὸ ζῆν ὡσαύτως μένοντα ἐπὶ τούτου ἑκουσίως; εἰ οὖν ἀγαπητὸν τούτῳ τὸ ζῆν, ὅῆλον ὅτι οὐδὲν ζητεῖ· ἔοικε τοίνυν διὰ τοῦτο τὸ ὡσαύτως, ὅτι ἀρκεῖ τὰ παρόντα. Ἀλλὰ πάντων ἤδη παρόντων τούτῳ ἀγαπητὸν τὸ ζῆν, καὶ δὴ

XVI. Oportere quidem aliquid esse post primum, alibi nobis est dictum, atque omnino potestatem esse, potestatem, inquam, inæstimabilem, idque ex aliis omnibus asseverandum esse, quoniam nihil sit vel inter infima, quod non habeat potentiam generandi. In præsentia vero dicendum est, inter illa, quæ gignuntur, non patere ad superiora, sed ad inferiora, processum: atque id quidem ita, ut in majorem gradatim multitudinem procedatur, ideoque principium singulorum sit ubique simplicius, idemque in se manens, dum datur in plura progressus. Quam ob rem, quod mundum sensibilem procreavit, non est sensibilis mundus, sed intellectus intelligibilisque mundus exsistit ideoque similiter, quod est intelligibili mundo superus ejusque origo, neque intellectus est, neque mundus intelligendus, sed simplicius intelligibili mundo. Non enim multum fit ex multo, sed multum hoc ex non multo procedit. Si enim illud quoque sit multum, principium profecto non erit, sed aliud quiddam superius illo. Colligenda itaque cuncta sunt ad ipsum, quod vere sit unum extra omnem numerum et quamlibet simplicitatem: si modo re vera sit simplex, et in eo tandem sistendus nobis est gradus. Considerandum præterea, qua ratione, quod factum est ab illo, sit ratio multa jam atque omnis, illud autem ratio non exsistat. Quodsi ratio non sit, qua conditione ex non ratione sit ratio? et quo pacto boniforme procedat ex bono, quidve illius habens boniforme dicatur? Numquid igitur idcirco quandam boni formam habere censetur, propterea quod habeat statum quendam secundum eadem, et similiter se habentem? Verum quidnam hæc ad bonum conferunt? quippe cum talem quendam habitum secundum eadem et similiter se habentem tunc demum, cum adsunt bona, exigere soleamus: vel prius exoptemus illud, a quo nunquam sit discedendum, propterea quod sit bonum: sin vero non bonum, præstat inde discedere. Num igitur id nobis velut bonum est exoptandum, scilicet eodem semper modo vivere in ipso bono sponte manendo? Si igitur hoc est menti potissimum exoptandum, scilicet ita vivere, nimirum nihil ultra requirit, et constat utique propterea expeti habitum illum semper similiter se habentem, quoniam satis præsentia faciant. Sed omnibus jam huic præsentibus, vivere tanquam summum est exopta-

οὕτω παρόντων, οὐχ ὡς ἄλλων ὄντων αὐτοῦ. Εἰ δ' ἡ πᾶσα ζωὴ τούτῳ, καὶ ζωὴ ἀνάργης, καὶ τελεία πᾶσα ἐν τούτῳ ψυχὴ καὶ πᾶς νοῦς, καὶ οὐδὲν αὐτῷ οὔτε ζωῆς οὔτε νοῦ ἀποστατεῖ. Αὐτάρκης οὖν ἑαυτῷ, καὶ οὐδὲν ζητεῖ· εἰ δὲ μηδὲν ζητεῖ, ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ὃ ἐζήτησεν ἄν, εἰ μὴ παρῆν. Ἔχει οὖν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τοιοῦτον ὄν, ὃ δὴ ζωὴν καὶ νοῦν εἴπομεν, ἢ ἄλλο τι συμβεβηκὸς τούτοις. Ἀλλ' εἰ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, οὐδὲν ἂν εἴη ἐπέκεινα τούτων· εἰ δὲ ἔστιν ἐκεῖνο, δηλονότι ζωὴ πρὸς ἐκεῖνο τούτῳ ἐξημμένη ἐκείνου, καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχουσα ἐξ ἐκείνου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο ζῶσα· ἐκεῖνο γὰρ αὐτοῦ ἀρχή. Δεῖ τοίνυν ἐκεῖνο ζωῆς εἶναι κρεῖττον καὶ νοῦ· οὕτω γὰρ ἐπιστρέψει πρὸς ἐκεῖνο καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἐν αὐτῷ μίμημά τι τοῦ ἐν ἐκείνῳ ὄντος, καθ' ὃ τοῦτο ζῇ, καὶ τὸν νοῦν τὸν ἐν τούτῳ, μίμημά τι τοῦ ἐν ἐκείνῳ ὄντος, ὅ τι δήποτέ ἐστι τοῦτο.

dum: sic, inquam, præsentibus, ut ab ipso diversa non sint. Si igitur omnis huic adest vita, vita, inquam, vigens atque perspicua, jam perfecta omnis in hoc anima et mens universa, nihilque ipsi vel vitæ vel intelligentiæ deest. Est ergo sibi ipsi sufficiens, nihilque ultra desiderat. Si autem nihil exigit, in se jam possidet, quod quidem, nisi inesset, prorsus appeteret. Habet igitur in se ipso bonum, bonum, inquam, vel tale, qualem diximus vitam atque mentem, vel aliud quiddam his contingens. Verum si hoc sit ipsum bonum, nihil sane his superius erit: sin vero est super hæc ipsum bonum, profecto huic erit bonum, vita vergens ad illud et illi prorsus innitens indeque substantiam possidens, et ad illud sese prorsus intendens: illud namque ejus principium est. Oportet itaque illud vita menteque præstantius esse: nam ita demum ad ipsum convertetur vita in mente vigens, utpote quæ imitatio quædam sit ipsius, quod exstat in illo, secundum quod vivit et sequens. Convertetur et hujus intelligentia tanquam imitatio quædam ejus, quod exsistit in illo, quicquid hoc ipsum denique sit.

Nec essentia perfecta est, nisi in vita, nec vita perfecta, nisi in intellectu, nec intellectus perfectus, nisi in ipsa verorum omnium multitudine, pendente videlicet ab ipso bono.

Intellectus igitur multis indiget, ut sit absolutus: et ubi est absolutus, est multiplex: igitur pendet a superiore quodam per se sufficiente atque simplicissimo. Nec esse simpliciter appetitur, sed bene esse, nec vivere quomodocumque, sed bene: nec intelligere quomodolibet, sed bene, et bona, et ita, ut tibi sit profuturum: nec verum simpliciter exoptamus: non enim veram febrem, sed verum bonum. Ipsum ergo bonum horum omnium finis est atque principium. Finis vitæ nostræ est ipsum bonum videre per ipsum: sed quoniam hoc est stabilissimum atque simplicissimum, nec rationis discursu attingimus, nec actione intelligentiæ componente vel discernente, sed intuitu quodam subito atque simplici. Hujus autem fruitionis signum nobis est, quando præter solitum et nullo consueto ingenii machinamento influit nobis subito lumen, id est claritas læta, quæ est splendor quidam claritatis in se ipsa consistentis, quæ est ipse deus. Influit autem, quando illi dediti ipsius gratia auferimus omnia, id est, inclinationes circa omnia ab appetitu, imagines a phantasia, discursiones a ratione, intellectuales species et compositiones et discretiones ab intellectu. De his satis et Plato et nos in magna Platonis epistola.

IZ. Τί οὖν ἐστι κρεῖττον ζωῆς ἐμφρονεστάτης καὶ ἀπταίστου καὶ ἀναμαρτήτου, καὶ νοῦ πάντα ἔχοντος, καὶ ζωῆς πάσης, καὶ νοῦ παντός; Ἐὰν οὖν λέγωμεν, τὸ ποιῆσαν ταῦτα, καὶ πῶς ποιῆσαν, καὶ μὴ φανῇ τι κρεῖττον, οὐκ ἄπεισιν ὁ λογισμὸς ἐπ' ἄλλο, ἀλλὰ στήσεται αὐτοῦ. Ἀλλὰ δεῖ ἀναβῆναι διά τε ἄλλα πολλὰ, καὶ ὅτι τούτῳ τὸ αὐτάρκες ἐκ πάντων ἔξω ἐστίν· ἕκαστον δὲ αὐτῶν δηλονότι ἐνδεές, καὶ ὅτι ἕκαστον τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς μετείληφε, καὶ μετέχει ἑνὸς οὐκ αὐτὸ ἕν. Τί οὖν τὸ οὗ μετέχει, ὃ ποιεῖ αὐτὸ καὶ εἶναι, καὶ ὅμοῦ τὰ πάντα; ἀλλ' εἰ ποιεῖ ἕκαστον εἶναι, καὶ τῇ ἑνὸς παρουσίᾳ αὐτάρκες τὸ πλῆθος αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς δηλονότι ποιητικὸν οὐσίας καὶ αὐταρκείας, ἐκεῖνο αὐτὸ οὐκ ὂν οὐσία, ἀλλ' ἐπέκεινα ταύτης, καὶ ἐπέκεινα αὐταρκείας· ἀρκεῖ οὖν ταῦτα λέγοντας ἀπαλλαχθῆναι· ἢ ἔτι ἡ ψυχὴ ὠδίνει καὶ μᾶλλον; Ἴσως οὖν χρὴ αὐτὴν ἤδη γεννῆσαι, ἅψασαν πρὸς αὐτὸ πληρωθεῖσαν ὠδίνων. Οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἐπαστέον, εἴ ποθέν τινα πρὸς τὴν ὠδῖνα ἐπῳδὴν εὕροιμεν. Τάχα δὲ καὶ ἐκ τῶν ἤδη λεχθέντων, εἰ πολλάκις τις ἐπάδοι, γένοιτο. Τίς οὖν ὥσπερ καινὴ ἐπῳδὴ ἄλλη; ἐπιθέουσα γὰρ πᾶσι τοῖς ἀληθέσι, καὶ ὧν μετέχομεν ἀληθῶν, ὅμως εἰσφεύγει [l. ἐκφεύγει], εἴ τις βούλοιτο εἰπεῖν καὶ διανοηθῆναι· ἐπείπερ δεῖ τὴν διάνοιαν, ἵνα τε εἴπῃ, ἄλλο καὶ ἄλλο λαβεῖν· οὕτω γὰρ καὶ διέξοδος. Ἐν δὲ πάντῃ ἁπλῷ διέξοδος τίς ἐστιν; ἀλλ' ἀρκεῖ κἂν νοερῶς ἐφάψασθαι· ἐφαψάμενον δὲ, ὅτε ἐφάπτεται, πάντῃ μηδὲν μήτε δύνασθαι μήτε σχολὴν ἄγειν λέγειν, ὕστερον δὲ περὶ

XVII. Quidnam igitur melius est vita sapientissima, quæ labi, quæ errare non potest? quid melius intellectu omnia complectente? et quid melius tota vita totaque mente? Si respondeamus, id melius esse, quod hæc effecit, et quomodo fecit: quodve nihilo ipso præstantius nobis occurrat, non procedet ad aliud rationis nostræ discursio, sed revolvetur ibidem. Verumtamen altius nobis progrediendum est, cum ob alia multa, tum etiam, quia sufficientia huic ex cunctis accumulata pendet extrinsecus, ubi profecto unumquodque in se est indigum: tum etiam, quia unumquodque ejusdem unius est particeps, participatque unius, utpote quod non sit ipsum unum. Quidnam igitur illud est, cujus hoc est particeps? quod quidem efficit, ut hoc sit, simulque sit cuncta. At enim si facit, ut unumquodque sit, uniusque præsentiâ multitudo sequentis hujus evadit sufficiens, ipsum videlicet est origo essentiæ omnis atque sufficientiæ: ipsum, inquam, essentia non exsistens, sed et hac sufficientia ipsa superius. Dic age, num satis hæc nobis faciant, liceatque jam quæstionibus finem imponere? An potius animus adhuc nobis quasi parturiens ultra vexetur? Et certe nunc vehementius stimulatur. Forsan igitur oportet animum jam nostrum parere ad ipsum ardentius concitatum, multisque quasi parturientis doloribus agitatum. Verumtamen nonnullis iterum quasi magorum carminibus præstat opitulari, si quem modo cantu inveniamus huic partui conferentem. Forsan vero ex his, quæ dicta sunt, si quis incantet sæpius, id denique consequemur. Sed quisnam alius quasi novus est cantus? Nempe cantus ipse supergrediens omnia vera, quorum ipsi participes sumus, aufugit protinus, si quis dicere excogitareque velit: siquidem necesse est cogitationem, ut aliquid dicat, aliud interim aliudque assumere: ubi certe in quadam discursione versatur. At in eo, quod simplex est omnino, nullus potest esse discursus: sufficit autem modo quodam intellectuali illud attingere: oportetque attingentem ipsum, dum attingit, omnino neque posse quicquam loqui, neque otium habere dicendi, sed posterius

αὐτοῦ συλλογίζεσθαι. Τότε δὲ χρὴ ἐωρακέναι πιστεύειν, ὅταν ἡ ψυχὴ ἐξαίφνης φῶς λάβῃ. Τοῦτο γὰρ, τοῦτο τὸ φῶς παρ' αὐτοῦ καὶ αὐτός· καὶ τότε χρὴ νομίζειν παρεῖναι, ὅταν ὥσπερ θεὸς ἄλλος, ὅταν εἰς οἶκον καλοῦντός τινος ἐλθὼν φωτίσῃ, ἢ μηδ' ἐλθὼν οὐκ ἐφώτισεν. Οὕτω τοι καὶ ψυχὴ ἀφώτιστος, ἄθεος ἐκείνου· φωτισθεῖσα δὲ ἔχει, ὃ ἐζήτει. Καὶ τοῦτο τὸ τέλος τὸ ἀληθινὸν ψυχῇ, ἐφάψασθαι φωτὸς ἐκείνου, καὶ αὐτῷ αὐτὸ θεάσασθαι, οὐκ ἄλλου φωτὶ, ἀλλ' αὐτὸ, δι' οὗ καὶ ὁρᾷ. Δι' οὗ γὰρ ἐφωτίσθη, τοῦτο ἐστὶν, ὃ δεῖ θεάσασθαι· οὐδὲ γὰρ ἥλιον διὰ φωτὸς ἄλλου. Πῶς ἂν οὖν τοῦτο γένοιτο; — ἄφελε πάντα.

de ipso ratiocinari. Credendum vero est, tunc demum nos vidisse illud, quando animus repente lumen acceperit. Hoc enim, hoc, inquam, lumen ab ipso bono manat, hoc est ipsum bonum. Tunc certe putandum est, id nobis adesse, quando tanquam deus alius invocantem aliquo domum intraus prorsus illuminat : alioquin nisi intraverit, non illuminat. Sic itaque anima vacua lumine est, et vacua deo : illuminata vero habet jam tota, quod mente petebat. Hic certe, hic finis est animo verus, lumen scilicet illius accipere, et ipsum ipso perspicere, non alterius, inquam, lumine contueri, sed per ipsummet aspicere, per quod et suspicit. Per quod enim illuminatus est, id ipsum est nobis perspiciendum. Neque enim solem per lumen alienum intueri solemus. Verum si quaeras, qua id ratione consequi possis, omnia prorsus e medio tolle.

οὕτω παρόντων, οὐχ ὡς ἄλλων ὄντων αὐτοῦ. Εἰ δ' ἡ πᾶσα ζωὴ τούτῳ, καὶ ζωὴ ἐναργὴς, καὶ τελεία πᾶσα ἐν τούτῳ ψυχὴ καὶ πᾶς νοῦς, καὶ οὐδὲν αὐτῷ οὔτε ζωῆς οὔτε νοῦ ἀποστατεῖ. Αὐτάρκης οὖν ἑαυτῷ, καὶ οὐδὲν ζητεῖ· εἰ δὲ μηδὲν ζητεῖ, ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ὃ ἐζήτησεν ἄν, εἰ μὴ παρῆν. Ἔχει οὖν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τοιοῦτον ὄν, ὃ δὴ ζωὴν καὶ νοῦν εἴπομεν, ἢ ἄλλο τι συμβεβηκὸς τούτοις. Ἀλλ' εἰ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, οὐδὲν ἂν εἴη ἐπέκεινα τούτων· εἰ δὲ ἔστιν ἐκεῖνο, δηλονότι ζωὴ πρὸς ἐκεῖνο τούτῳ ἐξημμένη ἐκείνου, καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχουσα ἐξ ἐκείνου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο ζῶσα· ἐκεῖνο γὰρ αὐτοῦ ἀρχή. Δεῖ τοίνυν ἐκεῖνο ζωῆς εἶναι κρεῖττον καὶ νοῦ· οὕτω γὰρ ἐπιστρέψει πρὸς ἐκεῖνο καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἐν αὐτῷ μίμημά τι τοῦ ἐν ἐκείνῳ ὄντος, καθ' ὃ τοῦτο ζῇ, καὶ τὸν νοῦν τὸν ἐν τούτῳ, μίμημά τι τοῦ ἐν ἐκείνῳ ὄντος, ὅ τι δήποτέ ἐστι τοῦτο.

dum : sic, inquam, præsentibus, ut ab ipso diversa non sint. Si igitur omnis huic adest vita, vita, inquam, vigens atque perspicua, jam perfecta omnis in hoc anima et mens universa, nihilque ipsi vel vitæ vel intelligentiæ deest. Est ergo sibi ipsi sufficiens, nihilque ultra desiderat. Si autem nihil exigit, in se jam possidet, quod quidem, nisi inesset, prorsus appeteret. Habet igitur in se ipso bonum, bonum, inquam, vel tale, qualem diximus vitam atque mentem, vel aliud quiddam his contingens. Verum si hoc sit ipsum bonum, nihil sane his superius erit : sin vero est super hæc ipsum bonum, profecto huic erit bonum, vita vergens ad illud et illi prorsus innitens indeque substantiam possidens, et ad illud sese prorsus intendens : illud namque ejus principium est. Oportet itaque illud vita menteque præstantius esse : nam ita demum ad ipsum convertetur vita in mente vigens, utpote quæ imitatio quædam sit ipsius, quod exstat in illo, secundum quod vivit et sequens. Convertetur et hujus intelligentia tanquam imitatio quædam ejus, quod exsistit in illo, quicquid hoc ipsum denique sit.

Nec essentia perfecta est, nisi in vita, nec vita perfecta, nisi in intellectu, nec intellectus perfectus, nisi in ipsa verorum omnium multitudine, pendente videlicet ab ipso bono.

Intellectus igitur multis indiget, ut sit absolutus : et ubi est absolutus, est multiplex : igitur pendet a superiore quodam per se sufficiente atque simplicissimo. Nec esse simpliciter appetitur, sed bene esse, nec vivere quomodocumque, sed bene : nec intelligere quomodolibet, sed bene, et bona, et ita, ut tibi sit profuturum : nec verum simpliciter exoptamus : non enim veram febrem, sed verum bonum. Ipsum ergo bonum horum omnium finis est atque principium. Finis vitæ nostræ est ipsum bonum videre per ipsum : sed quoniam hoc est stabilissimum atque simplicissimum, nec rationis discursu attingimus, nec actione intelligentiæ componente vel discernente, sed intuitu quodam subito atque simplici. Hujus autem fruitionis signum nobis est, quando præter solitum et nullo consueto ingenii machinamento influit nobis subito lumen, id est claritas læta, quæ est splendor quidam claritatis in se ipsa consistentis, quæ est ipse deus. Influit autem, quando illi dediti ipsius gratia auferimus omnia, id est, inclinationes circa omnia ab appetitu, imagines a phantasia, discursiones a ratione, intellectuales species et compositiones et discretiones ab intellectu. De his satis et Plato et nos in magna Platonis epistola.

ΙΖ'. Τί οὖν ἐστι κρεῖττον ζωῆς ἐμφρονεστάτης καὶ ἀπταίστου καὶ ἀναμαρτήτου, καὶ νοῦ πάντα ἔχοντος, καὶ ζωῆς πάσης, καὶ νοῦ παντός; Ἐὰν οὖν λέγωμεν, τὸ ποιῆσαν ταῦτα, καὶ πῶς ποιῆσαν, καὶ μὴ φανῇ τι κρεῖττον, οὐκ ἄπεισιν ὁ λογισμὸς ἐπ' ἄλλο, ἀλλὰ στήσεται αὐτοῦ. Ἀλλὰ δεῖ ἀναβῆναι διά τε ἄλλα πολλὰ, καὶ ὅτι τούτῳ τὸ αὐτάρκες ἐκ πάντων ἔξω ἐστίν· ἕκαστον δὲ αὐτῶν δηλονότι ἐνδεές, καὶ ὅτι ἕκαστον τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς μετείληφε, καὶ μετέχει ἑνὸς οὐκ αὐτὸ ἕν. Τί οὖν τὸ οὗ μετέχει, ὃ ποιεῖ αὐτὸ καὶ εἶναι, καὶ ὁμοῦ τὰ πάντα; ἀλλ' εἰ ποιεῖ ἕκαστον εἶναι, καὶ τῇ ἑνὸς παρουσίᾳ αὐτάρκες τὸ πλῆθος αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς δηλονότι ποιητικὸν οὐσίας καὶ αὐταρκείας, ἐκεῖνο αὐτὸ οὐκ ὂν οὐσία, ἀλλ' ἐπέκεινα ταύτης, καὶ ἐπέκεινα αὐταρκείας· ἀρκεῖ οὖν ταῦτα λέγοντας ἀπαλλαχθῆναι· ἢ ἔτι ἡ ψυχὴ ὠδίνει καὶ μᾶλλον; Ἴσως οὖν χρὴ αὐτὴν ἤδη γεννῆσαι, αἴξασαν πρὸς αὐτὸ πληρωθεῖσαν ὠδίνων. Οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἑπαστέον, εἴ ποθέν τινα πρὸς τὴν ὠδῖνα ἐπῳδὴν εὕροιμεν. Τάχα δὲ καὶ ἐκ τῶν ἤδη λεχθέντων, εἰ πολλάκις τις ἐπάδοι, γένοιτο. Τίς οὖν ὥσπερ καινὴ ἐπῳδὴ ἄλλη; ἐπιθέουσα γὰρ πᾶσι τοῖς ἀληθέσι, καὶ ὧν μετέχομεν ἀληθῶν, ὅμως εἰσφεύγει [l. ἐκφεύγει], εἴ τις βούλοιτο εἰπεῖν καὶ διανοηθῆναι· ἐπείπερ δεῖ τὴν διάνοιαν, ἵνα τε εἴπῃ, ἄλλο καὶ ἄλλο λαβεῖν· οὕτω γὰρ καὶ διέξοδος. Ἐν δὲ πάντῃ ἁπλῷ διέξοδος τίς ἐστιν; ἀλλ' ἀρκεῖ κἂν νοερῶς ἐφάψασθαι· ἐφαψάμενον δὲ, ὅτε ἐφάπτεται, πάντῃ μηδὲν μήτε δύνασθαι μήτε σχολὴν ἄγειν λέγειν, ὕστερον δὲ περὶ

XVII. Quidnam igitur melius est vita sapientissima, quæ labi, quæ errare non potest? quid melius intellectu omnia complectente? et quid melius tota vita totaque mente? Si respondeamus, id melius esse, quod hæc effecit, et quomodo fecit : quodve nihilo ipso præstantius nobis occurrat, non procedet ad aliud rationis nostræ discursio, sed revolvetur ibidem. Verumtamen altius nobis progrediendum est, cum ob alia multa, tum etiam, quia sufficientia huic ex cunctis accumulata pendet extrinsecus, ubi profecto unumquodque in se est indigum : tum etiam, quia unumquodque ejusdem unius est particeps, participatque unius, utpote quod non sit ipsum unum. Quidnam igitur illud est, cujus hoc est particeps? quod quidem efficit, ut hoc sit, simulque sit cuncta. At enim si facit, ut unumquodque sit, uniusque præsentiâ multitudo sequentis hujus evadit sufficiens, ipsum videlicet est origo essentiæ omnis atque sufficientiæ : ipsum, inquam, essentia non exsistens, sed et hac sufficientia ipsa superius. Dic age, num satis hæc nobis faciant, liceatque jam quæstionibus finem imponere? An potius animus adhuc nobis quasi parturiens ultra vexetur? Et certe nunc vehementius stimulatur. Forsan igitur oportet animum jam nostrum parere ad ipsum ardentius concitatum, multisque quasi parturientis doloribus agitatum. Verumtamen nonnullis iterum quasi magorum carminibus præstat opitulari, si quem modo cantu inveniamus huic partui conferentem. Forsan vero ex his, quæ dicta sunt, si quis incantet sæpius, id denique consequemur. Sed quisnam alius quasi novus est cantus? Nempe cantus ipse supergrediens omnia vera, quorum ipsi participes sumus, aufugit protinus, si quis dicere excogitareque velit : siquidem necesse est cogitationem, ut aliquid dicat, aliud interim aliudque assumere : ubi certe in quadam discursione versatur. At in eo, quod simplex est omnino, nullus potest esse discursus : sufficit autem modo quodam intellectuali illud attingere : oportetque attingentem ipsum, dum attingit, omnino neque posse quicquam loqui, neque otium habere dicendi, sed posterius

αὐτοῦ γε ὑποστάντων· ὅτι μὲν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ, ἀνάγκη. Δεῖ δὴ καὶ τιμιώτατον εἶναι τὸ γεννῶν τὰ ἑφεξῆς· δεῖ δὴ καὶ τιμιώτατον εἶναι τὸ γεννώμενον, καὶ δεύτερον ἐκείνου, τῶν ἄλλων ἄμεινον εἶναι.

que quicquam ab eis, quæ ab ipso fiunt. Quod enim quædam ab eo proxima sint, necessitas ipsa demonstrat: tum vero necessarium est, quod reliqua gignit, esse sequentium præstantissimum; et, quod proxime inde gignitur, secundumque obtinet locum, ceteris esse præstantius.

Intellectus pendet ab intelligibili ferme, sicut visus a visibili, ideo non est primum.

Tangit hic duplex intelligibile: unum conjugatum cum intellectu, alterum vero superius. Considera in oculo animalis, dei noctuque per se videntis, substantiam oculi valde lucidam, et ab ea virtutem videndi pendentem, quæ per se informis quidem est, formatur autem a substantia lucida conjugata sibi. Talem cogita intellectum etiam primum, etiam ubi se conspicit, perinde ac si oculus quidam lucidissimus digito quodammodo pressus se ipsum intuetur. Jam vero in intellectu primo sua ipsa substantialis unitas est ipsum intelligibile suum, unde pendet intelligendi virtus ad ipsum conversa, et inde formata. Virtus ejusmodi una cum conversione est indefinita duitas: sed definita per suum intelligibile evadit intellectus in actu et omniformis idea. Hinc quoque convertitur per suam unitatem ad ipsum simpliciter unum: quod etiam intelligibile præstantius nominatur: quod Plotinus hic non omnino privat cognitione, sed intellectuali duntaxat.

Β'. Εἰ μὲν οὖν αὐτὸ νοῦς ἦν τὸ γεννῶν, νοῦ ἐνδεέστερον, προσεχέστερον δὲ νῷ καὶ ὅμοιον δεῖ εἶναι. Ἐπεὶ δὲ ἐπέκεινα νοῦ τὸ γεννῶν, νοῦν εἶναι ἀνάγκη. Διὰ τί δὲ οὐ νοῦς, οὗ ἐνέργεια ἔστι νόησις; νόησις δὲ τὸ νοητὸν ὁρῶσα καὶ πρὸς τοῦτο ἐπιστραφεῖσα καὶ ἀπ' ἐκείνου οἷον ἀποτελουμένη καὶ τελειουμένη, ἀόριστος μὲν αὐτή, ὥσπερ ὄψις, ὁριζομένη δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ. Διὸ καὶ εἴρηται ἐκ τῆς ἀορίστου δυάδος καὶ τοῦ ἑνὸς τὰ εἴδη καὶ οἱ ἀριθμοί· τοῦτο γὰρ ὁ νοῦς. Διὸ οὐχ ἁπλοῦς, ἀλλὰ πολλά, σύνθεσίν τε ἐμφαίνων, νοητὴν μέντοι, καὶ πολλὰ ὁρῶν ἤδη. Ἔστι μὲν οὖν καὶ αὐτὸς νοητόν, ἀλλὰ καὶ νοῶν· διὸ δύο ἤδη. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τὸ μετ' αὐτὸ νοητόν. Ἀλλὰ πῶς ἀπὸ τοῦ νοητοῦ ὁ νοῦς οὗτος; τὸ νοητὸν ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, καὶ οὐκ ὂν ἐνδεές, ὥσπερ τὸ ὁρῶν καὶ τὸ νοοῦν· (ἐνδεὲς δὲ λέγω τὸ νοοῦν, ὡς πρὸς ἐκεῖνο·) οὐκ ἔστιν οἷον ἀναίσθητον, ἀλλ' ἔστιν αὐτοῦ πάντα, ἐν αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ, πάντῃ διακριτικὸν ἑαυτοῦ, ζωὴ ἐν αὐτῷ, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ, καὶ ἡ κατανόησις αὐτοῦ αὐτό, οἷον εἰ σὺν αἰσθήσει οὖσα ἐν στάσει ἀϊδίῳ καὶ νοήσει, ἑτέρως ἢ κατὰ τὴν νοῦ νόησιν. Εἴ τι οὖν μένοντος αὐτοῦ ἐν αὐτῷ γίγνεται, ἀπ' αὐτοῦ τοῦτο γίγνεται, ὅταν ἐκεῖνο μάλιστα ᾖ, ὅ ἐστι. Μένοντος οὖν αὐτοῦ ἐν τῷ οἰκείῳ ἤθει ἐξ αὐτοῦ μὲν τὸ γιγνόμενον γίγνεται, μένοντος δὲ γίγνεται. Ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνο μένει νοητόν, τὸ γιγνόμενον γίγνεται νόησις. Νόησις δὲ οὖσα καὶ νοοῦσα, ἀφ' οὗ ἐγένετο, (ἄλλο γὰρ οὐκ ἔχει,) νοῦς γίγνεται, ἄλλο οἷον νοητόν, καὶ οἷον ἐκεῖνο, καὶ μίμημα καὶ εἴδωλον ἐκείνου. Ἀλλὰ πῶς μένοντος ἐκείνου γίγνεται ἐνέργεια; ἡ μέν ἐστι τῆς οὐσίας, ἡ δ' ἐκ τῆς οὐσίας ἑκάστου· καὶ ἡ μὲν τῆς οὐσίας αὐτό ἐστιν ἐνέργεια ἕκαστον, ἡ δὲ ἀπ' ἐκείνης, ἣν δεῖ παντὶ ἕπεσθαι ἐξ ἀνάγκης, ἑτέραν οὖσαν αὐτοῦ· οἷον καὶ ἐπὶ τοῦ πυρὸς ἡ μέν τίς ἐστι συμπληροῦσα τὴν οὐσίαν θερμότης, ἡ δὲ ἀπ' ἐκείνης ἤδη γιγνομένη, ἐνεργοῦντος ἐκείνου τὴν σήμφυτον τῇ οὐσίᾳ ἐν τῷ μένειν πῦρ, οὕτω δὴ κἀκεῖ, καὶ πολὺ πρότερον, ἐκεῖ μένοντος αὐτοῦ ἐν τῷ οἰκείῳ ἤθει, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τελειότητος, καὶ συνούσης ἐνεργείας, ἡ γεννηθεῖσα ἐνέργεια ὑπόστασιν λαβοῦσα, ἅτε ἐκ μεγάλης δυνάμεως, μεγίστης μὲν οὖν ἁπασῶν, εἰς τὸ εἶναι καὶ οὐσίαν ἦλθεν. Ἐκεῖνο γὰρ ἐπέκεινα οὐσίας ἦν·

II. Si igitur, quod generat ipsum, intellectus esset, oporteret sane, quod inde primo gignitur, esse inferius intellectu, propinquius tamen atque similius. At quoniam, quod primo gignit, est intellectu superius, idcirco, quod primo gignitur, necessario est intellectus. Sed curnam primus ille genitor non est intellectus? quoniam intellectus ipsius actio intelligentia est, intelligentia, inquam, spectans intelligibile ad ipsumque conversa, et ab eo velut definita atque consummata, suapte quidem natura indefinita, tanquam visus, sed ab intelligibili definita. Quam ob rem, sicut traditum est, ex indefinita duitate atque uno species numerique gignuntur. Id autem est intellectus. Itaque non simplex est, sed multiplex, compositionem quandam præ se ferens, quamvis intelligibilem, multaque jam conspiciens. Jam vero et ipse est rursus intelligibile, sed et intelligens: ideoque jam est duo. Est et aliud præter hoc rursus intelligibile. Sed quonam pacto ab intelligibili intellectus hic pendet? Nempe intelligibile in se ipso consistens neque sic egenum, sicut esse solet, quod videt atque intelligit: egenum, inquam, quod intelligit, quantum ad intelligibile spectat: illud, inquam, in se quiescens non est quasi sensu vacuum, sed sunt ipsius omnia, et in eo et una cum eo, sui ipsius omnino discernendi compos. Item vita in se ipso cunctaque in eo, atque animadversio sui ipsummet exsistit, tanquam cum quodam sensu suique consensu in statu perpetuo et intelligentia quadam aliter se habente, quam intellectus ipsius intelligentia. Si quid igitur illo in se manente gignitur, id prorsus generatur ab illo, quando illud potissimum id ipsum, quod est, exsistit. Manente itaque illo in habitu proprio, ex ipso quidem, quod oritur, generatur: manente, inquam, gignitur. Quoniam igitur illud intelligibile permanet, ideo, quod fit, evadit intelligentia. Proinde, cum intelligentia sit, idque, a quo generetur, intelligat, (neque enim habet aliud,) nimirum fit intellectus tanquam intelligibile aliud, taleque quale illud exsistit, imitatio quædam et illius imago. Sed quonam modo fit illo manente? Actus sane alter quidem est essentiæ, alter autem ex ipsa uniuscujusque essentia pendens, et qui essentiæ ipsius actus est, ita se habet, ut unumquodque tale ipsum ipse actus exsistat. Actus autem ab essentia manans ille est, quem necessarium est ex unoquoque sequi differentem ab illo, a quo effluxit: quemadmodum et in igne altera quidem caliditas est ignis essentiam complectens, altera vero ab ipsa proceleris, exercente interim igne calorem essentiæ insitum, quatenus permanet ignis. Sic ergo illic multoque prius, manente quidem illo in habitu proprio, ex ipsa sibi insita perfectione et comitante intrinsecus actu, prodit actus genitus accipiens subsistentiam, utpote qui ex ingenti nascitur potestate: nempe ex potestate potentiarum omnium maxima in esse essentiamque processit. Illud namque superius est, quam essentia, omniumque potestas exsistit. hoc au-

καὶ ἐκεῖνο μὲν δύναμις πάντων, τὸ δὲ ἤδη τὰ πάντα. Εἰ δὲ τοῦτο τὰ πάντα, ἐκεῖνο ἐπέκεινα τῶν πάντων· ἐπέκεινα ἄρα οὐσίας· καὶ εἰ τὰ πάντα, πρὸ δὲ πάντων τὸ ἕν, οὐ τὸ ἴσον ἔχον τοῖς πᾶσι, καὶ ταύτῃ δεῖ ἐπέκεινα εἶναι τῆς οὐσίας, τοῦτο δὲ καὶ νοῦ· ἐπέκεινα ἄρα τι νοῦ. Τὸ γὰρ ὂν οὐ νεκρὸν, οὐδὲ οὐ ζωὴ, οὐδὲ οὐ νοοῦν, νοῦς δὴ καὶ ὂν ταὐτόν· οὐ γὰρ τῶν πραγμάτων ὁ νοῦς, ὥσπερ ἡ αἴσθησις τῶν αἰσθητῶν προόντων, ἀλλ' αὐτὸς νοῦς τὰ πράγματα, εἴπερ μὴ εἴδη αὐτῶν κομίζεται. Πόθεν γάρ; ἀλλ' ἐνταῦθα μετὰ τῶν πραγμάτων καὶ ταὐτὸν αὐτοῖς καὶ ἕν· καὶ ἡ ἐπιστολὴ [ἐξ ἐπιπολῆς?], μηδὲ τῶν ἄνευ ὕλης τὰ πράγματα.

tem jam est omnia. Si autem hoc est omnia, nimirum illud est super omnia : igitur et super essentiam exstat. Atqui si hoc, inquam, est omnia, ante omnia vero exsistit unum, non æqualem una cum omnibus admittens conditionem ; hac quoque ratione necessarium est, illud essentia superius esse, id est, mente superius : aliquid igitur est antiquius intellectu. Ipsum namque ens non est quasi quiddam mortuum, neque velut vita intelligentiaque orbatum : ideoque intellectus et ens est idem : neque enim, sicut sensus se habet ad sensibilia, tanquam ad præcedentia quædam, sic se habet ad res ipsas intelligendas intellectus, tanquam similiter præcedentes : imo vero ipse intellectus ipse res exsistit, si quidem species rerum intelligendo non haurit. Unde enim has hauriat? Sed una cum rebus ipsis prodit, idemque est una cum ipsis et unum, atque vicissim [*corr.* nimirum *s.* manifesto] neque res ipsæ quidem intelligibiles omnino sunt absque materia scilicet sua, id est intellectu.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ Ε.

ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΞΩ ΤΟΥ ΝΟΥ ΤΑ ΝΟΗΤΑ· ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ.

(619,620.)

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER V.

QUOD INTELLIGIBILIA NON SUNT EXTRA INTELLECTUM : ITEM DE IPSO BONO.

[963—964.

Sicut sensus, qui est cognitio infima, prospicit solum extima : sic intellectus, qui est cognitio summa, inspicit tantum intima. Sicut ergo in sensu sunt tantum imagines rerum, quæ sentiuntur, sic in intellectu sunt res ipsæ, quas intelligit : alioqui si a rebus intelligendis sit imagines accepturus, neque res ipsas adæquabit cognitione facta per imagines rebus ipsis valde deteriores, neque certus erit, sincerum de rebus se habere judicium : quandoquidem imagines in naturam suscipientis translatæ non meram afferunt objecti naturam. Super rationem discurrentem positus intellectus stabiliter agens præsentia pro arbitrio habet objecta. Intus itaque possidet, nec solum principia quædam artium atque rerum, sed etiam in principiis, quæcunque necessario inde sequuntur. Neque putare debes, ipsa intelligibilia esse propositiones et quasi dictiones quasdam, sed rationes et formas essentiales : neque esse spectacula quædam inter se disjuncta, sed formas in una quadam immateriali forma : quemadmodum formæ sensibiles cunctæ in eadem informi materia denique formas intelligibiles multo magis unitas esse cum intellectu : quam sensibiles cum materia : et cœlestes cum substantia cæli. Esse vero rerum formas naturaliter animis nostris infusas, in Theologia latius disputamus.

Α'. Τὸν νοῦν, τὸν ἀληθῆ νοῦν καὶ ὄντως, ἆρ' ἄν τις φαίη ψεύσεσθαί ποτε, καὶ μὴ τὰ ὄντα δοξάσειν; οὐδαμῶς. Πῶς γὰρ ἂν ἔτι νοῦς ἀνοηταίνων εἴη; Δεῖ ἄρα αὐτὸν ἀεὶ εἰδέναι, καὶ μηδ' ἂν ἐπιλαθέσθαι ποτὲ, τὴν δὲ εἴδησιν αὐτῷ μήτε εἰκάζοντι εἶναι, μήτε ἀμφίβολον, μηδ' αὖ παρ' ἄλλου, οἷον ἀκούσαντι. Οὐ τοίνυν οὐδὲ δι' ἀποδείξεως. καὶ γὰρ εἴ τινά τις φαίη δι' ἀποδείξεως, ἀλλ' οὖν αὐτόθεν αὐτῷ ἐναργῆ τι εἶναι, καίτοι ὁ λόγος φησὶ πάντα. Πῶς γὰρ καὶ διοριεῖ τις τά τε αὐτόθεν, τὰ τε μή; ἀλλ' οὖν, ἃ συγχωροῦσιν αὐτόθεν, πόθεν φήσουσι τούτων τὸ ἐναργὲς αὐτῷ παρεῖναι; πόθεν αὐτῷ πίστιν, ὅτι οὕτως ἔχει, παρέξεται; ἐπεὶ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, ἃ δὴ δοκεῖ πίστιν ἔχειν ἐναργεστάτην, ἀπιστεῖται μή ποτε οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς πάθεσιν ἔχῃ τὴν δοκοῦσαν ὑπόστασιν, καὶ νοῦ δεῖ ἡ διανοίας τῶν κρινόντων· ἐπεὶ καὶ συγκεχωρημένου ἐν τοῖς ὑποκειμένοις εἶναι αἰσθητοῖς, ὧν ἀντίληψιν ἡ αἴσθησις ποιήσεται, τό γε γιγνωσκόμενον δι' αἰσθήσεως τοῦ πράγματος εἴδωλόν ἐστι, καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἡ αἴσθησις λαμβάνει· μένει γὰρ ἐκεῖνο ἔξω· ὁ δὴ νοῦς γιγνώσκων, καὶ τὰ νοητὰ γιγνώσκων, εἰ μὲν ἕτερα ὄντα γιγνώσκει, πῶς μὲν ἂν συντύχοι αὐτοῖς; ἐνδέχεται γὰρ μὴ, ὥστε ἐνδέξεται μὴ γινώσκειν, ἢ τότε, ὅτε συνέτυχε, καὶ οὐκ ἀεὶ ἕξει τὴν γνῶσιν. Εἰ δὲ συνεζεῦχθαι φήσουσι, τί τὸ συνεζεῦχθαι τοῦτο; ἔπειτα καὶ αἱ νοήσεις τύποι ἔσονται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἐπακτοὶ καὶ πληγαί. Πῶς δὲ καὶ τυπώσεται, ἢ τίς τῶν τοιούτων ἡ μορφή; καὶ ἡ νόησις τοῦ ἔξω, ὥσπερ καὶ ἡ αἴσθησις. Καὶ τί διοίσει; ἢ τῷ σμικροτέρων ἀντιλαμβάνεσθαι; πῶς δὲ καὶ γνώσεται, ὅτι ἀντελάβετο ὄντως; πῶς δὲ, ὅτι ἀγαθὸν τοῦτο, ἢ ὅτι καλὸν, ἢ δίκαιον; ἕκαστον γὰρ τούτων ἄλλο αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ αἱ τῆς κρίσεως ἀρχαί, αἷς πιστεύσει, ἀλλὰ καὶ αὗται ἔξω, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐκεῖ· εἶτα κἀκεῖνα ἀναίσθητα,

I. An fore quenquam putamus, qui mentem veram veque exsistentem existimet aliquando mentituram, resque re vera non exsistentes opinaturam? Certe neminem. Qua enim ratione mens illa foret, si quando (ut ita dixerim) dementiret? Oportet igitur eam semper cognoscere, neque hanc, tanquam obliviosam, aliquando quicquam latere cognitionem vero huic inesse non tanquam imaginanti, vel ambigenti, vel rursus tanquam ab alio mutuanti. Non igitur quasi per demonstrationem quandam perpendere debet. Nam etsi quem quis nonnulla per demonstrationem comparare concesserit, idem tamen non negabit aliquid interea menti per se notum esse, tametsi ratio vera dictat, huic omnia suapte natura esse perspecta. Jam vero quærendum est, quo pacto quispiam distinguere possit : quænam sint, quæ per se naturaliter ei nota sint, quæ vero quæsita. Item quo concedent aliqui menti per se cognita esse, undenam dicent horum certitudinem adesse menti? undenam mens ejusmodi perspicue hinc credere poterit, ita potissimum se habere? quoniam et circa illa, quæ sensibus offeruntur, quorum fides certior esse videtur, dubitari solet, ne forte non tam in subjectis rebus, quam in passionibus quibusdam naturam habeant apparentem : ubi certe mentis judicium vel saltem cogitationis exigitur. Nam et si forte concedatur naturas eorum, quæ sentiuntur, rebus subjectis inesse, quas percepit sensus, quod tamen cognitum est per sensum, imago quædam rei est, neque rem ipsam sensus apprehendit : foris enim res ipsa manet. Intellectus autem cognoscens, et intelligibilia ipsa cognoscens, si hæc tanquam alia quædam præter ipsum exsistentia novit quonam pacto in hæc incidit? Fieri enim potest, ut in ea non incidat, ideoque, ut non cognoscat, incidere potest : vel forsan tunc demum, quando incidit, statim novit, neque sic quidem notitiam semper habebit. Proinde, si quis forte dixerint, intelligibilia esse intellectui conjugata, rei quum erit quærere, quidnam id conjugium sibi velit. Præterea ipsæ intelligentiæ figuræ quædam erunt quod quidem si ita sit, erunt et adventitiæ et pulsationes quædam. Quo autem modo figurabitur intellectus? aut quæ potissimum talium erit forma? Intelligentia denique, sicut et sensus, erit perceptio externorum. Quo igitur duo hæc inter se discrepabunt? An forte in eo, quod horum alterum minora percipiat? Item quonam modo intellectus agnoscet, re vera se aliquid percepisse? quove pacto judicare poterit, hoc esse bonum, aut pulchrum, aut justum? Horum enim quodlibet erit ab ipso diversum, neque in ipso erunt ipsa judicandi principia, quibus credat, sed haud quoque extra erunt, et veritas erit ibidem. Rursus in

καὶ ἄμοιρα ζωῆς καὶ νοῦ, ἢ νοῦν ἔχει. Καὶ εἰ νοῦν ἔχει, ἅμα ἐνταῦθα ἅμφω, καὶ τὸ ἀληθὲς ὡδὶ, καὶ ὁ πρῶτος νοῦς οὗτος· καὶ ἐπὶ τούτου ζητήσομεν, πῶς ἔχει ἡ ἐνταῦθα ἀλήθεια, καὶ τὸ νοητὸν καὶ ὁ νοῦς, εἰ ἐν τῷ αὐτῷ μὲν καὶ ἅμα, δύο δὲ καὶ ἕτερα, ἢ πῶς; εἰ δ' ἀνόητα καὶ ἄνευ ζωῆς, τί ὄντα; οὐ γὰρ δὴ προτάσεις, οὐδὲ ἀξιώματα, οὐδὲ λεκτά· ἤδη γὰρ ἂν καὶ αὐτὰ περὶ ἑτέρων λέγοι, καὶ οὐκ αὐτὰ ὄντα εἴη, οἷον τὸ δίκαιον καλὸν, ἄλλου τοῦ δικαίου καὶ τοῦ καλοῦ ὄντος. Εἰ δ' ἁπλᾶ φήσουσι, δίκαιον χωρὶς καὶ καλὸν, πρῶτον μὲν, οὐχ ἓν τι αὐτ' ἐν ἑνὶ τὸ νοητὸν ἔσται, ἀλλὰ διεσπασμένον ἕκαστον. Καὶ ποῦ καὶ κατὰ τίνας διέσπασται τόπους; πῶς δὲ αὐτοῖς συντεύξεται ὁ νοῦς περιθέων; πῶς δὲ μενεῖ; ἢ ἐν τῷ αὐτῷ πῶς μενεῖ; τίνα δ' ὅλως μορφὴν ἢ τύπον ἕξει; εἰ μὴ ὥσπερ ἀγάλματα ἐγκείμενα χρυσᾶ, ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης ὑπό τινος πλάστου ἢ γραφέως πεποιημένα. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, ὁ θεωρῶν νοῦς αἴσθησις ἔσται. Διὰ τί δὲ τὸ μέν ἐστι τῶν τοιούτων δικαιοσύνη, τὸ δ' ἄλλο τι; μέγιστον δὲ πάντων ἐκεῖνο· εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα δοίη τις ταῦτα ἕξω εἶναι, καὶ τὸν νοῦν αὐτὰ οὕτως ἔχοντα θεωρεῖν, ἀναγκαῖον αὐτῷ, μήτε τὸ ἀληθὲς αὐτῶν ἔχειν, διεψεῦσθαί τε ἐν ἅπασιν, οἷς θεωρεῖ. Τὰ μὲν γὰρ ἀληθινὰ ἂν εἴη ἐκεῖνα· θεωρήσει τοίνυν αὐτὰ, οὐκ ἔχων αὐτὰ, εἴδωλα δὲ αὐτῶν ἐν τῇ γνῶσει τῇ τοιαύτῃ λαβών. Τὸ τοίνυν ἀληθινὸν οὐκ ἔχων, εἴδωλα δὲ τοῦ ἀληθοῦς παρ' αὑτῷ λαβὼν, τὰ ψευδῆ ἕξει, καὶ οὐδὲν ἀληθές. Εἰ μὲν οὖν εἰδήσει ὅτι τὰ ψευδῆ ἔχει, μολογήσει ἄμοιρος ἀληθείας εἶναι· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἀγνοήσει, καὶ οἰήσεται τὸ ἀληθὲς ἔχειν οὐκ ἔχων, διπλάσιον ἐν αὐτῷ τὸ ψεῦδος γενόμενον πολὺ τῆς ἀληθείας αὐτὸν ἀποστήσει. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν, οἶμαι, οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, ἀλλὰ δόξα, ὅτι παραδεχομένη, καὶ διὰ τοῦτο δόξα οὖσα, ἄλλο παραδέχεται, ἄλλου ὄντος ἐκείνου, ἐξ οὗ τοῦτο, ὃ παραδέχεται, ἔχει. Εἰ οὖν μὴ ἀλήθεια ἐν τῷ νῷ, οὗτος μὲν ὁ τοιοῦτος νοῦς, οὔτε ἀλήθεια ἔσται, οὔτε ἀληθείᾳ νοῦς· οὔτε ὅλως νοῦς ἔσται· ἀλλ' οὐδὲ ἄλλοθί που ἡ ἀλήθεια ἔσται.

telligibilia ipsa vel sensu, vita et intellectu carent, vel intellectum habent. Si intellectum habent, in eis pariter erunt ambo, et ipsum verum hic exsistet, primusque erit hic intellectus. Atqui et de hoc ipso quæremus, quanam conditione hic se veritas habeat, et intelligibile ipsum et intellectus : numquid in eodem atque simul, duo autem atque diversa, an alio quodam pacto? Sic autem ipsa intelligibilia intellectu vitaque careant, quidnam sint, inquiremus. Neque enim propositiones quædam sunt, neque regulæ, quæ dignitates appellantur, neque velut dictiones, quæ proferantur : sic enim hæc de aliis quidem dicent aliquid, neque ipsæ res erunt : velut si dicant, quod justum est, esse pulchrum, cum aliud quiddam sit justum ipsum atque pulchrum. Sin autem simplicia hæc esse dixerint, justum ipsum seorsum atque pulchrum, primo quidem intelligibile neque unum quiddam erit, neque erit in uno, sed unumquodque ab aliis segregatum. Ubi certe quærendum erit, ubinam sint, et per quæ loca potissimum seorsum disposita sint : deinde quonam modo intellectus passim circumcurrens, hæc reperiet vel inveniet : et quo pacto manebit in eis : item quomodo in eodem perseverabit : præterea quam formam omnino figuramque habebunt? Nisi forte velut imagines quædam sitæ sint aureæ, vel ex alia quadam materia a fictore quodam vel pictore compositæ. Verum si hoc ita se habeat, mens talia contuens erit sensus. Proinde, quanam ratione inter hæc hoc quidem est justitia, illud vero potius aliud quiddam? Illud denique omnium validissimum est : nempe, si quis prorsus admiserit, hæc extrinsecus esse, mentemque ea sic se habentia contemplari, necessario sequitur, mentem veritatem horum non possidere, sed in singulis contemplandis falli atque mentiri. Vere namque res erunt externæ : prospiciet ergo eas, neque ipsas habebit, sed earum imagines in cognitione ejusmodi possidebit. Cum igitur verum ipsum non habeat, sed veri quasdam imagines penes se teneat; nimirum non accumulabit vera, sed falsa potius reportabit. Si ergo cognoscat, se falsa duntaxat habere, procul dubio confitebitur, se esse veritatis expertem : sin autem et hoc ignoret, cumque particeps veri non sit, esse tamen se veri compotem opinetur, mendacio jam duplo falletur, longissimeque a veritate distabit : ob hoc enim (ut arbitror) et in sensibus non est veritas, sed opinio : quoniam conditio sensus in accipiendo versatur [unde opinio, *doxa*, Græce ab accipiendo nomen accepit] : ideoque præter se aliud accipit, cum aliud sit et illud, a quo possidet, quod accepit. Si igitur veritas in mente non sit, mens quidem hæc talis neque veritas erit, neque re vera mens, neque omnino mens erit : imo vero neque usquam alibi veritas habitabit.

Objecta intellectus non sunt imagines rerum vel imaginamenta quædam, sed vere res exsistunt; quippe cum etiam objecta sensus sint res quædam.

Quo enim intellectus præstantior et verior est, quam sensus, eo intellectus objecta præstantiora verioraque sunt, quam sensus objecta, ut Plotinus ait. Sunt autem intelligibilia in ipsa intellectus essentia, siquidem non quærit argumentando, neque vagatur extra, sed intro convertitur et stabiliter intuetur, quasi possidens : et ipsam uniuscujusque substantiam penetrat et definit. At vero per imagines rerum non posset aliud, quam qualitates et externa, conjicere.

Β'. Οὐ τοίνυν δεῖ οὔτε ἔξω τὰ νοητὰ ζητεῖν, οὔτε τύπους ἐν τῷ νῷ τῶν ὄντων λέγειν εἶναι, οὔτε τῆς ἀληθείας ἀποστεροῦντας αὐτὸν, ἀγνωσίαν τε τῶν νοητῶν ποιεῖν καὶ ἀνυπαρξίαν, καὶ ἔτι αὐτὸν τὸν νοῦν ἀναιρεῖν. Ἀλλ', εἴπερ καὶ γνῶσιν δεῖ καὶ ἀλήθειαν παρέχειν, καὶ τὰ ὄντα τηρεῖν, καὶ γνῶσιν τοῦ τί ἕκαστόν ἐστιν, ἀλλὰ μὴ τοῦ ποιόν τι ἕκαστον, ἅτε εἴδωλον αὐτῶν καὶ ἴχνος ἔχοντας, ἀλλὰ μὴ αὐτὰ ἔχοντας καὶ ὄντας, καὶ συγκραθέντα, αὐτοῖς, τῷ ἀληθινῷ νῷ τῶν τὰ πάντα. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ εἰδείη, καὶ ἀληθι-

II. Igitur neque extra intellectum perquirere decet intelligenda, neque fateri, menti rerum figuras inesse, neque eam veritate privare, dum videlicet et hanc intelligibilia ipsa nescire, et ipsa, quæ offeruntur intelligenda, concedimus in rerum ordine non exsistere, atque ita mentem ipsam e medio tollimus. Sed necessarium est, omnia veræ menti tribuere, si modo oportet cognitionem veritatemque inducere, entiaque ipsa servare, et notitiam illam, qua, quid sit unumquodque, cognoscitur, neque illi notitiæ acquiescere, quæ, quale unumquodque sit, duntaxat apprehendit, quando scilicet solum rei cognoscendæ simulacrum vestigiumque habemus, neque tenemus ipsam, neque habitamus una, neque cum ea conspiramus in unum. Nam illa quidem ratione mens cognoscet, et re vera cogno-

νῶς εἰδείη, καὶ οὐδ' ἂν ἐπιλάθοιτο, οὐδ' ἂν περιέλθοι ζητῶν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐν αὐτῷ καὶ ἔδρα ἔσται τοῖς οὖσι, καὶ ζήσεται καὶ νοήσει. Ἃ δὴ πάντα περὶ τὴν μακαριωτάτην φύσιν δεῖ ὑπάρχειν· ἢ ποῦ τὸ τίμιον καὶ σεμνὸν ἔσται; καὶ γὰρ αὖ οὕτως οὐδ' ἀποδείξεως δεῖ, οὐδὲ πίστεως, ὅτι οὕτως· αὐτὸς γὰρ οὕτως, καὶ ἐναργὴς αὐτὸς αὑτῷ, καὶ εἴ τι πρὸ αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἴ τι μετ' ἐκεῖνο, ὅτι αὐτὸς, καὶ οὐδεὶς πιστότερος αὐτῷ περὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἐκεῖ τοῦτο, καὶ ὄντως. Ὥστε καὶ ἡ ὄντως ἀλήθεια οὐ συμφωνοῦσα ἄλλῳ, ἀλλ' ἑαυτῇ, καὶ οὐδὲν παρ' αὐτὴν ἄλλο λέγει, καὶ ἔστι, καὶ ὅ ἐστι, τοῦτο καὶ λέγει. Τίς ἂν οὖν ἐλέγξειε; καὶ πόθεν οἴσει τὸν ἔλεγχον; εἰς γὰρ ταὐτὸν ὁ φερόμενος ἔλεγχος τῷ προειπόντι, κἂν κομίσῃ ὡς ἄλλο, φέρεται εἰς τὸν ἐξ ἀρχῆς εἰπόντα, καὶ ἕν ἐστιν· οὐ γὰρ ἄλλο, ἀληθέστερον ἂν εὕροι τοῦ ἀληθοῦς.

scet, neque quicquam latebit eam, neque unquam obliviscetur, neque passim indagando vagabitur : sed erit in ea veritas sedesque rerum, vivetque atque intelliget. Quæ quidem omnia beatissimæ naturæ oportet inesse : alioquin ubinam honorandum quicquam erit et venerandum? Tum vero hac ratione neque indigebit demonstratione, neque fide sic esse persuasura. Ipse namque intellectus est, qui sic omnino se habet : ipse sibimet prorsus est manifestus et si quid ante ipsum similiter est compertum, quod ipse sit ab illo : item, si quid est post illud, quod ipse sit hoc ipsum, nullusque ipsi quam ipsemet fide sit dignior, et profecto exploratum habet, hoc ibi esse vereque existere. Re vera igitur illic ipsa veritas habitat, non alteri cuiquam, sed sibimet consonans, neque, præter se, aliud quicquam dicit atque exsistit : et quod exsistit, id prorsus et dicit. Quisnam igitur redarguere poterit? et undenam redargutionem inferet? Nempe argumentum, quod adducetur, revolvetur eodem, quo et prior argumentator. Et quamvis inferatur velut diversum, referetur tamen ad argumentatoris primi propositum, unumque erit omnino nihil enim potest veritate verius inveniri.

Sicut lux intima solis effundit circa se lumen, radiis innumeris virtutibusque refertum, ita principium omnium omniformes penes se procreat intellectum, hic animam similiter omniformem.

Illud antiqui Cælium [s. Cælum, Uranum] nominaverunt, hunc vero Saturnum, hanc denique Jovem. Omnes intellectuales animæ per intellectum suum ad intellectum divinum ascendere quandoque possunt. Possunt quinetiam atque debent, tum per unitatem suam, tum etiam per divinum intellectum ad principium omnium quandoque progredi.

Γ'. Μία τοίνυν φύσις αὕτη ἡμῖν, νοῦς, τὰ ὄντα πάντα, ἡ ἀλήθεια· ἢ δὲ θεός τις μέγας· μᾶλλον δὲ οὐ τὶς, ἀλλὰ πᾶς ἀξιοῖ ταῦτα εἶναι. Καὶ θεὸς αὕτη ἡ φύσις, καὶ θεὸς δεύτερος προφαίνων ἑαυτὸν, πρὶν ὁρᾶν ἐκεῖνον· ὁ δὲ ὑπερκάθηται καὶ ὑπερίδρυται ἐπὶ καλῆς οὕτως οἷον κρηπῖδος, ἢ ἐξ αὐτοῦ ἐξήρτηται. Ἔδει γὰρ ἐκεῖνον βαίνοντα μὴ ἐπ' ἀψύχου τινὸς, μηδ' αὖ ἐπὶ ψυχῆς εὐθὺς βεβηκέναι, ἀλλ' εἶναι αὐτῷ κάλλος ἀμήχανον πρὸ αὐτοῦ προϊὸν, οἷον πρὸ μεγάλου βασιλέως. Πρόσεισι μὲν πρῶτα ἐν ταῖς προόδοις τὰ ἐλάττω, ἀεὶ δὲ τὰ μείζω καὶ τὰ σεμνότερα ἐπ' αὐτοῖς, καὶ τὰ περὶ βασιλέα ἤδη μᾶλλον βασιλικώτερα, εἶτα τὰ μετ' αὐτὸν τίμια. Ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις βασιλεὺς προφαίνεται ἐξαίφνης αὐτὸς ὁ μέγας, οἱ δ' εὔχονται καὶ προσκυνοῦσιν, ὅσοι μὴ προαπῆλθον, ἀρκεσθέντες τοῖς πρὸ τοῦ βασιλέως ὀφθεῖσιν. Ἐκεῖ μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ἄλλος, οἵ τε πρὸ αὐτοῦ προϊόντες, ἄλλοι αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἐκεῖ βασιλεὺς οὐκ ἀλλοτρίων ἄρχων, ἀλλ' ἔχων τὴν δικαιοτάτην καὶ φύσει ἀρχὴν καὶ τὴν ἀληθῆ βασιλείαν, ἅτε τῆς ἀληθείας βασιλεύς, καὶ ὢν κατὰ φύσιν κύριος τοῦ αὐτοῦ ἀθρόου γεννήματος καὶ θείου συντάγματος· βασιλεὺς βασιλέως καὶ βασιλέων, καὶ πατὴρ δικαιότερον ἂν κληθεὶς θεῶν, ὃν ὁ Ζεὺς καὶ ταύτῃ ἐμιμήσατο, τὴν τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς οὐκ ἀνασχόμενος θεωρίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ προπάτορος οἷον ἐνέργειαν εἰς ὑπόστασιν οὐσίας.

III. Una igitur hæc natura, intellectus, est entia cuncta est et veritas : est et magnus quidam deus, imo vero non aliquis deus, sed omnis : nec indigne existimat se hæc omnia esse. Natura igitur hæc est deus : deus, inquam, secundus, se ipsum præferens indagantibus, antequam superiorem illum intueantur : nempe superior ille eminentius sedet in præclaro hoc ejus solio ab ipso pendente. Decebat enim illum non in curru quodam inanimato, neque rursus in anima statim incedentem nobis occurrere, sed pulchritudinem quandam inæstimabilem ante conspectum ejus mirabiliter præfulgere, quemadmodum ante magni regis aspectum. Sic enim natura comparatum est, ut ad illum progredientibus minora prius occurrant, et majora deinceps præstantioraque gradatim se ultra procedentibus offerant, et, quæ circa regem adstant, magis regia sint, deincepsque simili quodam ordine reliqua (honorata). Post hæc autem omnia magnus ille rex subito fulget : reliqui vero regem ipsum supplices venerantur, quotcunque videlicet non prius inde retrogressi sunt, quam ad ultimum usque progressi, sicut illi solent, quibus, quæ coram rex præfulgent, satisfactura putantur. Illic igitur rex alios imperat, et, qui coram ipso deinceps occurrunt, alii præfecto sunt, quam ille. Veruntamen rex ille supernus non tanquam alienis imperat, sed justissimum naturaleque habet imperium, habet et regnum verum : quippe cum ipse sit rex veritatis, atque suapte natura sit unitus simul fetus sui, divinique collegii dominus : rex certe regis atque regum, atqui et pater deorum justiori nomine nuncupatus. Quem quidem Jupiter hac quoque ratione imitatus est, quod patris sui contemplationi non pertinaci acquievit, sed ultra processit ad avum, velut ad illius actum in ipsam (ut ita dixerim) essentiæ subsistentiam.

Principium omnium, quod propter inæstimabilem simplicitatem eminentiamque ipsum unum cognominatur, neque ullum in se æstimabilem habet numerum, neque cum rebus in aliquo convenit.

Si qua enim conditio sit huic cum re ulla communis, duo sequentur absurda. Primum, quod hoc erit ex communi conditione et sua quadam proprietate compositum. Secundum, quod hæc ipsa natura communis, tanquam simplicior universalisque erit ipso superior. Præterea nec numerum in se habet essentialem, qualem Plotinus excogitat in essentia prima, videlicet multitudinem rationum formalium absolute inter se distinctarum etiam absque intelligentiæ actu. Nec numerum habet in se in quantitatis genere comprehensum : numerum pertinentem ad quantitatem, qui constat ex unitatibus, reducit ad ipsam

unum proprium principium quantitatis, numero quovis excelsius. Numerum quoque formarum essentialium ad unum similiter reducit essentiale : hoc demum ad ipsum simpliciter unum.

Δ'. Ὅτι μὲν οὖν δεῖ τὴν ἀγαγωγὴν ποιήσασθαι εἰς ἓν, καὶ ἀληθῶς ἕν, ἀλλὰ μὴ ὥσπερ τὰ ἄλλα ἕν, ἃ πολλὰ ὄντα μετοχῇ ἑνὸς ἕν· δεῖ δὲ τὸ μὴ μετοχῇ ἓν λαβεῖν, μηδὲ τὸ οὐ μᾶλλον ἕν, ἢ πολλά· καὶ ὅτι ὁ μὲν νοητὸς κόσμος καὶ ὁ νοῦς μᾶλλον ἓν τῶν ἄλλων, καὶ οὐδὲν ἐγγυτέρω αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς, οὐ μὴν τὸ καθαρῶς ἕν, εἴρηται. Τί δὲ τὸ καθαρῶς ἓν καὶ ὄντως καὶ οὐ κατ' ἄλλο, νῦν θεάσασθαι ποθοῦμεν εἴ πῃ δυνατόν. Χρὴ τοίνυν ἐνταῦθα ἆξαι πρὸς ἓν, καὶ μηδὲν αὐτῷ ἔτι προσθεῖναι, ἀλλὰ στῆναι παντελῶς, δεδιότα αὐτοῦ ἀποστατῆσαι μηδὲ τοὐλάχιστον, μηδὲ εἰς δύο προελθεῖν. Εἰ δὲ μὴ, ἴσχες δύο, οὐκ ἐν οἷς τὸ ἓν, ἀλλ' ἄμφω ὕστερα. Οὐ γὰρ θέλει μετ' ἄλλου, οὔτε ἑνὸς, οὔτε ὁποσουοῦν συναριθμεῖσθαι, οὐδ' ὅλως ἀριθμεῖσθαι· μέτρον γὰρ αὐτὸ, καὶ οὐ μετρούμενον, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ οὐκ ἴσον, ἵνα τὸν αὐτοῖς ᾖ· εἰ δὲ μὴ, κοινόν τι ἔσται ἐπ' αὐτοῦ καὶ τῶν συναριθμουμένων· κἀκεῖνο πρὸ αὐτοῦ, δεῖ δὲ μηδέν· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὁ οὐσιώδης ἀριθμὸς κατ' αὐτοῦ, οὐ δέ γε ὁ ὕστερος τούτου, ὁ τοῦ ποσοῦ· οὐσιώδης μὲν ὁ τῷ νοεῖν τὸ εἶναι ἀεὶ παρέχων· τοῦ δὲ ποσοῦ, ὁ τὸ τοσὸν μετ' ἄλλων, ἢ ὅ τι μὴ μετ' ἄλλων, εἴπερ ἀριθμὸς τοῦτο. Ἐπεὶ καὶ ἡ ἐν τοῖς τοῦ ποσοῦ ἀριθμοῦ πρὸς τὸ ἓν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἀπομιμουμένη τὴν ἐν τοῖς προτέροις ἀριθμοῖς φύσις, πρὸς τὸ ὄντως ἕν, οὐκ ἀναλίσκουσα τὸ ἓν οὐδὲ κερματίζουσα τὴν ὑπόστασιν ἔχει, ἀλλὰ δυάδος γενομένης ἔστι μονὰς ἡ πρὸ τῆς δυάδος, καὶ οὐχ ἡ ἐν τῇ δυάδι μονὰς ἑκατέρα, οὐδ' ἑτέρα ἐκείνη. Τί γὰρ μᾶλλον ὁποτεραοῦν; εἰ οὖν μηδετέρα αὐτῶν, ἀλλ' ἐκείνη, καὶ μένουσα οὐ μένει. Πῶς οὖν ἕτεραι ἐκεῖναι; καὶ πῶς ἡ δυὰς ἓν, καὶ εἰ ταὐτὸ ἓν, ὅπερ ἐν ἑκατέρᾳ τῇ περιεχομένῃ, ἢ μετέχειν τῆς πρώτης φατέον, ἄλλας δὲ ἧς μετέχουσι, καὶ τὴν δυάδα δὲ, καθ' ὃ ἕν, μετέχειν, οὐχ ὡσαύτως δὲ, ἐπεὶ οὐδὲ ὁμοίως στρατὸς ἓν καὶ οἰκία, καὶ αὕτη πρὸς τὸ συνεχὲς οὔτε κατὰ τὸ ὡς εἶναι ἕν, οὔτε κατὰ τὸ ποσὸν ἕν. Ἆρ' οὖν αἱ μὲν μονάδες ἄλλως αἱ ἐν πεντάδι καὶ δεκάδι, τὸ δὲ ἓν τὸ ἐν τῇ πεντάδι, πρὸς τὸ ἓν τὸ ἐπὶ τῆς δεκάδος τὸ αὐτό; ἢ, εἰ ναῦς πᾶσα πρὸς πᾶσαν, μικρὰ πρὸς μεγάλην, καὶ πόλις πρὸς πόλιν, καὶ στρατὸς πρὸς στρατὸν, ταὐτὸ ἓν καὶ ἐνταῦθα. Εἰ δὲ μηδ' ἐκεῖ, οὐδ' ἐνταῦθα· εἰ γάρ τινες περὶ τούτων ἀπορίαι, ὕστερον.

IV. Satis jam dictum est, ascendendum esse tandem ad ipsum unum, quod quidem vere sit unum, neque sicut alia unum, quæ cum in se multa sint, unius tamen participatione sunt unum. Accipiendum namque esse unum ipsum, quod non participatione sit unum, quale solet esse, quod non magis unum est, quam multa. Dictum quoque, mundum intelligibilem intellectumque magis unum esse, quam cetera, nihilque hoc esse propinquius uni : non tamen purum hoc unum exaistere. In præsentia vero contemplari desideramus, si quo modo possimus, quidnam sit purum ipsum verumque unum : quod quidem non secundum aliud, sed secundum se sit unum. Operæ pretium est igitur, hic ad unum ipsum undique nos transferre : neque quicquam illi ulterius addere, sed in eo penitus conquiescere, cavontes prorsus, ne vel minimo quodam spatio ab ipso digrediamur, ideoque ex uno prolabamur in duo. Sin minus caveris, duo protinus reportabis, neque in duobus unum ipsum habebis : ambo enim posteriora sunt uno. Unum namque non sustinet cum alio quopiam, sive uno quovis, sive quantocumque alio se usquam connumerari, neque omnino numerari se patitur : ipsum enim mensura est, minime mensuratum : neque aliis est ullis æquale, adeo ut una cum eis in aliquo congruat : alioquin commune aliquid erit in eo, atque simul in his, quæ una cum ipso connumerantur; atqui commune illud uno superius erit, tametsi nihil debet esse superius. Proinde neque essentialis numerus, neque numerus hoc posterior ad quantitatem proprie pertinens de uno prædicari potest : neque essentialis, inquam, qui ei, quod dicitur intelligere, semper exhibet esse : neque qui spectat ad quantitatem, qui eam cum aliis una complectitur : neque etiam, si non cum aliis concurrat generibus, si quidem hic est ipse numerus. Quandoquidem et natura numero pertinenti ad quantum insita limitans naturam numeris prioribus inditam, ipsumque vere unum respicientem, procul dubio similiter ipsa, respiciendo unum numerorum principium, substantiam sibi vindicat, neque disperdens ipsum, neque alicubi dividens, imo vero, binario jam exorto, exstat adhuc unitas ipsa ante binarium, neque unitas utraque binario comprehensa, neque alterutra est unitas ipsa. Cur enim vel binarius sit ipsa unitas? vel altera binarii unitas potius, quam altera ejusdem unitas, ipsa sit unitas? Si igitur neque utraque simul, neque alterutra est unitas ipsa, certe unitas, quæ numeri est totius origo, ab his omnibus est diversa, ac, re vera manens, quodammodo etiam non manere videtur. Quo igitur modo unitates illæ aliæ sunt, quam ipsa? et quo pacto dualitas quodammodo unum est? et numquid idem unum est, quod in utraque comprehensa unitate servatur? Fortasse dicendum est, unitates utrasque primæ unitatis participes esse, sed ab illa, cujus participes sunt, esse diversas : atque dualitatem, quatenus unum quiddam est, unitatis ipsius esse participem, non tamen eodem ubique modo, nempe non similiter exercitus atque domus est unum : atque hæc quidem eadem ratione ad continuum comparata, neque quoad spectat ad esse unum, neque quoad pertinet ad quantum unum. Numquid igitur aliter quidem unitates, quæ sunt in quinario, aliter vero, quæ in denario se ad unum habent? ipsum vero unum, quod in quinario, ad unum, quod est in denario, prorsus est idem? Forsan etiam, si tota quædam navis parva ad totam alteram, sed magnam, et civitas ad civitatem, et exercitus ad exercitum comparetur, idem in his quoque erit unum. Quodsi neque illic, neque hic etiam. Si quæ vero de his dubitationes reliquæ sunt, in sequentibus absolventur.

Ens, essentiam, esse procedere ab ipso uno Græca etiam appellatio declarat, rei ipsius naturam sequens. Cogitare potest aliquis ens quasi compositum quiddam atque binarium, in quo essentia sit et esse, atque id, quod dicitur esse, ibi actum essentiæ nominari. Ens ergo natum ab uno essentiam quidem habere tanquam unius umbram, esse vero velut unius imaginem. Quoniam vero ipsum unum est superius ente, ideoque latius ultra proprietatem entis suam dilatat potentiam, factum est, ut materia, etsi propter privationem extremam formarum ens non dicitur, tamen dicatur una. Non enim est

propter infirmitatem minus unica in mundo materia. Factum etiam, ut privatio quælibet non minus una dicatur, quam habitus unus : ens tamen minus privatio, quam habitus judicatur. Sed hæc alibi diximus.

Ε'. Ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖνο ἐπανιτέον λέγουσιν, ὅτι μένει τὸ πρῶτον τὸ αὐτό, κἂν ἐξ αὐτοῦ γίγνηται ἕτερα. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀριθμοῖς μένοντος μὲν τοῦ ἑν, ποιοῦντος δὲ ἄλλου, ὁ ἀριθμὸς γίγνεται κατ' αὐτὸ, ἐν δὲ τῷ, ὅ ἐστι πρὸ τῶν ὄντων, μένει μὲν πολὺ μᾶλλον τὸ ἕν· μένοντος δὲ αὐτοῦ ἐνταῦθα οὐκ ἄλλο ποιεῖ [, εἰ] κατ' αὐτὸ τὰ ὄντα, ἀλλ' ἀρκεῖ αὐτὸ γεννῆσαι τὰ ὄντα. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν ἦν τοῦ πρώτου τῆς μονάδος ἐπὶ πᾶσιν εἶδος πρώτως καὶ δευτέρως, καὶ οὐκ ἐπ' ἴσης ἑκάστου μεταλαμβάνοντος τῶν ὑστέρων αὐτῆς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἕκαστον μὲν τῶν μετὰ τὸ πρῶτον ἔχει τι ἐκείνου οἷον εἶδος ἐν αὑτῷ. Κἀκεῖ μὲν ἡ μετάληψις τὸ ποσὸν ὑπέστησεν αὐτῶν· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἴχνος τοῦ ἑνὸς τὴν οὐσίαν αὐτοῖς ὑπεστήσατο, ὥστ' εἶναι τὸ εἶναι ἴχνος ἑνός. Καὶ τὸ εἶναι δὲ τοῦτο, ἡ τῆς οὐσίας δηλωτικὴ ὀνομασία, ἀπὸ τοῦ ἑν εἴ τις λέγοι γεγονέναι, τάχα ἂν τύχοι τοῦ ἀληθοῦς. Τὸ γάρ τοι λεγόμενον ὄν, τοῦτο πρῶτον, ἐκεῖθεν οἷον ὀλίγον προβεβηκὸς, οὐκ ἠθέλησεν ἔτι πρόσω ἐλθεῖν· μεταστραφὲν δὲ εἰς τὸ εἴσω ἔστη, καὶ ἐγένετο οὐσία, καὶ ἔστιν ἁπάντων, οἷον ἐναπερείσαντος ἐν φθόγγῳ αὐτὸν τοῦ φωνοῦντος, ὑφίσταται τὸ ἕν, δηλοῦν τὸ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, καὶ τὸ ὂν σημαῖνον τὸ φθεγξάμενον, ὡς δύναται. Οὕτω τοι τὸ μὲν γενόμενον, ἡ οὐσία, καὶ τὸ εἶναι μίμησιν ἔχοντα, ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ῥυέντα· ἡ δὲ ἰδοῦσα καὶ ἐπικινηθεῖσα τῷ θεάματι, μιμουμένη, ὃ εἶδεν, ἐῤῥῆξε φωνὴν τὴν ὂν καὶ τὸ εἶναι, καὶ οὐσίαν, καὶ ἑστίαν. Οὗτοι γὰρ οἱ φθόγγοι θέλουσι σημῆναι τὴν ὑπόστασιν γεννηθέντος ὡδῖνι τοῦ φθεγγομένου, ἀπομιμούμενοι, ὡς οἷόν τε αὐτοῖς, τὴν γένεσιν τοῦ ὄντος.

V. Sed ad primum illud nobis regrediendum, asserentibus, ipsum manere semper idem, quamvis ex illo cetera profluant. In numeris quidem manente uno, secundum ipsum fit numerus alio faciente : in eo autem, quod est super entia, manet multo magis ipsum unum. Illo vero hic manente, non aliud secundum ipsum entia facit : illud namque est ad entia facienda sufficiens. Atqui, quemadmodum illic in numeris species unitatis principii numerorum servatur in omnibus primo quodam secundoque gradu, neque singuli sequentes numeri unitatem æque participant : sic et in ordine rerum unumquodque sequentium primum habet in se illius aliquid velut speciem. Et in numeris quidem participatio unitatis quantitatem producit in numeris. Hic autem ipsius unius vestigium essentiam rebus instituit, adeo ut ipsum esse vestigium sit unius. Unde hoc ipsum *ine* [εἶναι], id est esse, quæ quidem denominatio est declarans *usiam*, id est essentiam, si quis dicat derivari ab ipso *hen*, id est uno, a veritate forsan non aberrabit. Jam vero quod dicitur *on*, id est ens, hoc certe primum inde micans et quasi non longe progrediens noluit ultra procedere ; sed ad interiora conversum constitit, ubi facta jam est essentia, exsistitque essentia omnium, et qui pronuntiat hæc, quasi in sono mitens se ipsum continet : natumque est *on hen*, id est ens unum, ipsa prolatione declarans se ab ipso *hen*, id est uno, profluere : et certe ipsum *on*, id est ens, ita pronuntiatum id ipsum significat, quoad potest. Sic utique, quod factum est *usia*, id est essentia, atque *ine*, id est esse, imitantur pro viribus auctorem ex ejus virtute manantia. Mens vero hæc animadvertens, et spectaculo ipso perducta, et imitata quod novit, voces ejusmodi subito protulit, *on*, *ine*, *usian*, *hestian*. Hi namque soni substantiam geniti conantur exprimere, ipso pronuntiatore ad id enitente, imitantes profecto, quoad possunt, entis ipsius originem.

Quoniam, dicendo speciem vel essentiam, concipis et definis aliquid intellectu, scito, id non esse rerum principium : illud enim nullo modo comprehendi potest.

Ipsum unum vel unitas nomen est a Pythagoricis adinventum, quo principii rerum simplicitatem eminentiamque pro viribus designarent, negantes quidem multitudinem compositionemque et determinationem prorsus omnem, ab ipso nihil interum affirmantes, quod et Apollinis nomine confirmabant. Sicut sensibile genus cum sensu proportionem habet, ita intelligibile cum intellectu. Principium ergo rerum non habens cum intellectu proportionem, supereminet genus intelligibile : igitur est ente superius.

Ϛ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς τις ἐθέλει, λελέχθω. Τῆς δὲ γενομένης οὐσίας εἴδους οὔσης, (οὐ γὰρ δή τι ἄλλο ἂν τις εἴποι τὸ ἐκεῖθεν γενόμενον,) καὶ εἴδους οὐ τινὸς, ἀλλὰ παντὸς, ὡς μὴ ἂν ὑπολιπεῖν τι ἄλλο, ἀνάγκη ἀνείδεον ἐκεῖνο εἶναι· ἀνείδεον δὲ ὂν οὐκ οὐσία· τόδε γάρ τι δεῖ τὴν οὐσίαν εἶναι, τοῦτο δὲ, ὡρισμένον, τὸ δὲ οὐκ ἔστι λαβεῖν ὡς τόδε· ἤδη γὰρ οὐκ ἀρχὴ, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, ὃ τόδε εἴρηκας εἶναι. Εἰ οὖν τὰ πάντα ἐν τῷ γενομένῳ, τί τῶν ἐν τούτῳ ἐκεῖνο ἐρεῖς; οὐδὲν δὲ τούτων ὂν μόνον ἂν λέγοιτο ἐπέκεινα τούτων. Ταῦτα δὲ τὰ ὄντα καὶ τὸ ὄν· ἐπέκεινα ἄρα ὄντος· τὸ γὰρ ἐπέκεινα ὄντος οὐ τόδε λέγει· οὐ γὰρ τίθησιν· οὐδὲ ὄνομα αὐτοῦ λέγει, ἀλλὰ φέρει μόνον τὸ οὐ τοῦτο. Τοῦτο δὲ ποιοῦν οὐδαμοῦ αὐτὸ περιλαμβάνει· γελοῖον

VI. Sed hæc quidem, ut cuique placet, accipiantur. Cum vero essentia genita species sit (neque enim aliud quicquam, quod inde gignitur, quispiam appellaverit) : sit, inquam, non species quædam, sed species omnis, adeo ut nihil aliud speciei reliquum sit, necessarium est, ipsum unum speciem non habere. Cum vero a specie sit alienum, neque etiam esse potest essentia : oportet enim essentiam hoc aliquid esse : id autem determinatum jam est, illud vero non licet tanquam hoc aliquid cogitare : alioquin jam non esset principium, sed illud duntaxat, quod hoc aliquid appellabas. Si igitur in eo, quod inde genitum est, omnia sunt, nihil eorum, quæ in hoc ipso sunt, esse re vera dices ipsum omnium auctorem. Cumque horum nihil sit omnino, solum dici potest esse, quod super hæc exsistit. Hæc autem sunt entia atque ens ipsum : illud igitur ente superius. Jam vero, quod est ente superius, non dicit hoc aliquid : neque enim ponit aliquid, neque nomen ipsum dicit, sed affert solum hoc ipsum, scilicet non hoc. Id autem agens nusquam comprehendit ipsum : ridiculum est enim,

γὰρ ζητεῖν ἐκείνην τὴν ἁπλετον φύσιν περιλαμβάνειν. Ὁ γὰρ τοῦτο βουλόμενος ποιεῖν ἀπέστησεν αὐτὸν καὶ τῶν ὀπωσοῦν καὶ κατὰ βραχὺ εἰς ἴχνος αὐτοῦ ἰέναι· ἀλλ' ὥσπερ τὴν νοητὴν φύσιν βουλόμενος ἰδεῖν, οὐδὲ μίαν φαντασίαν αἰσθητοῦ ἔχων θεάσεται, ὅ ἐστιν ἐπέκεινα τοῦ αἰσθητοῦ, οὕτω καὶ ὁ θεάσασθαι θέλων τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοητοῦ, τὸ νοητὸν πᾶν ἀφεὶς, θεάσεται, ὅτι μέν ἐστι διὰ τούτου μαθών, οἷον δέ ἐστι τοῦτο, ἀφείς. Τὸ δὲ οἷον σημαίνοι ἂν τὸ οὐχ οἷον· οὐ γὰρ ἔκ οὐδὲ τὸ οἷον, ὅτῳ μηδὲ τὸ τί. Ἀλλὰ ἡμεῖς ταῖς ἡμετέραις ὠδῖσιν ἀπορούμεν ὅ τι χρὴ λέγειν, καὶ λέγομεν περὶ οὗ ζητοῦ καὶ ὀνομάζομεν, σημαίνειν ἑαυτοῖς θέλοντες ὡς δυνάμεθα. Τάχα δὲ καὶ τὸ ἓν ὄνομα τοῦτο ἄρσεν ἔχει πρὸς τὰ πολλά. Ὅθεν καὶ Ἀπόλλωνα οἱ Πυθαγορικοὶ συμβολικῶς πρὸς ἀλλήλους ἐσήμαινον, ἀποφάσει τῶν πολλῶν. Εἰ δὲ θέσις τις τὸ ἓν, τό τε ὄνομα, τό τε δηλούμενον, ἀσαφέστερον ἂν γίγνοιτο τοῦ εἰ μή τις ὄνομα ἔλεγεν αὐτοῦ· τάχα γὰρ τοῦτο ἐλέγετο, ἵνα ὁ ζητήσας ἀρξάμενος ἀπ' αὐτοῦ, ὃ πάντων [ἡ] μάλιστα ἁπλότητός ἐστι σημαντικὸν, ἐπορήσῃ τελευτῶν καὶ τοῦτο, ὡς τεθὲν μὲν, ὅσον οἷόν τε, καλῶς τῷ θεμένῳ· οὐκ ἄξιον μὴν οὐδὲ τοῦτο εἰς δήλωσιν τῆς φύσεως ἐκείνης, ὅτι μηδὲ ἀκουστὸν ἐκεῖνο, μηδὲ τῷ ἀκούοντι δεῖ συνετὸν εἶναι, ἀλλ', εἴπερ τινί, τῷ ὁρῶντι. Ἀλλ' εἰ τὸ ὁρῶν εἶδος ζητεῖ βλέπειν, οὐδὲ τοῦτο εἴσεται.

moliri immensam illam complecti naturam. Quisquis autem id molitur, se ipsum vel a minimo quoque illius vestigio procul admodum amovet. Profecto, quemadmodum cognoscere naturam intelligibilem cupiens tunc demum cognoscet, quod est super sensibile genus, quando nullam prorsus rei sentiendæ tenebit imaginem : sic etiam, qui naturam intelligibili natura superiorem contemplari desiderat, si modo intelligendum omne dimiserit, contemplabitur : per hoc, inquam, discens illam exsistere, qualis vero sit, omnino dimittens. Hoc ipsum vero, quod dicitur quale, significat re vera non quale : cui enim non inest, quod dicere *quid* consuevimus, neque convenit etiam, quod *quale* appellare solemus. At nos nostris quasi cujusdam parturientis angustiis laborantes, quid potissimum dicere deceat, ignoramus : et de illo, quod dici non potest, dicimus atque nominamus, significare aliquid nobis ipsis, quoad possumus, affectantes. Forsan vero et nomen hoc, quod dicitur unum, per respectum quendam ad multa negationem elevationemque significat. Quapropter Pythagorici quoque Apollinem secretiori quadam significatione inter se nominabant, ipsa scilicet negatione multorum. Si autem nomen hoc unum significatione sua ponat aliquid et affirmet, cum nomen, tum etiam nominatum, erit obscurius, quam si quis nomen illius esse minime dixerit : nam fortasse nomen id dictum est, ut indagator exordiens ab eo, quod maxime omnium significare potest simplicitatem, eo tandem perveniat, ut hoc ipsum præterea neget, quasi quanto melius a nominante poni potuit, impositum fuerit : neque tamen et hoc dignum sit, quo natura illa significetur : nempe illud auditu attingi non potest, neque ab audiente ullo potest intelligi : sed si cui patere potest, occurrit potius intuenti. Verum si intuens ipse contendat speciem intueri, neque hoc tanquam speciem intuebitur.

Sicut per ipsum lumen et oculus est perspicax, et colores sunt conspicui, in quibus oculus videt lumen, quod in se ipso non videt : sic per primum principium et mens intelligere potest, et vera fiunt intelligenda, in quibus mens ipsius principii lumen intelligit, in se ipso vero nequaquam.

Potest tamen intentionem a singulis veris retrahere, convertereque ad principii lumen, quo et hæc vera sunt, et hic intelligens; atque ita ipso quoque modo tanquam lumine frui. Similiter, si voluntatem a singulis bonis amandis revoces ad amandum ipsum bonum, quo et tu amas, et illa sunt amabilia, frueris statim ipso bono, videlicet insolito quodam gaudio.

Ζ'. Ἡ ἐπειδὴ διττὸν καὶ τὸ ἐνεργείᾳ βλέπειν, οἷον ἐπὶ ὀφθαλμοῦ· τὸ μὲν γάρ ἐστιν ὅραμα αὐτῷ τὸ εἶδος τὸ τοῦ αἰσθητοῦ, τὸ δέ, δι' οὗ ὁρᾷ τὸ εἶδος αὐτοῦ, ὃ καὶ αὐτὸ αἰσθητόν ἐστιν αὐτῷ, ἕτερον δν τοῦ εἴδους, αἴτιον δὲ τῷ εἶδει τοῦ ὁρᾶσθαι, ἐν μὲν τῷ εἴδει καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους συνορώμενον· διὸ οὐκ ἐναργῆ τότε δίδωσι τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ, ἅτε τοῦ ὄμματος τετραμμένου πρὸς τὸ πεφωτισμένον.· Ὅταν δὲ μηδὲν ἄλλο ᾖ παρ' αὐτὸ, ἀθρόᾳ εἶδε προσβολῇ, καίτοι καὶ τότε εἶδεν ἐπεμβεβηκὸς ἄλλῳ, μόνον δὲ αὐτὸ γενόμενον, μὴ πρὸς ἕτερῳ, οὐ δύναται ἡ αἴσθησις λαβεῖν, ἐπεὶ καὶ τοῦ ἡλίου τὸ φῶς τὸ ἐν αὐτῷ τάχ' ἂν τὴν αἴσθησιν ἐξέφυγεν, εἰ μὴ ὄγκος ἐπέκειτο αὐτῷ στερεώτερος. Εἰ δέ τις φῶς πᾶν εἶναι αὐτὸν λέγοι, τοῦτο ἄν τις λάβοι πρὸς δήλωσιν τοῦ λεγομένου· ἔσται γὰρ φῶς ἐν οὐδενὶ εἶδει τῶν ἄλλων ὁρωμένων, καὶ ἴσως ὁρατὸν μόνον· τὰ γὰρ ἄλλα ὁρατὰ οὐ φῶς μόνον. Οὕτω τοίνυν καὶ ἡ τοῦ νοῦ ὄψις ὁρᾷ μὲν καὶ αὐτὴ δι' ἄλλου φωτὸς τὰ πεφωτισμένα ἐκείνῃ τῇ πρώτῃ φύσει, καὶ ἐν ἐκείνοις ὄντως ὁρᾷ, νεύουσα μέντοι πρὸς τὴν τῶν καταλαμπομένων φύσιν ἧττον αὐτοῦ ὁρᾷ. Εἰ δ' ἀφήσει τὰ ὁρώμενα, καὶ, δι' οὗ εἶδεν, εἰς αὐτὸ βλέπει, φῶς ἂν καὶ φωτὸς ἀρχὴν ἂν

VII. Proinde duobus modis secundum actum videre contingit, quemadmodum accidit circa oculum. Sane aliud quidem oculo spectaculum est, ipsius scilicet rei sentiendæ species : aliud autem illud est, per quod speciem illius videt : quod quidem ipsum quoque ei sensibile est, diversum certe ab ipsa specie : causa vero, per quam species ipsa perspicitur, atque exsistens in specie, et mox cum ea conspectum : quapropter tunc non admodum clare perspicitur, quippe cum oculus ad illuminatum intentius sese dirigat. Quando vero nihil sit aliud, præter ipsum, subito quodam totoque simul intuitu contuebitur, quamvis et tunc ipsum adhærens alteri sentiet : sin autem solum ipsum sit nulli prorsus adjunctum, non poterit sensus accipere : quandoquidem solis lumen in sole ipso vigens fortasse sensum effugeret, nisi moles ipsa solis esset subjuncta solidior. Si quis autem totum solem lumen esse dicat, id aliquis forsitan pro illius, quod dicitur, declaratione suscipiet : erit namque lumen in nulla aliorum specie, quæ videntur, ac forte visibile solum atque lucidum; alia enim visibilia non solum lumen exsistunt. Simili ratione mentis aspectus videt quidem et ipse per lumen aliud res illuminatas prima illa natura, atque in illis re vera videt et illud : verumtamen ad naturam rerum illuminatarum impensius se convertens, minus ipsum interea cernit. At si visas quandoque res dimiserit et tamen illud, per quod videt, attente perspexerit, lumen jam ipsum luminisque prin-

βλέποι· ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ὡς ἔξω ὂν δεῖ τὸν νοῦν τοῦτο τὸ φῶς βλέπειν, πάλιν ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἰτέον, ὃς ποτε καὶ αὐτὸς οὐ τὸ ἔξω φῶς οὐδὲ τὸ ἀλλότριον εἴσεται, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἔξω οἰκειόν τι καὶ μᾶλλον στιλπνότερον ἐν ἀκαρεῖ θεᾶται, ἢ νύκτωρ ἐν σκότῳ πρὸ αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ προπηδήσαντος· ἢ ὅταν μηδὲν ἐθελήσας τῶν ἄλλων βλέπειν προβάλληται πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν, τὸ φῶς ὅμως προφέρων, ἢ καὶ πιέσαντος τοῦ ἔχοντος τὸ ἐν αὐτῷ φῶς ἴδοι· τότε γὰρ οὐχ ὁρῶν ὁρᾷ, καὶ μάλιστα τότε ὁρᾷ, φῶς γὰρ ὁρᾷ· τὰ δ' ἄλλα φωτοειδῆ μὲν ἦν, φῶς δὲ οὐκ ἦν. Οὕτω δὴ καὶ νοῦς αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων καλύψας καὶ συναγαγὼν εἰς τὸ εἴσω μηδὲν ὁρῶν θεάσεται οὐκ ἄλλο ἐν ἄλλῳ φῶς, ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον, καθαρὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐξαίφνης φανέν.

cipium pervidebit. Quoniam vero mentem oportet ejusmodi lumen non tanquam extrinsecum aliquid intueri, rursus ad illum oculum accedamus, qui ipse quoque quandoque non extrinsecum lumen nec alienum videat, sed ante lumen externum intueatur proprium aliquod et lucidius intra momentum temporis perlucens, aut nocte in tenebris coram se ex se prosilientem quendam aspiciat radium; aut quando nihil volens aspicere aliorum, se ipsum cohibeat tegmine palpebrarum, atque interim proferat ex se lumen : vel cum premens aliquis angulos palpebrarum, lumen, quod latebat, intus inspiciat, tunc sane non videndo videt, et tunc maxime videt : videt namque lumen : cetera vero, quæ ante viderat, lucida quidem erant, lumen vero non erant. Sic itaque mens, se ab aliis segregans atque cohibens ad interiora, nihilque videns, cernit protinus lumen, non in alio aliud, sed ipsum secundum se ipsum solum purum ex se ipso repente coruscans.

Expelle ab animo tria, motum, multiplicitatem, determinationem, scilicet per quam certæ cuidam rei se addicit vel cogitanda vel affectandæ.

Statim, animus factus principio proximus immobili, simplici, absoluto, impletur novo ejusdem lumine, mox se ipsum animadvertit mirabiliter solito pulchriorem. Quod sane novæ pulchritudinis lumen inspicit tanquam intimum : subinde animadvertit hoc ipsum sibi ex principio provenire, ubi etiam lumen agnoscit ut extimum.

Η'. Ὥστε ἀπορεῖν, ὅθεν ἐφάνη, ἔξωθεν ἢ ἔνδον, καὶ ἀπελθόντος εἰπεῖν, ἔνδον ἄρα ἦν, καὶ οὐκ ἔνδον αὖ· ἢ οὐ δεῖ ζητεῖν, πόθεν, οὐ γὰρ ἔστι τὸ πόθεν· οὔτε γὰρ ἔρχεται, οὔτε ἄπεισιν οὐδαμοῦ, ἀλλὰ φαίνεταί τε καὶ οὐ φαίνεται· διὸ οὐ χρὴ διώκειν, ἀλλ' ἡσυχῇ μένειν, ἕως ἂν φανῇ, παρασκευάσαντα ἑαυτὸν θεατὴν εἶναι, ὥσπερ ὀφθαλμὸς ἀνατολὰς ἡλίου περιμένει, ὁ δὲ ὑπερφανεὶς τοῦ ὁρίζοντος, ἐξ ὠκεανοῦ φασὶν οἱ ποιηταί, ἔδωκεν ἑαυτὸν θεάσασθαι τοῖς ὄμμασιν· οὑτοσὶ δὲ, ὃν μιμεῖται ὁ ἥλιος, ὑπερσχήσει πόθεν; καὶ τί ὑπερβαλὼν φανήσεται; ἢ αὐτὸν ὑπερσχὼν τὸν νοῦν τὸν θεώμενον· ἑστήξεται μὲν γὰρ ὁ νοῦς πρὸς τὴν θέαν, εἰς οὐδὲν ἄλλο ἢ πρὸς τὸ καλὸν βλέπων, ἐκεῖ ἑαυτὸν πᾶς τρέπων καὶ διδοὺς, στὰς δὲ καὶ οἷον πληρωθεὶς μένους, εἶδε μὲν τὰ πρῶτα καλλίω γενόμενον ἑαυτὸν καὶ ἐπιστίλβοντα, ὡς ἐγγὺς ὄντος αὐτοῦ. Ὁ δὲ οὐκ ἦλθεν ὡς τις προσεδόκα, ἀλλ' ἦλθεν ὡς οὐκ ἐλθών· ὥφθη γὰρ ὡς οὐκ ἐλθὼν, ἀλλὰ πρὸ ἁπάντων παρὼν, πρὶν καὶ τὸν νοῦν ἐλθεῖν· εἶναι δὲ τὸν νοῦν τὸν ἐλθόντα, καὶ τοῦτον εἶναι καὶ τὸν ἀπιόντα, ὅτι μὴ οἶδε, ποῦ μένειν δεῖ, καὶ ποῦ ἐκεῖνος μένει, ὅτι ἐν οὐδενί· καὶ εἰ οἷόν τε ἦν καὶ αὐτῷ τῷ νῷ μένειν μηδαμοῦ, οὐχ ὅτι ἐν τόπῳ· οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἐν τόπῳ, ἀλλ' ὅλως οὐδαμοῦ, ἦν ἂν ἀεὶ ἐκεῖνον βλέπων· καίτοι οὐδὲ βλέπων, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ ὢν, καὶ οὐ δύο. Νῦν δὲ, ὅτι ἐστὶ νοῦς, οὕτω βλέπει, ὅτε βλέπει τῷ ἑαυτοῦ μὴ νῷ· θαῦμα δὴ, πῶς οὐκ ἐλθὼν πάρεστι, καὶ πῶς οὐκ ὢν οὐδαμοῦ οὐκ ἔστιν, ὅπου μὴ ἔστιν. Ἔστι μὲν οὖν οὕτωσὶ αὐτόθεν θαυμάσαι, τῷ δὲ γνόντι, τὸ ἐναντίον εἴπερ ἦν, θαυμάσαι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ δυνατὸν εἶναι, ἵνα τις καὶ θαυμάσῃ· ἔχει δὲ ὧδε.

VIII. Id autem ita fit, ut dubitari contingat, undenam hoc effulgeat : utrum ab extrinseco aliquo, an potius ab intrinseco : et cum discesserit, accidat dicere, intimum erat hoc, rursusque non intimum; sed profecto non est quærendum, unde contingat, nempe non datur hic unde : neque enim huc accedit, vel alio rursus hinc abit, sed vel apparet nobis, vel non apparet : quapropter non decet prosequi, sed potius requiescere, donec nobis effulgeat, ita nos ad id spectaculum præparantibus, sicut et oculus ortum solis exspectat, cui sol ipse ex horizonte resurgens, et, ut poetæ aiunt, ex oceano exhibet se spectandum. Hic autem, hic inquam, quem sol imitatur, undenam superne fulgebit? quidve transcendens nobis perspicue rutilabit? Profecto mentem desuper occupans suspicientem illuminabit Intellectus itaque in suspiciendo se sistet, nihil aliud quam pulchrum ipsum spectans, seque totum illuc convertens, eique omnino se dedicans. Itaque consistens ac veluti vigore repletus primo quidem se ipsum respicit pulchriorem jam effectum jamque fulgentem, quippe cum jam sit summo propinquus. Deus autem non accedit, ut forsan aliquis exspectaverit, sed venit quasi non veniens. Apparet enim non veniens, sed ante superque omnia præsens, priusquam intellectus accesserit : intellectus autem est proprie, qui accedit et qui discedit : discedit, inquam, quando non novit ubi sit permanendum, et ubi ille permaneat : quoniam videlicet re vera manet in nullo, ac si posset et intellectus esse nusquam, non in loco dubitaret, inquam : nam et ipse non est in loco, sed omnino nusquam, procul dubio illum semper aspiceret : tametsi non aspiciens attingeret illum, sed in illo consistens : neque id quidem tanquam duo. Nunc vero, quoniam est intellectus, ita videt, quando videt, eo scilicet, quod in ipso non est intellectus : et profecto mirum est, quonam modo adsit non accedens, quove modo, dum exsistit nusquam, ob id ipsum interim sit ubique. Accidit sane id illico tamen ut non mirari, sed apud eum, qui rem ipsam cognoverit, admirationi potius foret, si quando contrarium diceretur : imo vero neque potest aliter se habere, adeo ut quis vehementius admiretur : ita vero se habet.

Quoniam omnia pendent a deo, ipse vero a nullo : ideo omnia sunt in ipso, sed ipse est in nullo : continet omnia, non continetur. Quia continetur a nullo, nusquam est; quia vero continet omnia, omnibus adest. Sic mundi corpus est in anima mundi, hæc in mente, hæc in bono, neque vicissim. Sicut igitur anima tanquam libera singulis corporis partibus tota simul adest, ita bonum

ab omnibus limitibus absolutum adest omnibus. Omnino vero quod ad suam exsistentiam non pendet a certo subjecto, vel loco, nec a certa natura, ubique est et nusquam, sicut anima, et mens, et deus.

Θ'. Πᾶν τὸ γενόμενον ὑπ' ἄλλου ἢ ἐν ἐκείνῳ ἐστὶ τῷ ποιήσαντι, ἢ ἐν ἄλλῳ, εἴπερ εἴη τι μετὰ τὸ ποιῆσαν αὐτό· ἅτε γὰρ γενόμενον ὑπ' ἄλλου, καὶ πρὸς τὴν γένεσιν δεηθὲν ἄλλου, ἄλλου δεῖται πανταχοῦ· ὁπόθεν καὶ ἐν ἄλλῳ. Πέφυκεν οὖν τὰ μὲν ὕστατα ἐν τοῖς πρὸ αὐτῶν ὑστάτοις, τὰ δ' ἐν πρώτοις ἐν τοῖς πρότερος, καὶ ἄλλο ἐν ἄλλῳ, ἕως εἰς τὸ πρῶτον ἀρχῆς. Ἀρχὴ δέ, ἅτε μηδὲν ἔχουσα πρὸ αὐτῆς, οὐκ ἔχει ἐν ὅτῳ ἄλλῳ· μὴ ἔχουσα δ' ἐν ὅτῳ αὕτη, τῶν ἄλλων ὄντων ἐν τοῖς πρὸ αὐτῶν, τὰ ἄλλα περιείληφε πάντα αὐτή· περιλαβοῦσα δὲ οὐτ' ἐσκεδάσθη εἰς αὐτὰ, καὶ ἔχει οὐκ ἐχομένη· ἔχουσα δὴ καὶ αὐτὴ οὐκ ἐχομένη, οὐκ ἔστιν, ὅπου μὴ ἔστιν· εἰ γὰρ μὴ ἔστιν, οὐκ ἔχει, εἰ δὲ μὴ ἔχεται, οὐκ ἔστιν· ὥστε ἔστι καὶ οὐκ ἔστι, τῷ μὲν μὴ περιέχεσθαι οὐκ οὖσα, τῷ δ' εἶναι παντὸς ἐλευθέρα οὐδαμοῦ κωλυομένη εἶναι· εἰ γὰρ αὖ κεκώλυται, ὥρισται ὑπ' ἄλλου, καὶ τὰ ἐφεξῆς ἄμοιρα αὐτοῦ· καὶ μέχρι τούτου ὁ θεὸς, καὶ οὐδ' ἂν ἔτι ἐφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ βουλεύων τοῖς μετ' αὐτόν. Τὰ μὲν οὖν ἔν τινι ἐκεῖ ἐστιν, οὗ ἔστιν· ὅσα δὲ μὴ ποῦ, οὐκ ἔστιν ὅπου μή. Εἰ γὰρ μὴ ἐνθαδί, δῆλον ὅτι ἄλλος αὐτὸν κατέχει τόπος, καὶ ἐνθαδί, ἐν ἄλλῳ, ὥστε ψεῦδος τὸ οὐ ποῦ. Εἰ οὖν ἀληθὲς τὸ οὐ ποῦ, καὶ ψεῦδος τὸ ποῦ, ἵνα μὴ ἐν ἄλλῳ, οὐδενὸς ἂν ἀπεστατεῖ. Εἰ δὲ μηδενὸς ἀποστατεῖ, οὐ ποῦ ὢν, πανταχοῦ ἔσται ἐφ' ἑαυτοῦ· οὐδὲ γὰρ τὸ μέν τι αὐτοῦ ὧδι, τὸ δὲ ὧδι, οὐ μὴν οὐδ' ὅλον ὁπῖ, ὥστε ὅλον πανταχοῦ, οὐδενὸς ἑνὸς ἔχοντος αὐτὸ, οὐδ' αὖ μὴ ἔχοντος· ἐχομένου ἄρα ὁτουοῦν. Ὅρα δὲ καὶ τὸν κόσμον, ὅτι, ἐπεὶ μηδεὶς κόσμος πρὸ αὐτοῦ, οὐκ ἐν κόσμῳ αὐτὸς, οὐδ' αὖ ἐν τόπῳ. Τίς γὰρ τόπος πρὶν κόσμον εἶναι; τὰ δὲ μέρη, ἀνηρτημένα εἰς αὐτὸν καὶ ἐν ἐκείνῳ. Ψυχὴ δὲ οὐκ ἐν ἐκείνῳ, ἀλλ' ἐκεῖνος ἐν αὐτῇ· οὐδὲ γὰρ τόπος τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ ψυχὴ μὲν ἐν νῷ, σῶμα δὲ ἐν ψυχῇ, νοῦς δὲ ἐν ἄλλῳ· ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἐν ἄλλῳ, ἵν' ἂν ᾖ ἐν ἄλλῳ· οὐκ ἐν ὁτῳοῦν ἄρα, ταύτῃ οὖν οὐδαμοῦ. Πῶ οὖν τὰ ἄλλα; ἐν αὐτῷ· οὐτε ἄρα ἀφέστηκε τῶν ἄλλων, οὔτε αὐτὸς ἐν αὐτοῖς ἐστιν, οὐδὲ ἔστιν οὐδὲν ἔχον αὐτὸ, ἀλλ' αὐτὸ ἔχει τὰ πάντα· διὸ καὶ ταύτῃ ἀγαθὸν τῶν πάντων, ὅτι καὶ ἔστι καὶ ἀνήρτηται πάντα εἰς αὐτὸ, ἄλλο ἄλλως· διὸ καὶ ἀγαθώτερα ἕτερα ἑτέρων, ὅτι καὶ μᾶλλον ὄντα ἕτερα ἑτέρων.

IX. Quicquid ab alio fit, aut in suo est auctore, aut in alio quopiam, si quid modo præter auctorem sit reliquum: nam cum ab alio fiat, et ad genituram indigeat alio, nimirum ubique alio indiget: quapropter requiescit in alio. Ita igitur natura comparatum est, ut ultima passim sint in pænultimis: rursusque priora his similiter in prioribus, aliudque semper in alio, quousque perveniatur ad summum. Summum vero principium, utpote cui nihil præsit ulterius, esse nequit in alio quocumque. Cum vero ipsum quidem non sit in alio, cetera vero superioribus insint, nimirum ipsum reliqua cuncta complectitur. Complectens autem neque dissipatur in illa, et habet omnino non habitum: et profecto cum habeat, nec habeatur, non datur aliquid usquam, ubi non sit et ipsum: nisi enim adesset, nec haberet: rursusque, si non habetur, nec utique adest. Adest igitur, atque non adest, nempe ex eo quidem, quod non comprehenditur, nequaquam adest: ex eo autem, quod est a quolibet liberum, nusquam prohibetur adesse: si enim cohiberetur, certe definiretur ab alio, et quæ deinceps sequuntur, ipsius relinquerentur expertia: et huc usque deus ipse regnaret, neque amplius quicquam esset in ipso, neque ipse in se ipso consisteret, sed reliquis jam ipse serviret. Quæcumque igitur sunt in aliquo, ibi proprie sunt, cujus et ipsa juris sunt. Quæcumque vero non proprie sunt alicubi, talia sunt, ut non sit aliquid usquam, ubi ipsa non sint. Si enim aliquid hic non est, alius sane locus id complectitur, atque hic in alio quodam est tanquam loco: quare falsum est, non esse id alicubi. Si igitur verum est non alicubi esse, et falsum esse alicubi, ne forte sit in alio, nimirum nusquam abest. Si autem abest a nullo, certe, non exsistens alicubi, in se ipso erit ubique: non enim aliud quidem ipsius hic erit, aliud autem erit ibi, neque tamen totum ibi tantum, quam ob rem erit ubique totum: quippe cum nullum alicubi unum habeat ipsum, neque rursus non habeat, nempe sic habet, ut re vera potius habeatur. Age jam hunc considera mundum, hic profecto, si nullus alter mundus est ipso superior, non est in mundo, neque rursus in loco. Quis enim locus sit prius, quam mundus exsistat? Mundi vero partes ad ipsum rediguntur, et locantur in ipso. Anima vero non est in mundo, sed mundus in anima: neque enim animæ locus est corpus, sed anima quidem est in mente, et corpus in anima. Mens denique consistit in alio, quod quidem non pendet ab alio, in quo propterea conquiescere compellatur: in nullo igitur proprie requiescit, atque hac ratione dicitur esse nusquam. Ubinam igitur alia sunt? procul dubio sunt in eo. Itaque nec abest ab aliis, neque est rursus in illis, neque quicquam est, quod habeat ipsum, ipsum tamen omnia continet: quapropter et hanc ob causam id bonum omnium esse censetur: quoniam et sunt per ipsum omnia, et referuntur ad ipsum. Refertur, inquam, aliud alia ratione: ideoque alia sunt aliis meliora, quia et aliis alia sunt magis ad ipsum.

composita in simplicia resolvuntur; simplicia multa in unum simplicissimum; hoc in ipsam simplicitatem. Hanc tu si quando apprehenderis, nec partem aliquam ejus accipies; non enim habet partes, nec tota ejus ratione totam, alioquin ipsi et tu æqualis eris.

Apprehendes autem eam, etsi non sub omni, sed sub quadam ratione ejus atque virtute, tamen per unicum simul actum atque simplicissimum percipies, quodcumque et quantumcunque fueris percepturus. Nam et ipse deus momento totus simul occurrit, et tu si qua in percipiendo utaris compositione, te ipsum a simplicitate protinus separabis.

I'. Ἀλλὰ σὺ μή μοι δι' ἑτέρων αὐτὸ ὅρα· εἰ δὲ μή, τίνος ἂν ἴδοις, οὐκ αὐτό· ἀλλ' ἐννόει, τί ἂν εἴη τοῦτο, ὅ ἐστι λαβεῖν ἐφ' ἑαυτοῦ, ὂν καθαρὸν, οὐδενὶ μιγνύμε-

X. Verum tu noli, precor, deum per alia intueri; alioquin scito, te non deum, sed ejus vestigium inventurum: sed ipse tecum reputa, quidnam hoc sit potissimum, quod fas est percipere tantum in se ipso consistens, purum, nulli

νον, μετεχόντων ἁπάντων αὐτοῦ, μηδενὸς ἔχοντος αὐτό· ἄλλο μὲν γὰρ οὐδὲν τοιοῦτον, δεῖ δέ τι τοιοῦτον εἶναι. Τίς ἂν οὖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἕλοι ὁμοῦ πᾶσαν; εἰ γὰρ ὁμοῦ πᾶσαν, τί ἄν τις αὐτοῦ διαφέροι; κατὰ μέρος ἄρα. Ἀλλὰ προσβαλεῖς μὲν ἀθρόως ὁ προσβάλλων, ὅλον δὲ οὐκ ἀπαγγελεῖς· εἰ δὲ μή, νοῦς νοῶν ἔσῃ, κἂν τύχῃς· ἐκεῖνος δὲ ἐκφεύξεται, μᾶλλον δὲ σὺ αὐτόν. Ἀλλ' ὅταν μὲν ὁρᾷς, ὅλον βλέπε· ὅταν δὲ νοῇς, ὅτι ἂν μνημονεύσῃς αὐτοῦ, νόει ὅτι τἀγαθόν· ζωῆς γὰρ ἐμφρονος καὶ νοερᾶς αἴτιος, δύναμις ὢν ἀφ' οὗ ζωὴ καὶ νοῦς, ὅτι οὐσίας καὶ τοῦ ὄντος, ὅτι ἕν· ἁπλοῦν γὰρ, καὶ πρῶτον, ὅτι ἀρχή. Ἀπ' αὐτοῦ γὰρ πάντα· ἀπ' αὐτοῦ κίνησις ἡ πρώτη, οὐκ ἐν αὐτῷ· ἀπ' αὐτοῦ στάσις, ὅτι αὐτὸς μὴ ἐδεῖτο· οὐ γὰρ κινεῖται οὐδ' ἔστηκεν· οὐδὲ γὰρ εἶχεν οὔτε ἐν ᾧ στήσεται, οὔτε ἐν ᾧ κινηθήσεται. Περὶ τί γὰρ, ἢ πρὸς τί, ἢ ἐν τίνι; πρῶτος γὰρ αὐτός· ἀλλ' οὐδὲ πεπερασμένος εἶναι· ὑπὸ τίνος γάρ; ἀλλ' οὐδ' ἄπειρος, ὡς μέγεθος· ποῦ γὰρ ἔδει προσελθεῖν αὐτόν; ἢ ἵνα τί γένηται αὐτῷ οὐδενὸς δεομένῳ; τὸ δ' ἄπειρον ἡ δύναμις ἔχει· οὐ γὰρ ἄλλως ποτὲ οὐδ' ἐπιλείψει, ὅπου καὶ τὰ μὴ ἐπιλείποντα δι' αὐτόν.

permixtum : ubi certe omnia quidem participant ipsum, nihil tamen id habet : profecto nihil aliud potest esse tale, et procul dubio necessarium est tale aliquid esse. Quisnam igitur potentiam ejus omnem simul apprehendat? Si quis enim simul apprehendat omnem, quonam ab eo differre censebitur? Num accipit ergo secundum partem? sed enim tu ipsum intuens ictu quodam toto simul et unico continebere, neque tamen tibi totum renuntiabis; alioquin intellectus eris intelligens, si quid modo fueris consecutus. deus autem te protinus aufugiet : imo vero tu deum. Ceterum quando inspicis, conspice totum : et cum primum hunc intellexeris, quicquid ex eo memoria conservaveris, bonum ipsum esse memento. Vitæ namque sapientis intellectualisque causa est : quippe cum sit ipsa potestas, a qua vita intellectusque nascitur, nempe essentiæ entisque est auctor, quoniam est ipsum unum. Est enim simplex, est et primum, quoniam est principium. Ab eo namque omnia profluunt : ab eo motus primus exoritur, neque tamen est in eo : ab eo quoque status, quoniam ipse nihilo indiget : neque enim movetur, neque quiescit, cum nihil habeat, in quo requiescat, in quo revolvatur. Nam circa quid, aut ad quid potissimum, aut in quo præcipue vel movebitur vel requiescet? est enim ipse primus. Sed neque potest definitus esse; alioquin a quonam poterit definiri? neque rursus sic est infinitus, ut immensa moles sibi excogitari. Tum vero quonam progredi debet? ac si dicatur progredi, numquid, ut aliquid inde reportet, qui nullo penitus indiget? Ipsam vero infinitatem habet ipsa potestas : neque enim aliter est infinitus, nec aliter unquam se habet, neque deficiet unquam : quando quidem, quæcumque non deficiunt, hoc ipsum ab eo proprie habent.

Principium primum ob inæstimabilem simplicitatem eminentiamque, qua dicitur unum, nec extrinsecus est finitum, neque quiescit, neque movetur, neque figuram habet, neque formam : infinitum est potestate, non quantitate. Falluntur, qui corpora propter quantitatem et maxime esse et esse maxima putant : nam propter eandem infinite licet dicere, neque pars hæc, neque illa ipsum totum est : infinite quoque dicere, hæc pars in hoc est parva, et illa parva : corpus igitur infinite non est ipsum, et est infinite parvum. Denique de veritate rerum separatarum diffidimus ob nimium commercium cum materia : annue quidem in hoc corpore somniant, extra vigilant.

ΙΑ'. Καὶ τὸ ἄπειρον τοῦτο, τῷ μὴ πλέον ἑνὸς εἶναι, μηδὲ ἔχειν πρὸς ὃ ὁρισεῖ τι τῶν ἑαυτοῦ. Τῷ γὰρ ἓν εἶναι οὐ μεμέτρηται, οὐδ' εἰς ἀριθμὸν ἥκει· οὔτ' οὖν πρὸς ἄλλο, οὔτε πρὸς αὐτὸ πεπέραται, ἐπεὶ οὕτως ἂν εἴη καὶ δύο· οὐδὲ σχῆμα τοίνυν, ὅτι μηδὲ μέρη οὐδὲ μορφή· μὴ τοίνυν ζήτει θνητοῖς ὄμμασι τοῦτο, οἷον φησὶν ὁ λόγος· μηδ' ὅτι οὕτως ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἄν τις ἀξιώσειεν, ὃς πάντα αἰσθητὰ ὑπολαμβάνων τὸ μάλιστα πάντων ἀναιρεῖ. Ἃ γὰρ ἡγεῖταί τις εἶναι μάλιστα, ταῦτα μάλιστα οὐκ ἔστι· τὸ δὲ μέγα ἧττον ἐστί· τὸ δὲ πρῶτον ἀρχὴ τοῦ εἶναι, καὶ κυριώτερον αὖ τῆς οὐσίας· ὥστε ἀντιστρεπτέον τὴν δόξαν, εἰ δὲ μή, καταλελείψῃ ἔρημος θεοῦ, οἷον οἱ ἐν ταῖς ἑορταῖς ὑπὸ γαστριμαργίας πλήσαντες ἑαυτοὺς, ὧν οὐ θέμις λαθεῖν τοὺς εἰσιόντας πρὸς τοὺς θεοὺς, νομίσαντες μᾶλλον ἐκεῖνα ἐναργέστερα εἶναι τῆς θέας τοῦ θεοῦ, ᾧ ἑορτάζειν προσήκει, οὐ μετέσχον τῶν ἐκεῖ ἱερῶν. Καὶ γὰρ ἐν τούτοις τοῖς ἱεροῖς ὁ θεὸς οὐχ ὁρώμενος ἀπιστεῖσθαι ποιεῖ, ὡς οὐκ ὢν τοῖς ἐναργὲς νομίζουσι μόνον, ὃ τῇ σαρκὶ μόνον ἔδοιεν· οἷον εἴ τινες διὰ βίου κοιμώμενοι ταῦτα μὲν πιστὰ καὶ ἐναργῆ νομίζοιεν τὰ ἐν τοῖς ὀνείρασιν, εἰ δέ τις αὐτοὺς ἐξεγείρειεν, ἀπιστήσαντες τοῖς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνεωγότων ὀρθεῖσι, πάλιν καταδαρθάνοιεν.

XI. Atqui hoc infinitum ex eo dicitur infinitum, quod non sit plura, quam unum, neque habeat aliquid ad quod suorum aliquid terminet. Profecto ex eo, quod unum est, neque mensuratur, neque procedit in numerum : neque igitur ad aliud quicquam, neque ad se terminatur, quoniam sic utique foret et duo. Neque rursus figuram habet, quoniam neque partes habet, nec formam. Noli igitur id mortalibus oculis indagare, tale videlicet omnino, quale ratio probat. Noli hoc, inquam, confidere ita posse cognosci, quemadmodum aliquis opinabitur, qui, quæcumque sunt, esse sensibilia opinetur, atque ita, quod maxime omnium est, e medio tollat. Quæ enim forsan existimet aliquis esse quam maxime, hæc maxime non sunt. Quod autem est quantitate magnum, id minus existit : at vero, quod primum est, principium est essendi, essentiaque præstantius : quamobrem in oppositum nobis est opinio commutanda; alioquin destituemur a deo, quemadmodum, qui in festis solenniter celebrandis ingluvie quadam ventrem impleverint epulis, quas intraturos ad deos nefas est delibare : quippe qui putent alimenta ventris esse admodum certiora ipsa contemplatione dei, cui decet solennia celebrare, ideoque abeunt sacrorum expertes : etenim in ejusmodi sacris cum non inspiciatur deus, jam non esse putatur apud illos, qui solum id esse certum existimant, quod solum carne gustatur et cernitur : perinde ac si qui per totam vitam forte dormierint, ideo sola, quæ videntur in somnis, credenda tanquam certa prorsus existiment. Si quis autem eos excitet, quippe qui his, quæ per apertos oculos sentiuntur, nequaquam adhibeant, subito rursus obdormiant.

Quam diversus est intellectus a sensu, tam diversa sunt intelligibilia a sensibilibus. Non negas esse voces, etsi non vides. Ne[illegible] neges esse separata, propterea quod nec sensu nec sensuali intelligentia comprehendas. Denique scito, super intellectum [illegible] intelligibile esse ipsum bonum.

Bonum omnia omnino semper appetunt; pulchrum vero nec omnia, nec omnino, nec semper; quapropter naturali quodam

dicio bonum ipsum ipso pulchro præstantius esse censetur, atque ita bono posterior est pulchritudo; sicut amor pulchri adventitius est, et post naturalem appetitum boni nobis incidit. Cum vero pulchritudo sit forma quædam, ibique pulchritudo prima sit, ubi summa et omniformis est forma, intellectus atque intelligibile, merito ipsum bonum superius pulchritudine, similiter intellectu intelligibilique excelsius judicatur.

ΙΒ'. Χρὴ δὲ βλέπειν, ᾧ ἕκαστα δεῖ αἰσθάνεσθαι· ὀφθαλμοῖς μὲν ἄλλα, ὠσὶ δὲ ἕτερα, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως· καὶ τῷ νῷ πιστεύειν ἄλλα ὁρᾷν, καὶ μὴ τὸ νοεῖν ἀκούειν νομίζειν, ἢ ὁρᾷν, ὥσπερ ἂν εἰ τοῖς ὠσὶν ἐπιτάττοιεν βλέπειν, καὶ τὰς φωνὰς οὐκ εἶναι, ὅτι μὴ ὁρῶνται. Χρὴ δὲ ἐννοεῖν, ὡς εἰσὶν ἐπιλελησμένοι, οὗ καὶ ἐξ ἀρχῆς εἰς νῦν ποθοῦσι, καὶ ἐφίενται αὐτοῦ. Πάντα γὰρ ὀρέγεται ἐκείνου καὶ ἐφίεται αὐτοῦ φύσεως ἀνάγκῃ, ὥσπερ ἀπομεμαντευμένα, ὡς ἄνευ αὐτοῦ οὐ δύναται εἶναι. Καὶ τοῦ μὲν καλοῦ, ἤδη οἷον εἰδόσι καὶ ἐγρηγορόσιν, ἡ ἀντίληψις καὶ τὸ θάμβος, καὶ τοῦ ἔρωτος ἡ ἔγερσις. Τὸ δ' ἀγαθὸν, ἅτε πάλαι παρὸν εἰς ἕφεσιν σύμφυτον, καὶ κοιμωμένοις πάρεστι, καὶ οὐ θαμβεῖ ποτε ἰδόντας, ὅτι σύνεστιν ἀεί· καὶ οὔποτε ἡ ἀνάμνησις· οὐ μὴν ὁρῶσιν αὐτὸ ὅτι κοιμωμένοις πάρεστι. Τοῦ δὲ καλοῦ ὁ ἔρως, ὅταν παρῇ, ὀδύνας δίδωσιν, ὅτι δεῖ ἰδόντας ἐφίεσθαι, δεύτερος ὢν οὗτος ὁ ἔρως, καὶ ἤδη συνιέντων, μᾶλλον δεύτερον μηνύει τὸ καλὸν εἶναι· ἡ δὲ ἀρχαιοτέρα τούτου καὶ ἀναίσθητος ἔφεσις, ἀρχαιότερον φησὶ καὶ ταγαθὸν εἶναι, καὶ πρότερον τούτου. Καὶ οἴονται δὲ ταγαθὸν λαβόντες ἀρκεῖν αὐτοῖς ἅπαντες· εἰς γὰρ τὸ τέλος ἀφῖχθαι. Τὸ δὲ καλὸν οὔτε πάντες εἶδον γενόμενον· τό τε καλὸν αὐτῷ οἴονται εἶναι, ἀλλ' οὐκ αὐτοῖς, οἷα καὶ τὸ τῇδε κάλλος, τοῦ γὰρ ἔχοντος τὸ κάλλος εἶναι· καὶ καλοῖς εἶναι δοκεῖν ἀρκεῖ, κἂν μὴ ὦσι· τὸ δ' ἀγαθὸν οὐ δόξῃ ἐθέλουσιν ἔχειν. Ἀντιποιοῦνται γὰρ μάλιστα τοῦ πρώτου, καὶ φιλονεικοῦσι καὶ ἐρίζουσι τῷ καλῷ, ὡς καὶ αὐτῷ γεγονότι ὥσπερ αὐτοί· οἷον εἴ τις ὕστερος ἀπὸ βασιλέως τῷ μετὰ βασιλέα εἰς ἀξίωσιν ἴσην βούλοιτο ἰέναι, ὡς ἀφ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐκείνῳ γεγενημένος, ἀγνοῶν ὡς ἀνήρτηται μὲν καὶ αὐτὸς εἰς βασιλέα, ἕστι δὲ ἐκεῖνος πρὸ αὐτοῦ. Ἀλλ' οὖν ἡ τῆς πλάνης αἰτία τὸ μετέχειν ἄμφω τοῦ αὐτοῦ, καὶ πρότερον τὸ ἓν ἀμφοτέρων εἶναι, καὶ ὅτι κἀκεῖ τὸ μὲν ἀγαθὸν αὐτὸ οὐ δεῖται τοῦ καλοῦ, τὸ δὲ καλὸν ἐκείνου. Καὶ ἔστι δὲ τὸ μὲν ἥπιον καὶ προσηνὲς καὶ ἁβρότερον, καὶ, ὡς ἐθέλει τις, παρὸν αὐτῷ· τὸ δὲ θάμβος ἔχει καὶ ἔκπληξιν καὶ συμμιγῆ τῷ ἀλγύνοντι τὴν ἡδονήν. Καὶ γὰρ αὖ καὶ ἕλκει ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τοὺς οὐκ εἰδότας, ὥσπερ ἀπὸ πατρὸς τὸ ἐρώμενον· νεώτερον γάρ· τὸ δὲ πρεσβύτερον, οὐ χρόνῳ, ἀλλὰ τῷ ἀληθεῖ, ὃ καὶ τὴν δύναμιν προτέραν ἔχει· πᾶσαν γὰρ ἔχει· τὸ γὰρ μετ' αὐτὸ, οὐ πᾶσαν, ἀλλ' ὅτῃ μετ' αὐτὸν καὶ ἀπ' αὐτοῦ· ὥστε ἐκεῖνος καὶ ταύτης κύριος, οὐ δεηθεὶς οὗτος τῶν ἐξ αὐτοῦ γενομένων, ἀλλὰ πᾶν καὶ ὅλον ἀφεὶς τὸ γενόμενον, ὅτι μὴ ἐδεῖτο μηδὲν αὐτοῦ, ἀλλ' ἔστιν ὁ αὐτὸς, οἷος καὶ πρὶν τοῦτο γεννῆσαι, ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἐμέλησεν αὐτῷ μὴ γενομένου· ἐπεὶ οὐδ', εἰ ἄλλῳ δυνατὸν ἦν γενέσθαι ἐξ αὐτοῦ, ἐφθόνησεν ἄν. Νῦν δὲ οὐκ ἔστιν οὐδὲν γενέσθαι, οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὃ μὴ γέγονε, γενομένων τῶν πάντων. Αὐτὸς δὲ οὐκ

XII. Operæ pretium est ad singula percipienda eo potissimum se accingere, quo singula percipi debent. Oculis namque alia, auribus alia, aliis similiter alia: credendumque est, mentem præterea alia comprehendere, neque putandum intelligere idem esse, quod audire atque videre: ceu si quis aures cernere jubeat, vocesque ideo esse neget, quia minime videantur. Proinde cogitandum est, eos esse illius oblitos, quod ab initio in hunc usque diem desiderant et affectant: omnia enim illud appetunt necessitate naturæ, quasi quæ vaticinentur, se absque illo esse non posse. Præterea ipsius pulchri notitia animis jam experrectis et cognoscentibus accidit. Contingit simul et stupor, et ad amorem pertinens excitatio. Ipsum vero bonum, utpote quod jam ab initio præsens est ad ingenitum appetitum, etiam dormientibus adest, neque unquam stupore occupat intuentes, propterea, quod semper adest, nec propria quadam ad hoc reminiscentia indiget: neque tamen ipsum animadvertentibus id occurrit, quoniam et dormientibus imminet. Pulchri vero ipsius amor cum primum sese offert, molestias infert, quoniam oportet pulchrum appetere cognoscendo: atqui amor ejusmodi cum sit secundus, eorumque, qui jam intelligunt, plane indicat, pulchrum ipsum esse secundum: appetitio vero boni, cum sit antiquior neque sensibus egeat, testatur, ipsum bonum antiquius et superius esse, quam pulchrum. Accedit ad hæc, quod omnes existimant, satis quandoque sibi fore, si bonum ipsum fuerint consecuti, quasi tunc demum ad finem usque pervenerint: pulchrum vero non omnes satis sibi facturum existimant. Præterea nonnulli præsentem quoque pulchritudinem parvi faciunt: item, quod pulchrum est, sibimet potius, quam ipsis, judicant esse pulchrum, quemadmodum pulchritudinem hanc nostram proprie habentis eam esse censent: tum vero plerisque satis sibi factum videtur, si videantur pulchri, quamvis minime sint: bonum vero non opinione duntaxat, sed re vera cupiunt possidere. Omnes namque, quod primum omnium est, potissimum sibi comparare contendunt. Quid dicemus ad hæc? quod animi una cum pulchro quasi quodam victoriæ studio certant? quasi et ipsum factum aliunde sit, sicut illi aliunde sunt facti. Ceu si quis a rege posterior studeat alium quendam, qui statim sequatur regem, dignitatibus adæquare: utpote qui ab uno eodemque, atque ille, pendeat, ignorans scilicet, se quoque a rege pendere, illum vero præcedere. Causa vero erroris ea est, quod ambo ejusdem participes sunt, unumque ambobus est prius. Constat insuper, ipsum bonum pulchro minime indigere, sed bono pulchrum. Proinde bonum ipsum mansuetum est, lene, placidum, delicatum, atque, sicut optat quisque, solet occurrere. Pulchrum vero vel stupidum reddit animum vel concitatum, voluptatemque cum dolore commiscet. Denique incautos sæpe animos a bono deflectere consuevit, sicut amatum sæpe a patre separat amaforem. Pulchrum namque junius est, bonum autem est antiquius, non quidem tempore, sed veritate, quod quidem potentiam quoque priorem habet: habet namque omnem: quod vero post ipsum est, non possidet omnem, sed tantam duntaxat, quanta post ipsum est et ab ipso. Quapropter pater ille hujus quoque potestatis est dominus, nullo modo indigens his, quæ generantur ab ipso, sed omne totumque dimittens, quod est genitum: quoniam nulla prorsus conditione hoc indiget, sed exsistit prorsus idem, qui et prius quam hoc ex se generaret: atqui ipsius quoque nihil interesset, si hoc genitum non fuisset: quandoquidem, etsi potuisset ex illo aliud insuper generari, non invidisset ei quoque munus essendi. Nunc vero nihil ulterius effici potest: nihil enim reliquum est, quod jam non fuerit pro

ἦν τὰ πάντα, ἵν' ἂν ἐδεήθη αὐτῶν· ὑπερβεβηκὼς δὲ τὰ πάντα οἷός τε ἦν καὶ ποιεῖν αὐτὰ, καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἔᾶσαι εἶναι, αὐτὸς ὑπὲρ αὐτῶν ὤν.

creatum, cum jam facta sint omnia. At ipse deus non exsistit cuncta; sic enim omnibus indigeret: sed omnia supergrediens potuit omnia constituere, atque permittere sibi ipsis omnia, ipse quidem omnia supereminens.

Entia omnia minus inter se magisve bona desinunt in ens aliquod maxime bonum; hoc tandem resolvitur in ipsum bonum, id est ipsam simpliciter bonitatem, ente superiorem.

Quando hanc ipsam nominas, noli cogitare duo quædam, id est rem quandam una cum bonitate; alioquin principium rerum compositum erit, eritque non bonitas absoluta, sed bonitas quædam, et tanquam particeps boni; referetur tandem ad superius bonum, non ultra participatione bonum. De essentia, vita, mente prædicari potest aliquando malum, aut saltem non bonum, aut certe magis minusve bonum. Talia vero de ipsa simpliciter bonitate prædicari non possunt. Ratio igitur bonitatis ipsius et alia est, et simplicior, ideoque prior, quam ratio essentiæ, vitæ, mentis. Noli igitur fingere, deum primum contineri in communi entium ordine sub entis ratione communi, atque insuper habere propriam bonitatem; alioquin compositus erit, nec formaliter, sed participatione quadam superioris simpliciorisque boni bonus. Ipsum denique bonum, quod ab omnibus essentiis, vitis, mentibus appetitur, eaque perficit atque efficit, non est dicendum habere proprie essentiam, vitam, mentem, sicut neque solem dicimus ea proprie in se habere, quorum in elementis causa est, id est calorem ejusmodi et augmentum et generationem, similesque formas atque figuras.

ΙΓ'. Ἔδει δὲ καὶ τἀγαθὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ μὴ ἀγαθὸν, μὴ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ μηδὲν, ἐπεὶ μηδὲ ἀγαθόν. Ὁ γὰρ ἕξει, ἢ ἀγαθὸν ἕξει, ἢ οὐκ ἀγαθόν· ἀλλ' οὔτε ἐν τῷ ἀγαθῷ τῷ κυρίως καὶ πρώτως ἀγαθῷ τὸ μὴ ἀγαθὸν, οὔτε τὸ ἀγαθὸν ἕξει τὸ ἀγαθόν. Εἰ οὖν μήτε τὸ οὐκ ἀγαθὸν μήτε τὸ ἀγαθὸν ἕξει, οὐδὲν ἕξει· εἰ οὐδὲν ἕξει, μόνον καὶ ἔρημον τῶν ἄλλων ἐστίν. Εἰ οὖν τὰ ἄλλα ἢ ἀγαθά ἐστι, καὶ οὐ τἀγαθὸν, ἢ οὐκ ἀγαθά ἐστιν, οὐδέτερα δὲ τούτων ἕξει, οὐδὲν ἔχων τῷ μηδὲν ἔχειν ἔστι τὸ ἀγαθόν. Εἰ δ' ἄρα τις ὁτιοῦν αὐτῷ προστίθησιν, ἢ οὐσίαν, ἢ νοῦν, ἢ καλὸν, τῇ προσθήκῃ ἀφαιρεῖται αὐτοῦ τἀγαθὸν εἶναι· πάντα ἄρα ἀφελὼν, καὶ οὐδὲν περὶ αὐτοῦ εἰπὼν, οὐδέ τι ψευσάμενος, ὡς ἔστι παρ' αὐτῷ, εἴασε τὸ ἔστιν, οὐδὲν καταμαρτυρήσας τῶν οὐ παρόντων. Οἷον, οἱ μὴ ἐπιστήμῃ τοὺς ἐπαίνους ποιούμενοι, οἱ ἐλαττοῦσι τὴν τῶν ἐπαινουμένων δόξαν, προστιθέντες αὐτοῖς, ἃ τῆς ἀξίας αὐτῶν ἐστιν ἐλάττω, ἀποροῦντες ἀληθεῖς εἰπεῖν περὶ τῶν ὑποκειμένων προσώπων τοὺς λόγους. Καὶ οὖν καὶ ἡμεῖς μηδὲν τῶν ὑστέρων καὶ τῶν ἐλαττόνων προστιθῶμεν, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ ταῦτα ἰὼν ἐκεῖνος τούτων αἴτιος ᾖ, ἀλλὰ μὴ αὐτὸς ταῦτα. Καὶ γὰρ αὖ φύσις ἀγαθοῦ οὐ πάντα εἶναι, οὐδ' αὖ ἕν τι τῶν πάντων· εἴη γὰρ ἂν ὑπὸ ἓν καὶ ταὐτὸν τοῖς ἅπασιν, ὑπὸ δὲ ταὐτὸν ὂν τοῖς πᾶσι διαφέροι ἂν τῷ ἰδίῳ μόνον, καὶ διαφορᾷ καὶ προσθήκῃ· ἔσται τοίνυν δύο, οὐχ ἕν, ὧν τὸ μὲν οὐκ ἀγαθὸν, τὸ κοινὸν, τὸ δὲ ἀγαθόν· μικτὸν ἄρα ἔσται ἐξ ἀγαθοῦ καὶ οὐκ ἀγαθοῦ· οὐκ ἄρα καθαρῶς ἀγαθὸν, οὐδὲ πρώτως, ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν εἴη πρώτως, οὗ μετέχον παρὰ τὸ κοινὸν γεγένηται ἀγαθόν· μεταλήψει μὲν δὴ αὐτὸ ἀγαθόν· οὗ δὲ μετέλαβεν, οὐδὲν τῶν πάντων· οὐδὲν ἄρα τῶν πάντων τὸ ἀγαθόν. Ἀλλ' εἰ ἐν αὐτῷ τοῦτο τὸ ἀγαθόν (διαφορὰ γὰρ, καθ' ἣν τοῦτο τὸ σύνθετον ἦν ἀγαθόν), δεῖ αὐτὸ παρ' ἄλλου εἶναι· ἦν δὲ αὐτὸ ἁπλοῦν καὶ μόνον ἀγαθόν· πολλῷ ἄρα τὸ ἀφ' οὗ μόνον ἀγαθόν. Τὸ ἄρα πρώτως καὶ τἀγαθὸν, ὑπέρ τε πάντα τὰ ὄντα ἀναπέφανται ἡμῖν, καὶ μόνον ἀγαθὸν, καὶ οὐδὲν ἔχον ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ ἁμιγὲς πάντων καὶ ὑπὲρ πάντα, καὶ αἴτιον τῶν πάντων. Οὐ γὰρ δὴ ἐκ κακοῦ τὸ καλὸν, οὐδὲ τὰ ὄντα, οὐδ' αὖ ἐξ ἀδιαφόρων· κρεῖττον γὰρ τὸ ποιοῦν τοῦ ποιουμένου, τελειότερον γάρ.

XIII. Cum vero deus sit ipsum bonum, non autem bonus, oportet ipsum nihil prorsus in se habere, quando nec habet bonum. Si quid enim habeat, aut bonum habebit, aut non bonum: at neque in eo, quod proprie præcipue primo bonum est, potest esse non bonum, neque ipsum bonum habet bonum. Si ergo neque non bonum neque bonum habet, nihil penitus habet: sin habet nihil, solum est ab omnibusque secretum. Si igitur alia vel bona sunt, non tamen ipsum bonum, vel forte non bona, neutrum vero horum habet, certe, nihil habens, habendo nihil est ipsum bonum. Si quis igitur huic aliquid addit, vel essentiam, vel mentem, vel pulchrum, ipsa nimirum additione demit ab eo id ipsum, quod ipsum exsistit bonum, cuncta auferens, nihilque de hoc affirmans, neque quicquam mentiens, quasi sit aliquid apud ipsum, rite permittit tantum, quod est dici solet: nihil eorum, quæ non adsunt, de ipso testificatus. Qua quidem in re errare plerique consueverunt, qui, cum laudare quempiam nesciant, laudatorum gloriæ detrahunt, dum ea illis adjungunt, quæ dignitate illorum minora sunt, ignorantes scilicet veras laudes laudatis personis accommodare. Quam ob rem et nos in primis cavere debemus, ne quid posteriorum minorumque addamus, ac penitus observare, ut deus ille hæc omnia supereminens horum causa sit, neque tamen ille hæc exsistat. Jam vero natura boni non est esse vel omnia, vel aliquid omnium. Profecto, si sit aliquid omnium, erit sub uno quodam eodemque una cum cunctis. Si autem sit sub eodem una cum ceteris, differet utique ab aliis proprio quodam tantum, differentiaque et additione quadam. Erit ergo duo jam, non unum, quorum alterum quidem sit non bonum, scilicet quod ipsi cum reliquis est commune: alterum vero bonum: erit itaque mixtum ex bono simul atque non bono, ideoque nec pure, nec primo bonum erit. At illud erit primo bonum, cujus et hoc particeps ultra communem conditionem jam evasit bonum. Hoc ergo participatione quadam bonum erit: illud autem, cujus hoc est particeps, nullum est ex omnibus: quare nullum omnium est ipsum bonum. Verum si in ipso bonum hoc est (differentia enim est, per quam hoc compositum est bonum), necesse est, hoc ab alio pendere, quod quidem simplex omnino sit solumque bonum. Hoc itaque velut multiplex ab eo pendet, quod bonum est duntaxat. Quamobrem, quod exsistit primo, bonumque ipsum est, constat super omnia entia esse, solumque bonum, nihilque in se habere, sed, nullis omnino permixtum, cuncta supereminere, et causam esse cunctorum. Non enim ex malo fit pulchrum, neque entia sunt ex malo, neque rursus ex aliquibus, quæ indifferentia sint: melior enim est effector effectu: est namque perfectior.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ ς.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟ ΕΠΕΚΕΙΝΑ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ ΜΗ ΝΟΕΙΝ, ΚΑΙ ΤΙ ΤΟ ΠΡΩΤΩΣ ΝΟΟΥΝ, ΚΑΙ ΤΙ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΩΣ

(533,534.)

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER VI.

QUOD ILLUD, QUOD EST SUPER ENS, NON INTELLIGAT: QUIDVE SIT INTELLIGENS PRIMO. QUIDVE SECUNDO INTELLIGENS.

[986,987.]

Intellectus et unitus est cum re intellecta pariter, et distinctus.

Si cognoscit externa foras aspiciendo, manifesta est inter intellectum intelligibileque diversitas, et intellectus formam induit peregrinam: interea tamen per hanc formam cum intelligibili intellectus unitur: sin autem intelligit se ipsum, eadem quidem est intelligentis intelligibilisque essentia. Est tamen hujus atque illius opposita inter se ratio: igitur distincta formaliter Adde, quod ratio ipsius intelligibilis ratione intelligentis est superior; sicut ratio vel luminis, vel diaphani, vel luminis purioris atque minus puri. Ratio enim intellectus ad intelligibile, ubi se ipsum intelligit, est tanquam inchoati cujusdam luminis annitentis ad absolutum lumen accipiendum, cui pro viribus adæquetur.

Α'. Τὸ μέν ἐστι νοεῖν ἄλλο, τὸ δὲ αὐτὸ, ὃ ἤδη φεύγει μᾶλλον τὸ δύο εἶναι· τὸ δὲ πρότερον λεχθὲν βούλεται καὶ αὐτὸ, ἀλλ' ἧττον δύναται· παρ' αὐτῷ μὲν γὰρ ἔχει, ὃ ὁρᾷ, ἕτερόν γε μὴν ἐκείνου· τὸ δὲ οὐ κεχώρισται τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ συνὸν αὑτῷ ὁρᾷ ἑαυτό· ἄμφω οὖν γίγνεται ἓν ὄν· μᾶλλον οὖν νοεῖ, ὅτι ἔχει, καὶ πρώτως νοεῖ, ὅτι τὸ νοοῦν δεῖ ἓν καὶ δύο εἶναι. Εἴτε γὰρ μὴ ἓν, ἄλλο τὸ νοοῦν, ἄλλο τὸ νοούμενον ἔσται· οὐκ ἂν οὖν πρώτως νοοῦν εἴη, ὅτι ἄλλου τὴν νόησιν λαμβάνον οὐ τὸ πρώτως νοοῦν ἔσται, ὅτι, ὃ νοεῖ, οὐκ ἔχει ὡς αὐτοῦ, ὥστε οὐδ' αὐτό· ἢ εἰ ἔχει ὡς αὐτὸ, ἵνα κυρίως νοῇ, τὰ δύο ἓν ἔσται. Δεῖ ἄρα ἓν εἶναι ἄμφω, εἴτε ἓν μὲν μὴ, δύο δὲ αὖ ἔσται, ὅ τι νοήσει οὐχ ἕξει· ὥστε οὐδὲ νοοῦν ἔσται· ἁπλοῦν ἄρα καὶ οὐχ ἁπλοῦν δεῖ εἶναι. Μᾶλλον δ' ἄν τις αὐτὸ τοιοῦτον ὂν ἕλοι ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀναβαίνων· ἐνταῦθα γὰρ διαιρεῖν ῥᾴδιον, καὶ ῥᾷον ἄν τις τὸ διπλοῦν ἴδοι. Εἰ οὖν τις διπλοῦν φῶς ποιήσειε, τὴν μὲν ψυχὴν κατὰ τὸ ἧττον, τὸ δὲ νοητὸν αὐτῆς κατὰ τὸ καθαρώτερον, εἶτα ποιήσειε καὶ τὸ ὁρῶν ἴσον εἶναι φῶς τῷ ὁρωμένῳ, οὐκ ἔχων ἔτι χωρίζειν τῇ διαφορᾷ, ἓν τὰ δύο θήσεται· νοῶν μέν, ὅτι δύο ἦν· ὁρῶν δέ, ἤδη ἕν· οὕτω νοῦν καὶ νοητὸν αἱρήσει. Ἡμεῖς μὲν οὖν τῷ λόγῳ ἐκ δύο ἓν πεποιήκαμεν, τὸ δ' ἀνάπαλιν ἐξ ἑνός ἐστι δύο, ὅτι νοεῖ ποιοῦν αὐτὸ δύο, μᾶλλον δὲ ὄν, ὅτι νοεῖ, δύο, καὶ ὅτι αὐτὸ ἕν.

I. Duplex intelligentia est: aut enim aliquid intelligit aliud, aut se ipsum: quod quidem longius illam devitat diversitatem, per quam duo quædam evadat intelligendo. Quod autem intelligit aliud, vult ipsum quoque diversitatem fugere, sed minus id valet: habet quidem apud se, quod videt, sed a se diversum. Verum quod se ipsum intelligit, non est ab eo, quod intelligitur, essentia separatum, sed, coexistens secum, se ipsum et intuetur: utrumque itaque simul ens unum efficitur: imo vero magis intelligit, quoniam, quod intelligit, habet. Primoque intelligit, quia ipsum intelligens oportet unum duoque exsistere: sive enim non sit unum, ideoque aliud quidem sit intelligens, aliud intellectum, non erit utique primo intelligens. Aliud namque intelligendo intelligens primo non erit, nempe, quod intelligit, non habet tanquam suum aliquid, et idcirco neque tanquam se ipsum id habet: aut certe, si tanquam se ipsum habuerit, ut præcipue intelligat, duo hæc unum erunt. Oportet itaque ambo unum exsistere, sive unum quidem non sit, rursus vero sit duo, certe, quod intelligat, non habebit: quapropter neque erit intelligens: necessarium igitur est, quicquid intelligit, esse simplex simul atque non simplex. Proinde, si quis ab anima sursum ascendat, apertius comprehendet, quod intelligit esse tale. Hic enim dividere facile est, ideoque facilius aliquis deprehendat duplicitatem. Si quis igitur lumen duplex efficiat, animam quidem secundum minus purum, intelligibile autem animæ secundum ejusdem purius: deinde faciat, ut ipsum videns æquale sit lumen lumini viso, cum non habeat ultra, qua differentia separet, duo hæc esse asseret unum, quod quidem ideo sit intelligens, quoniam exsistit duo: at idcirco sit jam videns, quoniam jam est unum: ille igitur intellectum sic intelligibileque apprehendet. Quam ob rem nos quidem ratione nostra ex duobus confecimus unum: illud autem contra ex uno exsistit duo, quoniam scilicet intelligit reddens se ipsum duo; imo vero, quia intelligit, exsistens duo: item, quia ipsum est unum, intelligere potest.

Intellectus se ipsum intelligens in se multiplicitatem habet.

Omnis intellectus est quodammodo intelligibilis, non tamen omne intelligibile necessario est intellectus. Ratio igitur ipsius intelligibilis alia et communior et prior est, quam ratio intellectus. Intellectus igitur se intelligens diversas in se rationes habet. Præterea, cum ipso entium ordine essentia sit etiam tempore prior, quam intelligentia, merito in primo ente est saltem origine prior. Ipsa igitur essentia in primo originis signo, secundum se ipsam, necdum est intelligens, nec intelligibilis actu, nisi suboriatur ei facultas intelligendi, quæ sane facultas non fit intelligens actu, nisi cum intelligibili copuletur. Concludo, si ipsa entis essentia ad ipsam exsistendi perfectionem non indiget intelligentia (hanc enim præcedit), multo minus, quod est superius ente. Superius autem est illud, in quo non est prius aliquid et posterius; nec absolutarum duplicitas rationum, sicut in ente et intellectu esse comperimus.

Β'. Εἰ δὴ τὸ μὲν πρώτως νοοῦν, τὸ δὲ ἤδη ἄλλως νοοῦν, τὸ ἐπέκεινα τοῦ πρώτως νοοῦντος, οὐκ ἂν ἔτι

II. Si igitur aliud quidem est primo intelligens, aliud autem est intelligens aliter, certe, quod est primo intelligente superius, non intelligit: intellectum namque opor-

νοεῖ· νοῦν γὰρ δεῖ γενέσθαι, ἵνα νοῇ, ὄντα δε νοῦν καὶ νοητὸν ἔχειν, καὶ πρώτως νοοῦντα ἔχειν τὸ νοητὸν ἐν αὑτῷ· νοητὸν δὲ ὂν οὐκ ἀνάγκη πᾶν καὶ νοοῦν ἐν αὑτῷ ἔχειν καὶ νοεῖν· ἔσται γὰρ οὐ μόνον νοητὸν, ἀλλὰ καὶ νοοῦν· πρῶτόν τε οὐκ ἔσται δύο ὄν, ὅ τε νοῦς ὁ τὸ νοητὸν ἔχων οὐκ ἂν συσταίη μὴ οὔσης οὐσίας καθαρῶς νοητοῦ, ὃ πρὸς μὲν τὸν νοῦν νοητὸν ἔσται, καθ' ἑαυτὸ δὲ οὔτε νοοῦν οὔτε νοητὸν κυρίως ἔσται· τό τε γὰρ νοητὸν, ἑτέρῳ· ὅ τε νοῦς τὸ ἐπιβάλλον τῇ νοήσει κενὸν ἔχει, ἄνευ τοῦ λαβεῖν καὶ ἑλεῖν τὸ νοητὸν, ὃ νοεῖ· οὐ γὰρ ἔχει τὸ νοεῖν ἄνευ τοῦ νοητοῦ· τότε οὖν τέλεον, ὅταν ἔχῃ. Ἔδει δὲ πρὸ τοῦ νοεῖν τέλεον εἶναι παρ' αὐτοῦ τῆς οὐσίας· ᾧ ἄρα τὸ τέλεον ὑπάρξει, πρὸ τοῦ νοεῖν τοῦτο ἔσται· οὐδὲν ἄρα δεῖ αὐτῷ τοῦ νοεῖν, αὐταρκες γὰρ πρὸ τούτου· οὐκ ἄρα νοήσει. Τὸ μὲν ἄρα οὐ νοεῖ, τὸ δὲ πρώτως νοεῖ, τὸ δὲ νοήσει δευτέρως. Ἔτι, εἰ νοήσει τὸ πρῶτον, ὑπάρξει τι αὐτῷ· οὐκ ἄρα πρῶτον, ἀλλὰ καὶ δεύτερον, καὶ οὐχ ἓν, ἀλλὰ πολλὰ ἤδη, καὶ πάντα, ὅσα νοήσει· καὶ γὰρ εἰ μόνον ἑαυτὸ, πολλὰ ἔσται.

teret esse, ut intelligeret: si autem intellectus foret, intelligibile oporteret habere, ac, si primo intelligeret, habere intelligibile in se ipso: non tamen necessarium est, quicquid intelligibile est, habere in se intellectum et intelligere: esset enim non intelligibile tantum, sed et intelligens. Cumque duo jam sit, non esset utique primum. Jam vero intellectus, qui intelligibile possidet, nunquam consistere posset, si non esset essentia ejus, quod est intelligibile purum, quod ad intellectum quidem intelligibile erit. Secundum vero se ipsum neque intelligens, neque intelligibile proprie erit: nempe, quod intelligibile dicitur, alteri intelligibile judicatur: atqui et intellectus suam illam vim, per quam intelligentia nititur, habet vacuam, nisi acceperit comprehenderitque ipsum intelligibile, quod intelligit: non enim absque intelligibili habet intelligentiam tunc itaque perfectus est, quando jam habet. Oportet autem, antequam intelligat, perfectam penes se habere essentiam. Illud ergo, ex quo secundum essentiam perfectus exsistit, id ipsum est ante intelligentiam: quam ob rem nihil huic opus est intelligentia, cum ante hanc sufficienter exsistat: itaque non intelligit. Est igitur supremum aliquid, quod non intelligit: est insuper, quod intelligit primo: est denique, quod secundam quandam intelligentiam habet. Præterea, si primum illud omnium principium intelligat, aliquid jam illi aderit: non erit itaque primum, sed secundum: neque unum, sed jam multa, et profecto totidem, quot et intelligiet: quin imo, si solum intelligat semet ipsum, multa rursus evadet.

Quousque fingis intellectum, ob id ipsum, quod intelligat vel se vel alia, ita multiformem evadere, ut sint in eo multæ formæ inter se ex ipsa natura rei formaliterque distinctæ, etiam si nulla illic relatio illis accesserit, nondum principii simplicitatem adinvenisti.

Rursus ubicumque multa invicem componuntur, atque ex multis conficitur unum, ejusmodi multitudo est post ipsum unum. Denique omnis multitudo, quæ aliud quiddam est, quam ipsa unitas, et quodammodo opponitur unitati, necessario est post ipsum unum, et particeps est unius. Platonica hæc Christianis theologis non adversantur, apud quos primum principium non habet formas plures, intelligendo plura, quomodocumque intelligat, sed per unam sui formam actu unico se inspiciens, omnia conspicit, videlicet simplicissimam formam suam considerans, aliter ab aliis atque aliter imitandam. Præterea divina Trinitas (ut Dionysius Areopagita confirmat, et Gregorius Nazianzenus asserit) idem ibi est, quod et ipsa unitas: sane, sicut lux et calor sub cælo quidem distincta duoque sunt, in cælo sunt unum. Quin etiam progressio et quies hic quidem diversa sunt, ibi autem quies in progressione versatur, et progressio in quiete: ita in divina natura, qua ratione infinita est, motus cum statu concurrit: nam si fingas infinitam motus velocitatem, resolves in statum, imo et tarditas atque velocitas infinita, dum in statu desinunt, in unum etiam inter se conveniunt. Virtus enim infinita omnia sibi subito uniens, in se unit et invicem, ut mox mirum sit, apud Dionysium et Nazianzenum in natura divina id ipsum, quod est unitas, ipsam quoque Trinitatem exsistere, atque vicissim. Infinitudo enim virtutis illic et propaginem agit intimam, æqualemque usque in Trinitatem, ut aiunt, et servat interim unitatem. Non est igitur ibi Trinitas tanquam multitudo quædam particeps unitatis, in superiorem videlicet unitatem referenda: est enim hæc unitas ipsa. Si qua vero in divinis distinctio est, per relationem quandam agitur, ut placet plurimis Christianorum, propterea, quod relatio soleat differentiam afferre quam minimam, nihilque componere. Addunt sectatores Scoti, solam multitudinem illam, deo indignam esse, quæ per potentiam et actum compositionis alicujus est causa. Illic autem multitudinem sive personarum sive idearum non ita considerari, sed omnia velut actus quosdam componentes nihil, neque ex potentia exeuntes, imo tanquam radios quosdam lucis ipsi luci penitus intimos atque perpetuos, in quos lux ipsa simpliciter se propagat.

I". Εἰ δὲ πολλὰ τὸ αὐτὸ οὐδὲν κωλύειν φήσουσιν, ἐν τούτοις ὑποκείμενον ἔσται· οὐ δύναται γὰρ πολλὰ, μὴ ἑνὸς ὄντος, ἀφ' οὗ, ἢ ἐν ᾧ, ἢ ὅλως ἑνὸς, καὶ τούτου πρώτου τῶν ἄλλων ἀριθμουμένου, ὃ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ δεῖ λαβεῖν μόνον. Εἰ δὲ ὁμοῦ εἴη μετὰ τῶν ἄλλων, δεῖ τοῦτο συλλαβόντα αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων, ὅμως δὲ ἕτερον τῶν ἄλλων ὄν, ἓν ὂν μετ' ἄλλων, ζητεῖν δὲ τοῦτο τὸ ὑποκείμενον τοῖς ἄλλοις, μηκέτι μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἑαυτό. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτὸ ὅμοιον μὲν ἂν εἴη τούτῳ, οὐκ ἂν δὲ εἴη τοῦτο, ἀλλὰ δεῖ αὐτὸ μόνον εἶναι, εἰ μέλλοι καὶ ἐν ἄλλοις ὁρᾶσθαι, εἰ μή τις αὐτοῦ λέγοι τὸ εἶναι σὺν τοῖς ἄλλοις τὴν ὑπόστασιν ἔχειν· οὐκ ἄρα ἁπλοῦν αὐτὸ ἔσται, οὐδὲ τὸ συγκείμενον ἐκ πολλῶν ἔσται. Τό τε γὰρ οὐ δυνάμενον ἁπλοῦν εἶνσι ὑπόστασιν οὐχ ἕξει τό τε

III. Ceterum si quis objecerit, nihil obstare, quominus primum hoc idem sit et multa, respondebimus, oportere his multis unum convenire subjectum: nequeunt enim multa vel esse vel unum conficere, nisi sit unum a quo vel in quo sint: aut certe nisi unum sit omnino, idque primum præter numerum reliquis inter se numeratis: quod quidem in se ipso solum accipiendum est. Si autem una cum aliis ipsum sit, oportebit hoc quidem acceptum una cum aliis, differens tamen a reliquis, jam ceterorum congressui permittere: ipsum vero subjectum cunctis, non ulterius una cum ceteris, sed secundum se ipsum potius indagare. Quod enim in aliis idem est, simile quidem erit huic, neque tamen hoc erit, verum oportet ipsum esse solum, si modo sit in aliis etiam deprehendendum, nisi forte quis dixerit, esse ipsius nihil aliud exsistere, quam una cum aliis habere substantiam. Quod si ita sit, non erit usquam ipsum simplex, ideoque nec erit alicubi aliquid ex multis compositum: nempe cum, quod nequit esse simplex, substantiam non habebit, tum, quod compositum (ceteler-

συγκείμενον ἐκ πολλῶν, ἁπλοῦ οὐκ ὄντος, οὐδ' αὐτὸ ἔσται· ἑκάστου γὰρ ἁπλοῦ οὐ δυναμένου εἶναι, οὐδ' ὑφεστηκός τινος ἑνὸς ἁπλοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ συγκείμενον ἐκ πολλῶν, οὐδενὸς αὐτῶν ὑπόστασιν ἔχειν καθ' ἑαυτὸ οὐ δυναμένου, οὐδὲ παρέχειν αὐτὸ μετ' ἄλλου εἶναι, τῷ ὅλως μὴ εἶναι, πῶς ἂν τὸ ἐκ πάντων εἴη σύνθετον, ἐκ μὴ ὄντων γεγενημένον, οὔ τι μὴ ὄντων, ἀλλ' ὅλως μὴ ὄντων; εἰ ἆρα πολλά τι ἐστί, δεῖ πρὸ τῶν πολλῶν ἓν εἶναι. Εἰ οὖν τὸ νοοῦν τι πλῆθος, δεῖ ἐν τῷ μὴ πλήθει τὸ νοεῖν μὴ εἶναι. Ἦν δὲ τοῦτο τὸ πρῶτον· ἐν τοῖς ὑστέροις ἄρα αὐτοῦ τὸ νοεῖν καὶ νοῦς ἔσται.

multis, cum nusquam sit aliquid simplex, ipsum quoque non erit : nam cum unumquodque simplex esse nequeat, neque unum aliquid simplex suo quodam fundamento sustineat, quod ex multis dicitur constitutum, ubi sane nullum eorum substantiam habere secundum se queat, neque etiam possit se ipsum alicujus commercio adhibere, propterea quod omnino non sit : cum igitur hæc ita se habeant, quonam modo poterit aliquid ex cunctis esse compositum, quod quidem ex his, quæ non sunt, confectum fuerit? non dico, quæ non sint aliquid, sed quæ omnino non sint. Quam ob rem, si quid multa est, oportet ante multa unum esse. Si igitur, quod est intelligens, multitudo quædam est, necessarium est, ubi nulla est multitudo, intelligentiam quoque non esse : id autem est ipsum primum. In his igitur, quæ sequuntur illud, intelligentia erit et intellectus.

Quando bonitatem ipsam dicis, summam sufficientiam prorsus intellige : igitur neque partibus eam componentibus, neque ullo prorsus eget additamento.

Est igitur et simplex in se ipsa penitus, et nihil habet additum, quod non sit ipsa bonitas. Noli igitur vel multitudinem ibi talem fingere, quæ conficiat ibi compositum, vel intelligentiam addere bonitati, sic ibi distinctam, ut non sit ipsa bonitas. Quamdiu igitur intellectum consideras, ut Plotinus, tanquam solem, in quo intelligentia se habeat ad naturam suam, sicut lux ad substantiam solis luce priorem longeque differentem, tamdiu deum summum intellectum esse nega. Cogita potius deum tanquam lucem solam non in aliqua præter se natura, sed in se ipsa manentem, quam nihil usquam lateat, quandoquidem per ipsam ubique sunt, patentque omnia, quamvis intellectum nullum abs te intellectum, esse deum summum debeas affirmare.

Δ'. Ἔτι, εἰ τὸ ἀγαθὸν ἁπλοῦν καὶ ἀνενδεὲς δεῖ εἶναι, οὐδ' ἂν τοῦ νοεῖν δέοιτο· οὗ δὲ μὴ δεῖ αὐτῷ, οὐ παρέσται αὐτῷ, ἐπεὶ καὶ ὅλως οὐδὲν πάρεστιν αὐτῷ. Οὐκ ἆρα πάρεστιν αὐτῷ τὸ νοεῖν, καὶ εἰ οὐδὲν ὅ τι μᾶλλον ἄλλο· ἔτι, ἄλλο νοῦς τοῦ ἀγαθοῦ. Ἀγαθοειδὴς γὰρ τῷ τὸ ἀγαθὸν νοεῖν. Ἔτι ὡς ἐν τοῖς δυσὶν ὄντος ἑνὸς καὶ ἄλλου οὐχ οἷόν τε τοῦτο τὸ ἓν τὸ μετ' ἄλλου τὸ ἓν εἶναι, ἀλλ' ἔδει ἓν ἐφ' ἑαυτοῦ πρὸ τοῦ μετ' ἄλλου εἶναι· οὕτω δεῖ καὶ ἐν ᾧ μετ' ἄλλου τὸ ἓν ὑπάρχον ἁπλοῦν καθ' αὐτὸ τοῦτο ἁπλοῦν εἶναι, οὐκ ἔχον οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ τῶν ὅσα ἐν τῷ μετ' ἄλλων. Πόθεν γὰρ ἐν ἄλλῳ ἄλλο, μὴ πρότερον χωρὶς ὄντος, ἀφ' οὗ τὸ ἄλλος; τὸ μὲν γὰρ ἁπλοῦν, οὐκ ἂν παρ' ἄλλου εἴη· δ δ' ἂν πολὺ ᾖ ἢ δύο, δεῖ αὐτὸ ἀνηρτῆσθαι εἰς ἄλλο. Καὶ οὖν ἀπεικαστέον τὸ μὲν φωτὶ, τὸ δὲ ἡφεξῆς ἡλίῳ, τὸ δὲ τρίτον τῷ σελήνης ἄστρῳ, κομιζομένῳ τὸ φῶς παρ' ἡλίου. Ψυχὴ μὲν γὰρ ἐπακτὸν νοῦν ἔχει, ἐπιχρωννύντα αὐτὴν νοερὰν οὖσαν· νοῦς δ' ἐν αὐτῷ οἰκεῖον ἔχει, οὐ φῶς ὢν μόνον, ἀλλ' ὅ ἐστι πεφωτισμένον ἐν τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ. Τὸ δὲ παρέχον τοῦτο τὸ φῶς, οὐκ ἄλλο ὄν, φῶς ἐστιν ἁπλοῦν, παρέχον τὴν δύναμιν ἐκείνῳ τοῦ εἶναι ὅ ἐστι. Τί ἂν οὖν αὐτὸ δέοιτό τινος; οὐ γὰρ αὐτὸ τὸ αὐτὸ τῷ ἐν ἄλλῳ· ἄλλο γὰρ τὸ ἐν ἄλλῳ ἐστὶ τοῦ αὐτὸ καθ' αὐτὸ ὄντος.

IV. Proinde, si ipsum bonum oportet esse simplex, nulliusque egenum, nullo modo intelligentia indigebit. Illud autem, quod ei necessarium non est, ipsi certe non aderit, quandoquidem ipsi omnino nihil adest. Non igitur huic intelligentia prorsus inest ulla, quando nec aliud quid quicquam. Præterea aliud intellectus est, aliud ipsum bonum. Intellectus enim boniformis evadit, ex eo, quod intelligat bonum. Item, quemadmodum in duobus, ubi unum est et aliud, impossibile est, hoc unum, quod est cum alio, unum esse præcipuum, sed oportet ipsum in se unum esse super illud unum, quod cum alio copulatur : ita necessarium est, ubi una cum alio aliquid unum conjungitur, quodammodo accedens ad simplex, super hoc extare ipsum simplex, nihil in se habens eorum, quæ sunt in eo, quod cum aliis copulatur. Unde enim aliud fit in alio, nisi prius exsistat seorsum illud, a quo fit aliud? Quod enim est simplex, fieri non potest ab alio : quod autem multiplex, aut saltem duo, necessario est ad aliud referendum. Jam vero comparare licet primum quidem ipsum lumini, secundum vero soli, tertium denique lunæ lumen a sole trahenti. Anima enim adventitium intellectum habet, qui eam, cum intellectualis sit, colorat : intellectus autem in se ipso intellectuale lumen habet proprium, neque solum lumen est, sed hoc ipsum, quod est, exsistit in sua essentia lucidum. Quod autem lumen hoc infundit, non aliud quidem in se exsistens, est et lumen, sed simplex lumen exsistit, præbens illi potentiam, ut hoc ipsum, quod est, exsistat. Curnam igitur hoc indigeat, aliquo? non enim idem est cum eo, quod est in alio. Aliud namque est, quod jacet in alio, quam illud, quod est penitus per se ipsum ab omnibus expeditum.

Si intelligere se ipsum excogitas esse tanquam ad se reverti, multitudinemque sibi innatam colligere secum, scito actionem ejusmodi simplicissimo rerum principio minime convenire.

Si quomodocunque intelligere putas esse studium quoddam appetens ipsum bonum, vel tanquam visionem quærentem lumen, ne putes ejusmodi intelligentiam competere illi, quod ipsum bonum et lux ipsa infinita censetur : nec enim ipsi bono appetitus inest boni, nec luci necessaria visio lucis cupida. Sicut numeri ad unitatem suam numeris priorem, et continua ad suam continuitate superiorem, sic essentiæ ad unitatem substantialem superiorem essentia referuntur. Quæ si eminentior est, quam essentia, nimirum intelligentiam superat illam, quæ est actus essentiæ : sin autem ipsam boni et infinitæ lucis existentiam intelligentia meliorem appelles intelligentiam quasi causam intelligentiæ in se exsistentem, quicquid ab intelligentibus exoptatur, sic appellando forsan non aberrabis.

Ε'. Ἔτι τὸ πολὺ ζητοῖ ἂν ἑαυτὸ, καὶ ἐθέλοι ἂν συννεύειν καὶ συναισθάνεσθαι αὐτοῦ. Ὃ δ' ἔστι πάντῃ ἓν, ποῦ χωρήσεται πρὸς αὐτό; ποῦ δ' ἂν δέοιτο συναι-

V. Præterea, quod est in se multiplex, merito se ipsum quæret, optabitque conspirare secum seque mutuo undique persentire. Quod autem est penitus unum, quonam se conferet ad se ipsum seque excipiet? ubinam sensu sui

σθήσεως; ἀλλ' ἔστι τὸ αὐτὸ καὶ συναισθήσεως καὶ πάσης κρεῖττον νοήσεως. Τὸ γὰρ νοεῖν οὐ πρῶτον, οὔτε τῷ εἶναι, οὔτε τῷ τίμιον εἶναι, ἀλλὰ δεύτερον, καὶ γενόμενον, ἐπειδὴ ὑπέστη τὸ ἀγαθὸν, καὶ γενόμενον ἐκίνησε πρὸς αὐτό. Τὸ δ' ἐκινήθη τε καὶ εἶδε, καὶ τοῦτ' ἔστι νοεῖν, κίνησις πρὸς ἀγαθὸν, ἐφιέμενον ἐκείνου· ἡ γὰρ ἔφεσις τὴν νόησιν ἐγέννησε, καὶ συνυπέστησεν αὐτῇ. Ἔφεσις γὰρ ὄψεως ὅρασις. Οὐδὲν οὖν δεῖ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν νοεῖν, οὐ γάρ ἐστιν ἄλλο αὐτοῦ τὸ ἀγαθόν· ἐπεὶ καὶ ὅταν τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ νοῇ, τῷ ἀγαθοειδὲς εἶναι νοεῖ, καὶ ὁμοίωμα ἔχειν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὡς ἀγαθὸν καὶ ἐφετὸν αὑτῷ γενόμενον νοεῖ, καὶ οἷον φαντασίαν τοῦ ἀγαθοῦ λαμβάνον. Εἰ δ' ἀεὶ οὕτως, ἀεὶ τοῦτο· καὶ γὰρ αὖ ἐν τῇ νοήσει αὐτοῦ κατὰ συμβεβηκὸς αὐτὸ νοεῖ· πρὸς γὰρ τὸ ἀγαθὸν βλέπων αὐτὸ νοεῖ· ἐνεργοῦντα γὰρ αὖ ἑαυτὸν νοεῖ, ἡ δ' ἐνέργεια ἁπάντων πρὸς τὸ ἀγαθόν.

ipsius intimo indigebit? Est enim idem ipsum omni conspiratione sensus omnique intelligentia melius : siquidem intelligentia non est primum. Neque enim primum obtinet gradum, sive quantum ad simpliciter esse spectat, sive quantum ad esse pertinet venerandum : imo vero secundum occupat locum, nataque est, postquam ipsum bonum exstitit, ortaque in essentia statim eam provocavit ad bonum. Hæc autem provocata jam processit ad illud atque novit : idque ipsum est intelligere, moveri scilicet ad bonum ipsius desiderio boni : nempe desiderium intelligentiam procreavit, eamque sedulo comitatur. Visio namque in appetitu quodam visus ipsius consistit ad videndum alliciente. Quam ob rem ipsum bonum intelligere neque se neque quicquam oportet : neque enim præter id est aliud quicquam ipsi bonum : si quidem et quando aliud quicquam præter ipsum bonum intelligit se ipsum, ex eo prorsus intelligit, quod est (ut ita dixerim) boniforme, et similitudinem quandam habet ad bonum, et tanquam bonum sibique evadens appetendum intelligit, et quasi imaginationem boni jam nactum. Quodsi ita se semper habeat, semper idem efficit : quin etiam in sui ipsius cognitione sorte quadam cognoscit et illud. Cognoscit namque se ipsum interim ad bonum suspiciendo : nam rursus se intelligit jam agentem, actio vero omnium refertur ad bonum.

Cum omnes potentiæ appetant actus primos, id est formas tanquam bonum aliquid, et actus primi secundos, id est actiones similiter tanquam bonum, merito principium rerum summopere ab omnibus exoptatum actus cognominatur, forma qualibet et actione superior.

Infinitus hic actus etsi non proprie dicitur agere, vel actionem rursus habere, tamen hinc aguntur, huc agunt omnia. Hunc actum ne appelles intellectum vel intelligentiam, qualem Plotinus ubique definit : nam apud eum in intellectu vel primo aliud est natura intelligens, aliud actus intelligendi ; item essentia, vita, intelligentia sunt ibi distincta. Rursus differentes rerum ideæ inter se formaliter absolutaque ratione ; differentes similiter ab intelligentia, per quam eas ipsa mens intelligit. Ejusmodi differentias nec Platonici nec Christiani summo competere putant ; denique summus ille non ideo se intelligit, ut sibimet se copulet quasi disjunctum ; nec ideo rursus alia, ut sic inde intelligendo proficiat ; nam et melius aliquid rebus cognitione largitur, est fruitionem sui, et meliori modo, quam cognoscendo se fruitur ; et qui deo fruuntur, per unitatem intellectu superiorem fruuntur deo, quod et Areopagita Dionysius asserit.

ς'. Εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, οὐκ ἂν ἔχοι χώραν νοήσεως ἠντινοῦν τὸ ἀγαθόν· ἄλλο γὰρ δεῖ τῷ νοοῦντι τὸ ἀγαθὸν εἶναι· ἀνενέργητον οὖν. Καὶ τί δεῖ ἐνεργεῖν τὴν ἐνέργειαν; ὅλως μὲν γὰρ οὐδεμία ἐνέργεια ἔχει αὖ πάλιν ἐνέργειαν. Εἰ δέ γε ταῖς ἄλλαις ταῖς εἰς ἄλλο ἐχούσιν ἐπανενεγκεῖν, τήν γε πρώτην ἁπασῶν, εἰς ἣν αἱ ἄλλαι ἀνήρτηνται, αὐτὸ εἶναι δεῖ τοῦτο, ὅ ἐστιν, οὐδὲν ἔτι αὐτῇ προστιθέντας. Ἡ οὖν τοιαύτη ἐνέργεια οὐ νόησις· οὐ γὰρ ἔχει, ὃ νοήσει· αὐτὸ γὰρ πρῶτον. Ἔπειτα οὐδ' ἡ νόησις νοεῖ, ἀλλὰ τὸ ἔχον τὴν νόησιν. Δύο οὖν πάλιν αὖ ἐν τῷ νοοῦντι γίγνεται· τοῦτο δὲ οὐδαμῇ δύο. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἴδοι ἄν τις τοῦτο, εἰ λάβοι, πῶς ἐν παντὶ τὸ νοοῦν σαφέστερον ὑπάρχει ἡ διπλῆ φύσις αὕτη. Λέγομεν τὰ ὄντα ὡς ὄντα, καὶ αὐτὸ ἕκαστον, καὶ τὰ ἀληθῶς ὄντα ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ εἶναι, οὐ μόνον, ὅτι τὰ μὲν μένει ὡσαύτως τῇ οὐσίᾳ, τὰ δὲ ῥεῖ καὶ νεύει, ὅσα ἐν αἰσθήσει· τάχα γὰρ καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἔστι τὰ μένοντα, ἀλλὰ μᾶλλον, ὅτι τὸ τέλεον τοῦ εἶναι παρ' αὐτῶν ἔχει. Δεῖ γὰρ τὴν πρώτως λεγομένην οὐσίαν οὐκ εἶναι τοῦ εἶναι σκιὰν, ἀλλ' ἔχειν πλῆρες τὸ εἶναι. Πλῆρες δέ ἐστι τὸ εἶναι, ὅταν εἶδος τοῦ νοεῖν καὶ ζῆν λάβῃ. Ὁμοῦ ἄρα τὸ νοεῖν, τὸ ζῆν, τὸ εἶναι ἐν τῷ ὄντι. Εἰ ἄρα ὄν, καὶ νοῦς, καὶ εἰ νοῦς, καὶ ὄν, καὶ τὸ νοεῖν ὁμοῦ μετὰ τοῦ εἶναι. Πολλὰ ἄρα, καὶ οὐχ ἕν, τὸ νοεῖν. Ἀνάγκη τοίνυν τῷ μὴ τοιούτῳ μηδὲ τὸ νοεῖν εἶναι· καὶ καθ'

VI. Si hæc recte dicuntur, intelligentia nullum in ipso bono locum habet : aliud namque oportet intelligenti bonum esse. Ipsum itaque bonum ab actione penitus est exclusum. Quid enim oportet actum agere? Nam omnino nullus actus iterum habet actum. Quodsi ceteris actibus, qui referuntur in aliud, aliquid insuper adhibemus, primo certe omnium actui, in quem actus reliqui referuntur, nihil ultra fas est adjungi, sed ipsum id, quod est, duntaxat exsistere. Talis itaque actus esse non potest intelligentia : non enim habet, quod intelligat. Est enim primum. Rursus intelligentia non intelligit, sed quod intelligentiam habet. Duo itaque rursus in intelligente fiunt illud autem nullo modo est duo. Præterea magis adhuc aliquis id cognoscet, si consideraverit, quomodo in universo ipsum intelligens certius naturam hanc geminam complectatur. Dicimus itaque entia ipsa ut entia, et ipsum unumquodque, et quæ vere exsistunt, in mundo intelligibili esse : non solum, quia illa quidem essentia sua semper eodem modo se habent : quæ vero sensibus offeruntur continue fluunt. Forsan enim in genere quoque sensibili nonnulla sunt, quæ maneant, sed potius quoniam esse ipsius perfectionem penes se habent. Oportet enim illam, quæ primo essentia nuncupatur, non esse quandam esse ipsius umbram, sed esse plenum habere. Esse autem tunc plenum est, quando intelligendi vivendique speciem acripit. Simul igitur in ipso ente sunt hæc, intelligere, vivere, esse. Si ergo ens est, consequenter est intellectus, vicissimque si intellectus est, ens quoque exsistit : ibique intelligere simul est una cum esse. Ex quo fit, ut intelligentia jam multa sit, non unum. Necessarium igitur est apud ipsum quod non est tale, neque etiam intelligentiam esse. Ja-

ἕκαστα δὲ ἐπιοῦσιν, ἄνθρωπος, καὶ νόησις ἵππου, καὶ ἵππος, καὶ δικαίου νόησις, καὶ δίκαιον. Διπλᾶ τοίνυν ἅπαντα, καὶ τὸ ἓν δύο, καὶ αὖ τὰ δύο εἰς ἓν ἔρχεται· ὃ δὲ οὐκ ἔστι τούτων, οὔθ' ἓν ἕκαστον, οὐδὲ ἐκ πάντων τῶν δύο, οὐδ' ὅλως δύο. Ὅπως δὲ τὰ δύο ἐκ τοῦ ἑνὸς, ἐν ἄλλοις. Ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας ὄντι, [ὂν τί,] καὶ τοῦ νοεῖν ἐπέκεινα εἶναι. Οὐ τοίνυν οὐδ' ἐκεῖνο ἄτοπον, εἰ μὴ οἶδεν ἑαυτὸν, οὐ γὰρ ἔχει παρ' ἑαυτῷ, ὃ μάθῃ εἷς ὤν· ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἄλλα δεῖ αὐτὸν εἰδέναι. Κρεῖττον γάρ τι καὶ μεῖζον δίδωσιν αὐτοῖς τοῦ εἰδέναι αὐτὰ, (ἦν [δὲ] τὸ ἀγαθὸν τῶν ἄλλων,) ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ αὐτῷ, καθ' ὅσον δύναται, ἐφάπτεσθαι ἐκείνου.

vero per singula in mundo intelligibili discurrendo, ibi quidem occurrit ubique notio gemina, scilicet hominis intelligentia, atque homo : item intelligentia equi et equus : rursus intelligentia justi atque justum. Omnia igitur duplicia sunt. Illic unum duo : illic vicissim duo regrediuntur in unum : ipsum vero primum nec est singulatim horum aliquid, neque ex omnibus, quæ duo sunt : neque omnino duo. Quo autem modo ex uno duo fiant, alibi disputatur. Verum cum illud super essentiam sit, haud ab re super intelligentiam esse censetur. Nec illud igitur absurde dicetur, si dicatur, primum illud se ipsum minime nosse. Cum enim omnino sit unum, nihil prorsus habet in se, quod discat : sed neque etiam alia oportet ipsum nosse. Melius enim quiddam atque majus tradit illis, quam sit ipsa cognoscere, quod bonum est reliquorum. Potius enim tribuit, ut in eodem, quoad possent, illud attingerent.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΕΙ ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΑ ΕΣΤΙΝ ΕΙΔΗ.

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER VII.

UTRUM SINGULORUM ETIAM SINT IDEÆ.

(539.) [996—997.]

Quot numero homines nascuntur in anno mundi magno, totidem seminales hominum rationes sunt in natura universali, totidem ferme ideæ hominum in mente divina.

Unaquæque etiam rationalis anima numeratas in se naturaliter habet, quot ex se vitas varias productura est. Verum sicut, quando dicimus, omnia cælestia esse in terra, vicissimque omnia terrena in cælo, intelligimus omnia pro natura loci, id est, in cælo quidem ratione cælesti, in terra rursum qualitate terrena: sic quando audimus animam nostram esse omnia, accipere debemus secundum humanæ rationalisque animæ proprietatem. Nunquam igitur anima tua producet vitas ipsas figurasque brutis animalibus proprias, sed humanas semper: quamvis similes quodammodo brutis, et quandoque dæmonibus. Paucas ergo vitarum mutationes in anno mundi magno edere anima tua potest: præsertim cum vitam in terris quidem brevissimam, super terram vero longissimam agat. In anno autem mundi sequente non fit vitarum mutatio, sed eorundem omnino hominum resurrectio. Interim homines inter se differunt non per materias tantum, sed per proprias etiam formas atque figuras, modosque varios gesturæ. Differentia vero formalis et ordinata cum nec a materia neque casu fiat, pendet ex formalibus quibusdam rationibus, quæ et in natura et in mente universali consistunt, neque sunt infinitæ numero. Finitæ enim formæ in anno mundi magno gignuntur, in sequente vero eædem revertuntur, causis eisdem videlicet revertentibus. Verum quonam modo sunt res in materia plures, quam in anima, et in anima rursum plures, quam in mente? Ita profecto, quia res quædam in materia inter se numero differunt, vel per defectum formæ ex materia alicubi contingentem, quæ forma alibi est perfectior: vel per quantitatis divisionem. Differentiæ vero simpliciter formales rationibus seminalibus adæquantur. Rationes autem ejusmodi sunt in anima plures, quam in mente ideæ; quoniam in natura animæ semper est absoluta distinctio rationum; mens autem minorem habet numerum idearum absolute inter se differentium. Potest enim mens eandem ideam ad diversa referre per actum intelligentiæ simul et voluntatis, referens, inquam, foras aliter et aliter imitabilem. Ex qua quidem relatione plura proficiscuntur, idea interim non divisa.

Α'. Εἰ καὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἔστιν ἰδέα; ἢ εἰ ἐγὼ καὶ ἕκαστος τὴν ἀναγωγὴν ἐπὶ τὸ νοητὸν ἔχει, καὶ ἑκάστου ἡ ἀρχὴ ἐκεῖ· ἢ εἰ μὲν ἀεὶ Σωκράτης [αὐτὸ Σωκράτης] καὶ ψυχὴ Σωκράτους ἔσται αὐτὸ Σωκράτης, καθ' ὃ ἡ ψυχὴ καθ' ἕκαστα καὶ ἐκεῖ, ὡς λέγεται ἐκεῖ· εἰ δ' οὐκ ἀεί, ἀλλὰ ἄλλο τε ἄλλη γίγνεται, ὁ πρότερον Σωκράτης, οἷον Πυθαγόρας, ἤ τις ἄλλος, οὐκέτι ὁ καθ' ἕκαστα, οὗτος κἀκεῖ. Ἀλλ' εἰ ἡ ψυχὴ ἑκάστου, ὧν διεξέρχεται, τοὺς λόγους ἔχει πάντων, πάντες αὖ ἐνεῖ· ἐπεὶ καὶ λέγομεν, ὅσους ὁ κόσμος ἔχει, λόγους καὶ ἑκάστην ψυχὴν ἔχειν. Εἰ οὖν καὶ ὁ κόσμος μὴ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν καθ' ἕκαστα ζώων, καὶ ἡ ψυχή· ἄπειρον οὖν τὸ τῶν λόγων ἔσται, εἰ μὴ ἀνακάμπτει περιόδοις. Καὶ οὕτως ἡ ἀπειρία ἔσται πεπερασμένη, ὅταν ταὐτὰ ἀποδιδῶται. Εἰ οὖν ὅλως πλείω τὰ γιγνόμενα τοῦ παραδείγματος, τί δεῖ εἶναι τῶν ἐν μιᾷ περιόδῳ πάντων γιγνομένων λόγους καὶ παραδείγματα; ἀρκεῖν γὰρ ἕνα ἄνθρωπον εἰς πάντας ἀνθρώπους· ὥσπερ καὶ ψυχὰς ὡρισμένας ἀνθρώπους ποιούσας ἀπείρους· ἢ τῶν διαφόρων οὐκ ἔστιν εἶναι τὸν αὐτὸν λόγον· οὐδὲ ἀρκεῖ ἄνθρωπος πρὸς παράδειγμα τῶν τινῶν ἀνθρώπων διαφερόντων ἀλλήλων, οὐ τῇ ὕλῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰδικαῖς διαφοραῖς μυρίαις· οὐ γὰρ ὡς αἱ εἰκόνες Σωκράτους πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, ἀλλὰ δεῖ τὴν διάφορον ποίησιν ἐκ διαφόρων λόγων. Ἡ δὲ πᾶσα περίοδος πάντας ἔχει τοὺς λόγους· αὖθις δὲ τὰ αὐτὰ πάλιν, κατὰ τοὺς αὐτοὺς λόγους. Τὴν δὲ ἐν τῷ νοητῷ ἀπειρίαν οὐ δεῖ δεδιέναι. Πᾶσα γὰρ ἐν ἀμερεῖ καὶ οἷον πρόεισιν, ὅταν ἐνεργῇ.

I. Numquid etiam uniuscujusque est idea? Forsitan, si ego et unusquisque ad intelligibilem reducimur ordinem, ibi quoque est uniuscujusque principium. Forsan, etiam si semper est Socrates, et Socratis anima ipse Socrates erit, quatenus anima singulatim, sic ibi Socrates et quilibet singulatim: sin autem non semper est Socrates, sed alias alia quodammodo evadit anima, eo ut animus, qui nunc est Socrates, prius Pythagoras aliusve fuerit, futurusque sit alius, non amplius unusquisque eorum, qui hic sunt, est et ibi. Verumtamen si uniuscujusque anima seminarias rationes habet omnium, quæ exsequitur atque explet, rursus ibi sunt omnes. Nam fatemur, quot mundus rationes habet, totidem quoque singulas animas possidere. Quare si mundus non hominis tantum, sed singulorum etiam animalium complectitur rationes, anima quoque rationes continet singulorum. Quam ob rem infinitus sequetur numerus rationum, nisi certis temporum cursibus in idem restitutio fiat. Ita profecto infinitas ipsa finita demum erit, quando eadem mundo reddentur. Ceterum, si quæ fiunt, omnino plura sunt, quam exemplar, cur nam oportet omnium, quæ in una mundi revolutione fiunt, rationes exemplariaque exstare? Videtur enim sufficere homo unus ad omnes homines, quemadmodum et animæ numeratæ ad innumerabiles homines effingendos: sed enim non potest una esse ratio differentium, neque sufficit homo ad exemplar multorum hominum inter se differentium, non materia tantum, inquam, sed quamplurimis insuper propriis differentiis discrepantium. Non enim hæc ita se habent, ut imagines Socratis ad exemplar, sed differentem effectionem necessarium est ex differentibus rationibus proficisci. Universa vero revolutio omnes complectitur rationes, eademque rursus per easdem rationes regenerantur. Neque vero suspicandum est, ne hinc in mundo intelligibili infinita multitudo sequatur: tota enim illic multitudo in quodam indivisibili continetur, et quasi illinc singula prodeunt, quando agit.

quilibet anima naturaque particularis seminales in se rationes continet omnium, quæ inde generanda sunt, formalibus differentiis inter se distincta.

Possunt autem hæc ita distingui, etiam si in eadem communiter specie computentur. Ejusmodi vero propria formarum distinctio in ipsa etiam naturæ universalis intentione præscripta est; quoniam in ejusmodi etiam distinctione ordo, decus, bonum universi consistit. Materia vero nullam affert propriam formarum varietatem, sed formæ defectum. Quantitas quinetiam divisione sua in rebus homogeneis facit alicubi numerum, nusquam vero varietatem. Denique in anno mundi uno, quæcumque naturali ordine heterogenea generantur, inter se formaliter dissimilia sunt, ideo per differentes rationes efficiuntur; in sequente vero eadem omnia per easdem rationes sub eisdem causis recreantur.

Β'. Ἀλλ' εἰ αἱ μίξεις τῶν λόγων ἄῤῥενος καὶ θήλεος διαφόρους ποιοῦσιν, οὐκέτι τοῦ γιγνομένου ἑκάστου λόγος τις ἔσται, ὅ τε ἑκάτερος γεννῶν οἷον ὁ ἄῤῥην οὐ κατὰ διαφόρους λόγους ποιήσει, ἀλλὰ καθ' ἕνα τὸν αὐτοῦ, ἢ τὸν τοῦ αὐτοῦ. Ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ κατὰ διαφόρους, τῷ τοὺς πάντας ἔχειν αὐτοὺς, ἄλλους δὲ ἀεὶ προσχείρους. Ὅταν δὲ ἐκ τῶν αὐτῶν γονέων διάφοροι; ἢ διὰ τὴν οὐκ ἐπικράτησιν· ἀλλ' ἐκεῖνο ὅτι οὐκ, εἰ ἐν τῷ φαίνεσθαι τὴν ὁτὲ μὲν κατὰ τὸ ἄῤῥεν τὸ πλεῖστον, ὁτὲ δὲ κατὰ τὸ θῆλυ, ἢ κατὰ τὸ ἴσον μέρος ἔδωκεν ἑκάτερος, ἀλλ' ὅλον μὲν ἔδωκε καὶ ἔγκειται, κρατεῖ δὲ τῆς ὕλης μέρους ἑκατέρου, ἢ θάτερον. Οἱ δὲ ἐν ἄλλῃ χώρᾳ πῶς διάφοροι; ἆρ' οὖν ἡ ὕλη τὸ διάφορον οὐχ ὁμοίως κρατουμένη; πάντες ἄρα, χωρὶς ἑνὸς, παρὰ φύσιν. Εἰ δὲ τὸ διάφορον πολλαχοῦ καλὸν, οὐχ ἓν τὸ εἶδος· ἀλλὰ τῷ αἴσχει μόνῳ ἀποδοτέον τὸ παρὰ τὴν ὕλην, κἀκεῖ τῶν τελείων λόγων κεκρυμμένων μὲν, δοθέντων δὲ ὅλων. Ἀλλ' ἔστωσαν διάφοροι οἱ λόγοι, τί δεῖ τοσούτους, ὅσοι οἱ γιγνόμενοι ἐν μιᾷ περιόδῳ; εἴπερ ἑνὶ τῶν αὐτῶν διδομένων διαφόρους ἐξιοῦσθαι φαίνεσθαι· ἢ συνεχωρήται τῶν ὅλων διδομένων. Ζητεῖται δὲ, εἰ τῶν αὐτῶν κρατούντων. Ἆρ' οὖν, ὅτι τὸ ταὐτὸν πάντῃ ἐν τῇ ἑτέρᾳ περιόδῳ, ἐν ταύτῃ δὲ οὐδὲν πάντῃ ταὐτόν;

II. Verum si rationum masculi et feminæ mixtiones fetus differentes efficiunt, non amplius uniuscujusque geniti ratio quædam erit. Et alteruter generantium velut masculus non per differentes faciet rationes, sed per unam duntaxat sui ipsius videlicet, aut patris (ipsius). Sed fortasse nihil prohibet etiam per differentes efficere, propterea, quod omnes ipsi possideant, quamvis alias temporibus aliis promptiores. Quid vero, quando ex eisdem genitoribus diversi nascuntur? Fortasse quia non æqualis semper fit excessus atque dominatio: sed enim illud ita se habeat, si modo non tantum in apparendo differentia sit, imo aliquando quidem secundum masculum fiat excessus, aliquando vero secundum feminam: aut forte secundum æqualem partem tradat uterque, totum tamen tradatur sitque naturaliter insitum, dominetur autem utrique materiæ parti, aut alteri. Verum quonam pacto differentes fore judicantur, qui in alia parte concipiuntur? Numquid igitur ipsa materia differentiam affert, dissimiliter scilicet superata? Quod si ita sit, proles omnes, una excepta, præter naturam erunt: si autem ipsa varietas ubique pulchrum quiddam est, merito non una ubique species exstat. Atqui, quod secundum materiam est, deformitati soli attribuendum est: nempe in causa ipsa rerum artifice perfectæ rationes occultæ quidem sunt, totæ vero traduntur. Sed esto quidem, rationes sint differentes, quid præterea oportet esse totidem, quot sunt, quæ in una mundi revolutione gignuntur? Si quidem fieri possit, ut, eisdem adhibitis rationibus, differentes tamen extrinsecus eventus appareant. Sed profecto concessum est ita fieri, etiam ubi rationes totæ traduntur. Quæritur autem, utrum ita etiam fiat, ubi rationes eædem dominantur. An igitur totidem rationes esse necessarium est. Quoniam effectus omnino idem in altera duntaxat mundi revolutione reddi potest: in hac autem revolutione nihil omnino fit idem.

Natura quoniam non per aliquid additum essentiæ, sicut ars, sed per essentiam agit, ideo in essentialibus rationibus varietatem generandorum merito continet. Tota igitur singularum rerum dispositio in anno mundi transigenda designata est ab initio in mente opifice mundi, et in mente animæ mundanæ ejusdemque natura.

Annum vero mundi magnum expleri plerique putant quando cælestia omnia ad eandem prorsus et in se ipsis et invicem dispositionem, quam habent hodie, revertentur. Hoc spatium alii triginta sex, alii triginta novem annorum solarium numero; alii aliter metiuntur, aliterve putant.

Γ'. Πῶς οὖν ἐπὶ πολλῶν διδύμων διαφόρους φήσομεν τοὺς λόγους; εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ζῶά τις ἴοι, καὶ τὰ πολυτόκα μάλιστα, ἢ ἐφ' ὧν ἀπαράλλακτα, ἕν λόγος. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐχ, ὅσα τὰ καθ' ἕκαστα, τοσοῦτοι καὶ οἱ λόγοι· ἢ ὅσα διάφορα, τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ διάφορα, οὐ τῷ ἐλλείπειν κατὰ τὸ εἶδος. Ἢ τί κωλύει, καὶ ἐν οἷς ἀδιάφορα, εἴπερ τινὰ ὅλως ἐστὶ ταῦτη ἀδιάφορα; Ὡς γὰρ ὁ τεχνίτης κἂν ἀδιάφορα ᾖ, δεῖ ὅμως τὸ ταὐτὸν διαφορᾷ λαμβάνειν λογικῇ, ἂν ἢν ἄλλο ποιήσει, προσφέρων διάφορόν τι τῷ ὄντι· ἐν δὲ τῇ φύσει, μὴ λογισμῷ γιγνομένου τοῦ ἔργου, ἀλλὰ λόγοις μόνον, συνεζεῦχθαι δεῖ τῷ εἴδει τὸ διάφορον. Ἡμεῖς δὲ λαμβάνειν τὴν διαφορὰν ἀδυνατοῦμεν. Καὶ εἰ μὲν ἡ ποίησις ἔχει τὸ εἰκῇ τοῦ τοσαῦτα, ἄλλος λόγος. Εἰ δὲ μεμέτρηται, ὁπόσα ἂν εἴη, τὸ ποσὸν ὡρισμένον ἔσται τῇ τῶν λόγων γόντων ἐξελίξει καὶ ἀναπλώσει, ὥστε, ὅταν παύσηται

III. At quonam pacto in multis geminis rationes differentes esse dicemus? Quodsi per alia insuper animalia quis discurrat, præsertim quæ multos fetus coitu uno concipiunt, quidnam dicemus. An forte unam illic esse judicabimus rationem, ubi fetus inter se minime differunt? At si ita sit, non ulterius, quot singula fiunt, totidem et rationes erunt. Numquid, quot differentia fiunt singula (differentia, inquam, non ex eo, quod secundum speciem ipsam deficiant,) totidem rationes esse censebimus? Verum quidnam prohibet, quo minus, fetibus quoque minime discrepantibus, differentes tamen rationes exhibeamus, si qua modo fiant prorsus indifferentia? nempe artifex, quamvis indifferentia faciat, interea tamen ipsum, quod dicitur idem, differentia quadam accipit rationali, secundum quam diversum facit, adhibens scilicet ei, quod est idem, aliquid differens. Sed penes naturam, ubi rerum diversitas non ratiocinatione varia, sed variis tantum provenit rationibus, oportet speciei connexam esse diversitatem. Nos autem differentiam discernere non valemus. Profecto si quid temeritatis in generatione rerum (quantitatem quod attinet) admitteretur, ratio alia foret: sin autem mensura definitum est, quot quæque proveniant, certe quantitas et multitudo determinata erit ipsa rationum omnium evolutione atque explicatione, adeo ut, quando

πάντα, ἀρχὴ ἄλλη. Ὁπόσον γὰρ δεῖ τὸν κόσμον εἶναι, καὶ ὁπόσα ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ διεξελεύσεται, κεῖται ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ ἔχοντι τοὺς λόγους. Ἆρ' οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἐφ' ὧν πλῆθος ἐκ μιᾶς γενέσεως, τοσούτους τοὺς λόγους; ἢ οὐ φοβητέον τὸ ἐν τοῖς σπέρμασι καὶ τοῖς λόγοις ἄπειρον, ψυχῆς τὰ πάντα ἐχούσης· ἢ καὶ ἐν νῷ ἢ ἐν ψυχῇ τὸ ἄπειρον τούτων, ἀνάπαλιν τῶν ἐκεῖ προχείρων.

finem acceperint omnia, aliud jam exordium retexatur. Quantum enim oporteat esse mundum, quotve in ejus vita transigi debeant, constitutum est ab initio in eo, qui omnium continet rationes. Numquid igitur et in ceteris animalibus, in quibus unico partu plurima procreantur, rationes totidem asseremus? Fortasse non est timendum, ne propterea in seminibus rationibusque infinita multitudo contingat, quum anima omnia complectatur. Neque etiam in intellectu vel anima turba continget innumerabilis : quippe cum rationes horum illic omnes vicissitudine quadam expedite quandoque in promptu eædem statutis temporibus revertantur.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ Η.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΟΗΤΟΥ ΚΑΛΛΟΥΣ.

(541—543.)

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER VIII.

DE INTELLIGIBILI PULCHRITUDINE.

[1000—1002.]

Pulchritudinem esse naturalem in intellectu etiam humano apparet, quia materiam rudem reddit pulchram. Neque solum imitatus foris opera naturalia id efficit, sed etiam usus rationibus intimis, quando videlicet emendat quosdam naturæ defectus. Hinc concludimus, formam pulchritudinemque in mente præstantiorem esse, quam in ullo artis opere. Adde potentiorem, quoniam in opere quidem distracta est, in mente vero prorsus unita.

Α'. Ἐπειδὴ φαμεν τὸν ἐν θεᾷ τοῦ νοητοῦ κόσμου γεγενημένον, καὶ τὸ τοῦ ἀληθινοῦ νοῦ κατανοήσαντα κάλλος, τοῦτον δυνήσεσθαι καὶ τὸν τούτου πατέρα καὶ τὸν ἐκείνου νοῦν εἰς ἔννοιαν βαλέσθαι, πειραθῶμεν ἰδεῖν καὶ εἰπεῖν ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς οἷόν τε τὰ τοιαῦτα εἰπεῖν, πῶς ἄν τις τὸ κάλλος τοῦ νοῦ καὶ τοῦ κόσμου ἐκείνου θεάσαιτο. Κειμένων τοίνυν ἀλλήλων ἐγγὺς, ἔστω δὲ, εἰ βούλει, λίθων ἐν ὄγκῳ, τοῦ μὲν ἀῤῥυθμίστου καὶ τέχνης ἀμοίρου, τοῦ δὲ ἤδη τέχνη κεκρατημένου εἰς ἄγαλμα θεοῦ ἢ καί τινος ἀνθρώπου θεοῦ μὲν, [ἀ]ρίτος ἤ τινος Μούσης, ἀνθρώπου δὲ, μὴ τινὸς, ἀλλ' ὃν ἐκ πάντων καλῶν πεποίηκεν ἡ τέχνη. Φανείη μὲν ἂν ὁ ὑπὸ τῆς τέχνης γεγενημένος εἰς εἶδος κάλλος καλὸς οὐ παρὰ τὸ εἶναι λίθος (ἦν γὰρ ἂν καὶ ὁ ἕτερος ὁμοίως καλός), ἀλλὰ παρὰ τοῦ εἴδους, ὃ ἐνῆκεν ἡ τέχνη. Τοῦτο μὲν τοίνυν τὸ εἶδος οὐκ εἶχεν ἡ ὕλη, ἀλλ' ἦν ἐν τῷ ἐννοήσαντι, καὶ πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὸν λίθον· ἦν δ' ἐν τῷ δημιουργῷ, οὐ καθ' ὅσον ὀφθαλμοὶ ἢ χεῖρες ἦσαν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι μετεῖχε τῆς τέχνης. Ἦν ἄρα ἐν τῇ τέχνῃ τὸ κάλλος τοῦτο ἄμεινον πολλῷ· οὐ γὰρ ἐκεῖνο ἦλθεν εἰς τὸν λίθον τὸ ἐν τῇ τέχνῃ· ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν μένει, ἄλλο δὲ ἀπ' ἐκείνης ἔλαττον ἐκείνου, εἰ οὐδὲ τοῦτο ἔμεινε καθαρὸν ἐν αὐτῷ, οὐδὲ οἷον ἐβούλετο, ἀλλ' ὅσον εἶξεν ὁ λίθος τῇ τέχνῃ. Εἰ δ' ἡ τέχνη ὃ ἔστι καὶ ἔχει, τοιοῦτον ποιεῖ, (καλὸν δὲ ποιεῖ κατὰ λόγον, ᾧ ποιεῖ,) μειζόνως καὶ ἀληθεστέρως καλή ἐστι τὸ κάλλος ἔχουσα τὸ τέχνης, μεῖζον μέντοι καὶ ἔλαττον, ἢ ὅσον ἐστὶν ἐν τῷ ἔξω. Καὶ γὰρ ὅσῳ ἰὸν εἰς τὴν ὕλην ἐκτέταται, τόσῳ ἀσθενέστερον τοῦ ἐν ἑνὶ μένοντος. Ἀφίσταται γὰρ ἑαυτοῦ πᾶν διϊστάμενον, ἡ ἰσχὺς ἐν ἰσχύϊ, εἰ θερμότης ἐν θερμότητι, εἰ ὅλως τὸ μικρὸν ἐν δυνάμει, καὶ κάλλος ἐν κάλλει. Καὶ τὸ ἄμεινον ποιοῦν πᾶν καθ' αὑτὸ κρεῖττον εἶναι δεῖ τοῦ ποιουμένου· οὐ γὰρ ἡ ἀμουσία μουσικὸν, ἀλλ' ἡ μουσικὴ, καὶ τὴν ἐν αἰσθητῷ ἡ πρὸ τούτου. Εἰ δέ τις τὰς τέχνας ἀτιμάζει, ὅτι μιμούμεναι τὴν φύσιν ποιοῦσι, δεῖ μὲν φατέον καὶ τὰς φύσεις μιμεῖσθαι ἄλλα· εἶτα δεῖ εἰδέναι, ὡς οὐχ ἁπλῶς τὸ ὁρώμενον μιμοῦνται, ἀλλ' ἀνατρέχουσιν ἐπὶ τοὺς λόγους, ἐξ ὧν ἡ φύσις· εἶτα καὶ, ὅτι πολλὰ παρ' αὐτῶν ποιοῦσι, καὶ προσθέτουσι δὲ, ὅτῳ τι ἐλλείπει, ὡς ἔχουσαι τὸ κάλλος·

I. Cum fateamur, animum, qui mundum intelligibilem contemplatur, verique intellectus pulchritudinem intuetur, posse quandoque hujus quoque patrem mente superiorem animadvertere : agite jam, conemur pro viribus cernere, nobisque ipsis exprimere, quantum talia explicari possunt, qua potissimum ratione pulchritudinem mentis mundique illius perspicere valeamus. Finge itaque moles duas lapideas prope se positas, quarum altera quidem incomposita sit et artificiosi muneris expers : altera vero per artem in statuam jam exculta, sive divinam sive humanam : ac si divinam, alicujus Gratiæ statua sit vel Musæ; sin humanam, non sit hominis alicujus, sed cujusdam potius, quem ars ex pulchris omnibus congregaverit. Lapis igitur, ab arte in pulchritudinem speciei dispositus, pulcher protinus apparebit, sed non propterea, quod sit lapis : alioquin altera quoque moles similiter formosa foret : ex eo igitur, quod speciem habeat, quam ars adhibuit. Hanc itaque speciem materia non habebat, sed erat hæc in excogitante, prius quam in lapidem deveniret : erat autem in artifice, non qua ratione ille oculos et manus habebat, sed quoniam arte præditus erat. Erat igitur in arte pulchritudo hæc multo præstantior. Non enim species ipsa in arte consistens venit in lapidem, sed manet illa quidem, alia vero ab illa interim prodit ea minor, neque hæc pura permanet in se ipsa, neque qualem optabat artifex, sed quatenus arti materia paruit. Si autem ars, quod est et habet, tale quoque facit; (facit autem pulchrum secundum rationem, qua et agit :) profecto magis veriusque pulchra est artis pulchritudinem possidens, majorem excellentioremque omni eo, quod prodit exterius. Quatenus enim forma procedens in materiam jam extenditur, eatenus debilior ea fit, quæ manet in uno. Quicquid enim in se distantiam patitur, a se ipso discedit : si robur, in robore : si caliditas, in calore : si omnino potentia, in potentia : si pulchritudo, prorsus in pulchritudine. Jam vero primum omne efficiens secundum se ipsum oportet præstantius esse facto : non enim immusica musicum, sed musica facit, et musicam in sono sensibili procreat musica super sensum. Si quis autem artes contempserit, quoniam naturam imitantes faciunt, respondendum erit, primo quidem naturas quoque alia imitari : deinde artes non simpliciter, quod cernitur oculis, imitari, sed ad ipsas recurrere rationes, ex quibus constat agitque natura : præterea multa ex se ipsis facere, et adjungere insuper aliquid, ubi quicquam perfectioni deest, utpote quæ in se habeant pulchritudinem. Denique Phidias ipse Jovem

ἔπειτα ὁ Φειδίας τὸν Δία πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν ποιήσας, ἀλλὰ λαβὼν οἷος ἂν γένοιτο, εἰ ἡμῖν ὁ Ζεὺς δι' ὀμμάτων ἐθέλοι φανῆναι.

finxisse potest, nullum spectaculum proprie sensibus tractatus, sed imaginatus talem, qualis ipse Jupiter appareret, si quando nostris oculis occurrere vellet.

Pulchritudo in opere naturali est forma quædam, non quomodolibet impressa materiæ, sed tunc impressa ab ipsa natura, quando natura excellentius materiæ dominatur.

Non enim hoc opus est pulchrum per materiam vel quantitatem : alioquin, quod materialius aut grandius, idem foret et pulchrius ; sed ratione excellentioris cujusdam formæ quasi jam immaterialis effectæ. Hinc ergo fit, ut species tunc primum quasi pulchra te rapiat, quando visum ingressa jam est ibi spiritalis effecta : et tunc maxime, quando vehementius cogitatur. Denique species in moribus atque disciplinis, quæ immaterialis est omnino, tanquam pulchra nos capit amore. Est autem immaterialis in natura formositas naturali admodum mirabilior. Natura enim nec adventitio quodam habitu, nec extrinseco elaborans sicut ars, sed essentia sua intrinsecusque dominans facilitate mira exhibet materiæ pulchritudinem.

Β'. Ἀλλ' ἡμῖν ἀφείσθωσαν αἱ τέχναι· ὧν δὲ λέγονται τὰ ἔργα μιμεῖσθαι, τὰ φύσει καλλη γιγνόμενα καὶ λεγόμενα θεωρῶμεν, λογικά τε ζῶα καὶ ἄλογα πάντα, καὶ μάλιστα ὅσα κατώρθωται αὐτῶν, τοῦ πλάσαντος αὐτὰ καὶ δημιουργήσαντος ἐπικρατήσαντος τῆς ὕλης, καὶ εἶδος, ὃ ἐβούλετο, παρασχόντος. Τί οὖν τὸ κάλλος ἐστὶν ἐν τούτοις; οὐ γὰρ δὴ τὸ αἷμα καὶ τὰ καταμήνια, ἀλλὰ καὶ χρόα ἄλλη τούτων, καὶ σχῆμα, ἢ οὐδέν, ἢ τι ἄσχημον, ἢ οἷον τὸ περιέχον ἁπλοῦν τι, οἷα ὕλη; Πόθεν δὴ ἐξέλαμψε τὸ τῆς Ἑλένης τῆς περιμαχήτου κάλλος; ἢ ὅσαι γυναικῶν Ἀφροδίτης ὅμοιαι κάλλει; ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης αὐτῆς πόθεν; ἢ εἴ τις ὅλως καλὸς ἄνθρωπος, ἢ θεὸς, τῶν ἂν εἰς ὄψιν ἐλθόντων, ἢ καὶ μὴ ἰόντων, ἐχόντων δὲ ἐπ' αὐτοῖς ὁραθὲν ἂν κάλλος. Ἆρ' οὐκ εἶδος μὲν πανταχοῦ τοῦτο, ἦκον δὲ ἐπὶ τὸ γενόμενον ἐκ τοῦ ποιήσαντος, ὥσπερ ἐν ταῖς τέχναις ἐλέγετο, ἐπὶ τὰ τεχνητὰ ἰέναι παρὰ τῶν τεχνῶν; Τί οὖν; καλὰ μὲν τὰ ποιήματα καὶ ὁ ἐπὶ τῆς ὕλης λόγος, ὁ δὲ μὴ ἐν ὕλῃ, ἀλλ' ἐν τῷ ποιοῦντι λόγος οὐ κάλλος, ὁ πρῶτος καὶ ἄυλος, ἀλλ' εἰς ἓν οὗτος; ἀλλ' εἰ μὲν ὁ ὄγκος ἦν καλὸς, καθ' ὅσον ὄγκος ἦν, ἐχρῆν τὸν λόγον, ὅτι μὴ ἦν ὄγκος, τὸν ποιήσαντα μὴ καλὸν εἶναι· εἰ δὲ, ἐάν τε ἐν σμικρῷ ἐάν τε ἐν μεγάλῳ τὸ αὐτὸ εἶδος ᾖ, ὁμοίως κινεῖ καὶ διατίθησι τὴν ψυχὴν τὴν τοῦ ὁρῶντος τῇ αὐτοῦ δυνάμει, τὸ κάλλος οὐ τῷ τοῦ ὄγκου μεγέθει ἀποδοτέον. Τεκμήριον δὲ καὶ τόδε, ὅτι, ἔξω μὲν ἕως ἐστὶν, οὔπω εἴδομεν, ὅταν δὲ εἴσω γένηται, διέθηκεν. Εἴσεισι δὲ δι' ὀμμάτων εἶδος ὂν μόνον (ἢ πῶς διὰ μικροῦ;) συνεφέλκεται δὲ καὶ τὸ μέγεθος, οὐ μέγα ἐν ὄγκῳ, ἀλλ' εἶδει γενόμενον μέγα. Ἔπειτα ἢ αἰσχρὸν δεῖ τὸ ποιοῦν, ἢ ἀδιάφορον, ἢ καλὸν εἶναι. Αἰσχρὸν μὲν οὖν ὃν οὐκ ἂν τὸ ἐναντίον ποιήσειεν, ἀδιάφορον δὲ, τί μᾶλλον καλὸν ἢ αἰσχρόν; ἀλλὰ γάρ ἐστι καὶ ἡ φύσις ἡ τὰ οὕτω καλὰ δημιουργοῦσα πολὺ πρότερον καλὴ, ἡμεῖς δὲ τῶν ἔνδον οὐδὲν ὁρᾶν εἰθισμένοι οὐδ' εἰδότες τὸ ἔξω διώκομεν, ἀγνοοῦντες, ὅτι τὸ ἔνδον κινεῖ· ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸ εἴδωλον αὐτοῦ βλέπων, ἀγνοῶν ὅθεν ἧκει, ἐκεῖνο διώκοι. Δηλοῖ δὲ, ὅτι τὸ διωκόμενον ἄλλο, καὶ οὐκ ἐν μεγέθει τὸ κάλλος, καὶ τὸ ἐν τοῖς μαθήμασι κάλλος καὶ τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ ὅλως τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς, οὗ δὴ καὶ ἀληθείᾳ μᾶλλον κάλλος, ὅταν τῳ φρόνησιν ἐνίδῃς καὶ ἀγασθῇς, οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον ἀφορῶν (εἴη γὰρ ἂν τοῦτο αἶσχος), ἀλλὰ πᾶσαν μορφὴν ἀφείς, διώκῃς τὸ εἴσω κάλλος

II. Sed in præsentia missas faciamus artes. Quorum vero opera imitari dicuntur, pulchra naturaliter effecta consideremus, rationalia scilicet animalia et irrationalia cuncta, præsertim, quæcumque inter hæc exactius sunt absoluta : ubi scilicet fictor ipsorum atque faber materiæ dominatus, speciem, quam optabat, adhibuit. Quidnam igitur in his est pulchritudo? Non enim sanguis et menstrua, sed color atque figura ab his diversa, aut nihil, vel aliquid deforme, nisi (tale), quale quod continet simplex aliquid, ceu materia? Undenam orta est pulchritudo Helenæ, pro qua tam ingens certamen est suscitatum? unde ceteræ formæ Veneri similes illuxerunt? Atqui et ipsa Veneris forma unde surrexit? Aut si quis hominum ex integro pulcher, vel deus, sive eorum, qui nobis veniunt in aspectum, sive eorum, qui non veniunt quidem, habeat tamen in se conspicuam pulchritudinem. Nonne igitur species ubique hæc est, descendens in id, quod nascitur ex ipso, quod generat, sicut in artibus dictum est, pulchritudinem in artificia ab artibus proficisci. Quid ergo pulchrane opera quidem sunt, ratioque in ipsa materia? ratio vero, quæ non est in materia, sed in agente, prima et a materia libera non est pulchritudo, sed in unum hæc ipsa redigitur? Ceterum si moles, qua ratione moles est, pulchra foret, sequeretur certe rationem ipsam aspectem, quoniam non est moles, non esse pulchram : si autem, sive in parva sive in magna qualem mole sit species eadem, similiter movet afficitque vi sua animum intuentis, certe pulchritudo non est magnitudini molis attribuenda. Hinc rursus ad idem sumitur argumentum quoniam, quatenus forma est extra animum, non percipimus, neque inde movemur : cum vero animo jam concipitur, afficit. At vero per oculos ipsa rerum species tantum influit, alioquin non possent per angustissimum amplissima penetrare. Contrahitur vero etiam magnitudo, non magna quidem in mole, sed specie potius magna. Præterea ipsam effectus pulchri causam oportet aut esse deformem, aut indifferentem, aut pulchram. Si deforme esset, certe contrarium non efficeret : si indifferens, cur nam pulchrum aliquid potius faceret, quam deforme? Sed profecto natura rerum artifex tam pulchrarum, multo prius magisque est pulchra. Nos autem cum nihil in rerum inspicere soleamus, et intima penitus ignoremus, nimirum extrinseca sequimur, ignorantes interea intrinsecus latere, quod movet, perinde ac si quis suam videat imaginem, et ignorans unde venerit, eam ipsam sequatur. Esse vero aliud quiddam, quod ad se attrahit prosequentes, neque in magnitudine consistere pulchritudinem, testimonio nobis est pulchritudo, quæ disciplinis inest et officiis, et prorsus in animo : ubi certe re vera magis pulchritudo viget, quando scilicet in animo quodam sapientiam contemplaris, et contemplatus delectaris, et non faciem tunc corporis non aspiciens, quæ fortasse non sit formosa, sed, tota corporis forma posthabita, intimam

αὐτοῦ· εἰ δὲ μήπω σε κινεῖ, ὡς καλὸν εἰπεῖν τὸν τοιοῦτον, οὐδὲ σαυτὸν εἰς τὸ εἴσω βλέψας ἡσθήσῃ ὡς καλῷ. Ὥστε μάτην ἂν οὕτως ἔχων ζητοῖς ἐκεῖνο· αἰσχρῷ γὰρ καὶ οὐ καθαρῷ ζητήσεις· διὸ οὐδὲ πρὸς πάντας οἱ περὶ τῶν τοιούτων λόγοι. Εἰ δὲ καὶ σὺ εἶδες σαυτὸν καλὸν, ἀναμνήσθητι.

pulchritudinem sequens. Sin autem nondum animus ille te movet, ut appelles pulchrum, neque etiam interiorem te intuitus, te ipso delectaberis velut pulchro. Quapropter frustra sic affectus, veram intimamque pulchritudinem indagabis : sic enim non puro quodam, sed turpi perquires : ideoque verba de rebus ejusmodi non ad omnes habentur. Quodsi et tu te ipsum inspexeris pulchrum, hinc jam ipsius pulchritudinis reminiscere.

Pulchritudo apparens in materia est imago quædam pulchritudinis, quæ præstantior in natura viget : hæc autem ejus imago, quæ est in anima intellectuali major : hæc tandem illius, quæ prima est in mente divina.

Fulget autem pulchritudinis splendor ex intellectu divino in intellectum animæ caput, quemadmodum lumen a sole semper in stellam, subinde in virtutem animæ rationalem, sicut in lunam, quatenus ad superiora convertitur. Frustra vero, quid ipsa pulchritudo sit, quærit animus, qui se per ejusmodi conversionem pulcherrimum non reddiderit. Si vero reddiderit, quandoque suam inspiciens pulchritudinem, suspiciet inde superiorem : ac per suum intellectum jam purgatum, velut per aurum quoddam, quod erat in mole, divinum intellectum velut aurum universum sincerumque contemplabitur, aliter non quærendum. Denique prima pulchritudo est prima intelligentiæ plenitudo. Dii simpliciter intellectuales per illius participationem pulchri diique sunt : per eandem dii quoque cælestes, id est mundani omnes, qui sane cælestes dii directo quodam intuitu divina cognoscunt, humana vero deflexo prospiciunt atque gubernant. Dii tandem simpliciter intellectuales, qui in intellectuali cælo sunt, non gubernare saltem, qua ratione ibi sunt, sed contemplari dicuntur. Quicquid est in cælo intellectuali, est similiter intelligibile cælum, ibi vero sunt omnia.

I°. Ἔστιν οὖν καὶ ἐν τῇ φύσει λόγος κάλλους ἀρχέτυπος τοῦ ἐν σώματι, τοῦ δ' ἐν τῇ φύσει ὁ ἐν τῇ ψυχῇ καλλίων, παρ' οὗ καὶ ὁ ἐν τῇ φύσει· ἐναργέστατος γε μὴν ὁ ἐν σπουδαίᾳ ψυχῇ, καὶ ἤδη προϊὼν κάλλει· κοσμήσας γὰρ τὴν ψυχὴν καὶ φῶς παρασχὼν ἀπὸ φωτὸς μεῖζονος πρώτως κάλλους ὄντος συλλογίζεσθαι ποιεῖ, αὐτὸς ἐν ψυχῇ ὢν, οἷός ἐστιν ὁ πρὸ αὐτοῦ, ὁ οὐκ ἔτι ἐγγιγνόμενος, οὐδ' ἐν ἄλλῳ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ. Διὸ οὐδὲ λόγος ἐστὶν, ἀλλὰ ποιητὴς τοῦ πρώτου λόγου, κάλλους ἐν ὕλῃ ψυχικῇ ὄντος· νοῦς δὲ οὗτος ὁ ἀεὶ νοῦς, καὶ οὐ ποτὲ νοῦς, ὅτι μὴ ἐπακτὸς αὐτῷ· τίνα ἂν οὖν εἰκόνα τις αὐτοῦ λάβοι; πᾶσα γὰρ ἔσται ἐκ χείρονος. Ἀλλὰ γὰρ δεῖ τὴν εἰκόνα ἐκ νοῦ γενέσθαι, ὥστε μὴ δι' εἰκόνος, ἀλλ' οἷον χρυσοῦ παντὸς χρυσόν τινα δεῖγμα λαβεῖν. Καὶ εἰ μὴ καθαρὸς εἴη ὁ ληφθεὶς, καθαίρειν αὐτὸν ἢ ἔργῳ ἢ λόγῳ, δεικνύντας, ὡς οὐ πᾶν τοῦτό ἐστι χρυσὸς, ἀλλὰ τοῦτο, τὸ ἐν τῷ ὄγκῳ μόνον· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀπὸ νοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν κεκαθαρμένου, εἰ δὲ βούλει ἀπὸ τῶν θεῶν, οἷός ἐστιν ὁ ἐν αὐτοῖς νοῦς. Σεμνοὶ μὲν γὰρ πάντες θεοὶ καὶ καλοὶ, καὶ τὸ κάλλος αὐτῶν ἀμήχανον. Ἀλλὰ τί ἐστι δι' ὃ τοιοῦτοί εἰσιν, ἢ νοῦς; καὶ ὅτι μᾶλλον νοῦς ἐνεργῶν ἐν αὐτοῖς ὥστε ὁρᾶσθαι. Οὐ γὰρ δὴ ὅτι αὐτῶν καλὰ τὰ σώματα· καὶ γὰρ, οἷς ἐστι σώματα, οὐ τοῦτό ἐστιν αὐτοῖς τὸ εἶναι θεοῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν νοῦν καὶ οὗτοι θεοί· καλοὶ δὴ οἱ θεοί· οὐ γὰρ δὴ ποτὲ μὲν φρονοῦσι, ποτὲ δὲ ἀφραίνουσιν, ἀλλ' ἀεὶ φρονοῦσιν ἐν ἀπαθεῖ τῷ νῷ καὶ στασίμῳ καὶ καθαρῷ, καὶ ἴσασι πάντα, καὶ γιγνώσκουσιν οὐ τὰ ἀνθρώπεια, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν, τὰ θεῖα, καὶ ὅσα νοῦς ὁρᾷ. Τῶν δὲ θεῶν οἱ μὲν ἐν οὐρανῷ ὄντες (σχολὴ γὰρ αὐτοῖς) θεῶνται ἀεί· οἷον δὲ πόρρωθεν τὰ ἐν ἐκείνῳ αὐτῷ οὐρανῷ, ὑπεροχῇ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς· οἱ δὲ ἐν ἐκείνῳ ὄντες, ὅσοις ἡ οἴκησις ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ οἰκοῦντες τῷ ἐκεῖ οὐρανῷ. Πάντα γὰρ ἐκεῖ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ οὐρανὸς, καὶ θάλασσα, καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ ἄνθρωποι, πᾶν οὐράνιον ἐκείνου τοῦ οὐρανοῦ. Οἱ δὲ θεοὶ οἱ ἐν αὐτῷ οὐκ

III. Est igitur pulchritudinis ratio in natura exemplar pulchritudinis hujus, quæ apparet in corpore : exemplar autem pulchritudinis naturalis est ratio quædam in anima pulchrior, a qua profluit pulchritudo naturæ. Clarior autem hæc est in anima proba et pulchritudine jam ipsa progrediens : nempe exornans animum, lumenque præbens a majori lumine, quod prima etiam est pulchritudo. Sic, inquam, exsistens in anima ad ratiocinandum inducit, qualisnam sit ratio superior pulchritudinis, quæ in nullo fit amplius, nec in alio jacet, sed in se permanet. Itaque nec ratio quidem est, sed primæ rationis auctor : quippe cum ratio prima sit pulchritudo quædam in anima ceu materia. Ipse vero auctor intellectus est, qui et semper est intellectus, nec intellectus aliquando, quoniam ipsi non aliunde advenit intellectus. Sed quam potissimum imaginem intellectus ipsius accipiemus? Quæcumque enim aliunde quæretur, a deteriori quodam procul dubio requiretur. Imago igitur intellectus est ab intellectu quærenda, adeo, ut non per imaginem de ipso loquamur, sed tanquam de auro universo aurum quoddam accipiamus indicium. Ac nisi acceptum aurum adhuc sit purum, aut re ipsa aut saltem oratione purgemus, demonstrantes, hoc a nobis acceptum non esse aurum universum, sed aurum quiddam duntaxat in mole. Sic itaque ab hoc, qui in nobis est, intellectu jam purgato ad intellectum ipsum altius ascendamus : ac, si placet, a diis ipsis progrediamur, inspicientes videlicet, qualis in eis sit intellectus. Dii namque omnes pulchri, venusti, venerandi, inæstimabili decore pollentes. Verum quidnam est, quo dii sunt tales? Est utique intellectus : intellectus, inquam, potissimum in eis agens, ut videantur. Non enim ex eo, quod eorum pulchra sunt corpora : nam et quibus corpora sunt, non hoc ipsum est esse deos, sed secundum mentem hi quoque dii sunt, non, inquam, ex eo, quod pulchra illis adsunt corpora, dii pulchri censentur. Non enim alias quidem sapientes sunt, alias vero nequaquam, sed perpetuo sapiunt mente tranquilla stabilique et pura, intelliguntque omnia, et cognoscunt non humana proprie, sed sua, id est divina, et quotcumque intellectus ipse cernit. Deorum vero ii quidem, qui cælum habitant (otio namque abundant), assidue contemplantur, sed quasi eminus, quæ in primo ipso sunt cælo, supereminenti cervice : ii vero, qui in illo sunt, quotcumque habitationem illic sortiti sunt, contemplantur, totum illic cælum habitantes. Omnia enim ibi sunt cælum, illic terra cælum est : illic mare, animalia, plantæ, homines cælum sunt : quicquid denique est illius cæli, cæleste. Dii vero illic habitantes non

ἀπαξιοῦντες ἀνθρώπους οὐδ' ἄλλο τι τῶν ἐκεῖ, ὅτι τῶν ἐκεῖ, πᾶσαν μὲν διεξίασι τὴν ἐκεῖ χώραν καὶ τὸν τόπον ἀναπαυόμενοι.

dedignantur homines, neque aliud quicquam eorum, quæ ibi sunt, ob hoc ipsum, quod ex divinorum numero sunt: omnem namque regionem illam discurrunt, locumque comprehendunt conquiescentes.

Supra cælum corporeum in cælo incorporeo sunt dii duplices, scilicet intelligibiles atque intellectuales. Illi quidem sunt ideæ, hi vero intellectus omnes æterna idearum contemplatione beati.

Intellectus divinus sic in ideas se derivat, ut totus conservetur in singulis, sed sub alia in aliis proprietate. Nec tam dicendum est ideas esse in intellectu, quam intellectum ipsum ipsas ideas exsistere, omniformem videlicet ex uniformi se ipso mirabiliter prodeuntem. Si cælum similiter se derivat in stellas, in qualibet stella et cælum est totum, et stellæ omnes, sed proprietate diversa. Quod igitur Anaxagoras ait, Quodlibet est in quolibet, non tam in mundo subcælesti verum est, ubi unio minima, quam in mundo supercælesti, ubi unio maxima: quodammodo etiam in cælesti, ubi mediocris est unio: ubi vero Plotinus probat, divinorum contemplatores inde nunquam discessuros. Accipe, quod Porphyrius et Iamblichus attigerunt: animos etiam nostros ad similem posse beatitudinem pervenire. Non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in sæculum sæculi laudabunt te.

Δ'. Καὶ γὰρ τὸ ῥεῖα ζώειν ἐκεῖ, καὶ ἀλήθεια δὲ αὐτοῖς καὶ γενέτειρα, καὶ τροφὸς, καὶ οὐσία, καὶ τροφὴ, καὶ ὁρῶσι τὰ πάντα, οὐχ οἷς γένεσις πρόσεστιν, ἀλλ' οἷς οὐσία, καὶ ἑαυτοὺς ἐν ἄλλοις· διαφανῆ γὰρ πάντα, καὶ σκοτεινὸν οὐδὲ ἀντίτυπον οὐδὲν, ἀλλὰ πᾶς παντὶ φανερὸς εἰς τὸ εἴσω καὶ πάντα· φῶς γὰρ φωτί· καὶ γὰρ ἔχει πᾶς πάντα ἐν αὐτῷ, καὶ αὖ ὁρᾷ ἐν ἄλλῳ πάντα, ὥστε πανταχοῦ πάντα, καὶ πᾶν πᾶν, καὶ ἕκαστον πᾶν, καὶ ἄπειρος ἡ αἴγλη· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν μέγα, ἐπεὶ καὶ τὸ μικρὸν μέγα· καὶ ἥλιος ἐκεῖ, καὶ πάντα ἄστρα· καὶ ἕκαστον ἥλιος αὖ, καὶ πάντα. Ἐξέχει δ' ἐν ἑκάστῳ ἄλλο, ἐμφαίνει δὲ καὶ πάντα. Ἔστι δὲ καὶ κίνησις καθαρὰ, οὐ γὰρ συγχεῖ αὐτὴν ἰοῦσαν, ὃ κινεῖ, ἕτερον αὐτῆς ὑπάρχον· καὶ ἡ στάσις οὐ παρακινουμένη, ὅτι μὴ μέμικται τῷ μὴ στασίμῳ· καὶ τὸ καλὸν καλὸν, ὅτι μὴ ἐν τῷ καλῷ. Βέβηκε δὲ ἕκαστος οὐκ ἐπ' ἀλλοτρίας οἷον γῆς, ἀλλ' ἔστιν ἑκάστῳ, ἐν ᾧ ἐστιν αὐτὸ, ὅ ἐστι, καὶ συνθεῖ αὐτῷ, οἷον πρὸς τὸ ἄνω ἰόντι, τὸ ὅθεν ἐστὶ, καὶ οὐκ αὐτὸς μὲν ἄλλο, ἡ χώρα δὲ αὐτοῦ ἄλλο· καὶ γὰρ τὸ ὑποκείμενον νοῦς, καὶ αὐτὸς νοῦς· οἷον εἴ τις καὶ τοῦτον τὸν οὐρανὸν τὸν ὁρώμενον φωτοειδῆ ὄντα τοῦτο τὸ φῶς τὸ ἐξ αὐτοῦ φῦναι νοήσειε τὰ ἄστρα. Ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐκ ἐκ μέρους ἄλλο ἄλλου γένοιτ' ἂν, καὶ εἴη ἂν μόνον ἕκαστον μέρος, ἐκεῖ δὲ ἐξ ὅλου ἀεὶ ἕκαστον, καὶ ἅμα ἕκαστον καὶ ὅλον. Φαντάζεται μὲν γὰρ μέρος, ἐνορᾶται δὲ τῷ ὀξεῖ τὴν ὄψιν ὅλον, οἷον εἴ τις γένοιτο τὴν ὄψιν τοιοῦτος, οἷος ὁ Λυγκεὺς ἐλέγετο, καὶ τὰ εἴσω τῆς γῆς ὁρᾶν, τοῦ μύθου τοὺς ἐκεῖ αἰνιττομένου ὀφθαλμούς. Τῆς δὲ ἐκεῖ θέας οὔτε κάματός ἐστιν, οὔτ' ἔστι πλήρωσις εἰς τὸ παύσασθαι θεωμένῳ· οὔτε γὰρ κένωσις ἦν, ἵνα ἥκων εἰς πλήρωσιν καὶ τέλος ἀρκεσθῇ, οὔτε τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δ' ἄλλο, ἵνα ἑτέρῳ τῶν ἐν αὐτῷ τὰ τοῦ ἑτέρου μὴ ἀρέσκοντα ᾖ. Ἀτρυτά τε τὰ ἐκεῖ. Ἀλλ' ἔστι τὸ ἀπλήρωτον, τὸ μὴ τὴν πλήρωσιν καταφρονεῖν ποιεῖν τοῦ πεπληρωκότος· ὁρῶν γὰρ μᾶλλον ὁρᾷ, καὶ καθορῶν ἄπειρον αὐτὸν καὶ τὰ ὁρώμενα τῇ ἑαυτοῦ συνέπεται φύσει. Καὶ ἡ ζωὴ μὲν οὐδενὶ κάματον ἔχει, ὅταν ᾖ καθαρά· τὸ δ' ἄριστα ζῶν τί ἂν κάμοι; ἡ δὲ ζωὴ σοφία· σοφία δὲ οὐ πορισθεῖσα λογισμοῖς, ὅτι ἀεὶ ἦν πᾶσα, καὶ ἐλλείπουσα οὐδενὶ, ἵνα ζητήσεως δεηθῇ· ἀλλ' ἔστιν ἡ πρώτη, καὶ οὐκ ἀπ' ἄλλης· καὶ ἡ οὐσία αὕτη σοφία, ἀλλ' οὐκ αὐ-

IV. Huc tendunt, quæ a Platone in Phædro traduntur, facilem scilicet illic superos vitam agere, veritatemque ipsam eorum genitricem esse atque nutricem, et essentiam et nutrimentum: item illos omnia cernere, non illa quidem, quæ generationi subjecta sint, sed quæ sint in essentia: videre quoque se ipsos in aliis. Omnia enim illic undique perspicua sunt: nihil ibi tenebrosum, nihil obstans, sed omnis illic omnibus est conspicuus intrinsecus atque per omnia. Lumen namque lumini occurrit ubique. Quilibet in se habet omnia, et omnia rursus in alio conspicit. Cuncta igitur ubique sunt: omne illic est omne: illic quodlibet est universum: splendor ibi micat immensus. Quodlibet enim ibi magnum est, quandoquidem et parvum illic est magnum. Ibi sol, stellæque omnes. Unaquæque stella sol est, et stellæ similiter omnes. Præcellit autem in quolibet aliud, sed interim in quovis cuncta conspiciuntur. Est ibi motus procul dubio purus: non enim procedentem confundit motum motor alienus a motu. Status etiam illic nulla mutatione turbatur: non enim instabili naturæ miscetur. Pulchrum præterea ipsum pulchrum est, quoniam non jacet in pulchro. Permanet vero quilibet non quasi in alieno pavimento quodam, sed uniuscujusque fundamentum est id ipsum, quod unumquodque est: cumque ipso concurrit quasi surgenti ad ipsum, unde exstat: neque ipsum quidem aliud est, sed vero ejus est aliud: nam et subjectum intellectus est, et ipsum est intellectus: velut si quis cogitet, cælum hoc oculis manifestum atque lucidum per lumen hoc suum germinare coalescereque in stellas. In rebus quidem corporeis non prodit ex alia parte ubique pars alia, sed una quæque pars sola ipsa est. Illic autem ex toto quodlibet ubique prodit, simulque exstat quodlibet atque totum. Apparet quidem pars: inspicitur quoque ab eo, qui acute cernat, et totum, ceu si quis talis sit visu, qualis fertur fuisse Lynceus, qui intima terræ traditur radiis oculorum penetrare consuevisse. Hanc equidem fabulam supernorum oculorum perspicaciam significasse arbitror. Existimandum præterea, eos, qui illa vident, nunquam in videndo defatigari, neque satietate ulla unquam addici, ut videre desistant. Neque enim vacuitas erat in aliquo, ut deinde impletus et satur finem faciat intuendi: neque hoc quidem aliud est, illud vero sic aliud, ut alteri eorum, quæ sunt in eo, illa, quæ sunt alterius, minime placeant. Præterea indomita illic et indefessa sunt omnia. Quod vero ibi dicitur inexplebile, propterea tale dicitur, quod plenitudo ejus nunquam efficit, ut spernat implentem: videndo namque magis assidue cernit, atque perspicax infinitum se ipsum et quæ videntur, naturam suam discernit sequitur. Jam nullius vita laboriosa est, quando est vita pura: quod vero optime vivit, curnam laboret? Vita vero illic est sapientia, sapientia vero nullis argumentationibus comparata, quoniam semper tota fuit, nec ulla parte deficiens, ex quo indagine indigeret: sed est sapientia prima, neque ab alia sapientia pendens, atque quæ ibi essentia sapientia est: neque prius quidem intellectus

τὰς, εἶτα σοφός. Διὰ τοῦτο δὲ οὐδεμία μείζων, καὶ ἡ αὐτοεπιστήμη ἐνταῦθα πάρεδρος τῷ νῷ, τῷ συμπροϊνεσθαι, οἷον λέγουσι κατὰ μίμησιν καὶ τῷ Διὶ τὴν Δίκην. Πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐκεῖ, οἷον ἀγάλματα παρ' αὑτῶν ἐνορώμενα, ὥστε θέαμα εἶναι ὑπερευδαιμόνων θεατῶν. Τῆς μὲν οὖν σοφίας τὸ μέγεθος καὶ τὴν δύναμιν ἂν τις κατίδοι, ὅτι μετ' αὐτῆς ἔχει καὶ πεποίηκε τὰ ὄντα, καὶ πάντα ἠκολούθησε, καὶ ἔστιν αὐτὴ τὰ ὄντα, καὶ συνεγένετο αὐτῇ, καὶ ἓν ἄμφω, καὶ ἡ οὐσία ἡ ἐκεῖ σοφία. Ἀλλ' ἡμεῖς εἰς σύνεσιν οὐκ ἤλθομεν, ὅτι καὶ τὰς ἐπιστήμας θεωρήματα καὶ συμφόρησιν νενομίκαμεν προτάσεων εἶναι· τὸ δὲ οὐδ' ἐν ταῖς ἐνταῦθα ἐπιστήμαις. Εἰ δέ τις περὶ τούτων ἀμφισβητεῖ, ἐατέον ταύτας ἐν τῷ παρόντι· περὶ δὲ τῆς ἐκεῖ ἐπιστήμης, ἣν δὴ καὶ ὁ Πλάτων κατιδὼν φησὶν, οὐδ' ἥτις ἐστὶν ἄλλη ἐν ἄλλῳ· ὅπως δὲ, εἴασε ζητεῖν καὶ ἀνευρίσκειν, εἴπερ ἄξιοι τῆς προσηγορίας φαμὲν εἶναι· ἴσως οὖν βέλτιον ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι.

ipse est, deinde sapiens. Hanc igitur ob causam nulla est sapientia major, atque illic ipsa scientia mentis ipsius collega est, propterea quod simul pullulant: quemadmodum imitatione quadam tradunt, Justitiam Jovis ipsius esse collegam. Omnia enim hujus generis ibi velut simulacra, imo exemplaria quædam exstant ex se et in se ipsis ubique perspicua, adeo ut horum spectaculum proprium sit plusquam felicium spectatorum. Ipsius igitur sapientiæ magnitudinem et potentiam ex hoc potissimum considerare licet, quoniam una secum habet fecitque entia: nam quæ vere sunt omnia, secuta sunt sapientiam, perque ipsam cuncta consistunt, unaque cum ipsa sunt exorta, unumque sunt ambo: essentia denique illic est sapientia. Nos autem ad hanc ipsam cognitionem nondum accedimus, quoniam scientias esse putamus speculationes quasdam, atque regulas, propositionumque confluxum: quod quidem neque scientiis quidem nostris est tribuendum. Si quis autem de nostris scientiis ambigat, missas in præsentia faciamus: sed operæ pretium fore videtur, exordio hinc iterum sumpto, de illa scientia disputare, quam illic regnantem Plato suspiciens inquit: Scientia quidem illa non alia est in alio. Quomodo vero hoc se habeat, perquirere atque invenire nobis reliquisse videtur, si modo appellatione ejusmodi nos dignos profiteamur.

Quum ars naturam imitetur, et natura deum, atque ars quidem per sapientiam quandam agat, deus autem per ipsam simpliciter sapientiam, consequens est, ut natura per suam quandam agat sibi insitam sapientiam.

Si omnia per sapientiam suam reportant essentiam, sequitur, ut sapientia prima sit essentia prima. Sapientia per industriam comparata, quæ est ars humana, pendet a sapientia nobis innata, et naturæ sapientiam imitatur. Hæ vero tres sapientiæ, *quia* sunt in alio, referendæ sunt ad sapientiam primam, quæ in se ipsa sit, ubi videlicet sapientia ipsa est essentia. Sapientia quidem artis humanæ coacervata est ex multis actibus meditationum atque sermonum: sapientia vero naturaliter nobis insita, et sapientia ipsius naturæ atque dei, est una quædam forma se præferens omniformem, ceu vultus unus, non sicut oratio vel disputatio una: nam ante unum ex multis coacervatum est unum, quod se ipsum evolvit in multa, et ante hoc ipsum simpliciter unum.

Ε'. Πάντα δὴ τὰ γιγνόμενα, εἴτε τεχνητὰ εἴτε φυσικὰ εἴη, σοφία τις ποιεῖ, καὶ ἡγεῖται τῆς ποιήσεως πανταχοῦ σοφία. Ἀλλ' εἰ δή τις καὶ αὐτὴν τὴν σοφίαν ποιεῖ, ἔστωσαν μὲν αἱ τέχναι τοιαῦται. Ἀλλ' ὁ τεχνίτης πάλιν αὖ εἰς σοφίαν φυσικὴν ἔρχεται, καθ' ἣν γεγέννηται, οὐκέτι συντεθεῖσαν ἐκ θεωρημάτων, ἀλλ' ὅλην ἕν τι, οὐ τὴν συγκειμένην ἐκ πολλῶν εἰς ἕν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀναλυομένην εἰς πλῆθος ἐξ ἑνός. Εἰ μὲν οὖν ταύτην τις πρώτην θήσεται, ἀρκεῖ· οὐκ ἔτι γὰρ ἐξ ἄλλου οὖσα, οὐδ' ἐν ἄλλῳ. Εἰ δὲ τὸν μὲν λόγον ἐν τῇ φύσει, τούτου δὲ ἀρχὴν φήσουσι τὴν φύσιν, πόθεν ἕξει, φήσομεν· καὶ εἰ ἐξ ἄλλου, ἐκείνου· εἰ μὲν ἐξ αὐτοῦ, στησόμεθα· εἰ δὲ εἰς νοῦν ἥξουσιν, ἐνταῦθα ὀψόμεθα, εἰ ὁ νοῦς ἐγέννησε τὴν σοφίαν· καὶ εἰ φήσουσι, πόθεν; εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ, ἀδύνατον ἄλλως, ἢ αὐτὸν ὄντα σοφίαν. Ἦ ἄρα ἀληθινὴ σοφία οὐσία· καὶ ἡ ἀληθινὴ οὐσία σοφία, καὶ ἡ ἀξία καὶ τῇ οὐσίᾳ παρὰ τῆς σοφίας, καὶ ὅτι παρὰ τῆς σοφίας οὐσία ἀληθής. Διὸ καὶ, ὅσαι οὐσίαι σοφίαν οὐκ ἔχουσι, τῷ μὲν διὰ σοφίαν τινὰ γεγονέναι, οὐσίαι, τῷ δὲ μὴ ἔχειν ἐν αὑταῖς σοφίαν, οὐκ ἀληθιναὶ οὐσίαι. Οὐ τοίνυν δεῖ νομίζειν ἐκεῖ ἐξιώματα ὁρᾶν τοὺς θεοὺς, οὐδὲ τοὺς ἐκεῖ ὑπερευδαίμονας, ἀλλ' ἕκαστα τῶν λεγομένων ἐκεῖ καλὰ ἀγάλματα, οἷα ἐφαντάζετό τις ἐν τῇ σοφοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ εἶναι, ἀγάλματα δὲ οὐ γεγραμμένα, ἀλλὰ ὄντα. διὸ καὶ τὰς ἰδέας ὄντα ἔλεγον εἶναι οἱ παλαιοὶ καὶ οὐσίας.

V. Quæcumque vel arte vel natura fiunt, sapientia quædam facit, et ubique actionem sapientia ducit. Sicubi vero sapientia quædam fiat, sint sane artes ejusmodi. At artifex ipse rursus in naturalem sapientiam revocatur, secundum quam ars et quodlibet opus agitur: secundum quam, inquam, non amplius ex speculationibus congregatam, sed totam unum quiddam: neque compositam ex multis in unum, sed ab uno potius in multa se resolventem. Si quis igitur sapientiam hanc primam esse posuerit, jam sufficiet: cum enim non sit ex alio, neque etiam erit in alio. Sin autem rationem quidem in natura, hujus vero principium naturam esse dixerit, interrogabimus, undenam natura habeat rationem. Quodsi habere dicatur ab alio, de alio rursus illo quæremus: ac si ex se ipso habeat, jam ibi conquiescemus. Proinde, si in mentem ipsam confugiant, ibi rursus investigandum, numquid mens genuerit sapientiam. Quod si fateantur, undenam? quæremus. Si autem ex se ipsa conceperit, non potest id fecisse, nisi mens ipsa sapientia sit. Vera igitur sapientia est essentia: ac vera vicissim essentia sapientia est, ipsaque essentiæ dignitas a sapientia vindicatur. Constat enim essentiam veram a sapientia esse. Quamobrem, quæcumque essentiæ sapientiam non habent, ex eo quidem, quod per sapientiam quandam factæ sunt, essentiæ sunt: ex eo autem, quod in se ipsis nullam possident sapientiam, non sunt essentiæ veræ. Nemo igitur existimare debet in mundo intelligibili vel deos ipsos, vel habitatores illic alios plusquam felices ibi quasdam propositionum regulas contemplari, sed singula, quæ illic esse dicuntur, velut exemplaria quædam et spectacula pulchra intuentibus se offerre, qualia forsan imaginetur aliquis in animo sapientis exsistere. Dico autem non simulacra depicta, sed exsistentia: quapropter ideas antiqui entia et essentias appellabant.

Sacerdotes Ægyptii ad significanda divina mysteria non utebantur minutis literarum characteribus, sed figuris integris herbarum arborum, animalium : quoniam videlicet deus scientiam rerum habet non tanquam excogitationem de re multiplicem, sed tanquam simplicem firmamque rei formam.

Excogitatio temporis apud te multiplex est et mobilis, dicens videlicet, tempus quidem est velox, et revolutione quadam principium rursus cum fine conjungit : prudentiam docet, profert res, et aufert. Totam vero discursionem ejusmodi una quadam firmaque figura comprehendit Ægyptius, alatum serpentem pingens, caudam ore prensantem : ceteraque figuris similibus, quas describit Horus.

Ϛ'. Δοκοῦσι δέ μοι καὶ οἱ Αἰγυπτίων σοφοὶ εἴτε ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ λαβόντες, εἴτε καὶ συμφύτῳ, περὶ ὧν ἐβούλοντο διὰ σοφίας δεικνύναι, μὴ τύποις γραμμάτων διεξοδεύουσι λόγους καὶ προτάσεις, μηδὲ μιμουμένοις φωνὰς καὶ προφορὰς ἀξιωμάτων κεχρῆσθαι· ἀγάλματα δὲ γράψαντες, καὶ ἓν ἕκαστον ἑκάστου πράγματος ἄγαλμα ἐντυπώσαντες ἐν τοῖς ἱεροῖς, τὴν ἐκείνου διέξοδον ἐμφῆναι· ὡς ἄρα τις καὶ ἐπιστήμη καὶ σοφία ἕκαστόν ἐστιν ἄγαλμα, καὶ ὑποκείμενον, καὶ ἀθρόον, καὶ οὐ διανόησις οὐδὲ βούλευσις. Ὕστερον δὲ ἀπ' αὐτῆς ἀθρόας οὔσης εἴδωλον ἐν ἄλλῳ ἐξειλιγμένον ἤδη, καὶ λέγον αὐτὸ ἐν διεξόδῳ, καὶ τὰς αἰτίας, δι' ἃς οὕτως, ἐξευρίσκον, ὡς καλῶς οὕτως ἐχόντος τοῦ γεγενημένου, θαυμάσαι· εἴ τις οἶδε θαυμάσαι, ἔφη, τὴν σοφίαν, πῶς αὕτη αἰτίας οὐκ ἔχουσα τῆς οὐσίας, δι' ἃς οὕτω παρέχει τοῖς ποιουμένοις κατ' αὐτήν. Τὸ καλῶς ἄρα ὡσαύτως καὶ ἐκ ζητήσεως ἂν μόλις, ἢ οὐδ' ὅλως φανὲν δεῖ, εἴπερ τις ἐξεύροι, πρὸ ζητήσεως καὶ πρὸ λογισμοῦ ὑπάρχειν ὡσαύτως, οἷον (λάβωμεν γὰρ ἐφ' ἑνὸς μεγάλου, ὃ λέγω) ὅπερ ἁρμόσει καὶ ἐπὶ πάντων.

VI. Videntur vero mihi sapientes Ægyptiorum, sive consummata quadam sapientia, sive naturali etiam mentis instinctu, ubi constituerunt sapientiæ mysteria nobis significare, non usi fuisse figuris literarum significaturis sermonis discursiones et propositiones quasdam, et imitaturis voces pronuntiationesque regularum, sed potius describentes imagines rerum singulas singularum, easque depingentes, in sacris clam rei ipsius discursum significavisse : quod videlicet scientia et sapientia quædam sit unaquaque imago sive exemplar, et subjectum illud spectaculum totum una collectum, neque sit excogitatio quædam, neque consilium. Postea vero ab ipsa imagine, exemplari sive sapientia simul tota, simulacrum in alio quodam fiat jam evolutum, atque loquens in discursione quadam, et causas, propter quas ita res institutæ sint, inveniens, dum videlicet dispositio rerum, quod ita bene se habeat, movet admirationem. Hinc ait eum admiraturum sapientiam, qui consideraverit, quomodo ipsa, non habens essentiæ suæ causas, propter quas ita se habeat, sive agat, sic se habere præbeat, ut se habent his, quæ secundum ipsam efficiuntur. Hoc ipsum igitur, quod dici potest, dispositionem rerum, ita ut est, bene se habere, quod quidem ex inquisitione vix tandem aut nullo modo fit manifestum, quod videlicet sic habere se res oporteat, si quis modo inveniat, hoc ipsum, inquam, oportet in mundo intelligibili ante omnem inquisitionem et argumentationem ita se habere atque constare : sed accipiamus jam in uno, quod loquor, magno, quod omnibus quoque sit consentaneum.

Scientia dei non est argumentationi vel consilio similis, sed dispositioni potius naturali.

Non enim vel posito principio deinceps per media conclusionem colligit, vel constituto fine consequenter vias modosque ad finem consequendum eligit, deinde agit, sicut deliberavit : sed quoniam ipse est suapte natura omnifariam ita dispositus, ideo naturaliter sic et agit : quemadmodum semen multiformiter sic affectum prolem ita generat multiformem. Sed omniformis illa natura dei ipsa ejus intelligentia est ideis omnibus insignita, non sicut tabella figuris, sed sicut cælum stellis, quæ et ipsæ sunt cælum. Facillime vero facit, quoniam suapte natura facit, atque ipsa est universum. Ferme similiter agit anima nostra, quando ad habitum se revocat omniformem.

Ζ'. Τοῦτο δὴ τὸ πᾶν, ἐπείπερ συγχωροῦμεν παρ' ἄλλου αὐτὸ εἶναι, καὶ τοιοῦτον εἶναι, ἆρα οἰώμεθα τὸν ποιητὴν αὐτοῦ ἐπινοῆσαι παρ' αὑτῷ γῆν, καὶ ταύτην ἐν μέσῳ δεῖν στῆναι, εἶτα ὕδωρ, καὶ ἐπὶ τῇ γῇ τοῦτο, καὶ τὰ ἄλλα ἐν τάξει μέχρι τοῦ οὐρανοῦ, εἶτα ζῶα πάντα, καὶ τούτοις μορφὰς τοιαύτας ἑκάστῳ, ὅσαι νῦν εἰσι, καὶ τὰ ἔνδον ἑκάστοις σπλάγχνα, καὶ τὰ ἔξω μέρη, εἶτα διατιθέντα ἕκαστα παρ' αὑτῷ οὕτως ἐπιχειρεῖν τῷ ἔργῳ; ἀλλ' οὔτε ἡ ἐπίνοια δυνατὴ ἡ τοιαύτη· πόθεν γὰρ ἐπῆλθεν οὐ πώποτε ἑωρακότι; οὔτε ἐξ ἄλλου λαβόντι δυνατὸν ἦν ἐργάσασθαι, ὅπως νῦν οἱ δημιουργοὶ ποιοῦσι, χερσὶ καὶ ὀργάνοις χρώμενοι· ὑστερον γὰρ καὶ χεῖρες καὶ πόδες. Λείπεται τοίνυν εἶναι μὲν πάντα ἐν ἄλλῳ· οὐδενὸς δὲ μεταξὺ ὄντος, τῇ ἐν τῷ ὄντι πρὸς ἄλλο γειτονίᾳ οἷον ἐξαίφνης ἀναφανῆναι ἴνδαλμα καὶ εἰκόνα ἐκείνου, εἴτε αὐτόθεν, εἴτε ψυχῆς διακονησαμένης (διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ παρόντι), ἢ ψυχῆς τινός· ἀλλ' οὖν ἐκεῖθεν ἦν σύμπαντα ταῦτα, καὶ κάλλιον ὡς ἐκεῖ· τὰ γὰρ τῇδε καὶ μέμικται, καὶ οὐκ ἐκεῖνα μέμικται, ἀλλ' οὖν εἴδεσι κατέσχηται ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος. Πρῶτον μὲν ἡ ὕλη τοῖς τῶν στοι-

VII. Numquid putemus, hoc universum, quod ab alio confitemur esse, taleque exsistere, eo pacto a fabro suo fuisse compositum, ut ille excogitaverit apud se terram, eamque in medio quiescere oportere? deinde aquam terræ continuam, ceteraque deinceps usque ad cælum ordinate disposita? tum vero animalia omnia, talesque et tot singulorum viventium formas, quales et quot nunc habent singula, dispositionemque tum viscerum, tum exteriorum partium atque membrorum? deinde sicut apud se singula disposuerat, sic aggressum fuisse opere jam ipso dispo nere? Sed profecto consideratio apud illum talis esse potuit : unde enim incidisset in eum, qui nondum tal viderat? neque vero fieri poterat, ut ille ab alio qual accipiens fabricaret, quemadmodum nunc artifices fabricant, manibus et instrumentis utentes : posteri enim manus et pedes accedunt. Reliquum est igit omnia in alio esse, et cum nihil se medium interpo ipsa propinquitate ipsius entis ad aliud, velut subito imaginem et similitudinem emicare, sive ex ipso per duntaxat, sive per animam ministrantem (nihil enim præsentia interest), sive per animam proprie quam sed enim cuncta hæc omnino inde manarunt, et pulchr utpote ibi (se habent). Hic enim permixta sunt, ibi sunt pura. Universum vero hoc inde profectum a principio ad finem comprehenditur speciebus. Primo qui

χείων εἴδεσιν, εἶτα ἐπὶ εἴδεσιν εἴδη ἄλλα, εἶτα πάλιν ἕτερα· ὅθεν καὶ χαλεπὸν εὑρεῖν τὴν ὕλην, ὑπὸ πολλοῖς εἴδεσι κρυφθεῖσαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὕτη εἶδός τι ἔσχατον, πᾶν εἶδος, τὸ δὲ καὶ πάντα εἴδη (τὸ γὰρ παράδειγμα εἶδος ἦν) ἐποίει, τὸ δὲ ἀψοφητὶ, ὅτι πᾶν τὸ ποιῆσαν καὶ οὐσία καὶ εἶδος· διὸ καὶ ἄπονος καὶ οὕτως ἡ δημιουργία, καὶ παντὸς δὲ ἦν, ὡς ἂν πᾶν· οὐ τοίνυν ἦν τὸ ἐμποδίζον, καὶ νῦν δὲ ἐπικρατεῖ, καίτοι ἄλλων ἄλλοις ἐμποδίων γιγνομένων, ἀλλ' οὐκ αὐτῇ οὐδὲ νῦν· μένει γὰρ ὡς πᾶν. Ἐδόκει δέ μοι, ὅτι καὶ, εἰ ἡμεῖς ἀρχέτυπα καὶ οὐσία καὶ εἴδη ἅμα, εἶδος καὶ τὸ τὸ ποιοῦν ἐνταῦθα, ἦν ἡμῶν οὐσία, ἐκράτησεν ἂν ἄνευ πόνων ἡ ἡμετέρα δημιουργία, καίτοι καὶ ἄνθρωπος ἐημιουργεῖ εἶδος αὐτοῦ ἄλλο, ὅ ἐστι γενόμενος. Ἀπέστη γὰρ τοῦ εἶναι τὸ πᾶν νῦν ἄνθρωπος γενόμενος· παυσάμενος δὲ τοῦ ἄνθρωπος εἶναι μετεωροπορεῖ, φησὶ, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ· γενόμενος γὰρ τοῦ ὅλου τὸ ὅλον ποιεῖ. Ἀλλ' οὗ χάριν ὁ λόγος, ὅτι ἔχεις μὲν σὺ αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἐν μέσῳ ἡ γῆ; καὶ διὰ τί στρογγύλη, καὶ ὁ λοξὸς διὰ τί ὠδί; ἐκεῖ δὲ, οὐ διότι οὕτως ἐχρῆν, διὰ τοῦτο οὕτω βεβούλευται, ἀλλ' ὅτι οὕτως ἔχει, ὡς ἔστι, διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα ἔχει καλῶς· εἶεν εἰ πρὸ τοῦ συλλογισμοῦ τῆς αἰτίας τὸ συμπέρασμα, οὐ παρὰ τῶν προτάσεων· οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀκολουθίας, οὐδ' ἐξ ἐπινοίας, ἀλλὰ πρὸ ἀκολουθίας, καὶ πρὸ ἐπινοίας· ὕστερα γὰρ ταῦτα πάντα καὶ λόγος καὶ ἀπόδειξις καὶ πίστις. Ἐπεὶ γὰρ ἀρχὴ αὐτόθεν, πάντα ταῦτα καὶ ὧδε, καὶ τὸ μὴ ζητεῖν αἰτίας ἀρχῆς οὕτω καλῶς λέγεται, καὶ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς τῆς τελείας, ἥτις ταὐτὸν τῷ τέλει· ἥτις δὲ ἀρχὴ καὶ τέλος, αὕτη τὸ πᾶν ὁμοῦ καὶ ἀνελλιπής.

materia formis elementorum, quibus et aliæ accedunt formæ, formisque aliis similiter aliæ, adeo ut difficile sit invenire materiam, multis sub formis occultam. Quoniam vero et ipsa speciem quandam habet ultimam, omnem speciem subire facile potest. Ille vero faber, penes quem exemplar operis species est, omnes efficit species, et has quidem absque difficultate et violentia ulla, quoniam agens ibi est universum essentiaque et species. Quam ob rem hac quoque ratione facilis et sine labore fabricatio fuit, et fabrica totius exstitit, sicut et ipse faber est universum : nihil igitur erat impedimenti, et nunc etiam in fabricando libere dominatur. Et quamvis alia passim aliis impedimento sint, ipsi tamen universi fabricæ ne nunc quidem obstare quicquam potest : nam tanquam universum constat. Arbitror equidem, si nos essemus prima ipsa exemplaria rerum essentiæque simul et species, atque species ipsa, quæ hic facit, nostra esset essentia, fabricationem nostram absque labore dominaturam : tametsi homo, utpote quod nunc est effectus, speciem fabricat a se ipso diversam. Nunc enim factus homo, esse destitit universum : at quando desinit esse homo, ut Plato inquit, ad sublimia se attollit totumque gubernat mundum. Factus enim totius facit et totum. Verum ut ad institutum nostrum regrediamur, potes tu quidem afferre causam ob quam terra sit in medio posita, et cur rotunda : curve obliquus circulus in certa plaga sit institutus : in mente vero divina non, quia sic oportebat, idcirco sic deliberatum fuit, imo vero, quia sic se habet sicut exsistit, propterea et hæc ita bene se habent : veluti si ante argumentationem per causas discurrentem conclusio ipsa absque ullis propositionibus certa consisteret. Nihil enim illic ex consequentia pendet, nihil ex consideratione fit certum, sed ante consequentiam, ante considerationem totum constat. Hæc namque omnia posteriora sunt, ratio, demonstratio, fides. Eo enim ipso, quod exsistit principium, inde suapte natura hæc omnia sunt, atque ita disposita. Jam vero, quod dicitur, non esse quærendas principii causas, sic recte dicitur, præcipue de tali quodam principio, quod est perfectum, quod idem est atque finis : nempe quod principium simul est et finis, hoc universum simul est, nulla parte deficiens.

Cum ipsa pulchritudo sit forma quædam multiformis, aspectui accommodata, merito principium primum pulchritudine superius est.

Mens divina est primum totum, ergo in qualibet sui parte totum : est et pulchritudo prima, igitur in quavis sui parte pulchritudo tota. Tria sunt sub ipso bono pulcherrima : mens divina, anima mundi, mundi corpus : quemadmodum in cælo Sol, Jupiter, Venus. Venere capti nesciunt, quid patiantur, quoniam non advertunt pulchritudinem inferiorem propter superiorem se admirari.

Η'. Καλὸν οὖν πρώτως, καὶ ὅλον δὲ, καὶ πανταχοῦ ὅλον, ἵνα μηδὲ μέρει ἀπολείπηται τῷ καλῷ ἐλλείπειν. Τίς οὖν οὐ φήσει καλόν; οὐ γὰρ δὴ ὁ μὴ ὅλον αὐτὸ, ἀλλ' ὁ μέρος ἔχων, ἢ μηδέ τι αὐτοῦ ἔχων· ἢ εἰ μὴ ἐκεῖνο καλὸν, τί ἂν ἄλλο; τὸ γὰρ πρὸ αὐτοῦ οὐδὲ καλὸν ἐθέλει εἶναι· τὸ γὰρ πρώτως εἰς θέαν παρελθὸν, τῷ εἶδος εἶναι καὶ θέαμα νοῦ, τοῦτο καὶ ἀγαστὸν ὀφθῆναι· διὸ καὶ Πλάτων τοῦτο σημῆναι θέλων εἴς τι τῶν ἐνεργεστέρων ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀποδεξάμενον ποιεῖ τὸν δημιουργὸν τὸ ἀποτελεσθὲν, διὰ τούτου ἐνδείξασθαι θέλων τὸ τοῦ παραδείγματος καὶ τῆς ἰδέας κάλλος ὡς ἀγαστόν. Πᾶν γὰρ τὸ κατ' ἄλλο ποιηθὲν ὅταν τις θαυμάσῃ, ἐπ' ἐκεῖνο ἔχει τὸ θαῦμα, καθ' ὅ ἐστι πεποιημένον· εἰ δ' ἀγνοεῖ ὃ πάσχει, θαῦμα οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ οἱ ἐρῶντες, καὶ ὅλως οἱ τὸ τῇδε κάλλος τεθαυμακότες ἀγνοοῦσιν, ὅτι δι' ἐκεῖνο· δι' ἐκεῖνο γάρ· ὅτι δὲ εἰς τὸ παράδειγμα ἀνάγει τὸ ἡγάσθη, δῆλον ποιεῖ ἐπίτηδες ἐξ τῆς λέξεως λαβών· εἶπε γὰρ ἡγάσθη τε καὶ ἔτι

VIII Hoc igitur primo pulchrum est : est totum : est ubique totum, ne vel in parte quidem ulla sit pulchri defectus. Quis ergo dicet (definiet) pulchrum? Non certe quisquam, qui non habeat ipsum totum, sed vel partem habeat tantum, vel nihil ipsius habeat. Profecto nisi illud sit ipsum pulchrum, quidnam aliud id esse potest? Quod enim est ante ipsum, pulchrum esse non vult : nam quod primo in aspectum venit, propterea quod species sit, mentisque spectaculum, hoc aspectu amabile est atque jucundum. Quam ob rem Plato id nobis significare volens, inducit architectum mundi perfectum suum opus approbantem ad quiddam aliquanto nostris ingenis manifestius, per hoc ostendere volens ipsam exemplaris ideæque pulchritudinem velut amabilem. Quoties enim aliquis admiratur opus ad exemplar aliud fabricatum, exemplar ipsum potissimum admiratur. Neque mirum videri debet, si interim, quid patiatur, ignoret : quandoquidem et amatores, et omnino quicumque hanc nostram pulchritudinem admirantur, ignorant se propter supernam pulchritudinem sic affectos esse : et profecto propter illam ita sunt affecti. Quod autem ad divinum exemplar Plato referat, quod dicit architectum mundi opus suum amavisse, ipso spectaculo delectatum declarat, ubi dedita opera ita subjungit : dicit enim, Delectatus quidem est opificio suo, atque

μᾶλλον πρὸς τὸ παράδειγμα αὐτὸ ἐβουλήθη ἀφομοιῶσαι, τὸ κάλλος τοῦ παραδείγματος, οἷόν ἐστιν, ἐνδεικνύμενος, διὰ τὸ ἐκ τούτου τὸ γενόμενον καλὸν καὶ αὐτὸ ὡς εἰκόνα ἐκείνου εἰπεῖν· ἐπεὶ καὶ εἰ μὴ ἐκεῖνο ἦν τὸ ὑπέρκαλον κάλλει ἀμηχάνῳ, τί ἂν τούτου τοῦ ὁρωμένου ἦν κάλλιον; ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ μεμφόμενοι τούτῳ, εἰ μὴ ἄρα καθ' ὅσον μὴ ἐκεῖνό ἐστι.

etiam magis ad exemplar ipsum reddere simile voluit: hoc ipso demonstrans, qualis pulchritudo sit exemplaris, propterea quod ait, opus hoc, ex illo pulchrum esse, quia sit illius imago: nempe nisi illud esset mirifice pulchrum, inæstimabili pulchritudine pollens, quidnam universo hoc oculis manifesto pulchrius esse posset? Quam ob rem non recte sentiunt, qui mundi hujus pulchritudini detrahunt, nisi forte in detrahendo id sentiant, videlicet mundum hunc non esse supernum.

Cum acceperis totam hanc simul formarum mundanarum varietatem, statim conservatis formis earumque motibus dimensionem localem deme. Habes ergo mundi animam, penes quam in qualibet forma sunt cunctæ: deme deinde motus, formis in statu servatis, mentem jam divinam habes, ubi quævis idea omnes continet. Denique, idearum diversitate in lucem unicam resoluta, primum es principium consecutus.

Corporeus mundus non est re vera magnus, quoniam ubique pendet ex parvis. Incorporeus mundus est infinitus. Infinite enim licet dicere, in hac idea sunt omnes. Atque, his omnibus computatis, in qualibet rursum omnes, similiterque deinceps: cum essentia et pulchritudo prima sit idem merito, quatenus aliquid est particeps pulchritudinis, eatenus et essentiæ, atque vicissim: item cum prima essentia sit ipsa simpliciter species, nimirum speciei participatione essentiam habent omnia.

Θ'. Τοῦτον τοίνυν τὸν κόσμον, ἑκάστου τῶν μερῶν μένοντος, ὅ ἐστι καὶ συγχεομένου, λάβωμεν τῇ διανοίᾳ, εἰς ἓν ὁμοῦ πάντα, ὡς οἷόν τε, ὥστε ἑνὸς ὀτουοῦν προφαινομένου, οἷον τῆς ἔξω σφαίρας οὔσης, ἀκολουθεῖν εὐθὺς καὶ τὴν ἡλίου καὶ ὁμοῦ τῶν ἄλλων ἄστρων τὴν φαντασίαν, καὶ γῆν καὶ θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ζῶα ὁρᾶσθαι, οἷον ἐπὶ σφαίρας διαφανοῦς, καὶ ἔργῳ ἂν γένοιτο πάντα ἑνορᾶσθαι. Ἔστω οὖν ἐν τῇ ψυχῇ φωτεινή τις φαντασία σφαίρας, ἔχουσα πάντα ἐν αὑτῇ, εἴτε κινούμενα, εἴτε ἑστηκότα, ἢ τὰ μὲν κινούμενα, τὰ δὲ ἑστηκότα. Φυλάττων δὲ ταύτην, ἄλλην παρὰ σαυτῷ, ἀφελὼν τὸν ὄγκον, λαβέ· ἄφελε δὲ καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὸ τῆς ὕλης ἐν σοὶ φάντασμα, καὶ μὴ πειρῶ αὐτῆς ἄλλην σμικροτέραν λαβεῖν τῷ ὄγκῳ, θεὸν δὲ καλέσας, τὸν πεποιηκότα ἧς ἔχεις τὸ φάντασμα, εὔξαι ἐλθεῖν. Ὁ δὲ ἥκοι τὸν αὑτοῦ κόσμον φέρων μετὰ πάντων τῶν ἐν αὐτῷ θεῶν, εἷς ὢν καὶ πάντες, καὶ ἕκαστος πάντες, συνόντες εἰς ἕν, καὶ ταῖς μὲν δυνάμεσιν ἄλλοι, τῇ δὲ μιᾷ ἐκείνῃ τῇ πολλῇ πάντες εἷς· μᾶλλον δὲ ὁ εἷς πάντες, οὐ γὰρ ἐπιλείπει αὐτός, ἦν πάντες ἐκεῖνοι γένωνται, ὁμοῦ δέ εἰσι, καὶ ἕκαστος χωρὶς αὖ ἐν στάσει ἀδιαστάτῳ, οὐ μορφὴν αἰσθητὴν οὐδεμίαν ἔχων· ἤδη γὰρ ἂν ὁ μὲν ἄλλοθι, ὁ δέ που ἀλλαχόθι ἦν, καὶ ἕκαστος δὲ, οὐ πᾶς ἐν αὑτῷ, οὐδὲ μέρη ἄλλα ἔχων ἄλλοις, ἢ αὑτῷ, οὐδὲ ἕκαστον ὅλον δύναμις κερματισθεῖσα καὶ τοσαύτη οὖσα, ὅσα τὰ μέρη μετρούμενα. Τόδε ἐστὶ τὸ πᾶν δύναμις πᾶσα, εἰς ἄπειρον μὲν ἰοῦσα, εἰς ἄπειρον δὲ δυναμένη· καὶ οὕτως ἐστὶν ἐκεῖνος μέγας, ὡς καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ ἄπειρα γεγονέναι. Ποῦ γάρ τι ἔστιν εἰπεῖν, ὅπου μὴ φθάνει; μέγα μὲν οὖν καὶ ὅδε ὁ οὐρανὸς, καὶ αἱ ἐν αὐτῷ πᾶσαι δυνάμεις ὁμοῦ, ἀλλὰ μείζων ἂν ἦν, καὶ ὁπόσος οὐδ' ἂν εἰπεῖν, εἰ μή τις αὐτῷ συνῆν σώματος δύναμις μικρά· καίτοι μεγάλας ἄν τις φήσειε πυρὸς καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων τὰς δυνάμεις· ἀλλὰ ἤδη ἀπειρία δυνάμεως ἀληθινῆς φαντάζονται καίουσαι, καὶ φθείρουσαι καὶ ὀλίβουσαι, καὶ πρὸς γένεσιν τῶν ζώων ὑπουργοῦσαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν φθείρει, ὅτι καὶ φθείρεται, καὶ συγγενᾷ, ὅτι καὶ αὐτὰ γίγνεται. Ἡ δὲ δύναμις ἡ ἐκεῖ μόνον τὸ εἶναι ἔχει, καὶ μόνον τὸ καλὸν εἶναι. Ποῦ

IX. Accipiamus igitur nostrum hunc mundum cogitatione sic se habentem, ut pars unaquæque maneat quidem, quod est, sed singulæ sibi invicem insint. Fingamus, inquam, in unum cuncta simul pro viribus congregata, adeo ut, quodcumque singulorum prius sese oculis offert, velut si sphæra sit exterior, continuo sequatur solis quoque spectaculum, simulque reliquarum stellarum imago, intusque videantur terra, mare, animalia omnia, velut in sphæra quadam ubique perspicua: et denique re ipsa contingat cuncta in unoquoque conspicere. Esto igitur in animo lucida quædam imaginatio sphæræ, in se habens omnia, sive agitata, sive manentia, aut partim quidem mobilia, partim vero stabilia. Tu vero hanc animo servans alteram præterea finge, hinc auferendo molem: detrahe quoque locum, simulque prorsus omnem imaginationem materiæ abs te procul expelle: neque tamen interea alteram finge altera in mole minorem: tum vero deum ipsum invocans, qui eam fecit, cujus nunc habes imaginem, suppliciter, ut veniat, obsecra. Veniat ille subito, mundum ornatumque suum secum ferens una cum diis omnibus, qui in eo sunt omnes: venial unus exsistens simul atque omnes: occurrat unusquisque omnes una secum ferens congredientes in unum. Ibi sane dii omnes viribus quidem inter se varii sunt, sed una illa potestate complurima omnes sunt deus unus, imo vero deus unus est omnes: neque enim unus ipse deficit, si omnes illi nascantur. Simul vero sunt cuncti, et unusquisque rursus seorsum est ab alio in statu quodam nullo modo distante, nullam subjectam sensibus formam præferens: alioquin alius quidem alibi, alius autem alibi foret, nec unusquisque in se exsisteret omnis: neque rursus illorum aliquis partes alias habet aliis vel sibi ipsi: neque iterum unumquodque illic totum est potestas divisa tantaque duntaxat exsistens, quot partes sunt mensuratæ: imo vero est universum hoc universa potestas, procedens quidem in infinitum, in infinitum vero virtute. Atqui mundus ille usque adeo ingens est, ut et partes ejus infinitæ rursus evadant. Ubi enim esse quicquam dici potest, quo non ille præcurrerit? Magnus hic quoque mundus est, omnesque in eo simul potentiæ sunt: sed major insuper foret, et quantus explicari non possit, si nulla in eo corporis foret potentia parva. Etsi magnas quispiam dixerit ignis reliquorumque corporum vires, tamen veræ potentiæ ipsæ ratione videntur agere urendo, interimendo, confirmando, et ad genituram animalium ministrando. Sed haec quidem interimunt, quoniam ipsa quoque interimuntur, et vicissim generant, quoniam generantur. Potentia vero quæ viget illic, esse solum habet, solumque esse pulchrum

γὰρ ἂν εἴη τὸ καλὸν ἀποστρερηθὲν τοῦ εἶναι; ποῦ δ' ἂν ἡ οὐσία τοῦ καλὸν εἶναι ἐστερημένη; ἐν τῷ γὰρ ἀπολειφθῆναι τοῦ καλοῦ ἐλλείπει καὶ τῇ οὐσίᾳ. Διὸ καὶ τὸ εἶναι ποθεινόν ἐστιν, ὅτι ταὐτὸν τῷ καλῷ, καὶ τὸ καλὸν ἐράσμιον, ὅτι τὸ εἶναι. Πότερον δὲ ποτέρου αἴτιον, τί χρὴ ζητεῖν, οὔσης τῆς φύσεως μιᾶς; ἥδε μὲν γὰρ ἡ ψευδὴς οὐσία δεῖται ἐπακτοῦ εἰδώλου καλοῦ, ἵνα καὶ καλὸν φαίνηται, καὶ ὅλως ᾖ· καὶ κατὰ τοσοῦτον ἔστι, καθ' ὅσον μετείληφε κάλλους τοῦ κατὰ τὸ εἶδος, καὶ λαβοῦσα ὅσῳ ἂν λάβῃ μᾶλλον τελειοτέρα· μᾶλλον γὰρ οἰκεία ἡ καλή.

Ubi enim pulchrum esset quicquam, quod ipso esse privatum foret? Ubi rursus esse potest essentia, si pulchritudinis præsentia careat? Dum enim tollitur pulchritudo, aufertur essentia. Quapropter esse ipsum desiderabile est, quoniam idem est esse atque pulchrum: ac vicissim pulchrum est amabile, quoniam est et esse. Utrum vero utrius causa sit, non expedit indagare, cum una sit utriusque natura. Hæc igitur falsa essentia corporum indiget quadam imagine pulchri extrinsecus accedente, ut et pulchra videatur, et omnino sit aliquid. Et eatenus est, quatenus particeps facta est pulchritudinis specie ipsa constantis: et, quo plus speciosæ accipit pulchritudinis, eo perfectior: sic enim magis ei propria fit essentia pulchra et ipsa denique pulchritudo.

Una cum Jove, id est anima mundi, omnes animæ cælestes dæmonicæque et humanæ jam purgatæ toto fruuntur mundo divino.

Ebi ibi singuli cunctas contemplantur ideas, alii tamen alias attentius et avidius, ad quas præcipue ceteras quodammodo referunt. Ipsa pulchritudo ibi potissimum est universus ille splendor ex cuncta idearum, quasi stellarum, serie micans. Tota intelligentiæ potestas, nisi ardentissimus amor accesserit, hucusque fortasse pervenit, ut pulchritudinem illam prospiciat ut externam. Accedens amor contemplantem in eam transfert, ac vicissim: usque adeo, ut contemplator amator jam se ipsum inspiciat pulchrum, imo pulchritudinem evasisse. Annuit Plotinus, quod ait Plato, philosophos cum Jove solos incedere, ab Jove missos. Ceteri enim homines singulis proprie sunt addicti: solus philosophus universum ambit, universi vero anima Jupiter.

Γ'. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ζεὺς, καίπερ ὢν πρεσβύτατος τῶν ἄλλων θεῶν, ὧν αὐτὸς ἡγεῖται, πρῶτος πορεύεται ἐπὶ τὴν τούτου θέαν· οἱ δὲ ἕπονται θεοὶ ἄλλοι, καὶ δαίμονες, καὶ ψυχαὶ, αἳ ταῦτα ὁρᾶν δύνανται. Ὁ δὲ ἐκφαίνεται αὐτοῖς ἔκ τινος ἀοράτου τόπου, καὶ ἀναπίλας ὑψοῦ ἐπ' αὐτῶν κατέλαμψε μὲν πάντα, καὶ ἔπλησεν αὐγῆς, καὶ ἐξέπληξε μὲν τοὺς κάτω, καὶ ἐστράφησαν ἰδεῖν οὐ δεδυνημένοι, οἷα ἥλιον· οἱ μὲν ὑπ' αὐτοῦ ἀνέχονταί τε καὶ βλέπουσιν, οἱ δὲ ταράττονται, ὅσῳ ἂν ἀφεστήκωσιν αὐτοῦ. Ὁρῶντες δὲ οἱ δυνηθέντες ἰδεῖν εἰς αὐτὸν μὲν πάντες βλέπουσι καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ· οὐ ταὐτὸν δὲ ἕκαστος ἀεὶ θέαμα κομίζεται, ἀλλ' ὁ μὲν ἀτενὲς ἰδὼν ἐκλάμπουσαν εἶδε τὴν τοῦ δικαίου πηγὴν καὶ φύσιν, ἄλλος δὲ τῆς σωφροσύνης ἐπλήσθη τοῦ θεάματος, οὐχ οἵαν ἄνθρωποι παρ' αὐτοῖς, ὅταν ἔχωσι. Μιμεῖται γὰρ αὕτη ἀμηγέπη ἐκείνην, ἡ δὲ ἐπὶ πᾶσι περὶ πᾶν τὸ οἷον μέγεθος αὐτοῦ ἐπιθέουσα τελευταία ὁρᾶται οἷς πολλὰ ἤδη ὤφθη ἐναργῆ θεάματα, οἱ θεοὶ καθ' ἕνα, καὶ πᾶς ὁμοῦ, αἱ ψυχαὶ αἱ πάντα ἐκεῖ ὁρῶσαι, καὶ ἐκ τῶν πάντων γενόμεναι, ὥστε πάντα περιέχειν καὶ αὐταὶ ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος, καὶ εἰσὶν ἐκεῖ, καὶ ὅσον ἂν αὐτῶν πεφύκει εἶναι ἐκεῖ, πολλάκις δὲ αὐτῶν καὶ τὸ πᾶν ἐκεῖ, ὅταν μὴ ὦσι διειλημμένοι. Ταῦτα οὖν ὁρῶν ὁ Ζεὺς, καὶ εἴ τις ἡμῶν τούτῳ συνεργοτὴς, τὸ τελευταῖον ὁρώμενον ἐπὶ πᾶσιν ὅλον τὸ κάλλος, καὶ κάλλους μετασχὸν τοῦ ἐκεῖ. Ἀποστίλβει γὰρ πάντα, καὶ πληροῖ τοὺς ἐκεῖ γενομένους, ὡς καλοὺς καὶ αὐτοὺς γενέσθαι, ὁποῖα πολλάκις ἄνθρωποι, εἰς ὑψηλοὺς ἀναβαίνοντες τόπους, τὸ ξανθὸν χρῶμα ἐχούσης τῆς γῆς τῆς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν ἐκείνης τῆς χρόας, ὁμοιωθέντες τῇ ἐφ' ἧς ἐβεβήκεσαν. Ἐκεῖ δὲ χρόα ἡ ἐπανθοῦσα κάλλος ἐστὶ, μᾶλλον δὲ πᾶν χρόα καὶ κάλλος ἐκ βάθους· οὐ γὰρ ἄλλο τὸ καλὸν ὡς ἐπανθοῦν· ἀλλὰ τοῖς μὴ ὅλον ὁρῶσιν ἡ προσβολὴ μόνη ἐνοειδὴς· τοῖς δὲ διὰ παντὸς οἷον οἰνωθεῖσι καὶ πληρωθεῖσι

X. Superioribus de causis Jupiter ipse, etsi aliorum antiquissimus deorum, quos ipse ducit, primus incedit ad mundum intelligibilem contemplandum. Hunc deinde sequuntur ceteri dii, dæmones, animi, quicumque hæc cernere possunt. Divinus autem ille mundus desuper illis effulget ex occulto quodam loco, et ab excelso illis exoriens illustrat omnia numina, implens singula lumine: tum vero ad se inferiores animos excitat, qui deinceps convertuntur ad ipsum cernere non valentes ceu solem. Sed alii quidem perspiciunt erecti ab ipso, ejusque intuitum facile perferentes, alii vero turbantur, quotcumque longius ab ipsius natura distant. Cum vero, quicumque possunt, singuli videant, omnes quidem ipsum, et quod ipsius est, suspiciunt, neque tamen specimen semper idem unusquisque reportat: sed dum attenti conspiciunt, alius quidem splendentem cernit ipsius justi fontem atque naturam, alius autem abunde temperantiam intuetur, non qualem penes se homines, quando habent. Imitatur enim hæc nostra quodammodo illam: illa vero in omnibus circa omnem quasi magnitudinem ipsius se diffundens postrema discernitur, et quidem ab illis, qui spectacula jam multa perspicua perviderunt. Proinde dii cum unusquisque seorsum, tum simul cuncti conspiciunt: conspiciunt et animæ, quæ illic omnia vident, ex omnibusque tales evadunt, ut ipsæ quoque cuncta a principio ad finem usque contineant. Hæ quidem illic habitant, et quantum inest eis, quod illic naturaliter valeat habitare, et sæpe totum, quod est in eis, ibidem habitat, quotiens inde minime segregantur. Hæc igitur et ipse Jupiter, et quicumque nostrum una cum Jove hæc amat, feliciter contemplatur, postremamque omnium pulchritudinem universam ex omnibus effulgentem, et qui pulchritudinis illius est particeps. Rutilant enim illic omnia, spectatoresque illos splendore collustrant, adeo, ut ipsi quoque pulchri prorsus efficiantur: quemadmodum sæpe accidit his qui altissimos montes ascendunt, ubi flavum terra colorem habeat: colore namque illo statim inficiuntur, facti similes terræ, ad quam ascenderant. In mundo vero divino florens ille color ipsa est pulchritudo, imo vero, quicquid ibi est, totum color est et funditus pulchritudo. Non enim aliud quiddam pulchritudo illic exstat, quasi superficie florens: verum apud illos, qui non inspiciunt totum, solum, quod in superficie micat aspectui, censetur nominaturque pulchritudo. Qui vero per totum, quasi mero perfusi nectare, prorsus implen-

τοῦ νέκταρος, ἅτε δι' ὅλης τῆς ψυχῆς τοῦ κάλλους ἐλθόντος, οὐ θεαταῖς μόνον ὑπάρχει γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἔτι τὸ μὲν ἔξω, τὸ δ' αὐτὸ θεώμενον ἔξω, ἀλλ' ἔχει τὸ ὀξέως ὁρῶν ἐν αὐτῷ τὸ ὁρώμενον, καὶ ἔχων τὰ πολλὰ ἀγνοεῖ, ὅτι ἔχει, καὶ ὡς ἔξω ὂν βλέπει, ὅτι ὡς ὁρώμενον βλέπει, καὶ ὅτι θέλει βλέπειν. Πᾶν δέ, ὅ τις ὡς θεατὸν βλέπει, ἔξω βλέπει, ἀλλὰ χρὴ εἰς αὐτὸν ἤδη μεταφέρειν, καὶ βλέπειν ὡς ἓν, καὶ βλέπειν ὡς αὐτόν, ὥσπερ εἴ τις ὑπὸ θεοῦ κατασχεθεὶς Φοιβόλη-
10 πτος, ἢ ὑπό τινος Μούσης, ἐν αὐτῷ ἂν ποιοῖτο τοῦ θεοῦ τὴν θέαν, εἰ δύναμιν ἔχοι ἐν αὐτῷ θεὸν βλέπειν.

tur, cum per totam animam se infuderit pulchritudo, non solum spectatores evadunt. Non enim ulterius hic quidem spectator extra est, ibi vero spectaculum similiter extra: sed qui acute perspicit, rem habet in se ipso perspectam: atqui et habens sæpe habere se nescit: nam qui tanquam externum aliquid aspicit, idcirco velut externum, quia tanquam visibile respicit, et quia sic videre constituit. Quicquid autem aliquis intuetur ut spectandum, extra videt: verum operæ pretium est in se ipsum jam spectaculum transferre, divinum ac velut unum prorsus inspicere, et tanquam se ipsum penitus intueri: ceu si quis occupatus a deo, seu Phœbo, sive Musa potissimum aliqua raptus, in se ipso dei ipsius intuitum jam efficiat, si quidem in se ipso deum valeat intueri.

Tres gradus in contemplatione divina, ac tres ad eam præparationes.

Deo fruiturus debet per communem dei notionem atque fidem se ipsum in primis divina quadam similitudine conformare: deinde tota ad deum cogitationis intentione contendere: tertio tota deum solum voluntate ardenter amare. Huic igitur sic affecto deus influit, ut perspicuo statim facto lumen ubique præsens. Tum vero animus occupatus deo, quamdiu adhuc deo minus est copulatus, desuper afflari et impleri se persentit et cogitat. Quando vero arctius copulatur, deum ipsum inspirantem suspicit, et qua ratione affluat, jam excogitat. Denique quando deo penitus est unitus, non ultra occupatum occupantemve discreta conditione considerat: sed actu potius simplici unum aliquid intuetur. Nec intuetur proprie, aut audit, vel simili cogitatione cognoscit: imo per sensum quendam universum intimum occultum fruitur se ipso pariter atque deo, tanquam uno, consciusque sibi est, tunc demum se valere quam optime. Quæ quidem conscientia sui non discreta quædam perceptio est, sed ferme idem est atque hæc ipsa valitudo quam optima.

ΙΑ'. Εἰ δέ τις ἡμῶν ἀδυνατῶν ἑαυτὸν ὁρᾷν, ὑπ' ἐκείνου τοῦ θεοῦ ἐπὰν καταληφθεὶς εἰς τὸ ἰδεῖν προφέρῃ τὸ θέαμα, ἑαυτὸν προφέρει, καὶ εἰκόνα αὐτοῦ καλλι-
15 πισθεῖσαν βλέπει. Ἀφεὶς δὲ τὴν εἰκόνα καίπερ καλὴν οὖσαν, εἰς ἓν αὐτῷ ἐλθὼν, καὶ μηκέτι σχίσας, ἓν ὁμοῦ πάντα ἐστὶ μετ' ἐκείνου τοῦ θεοῦ, ἀψοφητὶ παρόντος, καὶ ἔστι μετ' αὐτοῦ, ὅσον δύναται καὶ θέλει. Εἰ δὲ ἐπιστραφείη εἰς δύο, καθαρὸς μὲν ὢν, ἐφεξῆς
20 ἐστιν αὐτῷ, ὥστε αὐτῷ παρεῖναι ἐκείνως πάλιν, εἰ πάλιν ἐπ' αὐτὸν στρέφοι. Ἐν δὲ τῇ ἐπιστροφῇ κέρδος τοῦτ' ἔχει· ἀρχόμενος αἰσθάνεται αὐτοῦ, ἕως ἕτερός ἐστι· δραμὼν δὲ εἰς τὸ εἶσω, ἔχει πᾶν, καὶ ἀφεὶς τὴν αἴσθησιν εἰς τοὐπίσω, τοῦ ἕτερος εἶναι φόβῳ, εἰς ἐστιν
25 ἐκεῖ· κἂν ἐπιθυμήσῃ ὡς ἕτερον ὂν ἰδεῖν, ἔξω αὐτὸν ποιεῖ. Δεῖ δὲ καταμανθάνοντα μὲν, ἐν τινι τύπῳ αὐτοῦ μένοντα, μετὰ τοῦ ζητεῖν γνωματεύειν αὐτόν· εἰς οἷον δὲ εἴσεισιν οὕτω μαθόντα καὶ πίστιν, ὡς ἐπὶ χρῆμα μακάριστον εἴσεισιν, ἤδη αὐτὸν δοῦναι εἰς τὸ εἶσω,
30 καὶ γενέσθαι ἀντὶ ὁρῶντος ἤδη θέαμα ἑτέρου θεωμένου, οἷς ἐκεῖθεν ἥκει ἐκλάμποντα τοῖς νοήμασι. Πῶς οὖν ἔσται τις ἐν καλῷ, μὴ ὁρῶν αὐτό; ἢ ὁρῶν αὐτὸ ὡς ἕτερον οὐδέπω ἐν καλῷ, γενόμενος δὲ αὐτὸ οὕτω μάλιστα ἐν καλῷ. Εἰ οὖν ὅρασις τοῦ ἔξω, ὅρασιν μὲν
35 οὐ δεῖ εἶναι, ἢ οὕτως, ὡς ταὐτὸν τῷ ὁρατῷ· τοῦτο δὲ οἷον σύνεσις καὶ συναίσθησις αὐτοῦ εὐλαβουμένου, μὴ τῷ μᾶλλον αἰσθάνεσθαι θέλειν ἑαυτοῦ ἀποστῆναι. Δεῖ δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι, ὡς τῶν μὲν κακῶν αἱ αἰσθήσεις τὰς πληγὰς ἔχουσι μείζους, ἥττους δὲ τὰς
40 γνώσεις, τῇ πληγῇ ἐκκρουομένας. Νόσος γὰρ μᾶλλον ἔκπληξιν, ὑγίεια δὲ, ῥῆμα συνοῦσα, μᾶλλον ἂν σύνεσιν δοίη αὑτῆς· προΐζει γὰρ ἅτε οἰκεῖον καὶ ἑνοῦται· ἡ δ' ἔστιν ἀλλότριον καὶ οὐκ οἰκεῖον, καὶ ταύτῃ διάδηλος τῷ σφόδρα ἕτερον ἡμῶν εἶναι δοκεῖν, τὰ δὲ
45 ἡμῶν καὶ ἡμεῖς, ἀναίσθητοι. Οὕτω δ' ὄντες μάλι-

XI. Si quis vero nostrûm non potens videre se ipsum ab illo deo penitus comprehensus, in aspectum spectamen sive spectaculum proferat, profert sane se ipsum, atque imaginem ipsius videt factam jam pulchriorem. Dimittens vero imaginem quamvis pulchram, et una secum conspirans in unum, nihilque ultra secernens, unum simul existit cuncta una cum illo deo, qui tacitus influit et quietus: præterea cum ipso est, quoad potest atque vult. Si autem revertatur in duo, et interea purus sit, deinceps ipsi proximus habitat, adeo ut illo rursus modo adesse quandoque possit, si quando rursus convertatur ad ipsum. In ipsa vero conversione id lucri reportat: nempe cum primum id aggreditur, sentit se ipsum, quamdiu est alter: cum vero ad intima penetraverit, possidet universum, sensumque retro dimisso, metuens videlicet, ne fiat alter, ibi unus exsistit: ac si cupiat ut alterum quicquam cernere, se ipsum extra ponit. Oportet autem animum numen ejusmodi percepturum figuram quandam illius habere, atque ita perseverare, dum perspicue ipsum nosse molitur, atque ita cognoscens, qualem quantamque rem ingrediatur, certoque confidens, se rem beatissimam intraturum, sic denique sese prorsus immergere usque adeo, ut evadat pro spectatore jam specimen alterius spectantis, iis, quæ inveniunt, notionibus abunde refulgens. Sed quonam pacto erit quispiam in ipso pulchro, nisi videat ipsum? Profecto, si videat ipsum tanquam alterum, nondum erit in pulchro: verum si pulchrum ipsum sit effectus, ita erit in pulchro potissimum. Si igitur visio ad rem spectat exteriorem, non expedit visionem illic esse, vel ita esse, ut idem cum eo, quod videtur, exsistat. Id autem est velut conscientia quædam sui ipsique consensus, cavens, ne forte, si magis persentire velit, a se ipso discedat. Neque latere nos debet malorum quidem sensus pulsationes habere majores, cognitiones vero minores, ut quæ vi quadam pulsationum excutiantur. Morbus enim vehementius pulsat et excitat; sanitas autem quietis nobiscum habitans notitiam sui exhibet planiorem: silet profecto præsidet et tranquilla, tanquam familiaris, nobisque conspirat in unum. At morbus nihil habet domesticum, sed est penitus alienus, et propterea manifestus incidit, quia maxime diversus nobis occurrit: quæ vero nostra nosque ipsi sumus, vel absque manifesto sensu nobis

στα πάντων ἐσμὲν αὐτοῖς συνετοί, τὴν ἐπιστήμην ἡμῶν καὶ ἡμᾶς ἓν πεποιηκότες· κἀκεῖ τοίνυν, ὅτε μάλιστα ἴσμεν κατὰ νοῦν, ἀγνοεῖν δοκοῦμεν, τῆς αἰσθήσεως ἀναμένοντες τὸ πάθος, ἢ φησὶ μὴ ἑωρακέναι· οὐ γὰρ εἶδεν, οὐδ' ἂν τὰ τοιαῦτα ποτὲ ἴδοι. Τὸ οὖν ἀπιστοῦν ἡ αἴσθησίς ἐστιν, ὁ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ ἰδών· ἢ, εἰ ἀπιστοῖ, κἀκεῖνος οὐδ' ἂν αὐτὸν πιστεύσειεν εἶναι· οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς δύναται ἔξω θεὶς ἑαυτὸν, ὡς αἰσθητὸν ὄντα, ὀφθαλμοῖς τοῖς τοῦ σώματος βλέπειν.

insunt. Sic vero nos nabentes maxime omnium nobismet noti sumus : quippe cum scientiam nostrûm atque nos unum sic effecerimus. Igitur in mundo divino quando mente scientes summopere utimur, quodammodo ignorare videmur, sustinentes videlicet sensus passionem : qui profecto ait nequaquam vidisse : neque enim vidit, neque talia videre unquam potest. Quod ergo vidisse diffidit, sensus est : aliter vero est, qui vidit. Aut si ille quoque diffidat, neque etiam se ipsum esse est crediturus. ¡Neque enim et ipse potest, quando se ipsum extra posuerit, velut sensibilem oculis corporis se intueri.

(uicumque intellectum suum totus ingreditur, per hunc ingreditur et divinum, qui boni quidem ipsius filius est, pater autem animæ mundi.

Generatur vero intellectus a bono, et anima mundusque simul ab intellectu, non consilio deliberante, sed natura fecunda : natura vero cum in bono voluntas est, sive voluptas, tum in intellectu primo ipsa ejus intelligentia. De voluntaria creatione mundi alibi.

ιβ'. Ἀλλὰ εἴρηται, πῶς ὡς ἕτερος δύναται τοῦτο ποιεῖν, καὶ πῶς ὡς αὐτὸς, πλὴν τοῦ ἰδών· ἰδὼν δὴ, εἴτε ὡς ἕτερος, εἴτε ὡς μείνας αὐτὸς, τί ἀπαγγέλλει; ἢ θεὸν ἑωρακέναι τόκον ὠδίνοντα καλὸν, καὶ πάντα δὴ ἐν αὑτῷ γεγεννηκότα, καὶ ἄλυπον ἔχοντα τὴν ὠδῖνα ἐν αὑτῷ· ἡσθεὶς γὰρ οἷς ἐγέννα, καὶ ἀγασθεὶς τῶν τόκων, κατέσχε πάντα παρ' αὑτῷ, τὴν αὑτοῦ καὶ τὴν αὐτῶν ἀγλαΐαν ἀσμενίσας· ὁ δὲ, καλῶν ὄντων, καὶ καλλιόνων τῶν εἰς τὸ εἴσω μεμενηκότων, μόνος ἐκ τῶν ἄλλων Ζεὺς παῖς ἐξεφάνη εἰς τὸ ἔξω. Ἀφ' οὗ καὶ ὑστάτου παιδὸς ὄντος ἔστιν ἰδεῖν οἷον ἐξ εἰκόνος τινὸς αὐτοῦ, ὅσος ὁ πατὴρ ἐκεῖνος, καὶ οἱ μείναντες παρὰ τῷ πατρὶ ἀδελφοί. Ὁ δὲ οὔ φησι μάτην ἐλθεῖν παρὰ τοῦ πατρός· εἶναι γὰρ δὴ αὐτοῦ ἄλλον κόσμον γεγονότα καλὸν, ὡς εἰκόνα καλοῦ· μηδὲ γὰρ εἶναι θεμιτὸν, εἰκόνα καλὴν μὴ εἶναι μήτε καλοῦ μήτε οὐσίας· μιμεῖται δὴ τὸ ἀρχέτυπον πανταχῇ. Καὶ γὰρ ζωὴν ἔχει, καὶ τὸ τῆς οὐσίας, ὡς μίμημα, καὶ τὸ κάλλος εἶναι, ὡς ἐκεῖθεν· ἔχει δὲ καὶ τὸ ἀεὶ αὐτοῦ, ὡς εἰκών· ἢ ποτὲ μὲν ἔξει εἰκόνα, ποτὲ δὲ οὔ, οὐ τέχνῃ γενομένης τῆς εἰκόνος. Πᾶσα δὲ φύσει εἰκὼν ἐστιν, ὅσον ἂν τὸ ἀρχέτυπον μένῃ. Διὸ οὐκ ὀρθῶς, οἱ φθείρουσι τοῦ νοητοῦ μένοντος, καὶ γεννῶσιν οὕτως, ὡς ποτὲ βουλευσαμένου τοῦ ποιοῦντος ποιεῖν. Ὅστις γὰρ τρόπος ποιήσεως τοιαύτης, οὐκ ἐθέλουσι συνιέναι, οὐδ' ἴσασιν, ὅτι, ὅσον ἐκεῖνο ἐλλάμπει, οὐ μήποτε τὰ ἄλλα ἐλλείπῃ, ἀλλ' ἐξ οὗ ἐστι, καὶ ταῦτά ἐστιν· ἦν δ' ἀεὶ καὶ ἔσται· χρηστέον γὰρ τούτοις τοῖς ὀνόμασι τῇ τοῦ σημαίνειν ἐθέλειν ἀνάγκῃ.

XII. Dictum est autem, quomodo tanquam alter id agere possit, et quomodo tanquam idem ipse, præterquam videns. Ipse vero igitur videns sive tanquam alter, sive tanquam ipse idem manens, quidnam potissimum nuntiat? nempe se deum vidisse pulchrum filium et omnia in filio [*corr.* se ipso] generantem, conceptumque absque labore in se habentem. Deus enim delectatus his, quæ genuit, suosque partus amans, penes se ipsum cuncta continuit, cum sui ipsius, tum suorum splendore congratulans. Cum vero hæc omnia pulchra sint, et quæ intus permanent, pulchriora, solus omnium Jupiter filius foras emicuit. Ex quo etiam ultimo filio videre licet, tanquam ex quadam illius imagine, quantus sit ille pater, quantive Jovis fratres apud patrem perseverantes. Hic autem non frustra dixerit se a patre venisse. Esse namque se alterum ab eo mundum, qui pulcher sit effectus, velut pulchri ipsius imago : nefas enim esse, imaginem pulchri ipsius atque essentiæ non esse pulchram. Imitatur itaque exemplar ubique. Vitam namque habet et essentiæ donum, tanquam imitationem quandam : habet et pulchritudinem, quatenus inde prodit : habet etiam, ut sit semper tanquam æternitatis illius imago : alioquin quonam pacto alias quidem illius imaginem præferet, alias vero nequaquam? quippe cum imago ejusmodi facta non sit per artem. Imago vero omnis natura constans tam diu est, quam diu manet exemplar. Quam ob rem non recte sentiunt, qui mundum hunc interiturum putant manente divino, atque ita genitum opinantur, ut ejus auctor quandoque de mundi fabrica consultaverit. Hi sane, quisnam effectionis hujusmodi modus sit, neque intelligere volunt, neque sciunt, quatenus divinus ille lucet mundus, eatenus inde mundum hunc emicare, neque defecturum unquam, sed ex quo ille est, et reliqua insuper esse. Erat autem mundus ille semper et erit. His utique nobis interea nominibus uti licet significandi nonnihil voluntate compulsis.

Intellectus divinus, qui et Saturnus cognominatur, castrat Cælium, id est ipsum bonum.

Dividit enim penes se in plures formas uniforme patris donum : permanet vero in se absque motu, et a commercio corporis segregatus : nam mundanam dispensationem molitus generationes Jovi, id est animæ mundi, concessit, cujus natura genitalis appellatur Venus. Pulchritudo mundi corporei umbra quædam est ad ipsam mundi incorporei pulchritudinem. Illic rursum mundanæ animæ pulchritudo imago quædam est ad miram primæ intelligentiæ pulchritudinem. Hæc tandem est primæ lucis splendor foras exuberans.

ιγ'. Ὁ οὖν θεὸς ὁ εἰς τὸ μένειν ὡσαύτως δεδεμένος, καὶ συγχωρήσας τῷ παιδὶ τοῦδε τοῦ παντὸς ἄρχειν, (οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς τρόπου, τὴν ἐκεῖ ἀρχὴν φέροντι, νεωτέραν αὐτοῦ καὶ ὑστέραν μεθέπειν, κόρον ἔχοντι τῶν καλῶν·) ταῦτ' ἀφεὶς ἑστηκέ τε τὸν αὐτοῦ

XIII. Deus igitur ille Saturnus, qui ligatus fingitur, propterea quod penes se ipsum eodem semper habitu perseveret : qui et traditur mundi hujus imperium Jovi filio concessisse, (neque ei consentaneum erat illud imperium dimittenti juniorem posterioremque se prosequi principatum : quippe cum pulchrorum omnium plenitudinem complectatur :) Saturnus, inquam, his omissis, patrem

πατέρα εἰς ἑαυτὸν, καὶ μέχρις αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄνω· ἔστησε δ' αὖ καὶ τὰ εἰς θάτερα ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἀρξάμενα εἶναι μετ' αὐτὸν, ὥστε μεταξὺ ἀμφοῖν γενέσθαι τῇ τε ἑτερότητι τῆς πρὸς τὸ ἄνω ἀποτομῆς καὶ τῷ ἀνέχοντι ἀπὸ τοῦ μετ' αὐτὸν, πρὸς τὸ κάτω δεσμῷ, μεταξὺ ὢν πατρός τε ἀμείνονος καὶ ἥττονος υἱέος. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ πατὴρ αὐτῷ μείζων, ἦ κατὰ κάλλος ἦν, πρώτως αὐτὸς ἔμεινε καλὸς, καίτοι καλῆς καὶ τῆς ψυχῆς οὔσης· ἀλλ' ἔστι καλλίων καὶ ταύτης, ὅτι ἴχνος αὐτὴ αὐτοῦ, καὶ τούτῳ ἐστὶ καλὴ μὲν τὴν φύσιν, καλλίων δὲ, ὅταν ἐκεῖ βλέπῃ. Εἰ οὖν ἡ ψυχὴ ἡ τοῦ παντὸς, ἵνα γνωριμώτερον λέγωμεν, καὶ ἡ Ἀφροδίτη αὐτὴ καλὴ, τίς ἐκεῖνος; εἰ μὲν γὰρ παρ' αὐτῆς, πόσον ἂν εἴη ἐκεῖνο; εἰ δὲ παρ' ἄλλου, παρὰ τίνος ψυχὴ καὶ τὸ ἐπακτὸν καὶ τὸ συμφυὲς τῇ οὐσίᾳ αὐτῆς κάλλος ἔχει; ἐπεὶ καὶ, ὅταν καὶ αὐτοὶ καλοὶ, τῷ αὐτῶν εἶναι, αἰσχροὶ δὲ, ἐπ' ἄλλην μεταβαίνοντες φύσιν· καὶ γιγνώσκοντες μὲν ἑαυτοὺς, καλοὶ, αἰσχροὶ δὲ, ἀγνοοῦντες. Ἐκεῖ οὖν κἀκεῖθεν τὸ καλόν. Ἆρ' οὖν ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα εἰς ἐναργῆ σύνεσιν ἀγαγεῖν τοῦ νοητοῦ τόπου; ἢ κατ' ἄλλην ὁδὸν πάλιν αὖ δεῖ ἐπελθεῖν ὧδε;

suum Cœlium in se ipso firmavit, et illuc usque se erexit in altum. Firmavit rursus, quæ deinceps inde sequuntur a filio jam exordium nacta post ipsum. Sic itaque tenet inter utrumque medium, cum quia alteritate quadam paterna secat, tum quia ab inferioribus abstinet in sublime consurgens, dum fingitur ab inferiori crura vinculis cohiberi, medium certe gradum obtinens inter majorem patrem filiumque minorem. Quoniam vero Cœlius Saturni Jovisque progenitor major admodum est, quam ut esse pulchritudo dicatur, idcirco Saturnus, id est intellectus, primo pulcher exstat, quamvis anima quoque sit pulchra : ille tamen hac est pulchrior, quoniam hæc vestigium est illius, atque hoc ipso naturaliter exsistit pulchra ; pulchrior autem, quando illuc intuetur. Si anima igitur universi (ut notioribus aliquando verbis utamur) et ipsa Venus pulchra est, qualisnam est intellectus? Si enim anima Venusque a se ipsa id habet, quantusnam est ille? Sin ab alio, a quonam potissimum anima cum accedentem, tum essentiæ naturaliter insitam pulchritudinem habet? Jam vero quotiens nos pulchri sumus, propterea quod nostri juris facti simus, sumus et pulchri : turpes vero, quando in naturam inferiorem præcipitamur. Atqui, cum nos ipsos agnoscimus, pulchri sumus : turpes vero, cum ignoramus. Illic ergo pulchritudo lucet, illinc emicat pulchritudo. Sed numquid hactenus dicta sufficiunt ad divinum mundum perspicue cognoscendum? An potius altera rursus ad idem via nobis sic est incedendum ?

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε

ΛΟΓΟΣ Θ

ΠΕΡΙ ΝΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ.

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER IX.

DE INTELLECTU ET IDEIS ET ENTE.

Animus divinorum contemplator jam est in patria. Activi homines et voluptuosi sunt exules: sed activi facilius, quam voluptuosi, in patriam revertuntur.

Α'. Πάντες ἄνθρωποι ἐξ ἀρχῆς γενόμενοι αἰσθήσει πρὸ νοῦ χρησάμενοι, καὶ τοῖς αἰσθητοῖς προσβαλόντες πρώτοις ἐξ ἀνάγκης, οἱ μὲν ἐνταυθοῖ καταμείναντες διέζησαν ταῦτα πρῶτα καὶ ἔσχατα νομίσαντες, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς λυπηρόν τε καὶ ἡδύ, τὸ μὲν κακόν, τὸ δὲ ἀγαθὸν ὑπολαβόντες, ἀρκεῖν ἐνόμισαν, καὶ τὸ μὲν διώκοντες, τὸ δ' ἀποικονομούμενοι διεγένοντο. Καὶ σοφὸν ταύτην οἵ γε λόγου μεταποιούμενοι αὐτῶν ἔθεντο, οἷα οἱ βαρεῖς τῶν ὀρνίθων, οἳ πολλὰ ἐκ γῆς λαβόντες καὶ βαρυνθέντες ὑψοῦ πτῆναι ἀδυνατοῦσι, καίπερ πτερὰ παρὰ τῆς φύσεως λαβόντες. Οἱ δὲ ἤρθησαν μὲν ὀλίγον ἐκ τῶν κάτω, κινοῦντος αὐτοὺς πρὸς τὸ κάλλιον ἀπὸ τοῦ ἡδέος τοῦ τῆς ψυχῆς κρείττονος. Ἀδυνατήσαντες δὲ ἰδεῖν τὸ ἄνω, ὡς οὐκ ἔχοντες ἄλλο, ὅπου στήσονται, κατηνέχθησαν σὺν τῷ τῆς ἀρετῆς ὀνόματι ἐπὶ πράξεις καὶ ἐκλογὰς τῶν κάτω, ἀφ' ὧν ἐπεχείρησαν τὸ πρῶτον αἴρεσθαι. Τρίτον δὲ γένος θείων ἀνθρώπων δυνάμει τε κρείττονι καὶ ὀξύτητι ὀμμάτων εἶδέ τε ὥσπερ ὑπὸ ὀξυδερκίας τὴν ἄνω αἴγλην, καὶ ἤρθη τε ἐκεῖ, οἷον ὑπὲρ νεφῶν καὶ τῆς ἐνταῦθα ἀχλύος, καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ, τὰ τῇδε ὑπεριδὸν πάντα, ἡσθὲν τῷ τόπῳ ἀληθινῷ καὶ οἰκείῳ ὄντι, ὥσπερ ἐκ πολλῆς τινος πλάνης εἰς πατρίδα εὔνομον ἀφικόμενος ἄνθρωπος.

I. Cum omnes homines statim nati sensu prius, quam mente, utantur, rebusque ad sensum spectantibus necessario prius incidant affectumque applicent, alii quidem eodem in habitu perseverantes ita vitam transigunt: hæc et prima existimantes et ultima, et quod in eis molestum est, malum, quod vero jucundum, bonum esse censentes: atque ita demum satis sibi factum arbitrantur, si per omnem vitam jucunda prosequantur et contraria respuant. Proinde, quicumque inter eos rationem sibi aliquam vindicant, hanc esse judicant sapientiam: ita prorsus affecti, quemadmodum graviores aves, quæ, cum e terra multa rapuerint, quorum pondere prægraventur, per sublimia ultra volare non possunt, quamvis a natura pennas acceperint. Alii vero aliquantum ab inferioribus elevantur, quos ipsa animi natura melior a voluptate revocat ad honestum. Cum vero non possint intueri supernum, ideoque nihil aliud habeant, ubi quiescant, transferuntur una cum ipso virtutis nomine ad actiones inferiorumque delectus, a quibus attollere se ab initio conabantur. Tertium denique genus hominum est divinum, in quo quidem illi sunt, qui et majore potentia et perspicacia oculorum freti supernam lucem acute suspiciunt, ad eamque perspectam se prorsus attollunt, inferiores nebulas et caliginem transcendentes, et, cum transcenderint, ibi permanent, hæc omnia prorsus despicientes, nec aliter regione superna tanquam vera et propria delectantur, quam peregrinus post longos errores legitimæ tandem patriæ restitutus.

Quod est primo pulchrum, id pulchrum est se ipso, se toto, semper. Non est igitur prima in corpore pulchritudo. Hoc enim non per se totum, sed per formam pulchrum, atque mutabiliter, nec rursus in anima. Nam hæc intellectuali participatione mutabiliterque fit pulchra: sed prima in intellectu primo pulchritudo est splendor quidam et figura boni. Plotinus Apostoli Joannis et Pauli mysteria sæpe tangit, mysterium tamen Trinitatis non tam assecutus videtur, quam persorutatus et pro viribus imitatus.

Β'. Τίς οὖν οὗτος ὁ τόπος; καὶ πῶς ἄν τις εἰς αὐτὸν ἀφίκοιτο; ἀφίκοιτο μὲν ἂν ὁ φύσει ἐρωτικὸς, καὶ ὄντως τὴν διάθεσιν ἐξ ἀρχῆς φιλόσοφος. Ὠδίνων μὲν ἅτε ἐρωτικὸς περὶ τὸ καλὸν, οὐκ ἀνασχόμενος δὲ τοῦ ἐν σώματι κάλλους, ἀλλ' ἔνθεν ἀναφυγὼν ἐπὶ τὰ τῆς ψυχῆς κάλλη, ἀρετὰς καὶ ἐπιστήμας καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ νόμους· πάλιν αὖ ἐπαναβαίνει ἐπὶ τὴν τῶν ἐν ψυχῇ καλῶν αἰτίαν, καὶ εἴ τι ἂν πάλιν αὖ πρὸ τούτου, ἕως ἐπ' ἔσχατον ἥκῃ τὸ πρῶτον, ὃ παρ' αὐτοῦ καλόν. Ἔνθα ἐλθὼν ὠδῖνος παύσεται, πρότερον δὲ οὔ. Ἀλλὰ πῶς ἀναβήσεται, καὶ πόθεν ἡ δύναμις αὐτῷ, καὶ τίς λόγος τοῦτον τὸν ἔρωτα παιδαγωγήσεται; ἢ ὧδε· τοῦτο τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἐπακτόν ἐστι τοῖς σώμασι· μορφαὶ γὰρ αὗται σωμάτων, ὡς ἐπὶ ὕλῃ αὐτοῖς. Μεταβάλλει γοῦν τὸ ὑποκείμενον, καὶ ἐκ καλοῦ αἰσχρὸν γίγνεται·

II. Quænam igitur hæc regio est? et quo pacto ad eam quis ascendere potest? Profecto huc ille potest ascendere, qui natura potissimum ad amandam trahitur pulchritudinem, et natus est re vera philosophus. Qui sane velut amator circa pulchrum ipsum quodam quasi partus labore vexatur, neque tamen pulchritudine corporis est contentus, sed ab hac confugit ad animi pulchritudinem, virtutes videlicet, scientias, officia, leges. Atque inde rursus ad causam ascendit eorum, quæ in anima sunt, pulchrorum: et si quid adhuc superius exstat, quousque tandem ad primum usque pervenerit, quod a se ipso sit pulchrum. Quo sane perveniens vexari jam desinit, prius vero nequaquam. Verum quonam pacto illuc ascendet, et unde facultas ejusmodi dabitur? et quænam potissimum ratio amorem hunc quasi manu perducet ad finem? Forsan ejusmodi ratio: pulchritudo hæc corporibus indita corporibus adventitia est: hæ namque formæ corporum in eis sunt ceu in materia. Subjectum igitur permutatur, et ex pulchro fit turpe:

μεθέξει ἄρα, φησὶν ὁ λόγος. Τί οὖν τὸ ποιῆσαν σῶμα καλόν; ἄλλως μὲν κάλλους παρουσία, ἄλλως δὲ ψυχή, ἢ ἔπλασέ τε, καὶ μορφὴν τοιάνδε ἐνῆκε. Τί οὖν; ψυχὴ παρ' αὐτῆς καλὸν, ἢ οὔ; οὐ γὰρ ἡ μὲν ἦν φρόνιμός τε καὶ καλὴ, ἡ δὲ ἄφρων τε καὶ αἰσχρά. Φρονήσει ἄρα τὸ καλὸν περὶ ψυχήν. Καὶ τίς οὖν ὁ φρόνησιν δοὺς ψυχῇ; ἢ νοῦς ἐξ ἀνάγκης· νοῦς δὲ, οὐ ποτὲ μὲν νοῦς, ποτὲ δὲ ἄνους, ὅ γε ἀληθινὸς, παρ' αὐτοῦ ἄρα καλός. Καὶ πότερον δὴ ἐνταῦθα δεῖ στῆναι, ὡς πρῶτον, ἢ καὶ νοῦ ἐπέκεινα δεῖ ἰέναι; νοῦς δὲ προέστηκε μὲν ἀρχῆς τῆς πρώτης ὡς πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ ἐν προθύροις τἀγαθοῦ ἀπαγγέλλων ἐν αὑτῷ τὰ πάντα, ὥσπερ ἐκείνου τύπος μᾶλλον ἐν πλήθει, ἐκείνου πάντῃ μένοντος ἐν ἑνί.

unde ratio corpus participatione quadam pulchrum esse convincit. Quidnam igitur illud est, quod corpus efficit pulchrum? aliter quidem id pulchrum facit præsentia pulchritudinis, aliter autem anima, quæ finxit, talemque fingendo corpori formam adhibuit. Quid ergo? numquid anima suapte natura pulchrum ipsum est? minime: alioquin non alia quidem sapiens foret et pulchra, alia vero insipiens atque turpis. Per sapientiam igitur animo pulchritudo contingit. Sed quisnam est potissimum, qui tradit animo sapientiam? Hic profecto necessario est intellectus: intellectus, inquam, qui non alias quidem intellectus sit, alias vero expers intelligentiæ, sed verus potius intellectus, qui hanc ob causam ex se ipso sit pulcher. Sed numquid in hoc, velut primo, nobis est quiescendum? an potius super mentem quoque progrediendum? Nempe mens ipsa nobis in altum progredientibus prior occurrit quam principium omnium primum, quasi in ipsius boni vestibulo constituta omnia in se ipsa nostrum et significans, velut quædam ipsius boni figura in multitudinem potius distributa, cum illud prorsus in unitate consistat.

Formæ, quæ sunt in materia tanquam subjecto, dependent a formis, quæ sunt in anima mundi velut earum fonte: atque hæ rursus a formis, quæ sunt in mente prima, tanquam fonte formarum animæ.

Si anima suapte natura intellectualis foret, animæ cum omnes, tum pariter intellectuales forent: cum vero non sint ita, merito anima vel prima intellectualis evadit participatione quadam intellectus excelsioris.

Γ'. Ἐπισκεπτέον δὲ ταύτην τὴν νοῦ φύσιν, ἣν ἐπαγγέλλεται ὁ λόγος εἶναι τὸ ὂν ὄντως καὶ τὴν ἀληθῆ οὐσίαν, πρότερον βεβαιωσαμένους, κατ' ἄλλην ὁδὸν ἰόντας, ὅτι δεῖ εἶναι τινὰ τοιαύτην. Ἴσως μὲν οὖν γελοῖον ζητεῖν, εἰ νοῦς ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι; τάχα δ' ἂν τινες καὶ περὶ τούτου διαμφισβητοῖεν, μᾶλλον δὲ εἰ τοιοῦτος οἷον φαμὲν, καὶ εἰ χωριστός τις, καὶ εἰ οὗτος τὰ ὄντα, καὶ εἰ ἡ τῶν εἰδῶν φύσις ἐνταῦθα, περὶ οὗ καὶ τὰ νῦν εἰπεῖν πρόκειται. Ὁρῶμεν δὴ τὰ λεγόμενα εἶναι πάντα σύνθετα, καὶ ἁπλοῦν αὐτῶν οὐδὲ ἕν, ἅ τε τέχνη ἐργάζεται ἕκαστα, ἅ τε συνέστηκε φύσει· τά τε γὰρ τεχνητὰ ἔχει χαλκὸν ἢ ξύλον ἢ λίθον, καὶ παρὰ τούτων οὔπω τετέλεσται, πρὶν ἂν ἡ τέχνη ἑκάστη, ἡ μὲν ἀνδριάντα, ἡ δὲ κλίνην, ἡ δὲ οἰκίαν ἐργάσηται εἴδους τοῦ παρ' αὐτῇ ἐνθέσει· καὶ μὴν καὶ τὰ φύσει συνεστῶτα, τὰ μὲν πολυσύνθετα αὐτῶν καὶ συγκρίματα καλούμενα, ἀναλύσεις εἰς τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς συγκριθεῖσιν εἶδος, οἷον ἄνθρωπον εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ τὸ σῶμα εἰς τὰ τέσσαρα. Ἕκαστον δὲ τούτων σύνθετον εὑρὼν ἐξ ὕλης καὶ τοῦ μορφοῦντος (ὕλη γὰρ παρ' αὐτῆς ἡ τῶν στοιχείων ἄμορφος) ζητήσεις τὸ εἶδος, ὅθεν τῇ ὕλῃ· ζητήσεις δ' οὖ καὶ τὴν ψυχὴν, πότερα τῶν ἁπλῶν ἤδη, ἢ ἕνι τι ἐν αὐτῇ, τὸ μὲν ὡς ὕλη, τὸ δὲ ὡς εἶδος, ὁ νοῦς ὁ ἐν αὐτῇ, ὁ μὲν ὡς ἡ ἐπὶ τῷ χαλκῷ μορφὴ, ὁ δὲ οἷος ὁ τὴν μορφὴν ἐν τῷ χαλκῷ ποιήσας. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς μεταφέρων τις ἀναβήσεται καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ νοῦν, ποιητὴν ὄντως καὶ δημιουργὸν τιθέμενος, καὶ φήσει τὸ ὑποκείμενον δεξάμενον μορφὰς τὸ μὲν πῦρ, τὸ δὲ ὕδωρ, τὸ δὲ ἀέρα καὶ γῆν γενέσθαι, τὰς δὲ μορφὰς ταύτας παρ' ἄλλου ἥκειν, τοῦτο δὲ εἶναι ψυχὴν, ψυχὴν δ' αὖ καὶ ἐπὶ τοῖς τέτρασι τὴν κόσμου μορφὴν δοῦναι, ταύτῃ δὲ νοῦν χορηγὸν τῶν λόγων γεγονέναι, ὥσπερ καὶ ταῖς τῶν τεχνιτῶν ψυχαῖς παρὰ τῶν τεχνῶν, τοὺς εἰς τὸ ἐνεργεῖν λόγους, νοῦν δὲ τὸν μὲν ὡς εἶδος τῆς ψυχῆς τὸν κατὰ τὴν μορφὴν, τὸν δὲ τὸν τὴν μορφὴν παρέχοντα, ὡς τὸν ποιητὴν τοῦ ἀν-

III. Considerare vero debemus de hac ipsa mentis natura, quam ratio esse significat ens ipsum verum veramque essentiam, in primis asseverantes, licet alia procedentes via, oportere talem quandam esse essentiam atque mentem. Sed fortasse ridiculum videri potest, utrum intellectus in rerum ordine sit, indagare. Fortasse etiam nonnulli de hoc ambigerent, ac de ipso potius, num talis sit intellectus, qualem ipsi describimus. Et numquid sit aliquis separatus, et ille quidem entia sit, atque in eo specierum sit natura: qua de re statuimus in præsentia disputare. Cernimus itaque, omnia, quæ esse dicuntur, esse composita, nihilque eorum esse simplex, cum singula, quæ arte fiunt, tum etiam, quæ natura constituuntur: siquidem artificia æs habent lignumque et lapidem, nequidum tamen ex his perfecta proveniunt antequam ars unaquæque agat, hæc quidem statuam, ista vero lectican, illa denique domum: agat, inquam, suam materiæ speciem adhibendo. Quin etiam, quæ sunt naturaliter constituta, præcipue, quæ ex multis composita sunt, et congesta commixtaque dicuntur, resolvere licet in speciem cunctis compositis inditam, velut hominem in animam atque corpus, et corpus in quatuor humores et elementa. Cum vero horum quodlibet invenias esse compositum ex materia simul atque formante (materia enim elementorum ex se ipsa est informis) inquires, undenam species materiæ adsit, quæres quoque de anima, utrum ipsa sit jam simplex, an potius sit aliquid et in ea, partim quidem ceu materia, partim vero velut forma, intellectus scilicet qui sit in ea: alter quidem sicut in ære forma, alter autem velut qui formam fecit in ære. Eadem quoque quispiam transferens ad universum in eo similiter perveniet tandem ad intellectum, cognoscens eum effectorem re vera totiusque artificem: affirmabitque subjectam huic materiam inde formas accipientem, partim quidem ignem, partim vero aquam aut aerem evasisse vel terram, has ubique formas ab alio proficisci: id vero exsistere animam: rursusque animam quatuor membris universi formam tribuere: jam vero mentem ipsam animæ rationes infundere, quemadmodum et artificem animis artes ipsæ rationes exhibent ad agendum: proinde mentem alteram quidem velut animæ speciem, mentem videlicet secundum formam, alteram vero, quæ ita formam animæ præbeat, sicut ei

ὁριάντος, ᾧ πάντα ἐνυπάρχει, ἃ δίδωσιν. Ἔγγὺς μὲν ἀληθείας, ἃ δίδωσι ψυχῇ, ἃ δὲ τὸ σῶμα δέγεται, εἴδωλα ἤδη καὶ μιμήματα.

tifex statuæ formam, cui quidem menti insunt omnia, quæ largitur. Et quæ largitur animæ, veritati proxima sunt: quæ vero corpus accipit, imagines jam sunt et imitationes quædam.

Super animas, quæ ex potentia in actum intelligendi procedunt, et passionem aliquam subeunt, et habent cum deteriore commercium, est ipse intellectus actu semper intelligens, passionis expers, a corporis contubernio segregatus.

Cum ex materia rebus mutabilitas accidat, profecto, nisi essent res quædam a materia segregatæ, ordo consequens perpetuaque successio similium in transmutatione rerum conservari non posset.

Δ'. Διὰ τί οὖν δεῖ ἐπὶ ψυχῇ ἀνιέναι, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν εἶναι τίθεσθαι τὸ πρῶτον; ἢ πρῶτον μὲν νοῦς ψυχῆς ἕτερον καὶ κρεῖττον, τὸ δὲ κρεῖττον φύσει πρῶτον. Οὐ γὰρ δή, ὡς οἵονται, ψυχὴ νοῦν τελειωθεῖσα γεννᾷ. Πόθεν γὰρ τὸ δυνάμει ἐνεργείᾳ ἔσται, μὴ τοῦ εἰς ἐνέργειαν ἄγοντος αἰτίου ὄντος; εἰ γὰρ κατὰ τύχην, ἐνδέχεται μὴ ἐλθεῖν εἰς ἐνέργειαν. Διὸ δεῖ τὰ πρῶτα ἐνεργείᾳ τίθεσθαι καὶ ἀπροσδεᾶ καὶ τέλεια, τὰ δὲ ἀτελῆ ὕστερα ἀπ' ἐκείνων, τελειούμενα δὲ παρ' αὐτῶν τῶν γεγεννηκότων, δίκην πατέρων τελειούντων, ἃ κατ' ἀρχὰς ἀτελῆ ἐγέννησαν· καὶ εἶναι μὲν ὕλην πρὸς τὸ ποιῆσαν τὸ πρῶτον, εἶτ' αὐτὴν ἔμμορφον ἀποτελεῖσθαι. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐμπαθὲς ψυχή, δεῖ δέ τι ἀπαθὲς εἶναι, (ἢ πάντα τῷ χρόνῳ ἀπολεῖται·) δεῖ τι πρὸ ψυχῆς εἶναι. Καὶ εἰ ἐν κόσμῳ ψυχή, ἐκτὸς δὲ δεῖ τι κόσμου εἶναι, καὶ ταύτῃ πρὸ ψυχῆς δεῖ τι εἶναι. Εἰ γὰρ τὸ ἐν κόσμῳ τὸ ἐν σώματι καὶ ὕλῃ, οὐδὲν ταὐτὸν μένει, ὥστε ἄνθρωπος καὶ πάντες λόγοι οὐκ ἀΐδιοι, οὐδὲ οἱ αὐτοί. Καὶ ὅτι μὲν νοῦν πρὸ ψυχῆς εἶναι δεῖ, ἐκ τούτων καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν ἄν τις θεωρήσειε.

IV. Ceterum curnam, postquam ad animam usque perveneris, non potes in ea, tanquam primo, quiescere, sed ulterius procedere cogeris? quoniam primo quidem intellectus ipse aliud quiddam est meliusque quam anima. Quod vero melius est, natura prius exsistit. Neque enim, sicut multi putant, anima, cum jam perfecta est, generat intellectum. Quod enim aliquid in potentia est, undenam quandoque erit in actu, nisi causa quædam præsit, quæ perducat in actum? Si enim casu quodam prodiret in actum, contingere posset, ut non in actum quandoque progrederetur. Quam ob rem necessarium est prima in actu consistere, neque indiga, sed perfecta. Quæ vero imperfecta sunt, posteriora esse perfectis, perficique ab illis, quæ genuerunt, ritu quodam jureque paterno quandoque perficientibus, quæ imperfecta ab initio genuerunt. Jam vero, quod genitum est, oportet ad effectorem habere primo quidem se velut materiam, deinde vero formari. Proinde, si anima passionem quandam in se admittit, oportet autem exstare aliquid procul ab omni passione semotum: (alioquin omnia tempore dilabentur:) oportet aliquid anima superius esse. Præterea, si anima est in mundo, atque esse oportet aliquid extra mundum, hac quoque ratione necessarium est super animam aliquid esse. Si enim, quod in mundo est, id ipsum est, quod in corpore atque materia, nimirum nihil idem permanet, si tale quiddam duntaxat exstiterit: quapropter homo et reliqua non semper erunt. Seminariæ quoque rationes neque sempiternæ neque semper eædem permanebunt. Oportere igitur super animam esse mentem, ex his, quæ diximus, aliisque permultis intelligere licet.

Intellectus natura perfectus per se semper intelligit, quoniam ex se ipso intelligit, videlicet in se conversus. Est rursum talis, quoniam per essentiam ipse est hæc ipsa entia, quæ intelligit.

Intellectus perfectus, cum sit essentia perfecta, pro objectis habet entia quoque perfecta. Horum vero multitudo talis nec est in principio rerum primo, neque rursus in mundo: ubi et materia infimum est, et forma non est prima forma. Quoniam, cum sit in alio, pendet ab alio. Est igitur perfectorum entium multitudo in intellectu eam intelligente: præsertim quia omnis multitudo rerum extra ipsum ab ejus intelligentia proficiscitur. Nec igitur antecedit nec comitatur eam, sed subsequitur, sicut verba loquentem, sicut proles generantem. Virtus quidem generandi atque intelligendi, quæ diversæ sunt in anima, eadem sunt in mente: intelligendo igitur generat, imo et naturaliter exsistendo: sicut ignis calendo, sol lucendo, anima vivendo. Denique rationes rerum, quæ sunt in anima naturaliter mobili, non sunt per se ab omni mutatione tutæ, nisi reducantur ad firmas intellectus ideas.

Ε'. Δεῖ δὲ νοῦν λαμβάνειν (εἴπερ ἐπαληθεύσομεν τῷ ὀνόματι), μὴ τὸν δυνάμει, μηδὲ τὸν ἐξ ἀφροσύνης εἰς νοῦν ἐλθόντα· (εἰ δὲ μή, ἄλλον πάλιν αὖ πρὸ αὐτοῦ ζητήσομεν·) ἀλλὰ τὸν ἐνεργείᾳ καὶ ἀεὶ νοῦν ὄντα· εἰ δὲ μὴ ἐπακτὸν τὸ φρονεῖν ἔχει, εἴ τι νοεῖ, παρ' αὐτοῦ νοεῖ, καὶ εἴ τι ἔχει, παρ' αὐτοῦ ἔχει· εἰ δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ νοεῖ, αὐτός ἐστιν, ἃ νοεῖ. Εἰ γὰρ ἡ μὲν οὐσία αὐτοῦ ἄλλη, ἃ δὲ νοεῖ ἕτερα αὐτοῦ, αὐτὴ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἀνόητος ἔσται, καὶ δυνάμει, οὐκ ἐνεργείᾳ αὖ. Οὐ χωριστέον οὖν οὐδέτερον ἀπὸ θατέρου· ἔθος δὲ ἡμῖν ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν κἀκεῖνα ταῖς ἐπινοίαις χωρίζειν. Τί οὖν ἐνεργεῖ καὶ τί νοεῖ, ἵνα ἐκεῖνα αὐτὸν, ἃ νοεῖ, θώμεθα; ἢ δῆλον, ὅτι νοῦς ὢν ὄντως νοεῖ τὰ ὄντα καὶ ὑφίστησιν· ἔστιν ἄρα τὰ ὄντα· ἢ γὰρ ἑτέρωθι ὄντα αὐτὰ ὑφίστησι, ἢ ἐν αὐτῷ ὡς αὐτὸν ὄντα. Ἑτέρωθι μὲν οὖν, ἀδύνατον· ποῦ γάρ; αὐτὸν ἄρα καὶ ἐν αὐτῷ. Οὐ γὰρ δὴ ἐν

V. Intellectum vero debemus accipere (si modo vera ipsius appellatione simus usuri) non in potentia intellectum, neque ex amentia in mentem progredientem: (alioquin alterum rursus superiorem investigare cogemur:) sed intellectum accipere decet exsistentem in actu perpetuo, qui et ita semper intellectus exsistat. Si vero intellectus ejusmodi adventitiam non habet intelligentiam, quicquid intelligit a se ipso, prorsus intelligit, et, si quid habet, possidet a se ipso: quodsi a se et ex se intelligit, ipse profecto exsistit hæc ipsa, quæ et intelligit. Si enim essentia quidem ejus est altera, quæ vero intelligit, rursus est altera, ipsa certe hujus essentia erit muneris intellectualis expers, neque amplius in actu, sed in potentia, intellectus. Non decet igitur horum alterum ab altero separare, tametsi consuevimus, rebus nostris adducti, illa quoque inter se nostris cogitationibus separare. Quidnam igitur agit, quidve intelligit? ut illa illum, quæ intelligit, esse ponamus. Profecto cum sit intellectus atque ens, per verum essendi modum entia intelligit et inducit: est igitur entia. Aut enim illa alibi exsistentia intelliget, aut in se ipso tanquam exsistentia ipsum: alibi quidem impossibile est. Nam ubi potissimum? Se ipsum igitur et

τοῖς αἰσθητοῖς, ὥσπερ οἴονται· τὸ γὰρ πρῶτον ἕκαστον οὐ τὸ αἰσθητόν· τὸ γὰρ ἐν αὐτοῖς εἶδος ἐπὶ ὕλῃ εἴδωλον ὄντος, πᾶν τε εἶδος ἐν ἄλλῳ παρ' ἄλλου εἰς ἐκεῖνο ἔρχεται, καὶ ἔστιν εἰκὼν ἐκείνου. Εἰ δὲ καὶ ποιητὴν δεῖ εἶναι τοῦδε τοῦ παντός, οὐ τὰ ἐν τῷ μήπω ὄντι οὗτος νοήσει, ἵνα αὐτὸ ποιῇ. Πρὸ τοῦ κόσμου ἄρα δεῖ εἶναι ἐκεῖνα, οὐ τύπους ἀφ' ἑτέρων, ἀλλὰ καὶ ἀρχέτυπα καὶ πρῶτα καὶ νοῦ οὐσίαν. Εἰ δὲ λόγους φήσουσιν ἀρκεῖν, ἀΐδιους δῆλον· εἰ δὲ ἀΐδιους καὶ ἀπαθεῖς, ἐν νῷ δεῖ εἶναι, καὶ τοιούτῳ, καὶ προτέρῳ ἕξεως καὶ φύσεως καὶ ψυχῆς· δυνάμει γὰρ ταῦτα. Ὁ νοῦς ἄρα τὰ ὄντα ὄντως, οὐχ, οἷά ἐστιν ἄλλοθι, νοῶν· οὐ γάρ ἐστιν οὔτε πρὸ αὐτοῦ, οὔτε μετ' αὐτὸν, ἀλλὰ οἷον νομοθέτης πρῶτος, μᾶλλον δὲ νόμος αὐτὸς τοῦ εἶναι. Ὀρθῶς ἄρα· τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστί τε καὶ εἶναι. Καὶ ἡ τῶν ἄνευ ὕλης ἐπιστήμη ταὐτὸν τῷ πράγματι· καὶ τὸ ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην ὡς ἐν τῶν ὄντων· καὶ αἱ ἀναμνήσεις δέ· οὐδὲν γὰρ ἔξω τῶν ὄντων, οὐδ' ἐν τόπῳ, μένει δὲ ἀεὶ ἐν αὐτοῖς, μεταβολὴν οὐδὲ φθορὰν δεχόμενα, διὸ καὶ ὄντως ὄντα, ἢ γιγνόμενα, καὶ ἀπολλύμενα ἐπακτῷ χρήσεται τῷ ὄντι, καὶ οὐκέτ' ἐκεῖνα, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ ὂν ἔσται. Τὰ μὲν δὴ αἰσθητὰ μεθέξει ἔστιν ἃ λέγεται, τῆς ὑποκειμένης φύσεως μορφὴν ἰσχούσης ἄλλοθεν, οἷον χαλκὸς παρὰ ἀνδριαντοποιϊκῆς, καὶ ξύλον παρὰ τεκτονικῆς, διὰ εἰδώλου τῆς τέχνης εἰς αὐτὰ ἰούσης, τῆς δὲ τέχνης αὐτῆς ἔξω ὕλης ἐν ταυτότητι μενούσης, καὶ τὸν ἀληθῆ ἀνδριάντα καὶ κλίνην ἐχούσης. Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων καὶ τόδε πᾶν ἐνδαλμάτων μετέχον ἕτερα αὐτῶν δείκνυσι τὰ ὄντα, ἄτρεπτα μὲν ὄντα ἐκεῖνα, αὐτὰ δὲ τρεπόμενα, ἱδρύμενά τε ἐφ' ἑαυτῶν, οὐ τόπου δεόμενα· οὐ γὰρ μεγέθη, νοερὰν δὲ καὶ αὐτάρκη ἑαυτοῖς ὑπόστασιν ἔχοντα· σωμάτων γὰρ φύσις σώζεσθαι παρ' ἄλλου θέλει, νοῦς δὲ ἀνέχων θαυμαστῇ φύσει τὰ παρ' αὐτῶν πίπτοντα, ὅπου ἱδρυθῇ, αὐτὸς οὐ ζητεῖ.

penitus in se ipso. Non enim intelligit hæc in rebus (ut multi putant), quæ sensibus offeruntur. Nam unumquodque primum non est ex eorum genere, quæ sensibus attinguntur. Quod enim in his est, tanquam forma in materia est, et entis ipsius imago : speciesque omnis, quæ in alio jacet, etiam pendet ab alio, referturque ad illud, atque est illius imago. Præterea si necesse est, intellectum esse universi hujus artificem, hic certe non intelliget ea, quæ in eo, quod nondum est, exsistant, ut ipsum efficiat. Igitur ante mundum illa oportet exsistere non tanquam figuras impressas ab aliis, sed præcipua quædam exemplaria, primaque et mentis essentiam. Si qui vero dicant, seminales ad id sufficere rationes, procul dubio asserent sempiternas : ac si sempiternæ sunt et procul ab omni passione semotæ, esse eas oportet in mente, et illa quidem tali, quæ habitu et natura et anima prior exsistat. Sunt enim hæc in potentia quadam, et in illius potestate consistunt. Mens itaque entia ipsa est, secundum verum essendi modum, non ea, quæ alibi sint, intelligens : hæc enim neque sunt ante ipsam, neque post ipsam : sed mens est tanquam legislator primus, imo vero ipsa lex ipsius esse. Recte igitur dictum est : idem sane intelligere est, atque esse : item scientia eorum, quæ sunt absque materia, idem est, atque res ipsa. Rursus, investigavi equidem me ipsum tanquam unum aliquid entium : testantur idem reminiscentiæ. Nullum namque entium est extra mentem, neque rursus in loco : manent vero perpetuo in se ipsis, neque mutationem neque interitum subitura, ideoque per verum essendi modum entia esse censentur. alioquin, si oriantur et occidant, esse adventitium sortientur : neque hæc ulterius entia ipsa erunt, sed illud potius ens ipsum erit. Nempe quæ sentiuntur, participatione quadam sunt id ipsum, quod esse dicuntur : quippe cum subjecta natura formam accipiat aliunde, sicut æs accipit ab arte statuaria formam, et lignum ab arte fabrili, dum videlicet ars in materias tales progreditur per imaginem : ipsa vero ars interim extra materiam in eodem habitu perseverat, habetque veram in se statuam atque lecticam. Sic ergo universum hoc in genere corporum particeps duntaxat imaginum manifeste testatur, entia ipsa a corporibus esse diversa : illa enim immutabilia sunt, hæc vero mutantur : illa in se ipsis firma consistunt, loci nullius egena : illa enim nulla magnitudine protenduntur, sed intellectualem substantiam habent sibi sufficientem : corporum namque natura alio quodam semper indiget servatore. Mens vero, quum mira quadam natura sustineat et conservet ea, quæ suapte natura ca dunt, merito, ubi ipsa fundetur, desiderare non cogitur

Ideæ in intellectu sunt proprie quædam potestates ejus, per quas ipse est aliter aliterve definitus.

Quoniam vero eadem ibi est intelligendi et generandi facultas, ideo illic ideæ non solum ita se habent, ut variæ notiones, sed etiam ut multæ vires seminales in anima : inde quidem dicuntur exemplaria, hinc vero principia rerum, rationes et species utrobique. Proinde qualitates omnino materiales, calor, frigus, et similes, nequeunt unionem habere mutuam sine confusione : aut enim sejuncta manent, aut si commiscentur, vel una confundit alias, vel cunctæ a se invicem confunduntur, adeo ut aliæ quædam resultet ex cunctis. Qualitates minus materiales, ut sapores, uniri possunt, ut illæ cum confusione quidem, sed non tanta. Odores autem quasi adhuc minus materiales uniuntur in eodem medio differentes, et aliquanto minus alter confundit alterum ; confundit tamen. Voces diversæ magis adhuc uniuntur in medio, minusque confunduntur, quia materiales minus. Species vero colorum etiam contrariorum, quia immateriales sunt, in eodem puncto uniuntur, et sine ulla mutua confusione distinctissime illic exstant : unde concluditur unionem formarum sine confusione, id est conjunctarum quidem et interea distinctarum, esse in anima posse tanquam essentia quadam immateriali, et multo magis in mente adhuc magis a materia separata : cum enim per discessum a materia gradatim crescat unio formarum, pariterque distinctio, consequens est, in mente unissimas esse simul atque pariter distinctissimas.

Ζ'. Νοῦς μὲν δὴ ἔστω τὰ ὄντα, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ οὐχ ὡς ἐν τόπῳ ἔχων, ἀλλ' ὡς αὐτὸν ἔχων, καὶ ἓν ὢν αὐτοῖς. Πάντα δὲ ὁμοῦ ἐκεῖ, καὶ οὐδὲν ἧττον διακεκριμένα, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ ὁμοῦ ἔχουσα πολλὰς ἐπιστήμας ἐν ἑαυτῇ οὐδὲν ἔχει συγκεχυμένον, καὶ ἑκάστη πράττει τὸ αὑτῆς, ὅταν δέῃ, οὐ συνεφέλκουσα τὰς ἄλλας. Νόημα δὲ ἕκαστον καθαρὸν ἐνεργεῖ ἐκ τῶν ἔνδον αὖ νοημάτων κειμένων· οὕτως οὖν καὶ πολὺ μᾶλλον ὁ νοῦς

VI. Intellectus igitur ipsa essentia sit, habeatque omnia in se ipso, non tanquam loco, sed tanquam se ipsum habens, unumque cum ipsis exsistens. Sunt autem illa omnia simul, sed nihilo minus inter se distinguuntur quando et anima multas simul scientias habens, nihil tamen habet in se confusum, sed unaquæque scientia, quando res postulat, suum munus exsequitur, neque alterum secum alias contrahit. Unaquæque vero notio sua pura ab aliis intimis notionibus expedita. Sic igitur, multoque magis, intellectus est simul omnia, rursusque ea

ἐστιν ὁμοῦ πάντα, καὶ αὖ οὐχ ὁμοῦ, ὅτι ἕκαστον δύναμις ἰδία· ὁ δὲ πᾶς νοῦς περιέχει ὥσπερ γένος εἶδη, καὶ ὥσπερ ὅλον μέρη, καὶ αἱ τῶν σπερμάτων δὲ δυνάμεις εἰκόνα φέρουσι τοῦ λεγομένου. Ἐν γὰρ τῷ ὅλῳ ἀδιάκριτα πάντα, καὶ οἱ λόγοι ὥσπερ ἐν ἑνὶ κέντρῳ· καὶ ὥσπερ ἐστὶν ἄλλος ὀφθαλμοῦ, ἄλλος δὲ χειρῶν λόγος, τὸ ἕτερος εἶναι παρὰ τοῦ γενομένου ὑπ' αὐτοῦ αἰσθητοῦ γνωσθείς. Αἱ μὲν οὖν τοῖς σπέρμασι δυνάμεις ἑκάστη αὐτῶν λόγος εἷς ὅλος μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ ἐμπεριεχομένων μερῶν· τὸ μὲν σωματικὸν ὕλην ἔχει, ὅσον οἷον ὑγρὸν, αὐτὸς δὲ εἶδός ἐστι τὸ ὅλον, καὶ λόγος ὁ αὐτὸς ὢν, ψυχῆς εἶδει τῷ γεννῶντι, ἥ ἐστιν ἴνδαλμα ψυχῆς ἄλλης κρείττονος. Φύσιν δέ τινες αὐτὴν ὀνομάζουσι, τὴν ἐν τοῖς σπέρμασιν, ἣ ἐκεῖθεν ὁρμηθεῖσα ἀπὸ τῶν πρὸ αὐτῆς, ὥσπερ ἐκ πυρὸς φῶς ἕτερόν τε καὶ ἐμόρφωσε τὴν ὕλην, οὐκ ὠθοῦσα, οὐδὲ ταῖς πολυθρυλλήτοις μοχλείαις χρωμένη, δοῦσα δὲ τὸν λόγον.

simul: quoniam illic unumquodque potestas quædam propria est. Universus vero intellectus omnia sicut genus species continet, et sicut totum partes. Quin etiam vires ipsæ seminum hujus, quod modo dicebam, imaginem referunt. In toto enim semine indivisa sunt omnia, ibique rationes insunt, velut in uno quodam centro collectæ, sed alia illic oculi, alia manuum seminalis ratio est, quodve diversæ sint, ex diversis inde genitis patefaciunt. Vires igitur seminibus insitæ id certe habent, ut earum unaquæque una tota sit ratio, una cum partibus in se necessario comprehensis. Jam vero, quod ibi corporeum est, materiam habet, quantum illic est, velut humidum. Ipsa vero ratio species quædam est undique, et ratio quidem ipsa eadem est cum specie animæ generante: quæ quidem anima imago est animæ melioris. Hanc nonnulli naturam vocant seminibus insitam, quæ quidem inde exordiens ab his, quæ superiora sunt, quemadmodum ex igne lumen permutat materiam atque format, non quidem per violentiam impellendo, neque tanquam quibusdam jam divulgatis vectibus agitando, sed rationem seminariam adhibendo.

Notiones sensibilium in anima nuper acquisitæ vel editæ, non sunt ipsa sensibilia. Absolutæ vero intelligibilium notiones in potentiam rationalem venientes ab intellectu quodammodo ipsa intelligibilia sunt.

Quoniam videlicet intellectus est intimus animæ cum proprius tum communis: in proprio quidem notiones et intelligibilia idem magis sunt, in communi sunt maxime idem. Intellectus proprius (ut sæpe Plotinus ait) animæ inest ut formæ: communis autem tanquam agens adest animæ. Cum vero ipsum intelligibile se habeat ad intelligentiam ferme velut motor, ideoque quodammodo antecedat, non debemus dicere intellectum fieri intelligibilia postquam intellexerit ea, sed potius e converso: præsertim, quoniam alioquin intelligentiæ casu quodam exorirentur, et quasi quædam figmenta forent.

Ζ'. Αἱ δὲ ἐπιστῆμαι ἐν ψυχῇ λογικῇ οὖσαι, αἱ μὲν τῶν αἰσθητῶν, (εἰ δεῖ ἐπιστήμας τούτων λέγειν· πρέπει δὲ αὐταῖς τὸ τῆς δόξης ὄνομα·) ὕστεραι τῶν πραγμάτων οὖσαι, εἰκόνες εἰσὶ τούτων, τῶν δὲ νοητῶν αἱ δὴ καὶ ὄντως ἐπιστῆμαι παρὰ νοῦ εἰς λογικὴν ψυχὴν ἐλθοῦσαι αἰσθητὸν μὲν οὐδὲν νοοῦσι· καθ' ὅσον δέ εἰσιν ἐπιστῆμαι, εἰσὶν αὐτὰ ἕκαστα, ἃ νοοῦσι, καὶ ἐνδοθεν τό τε νοητὸν τήν τε νόησιν ἔχουσιν, ὅτι ὁ νοῦς ἐνὼν, ὅ ἐστιν αὐτὰ τὰ πρῶτα, συνὼν αὐτῷ ἀεὶ καὶ ἐνέργεια ὑπάρχων, καὶ οὐκ ἐπιβάλλων ὡς οὐκ ἔχων, ἢ ἐπικτώμενος, ἢ διεξοδεύων οὐ προκεχειρισμένα, (ψυχῆς γὰρ ταῦτα πάθη·) ἀλλ' ἕστηκεν ἐν αὐτῷ ὁμοῦ πάντα ὤν, οὐ νοήσας ἵν' ὑποστήσῃ ἕκαστα· οὐ γὰρ, ὅτε ἐνόησε θεὸν, θεὸς ἐγένετο, οὐδὲ, ὅτε ἐνόησε κίνησιν, κίνησις ἐγένετο. Ὅθεν καὶ τὸ λέγειν νοήσεις τὰ εἴδη, εἰ οὕτω λέγεται, ὡς, ἐπειδὴ ἐνόησε, τόδε ἐγένετο, ἢ ἔστι τόδε, οὐκ ὀρθῶς· ταύτης γὰρ τῆς νοήσεως πρότερον δεῖ τὸ νοούμενον εἶναι. Ἢ πῶς ἂν ἔλθοι ἐπὶ τὸ νοεῖν αὐτό; οὐ γὰρ δὴ κατὰ συντυχίαν, οὐδὲ ἐπέβαλεν εἰκῇ.

VII. Proinde scientiæ, quæ in rationali anima sunt, quæ quidem ad sensibilia pertinent, si modo horum notitiæ nobis sunt scientiæ nominandæ, quippe cum opiniones potius deceat nominare: ipsæ, inquam, cum rebus posteriores sint, earundem sunt et imagines: quæ vero spectant intelligenda, quæ et re vera scientiæ sunt, ab intellectu in animam rationalem pervenientes sensibile quidem nihil intelligunt. Quatenus vero scientiæ sunt, singula ipsa sunt, quæ et intelligunt, ipsumque ab intimo intelligibile et intelligentiam habent: quoniam intellectus est intimus, qui est ipsa prima, perpetuo secum habitans, actusque exsistens: neque aciem intendens, quasi non habeat: neque acquirens aliquid, sive discurrens per ea, quæ in promptu antea non habuerit: nam conditiones ejusmodi animæ potius esse videntur: sed in se ipso penitus conquiescit, cuncta simul exsistens, neque ad id utens intelligentia, ut singula in se inesse perducat. Non enim quando intellexit deum, factus est deus: neque, postquam intellexit motum, factus est motus. Quapropter, quod dici solet, species intelligentias esse, si ita dicatur, ut, postquam intellexit, hoc ipsum factus sit, vel exsistat hoc ipsum, non recte dicitur: oportet enim hac intellectione prius esse, quod intelligitur. Alioquin quonam pacto ad ipsum procedet intelligendum? neque enim sorte quadam in ipsum incidit, neque temere vel frustra contendit.

Intellectus quidem absolute sumptus est omnes ideæ. Idea vero quælibet non est intellectus absolute sumptus, sed intellectus ejusmodi. Item, idea quælibet differt ab intellectu ratione quadam intellectuali tantum: ideæ vero inter se differunt ex natura rei et ratione formali.

Potius enim licet dicere: idea hominis est intellectus, et idea equi est intellectus, quam ideam hominis esse ideam equi: quamvis sub uniuscujusque ideæ actu ceteræ sint virtute vel consequentia quadam, quemadmodum propositiones in geometria deinceps dispositæ se ad geometriam habent, atque invicem. Præterea cum ens naturali quodam ordine antecedat intellectum, merito necessaria distinctio entis in suos essendi modos atque in entia quodammodo præcedit usum intelligentiæ: qualem sane distinctionem neque Platonici neque Christiani in primo rerum principio libenter admittunt. Sicut consideramus ibi naturam entis intelligentiamque communem, ita in quavis idea propriam quandam entis naturam intelligentiamque propriam, quæ sunt quasi duo quædam, non ut materia et calor, ut diaphanum atque lux, sed ut calor atque calere, ut lux atque lucere, quorum utrumque est actus, ideoque re ipsa sunt unum: quamvis igitur intelligentia sit intimus entis actus, tamen est actus utrumque.

Η'. Εἰ οὖν ἡ νόησις ἓν ὄντως, ἐκεῖνο τὸ εἶδος τὸ ἓν καὶ ἡ ἰδέα αὕτη. Τί οὖν τοῦτο; νοῦς καὶ ἡ νοερὰ

VIII. Cum igitur, quod intelligitur, re vera unum sit hoc ipsum unum quiddam est et species et idea. Quid-

οὐσία, οὐχ ἑτέρα τοῦ νοῦ ἑκάστη ἰδέα, ἀλλ' ἑκάστη νοῦς, καὶ ὅλος μὲν ὁ νοῦς τὰ πάντα εἴδη· ἕκαστον δὲ εἶδος νοῦς ἕκαστος, ὡς ἡ ὅλη ἐπιστήμη τὰ πάντα θεωρήματα· ἕκαστον δὲ μέρος τῆς ὅλης, οὐχ ὡς διακεκριμένον τόπῳ, ἔχον δὲ δύναμιν ἕκαστον ἐν τῷ ὅλῳ. Ἔστι μὲν οὖν οὗτος ὁ νοῦς ἐν αὑτῷ, καὶ ἔχων ἑαυτὸν ἐν ἡσυχίᾳ κόρος ἀεί. Εἰ μὲν οὖν προεπενοεῖτο ὁ νοῦς πρότερος τοῦ ὄντος, ἔδει τὸν νοῦν λέγειν ἐνεργήσαντα καὶ νοήσαντα ἀποτελέσαι καὶ γεννῆσαι τὰ ὄντα. Ἐπεὶ δὲ τὸ ὂν τοῦ νοῦ προεπινοεῖν ἀνάγκη, ἐγκεῖσθαι δεῖ τίθεσθαι ἐν τῷ νοοῦντι τὰ ὄντα, τὴν δὲ ἐνέργειαν καὶ τὴν νόησιν ἐπὶ τοῖς οὖσιν, οἷον ἐπὶ πῦρ ἤδη τὴν τοῦ πυρὸς ἐνέργειαν, ἵν' ἓν ὄντα τὸν νοῦν ἐφ' ἑαυτοῖς ἔχῃ ἐνέργειαν αὐτῶν. Ἔστι δὲ καὶ τὸ ὂν ἐνέργεια· μία οὖν ἀμφοῖν ἐνέργεια· μᾶλλον δὲ τὰ ἄμφω ἕν. Μία μὲν οὖν φύσις, τό τε ὄν, ὅ τε νοῦς, διὸ καὶ τὰ ὄντα καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἐνέργεια, καὶ ὁ νοῦς ὁ τοιοῦτος, καὶ αἱ οὕτω νοήσεις τὸ εἶδος καὶ ἡ μορφὴ τοῦ ὄντος, καὶ ἡ ἐνέργεια· ἐπινοεῖταί γε μὴν μεριζομένων ὑφ' ἡμῶν θάτερα πρὸ τῶν ἑτέρων· ἕτερος γὰρ ὁ μερίζων νοῦς, ὁ δὲ ἀμέριστος καὶ μὴ μερίζων τὸ ὂν καὶ τὰ πάντα.

nam igitur hoc est? Sane est intellectus intellectualisque essentia, et idea quælibet ab intellectu non differens, sed unaquæque est intellectus, atque totus intellectus quidem ipse est species omnes : unaquæque vero species unusquisque est intellectus, quemadmodum tota quædam scientia cunctæ contemplationes suæ atque notiones : et notio quælibet pars est totius, non divisa loco, sed habens unaquæque in toto virtutem. Hic igitur intellectus est in se ipso in eodem secum habitu conquiescens æterna omnium plenitudo. Si autem intellectus ipse cogitaretur ipso ente prior, oporteret inde dicere, intellectum agendo intelligendoque generare entia atque perficere. At quoniam necessarium est ens intellectu prius excogitare, fateri oportet entia ipsa intelligenti in primis inesse, actum vero intelligentiamque entibus ipsis accedere, quemadmodum igni jam ignis actum (*effectum*), adeo ut entia in primis sic penitus insita intellectum in se ipsis velut actum proprium habeant. Est autem ens quoque ipsum actus. Unus igitur utrisque actus est : imo vero ambo sunt unum. Una igitur natura ens ipsum est atque intellectus, quapropter entia et entis actus et intellectus talis unum sunt, atque intellectiones ejusmodi species et forma actusque sunt entis. Veruntamen a nobis talia partientibus, alia illic ante alia cogitantur : alter enim est partiens intellectus, ille vero et impartibilis, et minime partiens ens ipsum est atque omnia.

Si mens formas disponit in mundo per intelligentiam naturalem, eas ipsas formas in se modo quodam naturali complectitur : sicut animæ essentia suas vires ex ipsa fluentes, sicut natura genitalis rationes membrorum seminales ; sicut species ignis lucem, calorem, siccitatem, levitatem, raritatem : atque ita ferme ideæ conveniunt invicem atque differunt. Necesse est enim, differre ideas ratione formali, ne alioquin distinctio formarum ordoque in rebus proveniat ex materia, vel accidat ex fortuna, vel contingat ex diversis agentibus fortuito concurrentibus. Sin autem deus extra se agit libera voluntate, quod in Theologia probamus, more architecti et geometræ, rerum habet ideas.

Θ'. Τίνα οὖν ἐστι τὰ ἐν ἑνὶ νῷ, ἃ νοοῦντες μερίζομεν ἡμεῖς; δεῖ γὰρ αὐτὰ ἠρεμοῦντα προφέρειν, οἷον ἐξ ἐπιστήμης ἐν ἑνὶ οὔσης ἐπιθεωρεῖν τὰ ἐνόντα. Κόσμου δὴ τοῦδε ὄντος ζώου περιεκτικοῦ ζώων ἁπάντων, καὶ παρ' ἄλλου ἔχοντος τὸ εἶναι, καὶ τοιῷδε εἶναι, παρ' οὗ δέ ἐστιν εἰς νοῦν ἀναγομένου, ἀναγκαῖον καὶ ἐν νῷ τὸ ἀρχέτυπον πᾶν εἶναι, καὶ κόσμον νοητὸν τοῦτον τὸν νοῦν εἶναι, ὃν φησὶν ὁ Πλάτων, ἐν τῷ, ὅ ἐστι ζῶον. Ὡς γὰρ ὄντος λόγου ζώου τινὸς, οὔσης δὲ καὶ ὕλης τῆς τὸν λόγον τὸν σπερματικὸν δεξαμένης, ἀνάγκη ζῶον γενέσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ φύσεως νοερᾶς καὶ παντοδυνάμου οὔσης, καὶ οὐδενὸς διείργοντος, μηδενὸς ὄντος μεταξὺ τούτου καὶ τοῦ δέξασθαι δυναμένου, ἀνάγκη τὸ μὲν κοσμηθῆναι, τὸ δὲ κοσμῆσαι, καὶ τὸ μὲν κοσμηθὲν ἔχει τὸ εἶδος μεμερισμένον, ἀλλαχοῦ ἄνθρωπον, καὶ ἀλλαχοῦ ἥλιον· τὸ δὲ ἐν ἑνὶ πάντα.

IX. Sed quænam sunt in una illic mente, quæ cogitantes ipsi partimur? Oportet enim ea quiescentia proferre, ac velut ex quadam scientia in uno manente pronuntiare, atque ita, quæ insunt, planius intueri. Cum igitur mundus hic sit animal animalia cuncta complectens, et ab alio accipiat esse atque esse tale, illud autem, a quo est, redigatur in mentem : necessarium est et in mente universum in primis totius exemplar exstare, atque hunc intellectum mundum ipsum intelligibilem esse, de quo Plato in Timæo inquit : Intellectus in eo, quod est vivens sive animal, ideas intelligit. Sicut enim, ubi adest ratio seminaria, quæ animal quoddam est, simulque subest materia rationem seminariam susceptura, necessarium est animal generari : ita, cum adsit natura intellectualis omnipotentia polens, nihilque impediat, quippe cum nihil inter hanc et susceptaculum se medium interponat, necessarium est, hoc quidem ornari, illud autem hoc exornare : sed enim, quod exornatum est, speciem jam divisam habet, alibi quidem hominem, alibi vero solem : exornator ille contra in uno quodam omnia possidet.

Quælibet idea communiter et similiter est essentia viva intellectualis, species, actus. Ceteris autem inter se proprietatibus differunt.

Formalia in mundo omnia et motus actionesque, et effectus eorum naturali et speciali quodam ordine procedentes, [proprietatibus illic habent ideas. Defectus vero formarum progressionumque naturalium nequaquam, sed aliunde contingunt, et per rationes formalium cognoscuntur.

Ι'. Ὅσα μὲν οὖν ὡς εἴδη ἐν τῷ αἰσθητῷ ἐστι, ταῦτα ἐκεῖθεν, ὅσα δὲ μή, οὔ. Διὸ τῶν παρὰ φύσιν οὐκ ἔστιν ἐκεῖ οὐδὲν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν παρὰ τέχνην ἐστὶν ἐν ταῖς τέχναις, οὐδὲ ἐν τοῖς σπέρμασι χωλεία· ποδῶν δὲ χωλεία ἤδη ἐν τῇ γενέσει, οὐ κρατήσαντος λόγου, ἡ δὲ ἐκ τύχης λύμη τοῦ εἴδους. Καὶ ποιότητες δὴ σύμφωνοι

X. Quæcumque igitur in mundo sensibili sunt, [unaquæque] species inde procedunt, alia vero nequaquam. Quarum rerum nihil eorum ibi est, quæ præter naturam sunt : quemadmodum neque quicquam præter artem artibus inest, neque est in seminibus claudicatio : claudi namque conditio pedum in generatione contingit, ubi ratio seminalis minime superat, nempe speciei jactura casu accidit et fortuna. Qualitates autem ipsi naturæ consentaneæ, quæ

καὶ ποσότητες ἀριθμοί τε καὶ μεγέθη, καὶ σχέσεις, ποιήσεις τε καὶ πείσεις, αἱ κατὰ φύσιν, κινήσεις τε καὶ πάσεις, καθ' ὅλου τε καὶ ἐν μέρει τῶν ἐκεῖ· ἀντὶ δὲ χρόνου αἰών, ὁ δὲ τόπος ἐκεῖ νοερῶς τὸ ἄλλο ἐν ἄλλῳ. Ἐκεῖ μὲν οὖν ὁμοῦ πάντων ὄντων, ὅ τι ἂν λάβῃς αὐτῶν, οὐσία καὶ νοερὰ καὶ ζωῆς ἕκαστον μετέχον, καὶ ταὐτὸν, καὶ θάτερον, καὶ κίνησις, καὶ στάσις, καὶ κινούμενον, καὶ ἑστὼς, καὶ οὐσία, καὶ ποιὸν, καὶ πάντα οὐσία· καὶ γὰρ ἐνεργείᾳ, οὐ δυνάμει τὸ ὂν ἕκαστον, ὥστε οὐ κεχώρισται τὸ ποιὸν ἑκάστης οὐσίας. Ἆρ' οὖν μόνα τὰ ἐν τῷ αἰσθητῷ ἐκεῖ, ἢ καὶ ἄλλα πλείω; ἀλλὰ πρότερον περὶ τῶν κατὰ τέχνην σκεπτέον· κακοῦ γὰρ οὐδενός· τὸ γὰρ κακὸν ἐνταῦθα ἐξ ἐνδείας καὶ στερήσεως καὶ ἐλλείψεως, καὶ ὕλης ἀτυχούσης πάθος, καὶ τοῦ ὕλῃ ὡμοιωμένου.

titates, numeri, magnitudines, habitus, profectus, actiones, passionesque videlicet naturales, et motus, et status cum universali tum particulari conditione ex eorum numero sunt, quæ sunt ibi, et inde proveniunt. Pro tempore autem illic regnat æternitas, sed pro loco illic ratione quadam intellectuali aliud reperitur in alio. Cum igitur illic simul omnia sint, quicquid potissimum ex illis acceperis, essentia est, intellectualisque natura et vitæ compos exsistit. Sic utique ibi est idem et alterum, motus et status, mobile et consistens, essentia, qualitas, et omnis prorsus essentia. Non enim in potentia, sed in actu ens est unumquodque : quam ob rem qualitas ab unaquaque essentia non secernitur. Sed numquid hæc sola illic sunt, quæ mundo sensibili continentur, an potius et alia multa? Verum prius de his, quæ artibus pertractantur, videtur considerandum : nam malum quidem ibi vel inde nihil : malum enim hic accidit ex indigentia, privatione, defectu. Malum sane est passio quædam infortunatæ materiæ formam minime consequentis : itemque ejus, quod materiæ simile videtur evadere.

Artificia, quæ vel solum imitatione quadam rerum motionumque naturalium fiunt, vel etiam ab ingenio naturaliter artificioso proveniunt, non habent proprias illic ideas, sed partim rediguntur ad ipsas naturalium ideas, partim ad rationes rerum, numerorum, mensurarum, modorum, animo rationali ingenitas, et ab ideis similibus pendentes. Contemplatio rerum philosophica divinam sapientiam habet ideam, providentia, privatim vel publice gubernans divinam providentiam, suspicit pro idea tempus, æternitatem.

ΙΑ'. Τὰ οὖν κατὰ τέχνην καὶ αἱ τέχναι. Τῶν δὴ τεχνῶν ὅσαι μιμητικαὶ, γραφικὴ μὲν καὶ ἀνδριαντοποιΐα, ὀρχησίς τε καὶ χειρονομία ἐνταῦθά που τὴν σύστασιν λαβοῦσαι, καὶ αἰσθητῷ προσχρώμεναι παραδείγματι, καὶ μιμούμεναι εἴδη τε καὶ κινήσεις, τάς τε συμμετρίας, ἃς ὁρῶσι, μετατιθεῖσαι, οὐκ ἂν εἰκότως ἐκεῖ ἀνάγοιντο, εἰ μὴ τῷ ἀνθρώπου λόγῳ. Εἰ δέ τις ἕξις ἐκ τῆς περὶ τὰ ζῶα συμμετρίας ὅλων ζώων ἐπισκοποῖτο, μόριον ἂν εἴη δυνάμεως, τῆς κἀκεῖ ἐπισκοπούσης καὶ θεωρούσης τὴν ἐν τῷ νοητῷ περὶ πάντα συμμετρίαν. Καὶ μὴν καὶ μουσικὴ πᾶσα περὶ ἁρμονίαν ἔχουσα καὶ ῥυθμὸν, ἡ μὲν περὶ ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν ἔχουσα τὰ νοήματα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἂν εἴη, ὥσπερ καὶ ἡ περὶ τὸν νοητὸν ῥυθμὸν ἔχουσα. Ὅσαι δὲ ποιητικαὶ αἰσθητῶν τῶν κατὰ τέχνην, οἷον οἰκοδομικὴ, καὶ τεκτονικὴ, καθ' ὅσον συμμετρίαις προσχρῶνται, ἀρχὰς ἂν ἐκεῖθεν ἔχοιεν καὶ τῶν ἐκεῖ φρονήσεων. Τῷ δὲ αἰσθητῷ ταῦτα συγκερασάμεναι τὸ ὅλον οὐκ ἂν εἶεν ἐκεῖ, ἢ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· οὐ μὴν οὐδὲ γεωργία συλλαμβάνουσα αἰσθητῷ φυτῷ, ἰατρική τε τὴν ἐνταῦθα ὑγίειαν θεωροῦσα, ἥ τε περὶ ἰσχὺν τήνδε καὶ εὐεξίαν. Ἄλλη γὰρ ἐκεῖ δύναμις καὶ ὑγίεια, καθ' ἣν ἀτρεμῇ πάντα, καὶ ἱκανὰ ὅσα ζῶα. Ῥητορεία δὲ καὶ στρατηγία, οἰκονομία τε καὶ βασιλικὴ, εἴ τινες αὐτῶν τὸ καλὸν κοινωνοῦσι ταῖς πράξεσιν, εἰ ἐκεῖνο θεωροῖεν, μοῖραν ἐκεῖθεν εἰς ἐπιστήμην ἔχουσιν ἐκ τῆς ἐπιστήμης τῆς ἐκεῖ. Γεωμετρία δὲ τῶν νοητῶν οὖσα ταχτέα ἐκεῖ· σοφία τε ἀνωτάτω, περὶ τὸ ὂν οὖσα. Καὶ περὶ μὲν τεχνῶν καὶ τῶν κατὰ τέχνας ταῦτα.

XI. Sed ut ad artes jam et artificia veniamus : artes, quæ sic imitatoriæ sunt, quemadmodum pictura, statuaria, tripudium, gesticulatio manuum, cum hic quodammodo comparentur atque consistant, et sensibili utantur exemplo, speciesque imitentur et motus; item concinnitates, quas aspiciunt, ad propria transferant, non recte illuc reduci posse videntur, nisi ipsa hominis ratione. Si quis autem habitus ex ipsa concinnitate, quæ animalibus inest, generatim decorum in cunctis consideret animalibus, pars utique facultatis illius erit, quæ illic quoque considerat in mundo divino, concordiamque omnium contemplatur. Quin etiam musica omnis circa consonantiam et modulorum numeros occupata, quatenus numerorum concentusque rationes contemplatur, eodem se modo habet, quo et ratio illa, quæ circa intelligibilem numerum et harmoniam versatur. Quæcumque vero artes res sensibiles fabricant, sicut architectus et faber, quatenus utuntur proportionibus mensurarum, initium inde et nonnihil sapientiæ illius habere videntur. Cum vero regulas mensurarum cum materia sensibili misceant, non omnino inde pendent : nisi forte quantum in homine sunt : quin etiam neque agricultura corporeis plantis afferens auxilium : item medicina sanitatem curans humanam, rursus, quæ robur firmumque corporis habitum præstat hominibus. Alia enim potestas illic viget et sanitas, per quam animalia omnia firmitatem habent sufficientem. Proinde ars oratoria, et exercitus præfectura, disciplinaque rei familiaris et publicæ, si quando in actionibus honestum ipsum observant, supernamque considerant honestatem, sortem sane inde ad scientiam habent, ex illa, quæ ibi viget, scientia. Tum vero geometria, ad intelligibilia pertinens, illic est collocanda : sapientia quoque similiter, quæ circa ens ipsum per excelsa versatur. Ac de artibus quidem artiumque muneribus hactenus.

In ipsa hominis rationalis intellectualisque idea summatim continetur omnis artificiosa facultas ex ingenio processura. Omnes formales inter individua differentiæ, non contingentes ex diversitate materiarum vel locorum, illic ideas habent, sed virtute quadam potius, quam actu proprio, scilicet quatenus in speciebus ipsis, quarum proprie et præcipue sunt ideæ, continentur varii quidam singularesque formarum modi, inde quandoque pullulaturi.

ΙΒ'. Εἰ δὲ ἀνθρώπου ἐκεῖ, καὶ λογικοῦ ἐκεῖ, καὶ τεχνικοῦ, καὶ αἱ τέχναι νοῦ γεννήματα οὖσαι, χρὴ δὲ καὶ τῶν καθ' ὅλου λέγειν τὰ εἴδη εἶναι, οὐ Σωκράτους, ἀλλ' ἀνθρώπου. Ἐπισκεπτέον δὲ περὶ ἀνθρώπου, εἰ καὶ ὁ καθ' ἕκαστα· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ ἄλλο ἄλλῳ· οἷον, ὅτι ὁ μὲν σιμὸς, ὁ δὲ γρυπός· γρυπότητα μὲν καὶ σιμότητα διαφορὰς ἐν εἴδει θετέον ἀνθρώπου, ὥσπερ ζώου διαφοραί εἰσιν· ἥκειν δὲ καὶ παρὰ τῆς ὕλης, τὸ τὸν μὲν τοιάνδε γρυπότητα, τὸν δὲ τοιάνδε, καὶ χρωμάτων διαφορὰς, τὰς μὲν ἐν λόγῳ οὔσας, τὰς δὲ καὶ ὕλην καὶ τόπον διάφορον ὄντα ποιεῖν.

XII. Jam vero si hominis illic est idea, est et rationalis, est artificiosi similiter. Sunt illic præterea artes, quæ mente concipiuntur, et pariuntur ut proles. Dicendum quoque est, universalium species illic exsistere, non Socratis videlicet, sed potius hominis: tametsi de homine præcipue considerandum est, numquid ibi singularis etiam sit idea. Singularis, inquam, propterea, quod non idem est vel habet aliud atque aliud singulare. Hic quidem simus est, ille vero est aquilinus. Ejusmodi vero proprietates ponendæ in hominis forma sunt, tanquam formarum differentiæ quædam, sicut et animalis suæ differentiæ sunt. Sed a materia proficisci, quod hic quidem hac conditione, ille vero illa potius sit aquilinus: et colorum similiter differentias alias quidem existimare debemus in ratione et forma consistere, alias autem ex materia locique diversitate contingere.

Res quælibet materialis ad suam ideam se habet, ut imago picturaque ad substantiam vivam.

Animæ vero mentesque et consummatæ virtutes earum extra ideam veræ res exsistunt, quemadmodum in idea: nec tam æquivoca, quam univoca denominatione sunt eadem: nec differunt, ut homo pictus a vivo, sed potius sicut puer a viro.

ΙΓ'. Λοιπὸν δὲ εἰπεῖν, εἰ μόνα τὰ ἐν αἰσθητῷ ἐκεῖ, ἢ καὶ ὥσπερ ἀνθρώπου ὁ αὐτὸς ἄνθρωτος ἕτερος, οὕτω καὶ ψυχῆς αὐτοψυχὴ ἑτέρα ἐκεῖ, καὶ νοῦ αὐτονοῦς. Λεκτέον δὲ πρῶτον μὲν, ὅτι οὐ πάντα δεῖ, ὅσα ἐνταῦθα, εἰδωλα νομίζειν ἀρχετύπων, οὐδὲ ψυχὴν εἴδωλον εἶναι αὐτοψυχῆς, τιμιότητι δὲ ἄλλην ἄλλης διαφέρειν, καὶ εἶναι καὶ ἐνταῦθα, ἴσως δὲ οὐχ ὡς ἐνταῦθα, αὐτοψυχήν· εἶναι δὲ ψυχῆς ὄντως οὔσης ἑκάστης καὶ δικαιοσύνην δή τινα καὶ σωφροσύνην, καὶ ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ψυχαῖς ἐπιστήμην ἀληθινὴν, οὐκ εἴδωλα, οὐδὲ εἰκόνας ἐκείνων, ὡς ἐν αἰσθητῷ, ἀλλὰ ταὐτὰ ἐκεῖνα, ἄλλον τρόπον ὄντα ἐνταῦθα· οὐ γὰρ ἔν τινι τόπῳ ἀφωρισμένα ἐκεῖνα· ὥστε, ὅπου ψυχὴ σώματος ἐξανέδυ, ἐκεῖ κἀκεῖνα· ὁ μὲν γὰρ αἰσθητὸς κόσμος μοναχοῦ, ὁ δὲ νοητὸς πανταχοῦ. Ὅσα μὲν οὖν ψυχὴ ἡ τοιαύτη ἐνταῦθα, ταῦτα ἐκεῖ· ὥστε, εἰ τὰ ἐν τῷ αἰσθητῷ τὰ ἐν τοῖς ὁρωμένοις λαμβάνοιτο, οὐ μόνον ὄντα ἐν τῷ αἰσθητῷ ἐκεῖ, ἀλλὰ καὶ πλείω· εἰ δὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ λέγοιτο, συμπεριλαμβανομένων καὶ ψυχῆς καὶ τῶν ἐν ψυχῇ, πάντα ἐνταῦθα, ὅσα κἀκεῖ.

XIII. Reliquum est indagare, num sola illic sint, quæ sensibili ordine continentur: an etiam, sicut aliud quiddam est noster hic homo, aliud ipse homo, sic aliud ibi sit ipsa anima, quam hæc anima: similiter hæc mens, et ipsa mens aliud. Dicendum igitur primo quidem, non omnia, quæ hic sunt, existimanda esse exemplarium simulacra, neque animam esse ipsius animæ simulacrum, veruntamen alteram alteri dignitate præstare: atque hic quoque esse: forsan vero non, quatenus hic est, animam ipsam esse. Cum vero anima quælibet re vera sit, esse quoque justitiam quandam et temperantiam in animabus quoque hic habitantibus, et scientiam præterea veram, neque imagines duntaxat neque similitudines illorum, tanquam in sensibili loco versantes, sed eadem illa alio quodam pacto hic exsistentia: non enim in loco quodam determinata sunt illa. Quapropter, ubi anima emergit e corpore, ibidem sunt et illa: mundus namque sensibilis uno tantum loco determinatur; mundus autem intelligibilis est ubique. Quotcumque igitur anima talis hic habet, eadem rursus et ibi. Quam ob rem, si ea, quæ in loco sensibili esse dicuntur, intelligantur esse, quæ in genere visibilium numerantur, non solum, quæ sunt in mundo sensibili, sunt et ibi, sed plura illic exsistunt. Si autem sic in mundo esse dicantur, ut simul et anima, et quæ insunt animæ, comprehendantur, nimirum hic sunt omnia, quæ sunt et ibi.

Multa putrefactione casu quodam præter ideas accidunt et deformia: quoniam vegetalis animæ pars, quæ est ultimum divinorum non potest omnino materiam superare.

Nec etiam ideas habent, quæ absque ordine certo ad finem directo nonnunquam in unum confluunt. In ipsa hominis idea continentur artes ingeniosæ atque necessariæ. Ipsa anima est idea animæ: huic proxima est anima penitus intellectu formata. Longius vero distat anima eadem, universalem quandoque mundi providentiam in se fingens, longissime tandem eadem anima particulari providentiæ jam addicta.

ΙΔ'. Τὴν οὖν τὰ πάντα περιλαβοῦσαν ἐν τῷ νοητῷ φύσιν ταύτην ἀρχὴν θετέον; Καὶ πῶς, τῆς μὲν ἀρχῆς τῆς ὄντως ἑνὸς καὶ ἁπλοῦ πάντῃ οὔσης, πλήθους δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὄντος; πῶς παρὰ τὸ ἕν, καὶ πῶς πλῆθος; καὶ πῶς τὰ πάντα ταῦτα; καὶ διὰ τί νοῦς ταῦτα καὶ πόθεν, λεκτέον ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀρχομένοις. Περὶ δὲ τῶν ἐκ σήψεως καὶ τῶν χαλεπῶν, εἰ κἀκεῖ εἶδος, καὶ εἰ (περὶ) ῥύπου καὶ πηλοῦ λεκτέον, ὡς ὅσα κομίζεται νοῦς ἀπὸ τοῦ πρώτου, πάντα ἄριστα, ἐν οἷς εἴδεσιν

XIV. Numquid igitur hanc naturam in genere intelligibili omnia continentem, esse principium ipsum existimare debemus? Sed quonam pacto? quippe cum ipsum re vera principium omnino unum sit atque simplex, in ipsa vero entium plenitudine sit necessario multitudo. Sed iterum quonam modo natura plenitudoque talis, præter ipsum unum, est ab uno? et quomodo hæc inde prodiit multitudo? quave conditione hæc omnia? Item cur intellectus hæc, et unde? De his sane alibi, alio quodam exordio est dicendum. Ubi vero quæritur, numquid ibi sit species eorum etiam, quæ ex putrefactione fiunt, difficiliumque et admodum molestorum: item sordium atque cœni, dicendum est: quotcumque mens ducit a primo,

οὐ ταῦτα, οὐδ' ἐκ τούτων νοῦς, ἀλλὰ ψυχὴ παρὰ νοῦ λαβοῦσα παρὰ ὕλης ἄλλα, ἐν οἷς ταῦτα. Περὶ δὲ τούτων σαφέστερον λεχθήσεται ἐπανελθοῦσιν ἐπὶ τὴν ἀπορίαν, πῶς ἐξ ἑνὸς πλῆθος· ὅτι δὲ τὰ σύνθετα εἰκῇ ὄντα, οὐ νῷ, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῶν αἰσθητὰ συνελθόντα, οὐκ ἐν εἴδεσι, τά τε ἐκ σήψεως, ψυχῆς ἄλλο τι ἴσως ἀδυνατούσης· εἰ δὲ μή, ἐποίησεν ἄν τι τῶν φύσει· ποιεῖ γὰρ, ὅπου δύναται· περὶ δὲ τῶν τεχνῶν, ὅτι ἐν αὐτοανθρώπῳ περιέχονται, ὅσαι τέχναι ἀναφέρονται πρὸς τὰ κατὰ φύσιν ἀνθρώπῳ, πρότερον δὲ ἄλλην καθ' ὅλου, καὶ τῆς καθ' ὅλου αὐτοψυχὴν, ἤτοι τὴν ζωὴν τὴν ἐν νῷ, πρὶν γενέσθαι ψυχὴν, ἵνα καὶ γένηται αὐτοψυχὴν ἐκείνην λέγειν.

omnia esse optima, in quibus utique speciebus hæc non insunt : neque ex his mentem accipere, sed animam a mente quidem accipere multa, admittere insuper a materia alia, in quibus hæc accidunt. Verum de his apertius explanabitur, si ad dubitationem illam regrediamur, qua quæritur, quomodo ex uno profluat multitudo. Jam vero constat, illa composita, quæ temere frustraque fiunt, nec mente, sed suo quodam impetu in hoc sensibilium genere confluunt, speciebus ipsis minime contineri. Præterea, quæ putrefactione fiunt, ex quadam animæ sorte contingere, tunc forsan aliud non potentis : alioquin fecisset procul dubio aliquid naturæ potius consentaneum. Facit igitur, ubi et quomodo potest. Patet quinetiam, eas artes in superna ipsa natura hominis contineri, quæcumque referuntur ad illa, quæ sunt generi hominum naturalia : priorem vero ceteris universaliorem esse, et universali priorem ipsam animam, aut vitam in mente priusquam evaderet anima, ut et fiat inde hæc anima, et contingat illam præcipue ipsam animam appellare.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ϛ

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΕΝΩΝ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER I.

DE GENERIBUS ENTIS.

(566,567.) [1044—1046.

Multas de rerum generibus quæstiones tangit : nihil vero in hoc capite definire videtur.

Α'. Περὶ τῶν ὄντων, πόσα καὶ τίνα, ἐζήτησαν μὲν καὶ οἱ πάνυ παλαιοί· οἱ μὲν ἕν, οἱ δὲ ὡρισμένα, οἱ δὲ ἄπειρα εἰπόντες, καὶ τούτων ἕκαστοι οἱ μὲν ἄλλο, οἱ δὲ ἄλλο εἰπόντες τὸ ἕν, οἱ δὲ τὰ πεπερασμένα καὶ αὐτὰ ἄπειρα εἰπόντες· καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐξετασθεῖσαι αὗται αἱ δόξαι ἱκανῶς, ἀφεῖσθαι ἡμῖν. Ὅσα δὲ ἐξετάσαντες τὰ ἐκείνων ἔθεντο ἐν γένεσιν ὡρισμένοις αὐτοί, περὶ τούτων ἐπισκεπτέον, οἳ οὔτε ἓν θέμενοι, ὅτι πολλὰ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ἑώρων, οὔτε ἄπειρα, ὅτι μήτε οἷόν τε μήτ' ἐπιστήμη ἂν γένοιτο, τά τε πεπερασμένα εἰς ἀριθμὸν αὐτῶν, ὅτι τὰ ὑποκείμενα οὐκ ὀρθῶς οἷον στοιχεῖα· γένη δέ τινα οὗτοι εἰρήκασιν, οἱ μὲν δέκα, οἱ δὲ ἐλάττω· εἶεν δ' ἂν τινες οἱ πλείω τούτων. Ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς γένεσι διαφορά· οἱ μὲν γὰρ τὰ γένη ἀρχὰς, οἱ δὲ αὐτὰ τὰ ὄντα τῷ γένει τοσαῦτα. Πρῶτον τοίνυν τὴν διαιρουμένην εἰς δέκα τὰ ὄντα λη-πτέον, ἀνασκοποῦντας πότερα δέκα γένη δεῖ νομίζειν αὐτοὺς λέγειν, κοινοῦ ὀνόματος τυχόντα τοῦ ὄντος, ἢ κατηγορίας δέκα. Ὅτι γὰρ οὐ συνώνυμον τὸ ὂν ἐν ἅπασι λέγουσι, καὶ ὀρθῶς λέγουσι· μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο πρῶτον ἐρωτητέον, πότερα ὁμοίως ἔν τε τοῖς νοητοῖς, ἔν τε τοῖς αἰσθητοῖς τὰ δέκα, ἢ ἐν μὲν τοῖς αἰσθητοῖς ἅπαντα, ἐν δὲ τοῖς νοητοῖς, τὰ μὲν εἶναι, τὰ δὲ μὴ εἶναι· οὐ γὰρ δὴ ἀνάπαλιν. Οὗ δὴ ἐξεταστέον, τίνα καὶεῖ τῶν δέκα, καὶ εἰ τὰ ἐκεῖ ὄντα ὑφ' ἓν γένος ὑπακτέον τοῖς ἐνταῦθα, ἢ ὁμωνύμως ἥ τε ἐκεῖ οὐσία ἥ τε ἐνταῦθα. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, πλείω τὰ γένη, εἰ δὲ συνωνύμως, ἄτοπον τὸ αὐτὸ σημαίνειν τὴν οὐσίαν, ἐπί τε τῶν πρώτως ὄντων καὶ τῶν ὑστέρων, οὐκ ὄντος γένους κοινοῦ, ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ ὕστερον. Ἀλλὰ περὶ τῶν νοητῶν, κατὰ τὴν διαίρεσιν οὐ λέγουσιν· οὐ πάντα ἄρα τὰ ὄντα διαιρεῖσθαι ἐβουλήθησαν, ἀλλὰ τὰ μάλιστα ὄντα παραλελοίπασιν.

I. Vetus admodum quæstio est, quotnam et quæ sint, quæ esse dicuntur. Alii quidem ens unum tantum, alii vero plura, sed definita, alii denique infinita dixerunt : horumque singuli alii aliud in medium attulerunt, sive unum, sive finita, sive infinita posuerint. Cum vero opiniones ejusmodi a posterioribus satis jam examinatæ fuerint, nobis sunt in præsentia dimittendæ : eorumque duntaxat opinio consideranda est, qui discussis antiquioribus determinata quædam rerum genera posuerunt : qui sane neque susceperunt unum, quoniam multa etiam in rebus intelligendis esse viderunt, neque rursus infinita admittere voluere, quoniam neque id fieri posset, neque illa prorsus scientia foret. Finita vero in ipsorum numerum redigentes, cum non recte possent hæc elementa dicere, quoniam subjecta sibi multa comprehenderent, nimirum hæc genera quædam potius appellarunt : alii quidem decem, alii vero pauciora. Forsan etiam non deessent, qui plura insuper nobis adducerent. Est autem in generibus etiam differentia : nam alii genera esse principia volnerunt : alii res ipsas totidem esse genere. Principio igitur eorum sententia, qui res omnes partiti sunt in decem, nobis accipienda videtur, investigaturis, numquid decem genera esse velint, commune nomen entis habentia, sive prædicamenta decem. Nam et ipsi fatentur, ens ipsum non esse in cunctis univocum, et recte fatentur : imo vero illud prius interrogandum, num illa decem tam rebus intelligendis quam sentiendis similiter insint, an potius in sentiendis omnia; in his vero, quæ ad intelligentiam pertinent, alia quidem sint, alia vero nequaquam? Vicissim autem hæc se habere nemo utique dixerit. Ubi certe videtur investigandum, quæ potissimum e numero decem intelligibili naturæ conveniant. Et numquid, quæ illic sunt, sub eodem genere, sub quo hæc nostra, sint colligenda, an potius, quæ illic est, et quæ hic, æquivoce diratur essentia? Verum si æquivoce, plura sunt genera : si autem univoce, statim absurdum est essentiam idem significare, cum in his, quæ primo sunt, tum in his, quæ posterius : quippe cum non unum in eis commune sit genus, in quibus aliud quidem prius est, aliud vero posterius. Sed de rebus ad intelligentiam pertinentibus secundum divisionem non loquuntur. Non igitur omnia omnino, quæ sunt, dividere voluerunt, sed, quæ maxime sunt, dimisere.

Non facile concedendum est, res incorporeas simul atque corporeas, item formam atque materiam, et compositum et singulare atque universale in uno substantiæ genere convenire.

Β'. Πάλιν οὖν ἆρα γένη νομιστέον εἶναι; καὶ πῶς ἓν γένος ἡ οὐσία; ἀπὸ γὰρ ταύτης πάντως ἀρκτέον. Ὅτι μὲν ἕν, ἐπί τε τῆς νοητῆς, ἐπί τε τῆς αἰσθητῆς κοινὸν εἶναι, ἀδύνατον τὸ τῆς οὐσίας, εἴρηται. Καὶ προσέτι ἄλλο τι ἔσται πρό τε τῆς νοητῆς καὶ πρὸ τῆς αἰσθητῆς, ἄλλο τι ὂν κατηγορούμενον κατ' ἀμφοῖν, ὃ οὔτε σῶμα οὔτε ἀσώματον ἂν εἴη· ἔσται γὰρ ἢ τὸ σῶμα ἀσώματον, ἢ τὸ ἀσώματον σῶμα. Οὐ μὴν ἀλλὰ ἐπ' αὐτῶν τῶν τῆδε οὐσιῶν ζητητέον τί κοινὸν ἐπὶ τῆς Ὕλης

II. Quærendum est iterum, numquid hæc existimanda sint genera : et quomodo substantia unum genus sit. Ab hac enim omnino videtur incipiendum. Dictum quidem est, non posse genus unum substantiæ esse commune intelligibili sensibilique naturæ. Nam sic etiam aliud quiddam erit super intelligibilem sensibilemque substantiam de utrisque communiter prædicatum, quod quidem neque corpus, nec incorporeum erit : alioquin sive genus illud corpus sit, sequetur, quod sub eo incorporeum dicitur, esse corpus : sive sit incorporeum, sequetur iterum, quod sub eo corpus dicitur, incorporeum esse. Quin etiam in his, quæ hic a nobis substantiæ appellantur, quæremus.

καὶ τοῦ εἴδους καὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν. Πάντα γὰρ ταῦτα οὐσίας λέγουσιν εἶναι, καὶ οὐ τὸ ἴσον εἰς οὐσίαν ἔχειν, ὅταν μᾶλλον λέγηται τὸ εἶδος οὐσία, ἢ ἡ ὕλη· καὶ ὀρθῶς· οἱ οὐδ' ἂν εἴποιεν τὴν ὕλην μᾶλλον. Αἱ δὲ πρῶται λεγόμεναι οὐσίαι, πρὸς τὰς δευτέρας τί ἂν ἔχοιεν κοινόν; ὁπότε παρὰ τῶν προτέρων ἔχουσιν αἱ δεύτεραι τὸ οὐσίαι λέγεσθαι. Ὅλως δὲ, τί ἐστιν ἡ οὐσία, εἰπεῖν οὐκ ἐστιν· οὐδὲ γὰρ, εἰ τὸ ἴδιόν τις ἀποδοίη, ἤδη ἔχει τὸ τί ἐστι, καὶ ἴσως οὐδὲ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν ἀριθμῷ δεκτικὸν τῶν ἐναντίων ἐπὶ πάντων ἁρμόσει.

est, quidnam commune sit materiæ et formæ atque composito. Hæc enim omnia substantias esse aiunt, neque tamen æque substantias esse: quandoquidem forma magis, quam materia, substantia dicitur, et recte quidem: quanquam alii forte dicerent, materiam magis esse substantiam. Præterea substantiæ, quæ primæ dicuntur, quidnam commune cum substantiis secundis habebunt? quandoquidem secundæ substantiæ a primis id ipsum habent, ut substantiæ appellentur. Omnino vero apud eos, quidnam sit substantia, explicare non datur. Neque enim, si quis etiam proprium substantiæ nobis assignet, jam, quid ipsa sit, assecutus erit: ac fortasse, quod tanquam proprium substantiæ assignatur, scilicet quod unum atque idem numero contraria vicissim suscipere possit, substantiis omnibus convenire videtur.

Quæ Peripatetici substantias nominant, probabilius est in una serie deinceps ab uno pendente dispositas esse, quam in eadem natura congruere.

Γ'. Ἀλλ' ἆρα μίαν τινὰ κατηγορίαν λεκτέον ὁμοῦ συλλαβοῦσι τὴν νοητὴν οὐσίαν, τὴν ὕλην, τὸ εἶδος, τὸ ἐξ ἀμφοῖν; οἷον εἴ τις τὸ τῶν Ἡρακλειδῶν γένος ἕν τι λέγοι, οὐχ ὡς κοινὸν κατὰ πάντων, ἀλλ' ὡς ἀφ' ἑνός. Πρώτως γὰρ ἡ οὐσία ἐκείνη, δευτέρως δὲ καὶ ἧττον καὶ τὰ ἄλλα. Ἀλλὰ τί κωλύει μίαν κατηγορίαν τὰ πάντα εἶναι; καὶ γὰρ τὰ ἄλλα πάντα ἀπὸ τῆς οὐσίας τὰ λεγόμενα εἶναι· ἢ ἐκεῖνα μὲν πάθη, αἱ δ' οὐσίαι ἐρεῖς ἄλλως. Ἀλλὰ γὰρ καὶ οὕτως οὔπω ἔχομεν ἐπειρᾶσασθαι τῇ οὐσίᾳ, οὐδὲ τὸ κυριώτατον λαβεῖν, ἵν' ἀπὸ τούτου καὶ τὰς ἄλλας. Συγγενεῖς μὲν δὴ οὕτως ἔστωσαν πᾶσαι αἱ λεγόμεναι οὐσίαι, ἔχουσαί τι παρὰ τὰ ἄλλα γένη. Τί ἆρά γε αὐτὸ τοῦτο τὸ τί, καὶ τὸ τόδε, καὶ τὸ ὑποκείμενον, καὶ μὴ ὑποκείμενον, μηδ' ἐν ἄλλῳ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ, μηδ' ὅ ἐστιν ἄλλου ὄν, οἷον λευκὸν, ποιότης σώματος, καὶ ποσὸν οὐσίας, καὶ χρόνος κινήσεώς τι, καὶ κίνησις τοῦ κινουμένου; ἀλλ' ἡ δευτέρα οὐσία, κατ' ἄλλου· ἢ ἄλλον τρόπον τὸ κατ' ἄλλου ἐνταῦθα, ὡς γένος ἐνυπάρχον, καὶ ἐνυπάρχον ὡς μέρος, καὶ τὸ τί ἐκείνου, τὸ δὲ λευκὸν κατ' ἄλλου, ὅτι ἐν ἄλλῳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴδια ἂν τις λέγοι πρὸς τὰ ἄλλα, καὶ διὰ τοῦτο εἰς ἓν οὕτω συνάγοι, καὶ οὐσίας λέγοι, ἓν δέ τι γένος οὐκ ἂν λέγοι, οὐδὲ δηλοῖ πως τὴν ἔννοιαν τῆς οὐσίας καὶ τὴν φύσιν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθα κείσθω· ἐπὶ τὴν τοῦ ποσοῦ δὲ ἰωμεν φύσιν.

III. Verum numquid unum quiddam prædicamentum esse dicendum est, sub quo communiter comprehendamus intelligibilem substantiam, et formam, et materiam, atque compositum? perinde ac si quis Herculidum genus unum aliquid dixerit, non tanquam commune quiddam sit cunctis, sed tanquam ab uno descendant. Primo namque substantia est illa: secundo vero gradu atque minus, reliqua. Verum quidnam prohibet omnia prorsus esse unum prædicamentum? Etenim et reliqua omnia, quæ esse dicuntur, a substantia esse quid prohibet? An forte reliqua quidem passiones quædam ipsius substantiæ sunt, ipsæ vero substantiæ alio quodam pacto deinceps dispositæ sunt? Sed enim nequedum hoc pacto in substantia gradum sistere possumus, neque, quod ejus potissimum sit, accipere, adeo ut ab illo substantias quoque alias capiamus. Proinde cognatæ jam quidem ita sint inter se omnes, quæ substantiæ nominantur, habentes aliquid præter reliqua genera. Quidnam igitur sibi vult hoc ipsum, quod dicitur quid atque hocce, et subjectum, et non subjectum, neque esse in alio velut subjecto, neque id ipsum, quod est, alicujus alterius ita esse, sicut albedo est corporis qualitas, et quantitas essentiæ aliquid? Item motionis tempus, et motio ipsius mobilis aliquid? At vero substantia secunda de alio prædicatur. Sed forsan alio modo hæc de alio dicitur, quam reliqua soleant, videlicet tanquam genus, quod velut pars quædam insit, sitque ad illius, in quo est, substantiam attinens: albedo vero sic de alio prædicatur, ut in alio jaceat. Cetera hæc quidem propria dicet quis ad alia, ideoque ita congregabit in unum, et substantias appellabit. Unum vero quoddam genus non rite dicet, neque notionem et naturam substantiæ declarabit. Sed hæc quidem hic jam finem habeant: ad quantitatis naturam proficiscamur.

Numerus, continuum, locus, tempus, quæ Peripatetici in uno quantitatis genere collocant, non videntur habere unam naturam cunctis æque communem, sed potius in communi quadam serie deinceps disponi per gradus reductos ad quaptitatem primam. Numerus quidem solus videtur esse per se quantus, ipsaque quantitas: in hoc ipsa unitas unitatem deinceps unamquamque definit, ad hunc comparata dimensio, quanta sit, perpenditur: ad dimensionem, locus atque corpus.

Δ'. Ἀριθμὸν δὴ πρῶτον ποσὸν λέγουσι, καὶ τὸ συνεχὲς ἔπαν μέγεθος, καὶ τόπον, καὶ χρόνον, τὰ δ' ἄλλα εἰς ταῦτα ἀναφέρουσιν, ὅσα ποσὰ λέγουσι, καὶ τὴν κίνησιν ποσὸν τῷ τὸν χρόνον, καίτοι ἴσως ἀνάπαλιν τοῦ χρόνου τὸ συνεχὲς παρὰ τῆς κινήσεως λαβόντος. Εἰ μὲν δὴ τὸ συνεχὲς ἢ συνεχὲς ποσὸν φήσουσιν εἶναι, τὸ διωρισμένον οὐκ ἂν εἴη ποσόν· εἰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ συνεχὲς, τί κοινὸν ἀμφοτέροις ἔσται τῷ ποσοῖς εἶναι; τοῖς μὲν γὰρ ἀριθμοῖς τὸ ποσοῖς εἶναι ὑπαρχέτω· καίτοι τοῦτο τὸ λέγεσθαι ποσοῖς ὑπάρχει· οὔπω δὲ, τίς ἡ φύσις, καθ' ὃ λέγεται, δηλοῦται. Ἀλλὰ γραμμή γε καὶ

IV. Numerum profecto primum quantum dicunt, et omnem continuam magnitudinem, locumque et tempus: reliqua vero, quæcumque quanta dicunt, ad hæc omnia referunt. Sic motum quantum esse aiunt, quantum et tempus, quo transigitur: quamvis fortasse vicissim videatur agendum: quippe cum tempus continuitatem a motu suscipiat. Jam vero, si continuum, qua ratione continuum est, quantum esse dixerint, sequetur, quod discretum est, non esse quantum: si autem secundum accidens continuum quantum sit, quid commune ambobus erit in hoc ipso, quod sint quanta? Numeris quidem ipsis id communiter insit, ut quanti sint: tametsi hoc ipsum, quod quanti dicantur, satis constat, nondum tamen constat, quæ potissimum sit ipsa natura, per quam quanti dicuntur: verum

ἐπίπεδον καὶ σῶμα οὐδὲ λέγεται, ἀλλὰ μεγέθη μὲν λέγεται, ποσὰ δὲ οὐ λέγεται, εἴπερ τότε προσλαμβάνει τὸ ποσὸν λέγεσθαι, ὅταν εἰς ἀριθμὸν ἀχθῇ δίπηχυ ἢ τρίπυχυ· ἐπεὶ καὶ τὸ σῶμα τὸ φυσικὸν μετρηθὲν γίγνεται ποσόν τι, καὶ ὁ τόπος κατὰ συμβεβηκὸς, οὐχ ᾗ τόπος. Δεῖ δὲ μὴ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ποσὸν λαμβάνειν, ἀλλὰ τὸ καθ' αὑτὸ, οἷον ποσότητα· ἐπεὶ οὐδὲ τοὺς τρεῖς βοῦς ποσὸν, ἀλλὰ τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἀριθμόν. Βόες γὰρ τρεῖς δύο κατηγορίαι ἤδη. Οὕτως οὖν καὶ γραμμὴ τοσήδε δύο κατηγορίαι, καὶ ἐπιφάνεια τοσήδε δύο, καὶ ἡ ποσότης μὲν αὐτῆς ποσὸν, αὐτὴ δὲ ἡ ἐπιφάνεια διὰ τί ποσόν; περατωθεῖσα γοῦν οἷον τρισὶ γραμμαῖς ἢ τέσσαρσι λέγεται εἶναι ποσόν. Τί οὖν, μόνον τοὺς ἀριθμοὺς φήσομεν ποσόν; ἀλλ' εἰ μὲν τοὺς καθ' αὑτοὺς ἀριθμοὺς, οὐσίαι λέγονται οὗτοι, καὶ μάλιστα τῷ καθ' αὑτοὺς εἶναι. Εἰ δὲ τοὺς ἐν τοῖς μετέχουσιν αὐτῶν, καθ' οὓς ἀριθμοῦμεν, οὐ μονάδας, ἀλλὰ ἵππους δέκα καὶ βοῦς δέκα, πρῶτον μὲν ἄτοπον δόξει εἶναι, εἰ ἐκεῖνοι οὐσίαι, μὴ καὶ τούτους· ἔπειτα δὲ, εἰ μετροῦντες τὰ ὑποκείμενα ἐνυπάρχουσιν ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ μὴ ἔξω ὄντες, ὥσπερ οἱ κανόνες καὶ τὰ μέτρα μετροῦσιν. Ἀλλ' εἰ ἐφ' ἑαυτῶν ὄντες λαμβάνονται εἰς τὸ μετρεῖν, καὶ μὴ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, οὔτε ἐκεῖνα ποσὰ τὰ ὑποκείμενα, μὴ μετέχοντα ποσότητος. Αὐτοί τε διὰ τί ποσόν; μέτρα γάρ. Τὰ δὲ μέτρα διὰ τί ποσὰ ἢ ποσότης; ἢ ὅτι ἐν τοῖς οὖσιν ὄντες, εἰ μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων ἁρμόττουσι, τοῦτο, ὃ λέγονται, ἔσονται, καὶ ἐν τῇ λεγομένῃ ποσότητι κείσονται. Καὶ γὰρ ἡ μονὰς αὐτῶν ὁρίζει ἕν, εἶτ' ἔπεισι καὶ ἐπ' ἄλλο, καὶ ὁ ἀριθμὸς ὅσα μηνύει, καὶ μετρεῖ τὸ πλῆθος ἡ ψυχὴ προσχρωμένη. Μετροῦσα οὖν οὐ τὸ τί ἐστι μετρεῖ, ἓν γὰρ λέγει καὶ δύο, κἂν ὁποιαοῦν καὶ ἐναντία ᾖ, ἀλλ' οὐδὲ ἥντινα διάθεσιν ἔχει, οἷον θερμὸν, ἢ καλὸν, ἀλλ' ὅσα τοῦ ποσοῦ. Ἆρα εἴτε καθ' αὑτὸ, εἴτ' ἐν τοῖς μετέχουσι θεωροῖτο αὐτὸς, οὐ τὰ μετέχοντα, οὐ τὸ τρίπηχυ τοίνυν, ἀλλὰ τὰ τρία. Διὰ τί οὖν καὶ τὰ μεγέθη; ἆρα ὅτι ἐγγὺς τοῦ ποσοῦ, καὶ οἷς ἂν ἐγγίγνηται, ποσὰ αὐτὰ λέγομεν, οὐ τῷ κυρίως ποσῷ, ἀλλὰ μέγα λέγομεν, ὥσπερ πολλοῦ μετέχον ἀριθμοῦ, καὶ μικρὸν, ὅτι ὀλίγου; Ἀλλὰ τὸ μέγα αὐτὸ καὶ τὸ μικρὸν οὐκ ἀξιοῦται ποσὰ εἶναι, ἀλλὰ πρός τι· ἀλλ' ὅμως πρός τι λέγουσι, καθ' ὅσον ποσὰ δοκεῖ εἶναι. Σκεπτέον δὲ ἀκριβέστερον. Ἔσται τοίνυν οὐχ ἕν τι γένος ἄλλο ἀριθμὸς μόνος, τὰ δὲ δευτέρως· οὐ κυρίως τοίνυν ἓν γένος, ἀλλὰ κατηγορία μία, συνάγουσα καὶ τὰ ἐγγὺς πρὸς τὰ πρώτως καὶ δευτέρως. Ἡμῖν δὲ ζητητέον, πῶς οἱ καθ' αὑτοὺς ἀριθμοὶ οὐσίαι, ἢ καὶ αὐτοὶ ποσόν τι; ὁποτέρως δ' ἂν ἔχωσιν, οὐκ ἂν κοινόν τι ἔχοιεν πρὸς τούτους ἐκεῖνοι, ἀλλ' ἢ ὄνομα μόνον.

linea et superficies et corpus non ita dicuntur, sed magnitudines dicuntur quidem, quanta vero nequaquam. Siquidem tunc demum assequuntur, ut quanta dicantur, quando ad numerum rediguntur, per quem bicubitum tricubitumve perenditur : quoniam et corpus naturale, cum redigitur ad mensuram, quantum quiddam jam evadit, atque locus per accidens, non qua locus, est quantus. Oportet autem non secundum accidens quantum accipere, sed quod quantum sit per se ipsum, ipsam scilicet quantitatem. Quoniam neque tres boves velut quantum admittere decet, sed ipsum, qui in eis est, numerum. Boves enim tres duo prædicamenta jam sunt. Sic et linea tanta prædicamenta duo. Tanta quinetiam superficies similiter duo quædam prædicamenta, et quantitas quidem superficiei, ipsum quantum est : ipsa vero superficies cur nam sit quantum? Quam ob rem, cum jam determinata est velut tribus lineis aut quatuor, quantum esse censetur. Quid ergo? solosne numeros esse quantum ipsum asseverabimus? Verum, si numeros seorsum per se exsistentes ad id admittimus, hi certe substantiæ judicantur : præsertim quia secundum se ipsos exsistant. Si autem numeros acceperimus, qui suis participantibus insunt, secundum quos numeramus, non quidem unitates, sed decem equos, decemque boves : primo quidem absurdum esse videbitur, si illi substantiæ sunt, non hos quoque substantias esse : deinde rursus absurdum, si, metientes subjecta, eis insint, neque extra sic exsistant, dum metiuntur, quemadmodum regulæ quædam atque mensuræ, quando metiri videntur. At si, in se ipsis interim exsistentes, ad metiendum accipiantur, neque tanquam subjectis alicubi inhærentes, nimirum neque illa sunt quanta, quæ subjecta sunt, cum per se non participent quantitatem. Ipsi vero cur nam quantum esse censentur? mensuræ enim sunt. Mensuræ vero cur quanta sunt, vel quantitas? An forsan, quia, in rerum ordine exsistentes, etiamsi nulli aliorum naturæ accommodentur, hoc ipsum tamen, quod dicuntur, erunt, atque in ea, quæ quantitas dicitur, locabuntur? Etenim unitas ipsa eorum determinat unum : deinde se conferi ad aliud, et numerus, quanta sint, ibi designat, et anima utens numero multitudinem ipsa metitur. Dum ergo metitur, non, quid sit unumquodque, mensurat : unum namque dicit et duo, qualiacumque sint illa, etiam si contraria sint : neque rursus, qualem res quoque affectionem habeat, velut num calida pulchrave sit; sed quoad quantum proprie spectat. Quam ob rem, sive secundum se ipsum, sive in participantibus numerus assumatur, non participantia quantum sunt, sed ipse. Neque igitur tricubitum erit quantum, sed tria potius hoc ipsum erunt. Si ita est, cur nam magnitudines quoque quantæ dicuntur? An forte, quia ipsi quanto sunt proxima, et, quibuscumque adsunt, ea quanta dicimus? tametsi non ipso principali quanto sic illa perpendimus. Sed magnum quidem dicimus, tanquam multi numeri particeps : parvum vero, quoniam pauci sit particeps numeri. Verumtamen magnum ipsum atque parvum non censentur esse quanta proprie, sed ad aliquid : sed tamen ad aliquid aiunt, qualenus quanta esse videntur. Considerandum vero est de his insuper diligentius. Non igitur erit unum aliquod genus aliud solus numerus : hæc autem secundo loco. Non ergo principaliter genus unum, sed unum prædicamentum, congregans quoque propinqua inter se quodammodo, et quæ primo et quæ secundo loco se habent. Nobis autem investigandum est, quomodo numeri, qui secundum se ipsos exsistunt, substantiæ sint : an forte et ipsi quantum quiddam sint. Utro autem modo se habeant, non unum aliquid commune illi cum his habebunt, nisi forte duntaxat nomen.

Ipsa quantitas est, quæ non per aliud quanta fit, sed per quam cetera fiunt quanta. Sermo igitur et motus et tempus cum numeris non habeant, non sunt quantitas, nec etiam in sua formali ratione quantitatem includunt, quamvis quantitatis participia fiant.

Ε'. Ὁ δὲ λόγος καὶ ὁ χρόνος καὶ ἡ κίνησις, πῶς; πρῶτον δὲ περὶ τοῦ λόγου, εἰ βούλει· μετρεῖται μὲν

V. Proinde sermo, et tempus, et motus quomodo se habent ad quantum? Primum vero de sermone, si placet

γάρ. Ἀλλὰ λόγος ὢν τοσόνδε ἐστίν· ἡ δὲ λόγος, οὐ τοσόν· σημαντικὸν γάρ, ὥσπερ τὸ ὄνομα καὶ τὸ ῥῆμα· ὕλη δ' αὐτοῦ ὁ ἀήρ, ὥσπερ καὶ τούτων, καὶ γὰρ σύγκειται ἐξ αὐτῶν. Ἡ δὲ πληγὴ μᾶλλον ὁ λόγος, καὶ οὐχ ἡ πληγὴ ἁπλῶς, ἀλλ' ἡ τύπωσις ἡ γιγνομένη, ὥσπερ μορφοῦσα· μᾶλλον οὖν ποίησις, καὶ ποίησις σημαντική. Τὴν δὴ κίνησιν ταύτην καὶ τὴν πληγὴν ποίησιν μᾶλλον ἂν εὐλόγως τις θεῖτο, τὴν δὲ ἀντικειμένως, πάθος, ἢ ἑκάστην ἄλλου μὲν ποίησιν, ἄλλου δὲ πάθος, ἢ ποίησιν εἰς τὸ ὑποκείμενον, πάθημα δ' ἐν τῷ ὑποκειμένῳ. Εἰ δὲ μὴ κατὰ τὴν πληγὴν ἡ φωνή, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀέρα, δύο ἂν εἴη καὶ οὐ μία ἡ κατηγορία ἐκ τῆς σημαντικῆς εἰς συσσημαντικὸν ἐκείνης τῆς κατηγορίας. Ὁ δὲ χρόνος εἰ μὲν κατὰ τὸ μετροῦν λαμβάνοιτο, τί ποτε τὸ μετροῦν ληπτέον; ἢ γὰρ ψυχὴ ἢ τὸ νῦν. Εἰ δὲ κατὰ τὸ μετρούμενον, κατὰ μὲν τὸ τοσόνδε εἶναι, οἷον ἐνιαύσιος, ἔστω ποσόν, κατὰ μέντοι τὸ χρόνος εἶναι, φύσις τις ἄλλη. Τὸ γὰρ τοσόνδε ἄλλο ὂν τοσόνδε ἐστίν· οὐ γὰρ δὴ ποσότης ὁ χρόνος, ἡ δὲ ποσότης οὐκ ἐφαπτομένη ἄλλου· αὐτὸ τοῦτο ἂν εἴη τὸ κυρίως ποσόν. Εἰ δὲ τὰ μετέχοντα πάντα τοῦ ποσοῦ ποσὰ θεῖτο, καὶ ἡ οὐσία ἔσται τὸ αὐτὸ καὶ ποσόν. Τὸ δὲ ἴσον καὶ ἄνισον ἴδιον εἶναι τοῦ ποσοῦ ἐπ' αὐτοῦ ληπτέον, οὐ τῶν μετεχόντων, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, οὐχ ἢ αὐτὰ ἐκεῖνα, ὥσπερ ὁ τρίπηχυς ποσός, συνῃρημένος καὶ οὗτος οὐκ εἰς γένος ἕν, ἀλλ' ὑφ' ἓν καὶ μίαν κατηγορίαν.

interrogemus : mensuratur enim. At sermo quidem exsistens tantus est : sed qua ratione sermo est, non est quantum : vim namque significandi habet sicut nomen atque verbum. Materia vero ejus est aer, sicut nominis atque verbi, ex quibus sermo componitur. At verberatio ipsa potius sermo est, neque simpliciter verberatio, sed figuratio quædam facta velut formans : actio itaque potius, actio, inquam, significatrix. Motionem utique verberationemque hujusmodi rectius aliquis actionem asseverabit : opposito vero se modo habentem esse asseret passionem, vel unamquamque dicet alterius quidem actionem, alterius vero potius passionem : aut actionem in subjectum, passionem denique in subjecto. Si autem non secundum verberationem vox, sed secundum aerem videatur accipienda, duo jam erunt, neque unum prædicamentum, aliquid scilicet ex significante verberatione collectum consignificans illud prædicamentum. Post hæc tempus si secundum ipsum mensurans accipiatur, quærendum erit, quid putandum sit esse mensurans : aut enim animus, aut momentum hic metiri videtur. Si autem tempus secundum ipsum mensuratum accipiatur, esto quantum ipsum, qua ratione proprie tantum est, velut annuum : sed qua tempus est, natura quædam est diversa. Quod enim tantum est, aliud quidem exsistens, est interea tantum : non enim tempus est quantitas. Quantitas autem, etiamsi non attingat aliud, hoc tamen ipso, quod est simpliciter, est præcipue quantum. Si quis autem, quæcumque quanti participia sunt, quanta proprie asserat, sequetur statim, substantiam et quantum idem prorsus exsistere. Præterea, quod dicitur æquale et inæquale proprium esse quanti, in hoc ipso proprie accipiendum est, non tamen in his, quæ participant, nisi forte per accidens quispiam id adsumpserit, videlicet non qua ratione illa ipsa sunt : quemadmodum tricubitum quantum dicitur quasi collectum, neque tamen in genus unum, sed in aliud quiddam unum, atque unum quoddam prædicamentum.

Ambigit contra Peripateticos : utrum omnia, quæ ipsi collocant in prædicamento relationis, in una natura generica univocaque conveniant.

Aut in nonnullis, quæ invicem relative dicuntur, præter ipsa subjecta fieri inter se aliquid aliud, scilicet actum motumque aliquem, ut, inter scientem et scitum, agens et patiens. In plerisque vero videri nihil ultra subjecta aliud fieri vel exstare, præter cogitationem nostram illa invicem comparantem, ut simile ad simile, æquale ad æquale. Denique non putat, relativa hæc et illa, atque ipsa simpliciter relativa in eadem natura congruere.

Ϛ'. Τὸ δὲ πρός τι οὕτως ἐπισκεπτέον. Εἴ τις κοινότης γενικὴ ἐν αὐτῷ ὑπάρχει, ἢ ἄλλον τρόπον εἰς ἕν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τούτου, εἰ ὑπόστασίς τις ἢ σχέσις ἐστὶν αὕτη, ὥσπερ ὁ δεξιὸς καὶ ὁ ἀριστερὸς καὶ τὸ διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ, ἢ ἐπὶ μὲν τῶν ἔστιν ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ὑστερον λεχθέντος, ἐπὶ δὲ τοῦ πρότερον λεχθέντος οὐδὲ μία, ἢ οὐδαμοῦ τοῦτο. Τί δὴ ἐπὶ διπλασίου καὶ ἡμίσεος, καὶ ὅλως ὑπερέχοντος καὶ ὑπερεχομένου, καὶ τοῦ ἕξεως καὶ διαθέσεως, ἀνακλίσεως, καθίσεως, στάσεως, καὶ αὖ πατρὸς, υἱέος, δεσπότου, δούλου, καὶ πάλιν ὁμοίου, ἀνομοίου, ἴσου, ἀνίσου, ποιητικοῦ τε αὖ καὶ παθητικοῦ, καὶ μέτρου, καὶ μετρουμένου; καὶ ἐπιστήμη, καὶ αἴσθησις, ἡ μὲν πρὸς ἐπιστητὸν, ἡ δὲ πρὸς αἰσθητόν. Ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη ἔχοι ἂν πρὸς ἐπιστητὸν μίαν τινὰ κατ' ἐνέργειαν ὑπόστασιν πρὸς τὸ τοῦ ἐπιστητοῦ εἶδος, καὶ ἡ αἴσθησις πρὸς αἰσθητὸν ὡσαύτως, τό τε ποιητικὸν πρὸς τὸ παθητικὸν, κἂν ἔργον ἐν ἀπεργάσαιτο, καὶ τὸ μέτρον πρὸς τὸ μετρούμενον τὴν μέτρησιν. Ὅμοιον δὲ πρὸς ὅμοιον τί ἂν ἔχοι ἀπογεννώμενον; ἢ οὐκ ἀπογεννώμενον, ἀλλὰ ὑπάρχον, τὴν ταυτότητα τὴν ἐν τῷ ποιῷ. Ἀλλὰ παρὰ τὸ ἑκάτερον ποιὸν οὐδὲν, οὐδὲ τὰ ἴσα· τὸ γὰρ ταὐτὸν

VI. Post hæc autem de prædicamento relationis videtur considerandum. Si qua videlicet communio generica sit in ipso, vel alio quodam pacto ad unum quiddam communio redigens : et de hoc ipso in primis, utrum hæc ipsa proprie sit subsistentia sive habitudo quædam, quemadmodum dexter atque sinister, et duplum atque dimidium : vel in quibusdam quidem hæc ipsa sit, sicut in eo, quod posterius modo dicebam : in eo autem, quod dicebam prius, nulla prorsus exsistat, vel potius exsistat nusquam. Quid enim exsistit in duplo atque dimidio? item in superante atque superato? rursus in habitu, dispositione, accubitu, sessione, patre quoque et filio, domino, servo : simili rursus atque dissimili, æquali inæquali, agente patiente, mensura mensurato, scientia denique atque sensu? Scientia enim ad ipsum, quod sciendum est, dicitur ; similiter sensus ad sentiendum : nempe scientia quidem habere potest ad ipsum, quod scibile dicitur, unam quandam subsistentiam secundum actum erga ipsam rei scibilis speciem, sensus quoque similiter ad sensibile. Præterea quod activum dicitur ad passivum, sic ferme se habet, et opus unum efficere potest, et mensura ad mensuratum mensurationem agit. Simile vero adversus simile quidnam habet tunc effectum? An forte non habet, quod tunc fiat, sed quod jam exsistat, ipsam videlicet in qualitate identitatem? Verumtamen, præter qualitatem in utroque jacentem, nihil adhibet : similiter nec æqualia. Identitas enim

ἐν τῷ ποσῷ προϋπάρχει πρὸ τῆς σχέσεως· ἡ δὲ σχέσις τί ἄλλο, ἢ ἡμετέρα κρίσις, παραβαλλόντων τὰ ἐφ' ἑαυτῶν ὄντα, ἅ ἐστι, καὶ λεγόντων, Τοῦτο καὶ τοῦτο τὸ αὐτὸ μέγεθος ἔχει καὶ τὴν αὐτὴν ποιότητα, καὶ Οὗτος πεποίηκε τοῦτον, καὶ οὗτος κρατεῖ τούτου. Κάθισίς τε καὶ στάσις παρὰ τὸ καθήμενον καὶ ἑστηκὸς τί ἂν εἴη; ἡ δὲ ἕξις καὶ διάθεσις, ἡ μὲν κατὰ τὸ ἔχον λεγομένη, ἔχειν ἂν μᾶλλον σημαίνοι, ἡ δὲ κατὰ τὸ ἐχόμενον ποιὸν ἂν εἴη· καὶ ἐπὶ διαθέσεως ὡσαύτως. Τί οὖν ἂν εἴη παρὰ ταῦτα τὰ πρὸς ἄλληλα, ἢ ἡμῶν τὴν παράθεσιν νοούντων; τὸ δ' ὑπερέχον τὸ μὲν τοσόνδε μέγεθος, τὸ δὲ τοσόνδε· ἄλλο δὲ τόδε, τὸ δὲ ἄλλο· ἡ δὲ παραβολὴ παρ' ἡμῶν, οὐκ ἐν αὐτοῖς· ὁ δὲ δεξιὸς πρὸς ἀριστερὸν, καὶ ἔμπροσθεν, καὶ ὄπισθεν, μᾶλλον ἂν ἴσως ἐν τῷ κεῖσθαι, ὁ μὲν ὧδὶ, ὁ δὲ ὡδί. Ἡμεῖς δὲ τὸ δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερὸν ἐνοήσαμεν, ἐν δὲ αὐτοῖς οὐδέν. Τό τε πρότερον καὶ ὕστερον χρόνοι δύο· τὸ δὲ πρότερον καὶ ὕστερον ἡμεῖς ὡσαύτως.

in ipso quanto mutuam habitudinem antecedit: habitudo vero quidnam aliud est, præter animi nostri judicium? dum videlicet comparamus, quæ in se ipsis exsistunt id, quod sunt, dicimusque, Hoc atque hoc magnitudinem eandem habent, eandemque qualitatem: item Hic progenuit illum, hic superat illum. Sessio quoque et status præter ipsum sedentem, atque stantem quidnam aliud habet? Habitus autem, qui secundum id, quod habet, dicitur, habere ipsum potius videtur significare: qui autem secundum id, quod habetur, quale quiddam potius est dicendum. Eadem de dispositione ratio est. Quidnam igitur præter hæc erunt, quæ invicem referuntur? quid ultra comparationem quandam nostra intelligentia factam? Præterea, quando superans refertur ad superatum, hæc quidem tanta magnitudo est, illa vero tanta. At hoc aliud, illud vero aliud: sed comparatio apud nos est, nec est in eis. Item ubi dexter ad sinistrum, et anterior ad posteriorem, præstat forsan hæc in situ quodam consistere, prout ille quidem hic est, ille vero ibi. Nos autem dextrum et sinistrum excogitavimus: at in ipsis est nihil. Item, quod prius dicitur et posterius, revera duo sunt tempora: sed quod prius et posterius nominatur, item in nostro est judicio positum.

Concedit tandem in omnibus, quæ invicem relative dicuntur, esse veram aliquam et mutuam habitudinem, et præter nostræ comparationis effectum, quamvis alicubi sit firmior, infirmior alibi. Sed valde obscurum esse dicit, quidnam sit hæc habitudo communis, et naturam univocam esse diffidit.

Concedit, relationem esse proprie nonnihil, cujus exsistentia, si qua est, in ipsa mutua rerum habitudine consistat, ut in habitudine bicubiti ad cubitale consistit relatio dupli ad dimidium, et vicissim.

Ζ'. Εἰ μὲν οὖν οὐδὲν λέγομεν, ἀλλὰ λέγοντες ψευδόμεθα, οὐδὲν ἂν εἴη τούτων, ἀλλὰ κενὸν ἡ σχέσις· εἰ δ' ἀληθεύομεν λέγοντες πρότερος ὅδε τοῦδε, ὁ δ' ὕστερος, χρόνους δύο παραβάλλοντες, ἕτερα παρὰ τὰ ὑποκείμενα αὐτῶν λέγοντες τὸ πρότερον, καὶ ἐπὶ δεξιοῦ καὶ ἐπὶ ἀριστεροῦ ὡσαύτως, καὶ ἐπὶ μεγεθῶν παρὰ τὸ ποσὸν αὐτῶν τὴν σχέσιν, καθὸ τὸ μὲν ὑπερβάλλει, τὸ δ' ὑπερβάλλεται. Εἰ δὲ καὶ μὴ λεγόντων ἡμῶν μηδὲ νοούντων ἔστιν οὕτως, ὥστε διπλάσιον εἶναι τόδε τοῦδε, καὶ ἔχει, τὸ δ' ἔχεται, καὶ πρὶν ἡμᾶς ἐπιστῆσαι, καὶ ἴσα πρὸ ἡμῶν πρὸς ἄλληλα, καὶ ἐπὶ τοῦ ποιὰ εἶναι ἔστιν ἐν ταὐτότητι τῇ πρὸς ἄλληλα, καὶ ἐπὶ πάντων, ὧν λέγομεν πρός τι, μετὰ τὰ ὑποκείμενα, ἔστι πρὸς ἄλληλα ἡ σχέσις· ἡμεῖς δὲ οὖσαν θεωροῦμεν, καὶ ἡ γνῶσις πρὸς τὸ γινωσκόμενον, οὗ δὴ καὶ φανερώτερον τὸ τῆς ὑποστάσεως, τὸ ἐκ τῆς σχέσεως· παυστέον μὲν τὸ ζητεῖν εἰ ἔστι σχέσις· ἐπισημηναμένους δὲ, ὅτι τῶν τοιούτων ἐπὶ μὲν τῶν, ἕως μένει τὰ ὑποκείμενα, ὅπως ἔχει, κἂν χωρὶς γένηται, ὑπάρχει ἡ σχέσις· ἐπὶ δὲ τῶν, ὅταν συνέλθῃ, γίγνεται· ἐπὶ δὲ τῶν καὶ μενόντων παύεται ἡ σχέσις ἢ ὅλως, ἢ ἄλλη γίγνεται, οἷον ἐπὶ δεξιοῦ καὶ πλησίον, ἐξ ὧν καὶ μάλιστα ἡ ὑπόνοια τοῦ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις. Τοῦτο οὖν ἐπισημηναμένους χρὴ ζητεῖν τί ταὐτὸν ἐν πᾶσι, καὶ εἰ ὡς γένος, ἀλλὰ μὴ συμβεβηκός· εἶτα, εὑρεθὲν τὸ ταὐτὸν ποίαν ὑπόστασιν ἔχει. Λεκτέον δὴ τὸ πρός τι, οὐκ εἴ τι ἁπλῶς ἑτέρου λέγεται, οἷον ἕξις ψυχῆς ἢ σώματος, οὐδ' ὅτι ψυχὴ τοῦδε ἐστὶν, ἢ ἐν ἑτέρῳ, ἀλλ' οἷς ἡ ὑπόστασις οὐδαμόθεν ἢ ἐκ τῆς σχέσεως παραγίνεται· ὑπόστασις δὲ οὐχ ἡ τῶν ὑποκειμένων, ἀλλ' ἢ πρός τι λέγεται, οἷον τὸ διπλάσιον πρὸς ἥμισυ τὴν ὑπόστασιν δίδωσιν,

VII. Si igitur nihil dicimus, sed dicendo mentimur, nihil utique horum erit, sed habitudo vanum quiddam: sin autem vere loquimur, quando dicimus, Hic prior est illo, ille vero posterior, duo inter se tempora comparantes, aliud quiddam, præter subjecta, intelligimus esse ipsum prius ac posterius. Similiter de dextro atque sinistro, et circa magnitudines præter ipsum earum quantum habitudinem quandam esse volumus, quatenus hoc quidem superat, superatur illud. Jam vero si nobis etiam nihil dicentibus, nihil intelligentibus, ita se res habet, ut hoc duplum sit ad illud, hoc habeat, illud habeatur, antequam nos id advertamus, et æqualia inter se sint ante cognitionem nostram, et quantum ad qualitatem spectat, mutuam unionem habeant, et in omnibus, quæ ad aliquid referri dicimus, præter subjecta mutua quædam habitudo consistat, quam nos jam exsistentem animadvertimus, similiterque se habeat cognitio ad rem cognoscendam: qua quidem in re etiam manifestius est, esse quandam ex habitudine subsistentiam: si hæc, inquam, ita se habent, non est ulterius inquirendum, utrum in his habitudo quædam exsistat nec ne: sed concedendum ex talium numero, in aliis quidem, quamdiu manent subjecta, in se ipsis, quomodo se habebant, quamvis inter se interim separentur, habitudinem ipsam perseverare: in aliis autem, quando congrediuntur, habitudinem fieri: in aliis iterum etiam manentibus desinere habitudinem vel omnino, vel aliam fieri: quemadmodum in dextro accidit [et sinistro], atque propinquo: ex quibus potissimum orta suspicio est, in talibus nihil exsistere. Hoc itaque concesso perscrutandum est, quidnam sit in omnibus idem, et numquid sit illud commune ipsum tanquam genus, non autem accidens. Deinde, postquam in his idem aliquid inventum fuerit, indagandum est, quam habeat subsistentiam. Jam vero dicendum est aliquid relativum (quod et ad aliquid proferunt), non si simpliciter dicatur alterius, velut aliquis animæ vel corporis habitus, neque perinde atque ex eo, quod anima alicujus sit, vel in aliquo: sed illa proprie dicenda sunt talia, quibus subsistentia sua non aliunde, quam ex habitudine, nascitur. Subsistentiam vero hanc dico, non quæ subjectorum sit, sed quæ ad aliquid proprie dicitur, quemadmodum duplum ad dimidium subsistentiam tradit, neque tamen bicubito vel omnino duobus, neque cubit.

οὔτε τῷ διπήχει, ἢ ὅλως δυσὶν, οὔτε τῷ πηχυαίῳ, ἢ ὅλως ἑνί. Ἀλλὰ τούτων ὄντων κατὰ τὴν σχέσιν αὐτῶν πρὸς τὸ δύο, τὸ δὲ ἓν εἶναι, ἔσχε τὸ μὲν διπλάσιον λέγεσθαί τε καὶ εἶναι, τὸ δὲ ἓν ἥμισυ ἔσχεν αὐτό· συνεγέννησαν οὖν ἄμφω ἐξ αὐτῶν ἄλλο εἶναι διπλάσιον καὶ ἥμισυ, ἃ πρὸς ἄλληλα ἐγεννήθη, καὶ τὸ εἶναι οὐκ ἄλλο τι, ἢ τὸ ἀλλήλοις εἶναι· τῷ μὲν διπλασίῳ παρὰ τοῦ ὑπερέχειν τὸ ἥμισυ, τῷ δὲ ἡμίσει παρὰ τοῦ ὑπερέχεσθαι. Ὥστε οὐκ ἔστι τὸ μὲν αὐτῶν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον, ἀλλ' ἅμα ὑφίστανται· εἰ δὲ καὶ ἅμα μένει, ἢ ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ τῶν παραπλησίων πατρὸς ἐκπεσόντος υἱός ἐστι, καὶ ἀδελφοῦ, ἀδελφὸς, ἐπεὶ καὶ τὸ ὁμοίως οὕτως τῷ τεθνηκότι λέγομεν.

vel prorsus uni: sed his exsistentibus, illico secundum eorum habitudinem, præter id, quod hoc quidem est duo, illud autem unum, ipsum quidem duo, consequitur, ut duplum dicatur et sit, ipsum vero unum assequitur, ut dimidium sit vicissim, atque dicatur. Ambo igitur una conficiunt, ex se ipsis aliud esse duplum atque dimidium: quæ quidem ad se invicem facta sunt, eorumque esse nihil aliud est, quam ad se invicem esse. Duplo quidem esse inest, ex eo, quod excedat dimidium: dimidio autem, ex eo, quod excedatur. Quapropter non est aliud quidem illorum prius, aliud vero posterius, sed ambo simul subsistunt. Quæri præterea posset, numquid et reliqua simul exsistant, an quædam potius non simul sint, sicut de patre filioque accidit atque similibus. Nam postquam decessit pater, filius superest: et obeunte fratre, restat frater: quandoquidem etiam solemus dicere, hunc aut illum similem esse defuncto.

Communis descriptio relationis est mutua duorum habitudo. Sed hæc in differentibus relativis tam diversa est, ut non sit univoca. Inter aliqua relativa una cum habitudine est actio quædam, ut inter generantem atque genitum: alicubi nulla, ut inter similia et æqualia.

Η'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρεξέβημεν· ἐκεῖθεν δὲ ζητητέον τὸ διὰ τί ἐπὶ τούτων οὐχ ὁμοίως; ἀλλὰ τὸ εἶναι τοῦτο τὸ παρ' ἀλλήλων τίνα ἔχει κοινὴν τὴν ὑπόστασιν εἰπάτωσαν; σῶμα μὲν οὖν τι τοῦτο τὸ κοινὸν οὐκ ἂν εἴη. Λείπεται δὲ, εἴπερ ἐστὶν, ἀσώματον, καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς ἢ ἔξωθεν· καὶ εἰ μὲν ἡ αὐτὴ σχέσις, συνώνυμος, εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἄλλη ἄλλων, ὁμώνυμος· οὐ γὰρ δὴ, ὅτι σχέσις λέγεται, καὶ τὴν οὐσίαν τὴν αὐτὴν ἂν ἔχοι. Ἆρ' οὖν τὰς σχέσεις ταύτῃ διαιρετέον, ἢ τὰ μὲν ἔχει ἀργὸν τὴν σχέσιν, οἷον κειμένην θεωρεῖν, καὶ ἅμα πάντῃ ἡ ὑπόστασις, τὰ δὲ μετὰ δυνάμεως καὶ ἔργου, ἢ ἀεί πως τὴν σχέσιν, καὶ εἶχε καὶ πρὸ τοῦ τὴν ἑτοιμότητα, ἐν δὲ τῇ συνόδῳ καὶ ἐνεργείᾳ ὑπέστη; Ἢ καὶ ὅλως τὰ μὲν πεποίηκε, τὰ δ' ὑπέστη, καὶ τὸ ὑποστὰν ὄνομα μόνον παρέσχε τῷ ἑτέρῳ, τὸ δὲ τὴν ὑπόστασιν· τοιοῦτον γὰρ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός· καὶ τὸ ποιητικὸν δὲ καὶ τὸ παθητικὸν ἔχει τινὰ οἷον ζωὴν καὶ ἐνέργειαν. Ἆρ' οὖν ταύτῃ διαιρετέον τὴν σχέσιν, καὶ διαιρετέον οὐχ ὡς ταὐτόν τι καὶ κοινὸν ἐν διαφοραῖς, ἀλλ' ὅλως ὡς ἑτέραν φύσιν τὴν σχέσιν ἐν ἑκατέρῳ, καὶ λεκτέον ὁμώνυμον τὴν μὲν ποιοῦσαν ποίησιν καὶ πάθησιν, ὡς μίαν ἄμφω, τὴν δὲ οὐ ποιοῦσαν, ἀλλ' ἐπ' ἀμφοῖν τὸ ποιοῦν, ἄλλο, οἷον ἰσότητα, τὴν τὰ ἴσα; ἰσότητι γὰρ ἴσα, καὶ ὅλως ταὐτότητί τινι ταὐτά· τὸ δὲ μέγα καὶ μικρὸν, τὸ μὲν μεγέθους παρουσία, τὸ δὲ μικρότητος· ὅταν δὲ τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δὲ μικρότερον, οἱ μὲν μεταλαβόντες ὁ μὲν μείζων, ἐνεργείᾳ φανέντος τοῦ ἐν αὐτῷ μεγέθους, ὁ δὲ μικρὸς, τῆς σμικρότητος.

VIII. Ceterum ad hæc quodammodo digressi sumus: inde vero in primis quærendum est, quam ob causam hæc se dissimiliter habeant. Sed jam igitur hoc ipsum, quod dicitur ad se invicem esse, declarare debent, quam communem habeat exsistentiam. Profecto id ipsum commune non potest esse corpus. Consequens est igitur, si modo est, incorporeum esse: et id quidem vel in ipsis esse subjectis vel extra: ac si eadem sit habitudo, univocam esse: sin minus, sed alia aliorum, esse æquivocam judicandam. Non enim ex eo, quod dicitur habitudo, statim eandem habet essentiam. Num igitur habitudines ita partiri debemus? dicentes videlicet, alia quidem habere habitudinem otiosam, quasi jacentem, si contempleris, atque simul omnino subsistentiam inter se habere: alia vero una cum potentia simul et opere semper quodammodo habitudinem possidere, et antea quidem paratam potentiam habuisse, deinde in congressu etiam actu subsistere? An vero summatim ita dicendum, alia quidem efficere, alia vero subsistere? atque, quod subsistit, nomen solum alteri exhibere; at illud, quod efficit, etiam subsistentiam alteri tradere? Tale utique est pater et filius, agens et patiens. Habent enim hæc quandam velut vitam et actionem. Num igitur ita habitudinem distinguere decet: dividere, inquam, non tanquam idem in differentiis aliquid et commune, sed omnino, tanquam habitudo in utroque altera sit natura, quam dicere æquivocam debeamus: et illam quidem, quæ efficit, nominare actionem et passionem, quasi utraque una sit motio? aliam vero ponere, quæ non faciat ipsa, sed aliud quiddam sit in ambobus efficiens, velut æqualitas, quæ æqualia faciat? Æqualitate enim æqualia fiunt, et omnino identitate quadam fiunt eadem. Ubi autem magnum dicitur atque parvum, illud præsentia magnitudinis, hoc vicissim parvitatis præsentia sic appellatur. Sed ubi hoc majus perpenditur, illud minus, quantum ad illos, qui participant, ita censetur: major quidem actu jam apparente, quæ in ipso est, magnitudine; minor autem parvitate sic apparente.

Relatio est nonnihil incorporeum et ratio quædam, quæ consistit vel in actione, ut inter movens ac motum, vel in specie, ut hic pulchrior illo, vel in privatione speciei, ut turpior illo. Aliquando in specie eadem, ut similia et æqualia: aliquando in oppositis speciebus, ut dissimilia et inæqualia. Difficile est in eodem genere collocare rationes adeo diversas, item habitus et privationes eorum, item abstracta et concreta.

Θ'. Χρὴ οὖν ἐπὶ μὲν τῶν πρόσθεν εἰρημένων, οἷον ποιοῦντος καὶ ἐπιστήμης, ἐνεργῇ τὴν σχέσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ λόγον τίθεσθαι, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων εἴδους καὶ λόγου μεταλήψιν εἶναι. Καὶ γὰρ, εἰ μὲν σώματα ἔδει τὰ ὄντα εἶναι, οὐδὲν ἔδει λέγειν εἶναι ταύτας τὰς τοῦ πρός τι λεγομένας σχέσεις. Εἰ

IX. Igitur operæ pretium est in illis quidem, quæ prius narrabamus, velut in efficiente atque scientia, habitudinem ponere certam et efficacem, atque actum, in actuque rationem, in reliquis autem participationem quandam speciei rationisque asserere. Etenim, si oporteret res omnes esse tantum corpora, deceret dicere, habitudines ejusmodi, quæ invicem relative dicuntur, nihil esse. Si autem rebus

δὲ καὶ ἀσωμάτοις δίδομεν τὴν κυρίαν χώραν καὶ τοῖς λόγοις, λόγους λέγοντες τὰς σχέσεις καὶ εἰδῶν μεταλήψεις αἰτίας· τοῦ γὰρ διπλάσιον εἶναι, τὸ διπλάσιον αὐτὸ αἴτιον, τῷ δέ, τὸ ἥμισυ, καὶ τὰ μὲν τῷ αὐτῷ εἴδει, τὰ δὲ τοῖς ἀντικειμένοις εἶναι, ἃ λέγεται· ἅμα οὖν τῷδε μὲν προσῆλθε τὸ διπλάσιον, ἄλλῳ δὲ τὸ ἥμισυ, καὶ τῷδε μὲν τὸ μέγεθος, τῷδε δὲ ἡ σμικρότης, ἢ ἀμφότερά ἐστιν ἐν ἑκάστῳ, καὶ ὁμοιότης, καὶ ἀνομοιότης, καὶ ὅλως ταὐτὸν καὶ θάτερον, διὸ καὶ ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον τὸ αὐτὸ καὶ ταὐτὸν καὶ θάτερον. Τί οὖν, εἰ ὁ μὲν αἰσχρὸς, ὁ δὲ αἰσχίων; εἴδους τοῦ αὐτοῦ μετουσίᾳ. Ἢ εἰ μὲν παντάπασιν αἰσχροὶ, ἴσοι εἴδους ἀπουσίᾳ· εἰ δ' ἐν τῷ μὲν τὸ μᾶλλον, τῷ δὲ τὸ ἧττον, μεταλήψει εἴδους τοῦ οὐ κρατοῦντος, ὁ ἧττον αἰσχρὸς, ὁ δὲ μᾶλλον, ἔτι μᾶλλον οὐ κρατοῦντος· ἢ τῇ στερήσει εἴ τις βούλοιτο τὴν παραβολὴν ἔχειν, οἷον εἴδους αὐτοῖς ὄντος. Αἴσθησις δὲ εἴδός τι ἐξ ἀμφοῖν, καὶ γνῶσις ὡσαύτως ἐξ ἀμφοῖν τι εἶδος, ἡ δὲ ἕξις πρὸς τὸ ἐχόμενον ἐνέργειά τις οἷον συνέχουσα, ὥσπερ ποίησίς τις· ἡ δὲ μέτρησις τοῦ μετροῦντος ἐνέργεια πρὸς τὸ μετρούμενον λόγος τις. Εἰ μὲν οὖν ὡς εἶδος γενικῶς τὴν τοῦ πρός τι σχέσιν ὡς ἕν τις θήσεται, γένος ἓν καὶ ὑπόστασις ὡς λόγος τις πανταχοῦ· εἰ δὲ οἱ λόγοι καὶ ἀντικείμενοι καὶ διαφορὰς ἔχοντες τὰς εἰρημένας, τάχα οὐκ ἂν ἓν γένος εἴη, ἀλλ' εἰς ὁμοιότητά τινα πάντα ἀνάγεται καὶ κατηγορίαν μίαν. Ἀλλ' εἰ καὶ εἰς ἓν δύναιτο ἀνάγεσθαι τὰ εἰρημένα, ἀλλ' εἰς γένος ἓν ἀδύνατον, τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν κατηγορίαν αὐτοῖς τεθέντα. Καὶ γὰρ τὰς ἀποφάσεις αὐτῶν εἰς ἓν ἀνάγουσι, καὶ τὰ παρονομαζόμενα ἀπ' αὐτῶν, οἷον καὶ τὸ διπλάσιον καὶ ὁ διπλάσιος. Πῶς ἂν οὖν ὑφ' ἓν γένος αὐτό τι καὶ ἡ ἀπόφασις, διπλάσιον καὶ οὐ διπλάσιον, καὶ πρός τι καὶ οὐ πρός τι; ὥσπερ ἂν εἰ ζῷόν τις γένος θείς καὶ τὸ οὐ ζῷον γένος ἐκεῖ τιθείη, καὶ τὸ διπλάσιον καὶ ὁ διπλάσιος, ὥσπερ ἡ λευκότης καὶ ὁ λευκὸς, οὐχ ὅπερ ταὐτόν.

incorporeis rationibusque principalem tribuimus essendi provinciam, atque habitudines esse rationes quasdam specierumque participationes asseveramus: nimirum causas sic assignare consentaneum est: hujus videlicet, quod duplum est, ipsum duplum causa est, ut sit duplum atque vicissim, quod aliquid sit dimidium, causa est dimidium. Jam vero alia eadem specie, alia speciebus oppositis esse hæc ipsa, quæ dicuntur. Simul igitur huic quidem contigit duplum ipsum, illi vero dimidium: huic magnitudo, illi parvitas: vel utraque sunt in quolibet, similitudo scilicet atque dissimilitudo, rursus idem et alterum: quapropter idem aliquid passim est simile simul atque dissimile, idemque et alterum. Quid igitur, si hic quidem turpis est, sed ille turpior? Numquid participatione speciei ejusdem sic appellantur? Fortasse vero dicendum, si turpes sint omnino, æquales esse inter se absentia speciei si autem in hoc quidem magis sit, in illo vero minus, dicendum, sic se habere, ut participatione speciei materiam parum superantis hic minus sit turpis, ille vero magis turpis, ubi species etiam minus materiam superat: vel etiam privatione quadam ita sunt judicandi, si quis velit eos invicem comparare, perinde ac si species illis inesset. Proinde sensus species quædam est ex ambobus, et cognitio similiter species ex utrisque resultans: tum vero habitus erga id, quod habetur, est actus quidam quasi continens, tanquam effectio quædam. Præterea mensuratio, quæ est actio metientis ad mensuratum, ratio quædam est. Si quis igitur habitudinem ipsam relativorum velut formam quandam ratione generica tanquam unum quiddam ponat, haud ab re in his unum genus erit, et ubique subsistentia erit velut ratio quædam: sin autem rationes oppositæ sunt, differentiasque habent, quas diximus, fortasse genus unum esse non poterit, sed ad quandam similitudinem unumque prædicamentum omnia redigentur. Verum si quo modo, quæ dicta sunt, in unum redigi possint, non tamen in genus unum colligi possunt cuncta, quæ ab illis sub eodem prædicamento ponuntur. Etenim negationes quoque ipsorum in unum una cum ipsis congregant, et quæ ab eis ita denominantur, ut ab ipso duplo hic vel ille duplus. Sed quonam pacto in unum idemque genus cum uniuscujusque natura, tum ejusdem negatio colligi potest? duplum et non duplum, ad aliquid et non ad aliquid? perinde ac si quis, cum animal genus posuerit, ibidem quoque non animal audeat collocare. Item quomodo ipsum duplum, et hic duplus eodem in genere numerantur, similiterque albedo simul et albus, cum hoc et illud idem sic esse non possit?

Posita descriptione qualitatis apud Peripateticos scilicet, qualitas est id, quo quale aliquid nominatur, non possunt, quæcumque qualitates dicentur, sub uno quodam genere ratione univoca contineri.

Nec facile possumus explicare, quidnam id secundum se sit, per quod alia denominantur qualia. Nam per potentiam pariter atque impotentiam: item per habitum æqualiter privationemque quale aliquid appellatur, ac passim similiter per opposita.

Ι'. Τὴν δὲ ποιότητα, ἀφ' ἧς ὁ λεγόμενος ποιὸς, δεῖ λαμβάνειν πρῶτον τίς οὖσα τοὺς λεγομένους ποιοὺς παρέχεται, καὶ εἰ μία καὶ ἡ αὐτὴ κατὰ τὸ κοινὸν, ταῖς διαφοραῖς τὰ εἴδη παρέχεται, ἢ εἰ πολλαχῶς αἱ ποιότητες, οὐχ ἓν ἂν εἴη γένος. Τί οὖν τὸ κοινὸν ἐπί τε ἕξεως καὶ διαθέσεως, καὶ παθητικῆς ποιότητος, καὶ σχήματος, καὶ μορφῆς; καὶ λεπτὸν, παχὺ, ἰσχνόν; Εἰ μὲν γὰρ τὸ κοινὸν δύναμιν ἐροῦμεν, ἡ ἐφαρμόττει καὶ ταῖς ἕξεσι καὶ ταῖς διαθέσεσι καὶ ταῖς φυσικαῖς δυνάμεσιν, ἀφ' ἧς τὸ ἔχον δύναται, ἃ δύναται, οὐκέτι αἱ ἀδυναμίαι ἁρμόσουσιν. Ἔπειτα τὸ σχῆμα καὶ ἡ μορφὴ ἡ περὶ ἕκαστον, πῶς δύναμις; εἶτα καὶ τὸ ὄν, ᾗ ὄν, δύναμιν οὐδεμίαν ἕξει, ἀλλ' ὅταν αὐτῷ προσέλθῃ τὸ ποιὸν, αἱ δὲ ἐνέργειαι τῶν οὐσιῶν, ὅσαι μάλιστά εἰσιν ἐνέργειαι τοῦ ποιοῦ καθ' ἑαυτὰς ἐνεργοῦσαι, καὶ

X. Posthac autem considerare decet qualitatem, a qua rite qualis aliquis nominatur; et in primis investigandum, quidnam exsistens ipsa alia reddat qualia: et numquid una eadem exsistens ratione communi, species exhibeat differentiis, an potius adeo inter se diversæ qualitates sint, ut unum earum genus esse non possit? Verum quidnam commune esse potest in habitu et dispositione, passivaque qualitate, figuraque et forma? Quid dicam de crasso ac tenui, de pingui et macilento? Si enim ipsum commune dicamus potentiam, quæ conveniat habitibus et dispositionibus potentiisque naturalibus, a qua id ipsum, quod habet eam, potest quæcumque potest, non amplius impotentiæ cum his genere congruent. Deinde figura et quæ circa quodlibet forma est, quonam modo potentia est? Præterea si ens sit, ens, qua ens est, potentiam nullam habebit, sed quando ei quale accesserit; ipsi vero actus essentiarum, quæ solissimum actus sunt, secundum se ipsos agentes, et actiones virium propriarum, quatenus sunt id, quod sunt, ad quale sic pertinebunt. Verum secundum potentias illas, quæ

τῶν οἰκείων δυνάμεων, ὅ εἰσιν. Ἀλλ' ἆρα κατὰ τὰς ἐπ' αὐτὰς τὰς οὐσίας δυνάμεις, οἷον ἡ πυκτικὴ δύναμις, οὐ τῷ ἀνθρώπου ᾗ ἄνθρωπος, ἀλλὰ τὸ λογικὸν, ὥστε ὡ ποιότης τὸ οὕτω λογικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον, ὃ ἐξ ἀρε- τῆς κτήσαιτο ἄν τις, ὥστε ὁμώνυμον τὸ λογικόν· ὥστε εἴη ἂν ἡ ποιότης δύναμις προστιθεῖσα ταῖς οὐσίαις μεθ' ἑαυτὰς τὸ ποιαῖς εἶναι· αἱ δὲ διαφοραὶ αἱ πρὸς ἀλλήλας τὰς οὐσίας διϊστᾶσαι ὁμωνύμως ποιότητες, ἐνέργειαι οὖσαι μᾶλλον καὶ λόγοι, ἢ μέρη λόγων, τὸ τί οὐδὲν ἧττον δηλοῦσαι, κἂν δοκῶσι τὴν ποιὰν οὐσίαν λέγειν. Αἱ δὲ ποιότητες αἱ κυρίως, καθ' ἃς ποιοί, ἃς δὴ λέγομεν δυνάμεις εἶναι, τὸ κοινὸν εἶεν ἂν λόγοι τινὲς, καὶ οἷον μορφαὶ, περί τε ψυχὴν κάλλη καὶ αἴσχη, καὶ περὶ σῶμα ὡσαύτως. Ἀλλὰ πῶς δυνάμεις πᾶσαι; κάλλος μὲν γὰρ ἔστω καὶ ὑγίεια ἑκατέρα, αἶσχος δὲ καὶ νόσος, καὶ ἀσθένεια, καὶ ἀδυναμία ὅλως [πῶς]; ἢ ὅτι καὶ κατὰ ταύτας ποιοὶ λέγονται; ἀλλὰ τί κωλύει λεγομένους ποιοὺς ὁμωνύμως λέγεσθαι, καὶ μὴ καθ' ἕνα λόγον, καὶ μὴ μόνον τετραχῶς, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν τεττάρων, τοὐλάχιστον διχῶς; Ἡ πρῶτον μὲν οὐ κατὰ τὸ ποιῆσαι, ἢ παθεῖν ἡ ποιότης, ὥστε ἄλλως μὲν τὸ δυνάμενον ποιεῖν, ἄλλως δὲ τὸ πάσχον, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑγίειαν καὶ τὴν διάθεσιν καὶ τὴν ἕξιν ποιὸν, καὶ τὴν νόσον ὡσαύτως καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀσθένειαν. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, οὐκέτι κοινὸν ἡ δύναμις, ἀλλὰ ἄλλο τι δεῖ τὸ κοινὸν ζητεῖν, οὐδ' αὖ λόγους πάσας. Πῶς γὰρ ἡ νόσος ἢ ἐν ἕξει λόγος; ἀλλ' ἆρα τὰς μὲν ἐν εἴδεσι καὶ δυνάμεσι ποιότητας, ταύτας δὲ στερήσεις; ὥστε μὴ ἓν γένος, ἀλλὰ εἰς ἕν, ὡς μίαν κατηγορίαν, οἷον ἐπιστήμην μὲν εἶδος καὶ δύναμιν, ἀνεπιστημοσύνην δὲ στέρησιν καὶ ἀδυναμίαν. Ἡ μορφή τις καὶ ἡ ἀδυναμία καὶ ἡ νόσος; καὶ δύναται δὲ καὶ ποιεῖ πολλὰ, ἀλλὰ φαύλως, καὶ ἡ νοσος καὶ ἡ κακία· ἢ ἔκπτωσις τοῦ σκοποῦ οὖσα πῶς δύναμις; ἢ τὸ αὐτῆς ἑκάστη πράττει, οὐ πρὸς τὸ ὀρθὸν βλέπουσα· οὐ γὰρ ἂν ἐποίησέ τι, ὃ μὴ δύναται. Καὶ τὸ κάλλος δὲ δύναμιν ἔχει τινός· ἆρ' οὖν καὶ τὸ τρίγωνον; ἢ ὅλως οὐδὲ πρὸς δύναμιν δεῖ βλέπειν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ὃ διάκειται; ὥστε κατὰ τὰς οἷον μορφὰς καὶ χαρακτῆρας καὶ κοινὸν ἡ μορφὴ, καὶ τὸ εἶδος τὸ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ μετὰ τὴν οὐσίαν. Ἀλλὰ πάλιν πῶς αἱ δυνάμεις; ἢ καὶ ὁ φύσει πυκτικὸς τῷ διακεῖσθαί πως ἔχει τοῦτο, καὶ ὁ ἀδύνατος πρός τι, καὶ ὅλως χαρακτήρ τις ἡ ποιότης οὐκ οὐσιώδης. Ὃ δ' ἂν τὸ αὐτὸ δοκῇ καὶ εἰς οὐσίαν συμβάλλεσθαι, καὶ εἰς μὴ οὐσίαν, οἷον θερμότης καὶ λευκότης καὶ ὅλως χρόα, τὸ μὲν τῆς οὐσίας ἄλλο, οἷον ἐνέργεια αὐτῆς, τὸ δὲ δευτέρως καὶ ἀπ' ἐκείνου καὶ ἄλλο ἐν ἄλλῳ, εἴδωλον αὐτοῦ καὶ ὅμοιον. Ἀλλ' εἰ κατὰ τὴν μόρφωσιν καὶ χαρακτῆρα καὶ λόγον, πῶς τὰ κατὰ ἀδυναμίαν καὶ αἴσχη; ἢ λόγους ἀτελεῖς λεκτέον, οἷον ἐν τῷ αἰσχρῷ, καὶ ἐν τῇ νόσῳ πῶς ὁ λόγος; ἢ καὶ ἐνταῦθα λόγον κινούμενον τὸν τῆς ὑγίειας· ἢ οὐκ ἐν λόγῳ πάντα, ἀλλὰ ἀρκεῖ τὸ κοινὸν παρὰ τὸ πῶς διακεῖσθαι, εἶναι ἔξωθεν τῆς οὐσίας, καὶ τὸ ἐπιγιγνόμενον μετὰ τὴν οὐσίαν ποιότης τοῦ ὑποκειμένου, τὸ δὲ

post essentias sunt, qualitas censenda dicetur, ceu facultas pugilis, non hominis judicatur, ut homo, sed vis ipsa rationalis: quæ facultas idcirco non est qualitas, sed illa potius, quam aliquis industria comparaverit. Quam ob rem rationalis potentia æquivoce qualitas appellatur. Erit itaque qualitas vis quædam essentiis addita post ipsam essentiæ rationem, per quam deinde quales cognominantur. Differentiæ vero, per quas inter se invicem essentiæ discrepant, qualitates æquivoce nuncupantur: quæ quidem sunt actus potius rationesque, vel partes aliquæ rationum, nihilo minus ipsam rei substantiam declarantes, tametsi essentiam qualem dicere videantur. At illæ, quæ qualitates præcipue judicantur, per quas quales efficimur, quas et notione communi potentias appellamus, forsan erunt rationes quædam, et tanquam formæ, cum circa animam, tum circa corpus pulchritudo quædam, vel turpitudo. Sed quonam pacto qualitates omnes erunt potentiæ? Esto sane pulchritudo et sanitas proprie qualitas: at vero turpitudo, morbus, infirmitas, impotentia, quomodo qualitas? An, quia secundum hæc quoque quales aliqui nominantur? Sed quidnam prohibet, quominus, qui appellantur quales, non unica ratione, sed æquivoca nuncupentur? neque solum modis quatuor appellentur aliqui quales, sed quolibet etiam quatuor modorum, saltem dupliciter appellentur? Forsan vero non secundum ipsum agendi vel patiendi motum qualitas judicatur. Quapropter aliter quidem id, quod potest facere, censetur et dicitur, aliter vero patiens: tum vero sanitatem, dispositionem, habitum, similiterque morbum: item robur pariterque debilitatem appellare qualitatem consueverunt. Verum si ita sit, non amplius commune ipsum in ejusmodi rebus erit ipsa potentia, sed oportebit commune quiddam aliud indagare: neque rursus sic qualitates omnes æque rationes nominare licebit. Quo enim pacto morbus, qui est habitu confirmatus, ratio ulla erit? Num igitur affectiones, quæ in speciebus viribusque consistunt, qualitates cognominabimus? oppositas vero privationes? ideoque non unum genus, sed unum aliquid dicemus semper, velut unum prædicamentum: velut scientiam quidem speciem quandam atque potentiam, inscitiam vero privationem et impotentiam appellamus. An forte impotentia insuper et infirmitas forma quædam est? atque ita et morbus et pravitas potest facitque multa, sed male. Sed enim, cum nihil aliud hæc sint, quam ab intentione finis excidere, quonam modo potentiæ rite cognominantur? Fortasse quoniam unumquodque eorum suum quiddam agit, non ad rectum ipsum spectans: nec profecto quicquam faceret, quod minime potuisset. Pulchritudo certe alicujus vim habet: num igitur et triangulus? An forte neque ad potentiam quidem in judicanda qualitate decet aspicere, sed potius ad id, quod aliquo modo disponitur, vel afficitur? Quam ob rem secundum quasdam quasi formas et characteres nobis est qualitas perpendenda: atque in ejus ordine ipsum commune omnium forma quædam est, et species in essentia quidem jacens, sed veniens post essentiam. Sed rursus, quomodo ad id se habeant potentiæ, perquirendum. Fortasse et qui natura est pugil, ex eo, quod afficiatur quodammodo, id ipsum habet: similiterque qui nascitur ad aliquid impotens: et omnino character quidam qualitas est, sive signaculum atque nota, ad essentiam minime pertinens. Quod autem videtur idem cum conferre ad essentiam, tum accedere præter essentiam, sicut calor et albedo omnisque color, ita se habet, ut, quod ad essentiam confert, aliud sit, velut actus essentiæ: quod vero non conducit, secundo loco se habeat, sitque ab illo, aliudque in alio, imago similitudoque illius. Ceterum, si qualitas secundum formationem et notam rationemque judicatur, quonam pacto ad qualitatem attinent, quæ impotentiam turpitudinemque significant? Fortasse respondendum est, talia quædam rationes imperfectas esse, sicut patet in turpi. Sed in morbo quomodo ratio? Fortasse in hoc etiam rationem ponimus sanitatis, quodammodo e suo statu permotam: fortasse vero non omnia hæc in ratione ponenda sunt. Sufficit autem communis quædam conditio secundum affectionem et dispositionem extra essentiam sic quodammodo se habentem, et post essentiam accedentem, adeo

τρίγωνον ποιότης τοῦ ἐν ᾧ οὐχ ἁπλῶς τρίγωνον, ἀλλὰ -ὸ ἐν τούτῳ, καὶ καθ' ὅσον ἐμόρφωσεν. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνθρωπότης ἐμόρφωσεν ἢ οὐσίωσεν.

ut qualitas quædam sit subjecti. Triangulus vero ejus, in quo est, qualitas judicatur, non quidem triangulus ipse simpliciter, sed et qui in hoc est, et quatenus format. Sed et humanitas forsan format, imo vero præstat essentiam.

Admissa Peripateticorum descriptione, difficillimum est, quæ qualitates dicuntur, inter se rite dividere : et impossibile, dividendo eas sub eodem genere univoca ratione colligere.

ΙΑ'. Ἀλλ' εἰ ταῦτα οὕτως, διὰ τί πλείω εἴδη ποιότητος, καὶ ἕξεις καὶ διαθέσεις ἄλλο; οὐ γὰρ διαφορὰ ποιότητος τὸ μόνιμον καὶ τὸ μή, ἀλλ' ἀρκεῖ ἡ διάθεσις ὁπωσοῦν ἔχουσα πρὸς τὸ παρασχέσθαι ποιόν· προσθήκη δ' ἔξωθεν τὸ μένειν, εἰ μή τις λέγοι τὰς μὲν διαθέσεις μόνον ἀτελεῖς, οἷον μορφάς, τὰς δὲ ἕξεις τελείας. Ἀλλ' εἰ ἀτελεῖς, οὔπω ποιότητες· εἰ δ' ἤδη ποιότητες, προσθήκη τὸ μόνιμον. Αἱ δὲ φυσικαὶ δυνάμεις πῶς ἕτερον εἶδος; εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὰς δυνάμεις ποιότητες, οὐκ ἐφαρμόττει πάσαις τὸ τῆς δυνάμεως, ὡς εἴρηται· εἰ δὲ τῷ διακεῖσθαι τὸν φύσει πυκτικὸν ποιὸν λέγομεν, οὐδὲν ἡ δύναμις προστεθεῖσα ποιεῖ, ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς ἕξεσι δύναμις. Ἔπειτα διὰ τί ὁ κατὰ δύναμιν τοῦ κατὰ ἐπιστήμην διοίσει; ἢ εἰ ποιοί, οὐδὲ διαφοραὶ ποιότητος αὗται, εἰ ὁ μὲν μελετήσας ἔχοι, ὁ δὲ φύσει, ἀλλ' ἔξωθεν ἡ διαφορά. Κατ' αὐτὸ δὲ τὸ εἶδος τῆς πυκτικῆς πῶς; καὶ εἰ αἱ μὲν ἐκ πάθους, αἱ δὲ οὔ; οὐ γὰρ διαφέρει ὁπόθεν ἡ ποιότης· λέγω δὲ ποιότητος παραλλαγαῖς καὶ διαφοραῖς. Ἔχοι δ' ἂν ζήτησιν καὶ εἰ ἐκ πάθους αἵδε, αἱ μὲν οὕτως, αἱ δὲ μὴ τῶν αὐτῶν, πῶς ἐν εἴδει τῷ αὐτῷ, καὶ εἰ αἱ μὲν τῷ γεγονέναι, αἱ δὲ τῷ ποιεῖν, ὁμωνύμως ἂν εἶεν. Τί δὲ ἡ περὶ ἕκαστον μορφή; εἰ μὲν γὰρ, καθ' ὃ εἶδός ἐστιν ἕκαστον, οὐ ποιόν· εἰ δὲ καθ' ὃ καλὸν, μετὰ τὸ τοῦ ὑποκειμένου εἶδος, ἢ αἰσχρὸν, λόγον ἂν ἔχοι. Τὸ δὲ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ πυκνὸν οὐκ ὀρθῶς ἂν λέγοιτο ποιά, οὐ γὰρ δὴ ταῖς διαστάσεσι ταῖς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἐγγὺς τὸ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τραχύτης, καὶ οὐ πανταχοῦ ἐξ ἀνωμαλίας θέσεως καὶ ὁμαλότητος. Εἰ δὲ καὶ ἐκ τούτων, οὐδὲν κωλύει καὶ ὡς ποιὰ εἶναι. Τὸ δὲ κοῦφον καὶ βαρὺ γνωσθὲν δηλώσει, ὅπου δεῖ αὐτὰ θεῖναι. Εἴη δ' ἂν καὶ ὁμωνυμία περὶ τὸ κοῦφον, εἰ μὴ τῷ σταθμῷ λέγοιτο τοῦ πλείονος καὶ ἐλάττονος, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἰσχνὸν καὶ τὸ λεπτὸν, ὃ ἐν ἄλλῳ εἶδει παρὰ τὰ τέτταρα.

XI. Ceterum, si hæc ita se habent, earum plures sunt species qualitatis? atque habitus aliud quiddam est, et aliud dispositio? Non enim in manendo vel non manendo consistit differentia qualitatis, sed sufficit affectio quædam, quomodocumque se habeat, ad quale reddendum : permanendi vero munus extrinsecus additur : nisi quis forte dixerit, ipsas quidem duntaxat dispositiones quasi formas imperfectas esse, habitus vero perfectos. At si imperfectæ sunt, nondum qualitates exsistunt : sin autem jam sunt qualitates, permanendi munus est quædam extrinsecus adjecta conditio. Naturales vero potentiæ quonam pacto speciem aliam præstant? Si enim secundum id ipsum, quod potentiæ sunt, qualitates exsistunt, profecto conditio ipsa potentiæ non convenit omnibus, ut est dictum : sin autem hominem natura pugilem ex eo, quod certo modo sit dispositus vel affectus, qualem esse dicimus, nihil efficit potentia insuper addita : quandoquidem et in ipsis habitibus potentia continetur. Proinde earum ille, qui secundum naturalem potentiam pugil est, ab eo differet, qui scientia pugil evaserit? Fortasse qua ratione sunt quales, nimirum hæ non sunt differentiæ qualitatis, si hic quidem industria comparavit, ille vero est natura sortitus, sed ab extrinseco accidit differentia. At vero secundum ipsam pugilis facultatis speciem quomodo differunt? Quin etiam, si aliæ quidem ex quadam passione proveniunt, aliæ vero nequaquam, quam ex hoc differentiam habent? Neque enim interest, unde qualitas oriatur : quantum, inquam, ad permutationem qualitatis et discrepantiam pertinet. Quærere præterea licet, etiam si, quæ ex passione fiunt, partim quidem sic, partim vero aliter aliorumque fiant, quomodo possint in eadem specie collocari. Ac si dicatur alias quidem ex passione fieri, alias vero facere passionem, æquivoce simul qualitates appellabuntur. Præterea quidnam sibi vult, quod dicitur circa unumquodque forma? Si enim, qua ratione species est unumquodque, ita dicitur, id ad qualitatem minime pertinet : sin autem, qua unumquodque post ipsam subjecti speciem, pulchrum vel turpe dicitur quale dictum intelligatur, rationem aliquam habere potest. Tum vero asperum et læve, rarum atque densum, non recte qualia nuncupantur. Non enim ob quasdam inter se distantias, vel propinquitatem quandam, rarum, densum, lævitas, asperitas judicatur : nec ubique hæc ex inæqualitate positionis vel æqualitate proveniunt. Quodsi ex his quoque proveniant, nihil prohibebit, quominus qualia judicentur. Si denique levis ipsius et gravis conditio cognoscatur, patebit jam nobis, ubi hæc sint potissimum collocanda. Licet præterea circa leve naturam æquivocam invenire : nisi forte libratione quadam et ipsa pluris pauciorisve pensatione leve aliquid perpendatur : in quo quidem ordine macilentum quoque et tenue reperitur, quod sane in alia quadam specie præter quatuor numeratur.

Non licet qualitates Peripatetico ritu partiri : neque fas est qualitates corporis, animæ, mentis sub eodem genere collocare.

ΙΒ'. Ἀλλ' εἰ μὴ οὕτω τις ἀξιώσειε τὸ ποιὸν διαιρεῖν, τίνι ἂν διέλοι; ἐπισκεπτέον οὖν, εἰ δεῖ τὰς μὲν σώματος λέγοντα, τὰς δὲ ψυχῆς, τοῦ δὲ σώματος μερίζειν κατὰ τὰς αἰσθήσεις, τὰς μὲν ὄψει λέγοντα, τὰς δ' ἀκοῇ ἢ γεύσει, ἄλλας ὀσφρήσει ἢ ἁφῇ. Τὰς δὲ τῆς ψυχῆς, πῶς; ἐπιθυμητικοῦ, θυμοειδοῦς, λογιστικοῦ; ἢ ταῖς διαφοραῖς τῶν ἐνεργειῶν, αἳ γίγνονται κατ' αὐτὰς, ὅτι γεννητικαὶ αὗται τούτων; ἢ τῷ ὠφελίμῳ καὶ βλαβερῷ; καὶ πάλιν διαιρετέον τὰς ὠφελείας καὶ τὰς βλάβας, τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν τῷ

XII. Verum si quis non ita qualitatem existimet dividendam, quanam ratione dividere poterit? Considerandum igitur, num deceat alias quidem corporis, alias autem animæ qualitates asserere : deinde corporis qualitates pro sensuum distributione dividere, ut aliæ ad visum pertineant, ad auditum aliæ, vel ad gustum, aliæ ad olfactum, aut tactum. Qualitates autem animæ quomodo partiemur? numquid per concupiscendi, irascendi, consultandi virtutes? Aut per differentias actionum, quæ secundum eas aguntur, quoniam hæ harum sint effectrices? An secundum utile noxiumque dividemus? rursusque utilitates et damna? Similiter qualitates corporeas dividemus per id ipsum, quod differentia faciant, vel secundum utilitatem aut damnum? propriæ namque sunt ejusmodi differentiæ

ποιεῖν διάφορα, ἢ τῷ ὠφελίμῳ καὶ βλαβερῷ; οἰκεῖαι γὰρ διαφοραὶ ποιότητος. Ἡ γὰρ δοκεῖ ἡ ὠφέλεια καὶ τὸ βλάβος ἀπὸ τῆς ποιότητος καὶ ποιοῦ, ἢ ζητητέον τρόπον ἄλλον. Ἐπισκεπτέον δὲ, πῶς καὶ ὁ ποιὸς ὁ κατὰ τὴν ποιότητα, ἐν τῇ αὐτῇ ἔσται· οὐ γὰρ δὴ ἓν γένος ἀμφοῖν· καὶ εἰ ὁ πυκτικὸς ἐν ποιότητι, πῶς οὐ καὶ ὁ ποιητικός; καὶ εἰ τοῦτο, καὶ τὸ ποιητικόν; ὥστε οὐδὲν δεῖ εἰς τὸ πρός τι τὸ ποιητικὸν, οὐδ' αὖ τὸ παθητικὸν, εἰ ὁ παθητικὸς ποιός. Καὶ ἴσως βέλτιον ἐνταῦθα ὁ ποιητικὸς, εἰ κατὰ δύναμιν λέγεται· ἡ δὲ δύναμις ποιότης· εἰ δὲ κατ' οὐσίαν ἡ δύναμις, ἤ τις δύναμις, οὐδ' οὕτω πρός τι, οὐδὲ ποιὸν ἔτι. Οὐδὲ γὰρ ὡς τὸ μεῖζον τὸ ποιητικόν. Τὸ γὰρ μεῖζον τὴν ὑπόστασιν, καθ' ὃ μεῖζον, πρὸς τὸ ἔλαττον· τὸ δὲ ποιητικὸν τῷ τοιόνδε εἶναι ἤδη. Ἀλλ' ἴσως κατὰ μὲν τὸ τοιόνδε ποιὸν, ᾗ δὲ δύναται εἰς ἄλλο ποιητικὸν λεγόμενον, πρός τι. Διὰ τί οὖν οὐ καὶ ὁ πυκτικὸς πρός τι καὶ ἡ πυκτικὴ αὐτή; πρὸς ἄλλην γὰρ ὅλως ἡ πυκτική· καὶ γὰρ οὐδὲν αὐτῆς θεώρημα, ὃ μὴ πρὸς ἄλλο. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ τεχνῶν ἢ τῶν πλείστων ἐπισκεπτέον, καὶ λεκτέον ἴσως, ᾗ μὲν διατιθεῖσι τὴν ψυχὴν ποιότητες, ᾗ δὲ ποιοῦσι, ποιητικαὶ, καὶ κατὰ τοῦτο πρὸς ἄλλον, καὶ πρός τι· ἐπεὶ καὶ ἄλλον τρόπον πρός τι, καθ' ὃ ἕξεις λέγονται. Ἆρ' οὖν ἄλλη τις ὑπόστασις κατὰ τὸ ποιητικὸν, τοῦ ποιητικοῦ οὐκ ἄλλου τινὸς ὄντος, ἢ καθ' ὅσον ποιόν; τάχα μὲν γὰρ ἄν τις ἐπὶ τῶν ἐμψύχων, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῶν προαίρεσιν ἐχόντων, τῷ νενευκέναι πρὸς τὸ ποιὸν, ὑπόστασιν εἶναι καὶ κατὰ τὸ ποιητικόν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀψύχων δυνάμεων, ἃς ποιότητας εἴπομεν, τί τὸ ποιητικόν; ἢ ὅταν συντύχῃ αὐτῷ ἄλλο, ἀπέλαυσε καὶ μετέλαβε παρ' ἐκείνου οὗ ἔχει. Εἰ δὲ τὸ αὐτὸ καὶ ποιεῖ εἰς ἄλλο καὶ πάσχει, πῶς ἔτι τὸ ποιητικόν; ἐπεὶ καὶ τὸ μεῖζον τρίπηχυ ὂν καθ' αὑτὸ, καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐν τῇ συντυχίᾳ τῇ πρὸς ἄλλο. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον μεταλήψει μεγέθους καὶ σμικρότητος· ἢ καὶ τοῦτο μεταλήψει ποιητικοῦ καὶ παθητικοῦ. Ζητητέον δὲ καὶ ἐνταῦθα, καὶ εἰ αἱ τῇδε ποιότητες καὶ αἱ ἐκεῖ ὑφ' ἕν. Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς τιθεμένους κἀκεῖ. Ἡ κἂν μὴ εἴδῃ τις διδῷ, ἀλλὰ νοῦν λέγων εἰ ἕξιν λέγοι, ἢ κοινόν τι ἐπ' ἐκείνης καὶ ταύτης τῆς ἕξεως; καὶ σοφία δὲ συγχωρεῖται. Ἢ εἰ ὁμώνυμος πρὸς τὴν ἐνταῦθα, οὐκ ἠρίθμηται δηλονότι ἐν τούτοις· εἰ δὲ συνωνύμως, ἔσται τὸ ποιὸν κοινὸν ἐνταῦθα κἀκεῖ, εἰ μή τις τὰ ἐκεῖ λέγοι πάντα οὐσίας, καὶ τὸ νοεῖν τοίνυν. Ἀλλὰ τοῦτο κοινὸν καὶ πρὸς τὰς ἄλλας κατηγορίας, ἢ εἰ τὸ διττὸν ὧδε κἀκεῖ, ἢ ὑφ' ἓν ἄμφω.

qualitatis. Au enim utilitas et damnum a qualitate et quali videntur accidere, vel modum adhuc alium et aliter indagare debemus. Investigandum vero, quo pacto fieri possit, ut, qui secundum qualitatem qualis est, in ea ipsa proprie sit qualitate: non enim genus unum est utriusque. Item, si pugil in qualitatis est ordine, quomodo non etiam in eodem sit effector? atque, si ita sit, quomodo non rursus et ipsum efficiens? Quapropter nequaquam oportet ipsum efficiens ad ordinem relationis traducere, neque rursus ipsum patiens, si hic aut ille patiens in qualitatis ordine continetur. Ac forsan præstat effectorem hic collocare, si secundum potentiam existimatur effector. Est autem potentia qualitas: sin autem secundum essentiam ipsa potentia est, quæcumque potentia sit, neque sic quidem refertur ad aliquid, neque etiam ad ordinem redigitur qualitatis. Non enim efficiens ipsum ita se habet, sicut majus. Ipsum namque majus, subsistentiam, quatenus majus est, habet ad id, quod minus esse perpenditur: efficiens autem ex eo, quod jam tale est, judicatur efficiens. Sed forsan, quatenus quidem tale est, in qualitatis ordine collocatur: quatenus vero potest in aliud, ideoque dicitur effectivum, inter relativa merito numeratur. Cur igitur non etiam pugil inter relativa censetur? similiterque peritia pugilis? Facultas namque pugilis omnino refertur ad aliud. Nec enim ulla ejus consideratio est, quæ non ad aliud referatur. Jam vero et de ceteris artibus, aut certe plurimis cogitandum est, atque fortasse dicendum: quatenus quidem disponunt et afficiunt animam, qualitates exsistere: quatenus autem nonnihil efficiunt, effectrices existimari; atque ex hoc ipso referri ad aliud et in relativorum ordine collocari: quandoquidem alio quoque modo ad aliud referuntur, prout habitus appellantur. Sed numquid alia quædam subsistentia est secundum ipsum, quod dicitur effectivum, cum effectivum non ob aliud, quam quia quale est, sit effectivum? Fortasse enim aliquis in rebus animatis, præsertim consilio quodam utentibus, ex eo, quod declinent ad faciendum, subsistentiam esse concedet etiam secundum effectivæ virtutis conditionem: in viribus autem inanimatis, quas diximus qualitates, quidnam est ipsum effectivum? Fortasse quando tali cuidam occurrit aliud, accipit ab eo, evaditque sui muneris particeps. At si idem agit in aliud, atque patitur, quomodo amplius effectivum proprie ipsum subsistit? Quandoquidem et majus ipsum, quod fortasse secundum se est tricubitum, majus et minus in concursu ad aliud evadere consuevit. Sed dicet aliquis, majus ac minus participatione quadam magnitudinis parvitatisque fieri. Fortasse etiam hoc, quod patitur simul et agit, participationem quandam habet effectivi simul atque passivi. Quærendum hic quoque videtur, numquid qualitates, quæ in hoc mundo sunt una cum illis, quæ sunt in mundo divino, sub eodem genere numerentur. Id autem erga eos dicatur, qui et ibi talia quædam ponunt. An forte similiter quærendum est, etiamsi quis species non admiserit? nempe, si interim intellectum admiserit, habitumque in eo aliquem esse concesserit, interrogabitur, numquid commune aliquid huic habitui sit simul et illi? conceditur saltem sapientiam illic exsistere. Atqui si illa æquivoce se habet ad nostram, merito inter ejusmodi qualitates non numeratur: si autem se habet univoce, ipsa certe notio qualitatis nostris erit illisque communis: nisi quispiam omnia, quæ illic sunt, esse affirmet essentias, ideoque intelligentiam ipsam similiter esse concedat esentiam. Verum ejusmodi quæstio de ceteris quoque prædicamentis agi potest: numquid, quod hic et quod ibi est, diversa sint genere, an potius ambo sub eodem genere collocentur.

Quod apud Peripateticos nominatur prædicamentum quando, id est, heri, cras, et similia, tempus proprie temporisve partem formali ratione comprehendi.

Si ergo nihil aliud significat, non debent in alio prædicamento ipsum quando, in alio tempus ponere: sin autem præter tempus significat aliud, non unum hoc jam prædicamentum erit, sed ex pluribus congregatum.

ΙΓ'. Περὶ δὲ τοῦ ποτὲ ὧδε ἐπισκεπτέον· εἰ τὸ χθὲς καὶ αὔριον καὶ πέρυσι καὶ τὰ τοιαῦτα μέρη χρόνου, διὰ τί οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ ἔσται, καὶ ταῦτα ἐν ᾧπερ καὶ ὁ

XIII. De illo autem prædicamento, quod ipsum aliquando, sive quando nominant, deinceps ita considerandum. Profecto si heri et cras et anno præterito, sive jam diu, et talia quædam temporis partes sunt, quidnam pro-

χρόνος; ἐπεὶ καὶ τὸ ἦν, καὶ τὸ ἔστι, καὶ τὸ ἔσται, εἴδη ὄντα χρόνου, δίκαιον δήπου, ἐν ᾧ ὁ χρόνος, τετάχθαι· λέγεται δὲ τοῦ ποσοῦ ὁ χρόνος· ὥστε τί δεῖ κατηγορίας ἄλλης; εἰ δὲ λέγοιεν ὡς οὐ μόνον χρόνος τὸ ἦν καὶ ἔσται, καὶ τὸ χθὲς καὶ τὸ πέρυσι τὰ ὑπὸ τὸ ἦν, ὑποβεβλῆσθαι γὰρ δεῖ ταῦτα τῷ ἦν, ἀλλ' οὐ νῦν μόνον χρόνος, ἀλλὰ ποτὲ χρόνος· πρῶτον μὲν ἔσται, εἰ τὸ ποτὲ χρόνος, χρόνος· ἔπειτα, εἰ χρόνος παρεληλυθὼς τὸ χθὲς, σύνθετόν τι ἔσται, εἰ ἕτερον τὸ παρεληλυθὸς, καὶ ἕτερον ὁ χρόνος· δύο οὖν κατηγορίαι, καὶ οὐχ ἁπλοῦν. Εἰ δὲ τὸ ἐν χρόνῳ φήσουσι τὸ ποτὲ εἶναι, ἀλλ' οὐ χρόνον, τοῦτο τὸ ἐν χρόνῳ, εἰ μὲν τὸ πρᾶγμα λέγουσιν, οἷον Σωκράτης ὅτι πέρυσιν ἦν, ὁ μὲν Σωκράτης ἔξωθεν ἂν εἴη, καὶ οὐχ ἕν τι λέγουσιν. Ἀλλὰ Σωκράτης, ἢ ἡ πρᾶξις ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, τί ἂν εἴη; ἢ ἐν μέρει τοῦ χρόνου; εἰ δ' ὅτι μέρος χρόνου λέγουσι, καὶ, καθ' ὅ τι μέρος ἀξιοῦσι μὴ χρόνον ἁπλῶς τι λέγειν, ἀλλὰ μέρος χρόνου παρεληλυθὸς, πλείω ποιοῦσι· καὶ τὸ μέρος ἦ μέρος, πρός τι ὂν προσλαμβάνουσι, καὶ τὸ παρεληλυθὸς ἐγκείμενόν τι αὐτοῖς ἔσται, ἢ τὸ αὐτὸ τῷ ἦν, ὃ ἦν εἶδος χρόνου. Ἀλλ' εἰ τῷ ἀόριστον μὲν εἶναι τὸ ἦν, τὸ δὲ χθὲς καὶ τὸ πέρυσιν ὡρίσθαι, πρῶτον μὲν τὸ ἦν που τάξομεν· ἔπειτα τὸ χθὲς ἔσται ἦν ὡρισμένον, ὥστε ἔσται ὡρισμένος χρόνος τὸ χθές. Τοῦτο δὲ ποσός τις χρόνος, ὥστε εἰ χρόνος ποσὸν, ποσὸν ὡρισμένον ἕκαστον τούτων ἔσται. Εἰ δὲ, ὅταν λέγωσι χθὲς, τοῦτο λέγομεν, ὡς ἐν χρόνῳ παρεληλυθότι ὡρισμένῳ γέγονε τόδε, ἔτι πλείω καὶ μᾶλλον λέγουσιν· ἔπειτα, εἰ δεῖ ἐπεισάγειν ἄλλας κατηγορίας, τῷ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ ποιεῖν, ὡς ἐνταῦθα τὸ ἐν χρόνῳ, ἄλλας πολλὰς ἀνευρήσομεν, ἀπὸ τοῦ ποιεῖν ἄλλο ἐν ἄλλῳ. Λεχθήσεται δὲ σαφέστερον ἐν τοῖς ἑξῆς τοῖς περὶ τοῦ ποῦ.

hibet, quominus haec in eodem sint, in quo est et tempus? Siquidem ipsum erat, et est, et erit, cum species temporis sint, non injuria in eodem, in quo tempus ponitur, collocantur : tempus autem esse in quantitatis genere dicitur. Quapropter quidnam opus est novo quodam praedicamento? Si autem dixerint, haec non solum tempus esse, scilicet erat et erit : item heri, et jam diu, quae sub ipso erat, ponuntur : subjici enim talia oportet ipsi, quod dicitur erat : si, inquam, id ipsum dixerint non solum esse tempus, sed aliquando tempus, ita protinus respondebitur. Primo quidem, si est aliquando tempus, certe est et tempus : deinde, si heri tempus praeteritum est, compositum quiddam erit : si modo aliud quiddam sit ipsum praeteritum, aliud vero tempus : duo ergo praedicamenta haec erunt, neque simplex aliquid. Sin autem ipsum aliquando dicant non esse tempus, sed in tempore, hoc ipsum, quod dicitur in tempore, si rem ipsam significat, quasi dicat, Socrates jam diu erat, sane Socrates extrinsecus erit, neque unum aliquid dicent. Verum Socrates, vel actio in hoc ipso tempore, quidnam erit potissimum? An forsan in parte temporis? Sin autem, quoniam partem temporis dicunt, et qua ratione pars est, existimant non tempus quiddam, vel partem ejus simpliciter, sed praeteritam temporis partem dicere, plura conficiunt : nempe partem, quatenus pars est, ad aliquid se habentem adsumunt. Atque ipsum praeteritum apud illos adjectum aliquid erit, vel idem cum ipso, quod dicitur erat, quod est temporis species. Verum, si hoc interesse dicant, quod ipsum erat indefinitum sit, sed ipsum heri et anno superiori sit definitum, nos quidem primo ipsum erat constituemus alicubi : deinde heri, censebitur ipsum erat jam definitum : unde sequitur, ut heri tempus sit definitum. Hoc autem est temporis quantitas, vel quantum quiddam tempus. Quapropter, si tempus est in quanti ipsius ordine constitutum, horum quodlibet erit quantum jam definitum : at si, quotiens dicunt heri, id dictum intelligamus, quasi id in tempore praeterito definito sit factum, multo adhuc magis multa simul adducent in medium. Denique, si oportet alia inferre praedicamenta, ex eo, quod aliud sit fiatve in alio, quemadmodum in praesentia de hoc ipso accidit, quod in tempore sit vel fiat, multa insuper alia praedicamenta eadem conditione inveniemus, quia videlicet aliud quoquo modo exsistat in alio. Sed de hoc apertius in sequentibus, ubi de hoc ipso, quod ipsum ubi dicitur, disputabimus.

Supervacuum est, propter id, quod dicitur aliquid alicubi esse, novum inferre praedicamentum. Nam hoc ipsum ubi proprie locus est. Si quid autem huic adjectum consideratur, non novum praedicamentum affert, sed relationem aliquam vel substantiam.

ΙΔ'. Τὸ δὲ ποῦ, ἐν Λυκείῳ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ· ἡ μὲν οὖν Ἀκαδημία καὶ τὸ Λύκειον πάντως τόποι καὶ μέρη τόπου, ὥσπερ τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω, καὶ τὸ ὠδὶ, εἴδη ἢ μέρη· διαφέρει δὲ, ὅτι ἀφωρισμένως μᾶλλον. Εἰ οὖν τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω καὶ τὸ μέσον τόποι, οἷον Δελφοὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ παρὰ τὸ μέσον, οἷον Ἀθῆναι καὶ Λύκειον δὴ καὶ τὰ ἄλλα, τί δεῖ ἔτι παρὰ τὸν τόπον ζητεῖν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα λέγοντας τόπον ἐφ' ἑκάστου τούτων σημαίνειν; εἰ δὲ ἄλλο ἐν ἄλλῳ λέγομεν, οὐχ ἓν λέγομεν, οὐδὲ ἁπλοῦν λέγομεν. Ἔπειτα εἰ τοῦτον ἐνταῦθα λέγομεν, σχέσιν τινὰ γεννῶμεν τοῦδε ἐν τῷδε, καὶ τοῦ δεξαμένου πρὸς ὃ ἐδέξατο· διὰ τί οὖν οὐ πρός τι, εἰ ἐκ τῆς ἑκατέρου πρὸς ἑκάτερον σχέσεως ἀπεγεννήθη τι; Εἶτα [τί]διαφέρει τὸ ὧδε τοῦ Ἀθήνησιν; Ἀλλὰ τὸ ὧδε τὸ δεικτικὸν τόπον φήσουσι σημαίνειν, ὥστε καὶ τὸ Ἀθήνησιν· ὥστε τοῦ τόπου τὸ Ἀθήνησιν. Εἶτα εἰ τὸ Ἀθήνησι τοῦτ' ἔστι τὸ ἐν Ἀθήναις ἐστὶ, πρὸς τῷ τόπῳ καὶ τὸ ἔστι προσκατηγορεῖται, δεῖ δὲ οὔ· ὥσπερ οὐδὲ τὸ ποιότης ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ ποιότης μόνον. Πρὸς

XIV. Solent de praedicamento Ubi tractantes dicere : Ubi est, ac si dicatur, in Lyceo vel Academia. Academia igitur Lyceumque loca sunt omnino, partesque loci, sicut sursum, deorsum, hic, species sunt loci, vel partes : interest autem, quod alia aliis magis determinata sunt. Si igitur sursum, deorsum, medium sunt loca, velut Delphica regio media est, et prope medium Attica, et Lyceum et reliquae regiones, quidnam oportet ulterius praeter locum quaerere, praesertim cum dicamus haec singulatim locum significare? Si autem aliud in alio dicimus, quando dicimus ubi, non unum dicimus neque simplex. Praeterea si, quotiens hoc esse hic affirmamus, non simplicem esse dicimus, sed habitudinem aliquam procreamus, cum hujus in hoc, tum ejus, quod suscipitur ad id, quod suscipit : cur non hoc ipsum in relativorum genere ponimus? siquidem ex utriusque habitudine ad utrumque aliquid generatur. Item nihilo differt, si Athenis habitans dicas, Hic sum, aut Sum Athenis. Sed hoc ipsum, quod dicitur hic, cum signum demonstrativum sit, locum significare concedent, ideoque et illud, quod dictum est Athenis, designare locum constebuntur. Quapropter Athenis ad ipsum proprie locum pertinet. Rursus, si Athenis idem est atque in urbe Atheniensi esse, nimirum ultra locum, ipsum quoque esse etiam praedicatur : non tamen ita decebat, quemadmodum neque pro genere qualitatis fas est assignare, qualitas est, sed qualitas ipsa duntaxat. Accedit ad haec, quodsi quae

δὲ τούτοις, εἰ δεῖ τὸ ἐν χρόνῳ ἄλλο καὶ τὸ ἐν τόπῳ ἄλλο παρὰ χρόνον καὶ τόπον, διὰ τί οὐ καὶ τὸ ἐν ἀγγείῳ ἄλλην κατηγορίαν ποιήσει; καὶ τὸ ἐν ὕλῃ ἄλλο; καὶ τὸ ἐν ὑποκειμένῳ ἄλλο; καὶ τὸ ἐν ὅλῳ μέρος καὶ τὸ ὅλον ἐν μέρεσι, καὶ γένος ἐν εἴδεσι καὶ εἶδος ἐν γένει; καὶ οὕτως ἡμῖν πλείους αἱ κατηγορίαι ἔσονται.

tet, quod in tempore vel loco dicitur, aliud afferre prædicamentum, præter tempus atque locum; cur non etiam, quod est in vase, aliud inducat prædicamentum? item, quod in materia, aliud? rursus aliud, quod est in subjecto? item, quod, ut pars in toto, vel sicut totum in partibus, genus in speciebus, speciesve in genere similiter aliud? atque ita plura adhuc nobis prædicamenta numerabuntur.

Rectius fortasse pro prædicamento poneretur effectio, aut actus, aut motus, quam facere.

ΙΕ'. Ἐν δὲ τῷ ποιεῖν λεγομένῳ τάδ' ἄν τις ἐπισκέψαιτο. Λέγεται γὰρ, ὡς, ἐπεὶ μετὰ τὴν οὐσίαν τὰ περὶ τὴν οὐσίαν ἦν ποσότης καὶ ἀριθμὸς, τὸ ποσὸν γένος ἕτερον ἦν, καὶ ποιότητος οὔσης περὶ αὐτὴν, ἄλλο γένος τὸ ποιὸν, οὕτω καὶ ποιήσεως οὔσης, ἄλλο γένος τὸ ποιεῖν. Ἆρ' οὖν τὸ ποιεῖν, ἢ ἡ ποίησις, ἀφ' ἧς τὸ ποιεῖν; ὥσπερ καὶ ποιότης, ἀφ' ἧς τὸ ποιὸν, ἢ ἐνταῦθα ποίησις, ποιεῖν, ποιῶν [l. ποιοῦν], ἢ ποιεῖν καὶ ποίησις, εἰς ἓν ληπτέα. Ἐμφαίνει δὲ μᾶλλον τὸ ποιεῖν καὶ τὸν ποιοῦντα, ἡ δὲ ποίησις, οὔ· καὶ τὸ ποιεῖν ἐν ποιήσει εἶναί τινι· τοῦτο δὲ ἐνεργείᾳ· ὥστε ἐνέργειαν μᾶλλον εἶναι τὴν κατηγορίαν, ἢ περὶ τὴν οὐσίαν λέγεται θεωρεῖσθαι, ὡς ἐκεῖ ποιότης, καὶ αὐτὴ περὶ τὴν οὐσίαν ὥσπερ κίνησις, καὶ ἓν γένος ἡ κίνησις τῶν ὄντων. Διὰ τί γὰρ ποιότης μὲν ἕν τι περὶ τὴν οὐσίαν, καὶ ποσότης ἕν τι, καὶ πρός τι διὰ τὴν σχέσιν ἄλλου πρὸς ἄλλο; κινήσεως δὲ περὶ τὴν οὐσίαν οὔσης οὐκ ἔσται τι καὶ κίνησις ἓν γένος;

XV. In eo autem prædicamento, quod facere nominant, hæc considerare licet. Traditur sane, post substantiam ponenda esse, quæ sunt circa substantiam, quemadmodum quantitas numerusque se habent : ideoque quantitas apud illos aliud genus asseritur. Item, quia qualitas circa substantiam est, idcirco ipsum quale genus aliud ponitur : sic itaque, cum circa eandem sit et effectio, aliud quoque genus esse hoc ipsum facere arbitrantur. Num igitur ipsum facere ponendum est, an factio potius, a qua facere proficiscitur? quemadmodum et qualitas ponenda est, a qua fit quale similiter. An potius hic factio, facere, faciens, vel facere atque factio in unum accumulanda sunt? Jam vero ipsum facere magis designat efficientem, factio vero nequaquam. Atqui et facere plane significat in quadam effectione versari : id autem est in actu se habere. Ex quo efficitur, ut actus prædicamentum potius sit. Qui sane actus considerari circa essentiam affirmatur, quemadmodum ibi qualitas : qui rursum actus versatur circa essentiam, tanquam motus. Et profecto motus unum aliquod rerum genus exsistit. Cur enim qualitas quidem unum aliquid est circa essentiam, et quantitas similiter unum quiddam, item relatio propter quandam alterius ad alterum habitudinem; motus autem, qui similiter circa essentiam est, non sit similiter unum genus?

Rectius fortasse pro prædicamento poneretur actus : atque sub eo actus alter quidem perfectus, ut habitus atque forma; alter autem imperfectus, ut motus ad habitum atque formam.

Motus non ratione sui dicitur imperfectus actus : quo enim momento incipit, jam actus est et motus; sed ratione alicujus alterius post motum perficiendi. Sicut actus ac sæpe mutatio fit momento, ita motus exordiens in momento simpliciter jam est motus : subit vero tempus, quatenus subit et quantitatem.

ΙϚ'. Εἰ δέ τις λέγοι τὴν κίνησιν ἀτελῆ ἐνέργειαν εἶναι, οὐδὲν ἐκώλυε τὴν μὲν ἐνέργειαν προτάττειν, εἶδος δὲ τὴν κίνησιν ὡς ἀτελῆ οὖσαν ὑποβάλλειν, κατηγοροῦντά γε αὐτῆς τὴν ἐνέργειαν, προστιθέντα δὲ τὸ ἀτελές. Τὸ γὰρ ἀτελὲς λέγεται περὶ αὐτῆς, οὐχ ὅτι οὐδὲ ἐνέργεια, ἀλλὰ ἐνέργεια μὲν πάντως, ἔχει δὲ καὶ τὸ πάλιν· καὶ τὸ πάλιν, οὐχ ἵνα ἀφίκηται εἰς ἐνέργειαν (ἔστι γὰρ ἤδη), ἀλλ' ἵνα ἐργάσηταί τι, ὃ ἕτερόν ἐστι μετ' αὐτήν· καὶ οὐκ αὐτὴ τελειοῦται τότε, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα, οὗ ἐστοχάζετο, οἷον βάδισις ἐξ ἀρχῆς βάδισις ἦν. Εἰ δὲ δεῖ στάδιον διανῦσαι, οὔπω δὲ ἦν διανύσας, τὸ ἐλλεῖπον οὐ τῆς βαδίσεως οὐδὲ τῆς κινήσεως ἦν, ἀλλὰ τῆς ποσῆς βαδίσεως· βάδισις δὲ ἦν καὶ ὑποστηοῦν, καὶ κίνησις ἤδη. Ὁ γοῦν κινούμενος καὶ ἤδη κεκίνηται, καὶ ὁ τέμνων ἤδη ἔτεμε. Καὶ ὡς ἡ λεγομένη ἐνέργεια οὐ δεῖται χρόνου, οὕτως οὐδ' ἡ κίνησις, ἀλλ' ἡ εἰς τοσοῦτον κίνησις· καὶ εἰ ἐν ἀχρόνῳ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ κίνησις ἡ ὅλως κίνησις· εἰ δ', ὅτι τὸ συνεχὲς προσλαβοῦσα, πάντως ἐν χρόνῳ, καὶ ἡ ὅρασις μὴ διαλείπουσα τὸ ὁρᾶν, ἐν συνεχείᾳ ἂν εἴη καὶ ἐν χρόνῳ. Μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ καὶ ἡ ἀναλογία, ἡ λέγουσα ἀεὶ οἷόν τε εἶναι λαμβάνειν ἡστινοσοῦν κινήσεως, καὶ μὴ εἶναι μήτε τοῦ χρόνου ἀρχὴν, ἐν ᾧ καὶ ἀφ' οὗ

XVI. Si quis autem objiciat, motum esse actum imperfectum; nihil adhuc prohibere videbitur, actum quidem primo loco ponere, motum vero, tanquam speciem ejus et imperfectum quiddam, illi subjicere : prædicando quidem de motu actum, addendo vero pro differentia imperfectum : nam imperfectum de motu dicitur, non quia non sit actus, sed actus quidem est omnino, sortitur autem repetitam quandam successionem, non quidem, ut motus ipse ad actum quandoque perveniat : jam enim actus exsistit : sed ut efficiat aliquid, quod aliud quiddam est ultra motum : neque tunc motus ipse perficitur, sed res ipsa potius, ad quam motor animum intendebat : sicut incessus statim ab initio erat incessus. Si autem oporteat stadium pertransire, necdum transactum fuerit; certe hoc ipsum, quod deest, neque incessui neque motui deest, sed potius incessui tanto : incessus autem erat etiam, quantuscumque fuerit, atque jam motus. Profecto, qui movetur, jam est motus, et qui dividit, jam divisit. Et sicut, qui actus dicitur, non indiget tempore, ita neque etiam motus, sed motus proprie eo usque productus : atqui, si actus fit in non tempore, certe et motus, qui omnino motus est atque simpliciter : sin autem motum dicant idcirco prorsus in tempore fieri, quia continuitatem sibi vindicet : respondebitur, visionem quoque non intermissam habere continuitatem, agique in tempore. Argumentum vero huic præbet facultas quoque proportionis : quæ quidem tradit, posse semper ex quocumque motu aliud aliudque accipere, neque esse initium temporis, in quo et

ἤρξατο, μήτε αὐτῆς ἀρχὴν τῆς κινήσεως, ἀλλ' εἶναι αὐτὴν διαιρεῖν ἐπὶ τὸ ἄνω, ὥστε ἐξ ἀπείρου συμβαίνοι ἂν τοῦ χρόνου κεκινῆσθαι τὴν ἄρτι ἀρξαμένην, καὶ αὐτὴν ἄπειρον εἰς τὸ ἀρξάμενον εἶναι. Τοῦτο γὰρ συμβαίνει διὰ τὸ χωρίζειν ἐνέργειαν κινήσεως, καὶ τὴν μὲν ἐν ἀχρόνῳ φάσκειν γενέσθαι, τὴν δὲ χρόνου δεῖσθαι λέγειν, μὴ τὴν τοσὴν μόνον, ἀλλ' ὅλως τὴν φύσιν αὐτῆς ἀναγκάζεσθαι ποσὴν λέγειν, καίτοι ὁμολογοῦντας καὶ αὐτοὺς, κατὰ συμβεβηκὸς τὸ ποσὸν αὐτῇ παρεῖναι, εἰ ἡμερησία εἴη, ἢ ὁποσουοῦν χρόνου. Ὥσπερ οὖν ἐνέργεια ἐν ἀχρόνῳ, οὕτως οὐδὲν κωλύει καὶ κίνησιν ἦρχθαι ἐν ἀχρόνῳ, ὁ δὲ χρόνος, τῷ τοσήνδε γεγονέναι, ἐπεὶ καὶ μεταβολαὶ ἐν ἀχρόνῳ ὁμολογοῦνται γίγνεσθαι, ἐν τῷ λέγεσθαι, ὥσπερ οὐ καὶ ἀθρόας γινομένης μεταβολῆς. Εἰ οὖν μεταβολὴ, διὰ τί οὐχὶ καὶ κίνησις; εἴληπται δὲ μεταβολὴ οὐκ ἐν τῷ μεταβεβληκέναι· οὐ γὰρ τῆς ἐν τῷ μεταβεβληκέναι ἐδεῖτο.

a quo inceperit : neque rursus motionis exordium, sed licere semper altius motum dividere, adeo, ut contingat motum nuper inchoatum jam etiam ex infinito tempore processisse, ipsumque motum similiter infinitum, quantum spectat ad exordium, exstitisse. Id autem ideo accidit, quoniam actum a motu separant : et actum quidem fieri in non tempore dicunt, motum vero tempore indigere fatentur : motum, inquam, non solum tantum proprie aut tantum, sed omnino motus ipsius naturam necessario esse quantam : tametsi ipsi fatentur, tantum aut tantum per accidens motioni contingere, si quidem motus sit diurnus, vel quanticumque sit temporis. Sicut igitur actus fit in non tempore, ita nihil prohibet motum quoque in non tempore incepisse, tempus autem ob id motui contigisse, quoniam motus tantus evaserit : quandoquidem mutationes quoque in non tempore fieri concedantur, quando dici solet, mutationem partim quidem peragi simul totam, partim vero nequaquam. Si ergo mutatio, cur non etiam motus agitur in non tempore? Assumpta vero mutatio est, non in eo, quod jam facta fuerit permutatio : non enim mutatione illa indigebat, quæ proprie in esse quodam permutato consisteret.

Probabilius sub motu, tanquam genere, ponerent actionem et passionem, quam duo hæc tanquam prædicamenta duo. Esse relativum non est simpliciter esse alicujus, vel ad aliquid vergere, sed hoc ipsum, quod est, ex motus duorum habitudine conflci.

ΙΖ'. Εἰ δέ τις λέγοι μήτε τὴν ἐνέργειαν μήτε τὴν κίνησιν γένους δεῖσθαι καθ' αὑτὰ, ἀλλ' εἰς τὸ πρός τι ἀνάγειν, τῷ τὴν μὲν ἐνέργειαν δυνάμει εἶναι ἐνεργητικοῦ, τὴν δὲ τοῦ δυνάμει κινητικοῦ ἢ κινητικοῦ, λεκτέον ὡς τὰ μὲν πρός τι αὐτῇ ἡ σχέσις ἐγέννα, ἀλλ' οὐ τῷ πρὸς ἕτερον μόνον λέγεσθαι· ὅταν δὲ ᾖ τις ὑπόστασις, κἂν ἑτέρου ᾖ, κἂν πρὸς ἕτερον τήν γε πρὸ τοῦ πρός τι εἴληχε φύσιν· αὕτη τοίνυν ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ κίνησις καὶ ἡ ἕξις δὲ ἑτέρου οὖσα οὐκ ἀφῄρηται τοῦ πρὸ τοῦ πρός τι εἶναί τε καὶ νοεῖσθαι καθ' αὑτά· ἢ οὕτως πάντα ἔσται πρός τι. Πάντως γὰρ ἔχει ὁτιοῦν σχέσιν πρὸς ὁτιοῦν, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. Αὐτή τε ἡ ποίησις καὶ τὸ ποιεῖν, διὰ τί εἰς τὸ πρός τι οὐκ ἀναχθήσεται; ἢ γὰρ κίνησις, ἢ ἐνέργεια πάντως ἔσται. Εἰ δὲ τὴν μὲν ποίησιν εἰς τὸ πρός τι ἀνάξουσι, τὸ δὲ ποιεῖν ἓν γένος θήσονται, διὰ τί οὐ καὶ τὴν μὲν κίνησιν εἰς τὸ πρός τι, τὸ δὲ κινεῖσθαι ἕν τι γένος θήσονται; καὶ διαιρήσονται τὸ κινεῖσθαι ὡς ἓν διχῇ, ἐν εἴδεσι τοῦ ποιεῖν καὶ τοῦ πάσχειν· ἀλλ' οὐχ ὡς νῦν τὸ μὲν ποιεῖν λέγουσι, τὸ δὲ πάσχειν.

XVII. Si quis autem attulerit, neque actum neque motum esse per se genera, sed in relativorum genere computari, propterea quod actus quidem sit alicujus potentia quadam activi, motus autem sit alicujus potentia motivi, qua ratione sit motivum, dicendum est : relativa semper ipsa habitudine generari, non autem ex eo duntaxat, quod dicantur ad aliud. Quando vero sit subsistentia quædam, quæ sive alterius, sive ad alterum sit, naturam tamen ipsam sortitur ante relationem : hic utique actus et motus et habitus insuper exsistens alterius, non caret interea ea facultate, per quam ante relationem sit re ipsa atque intelligatur : alioquin sic omnia pariter ad aliud referentur. Quodlibet enim habitudinem quandam ad aliquid habet, quod quidem animæ quoque contingit. Jam vero ipsa factio et ipsum facere cur non in relativorum numerum referantur? Aut enim motus, aut actus quidam erit omnino. Sin autem effectionem quidem in relativorum ordine collocent, ipsum vero facere genus unum constituant, quidnam prohibet, quominus et motum ad aliquid referant, ipsum vero moveri unum esse genus affirment? Atqui moveri eis dividere licet, tanquam unum, in species præcipue duas, in ipsum scilicet facere atque pati; non tamen sicut nunc efficiunt, dicentes videlicet, hoc quidem genus esse facere, illud autem genus esse pati.

Motus ipse non tam, ut simpliciter sit, quam ut sit longus, indiget tempore. Item non omnis actio refertur ad passionem, qualis incessus et intelligentia est. Præterea motus, actio, passio, sensus, intelligentia, præter id, quod sunt alicujus actus, et diriguntur ad aliquid, exsistunt absolute aliquid in se ipsis.

ΙΗ'. Ἐπισκεπτέον δὲ, εἰ ἐν τῷ ποιεῖν τὰς μὲν ἐνεργείας φήσουσι, τὰς δὲ κινήσεις, τὰς μὲν ἐνεργείας λέγοντες εἶναι τὰς ἀθρόας, τὰς δὲ κινήσεις, οἷον τὸ τέμνειν· ἐν χρόνῳ γὰρ τὸ τέμνειν· ἢ πάσας κινήσεις, ἢ μετὰ κινήσεως; καὶ εἰ πάσας πρὸς τὸ πάσχειν τὰς ποιήσεις, ἢ τινας καὶ ἀπολύτους, οἷον τὸ βαδίζειν, καὶ τὸ λέγειν; καὶ εἰ τὰς πρὸς τὸ πάσχειν πάσας κινήσεις, τὰς δὲ ἀπολύτους ἐνεργείας, ἢ ἐν ἑκατέροις ἑκάτερον; τὸ γοῦν βαδίζειν ἀπολελυμένον ὄν, κίνησιν ἂν εἴποιεν· τὸ δὲ νοεῖν οὐκ ἔχον τὸ πάσχον καὶ αὐτὸ ἐνέργειαν.

XVIII. Considerandum est præterea, num rite dicturi sint, in ipso facere alios quidem esse actus, alios autem esse motus : et actus simul totos expleri, motus autem tales esse, quale sit et dividere : dividere namque versatur in tempore : an forte actus omnes dicturi sint esse motus, vel certe cum motu? Item, numquid effectiones omnes ad ipsum pati sint relaturi, an potius quasdam absolutas affirmaturi, sicut incedere atque loqui? Rursus, num omnes impetus ad passionem relatos motus nominaturi sint, absolutos autem simpliciter actus, vel forsan in utrisque pariter utrumque collocaturi? Jam vero incedere quidem ipsum, quod et absolutum quiddam est, motum facile appellabunt : intelligere vero, cui patiens non re-

λμαι, ἢ οὐδὲ ποιεῖν φατέον τὸ νοεῖν καὶ τὸ βαδίζειν. Ἀλλ' εἰ μὴ ἐν τῷ ποιεῖν ταῦτα, ποῦ, λεκτέον. Τάχα δὲ τὸ νοεῖν πρὸς τὸ νοητὸν, ὥσπερ τὴν νόησιν· καὶ γὰρ τὴν αἴσθησιν πρὸς τὸ αἰσθητόν. Ἀλλ' εἰ κἀκεῖ τὴν αἴσθησιν πρὸς τὸ αἰσθητὸν, διὰ τί αὐτὸ τὸ αἰσθάνεσθαι ὡσαύτως πρὸς τὸ αἰσθητόν; καὶ ἡ αἴσθησις δὲ, ἡ πρὸς ἕτερον σχέσιν, ἔχει μὲν πρὸς ἐκεῖνο· ἔχει δέ τι παρὰ τὴν σχέσιν, τὸ ἢ ἐνέργεια ἢ πάθος εἶναι. Εἰ οὖν τὸ πάθος παρὰ τὸ τινὸς εἶναι καὶ ὑπό τινος, ἔστι τι ἕτερον καὶ ἡ ἐνέργεια, ἡ δὲ δὴ βάδισις ἔχουσα καὶ αὐτὴ τὸ τινὸς εἶναι καὶ ποδῶν εἶναι καὶ ὑπό τινος, ἔχει τὸ κίνησις εἶναι. Ἔχοι ἂν οὖν καὶ ἡ νόησις παρὰ τὸ πρός τι τὸ ἢ κίνησις εἶναι ἢ ἐνέργεια.

spondet, actum vel actionem (ut arbitror) nuncupabunt: alioquin intelligere et incedere non dicendum erit aliquid facere. Verum si hæc in genere faciendi non sint, ubi? dicendum. Forsan vero intelligere ad intelligibile sicut et intelligentiam referent: nam et sensum ad sensibile dirigunt. Quodsi et sensum dirigunt ad sensibile, cur non ipsum quoque sentire ad sensibile referant? Atqui sensus, qui et refertur ad alterum, habitudinem quidem habet ad illud: sed habet interea nihilominus præter habitudinem aliquid, hoc ipsum scilicet actum quendam esse vel passionem. Si igitur passio præter id, quod alicujus vel sub aliquo sit, est et aliquid aliud, nimirum sicut actus atque actio: tum vero incessus, cum ipse quoque alicujus sit, sitque pedum, atque sub aliquo, habet tamen in se ipso interim, ut sit motus. Quod si ita est, intelligentia quoque præter id, quod spectat ad aliquid, id in se muneris habet, ut aut motus quidam sit aut actus.

Probabiliter motum ponemus pro genere: quem dividemus in motum exorientem intrinsecus atque in motum extrinsecus incidentem.

Primum quidem nominabimus actionem, sive maneat intus, sive etiam in aliud exeat. Secundum vero passionem: sive quis putet hos inter se motus actionemque et passionem re ipsa discrepare, sive tantum ratione differre.

ιθ'. Ἐπισκεπτέον δὲ, εἰ καί τινες ἐνέργειαι δόξουσιν ἀτελεῖς εἶναι, μὴ προσλαβοῦσαι χρόνον, ὥστε εἰς ταὐτὸν ταῖς κινήσεσιν ἔλθεῖν, οἷον τὸ ζῆν καὶ ἡ ζωή. Ἐν χρόνῳ γὰρ τελείῳ τὸ ζῆν ἑκάστου καὶ ἡ εὐδαιμονία ἐνέργεια, οὐκ ἐν ἀμερεῖ, ἀλλὰ οἷον ἀξιοῦσι καὶ τὴν κίνησιν εἶναι, ὥστε κινήσεις ἄμφω λεκτέον, καὶ ἕν τι τὴν κίνησιν, καὶ γένος ἓν θεωροῦντας παρὰ τὸ ποσὸν τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ καὶ τὸ ποιὸν, καὶ κίνησιν οὖσαν περὶ αὐτὴν, καὶ, εἰ βούλει, τὰς μὲν σωματικὰς, τὰς δὲ ψυχικὰς, ἢ τὰς μὲν παρ' αὐτῶν, τὰς δὲ ὑπ' ἄλλων εἰς αὐτὰ, ἢ τὰς μὲν ἐξ αὐτῶν, τὰς δὲ ἐξ ἄλλων, καὶ τὰς μὲν ἐξ αὐτῶν ποιήσεις, εἴτε εἰς ἄλλα, εἴτε ἀπολελυμένας, τὰς δὲ ἐξ ἄλλων πείσεις· καίτοι καὶ αἱ εἰς ἄλλα κινήσεις αἱ αὐταὶ ταῖς ἐξ ἄλλων. Ἡ γὰρ τμῆσις, ἥ τε παρὰ τοῦ τέμνοντος, ἥ τε ἐν τῷ τεμνομένῳ, μία, ἀλλὰ τὸ τέμνειν ἕτερον καὶ τὸ τέμνεσθαι. Τάχα δὲ οὐδὲ μία ἡ τμῆσις, ἡ ἀπὸ τοῦ τέμνοντος καὶ ἡ ἐν τῷ τεμνομένῳ· ἀλλ' ἔστι τὸ τέμνειν τὸ ἐκ τῆς τοιᾶσδε ἐνεργείας καὶ κινήσεως, ἑτέραν ἐν τῷ τεμνομένῳ διάδοχον κίνησιν γίγνεσθαι· ἢ ἴσως οὐ κατ' αὐτὸ τὸ τέμνεσθαι τὸ διάφορον, ἀλλὰ κατ' ἄλλο τὸ ἐπιγιγνόμενον κίνημα, οἷον τὸ ἀλγεῖν· καὶ γὰρ τὸ πάσχειν ἐν τούτῳ. Τί οὖν, εἰ μή τι ἀλγεῖ; τί ἄλλο, ἢ ἡ ἐνέργεια τοῦ ποιοῦντος ἐν τῷδε οὖσα; οὕτω γὰρ καὶ τὸ οὕτω λεγόμενον ποιεῖν, καὶ διττὸν οὕτως εἶναι τὸ ποιεῖν, τὸ μὲν μὴ ἐν ἄλλῳ, τὸ δὲ ἐν ἄλλῳ συνιστάμενον· καὶ οὐκέτι τὸ μὲν ποιεῖν, τὸ δὲ πάσχειν, ἀλλὰ τὸ ποιεῖν ἐν ἄλλῳ πεποίηκε δύο νομίζειν εἶναι, τὸ μὲν ποιεῖν, τὸ δὲ πάσχειν· οἷον καὶ τὸ γράφειν, καίτοι ὂν ἐν ἄλλῳ, οὐκ ἐπιζητεῖ τὸ πάσχειν, ὅτι μὴ ἄλλο τι ἐν τῷ γραμματείῳ ποιεῖ, παρὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ γράφοντος, οἷον τὸ ἀλγεῖν. Εἰ δέ τις λέγοι γεγράφθαι, οὐ τὸ πάσχειν λέγει. Καὶ ἐπὶ τοῦ βαδίζειν, καίτοι οὔσης γῆς, ἐφ' ἧς οὐ προσποιεῖται τὸ πεπονθέναι. Ἀλλ' ὅταν ἐπὶ σώματος ζώου βαίνῃ, τὸ πάσχειν ἐπινοεῖ, ὃ ἐπιγίγνεται ἄλγημα συλλογιζόμενος, οὐ τὸ βαδίζειν, ἢ ἐπενόησεν ἂν καὶ πρότερον. Οὕτω καὶ ἐπὶ πάντων κατὰ μὲν

XIX. Post hæc autem considerandum est, numquid actus aliqui videantur imperfecti fore, nisi tempus assumpserint, adeo, ut cum motibus una conspirent, velut vivere atque vita. In tempore namque perfecto consistere videtur suum cujusque vivere: ipsa quinetiam beatitudo actus quidam esse, non in aliquo indivisibili consistens; sed tanquam motum quendam esse putant. Ex quo dicendum sit, utraque motus esse, atque motum ipsum genus unum exsistere: quod quidem perspicere liceat unum secundum se genus ultra quantitatem, quæ in substantia est, et ultra qualitatem: adeo, ut motus similiter sit unum quiddam circa substantiam: quem quidem communem motum, si placet, in duas dividas motiones, quarum aliæ quidem ad corpus, aliæ vero pertinere ad animam videantur: aut aliæ penes ipsa moventia sint, aliæ sub aliis aliunde in ipsa perveniant: vel aliæ ex ipsis proprie, aliæ autem ex alienis. Tum vero, quæ sunt ex ipsis, actiones sint, sive in alia transeant, sive sint absolutæ. Quæ vero pendent ex aliis, passiones, quamvis motus etiam in alia transeuntes, iidem esse videantur, atque motus, qui ex aliis pendere dicuntur. Divisio namque, sive penes dividentem, sive in re divisa consideretur, est una: sed dividere aliud est, quam dividi. Forsan vero neque una quidem est ipsa divisio, quæ infertur a dividente, et quæ in diviso suscipitur: sed dividere ipsum [atque dividi] nihil aliud est, quam ex tali quadam actione et motione, alteram in re divisa succedentem fieri motionem: aut fortasse non secundum hoc ipsum, quod dividi dicitur, differentia ipsa perpenditur, sed secundum aliud ex motione resultans, velut dolere: in hoc enim consistit pati. Quid ergo dicendum, ubi nihil doleat? Quidnam aliud, nisi quod actus efficientis in hoc exsistens sit loco doloris vel passionis? Sic enim accidit, et tale quiddam est, quod dicitur aliquid facere: atque ita duplex videtur esse, quod facere nominatur: aliud quidem non in alio, aliud autem in alio collocatum. Neque sic ulterius dividetur, ut aliud quidem facere sit, aliud vero pati: sed ipsum, quod est in alio facere, occasionem præstitit, ut duo quædam esse hic apparerent, quorum aliud sit facere, aliud contra sit pati. Jam vero scribendi munus, quamvis admittatur in alio, non affert præterea passionem sibi e contrario respondentem, quoniam nihil aliud efficit in scribendo, præter scribentis ipsius actum, quod quidem perinde se habeat, atque dolere. Si quis autem dixerit tale quiddam afferre præterea, quale sit, quod fuisse scriptum dicatur, non propterea passionem aliquam in medium introducit. Atqui et in ipso incessu, quamvis terra subsit, quæ incessu calcatur, non tamen hic addi debet, terram aliquid inde fuisse perpessam. Sed quando quis super corpus animalis progreditur, passio jam perpenditur, dum videlicet quivis excogitat dolorem insuper inde provenientem, dolorem, inquam, reputans, non incessum: alioquin id ipsum prius etiam perpendisset. Sic

τὸ ποιεῖν ἐν λεκτέον μετὰ τοῦ λεγομένου πάσχειν, τοῦ ἀντιθέτου. Ὃ δὲ πάσχειν λέγεται, τὸ γενόμενον ὕστερον, οὐ τὸ ἀντίθετον, οἷον τῷ καίειν τὸ καίεσθαι· ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ καίειν καὶ καίεσθαι ἑνὸς ὄντος, τὸ ἐπ' αὐτῷ γιγνόμενον, ἢ ἄλγημα ἤ τι ἄλλο, οἷον μαραίνεσθαι. Τί οὖν, εἴ τις αὐτὸ τοῦτο ἐργάζοιτο, ὥστε λυπεῖν; οὐχ ὁ μὲν ποιεῖ, ὁ δὲ πάσχει; καὶ ἐκ μιᾶς ἐνεργείας τὰ δύο, καὶ ὁ μὲν ποιεῖ, ὁ δὲ πάσχει. Ἡ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ οὐκέτι τὸ τῆς βουλήσεως τοῦ λυπεῖν, ἀλλὰ ποιεῖ τι ἕτερον, δι' οὗ λυπεῖ, ὃ ἐν τῷ λυπησομένῳ γενόμενον ἓν ὂν καὶ ταὐτὸν πεποίηκεν ἄλλο, τὸ λυπεῖσθαι. Τί οὖν αὐτὸ τὸ ἓν γενόμενον πρὶν καὶ λύπην ποιῆσαι; ἢ ὅλως λύπην οὐκ ἐμποιοῦν οὐ πάθος ἐστὶ τοῦ εἰς ὄν, οἷον τὸ ἀκοῦσαι; ἢ οὐ πάθος τὸ ἀκοῦσαι, οὐδ' ὅλως τὸ αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ τὸ λυπηθῆναί ἐστι γενέσθαι ἐν πάθει, ὃ μὴ ἀντίθετον τῷ ποιῆσαι.

et in omnibus secundum ipsum facere unum quoddam genus dicendum est una cum eo, quod pati dicitur et oppositum. Quod autem pati dicitur, id ipsum est, quod factum est posterius, non quidem, quod sit oppositum perinde atque ei, quod est comburere, ipsum, quod est comburi: sed passio potius dicitur atque pati, id ipsum, quod ex comburere comburique, velut uno quodam existente, in re ipsa resiliat, sive dolor id sit, sive aliud quiddam, quasi consumptio quædam. Quid ergo? si quis hoc ipsum sic agat, ut dolorem inferat? nonne hic quidem agit, ille vero patitur? atque ex uno quodam actu duo conficiuntur, ubi hic facit, ille patitur. Forsan vero in ipsa actione non amplius computatur doloris inferendi propositum: sed facit aliud quiddam, per quod afficit dolore. Quod quidem in ipso dolituro factum, unumque et idem exsistens efficit, ut aliud præterea sit dolore quodam affici. Quid igitur de illo dicendum? quod unum quiddam fit prius, quam etiam dolore afficiat? vel etiam ubi dolor nullus infertur, nonne passio est, illius ipsius, in quod infertur? velut audire. Sed fortasse ipsum audire non est passio, neque omnino sentire ulla passio est: at dolore premi est in passione constitui, quod quidem effectioni non est oppositum judicandum.

Aliquam actionem passio non comitatur, ut intelligentiam atque sensum: aliquam comitatur intus, ut conterere conterentem vicissim, et calefacere mutuo frigefacientem: aliquam comitatur extrinsecus, et hoc quidem dupliciter. Aut enim actionem manifesta passio comitatur foris, ut secantem: aut occulta, ut incedentem: imo et occultissima, et augeri, et formari corpus ab anima.

Κ'. Ἀλλ' ἔστω μὴ ἀντίθετον· ὅμως δὲ ἕτερον ὂν τοῦ ποιεῖν, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ γένει τῇ ποιήσει, εἰ ἡ κίνησις ἄμφω, ἐν τῷ αὐτῷ, οἷον ἀλλοίωσις, κίνησις κατὰ τὸ ποιόν. Ἆρ' οὖν ὅταν μὲν ἀπὸ τοῦ ποιοῦ ᾖ ἡ ἀλλοίωσις, ποίησις, καὶ τὸ ποιεῖν ἀπαθοῦς αὐτοῦ ὄντος; ἢ ἐὰν μὲν ἀπαθὴς ᾖ, ἐν τῷ ποιεῖν ἔσται. Ἐὰν δὲ ἐνεργοῦν εἰς ἄλλο, οἷον τύπτον, καὶ πάσχῃ, οὐκέτι ποιεῖ· ἢ οὐδὲν κωλύει ποιοῦντα καὶ πάσχειν. Εἰ οὖν κατ' αὐτὸ τὸ πάσχειν, οἷον τὸ τρίβειν, διὰ τί ποιεῖν μᾶλλον ἢ πάσχειν; ἢ ὅτι ἀντιτρίβεται καὶ πάσχει; ἆρ' οὖν, ὅτι ἀντικινεῖται, καὶ δύο κινήσεις φήσομεν περὶ αὐτόν; καὶ πῶς δύο; ἀλλὰ μία; καὶ πῶς ἡ αὐτὴ καὶ ποίησις καὶ πεῖσις; καὶ οὕτω μὲν ποίησις τῷ ἀπ' ἄλλου, εἰς ἄλλον δὲ πεῖσις ἡ αὐτὴ οὖσα. Ἀλλὰ ἄλλην φήσομεν; καὶ πῶς ἄλλο τι διατίθησι τὸν πάσχοντα ἀλλοιοῦσα, καὶ ὁ ποιῶν ἀπαθὴς ἐκείνου; Πῶς γὰρ ἂν πάθοι, ὃ ποιεῖ ἐν ἄλλῳ; ἆρ' οὖν τὸ ἐν ἄλλῳ τὴν κίνησιν εἶναι ποιεῖ τὸ πάσχειν; ὃ ἦν οὐ πάσχειν κατὰ τὸν ποιοῦντα. Ἀλλ' εἰ τὸ μὲν λευκαίνει ὁ λόγος ὁ τοῦ κύκνου, τὸ δὲ λευκαίνεται ὁ γιγνόμενος κύκνος, πάσχειν φήσομεν ἰόντα εἰς οὐσίαν; εἰ δὲ καὶ ὕστερον λευκαίνοιτο γενόμενος, καὶ εἰ τὸ μὲν αὔξοι, τὸ δὲ αὔξοιτο, τὸ αὐξόμενον πάσχειν, ἢ μόνον ἐν τῷ ποιῷ τὴν πεῖσιν; ἀλλ' εἰ τὸ μὲν καλὸν ποιοῖ, τὸ δὲ καλλύνοιτο, τὸ καλλυνόμενον πάσχειν; εἰ οὖν τὸ καλλῦνον χεῖρον γίγνοιτο, ἢ καὶ ἀφανίζοιτο, οἷον ὁ καττίτερος, τὸ δὲ βέλτιον γίγνοιτο ὁ χαλκὸς, πάσχειν τὸν χαλκὸν φήσομεν, τὸν δὲ ποιεῖν; τὸν δὲ μανθάνοντα πῶς πάσχειν, τῆς τοῦ ποιοῦντος ἐνεργείας εἰς αὐτὸν ἰούσης; ἢ πάθησις πῶς ἂν εἴη, μία γε οὖσα; ἀλλ' αὐτὴ μὲν οὐ πάθησις, ὁ δὲ ἔχων πάσχων ἔσται, τοῦ πάσχειν τινὸς λαμβανομένου· οὐδὲ γὰρ τῷ μὴ ἐνεργηκέναι αὐτόν· οὐ

XX. Sed esto, si placet, non sit oppositum: verumtamen cum aliud quiddam sit, quam facere, non in eodem genere una cum effectione locatur: vel fortasse, si ambo sunt motus, sunt in eodem, velut alteratio ipsa secundum qualitatem motio. Num igitur, quando ab ipso quali progreditur alteratio, est ibi factio atque facere, cum ipsum quale sit passionis expers? aut fortasse, si sit a passione remotum, in faciendo versatur. Sin autem in aliud agens, veluti verberando, mutuo patitur, non amplius facit: an potius nihil prohibet faciendo pati? Si igitur secundum ipsum pati, velut atterere, id habet, cornam facere magis, quam pati censetur? An quia vicissim atterendo conteritur atque patitur? Numquid ergo, quoniam mutuo agitatur, geminos circa ipsum motus esse dicemus? At quomodo duos? Num igitur unum? Sed quonam pacto motio eadem actio simul est atque passio? et ita quidem actio dicetur, quatenus ab alio manat, passio vero, quatenus inde fluit in aliud, dum tamen una motio est. An igitur motionem aliam esse dicemus? Et quonam pacto aliud quiddam disponet aut afficiet patientem alterans ipsa motio, atque ipsum agens non patietur ab illo secundum idem? Quo enim pacto patiatur hoc ipsum, quod in alio facit? Num ergo hoc ipsum, scilicet in alio motum esse, in causa nobis est, ut passio sit? quæ quidem penes effectorem passio minime fuerat. Verum si hoc quidem album efficit ceu seminaria cygni ratio, hoc autem efficitur album, nascens videlicet cygnus, an pati dicemus cygnum in essentiam interim procedentem? Sin autem deinde etiam natus efficiatur albus: item, si hoc quidem augeat, illud autem augeatur, auctum ipsum pati asseverabimus? an potius in ipso quali quodam locabimus passionem? Præterea, si hoc quidem pulchrum facit, hoc vero fit pulchrum, an quod pulchrum efficitur, pati interea confitebimur? Si igitur, quod pulchrum reddit, interea fit deterius, vel obscuratur, velut stannum, aliud autem evadit melius, velut æs, numquid æs pati dicemus, stannum vero facere? Denique discentem quomodo dicemus pati? videlicet ipso efficientis actu in ipsum jam prodeunte. At vero quomodo hæc erit passio, cum unus sit actus? Fortasse ipsa quidem non est passio: qui autem habet, est patiens: quippe cum ipsum pati, perinde tanquam sit alicujus, accipiatur. Neque enim ex eo, quod qui addiscit, nihil ipse egerit, pati dicitur. Nam discere

γὰρ τὸ μανθάνειν, ὥσπερ το πληγῆναι ἐν ἀντιλήψει ὂν καὶ γνωρίσει, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὁρᾶν.

non est tanquam pulsari vel percuti : quippe cum in quadam apprehensione discretioneque consistat : sicut neque videre perinde se habet atque pulsari.

Tam actionem, quam passionem per motum quendam vel actum definire possumus. Sed illud quidem agere dicitur, cujus motus ex ipso sumit exordium, sive hinc aliquid in alio fiat, sive nihil : illud vero pati, cujus motus solum incidit aliunde, sive ad deterius est, sive ad melius. Item, seu ab agente separato incidat, ut verberatio, sive a conjuncto, ut alteratio in corpore ab opinione affectaque animæ sua, et affectus ipsi extrinsecus incitati.

ΚΑ'. Τίνι οὖν γνωριοῦμεν τὸ πάσχειν; οὐ γὰρ δὴ τῇ ἐνεργείᾳ τῇ παρ' ἄλλου, εἰ ὁ τὴν ἐνέργειαν παραδεξάμενος αὐτοῦ ἐποιήσατο διαδεξάμενος· ἀλλ' ἆρα ὅπου μὴ ἐνέργεια, πεῖσις δὲ μόνον; Τί οὖν, εἰ κάλλιον γίγνοιτο, ἡ δὲ ἐνέργεια τὸ χεῖρον ἔχοι; ἢ εἰ κατὰ καίριν ἐνεργοῖ τις, καὶ ἄρχοι εἰς ἄλλον ἀκολάστως; ἢ οὐδὲν κωλύει ἐνέργειαν εἶναι φαύλην, καὶ πεῖσιν καλήν; τίνι οὖν διοροῦμεν; ἆρα τῷ τὸ μὲν εἰς ἄλλον παρ' αὐτοῦ, τὸ δὲ ἐφ' ἑτέρου ἐν ἄλλῳ τὸ πάσχειν; τί οὖν εἰ ἐξ αὐτοῦ μέν, μὴ εἰς ἄλλον δέ, οἷον τὸ νοεῖν, τὸ δοξάζειν; τὸ δὲ θερμανθῆναι παρ' αὐτοῦ διανοηθέντος ἢ θυμωθέντος ἐκ δόξης, μηδενὸς ἔξωθεν προσελθόντος· ἢ τὸ μὲν ποιεῖν, εἴτε ἐν αὐτῷ, εἴτε εἰς ἄλλο τι ὄν, κίνημα ἐξ αὐτοῦ. Ἡ οὖν ἐπιθυμία τί, καὶ πᾶσα ὄρεξις; εἰ ἡ ὄρεξις κινεῖται ἀπὸ τοῦ ὀρεκτικοῦ, εἰ μή τις μὴ προσποιοῖ τὸ ἀφ' οὗ κεκίνηται, ὅτι δὲ μετ' ἐκεῖνο ἐγήγερται. Τί οὖν διαφέρει τοῦ πεπλῆχθαι ἢ ὠσθέντα κατενεχθῆναι; ἀλλ' ἆρα διαιρετέον τὰς ὀρέξεις λέγοντα, τὰς μὲν ποιήσεις, ὅσαι νῷ ἑπόμεναι, τὰς δὲ ὀλκὰς οὔσας, πείσεις, τὸ δὲ πάσχειν οὐ τῷ παρ' ἑτέρου ἢ παρ' ἑαυτοῦ; καὶ ποιοῖ γὰρ ἄν τι ἐν ἑαυτῷ· ἀλλ' ὅταν μηδὲν συμβαλλόμενον αὐτὸ ὁπομείνῃ ἀλλοίωσιν τὴν μὴ εἰς οὐσίαν ἄγουσαν, ἥτις ἐξίστησι πρὸς τὸ χεῖρον, ἢ μὴ πρὸς τὸ βέλτιον, τὴν τοιαύτην ἀλλοίωσιν πεῖσιν καὶ τὸ πάσχειν ἔχειν. Ἀλλ' εἰ τὸ θερμαίνεσθαι θερμότητά ἐστιν ἴσχειν, εἴη δὲ τὸ μὲν εἰς οὐσίαν συντελοῦν, τὸ δὲ μή, τὸ αὐτὸ πάσχειν καὶ οὐ πάσχειν ἔσται. Καὶ πῶς οὐ τὸ θερμαίνεσθαι διττόν; ἢ τὸ θερμαίνεσθαι, ὅταν εἰς οὐσίαν συντελῇ, καὶ τότε ἄλλου πάσχοντος εἰς οὐσίαν συντελέσει, οἷον θερμαινομένου τοῦ χαλκοῦ καὶ πάσχοντος, ἡ δὲ οὐσία ὁ ἀνδριὰς, ὃς οὐκ αὐτὸς ἐθερμαίνετο, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. Εἰ οὖν κάλλιον ὁ χαλκὸς ἀπὸ τοῦ θερμαίνεσθαι ἢ κατὰ τὸ θερμαίνεσθαι, οὐδὲν κωλύει πάσχειν λέγειν· διττὸν γὰρ εἶναι τὸ πάσχειν· τὸ μὲν ἐν τῷ χεῖρον γίγνεσθαι, τὸ δ' ἐν τῷ βέλτιον ἢ οὐδέτερον.

XXI. Quanam igitur notione ipsum pati proprie designabimus? Non certe discernemus actu quodam, qui ab alio pendeat : siquidem qui actum susceperit, sibimet ipsum velut proprium vindicaverit : sed numquid, ubi non actus quidem sit, sed tantum passio? Quid ergo, si id, quod pati dicitur, melius fiat, actus autem se deterius habeat? aut si per pravitatem agat quispiam, et intemperate alteri dominetur? an forte nihil prohibet, actionem quidem esse pravam, passionem vero honestam? Quonam ergo potissimum distinguemus? Numquid definiemus ipsum facere per actum quendam ab ipso quolibet in aliud transeuntem, pati vero per effectum aliunde in alio resultantem? Quid ergo dicemus, si ab ipso quovis exstet quidem, in aliud autem minime transeat? qualis certe est actus intelligendi atque opinandi. Quid item, quando quis ex se ipso protinus incalescit? sive ex cogitatione vehementi id accidat, sive ira potius, quam nullo prorsus alicubi lacessente opinio propria suscitaverit. Fortasse vero ipsum facere est, sive in se ipso maneat, sive in aliud agat, impetus quidam ex se ipso quovis erumpens. Cupiditas ergo et appetitus omnis quidnam est? Fortasse si appetitus incitatur ab appetibili, passio quædam est, etiam si nullus adjecerit, a quo incitetur, sed id ipsum duntaxat, quod post illud fuerit excitatus. Hæc igitur appetitio non aliter se habet, quam si quis impulsus fuerit vel etiam impulsu quasi præcipitatus. An igitur appetitus dividere debemus, dicentes, illos quidem actiones esse, quicumque menti parent : alios autem passiones, videlicet quod in illis rapiatur animus atque trahatur? ipsum vero pati non ex eo, quod ab alio inferatur potius, quam ex se ipso? Agere namque posset nonnihil etiam in se ipso : sed quando nihil ipsum conferens alterationem sustineat, quæ quidem ad essentiam non perducat, sed deducat potius ad deterius, vel saltem ad melius non conducat : ejusmodi, inquam, alterationem in se passionem et pati habere dicemus. Verum, si calefieri nihil aliud est, quam accipere calorem atque habere ; est autem calefactio partim ad essentiam conferens, partim contra : nimirum idem pati erit atque non pati. Et quidnam prohibet calefactionem esse geminam? Fortasse vero ipsum calefieri, quando ad essentiam confert, tunc etiam alio quodam patiente ad essentiam confert, velut quando ære calefacto atque patiente essentia quædam fit, quam statuam nominant, quæ quidem ipsa non est calefacta, nisi forte per accidens. Si ergo æs evadat pulchrius ex eo, quod ipsum calefiat, vel secundum ipsam calefactionem, nihil prohibet, quominus pati confiteamur. Duobus enim modis passionem accipere solent, dicentes aut ad deterius, aut ad melius ducere, vel ad neutrum.

Modus idem potest, si referatur ad agens, dici actio : si ad patiens, passio nominari. Ubi proprie loquimur, actionem ab effectione distinguimus : dicentes, post actionem opus inde procreatum aliud non exstare, quale per effectionem fieri exstareque consuevit.

ΚΒ'. Οὐκοῦν γίγνεται τὸ πάσχειν τῷ ἔχειν ἐν αὐτῷ κίνησιν τὴν ἀλλοίωσιν, τὴν κατὰ τὸ ἀλλοιοῦσθαι ὁπωσοῦν, καὶ τὸ ποιεῖν ἢ ἔχειν ἐν αὐτῷ κίνησιν τὴν ἀπόλυτον παρ' αὐτοῦ, ἢ τὴν τελευτῶσαν εἰς ἄλλο ἀπ' αὐτοῦ, ὁρμωμένην ἀπὸ τοῦ λεγομένου ποιεῖν. Καὶ κίνησις μὲν ἑπ' ἀμφοῖν, ἡ δὲ διαφορὰ ἡ διαιροῦσα τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν, τὸ μὲν ποιεῖν, καθ' ὅσον ποιεῖν, ἀπαθὲς τηροῦσα, τὸ δὲ πάσχειν ἐν τῷ διατίθεσθαι ἑτέρως, ἢ πρότε-

XXII. Fortasse igitur pati quidem accidit ex eo, quod aliquid in se motum habeat, motum, inquam, alterationis, per quam quoquo modo alteretur ; agere vero est vel habere in se et a se ipso motum absolutum, vel edere motum a se in aliud transeuntem, qui et incipiat ab eo ipso, quod agere dicitur. Atqui motus quidem est in utrisque : differentia vero distinguens agere inter se et pati, talis est, ut agere ipsum servet, qua agere est passionis expers ; pati vero in eo, quod aliquis aliter, quam prius afficiatur, dum

ρον εἶχε, τῆς τοῦ πάσχοντος οὐσίας οὐδὲν εἰς οὐσίαν προσλαμβανούσης, ἀλλὰ ἄλλου ὄντος τοῦ πάσχοντος, ὅταν τις οὐσία γίγνηται. Γίγνεται τοίνυν τὸ αὐτὸ ἐν σχέσει τινὶ ποιεῖν, ἐν ἄλλῃ δὲ πάσχειν. Παρὰ μὲν γὰρ τῷδε θεωρούμενον ποιεῖν ἔσται, κίνησις οὖσα ἡ αὐτή· παρὰ δὲ τῷδε πάσχειν, ὅτι τάδε οὕτως διατίθεται, ὥστε κινδυνεύειν ἄμφω πρός τι εἶναι, ὅσα τοῦ ποιεῖν πρὸς τὸ πάσχειν· εἰ μὲν παρὰ τούτῳ τὸ αὐτὸ ποιεῖν, εἰ δὲ παρὰ τῷδε πάσχειν, καὶ θεωρούμενον ἑκάτερον οὐ καθ' αὑτό, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ποιοῦντος καὶ πάσχοντος, οὗτος κινεῖ καὶ οὗτος κινεῖται, καὶ δύο κατηγορίαι ἑκάτερον· καὶ οὗτος δίδωσι τῷδε κίνησιν, οὗτος δὲ λαμβάνει, ὥστε λῆψις καὶ δόσις καὶ πρός τι· ἢ εἰ ἔχοι ὁ λαβών, ὥσπερ λέγεται ἔχειν χρῶμα, διὰ τί οὐ καὶ ἔχει κίνησιν; καὶ ἡ ἀπόλυτος κίνησις, οἷον ἡ τοῦ βαδίζειν, ἔχει βάδισιν καὶ ἔχει δὲ νόησιν. Ἐπισκεπτέον δὲ, εἰ τὸ προνοεῖν ποιεῖν, εἰ καὶ τὸ προνοίας τυγχάνειν πάσχειν· εἰς ἄλλο γὰρ καὶ περὶ ἄλλου ἡ πρόνοια· ἢ οὐδὲ τὸ προνοεῖν ποιεῖν, καὶ εἰ περὶ ἄλλου τὸ νοεῖν, ἢ ἐκεῖνο πάσχειν· ἢ οὐδὲ τὸ νοεῖν ποιεῖν· οὐ γὰρ εἰς αὐτὸ τὸ νοούμενον, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ· οὐδὲ ποίησις ὅλως, οὐδὲ δεῖ πάσας ἐνεργείας ποιήσεις λέγειν, οὐδὲ ποιεῖν τι· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἡ ποίησις. Τί οὖν, εἰ βαδίζων ἴχνη εἰργάσατο, οὐ λέγομεν πεποιηκέναι; ἀλλ' ἐκ τοῦ εἶναι αὐτὸν ἄλλο τι ἢ ποιεῖν κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τὴν ἐνέργειαν κατὰ συμβεβηκός, ὅτι μὴ πρὸς τοῦτο ἑώρα· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων ποιεῖν λέγομεν, οἷον τὸ πῦρ θερμαίνειν καὶ ἐνήργησε τὸ φάρμακον. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλις.

ipsa patientis essentia nihil ad essentiam pertinens adipiscitur, sed aliud quiddam interea patitur, quando aliqua essentia generatur. Quam ob rem idem aliquid in habitudine quadam facere est, in alia vero habitudine pati. Nam penes quidem hoc consideratum erit facere, cum idem sit motus: penes autem illud erit pati, quoniam illud jam sic afficitur. Utraque igitur ad aliquid referri videntur, quatenus ipsa faciendi conditio se habet ad ipsam patiendi proprietatem: nempe aliquid idem penes hoc quidem est facere, sed penes illud pati, et utrumque sane consideratur non tam secundum se ipsum, quam una cum ipso faciente atque patiente, ubi hic quidem movet, ille vero movetur, et utrumque est duo quædam prædicamenta. Atqui et hic illi tradit motum, ille vicissim motum recipit: quapropter traditio et acceptio relatioque ibi contingit. Aut certe, si ille, qui accipit, habet, ut dicitur colorem habere, cur non dicatur et habere motum? Jam vero et absolutus motus, velut incedere, habet incessum, et intelligere habet intelligentiam. Proinde considerare operæ pretium est, utrum providere sit facere, ac vicissim providentia gubernari sit pati: in aliud enim atque de alio quodam providentia esse videtur. Fortasse vero providere non est facere, tametsi de alio quodam sit intelligere: neque regi providentia pati est. Forsan etiam nec intelligere quidem est facere. Non enim in ipsum, quod intelligitur, sese transfert, sed potius est de ipso: neque prorsus est effectio: neque oportet actiones omnes esse effectiones asserere, aut quicquam facere: potest autem ibi secundum accidens esse factio. Quid ergo dicendum? Si quis incedens vestigia signet, nonne fecisse aliquid confitebimur? Sed enim ex eo, quod ille aliud quid sit, vel agat, aut decernat, sequi inde ex contingenti quodam facere, actionemque per accidens: quoniam ad hoc ipsum animum minime advertebat: quandoquidem et in rebus inanimatis etiam facere dicimus, velut ignem calefacere et fecisse aliquid medicinam. Sed de his hactenus.

Peripatetici rationem sufficientem assignare non possunt, cur habere quidem vestes novum prædicamentum faciat; habere vero qualitates in se, et habere pecunias, non faciat prædicamentum novum. Item habere vestes armarique, non unum, sed duo prædicamenta significat.

ΚΓ'. Περὶ δὲ τοῦ ἔχειν, εἰ τὸ ἔχει πολλαχῶς, διὰ τί οὐ πάντες οἱ τρόποι τοῦ ἔχειν εἰς ταύτην τὴν κατηγορίαν ἀναχθήσονται, ὥστε καὶ τὸ ποσὸν, ὅτι ἔχει μέγεθος, καὶ τὸ ποιὸν, ὅτι ἔχει χρῶμα, καὶ ὁ πατὴρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτι ἔχει υἱὸν καὶ υἱὸς πατέρα, καὶ ὅλως κτήματα. Εἰ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐν ἐκείναις, ὅπλα δὲ καὶ ὑποδήματα καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ζητήσειεν ἄν τις, διὰ τί, καὶ διὰ τί ἔχων μὲν αὐτὰ μίαν ἄλλην κατηγορίαν ποιεῖ, καίων δὲ ἢ τέμνων ἢ κατορύττων ἢ ἀποβάλλων, οὐκ ἄλλην ἢ ἄλλας; εἰ δ', ὅτι περίκειται, κἂν ἱμάτιον κέηται ἐπὶ κλίνης, ἄλλη κατηγορία ἔσται, κἂν κεκαλυμμένος ᾖ τις. Εἰ δὲ κατὰ τὴν κάθεξιν αὐτὴν καὶ τὴν ἕξιν, δηλονότι καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τὸ ἔχειν λεγόμενα, καὶ εἰς ἕξιν αὐτά, ὅπου ποτὲ ἡ ἕξις, ἀνακτέον, οὐ γὰρ διοίσει κατὰ τὸ ἐχόμενον. Εἰ μέν τοι ποιότητα ἔχειν οὐ δεῖ λέγειν, ὅτι ἤδη ποιότης εἴρηται, οὐδὲ ποσότητα ἔχειν, ὅτι ποσότης, οὐδὲ μέρη ἔχειν, ὅτι οὐσία εἴρηται· διὰ τί δὲ

XXIII. Reliquum est de prædicamento, quod habere nominant, disputare. Profecto si habere multipliciter aiunt, quidnam prohibet, quominus omnes habendi modi in hoc prædicamentum pariter redigantur? Quapropter et quantum ipsum huc facile reducetur, quoniam habeat magnitudinem: item quale eodem pariter referetur, quia colorem habeat. Rursus pater atque similia: quia et pater habet filium, et filius habet patrem: atque summatim possessiones omnes et supellectilia, quæ habentur. Si dixeriat, alia quidem, quæcumque habentur, in suis illis prædicamentis esse, arma vero et calceos atque vestes in proprio hoc habendi prædicamento: primo quidem quæret aliquis, quam ob causam ita fiat: deinde curnam habens quidem ipsa aliud quoddam unum prædicamentum efficiat: comburens vero illa, vel dividens, vel abscondens, aut abjiciens, non aliud rursus prædicamentum, aut alia faciat. Si respondeant idcirco prædicamentum fieri, quoniam corpori circumdantur, sequetur, si quando vestis in lectica ponatur, prædicamentum inde aliud fieri, aliudque rursus, si veste quispiam prorsus fuerit adopertus. Quodsi prædicamentum ipsum fieri asserant secundum ipsum proprie continendi et habendi actum, profecto sic cetera omnia, quæ secundum hoc ipsum habere cognominantur, huc eadem referri conditione necessarium erit, atque ad ipsum habitum illa omnia, ubicumque sit ipse habitus, redigenda erunt: nihil enim intererit, quidnam id sit, quod habeatur. Proinde si in prædicamento ejusmodi describendo non est dicendum habere qualitatem, quoniam qualitas ipsa jam suo loco ut dicta: rursus, nec habere quantitatem, quoniam quantitas locum suum antea obtinuerit: item, nec habere partes, quia jam substantia descripta proprie fuerit: cur igitur

ὅπλα ἔχειν, εἰρημένης οὐσίας, ἐν ᾗ ταῦτα; οὐσία γὰρ ὑπόδημα καὶ ὅπλα. Πῶς δ' ὅλως ἁπλοῦν καὶ μιᾶς κατηγορίας, ὃ ὅπλα ἔχει; τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ὡπλίσθαι. Ἔπειτα πότερον ἐπὶ ζῶντος μόνον, ἢ κἂν ἀνδριὰς ᾖ, ὅτῳ ταῦτα; ἄλλως γὰρ ἑκάτερον ἔχειν δοκεῖ, καὶ ἴσως ὁμωνύμως, ἐπεὶ καὶ τὸ ἕστηκεν ἐπ' ἀμφοῖν οὐ ταὐτόν. Ἔτι καὶ τὸ ἐν ὀλίγοις πῶς εὔλογον ἔχειν κατηγορίαν γενικὴν ἄλλην;

dicere licet, habere arma, cum jam definita substantia fuerit, cujus in genere arma proprie continentur? Nam calcei, vestes, arma substantiæ sunt. Præterea quonam pacto simplex aliquid est hoc ipsum, uniusque duntaxat prædicamenti, quando videlicet dicimus, Hic habet arma? Id namque significat, quod dicitur armari vel armatum esse. Deinde, numquid in vivente solum id habendi prædicamentum habet locum, an etiam, si statua quædam habeat eadem? Aliter enim vivens quam statua videtur habere, ac fortasse æquivoca quadam conditione: quoniam et quando dicimus de utrisque, Stat ille vivens, Stat ejus statua, non eadem ratione stare utrumque volumus. Denique, quod consistit in paucis et differentia minima, quænam admittit ratio generale aliud prædicamentum efficere?

Poni sic aut aliter in tali quadam figura vel loco non videtur novum afferre prædicamentum præter figuram, locum, actionem, passionem, relationem.

ΚΔ'. Ἐπὶ δὲ τοῦ κεῖσθαι, ἐν ὀλίγοις καὶ αὐτὸ ὄν, ἀνακεῖσθαι, καθῆσθαι· καίτοι οὐ κεῖσθαι ἁπλῶς λεγόμενον, ἀλλὰ πῶς κεῖνται, καὶ κεῖται ἐν σχήματι τοιῷδε, καὶ τὸ μὲν σχῆμα ἄλλο, τοῦ δὲ κεῖσθαι ἄλλο τι σημαίνοντος, ἢ ἐν τόπῳ ἐστίν· εἰρημένου τοῦ σχήματος καὶ τοῦ τόπου, τί δεῖ εἰς ἓν δύο κατηγορίας συνάπτειν; ἔπειτα, εἰ μὲν τὸ κάθηται ἐνέργειαν σημαίνει, ἐν ταῖς ἐνεργείαις τακτέον, εἰ δὲ πάθος, ἐν τῷ πεπονθέναι ἢ πάσχειν. Τὸ δὲ ἀνάκειται, τί ἄλλο, ἢ ἄνω κεῖται; ὥσπερ καὶ τὸ κάτω κεῖται, ἢ μεταξὺ κεῖται. Διὰ τί δὲ, ἀναλύσεως οὔσης ἐν τῷ πρός τι, οὐχὶ καὶ ὁ ἀνακείμενος ἐκεῖ; ἐπεὶ καὶ τοῦ δεξιοῦ ὄντος ἐκεῖ, καὶ ὁ δεξιὸς ἐκεῖ καὶ ὁ ἀριστερός. Ταῦτα μὲν ὧν ἐπὶ τούτων.

XXIV. Sequitur postremo prædicamentum illud, quod poni vel in situ quadam esse nominant, quod quidem et ipsum in paucis consistit et differentia minima, ubi solent dicere, accumbere, discumbere, sedere: tametsi non simpliciter, sed modo quodam poni vel obtinere situm prædicamentum esse novum veliat: velut quando dicitur, in tali quadam figura positus est, ubi aliud quidem est figura, positio vero ipsa vel poni significat aliud. Et profecto, cum id significet in figura quadam esse vel loco, atque figura alibi descripta jam sit et locus, quidnam oportet ulterius prædicamenta duo in unum accumulare? Præterea si, quod dicitur sedet, actum actionemve significat, in actionum genere collocandum: sin vero passionem, in genere passionum: deinde, quod dicitur suspendi, quidnam aliud significat, quam poni sursum? quemadmodum et oppositum significat positum esse deorsum, et aliud in medio positum. Præterea, cum accubitus fuerit in relationum genere collocatus, cur non ibidem sit et qui dicitur sursum positus? quandoquidem, cum ibi sit ipsum dextrum, ibidem est hic dexter atque sinister. Sed de his jam satis fuerit disputatum.

Non sunt ponenda prædicamenta quatuor sub uno genere, quemadmodum plerique Stoicorum Cynicorumque posuerunt. Lusit hactenus contra decem Aristotelis et Archytæ prædicamenta exercitandi forsitan ingenii gratia. Deinceps vero severius agit adversus illos, qui materiam loco principii posuerunt, deinde una cum sequentibus sub eodem genere collocarunt.

ΚΕ'. Πρὸς δὲ τοὺς τέτταρας τιθέντας, καὶ τετραχῶς διαιροῦντας εἰς ὑποκείμενα, καὶ ποιὰ, καὶ πῶς ἔχοντα, καὶ πρός τι πῶς ἔχοντα, καὶ κοινόν τι ἐπ' αὐτῶν τιθέντας, καὶ ἑνὶ γένει περιλαμβάνοντας τὰ πάντα, ὅτι μὲν κοινόν τι καὶ ἐπὶ πάντων ἓν γένος λαμβάνουσι, πολλὰ ἄν τις λέγοι. Καὶ γὰρ ὡς ἀσύνετον αὐτοῖς καὶ ἄλογον τὸ τί τοῦτο, καὶ οὐκ ἐφαρμόττον ἀσωμάτοις καὶ σώμασι, καὶ διαφοραῖς οὐ καταλελοίπασιν, αἷς τὸ τί διαιρήσουσι· καὶ τὸ τί τοῦτο, ἢ ὂν ἢ μὴ ὄν ἐστιν· εἰ μὲν οὖν ὄν, ἕν τι τῶν εἰδῶν ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ὄν, ἔστι τὸ ὂν μὴ ὄν, καὶ μυρία ἕτερα. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ παρόντι ἐατέον, αὐτὴν δὲ τὴν διαίρεσιν ἐπισκεπτέον· ὑποκείμενα μὲν γὰρ πρῶτα τάξαντες, καὶ τὴν ὕλην ἐνταῦθα τῶν ἄλλων προτάξαντες, τὴν πρώτην αὐτοῖς δοκοῦσαν ἀρχὴν συντάττουσι τοῖς μετὰ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. Καὶ πρῶτον μὲν τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις εἰς ἓν ἄγουσιν, οὐχ οἷόν τε ὂν ἐν γένει τῷ αὐτῷ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον εἶναι. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς, ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, τὸ ὕστερον παρὰ τοῦ προτέρου λαμβάνει τὸ εἶναι· ἐν δὲ τοῖς ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος τὸ ἴσον εἰς τὸ εἶναι ἕκαστον ἔχει παρὰ τοῦ γένους, εἴπερ τοῦτο δεῖ γένος εἶναι, τὸ ἐν

XXV. Post hæc autem adversus eos, qui prædicamenta quatuor introducunt, res videlicet ipsas quadrupliciter dividentes in subjecta, et qualia, et quodammodo se habentia, et ad aliquid quodammodo se habentia; atque unum quiddam commune cunctis attribuentes, dum videlicet cuncta uno quodam genere complectuntur: adversus eos, inquam, multa licet afferre, contra id præsertim, quod aiunt commune genus unum omnibus convenire. Etenim inconsiderate admodum et absque ratione introductum est apud eos, quod solent hoc aliquid appellare: neque incorporeis corporibusque simul accommodari potest: sed neque differentias reliquerunt, quibus hoc aliquid distinguere valeant. Atqui id ipsum hoc aliquid aut est, aut non est: si ens esse dicitur, una quædam est e numero specierum: sin vero non ens, sequitur ens fore non ens, et quam plurima generis ejusdem. Hæc ergo missa in præsentia faciamus: ipsam vero divisionem consideremus. Principio subjecta in primo gradu ponentes, ibidemque materiam anteponentes aliis, absurde admodum id ipsum, quod primum putant esse principium, in uno quodam ordine cum his connumerant, quæ post ipsorum principium collocantur. Et in primis quidem priora una cum posterioribus in unum aliquod congregant, cum alioquin fieri nequeat, ut in eodem genere aliud quidem prius sit, aliud vero posterius. In illis enim, in quibus prius est atque posterius, id certe, quod posterius est, a priore habet essentiam: at in eis, quæ sub eodem genere sunt, quodlibet penes idem genus æqualitatem habet essendi: siquidem hoc esse genus oportet, quod in eo, quod quid

τῷ τί ἐστι τῶν εἰδῶν κατηγορούμενον· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ φήσουσι παρὰ τῆς ὕλης, οἶμαι, τοῖς ἄλλοις τὸ εἶναι ὑπάρχειν. Ἔπειτα τὸ ὑποκείμενον ἓν ἀριθμοῦντες οὐ τὰ ὄντα ἐξαριθμοῦνται, ἀλλ' ἀρχὰς τῶν ὄντων ζητοῦσι· διαφέρει δὲ ἀρχὰς λέγειν καὶ αὐτά. Εἰ δὲ ὂν μὲν μόνον τὴν ὕλην φήσουσι, τὰ δ' ἄλλα πάθη τῆς ὕλης, οὐκ ἐχρῆν τοῦ ὄντος καὶ τῶν ἄλλων ἕν τι γένος προτάττειν· μᾶλλον δ' ἂν βέλτιον αὐτοῖς ἐλέγετο, εἰ τὸ μὲν οὐσίαν, τὰ δ' ἄλλα πάθη, καὶ διῃροῦντο ταῦτα. Τὸ δὲ καὶ λέγειν τὰ μὲν ὑποκείμενα, τὰ δὲ τὰ ἄλλα, ἑνὸς ὄντος τοῦ ὑποκειμένου καὶ διαφορὰν οὐκ ἔχοντος, ἀλλ' ἢ τῷ μεμερίσθαι, ὥσπερ ὄγκον εἰς μέρη, καίτοι οὐδὲ μεμερίσθαι τῷ συνεχῆ λέγειν τὴν οὐσίαν· βέλτιον λέγειν ἦν τὸ μὲν ὑποκείμενον.

est, prædicatur de speciebus : quandoquidem et ipsi cetera omnia habere essentiam a materia, ut arbitror, fatebuntur. Deinde, ubi subjectum in numerando unicum introducunt, non res quidem ipsas enumerant, sed rerum principia quærunt : interest autem, rerum principia, atque res dicere. Sin autem materiam quidem solam eas esse velint, cetera vero quasdam materiæ passiones, certe non oportebat entis ipsius et aliorum genus unum præponere : sed melius fortasse dixissent, si hoc quidem velut essentiam posuissent, reliqua vero tanquam passiones illius aliquas posuissent, ea in posterum partituri. Denique absurdum est, quod aiunt, alia quidem esse subjecta, et alia reliqua : quippe cum unicum sit subjectum, neque ullam in se differentiam habeat, nisi forte ita dividi possit, sicut aliqua moles in partes : quamvis neque dividere quidem liceat, propterea, quod continuam esse substantiam arbitrantur. Melius itaque dixissent, si non subjecta nobis, sed subjectum introduxissent.

Materiam per se informem aliunde formabilem nefas est pro rerum principio ponere : præsertim quia omnia actum appetunt tanquam bonum : actum dico formam et actionem. Actus igitur ipse summus et simplicissimus, cui nihil potentiæ materialis insit, est finis ultimus et principium. Actum dico etiam forma superiorem. Omnia enim actum aliquem appetunt ultra formam. Ridiculum est, postquam simplicem materiam loco principii posuerunt, addere materiam continuam, inquam, et extensam. Hæc enim non jam foret simplex, sed cum quantitate et qualitate permista. Denique, quicquid constat ex multis, cum fiat participatione unum, pendet ab aliquo per se ipsum uno ideoque penitus individuo.

ΚΖ'. Ὅλως δὲ τὸ προτάττειν ἁπάντων τὴν ὕλην, ὃ δυνάμει ἐστίν, ἀλλὰ μὴ ἐνέργειαν πρὸ δυνάμεως τάττειν παντάπασιν ἀτοπώτατον. Οὐδὲ γὰρ ἔστι τὸ δυνάμει εἰς ἐνέργειαν ἐλθεῖν ποτε, τάξεως ἀρχὴν ἔχοντος ἐν τοῖς οὖσι τοῦ δυνάμει· οὐ γὰρ δὴ αὐτὸ ἑαυτὸ αὔξει, ἀλλὰ δεῖ ἢ πρὸ αὐτοῦ εἶναι τὸ ἐνεργείᾳ, καὶ οὐκέτι τοῦτο ἀρχή, ἢ, εἰ ἅμα λέγοιεν, ἐν τύχαις θήσονται τὰς ἀρχάς· ἔπειτα εἰ ἅμα, διὰ τί οὐκ ἐκεῖνο προτάττουσι; καὶ διὰ τί τοῦτο μᾶλλον ὄν, ἡ ὕλη, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο; εἰ δὲ ὕστερον ἐκεῖνο, πῶς; οὐ γὰρ δὴ ἡ ὕλη τὸ εἶδος γεννᾷ ἡ ἄποιος τὸ ποιόν, οὐδ' ἐκ τοῦ δυνάμει ἐνέργεια· ἐνυπῆρχε γὰρ ἂν τὸ ἐνεργείᾳ· καὶ οὐχ ἁπλοῦν ἔτι, καὶ ὁ θεὸς δεύτερος αὐτοῖς τῆς ὕλης· καὶ γὰρ σῶμα ἐξ ὕλης ὂν καὶ εἴδους, καὶ πόθεν αὐτῷ τὸ εἶδος; εἰ δὲ καὶ ἄνευ τοῦ ὕλην ἔχειν ἀρχοειδὴς ὢν καὶ λόγος, ἀσώματος ἂν εἴη ὁ θεὸς, καὶ τὸ ποιητικὸν ἀσώματον. Εἰ δὲ καὶ ἄνευ τῆς ὕλης ἐστὶ τὴν οὐσίαν σύνθετος, ἅτε σῶμα ὤν, ἄλλην ὕλην, τὴν τοῦ θεοῦ, εἰσάξουσιν. Ἔπειτα πῶς ἀρχὴ ἡ ὕλη, σῶμα οὖσα; οὐ γάρ ἐστι σῶμα μὴ οὐ πολλὰ εἶναι· καὶ πᾶν σῶμα ἐξ ὕλης καὶ ποιότητος. Εἰ δὲ ἄλλως τοῦτο τὸ σῶμα, ὁμωνύμως λέγουσι σῶμα τὴν ὕλην· εἰ δὲ κοινὸν ἐπὶ σώματος τὸ τριχῇ διάστατον, μαθηματικὸν λέγουσιν· εἰ δὲ μετὰ ἀντιτυπίας τὸ τριχῇ, οὐχ ἓν λέγουσιν. Ἔπειτα ἡ ἀντιτυπία ποιὸν, ἢ παρὰ ποιότητος· καὶ πόθεν ἡ ἀντιτυπία; πόθεν δὲ τὸ τριχῇ διάστατον; ἢ τίς διέστησεν; οὐ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ τοῦ τριχῇ διαστάτου ἡ ὕλη, οὐδ' ἐν τῷ τῆς ὕλης τὸ τριχῇ διάστατον. Μετασχοῦσα τοίνυν μεγέθους οὐκέτ' ἂν ἁπλοῦν εἴη. Ἔπειτα πόθεν ἡ ἕνωσις; οὐ γὰρ δὴ αὐτὸ ἕνωσις, ἀλλὰ μετοχὴ ἑνότητος. Ἐχρῆν δὴ λογίσασθαι, ὡς οὐκ ἔστι δυνατὸν προτάττειν ἁπάντων ὄγκον, ἀλλὰ τὸ ἄογκον καὶ τὸ ἓν, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἀρξαμένους εἰς τὰ

XXVI. Præ ceteris autem absurdissimum esse videtur, materiam, quæ in potentia est, omnibus anteponere, neque actum ipsum potius potentiæ anteferre. Neque enim fieri potest, ut, quod est in potentia, ad actum aliquando prodeat, si modo id, quod est in potentia, ordinem in rebus principii teneat. Non enim ipsum, quod in potentia tantum est, se ipsum unquam perducet in melius, sed oportet vel ante ipsum esse, quod est in actu, atque ita non amplius id ipsum erit principium, aut certe, si simul esse dixerint, in fortuita quadam sorte rerum principia collocabunt. Item, si simul ponant, cur non et illud præferunt? Curve hoc, id est materia, potius, quam illud, esse ens judicatur? At si illud esse posterius asserant, quærendum erit, qua conditione id fieri possit. Nempe materia speciem minime generat, quia nec informe formosum, neque ex eo, quod in potentia solum est, id, quod est actu, vel actus quandoque procedit; alioquin prius etiam tanquam actu quodam illic exstitisset: neque amplius subjectum apud eos illud atque materia foret simplex: atqui et deus apud illos materiâ posterior est. Corpus enim est apud eos ex materia et specie constans. Ubi certe quærendum est, undenam ei species adsit: sin autem absque materia deus exsistit, quippe cum ratio quædam sit, principii obtinens proprietatem, nimirum est incorporeus, atque principium efficax est incorporeum. Quodsi etiam sine materia compositam habet essentiam, utpote qui corpus sit, consequens est, ut aliam materiam, quæ deo conveniat, introducant. Præterea quonam pacto materia principium est, cum ipsa sit corpus? Fieri namque non potest, quin corpus sit multa. Atqui omne corpus ex materia et qualitate componitur. Si autem corpus hoc se aliter habet, æquivoce materiam corpus appellas: at si communem corporis proprietatem trinam esse dicant dimensionem, certe corpus afferent mathematicum. Verum si dimensionem triplicem cum resistentia quadam conjungant ad ipsam corporis plenitudinem, non unum aliquid dicent. Præterea resistendi proprietas quale quiddam est, vel a qualitate proveniens: jam vero quærendum est, unde sit resistentia: unde distantia triplex: quis distare compulerit? Non enim in ipsa ratione trinæ dimensionis materia continetur, neque vicissim in ratione materiæ dimensio trina. Quapropter, cum ita materia magnitudinis sit particeps, haud amplius erit simplex. Præterea undenam unitas? Non enim subjectum hoc est ipsa unitas, sed unitatis participatione consistit. Operæ pretium erat considerare, non posse materiam omnibus anteponi, sed anteponendum aliquid a mole secretum, ipsumque unum: atque decere ab uno exordientes in multa descendere, et ab eo incipientes, quod est

πολλὰ τελευτᾷν, καὶ ἐξ ἀμεγέθους εἰς μεγέθη, εἴ γε οὐκ ἔστι πολλὰ εἶναι, μὴ ἑνὸς ὄντος, οὐδὲ μέγεθος, μὴ ἀμεγέθους· εἴ γε τὸ μέγεθος ἕν, οὐ τῷ αὐτὸ ἕν, ἀλλὰ τῷ μετέχειν τοῦ ἑνὶ καὶ κατὰ σύμβασιν. Δεῖ τοίνυν εἶναι τὸ πρώτως καὶ κυρίως πρὸ τοῦ κατὰ σύμβασιν· ἢ πῶς ἡ σύμβασις; καὶ ζητεῖν, τίς ὁ τρόπος τῆς συμβάσεως· τάχα γὰρ ἂν εὕρον τὸ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ἕν. Λέγω δὲ κατὰ συμβεβηκός, ὅτῳ μὴ αὐτὸ ἕν, ἀλλὰ παρ' ἄλλου.

magnitudine segregatum, in magnitudines devenire : siquidem neque multa esse possunt, nisi sit unum; neque magnitudo potest esse, nisi sit aliquid a magnitudine liberum : quippe cum magnitudo ita sit unum, non ex eo, quod sit ipsum unum, sed propterea, quod unius sit particeps, et secundum quandam congressionem. Est itaque necessarium, esse ipsum, quod primo præcipueque tale est, ante illud; quod fit tale secundum quandam congressionem fortasse etiam contingentem : alioquin quonam pacto conventus effici potest? Tum vero quærendum est, quænam conveniendi conditio sit. Quod quidem si quæsivissent, forte unum ipsum, quod non secundum contingentiam unum est, invenissent. Dico autem secundum contingentiam illud, cui non per se inest, ut sit unum, sed ab alio quodam unum esse contingit.

Materia prima, si omnibus tam moventibus, quam formis, subjecta est, non potest esse rerum principium. Nec materia per se informis parit formas, nec ulla forma in materia jacens potest ex se exsistere, quando in se ipsa consistere nunquam potest : nec earum principium est forma quædam materiæ mista; alioquin non poterit dominari materiæ. Oportet vero motorem tandem efficacissimum esse ab impedimentis materialibus expeditum. Si quis vero fingat, materiam esse formarum principium, negaturus est eam esse subjectam, affirmaturusque, hanc per essentiam suam formas omnes exsistere : ac tandem, quicquid re vera est in mundo, esse materiam, formas vero imaginamenta quædam. Sed re vera, cum ex materia naturaliter informi effici forma non possit, multo minus vita, quæ est forma præstantior : minime vero mens, præstantissima forma. Denique, principium materialis formæ vita quædam est non pullulans ex materia, quamvis sit infusa materiæ. Atque hujus vitæ principium ipsa vita est, materiam longius superemineus.

ΚΖ'. Ἐχρῆν δὲ καὶ ἄλλως τηροῦντας τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων ἐν τῷ τιμίῳ, μὴ τὸ ἄμορφον, μηδὲ τὸ παθητὸν, μηδὲ τὸ ζωῆς ἄμοιρον καὶ ἀνόητον καὶ σκοτεινὸν καὶ τὸ ἀόριστον τίθεσθαι ἀρχὴν, καὶ τούτῳ ἀναφέρειν καὶ τὴν οὐσίαν. Ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς εὐπρεπείας ἕνεκεν ἐπεισάγεται, παρά τε τῆς ὕλης ἔχων τὸ εἶναι, καὶ σύνθετος καὶ ὕστερος, μᾶλλον δὲ ὕλη πως ἔχουσα· ἔπειτα εἰ ὑποκείμενον, ἀνάγκη ἄλλο εἶναι, ᾧ ποιοῦν εἰς αὐτὴν, ἔξω ὂν αὐτῆς, παρέχει αὐτὴν ὑποκεῖσθαι τοῖς παρ' αὐτοῦ πεμπομένοις εἰς αὐτήν. Εἰ δ' ἐν τῇ ὕλῃ καὶ αὐτὸς εἴη ὑποκείμενος καὶ αὐτὸς σὺν αὐτῇ γενόμενος, οὐκέτι ὑποκείμενον τὴν ὕλην παρέξεται, οὐδὲ μετὰ τῆς ὕλης αὐτὸς ὑποκείμενον· τίνι γὰρ ὑποκείμενα ἔσται, οὐκέτι ὄντος τοῦ παρέξοντος ὑποκείμενα αὐτὰ, ἁπάντων καταναλωθέντων εἰς τὸ λεγόμενον ὑποκείμενον; πρός τι γὰρ τὸ ὑποκείμενον, οὐ πρὸς τὸ ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ποιοῦν εἰς αὐτὸ κείμενον. Καὶ τὸ ὑποκείμενον ὑπόκειται πρὸς τὸ οὐχ ὑποκείμενον, εἰ τοῦτο, πρὸς τὸ ἔξω, ὥστε παραλελειμμένον ἂν εἴη τοῦτο. Εἰ δὲ οὐδὲν δέονται ἄλλου ἔξωθεν, αὐτὸ δὲ πάντα δύναται γίγνεσθαι σχηματιζόμενον, ὥσπερ ὁ τῇ ὀρχήσει πάντα αὐτὸν ποιῶν, οὐκέτ' ἂν ὑποκείμενον εἴη, ἀλλ' αὐτὸ τὰ πάντα. Ὡς γὰρ ὁ ὀρχηστὴς οὐχ ὑποκείμενον τοῖς σχήμασιν, (ἐνέργεια γὰρ αὐτοῦ τὰ ἄλλα,) οὕτως οὐδὲ ἦν λέγουσιν ὕλην ἔσται τοῖς πᾶσιν ὑποκείμενον, εἰ τὰ ἄλλα παρ' αὐτῆς εἴη· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὰ ἄλλα ὅλως ἔσται, εἴ γέ πως ἔχουσα ὕλη τὰ ἄλλα, ὥς πως ἔχων ὁ ὀρχούμενος τὰ σχήματα. Εἰ δὲ τὰ ἄλλα οὐκ ἔσται, οὐδὲ ὅλως ὑποκείμενον αὕτη, οὐδὲ τῶν ὄντων ἡ ὕλη, ἀλλὰ ὕλη μόνον οὖσα, τούτῳ αὐτῷ οὐδὲ ὕλη· πρός τι γὰρ ἡ ὕλη· τὸ γὰρ πρός τι πρὸς ἄλλο, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους οἷον διπλάσιον πρὸς ἥμισυ, οὐκ οὐσία πρὸς διπλάσιον· ὂν δὲ πρὸς μὴ ὄν, πῶς πρός τι, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός; τὸ δὲ καθ' αὑτὸ ὂν καὶ ἡ ὕλη, ὂν πρὸς ὄν· εἰ γὰρ δύναμίς ἐστιν, ὃ μέλλει ἔσεσθαι, ἐκεῖνο δὲ μὴ οὐσία, οὐδ'

XXVII. Fas autem erat, ipsum omnium principium in sede admodum veneranda aliter observantes, nullo modo principium affirmare, quod informe sit, quod obnoxium passioni, quod vita carens, mente captum, tenebrosum, indefinitum, atque huic ipsius essentiæ munus adscribere. Nempe deus ipse apud illos honesti et decori cujusdam gratia est introductus, habens essentiam a materia, et compositus et posterior, imo vero exsistens materia ipsa quodammodo sese habens. Proinde, si materia subjectum est, necessarium est aliud quiddam esse extra ipsam, quod quidem in eam agens adhibet eam muneribus ab ipso traditis subditam. Sin autem et ipse, qui materiæ dicitur agitator, in ipsa materia sit velut subjectus una cum ipsa, haud amplius materiam subditam adhibebit : sed certe non potest ipse una cum materia esse subjectum : alioquin cuinam subjecta hæc erunt, cum non ulterius adsit aliquis, qui ea faciat esse subjecta? quippe cum omnia in hoc ipsum, quod subjectum dicitur, absumpta jam fuerint. Nempe subjectum ad aliquid necessario pertinet, non quidem ad illud, quod sit in ipso, sed ad illud potius, quod in ipsum agat expositum. Sane subjectum exponitur ad illud, quod non est subjectum : si hoc, igitur ad externum. Quapropter prætermissum hoc fuisse videtur. Ceterum, si nihilo illi egent externo quodam, sed subjectum ipsum per se potest omnia fieri, quasi varie figuratum illius more, qui tripudio se ferme in omnia transfigurat, certe non amplius subjectum erit, sed hoc ipsum potius omnia. Sicut enim tripudiator ipse non figuris subjectus est, nam gestus quidam ipsius figuræ sunt : (ita neque, quam materiam nominant, subjectum omnibus erit, si ab ipsa omnia fuerint : imo vero neque omnino quidem erunt alia : siquidem reliqua nihil aliud sunt, præter materiam ipsam quodammodo se habentem, quemadmodum et saltator in ipso tripudio certo se ipsum modo habens figuræ ipse omnes exsistit. Sin autem alia non sint, nec omnino ipsa materia subjectum erit : neque erit materia rerum, sed materia tantum : ideoque nec etiam ipsa materia : ad aliquid enim materia referri videtur : et quod refertur ad aliquid, spectat ad aliud, atque ex eodem genere ducitur velut duplum ad dimidium, nec substantia quidem ad duplum. Ens autem ad non ens quonam modo refertur, nisi forte per accidens? Quod autem secundum se ens exsistit, atque ipsa materia, tanquam ens referetur ad ens. Si enim potentia quædam est, quod est futurum, illud autem non

ἂν αὐτὴ οὐσία. Ὥστε συμβαίνει αὐτοῖς, αἰτιωμένοις τοὺς ἐκ μὴ οὐσιῶν οὐσίας ποιοῦντας, αὐτοὺς ποιεῖν ἐξ οὐσίας μὴ οὐσίαν. Ὁ γὰρ κόσμος καθ' ὅσον κόσμος οὐκ οὐσία. Ἄτοπον δὲ τὴν μὲν ὕλην τὸ ὑποκείμενον οὐσίας, τὰ δὲ σώματα μὴ μᾶλλον οὐσίας, καὶ τούτων μᾶλλον, μὴ τὸν κόσμον οὐσίαν, ἀλλ' ἢ μόνον, καθ' ὅσον μόριον αὐτοῦ, οὐσίαν· καὶ τὸ ζῶον μὴ παρὰ τῆς ψυχῆς ἔχειν τὴν οὐσίαν, παρὰ δὲ τῆς ὕλης μόνον, καὶ τὴν ψυχὴν πάθημα ὕλης καὶ ὕστερον. Παρὰ τίνος οὖν ἔσχεν ἡ ὕλη τὸ ἐψυχῶσθαι, καὶ ὅλως τῆς ψυχῆς ἡ ὑπόστασις; πῶς δὲ ἡ ὕλη; ὅτε μὲν σώματα γίγνεται, ἄλλο δὲ αὐτῆς ψυχή. Καὶ γάρ, εἰ ἄλλοθεν προσίοι τὸ εἶδος, οὐδαμῇ ψυχὴ ἂν γένοιτο ποιότητος προσελθούσης τῇ ὕλῃ, ἀλλὰ σώματα ἄψυχα. Εἰ δέ τι αὐτὴν πλάττοι καὶ ψυχὴν ποιοῖ, πρὸ τῆς γιγνομένης ψυχῆς ἔσται ἡ ποιοῦσα ψυχή.

est essentia, neque psa etiam essentia est. Quam ob rem illis accidit, ut, dum illos vituperant, qui ex non essentiis essentias procreant, ipsi interim ex essentia faciant non essentiam. Mundus enim, quantum mundus est, apud eos non erit essentia. Nefas autem dictu est, materiam quidem, quæ subjectum est, essentiam esse, corpora vero non esse magis essentias: multoque magis absurdum est, mundum ipsum essentiam non existere, sed aliquid solum, quantum pars ejus est, essentiam esse: tum vero animal non ab anima habere substantiam, sed a materia tantum, atque ipsam animam passionem quandam esse materiæ, posterioremque materia. A quonam igitur materia, ut animaretur, accepit? Et omnino animæ ipsius substantia undenam est? Item, quomodo materia subsistit atque formatur? Nempe quando hæc ipsa fit corpora, anima aliud quiddam est, quam ipsa. Etenim, alialiunde, quam ab anima, species proveniret, nullo modo anima fieret accedente materiæ qualitate, sed corpora prorsus inanimata. Si quid autem materiam format et procreat animam, consequens est, ut ante animam procreatam sit et anima procreans.

Materia, quanto magis sub formarum mutationibus permanet, tanto magis patitur, et idcirco est omnium infima. Item si posterior esset, quam materia, nec materiam posset transcendere, nec materialia etiam perfecte comprehendere.

ΚΗ'. Ἀλλὰ γὰρ πολλῶν ὄντων τῶν λεγομένων πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, τούτων μὲν παυστέον, μὴ καὶ ἄτοπον ᾖ τὸ πρὸς οὕτω φανερὰν ἀτοπίαν φιλονεικεῖν, δεικνύντα, οἷ τὸ μὴ ὂν ὡς τὸ μάλιστα ὂν προτάττουσι, καὶ τὸ ὕστατον πρῶτον· αἴτιον δὲ ἡ αἴσθησις αὐτοῖς ἡγεμὼν γενομένη καὶ πιστὴ εἰς ἀρχῶν καὶ τῶν ἄλλων θέσιν. Τὰ γὰρ σώματα νομίσαντες εἶναι τὰ ὄντα, εἶτα αὐτῶν τὴν μεταβολὴν εἰς ἄλληλα φοβηθέντες, τὸ μένον ὑπ' αὐτὰ τοῦτο ᾠήθησαν τὸ ὂν εἶναι, ὥσπερ ἂν εἴ τις μᾶλλον τὸν τόπον ἢ τὰ σώματα νομίσειεν εἶναι τὸ ὄν, ὅτι οὐ φθείρεται ὁ τόπος νομίσας. Καίτοι καὶ οὗτος αὐτοῖς μένει, ἔδει δὲ οὐ τὸ ὁπωσοῦν μένον νομίσαι τὸ ὄν, ἀλλὰ ἰδεῖν πρότερον, τίνα δεῖ προσεῖναι τῷ ἀληθῶς ὄντι, οἷς οὖσιν ὑπάρχειν καὶ τὸ ἀεὶ μένειν. Οὐδὲ γὰρ, εἰ σκιὰ ἀεὶ μένοι παρακολουθοῦσα ἀλλοιουμένῳ ἄλλῳ, μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἐκεῖνο· τό τε αἰσθητὸν μετ' ἐκείνου καὶ ἄλλων πολλῶν τῷ πλήθει, μᾶλλον ἂν τὸ ὅλον ὂν εἴη, ἢ ἕν τι τῶν ἐν ἐκείνῳ. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ ὅλον ὑποβάθρα ἐκεῖνο, μὴ ὄν, πῶς ἂν ἐκεῖνο; πάντων τε θαυμαστότατον τὸ τῇ αἰσθήσει πιστευομένους ἕκαστα, τὸ μὴ τῇ αἰσθήσει ἀλωτὸν τίθεσθαι ὄν· οὐδὲ γὰρ ὀρθῶς τὸ ἀντιτυπὲς αὐτῇ διδόασι· ποιότης γὰρ τοῦτο. Εἰ δὲ τῷ νῷ λέγουσι λαβεῖν, ἄτοπος ὁ νοῦς οὗτος ὁ τὴν ὕλην αὐτοῦ προτάξας καὶ τὸ ὂν αὐτῇ δεδωκὼς, ἀλλ' οὐχ αὑτῷ. Οὐκ ὢν οὖν ὁ νοῦς αὐτοῖς πῶς ἂν πιστὸς εἴη περὶ τῶν κυριωτέρων αὐτοῦ λέγων, καὶ οὐδαμῇ αὐτοῖς συγγενὴς ὤν; ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης τῆς φύσεως καὶ τῶν ὑποκειμένων ἱκανῶς καὶ ἐν ἄλλοις.

XXVIII. Verum cum multa sint opinioni huic palam repugnantia, quæ afferri in medium facile possint, jam dictis contenti esse debemus: ne forte nobis etiam turpe sit contra tam apertos errores obnixius decertare. Satis vero fuerit ostendisse, quinam et quemadmodum non ens, tanquam maxime ens, affirment atque constituant, et, quod infimum est, tanquam primum collocare non dubitent. Causa vero tanti erroris hæc exstitit, quoniam illi sensum velut ducem secuti sunt, cui fidem in principiis et reliquis statuendis nimiam adhiberent. Nempe cum corpora duntaxat esse res veras existimarent, ac deinde corporum commutationem mutuam in se invicem formidarent, nimirum, quod sub eis manet, id ipsum esse ens putaverunt. perinde ac si quis locum magis, quam corpora, ens esse putaret, existimans videlicet locum minime destrui. Et quamvis hic apud eos maneat, oportebat tamen non quomodocumque manens esse ipsum ens arbitrari, sed considerare prius, quænam entis veri sint dotes, quibus jam præsentibus adsit simul semper manendi facultas. Jam vero et si umbra quædam maneat, semper aliud quoddam comitans continue permutatum, non tamen magis erit umbra quam illud. Atqui et ipsum sensibile una cum illo aliisque numero multis, magis utique ens, cum et totum sit, videbitur judicandum, quam unum aliquid eorum, quæ continentur in ipso. Sin autem et totum subjectum illud non ens, quonam modo illud? Omnium vero maxime mirandum esse videtur, illos, qui sensui de omnibus præstabant fidem, non etiam affirmaviisse, ens ipsum sensu posse comprehendi. Sed neque etiam recte solidit[illegible] vel resistentiam illi tribuunt: id enim qualitas quædam est. Sin autem mente id se percipere dicant, absurda mens hæc erit, quæ materiam sibi præfecerit, verumque essendi munus non sibi, sed materiæ dederit. Cum igitur mens apud illos non sit ens, quanam conditione ullam habebit fidem, cum [ubique] de his, quæ præstantiora sunt, quam ipsa, loquatur et judicet, neque ullam cum eis cognationem habeat? Sed de hac ipsa natura subjectisque ab ea etiam alibi disputatum.

Posuerant prædicamenta quatuor, scilicet subjectum primo, deinde quale, tertio quodammodo se habens, quarto quodammodo se ad aliquid habens.

Hoc ipsum, quod additur, quale, si simplex quiddam est, sicut esse debet, si seorsum facit prædicamentum, certe est inutile rerum, quod quidem ipsi nolunt: sin autem compositum significat, vana est divisio, dividens videlicet res in subjectum, at [illegible] iterum in subjectum quale. Et omnino, quando dicunt quale et quodammodo se habens, aut rem nullam addunt, præter [illegible] teriam sic se habentem, aut addunt: si nullam, unicum re vera prædicamentum erit: si aliquam, quidnam hæc ipsa sit, [illegible] rogati nunquam explicant: nec discernunt unquam inter materiam qualem, atque materiam quodammodo se habentem [illegible]

videlicet discretione plura prædicamenta facturi. Denique si nihil in natura sit præter materiam sic se habentem, mens ipsa materialis erit, neque de materia, neque de separatis expedite poterit judicare.

ΚΘ'. Τὰ δὲ ποιὰ αὐτοῖς ἕτερα μὲν δεῖ εἶναι τῶν ὑποκειμένων καὶ λέγουσιν· οὐ γὰρ ἂν αὐτὰ δεύτερα κατηρίθμουν. Εἰ τοίνυν ἕτερα, δεῖ αὐτὰ καὶ ἁπλᾶ εἶναι· εἰ τοῦτο, μὴ σύνθετα· εἰ τοῦτο, μηδ' ὕλην ἔχειν, ἣ ποιά· εἰ τοῦτο, ἀσώματα εἶναι καὶ δραστήρια· ἡ γὰρ ὕλη πρὸς τὸ πάσχειν αὐτοῖς ὑπόκειται· εἰ δὲ σύνθετα, πρῶτον μὲν ἄτοπος ἡ διαίρεσις, ἁπλᾶ καὶ σύνθετα ἀντιδιαστέλλουσα, καὶ ταῦτα ὑφ' ἓν γένος, ἔπειτα ἐν θατέρῳ τῶν εἰδῶν τὸ ἕτερον τιθεῖσα, ὥσπερ ἄν τις διαιρῶν τὴν ἐπιστήμην τὴν μὲν γραμματικὴν λέγοι, τὴν δὲ γραμματικὴν καὶ ἄλλο τι. Εἰ δὲ τὰ ποιὰ ὕλην ποιὰν λέγοιεν, πρῶτον μὲν οἱ λόγοι αὐτοῖς ἔνυλοι, ἀλλ' οὐκ ἐν ὕλῃ γενόμενοι, σύνθετόν τι ποιήσουσιν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ συνθέτου, ὃ ποιοῦσιν, ἐξ ὕλης καὶ εἴδους ἔσονται· οὐκ ἄρα αὐτοὶ εἶδη οὐδὲ λόγοι. Εἰ δὲ λέγοιεν μηδὲν εἶναι τοὺς λόγους, ἢ ὕλην πως ἔχουσαν, τὰ ποιὰ δηλονότι πως ἔχοντα ἐροῦσι, καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ γένει τακτέον. Εἰ δὲ ἥδε ἡ σχέσις ἄλλη, τίς ἡ διαφορά; ἢ δηλονότι τό πως ἔχειν ἐνταῦθα ὑπόστασις μᾶλλον· καίτοι εἰ μὴ κἀκεῖ ὑπόστασις, τί καταριθμοῦσιν ὡς ἓν γένος ἢ εἴδος; οὐ γὰρ δὴ ὑπὸ τὸ αὐτὸ τὸ μὲν ὂν τὸ δὲ οὐκ ὂν δύναται εἶναι. Ἀλλὰ τί τοῦτο τὸ ἐπὶ τῇ ὕλῃ πως ἔχον; ἢ γὰρ ὂν ἢ οὐκ ὄν. Καὶ εἰ ὄν, πάντως ἀσώματον· εἰ δὲ οὐκ ὄν, μάτην λέγεται, καὶ ὕλη μόνον· τὸ δὲ ποιὸν οὐδέν, ἀλλ' οὐδὲ τό πως ἔχον· ἔτι γὰρ μᾶλλον οὐκ ὄν. Τὸ δὲ τέταρτον λεχθὲν καὶ πολλῷ μᾶλλον· μόνον ὂν ἄρα ὕλη. Τίς οὖν τοῦτο φησίν; οὐ γὰρ δὴ αὐτὴ ἡ ὕλη, εἰ μὴ ἄρα αὐτή πως ἔχουσα ὁ νοῦς· καίτοι τό πως ἔχουσα προσθήκη κενή· ἡ ὕλη ἄρα λέγει ταῦτα καὶ καταλαμβάνει. Καὶ εἰ μὲν ἔλεγεν ἔμφρονα, θαῦμα ἂν ἦν, πῶς καὶ νοεῖ καὶ ψυχῆς ἔργα ποιεῖ, οὔτε νοῦν οὔτε ψυχὴν ἔχουσα· εἰ δ' ἀφρόνως λέγοι αὐτήν, τιθεῖσα ὃ μὴ ἔστι μηδὲ δύναται, τίνι ταύτην δεῖ ἀνατιθέναι τὴν ἀφροσύνην; ἢ εἰ ἔλεγεν αὐτή· νῦν δὲ οὔτε λέγει ἐκείνη, ὅ τε λέγων πολὺ τὸ παρ' ἐκείνης ἔχων λέγει, ὅλος μὲν ὢν ἐκείνης, εἰ καὶ μόνον ψυχὴν ἔχοι, ἀγνοίᾳ δὲ αὐτοῦ καὶ δυνάμεως τῆς λέγειν τἀληθῆ περὶ τῶν τοιούτων δυναμένης.

XXIX. Quæ vero qualia dicuntur apud illos, alia quædam oportet esse præter ipsa subjecta, quod quidem et ipsi fatentur; alioquin nunquam ipsa velut secunda numeraviasent. Si igitur alia sunt, necesse est insuper ea esse simplicia: si hoc, nequaquam composita: si et hoc, nec habere materiam, qua ratione sunt qualia: si denique hoc, incorporea efficaciaque exsistere. Materia namque apud illos ad passiones suscipiendas exposita est. Sin autem qualia ipsa dicant esse composita, primo quidem divisio erit absurda, quæ simplicia et composita ex opposito dividit, eaque in unum genus accumulat: deinde ob hoc ipsum quoque non recta, quoniam in altera specierum collocat alterum: quemadmodum si quis, scientiam dividens, alteram quidem asserat esse grammaticam, alteram vero grammaticam quoque et aliquid insuper. Verum si qualia ipsa dicant materiam esse qualem, primo seminales rationes apud illos materiales quidem, neque duntaxat in materia positæ compositum quiddam efficient, sed, ante compositum ab eis factum, ex materia specieque constabunt: neque igitur ipsæ species erunt, neque etiam rationes. Quodsi objecerint, rationes nihil aliud esse, præter materiam ipsam quodammodo se habentem, ipsa videlicet qualia esse quodammodo se habentia fatebuntur, atque erunt in quarto genere collocanda. Sin autem aliam quandam habitudinem introducant, interrogandum erit, quænam sit differentia: an videlicet ipsum, quod dicitur quodammodo se habere, in hoc gradu potius est subsistentia quædam? quanquam nisi et ibi subsistentia sit, quidnam enumerant tanquam unum genus vel speciem? Non enim sub eodem aliud quiddam ens, aliud vero non ens numerari potest. Ceterum quidnam est hoc, quod in materia dicitur quodammodo sese habens? Aut enim ens, aut non ens judicatur. Atqui si ens, est penitus incorporeum: sin vero non ens, frustra dicitur, solumque materia est: ipsum vero quale nihil prorsus exsistit: sed neque etiam quod dici solet quoquo modo se habens. Id namque multo magis non ens videri alicui potest. Quod denique numeratur quartum, multo minus ens esse videtur: sola igitur materia ens. Quisnam igitur hoc ipsum ait? Non enim ipsa materia, nisi forte ipsa sit mens, videlicet quodammodo sese habens: tametsi hoc ipsum, quod dicitur aliquo modo se habens, est inanis adjunctio: materia igitur dicit hæc atque comprehendit. Et profecto si recta sanaque diceret, mirandum foret, quonam modo intelligat, animæque officia peragat, cum neque mentem, neque animam habeat: sin vero insipienter dicit, quando se id, quod ipsa neque est neque potest esse, esse asserit, cuinam potissimum insipientiam hanc attribuere deceat? Et profecto nulli præterquam ipsi, si modo eloqui posset. Nunc autem nec ipsa loquitur, et, qui talia loquitur, idcirco sic ait, quoniam hausit jam ex materia plurimum, ei quidem totus addictus, etiam si solam habeat animam. Ita nempe loquitur ignorantia sui atque potentiæ, quæ vera de hujusmodi rebus exprimere possit.

Non recte distinguunt quale et quodammodo se habens. Nam et quale re vera est materia quodammodo se habens, atque vicissim quodammodo se habens, est materia qualis. Præterea nec ipsum quodammodo se habens potest esse genus unicum, nec, quicquid est præter materiam qualem, potest hoc nomine scilicet quodammodo se habens cognominari.

Λ'. Ἐν δὲ τοῖς πως ἔχουσιν ἄτοπον μὲν ἴσως, τά πως ἔχοντα τρίτα τίθεσθαι, ἢ ὁποσοῦν τάξεως ἔχει, ἐπειδὴ περὶ τὴν ὕλην πως ἔχοντα πάντα. Ἀλλὰ διαφορὰν τῶν πως ἐχόντων φήσουσιν εἶναι, καὶ ἄλλως πως ἔχειν τὴν ὕλην ὧδί καὶ οὕτως, ἄλλως δὲ ἐν τοῖς πως ἔχουσι, καὶ ἔτι τὰ μὲν ποιά, περὶ τὴν ὕλην πως ἔχοντα, τὰ ἰδίως δέ πως ἔχοντα, περὶ τὰ ποιά· ἀλλὰ τῶν ποιῶν αὐτῶν οὐδέν, ἢ ὕλης πως ἐχούσης ὄντων, πάλιν τά πως ἔχοντα ἐπὶ τὴν ὕλην αὐτοῖς ἀνατρέχει, καὶ περὶ τὴν ὕλην ἔσται. Πῶς δὲ ἐν τό πως ἔχον,

XXX. Ea vero, quæ quodammodo se habere dicuntur, adsurdum forsan est in loco tertio collocare, vel qualemcumque ordinem obtinere dicantur: quandoquidem circa materiam omnia sunt, quæcumque aliquo modo se habere traduntur. Verum differentiam eorum, quæ sic affecta sunt, aliquam introducent, atque aliter materiam ipsam quodammodo affici hoc modo vel illo, aliter autem affici reliqua, quæ quoquo modo se habere pronuntur: quin etiam ipsa quidem qualia esse circa materiam quodammodo se habentia, sed, quæ proprie quodammodo se traduntur habere, circa qualia ipsa versari. Sed enim, cum ipsa qualia nihil prorsus exsistant, nisi materia quodammodo sit affecta, rursus, quæ aliquo modo se habent, apud illos in materiam revolvuntur, atque circa materiam versabuntur. Præterea quonam pacto in ipsum, quod aliquo modo

πολλῆς διαφορᾶς ἐν αὐτοῖς οὔσης; πῶς γὰρ τὸ τρίπηχυ καὶ τὸ λευκὸν εἰς ἕν, τοῦ μὲν ποσοῦ τοῦ δὲ ποιοῦ ὄντος; πῶς δὲ τὸ ποτὲ καὶ τό που; πῶς δὲ ὅλως πως ἔχοντα, τὸ χθὲς καὶ τὸ πέρυσι, καὶ τὸ ἐν Λυκείῳ καὶ Ἀκαδημίᾳ; καὶ ὅλως πῶς δὲ ὁ χρόνος πως ἔχων; οὔτε γὰρ αὐτὸς, οὔτε τὰ ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ, οὔτε τὰ ἐν τῷ τόπῳ, οὔτε ὁ τόπος. Τὸ δὲ ποιεῖν πῶς πως ἔχον, ἐπεὶ οὐδ' ὁ ποιῶν πως ἔχων, ἀλλὰ μᾶλλόν πως ποιῶν, ἢ ὅλως οὐκ ὢν, ἀλλὰ ποιῶν μόνον· καὶ ὁ πάσχων οὐ πως ἔχων, ἀλλὰ μᾶλλόν πως πάσχων, ἢ ὅλως πάσχων οὕτως· ἴσως δ' ἂν μόνον ἁρμόσει ἐπὶ τοῦ κεῖσθαι τό πως ἔχον, καὶ ἐπὶ τοῦ ἔχειν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἔχειν, οὐ πως ἔχον, ἀλλὰ ἔχον. Τὸ δὲ πρός τι εἰ μὲν μὴ ὑφ' ἓν τοῖς ἄλλοις ἐτίθεσαν, ἕτερος λόγος ἦν ἂν ζητούντων, εἴ τινα διδόασιν ὑπόστασιν ταῖς τοιαύταις σχέσεσι, πολλαχοῦ οὐ διδόντων. Ἔτι δ' ἐν γένει τῷ αὐτῷ ἐπιγενόμενον πρᾶγμα τοῖς ἤδη οὖσιν ἄτοπον συντάττειν τὸ ἐπιγιγνόμενον, εἰς ταὐτὸν γένος τοῖς πρότερον οὖσι. Δεῖ γὰρ πρότερον ἓν καὶ δύο εἶναι, ἵνα καὶ ἥμισυ καὶ διπλάσιον. Περὶ δὲ τῶν, ὅσοι ἄλλως τὰ ὄντα ἢ τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων ἔθεντο, εἴ τε ἄπειρα εἴ τε πεπερασμένα, εἴ τε σώματα εἴ τε ἀσώματα, ἢ καὶ τὸ συναμφότερον, χωρὶς περὶ ἑκάστων ἔξεστι ζητεῖν, λαμβάνουσι καὶ τὰ παρὰ τῶν ἀρχαίων πρὸς τὰς δόξας αὐτῶν εἰρημένα.

dicitur se habere, unum aliquid esse potest, cum in rebus ejusmodi multa differentia sit? Quo enim modo tricubitum atque album redigentur in unum, cum illud quidem sit quantum, hoc vero sit quale? Item quo pacto, quod aliquando dicitur, et quod alicubi? Rursus qui fieri potest, ut omnino hæc sint quodammodo se habentia, scilicet quod heri dicitur, et quod jamdiu, et in Lyceo atque Academia? qui iterum potest effici, ut tempus sit ipsum quoquo modo se habens? Neque enim ipsum tempus, neque quæ in tempore sunt, neque locus, neque etiam, quæ sunt in loco, id ipsum esse possunt. Proinde ipsum, quod facere dicitur, esse nequit, quod aliquo modo habere vel affici nominatur: quando nec ipse quidem faciens est ipsum quodammodo sese habens, sed potius quodammodo faciens, aut omnino faciens tantum. Atqui et ipse patiens non proprie est quodammodo sese habens, sed potius quodammodo patiens, aut omnino ita vel ita patiens. Forsan vero, quod dicitur aliquo modo se habens, cum eo congruet, quod poni dici solet, situmque tenere: item fortasse cum ex eo, quod nuncupatur habere. Veruntamen in hoc ipso, quod est habere, non proprie est ipsum se quodammodo habens, sed potius habens. Proinde, nisi relationis genus una cum aliis unum constituissent, alia utique ratio esset, quærentium videlicet, si quam subsistentiam habitibus ejusmodi tradant: quippe cum passim minime tradant. Denique, quidnam dicemus ad illud, quod in eodem genere ponunt rem nuper advenientem cum rebus, quæ prius exstiterant? Absurdum tamen est, simul in eodem genere copulare, una cum prioribus, quod est adventitium. Oportet enim esse prius unum atque duo, ut et dimidium esse queat et duplum. De ceteris autem, quicumque aliter res ipsas vel rerum principia posuerunt, sive infinita, seu finita, seu corporea, seu potius incorporea, vel forsan utraque simul, licet nobis seorsum de unoquoque perquirere, accipientibus insuper, quæ ab antiquis adversus opiniones ejusmodi tractata fuerunt.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ϛ

ΛΟΙΠΟΣ Β.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΕΝΩΝ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ, ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER II.

DE GENERIBUS ENTIS, SECUNDUS.

(586,586.) [1093—1095.]

Solum esse verum ens arbitramur, cui non miscetur entis oppositum, id est essendi defectus atque privatio. Oportet igitur id esse in sua naturaintegrum, semperque manere. Non decet ens falsum una cum ente vero sub eodem genere collocare, sicut neque Socratis imaginem cum Socrate. Prosequetur quidem Plotinus deinceps entium genera Platonico more : interpretationem vero in his, Magnanime Laurenti, brevissimam a Marsilio tuo nunc accipies. Audisti enim nonnunquam, et forte quandoque leges familiarem tuum atque meum Pierleonum, mysteria ejusmodi divino quodam, ut cetera solet, instinctu tractantem.

Α'. Ἐπειδὴ περὶ τῶν λεγομένων δέκα γενῶν ἐπέσκεπται, εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν εἰς ἓν ἀγόντων γένος, τὰ πάντα τέτταρα ὑπὸ τὸ ἓν οἷον εἴδη τιθεμένων, ἀκόλουθον ἂν εἴη εἰπεῖν, τί ποτε ἡμῖν περὶ τούτων φαίνεται τὰ δοκοῦντα ἡμῖν, πειρωμένοις εἰς τὴν Πλάτωνος ἀνάγειν δόξαν. Εἰ μὲν οὖν ἓν ἔδει τίθεσθαι τὸ ὄν, οὐδὲν ἂν ἔδει ζητεῖν, οὔτ' εἰ γένος ἓν ἐπὶ πᾶσιν, οὔτε εἰ γένη μὴ ὑφ' ἕν, οὔτ' εἰ ἀρχὰς, οὔτε εἰ τὰς ἀρχὰς καὶ γένη τὰς αὐτὰς δεῖ τίθεσθαι, οὔτε εἰ τὰ γένη καὶ ἀρχὰς τὰ αὐτὰ, ἢ τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας καὶ γένη, τὰ δὲ γένη οὐκ ἀρχὰς, ἢ ἀνάπαλιν, ἢ ἐφ' ἑκατέρων τινὰς μὲν ἀρχὰς καὶ γένη, καί τινα γένη καὶ ἀρχὰς, ἢ ἐπὶ μὲν τῶν ἑτέρων πάντα καὶ θάτερα, ἐπὶ δὲ τῶν ἑτέρων τινὰ καὶ θάτερα. Ἐπεὶ δὲ οὐχ ἓν φαμὲν τὸ ὄν, διότι δὲ εἴρηται καὶ τῷ Πλάτωνι καὶ ἑτέροις, ἀναγκαῖον ἴσως γίγνεται καὶ περὶ τούτων ἐπισκέψασθαι, πρότερον εἰς μέσον θέντας, τίνα ἀριθμὸν λέγομεν καὶ πῶς; Ἐπεὶ οὖν περὶ τοῦ ὄντος ἢ τῶν ὄντων ζητοῦμεν, ἀναγκαῖον πρῶτον παρ' αὐτοῖς διελέσθαι τάδε· τί τε τὸ ὂν λέγομεν, περὶ οὗ ἡ σκέψις ὀρθῶς γίγνοιτο νυνὶ, καὶ τί δοκεῖ μὲν ἄλλοις εἶναι ὄν, γιγνόμενον δὲ αὐτὸ λέγομεν εἶναι, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Δεῖ δὲ νοεῖν ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων διῃρημένα, οὐχ ὡς γένους τοῦ τι εἰς ταῦτα διῃρημένου, οὐδ' οὕτως οἰέσθαι τὸν Πλάτωνα πεποιηκέναι. Γελοῖον γὰρ ὑφ' ἓν θέσθαι τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι, ὥσπερ ἂν εἴ τις Σωκράτη ὑπὸ τὸ αὐτὸ θεῖτο καὶ τὴν τούτου εἰκόνα. Τὸ γὰρ διελέσθαι ἐνταῦθά ἐστι τὸ ἀφορίσαι καὶ χωρὶς θεῖναι, καὶ τὸ δόξαν ὂν εἶναι, εἰπεῖν οὐκ εἶναι ὄν, ὑποδείξαντα αὐτοῖς ἄλλο τὸ ὡς ἀληθῶς ὂν εἶναι. Καὶ προστιθεὶς τῷ ὄντι τὸ ἀεὶ ὑπέδειξεν, ὡς δεῖ τὸ ὂν τοιοῦτον εἶναι, οἷον μηδέποτε ψεύδεσθαι τὴν τοῦ ὄντος φύσιν. Περὶ δὴ τούτου τοῦ ὄντος λέγοντες, καὶ περὶ τούτου, ὡς οὐχ ἑνὸς ὄντος, σκεψόμεθα· ὕστερον δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ περὶ γενέσεως καὶ τοῦ γιγνομένου καὶ κόσμου αἰσθητοῦ τι ἐροῦμεν.

I. Postquam de generibus decem consideravimus, diximusque deinde de illis, qui sub uno quodam genere cuncta velut quatuor species complectuntur : reliquum jam est, ut nostram de iis sententiam explicemus, conantes videlicet opinionem nostram ad sententiam Platonis redigere. Si igitur unum ens oportuisset ponere, nihil opus esset inquirere, numquid unum sit genus in omnibus : numquid rursus genera non reducantur in unum : et num principia sint dicenda : neque rursus, utrum principia etiam genera sint ponenda : neque vicissim, utrum genera ipsa eadem sint atque principia : neque utrum principia quidem omnia sint et genera, genera vero non æque principia, vel vicissim : sive potius in utrisque aliqua quidem principia simul et genera, aliqua etiam genera simul atque principia : an forte in aliis quidem omnia sint simul et alia, in aliis autem quædam simul et alia sint. Quoniam vero ens non unum ponimus, ratioque hujus sententiæ a Platone et aliis præsertim suis est assignata, fortasse necessarium est, de his quoque considerare, primo quidem, quem numerum et quomodo ponamus, in medium afferendo. Cum igitur de ipso ente vel entibus indagemus, necessarium est inprimis inter nos hæc ipsa distinguere : quidnam videlicet ens ipsum dicamus, de quo in præsentia rite consideramus, quidve ens esse aliis videatur, quod tamen nos non quidem, quod unquam sit, sed quod fiat, potius appellamus. Est autem operæ pretium intelligere hæc inter se distincta, non quasi aliquod unum genus fuerit in ipsa divisum. Neque enim fas est putare, Platonem ita distribuisse. Ridiculum namque foret, ens ipsum in unum cum non ente conjungere : velut si quis Socratem ipsum et imaginem ejus collocet sub eodem. Jam vero dividere hac ipsa in re nihil aliud est, quam segregare seorsumque disponere, et quod videatur ens, id non ens declarare, interim demonstrando, aliud re vera ens exsistere. Atqui et ille, qui enti ipsum semper adjunxit, tale esse ens oportere monstravit, ut nunquam in ipsa entis natura mentiatur et fallat. De hoc igitur ente loquentes, de hoc nimirum, quasi non sit unum, tractabimus. Deinde, si videatur, de generatione insuper atque genito, mundoque sensibili aliquid afferemus.

Ens primum est quidem unum, sed quodammodo constat ex multis, quæ et principia sunt, et genera. Principia quidem, quoniam ipsa natura entis quasi constat ex ipsis : genera vero, quia quodlibet eorum continet sub se species gradatim multas et singula. Neque confunduntur hæc in unum : servat enim unumquodque proprium illic actum. Neque ens ipsum appellandum est genus; neque enim dividitur, ut genus in species, neque de suis prædicatur, ut genus.

Β'. Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἕν φαμεν, ἆρα ἀριθμόν τινα ἢ ἄπειρον· πῶς γὰρ δὴ τὸ οὐχ ἓν ἢ ἓν ἅμα καὶ πολλὰ λέγομεν, καὶ τί ποικίλον ἓν τὰ πολλὰ εἰς ἓν ἔχον; ἀνάγκη τοίνυν τοῦτο τὸ οὕτως ἓν ἢ τῷ γένει ἓν εἶναι, εἶδη δ' αὐτοῦ τὰ ὄντα, οἷς πολλὰ καὶ ἕν, ἢ πλείω ἑνὸς γένη, ὑφ' ἓν δὲ τὰ πάντα, ἢ πλείω μὲν γένη, μηδὲν δὲ ἄλλο ὑπ' ἄλλο, ἀλλ' ἕκαστον περιεκτικὸν τῶν ὑπ' αὐτό· εἴτε καὶ αὐτῶν γενῶν ἐλαττόνων ὄντων ἢ εἰδῶν, καὶ ὑπὸ τούτοις ἀτόμων, συντελεῖν ἅπαντα εἰς μίαν φύσιν, καὶ ἐκ πάντων τῷ νοητῷ κόσμῳ, ὃν δὴ λέγομεν τὸ ὄν, τὴν σύστασιν εἶναι. Εἰ δὴ τοῦτο, οὐ μόνον γένη ταῦτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀρχὰς τοῦ ὄντος ἅμα ὑπάρχειν· γένη μὲν, ὅτι ὑπ' αὐτὰ ἄλλα γένη ἐλάττω, καὶ εἴδη μετὰ τοῦτο καὶ ἄτομα· ἀρχὰς δὲ, εἰ τὸ ὂν οὕτως ἐκ πολλῶν καὶ ἐκ τούτων τὸ ὅλον ὑπάρχει. Εἰ μέντοι πλείω μὲν ἦν ἐξ ὧν, συνελθόντα δὲ τὰ ὅλα ἐποίει τὸ πᾶν, ἀλλ' οὐκ ἔχοντα ὑπ' αὐτὰ, ἀρχαὶ μὲν ἂν ἦσαν, γένη δὲ οὐκ ἄν· οἷον εἴ τις ἐκ τῶν τεσσάρων ἐποίει τὸ αἰσθητὸν, πυρὸς καὶ τῶν τοιούτων· ταῦτα γὰρ ἀρχαὶ ἂν ἦσαν, γένη δὲ οὔ, εἰ μὴ ὁμωνύμως τὸ γένος. Λέγοντες τοίνυν καὶ γένη τινὰ εἶναι, τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἀρχὰς, ἆρα τὰ μὲν γένη, ἕκαστον μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὰ ὁμοῦ μιγνύντες ἀλλήλοις, τὰ πάντα τὸ ὅλον ἀποτελοῦμεν, καὶ σύγκρασιν ποιοῦμεν ἁπάντων, ἀλλὰ δυνάμει οὐκ ἐνεργείᾳ ἕκαστα, οὐδὲ καθαρὸν αὐτὸ ἕκαστον ἔσται. Ἀλλὰ τὰ μὲν γένη ἐάσομεν, τὰ δὲ καθ' ἕκαστον μίξομεν. Τίνα οὖν ἔσται ἐφ' αὑτῶν τὰ γένη; ἢ ἔσται κἀκεῖνα ἐφ' αὑτῶν καὶ καθαρά; καὶ τὰ μιχθέντα οὐκ ἀπολεῖ αὐτὰ, καὶ πῶς; ἢ ταῦτα μὲν εἰς ὕστερον· νῦν δ' ἐπεὶ συγκεχωρήκαμεν καὶ γένη εἶναι καὶ προσέτι καὶ τῆς οὐσίας ἀρχὰς, καὶ τρόπον ἕτερον ἀρχὰς καὶ συνθέσεις, πρῶτον λεκτέον, πρὸς ἃ λέγομεν γένη, καὶ πῶς διίσταμεν ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ, καὶ οὐχ ὑφ' ἓν ἄγομεν, ὥσπερ ἐκ τύχης συνελθόντα, καὶ ἕν τι πεποιηκότα, καίτοι πολλῷ εὐλογώτερον ὑφ' ἕν. Ἢ εἰ μὲν εἶδη οἷόν τε ἦν τοῦ ὄντος ἅπαντα εἶναι, καὶ ἐφεξῆς τούτοις τὰ ἄτομα καὶ μηδὲν τούτων ἔξω, ἦν ἂν ἴσως ποιεῖν οὕτως. Ἐπειδὴ δὲ ἡ τοιαύτη θέσις ἀναίρεσίς ἐστιν αὐτοῖς (οὐδὲ γὰρ τὰ εἶδη εἴδη ἔσται), οὐδ' ὅλως πολλὰ ὑφ' ἕν, ἀλλὰ πάντα ἕν, μὴ ἑτέρου ἢ ἕτερον ἔξω ἐκείνου τοῦ ἑνὸς ὄντων. Πῶς γὰρ ἂν πολλὰ ἐγένετο τὸ ἕν, ὥστε καὶ εἴδη γεννῆσαι, εἰ μή τι ἦν παρ' αὐτὸ ἄλλο; οὐ γὰρ αὐτὸ πολλά, εἰ μή τις ὡς μέγεθος κερματίσει, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἕτερον τὸ κερματίζον. Εἰ δ' αὐτὸ κερματιεῖ, ἢ ὅλως διαιρήσει, πρὸ τοῦ διαιρεθῆναι ἔσται διῃρημένον. Ταύτῃ μὲν οὖν καὶ δι' ἄλλα πολλὰ ὑποστατέον τοῦ γένος ἓν, καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τε ἕκαστον ὁτιοῦν ληφθὲν ἢ ὂν ἢ οὐσίαν λέγειν. Εἰ δέ τις λέγοι ὄν, τῷ συμβεβηκέναι φήσει· οἷον εἰ λευκὸν λέγοι τὴν οὐσίαν, οὐ γὰρ ὅπερ λευκὸν λέγει.

II. Cum igitur non esse unum dicamus, consequens est, vel numerum quendam asserere, vel infinitum : nempe quonam pacto dicimus non unum, nisi dicamus unum simul et multa, et unum quiddam varium in uno multa comprehendens? Necessarium igitur est, hoc ipsum, quod sic est unum, aut genere unum esse, species autem ejus entia, quibus sane multa sit simul et unum : aut genera plura, quam unum, sic tamen, ut sint cuncta sub uno : aut genera quidem plura, non tamen sub alio aliud, sed unumquodque, quæ sub eo sunt, continere, sive et ipsa quoque sint genera, quamvis angustiora, vel species sub eisque singula, adeo ut in naturam unam cuncta conducant, atque ex omnibus ipsa mundi intelligibilis, quod ens appellamus, substantia constet. Quod quidem si ita se habet, sequitur, hæc non solum esse genera, verum etiam principia ipsius entis simul existere : genera quidem, quoniam sub eis alia quædam angustiora sunt genera, speciesque post hæc et singula : principia vero, siquidem ens sit ex multis, et ex his totum ipsum existat. Si tamen plura quidem essent, ex quibus constet, concurrentia vero tota conficerent universum, nec haberent præterea sub se ipsis alia, principia quidem forent, genera vero nequaquam : perinde ac si quis ex quatuor sensibile id componat, ex igne scilicet ceterisque ejusmodi. Hæc enim principia forent, genera vero nunquam, nisi quis forte æquivoca conditione genus acceperit. Quam ob rem, cum dicamus, principia quædam etiam esse genera, quærendum est, numquid hæc ipsa ita dicamus genera, ut unumquodque eorum una cum iis, quæ sequuntur ipsum, accipientes simul commisceamus omnia, totumque conficiamus, mixtionem cunctorum invicem facientes. Sed enim potentia quadam, non actu, singula illic erunt, et ipsum unumquodque non erit purum. Forsan vero dimittemus quidem genera, sed singula commiscebimus. Quænam igitur in se ipsis genera erunt? An et illa in se ipsa erunt, atque pura? Et quæ mixta sunt, illa nos disperdent, et quonam pacto? Sed de his in sequentibus. Nunc vero postquam admisimus, nonnulla et esse genera, et insuper essentiæ ipsius principia, et alia quadam ratione principia esse, et compositiones quasdam illic exsistere, primo dicendum est, erga quæ illa genera nuncupemus, et quomodo inter se partiamur, neque redigamus in unum, quasi sorte quadam congredientia unum aliquid faciant : quamvis multo probabilius redigerentur in unum. Profecto, si fieri posset, ut omnia entis ipsius species essent, et post hæc deinceps singula consequerentur, nihilque foret extra, ita forsasse liceret efficere. Postquam vero positio tales funditus hæc ipsa tollit, (neque enim species ulterius erunt species,) neque prorsus multa congregabuntur in unum, sed omnia penitus unum erunt, ne aliud sit extra aliud, ubi illius omnia sint unius. Quo enim pacto unum evasisset multa, adeo ut species generaret, nisi esset aliquod aliud præter ipsum? Non enim ipsummet exsistit multa, nisi quis illud tanquam magnitudinem partiatur : verum ita quoque aliud erit, quod ipsum dividat. Si autem vel a se, vel ab alio dividatur, etiam antequam dividatur, divisum jam erit, vel indivisibile. Hac igitur ratione aliisque de causis cavendum est, ne genus unum constituamus, præsertim quia fieri nequit, ut, quodcumque percipiens, vel ens vel essentiam nuncupes. Nam et occurrit passim, quod non possit ens vel essentia, nisi per accidens, appellari, ceu si quis substantiam appellet album. Non enim sic ipsum, quod per se album, quodve sit album, pronuntiabit.

Multa, quæ sunt in primo ente, quoniam ibi non casu concurrunt, necessario sunt ab uno. Rursus, cum ibi sint genera rerum prima inter se diversa, non possunt intus reduci ad unum genus, quod de ipsis more generis prædicetur : sed ad unam non tam causam, quam naturam, quæ non tam constituatur ex illis, quam constet ipsis, seque ipsam in ipsa propaget, totamque in singulis differentibus se conservet. Hanc vero naturam unam, quoniam est unum non simpliciter, sed unum ens, rediginus ad ipsum foras simpliciter unum velut causam.

Γ'. Πλείω μὲν δὴ λέγομεν εἶναι, καὶ οὐ κατὰ τύχην πλείω· οὐκοῦν ἀφ' ἑνός; ἢ εἰ καὶ ἀφ' ἑνὸς, οὐ κατηγορουμένου δὲ κατ' αὐτῶν ἐν τῷ εἶναι, οὐδὲν κωλύει ἕκαστον οὐχ ὁμοειδὲς ὂν ἄλλῳ χωρὶς αὐτὸ εἶναι γένος. Ἆρ' οὖν ἔξωθεν τοῦτο τῶν γενομένων γενῶν τὸ αἴτιον μὲν, μὴ κατηγορούμενον δὲ τῶν ἄλλων ἐν τῷ τί ἐστιν; ἢ τὸ μὲν ἔξω. Ἐπέκεινα γὰρ τὸ ἕν, ὡς ἂν μὴ συναριθμούμενον τοῖς γένεσιν, εἰ δ' αὐτὸ τὰ ἄλλα, ἃ ἐκ' ἴσης ἀλλήλοις, εἰς τὸ γένη εἶναι. Καὶ πῶς ἐκεῖνο οὐ συνηρίθμηται; ἢ τὰ ὄντα ζητοῦμεν, οὐ τὸ ἐπέκεινα. Τοῦτο μὲν οὖν οὕτως· τί δὲ τὸ συναριθμούμενον; ἐφ' οὗ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις, πῶς συναριθμούμενον τοῖς αἰτιατοῖς· ἢ εἰ μὲν ὑφ' ἓν γένος αὐτὰ καὶ τὰ ἄλλα, ἄτοπον· εἰ δὲ, οἷς αἴτιον, συναριθμεῖται, ὡς αὐτὸ τὸ γένος καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς, καὶ ἔστι διάφορα τὰ ἐφεξῆς πρὸς αὐτὸ, καὶ οὐ κατηγορεῖται αὐτῶν ὡς γένος, οὐδ' ἄλλο τι κατ' αὐτῶν, ἀνάγκη καὶ αὐτὰ γένη εἶναι ἔχοντα ὑφ' αὑτά· οὐδὲ γὰρ, εἰ σὺ τὸ βαδίζειν ἐγέννας, ὑπὸ σὲ, ὡς γένος, τὸ βαδίζειν ἦν ἄν· καὶ εἰ μηδὲν ἦν πρὸ αὐτοῦ ἄλλο, ὡς γένος αὐτοῦ, ἦν δὲ τὰ μετ' αὐτὸ, γένος ἂν ἦν τὸ βαδίζειν ἐν τοῖς οὖσιν. Ὅλως δὲ ἴσως οὐδὲ τὸ ἓν φατέον αἴτιον τοῖς ἄλλοις εἶναι, ἀλλ' οἷον μέρη αὐτοῦ, καὶ οἷον στοιχεῖα αὐτοῦ, καὶ πάντα μίαν φύσιν μεριζομένην ταῖς ἡμῶν ἐπινοίαις, αὐτὸ δὲ τὸ εἶναι ὑπὸ δυνάμεως θαυμαστῆς ἓν εἰς πάντα, καὶ φαινόμενον πολλὰ, καὶ γιγνόμενον πολλὰ, οἷον ὅταν κινηθῇ, καὶ τὸ πολύχουν τῆς φύσεως ποιεῖν τὸ ἓν μὴ ἓν εἶναι, ἡμᾶς τε οἷον μοίρας αὐτοῦ προφέροντας, ταύτας ἓν ἕκαστον τίθεσθαι καὶ γένος λέγειν, ἀγνοοῦντας, ὅτι μὴ ὅλον ἅμα εἴδομεν, ἀλλὰ κατὰ μέρος προφέροντες πάλιν αὐτὰ συνάπτομεν, οὐ δυνάμενοι ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτὰ κατέχειν σπεύδοντα πρὸς αὐτά. Διὸ πάλιν μεθίεμεν εἰς τὸ ὅλον, καὶ ἐῶμεν ἓν γενέσθαι, μᾶλλον δὲ ἓν εἶναι. Ἀλλὰ ἴσως σαφέστερα ταῦτα ἔσται κἀκείνων ἐγνωσμένων, ἢν τὰ γένη λάβωμεν ὁπόσα· οὕτω γὰρ καὶ τὸ πῶς. Ἀλλ' ἐπεὶ δεῖ λέγοντα μὴ ἀποφάσεις λέγειν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔννοιαν καὶ νόησιν ἰέναι τῶν λεγομένων, ὡδὶ ποιητέον.

III. Plura itaque dicimus esse, neque sorte quadam fortuita plura. Nonne igitur ab uno? Profecto, et si ab uno dependent, non tamen ab aliquo uno, quod de illis in ipso esse prædicetur, idcoque nihil prohibet unumquodque, cum non sit conforme cum alio, ipsum seorsum genus exsistere. Num igitur hoc unum extra nascentia genera causa quidem exsistens, non tamen in eo, quod quid est, de aliis prædicatur? Forsan vero extra quidem est. Ipsum namque unum desuper exstat, utpote quod cum generibus minime numeratur : siquidem per ipsum alia sunt, quæ ex æquo inter se ad hoc ipsum, ut sint genera, connumerantur atque discernuntur. Et quonam pacto illud non est una cum eis connumeratum? sed profecto nunc entia quærimus, non quod superius exstat. Hoc igitur ita se habeat. Quid vero dicemus de illo, quod connumeratur? De quo nimirum aliquis admirabitur, qua conditione una cum suis effectibus numeretur. Sed enim, si superiora illa simul et alia sub uno quodam genere numerentur, prorsus errabitur : sin autem simul cum his, quorum causa est, numeretur, tanquam ipsum quidem sit genus, reliqua deinceps inde sequantur, et, quæ sequuntur, ab illo diversa sint, neque de illis prædicetur ut genus, neque de illis alio quodam pacto dicatur, necessarium est, ipsa quoque genera esse habentia, videlicet et alia sub se ipsis. Neque enim, si tu incedendo producis incessum, ob hoc incessus ipse sub te est, quasi sub genere : ac nisi aliquid foret incessu superius, velut genus ipsius incessus, esset tamen nonnulla sub ipso, genus utique in ordine rerum ipse incessus exsisteret. Fortassis autem neque dicendum est omnino, unum illud esse causam reliquorum, sed reliqua potius esse velut partes elementaque illius, et cuncta simul unam esse naturam, nostris cogitationibus distributam : illud autem esse ob mirabilem potestatem in omnia unum, apparens multa, factumque multa : velut si moveatur, et amplificabilis multiplicabilisque naturæ facultas efficiat, ut unum jam non sit unum. Nos autem, quasi portiones illius aliquas proferentes, eas singulatim velut unumquodque ponimus, genus cognominantes, ignorantes videlicet, non totum simul nos conspexisse : verum secundum partes singulatimque proferentes rursus illa congerimus, videlicet, non potentes illa sic diutius detinere, tanquam ad se ipsa interim festinantia. Quapropter rursus in totum ea dimittimus, et unum jam fieri, imo vero unum esse permittimus. Sed forsan tunc demum hæc planiora fient, quando illa ipsa præcognita fuerint, quotque genera sint, acceperimus. Sic enim et quo se modo habeant, planius declarabitur. Quoniam vero de rebus ejusmodi pertractantes oportet non negationes tantum in medium introducere, verum etiam in ipsam eorum, de quibus agitur, notionem et intelligentiam penetrare : age jam sic agamus.

Cum mens et anima separatæ sint a materia et quantitate, et idcirco simplices individuæque sint, difficile inventu est, quomodo ibi unitas in se distinctam habeat multitudinem.

Unio quidem sive unitas in corporibus, post ipsam multorum compositionem sequitur, atque est quasi quidam generationis finis : itaque merito pendet ab unitate quadam, quæ sit ante multitudinem, sitque generationis principium. Talis quidem est in anima atque mente unitas, cum multitudine non facta ex multis, sed fons multorum. Hæc denique procedit ab unitate, quæ multitudinem talem in se permixtam nullam habet.

Δ'. Εἰ τὴν σώματος φύσιν ἰδεῖν ἐβουλόμεθα, οἷόν τι ἐστὶν ἐν τῷδε τῷ ὅλῳ ἡ τοῦ σώματος αὐτοῦ; φύσις, ἆρ' οὐ καταμαθόντες ἐπί τινος τῶν μερῶν αὐτοῦ, ὡς ἔστι τὸ μὲν ὡς ὑποκείμενον αὐτοῦ, οἷον ἐπὶ λίθου, τὸ δὲ ὁπόσον αὐτοῦ, τὸ μέγεθος, τὸ δὲ ὁποῖον, οἷον τὸ

IV. Si cognoscere studeremus, quidnam et quale potissimum esset ipsa natura corporis in toto hoc rerum ordine, nonne id primo in quadam partium suarum considaremus? velut in lapide; cogitantes, aliud quidem illic esse subjectum, aliud autem magnitudo, aliud denique qualitas,

χρῶμα καὶ ἐπὶ παντὸς ἄλλου σώματος εἴποιμεν ἂν, ὡς ἐν τῇ σώματος φύσει τὸ μέν ἐστιν οἷον οὐσία, τὸ δέ ἐστι ποσὸν, τὸ δὲ ποιὸν, ὁμοῦ μὲν πάντα, τῷ δὲ λόγῳ διαιρεθέντα εἰς τρία, καὶ σῶμα ἂν ἦν ἓν τὰ τρία. Εἰ δὲ καὶ κίνησις αὐτοῦ παρῆν σύμφυτος τῇ συστάσει, καὶ τοῦτο ἂν συνηριθμήσαμεν· καὶ τὰ τέτταρα ἦν ἂν ἕν, καὶ τὸ σῶμα τὸ ἓν ἀπήρτιστο πρὸς τὸ ἓν καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν τοῖς ἅπασι. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, ἐπειδὴ περὶ οὐσίας νοητῆς καὶ τῶν ἐκεῖ γενῶν καὶ ἀρχῶν ὁ λόγος ἐστὶν, ἀφελόντας χρὴ τὴν ἐν τοῖς σώμασι γένεσιν, καὶ τὴν δι' αἰσθήσεως κατανόησιν, καὶ τὰ μεγέθη. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ χωρὶς, καὶ τὸ διεστηκότα ἀπ' ἀλλήλων εἶναι, λαβεῖν τινα νοητὴν ὑπόστασιν, καὶ ὡς ἀληθῶς ὄν, καὶ μᾶλλον ἕν. Ἐν ᾧ καὶ τὸ θαῦμα πῶς πολλὰ καὶ ἓν τὸ οὕτως ἕν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων συγκεχώρηται τὸ αὐτὸ ἓν καὶ πολλὰ εἶναι· καὶ γὰρ εἰς ἄπειρα τὸ αὐτὸ, καὶ ἕτερον τὸ χρῶμα, καὶ τὸ σχῆμα ἕτερον, καὶ γὰρ χωρίζεται. Εἰ δέ τις λάβοι ψυχὴν μίαν, ἀδιάστατον, ἀμεγέθη, ἁπλούστατον ὡς δόξει τῇ πρώτῃ τῆς διανοίας ἐπιβολῇ, πῶς ἄν τις ἐλπίσειε πολλὰ εὑρήσειν πάλιν αὖ; καίτοι νομίσας εἰς τοῦτο τελευτᾷν, ὅτε διῃρεῖτο τὸ ζῶον εἰς σῶμα καὶ ψυχὴν, καὶ σῶμα μὲν πολυειδὲς, καὶ σύνθετον, καὶ ποικίλον, τὴν δὲ ψυχὴν ἐθάῤῥει ὡς ἁπλοῦν εὑρὼν, καὶ ἀναπαύσασθαι τῆς πορείας, ἐλθὼν ἐπ' ἀρχήν. Ταύτην τοίνυν τὴν ψυχὴν, ἐπειδήπερ ἐκ τοῦ νοητοῦ τόπου προεχειρίσθη ἡμῖν, ὡς ἐκεῖ τὸ σῶμα ἐκ τοῦ αἰσθητοῦ, λάβωμεν, πῶς τὸ ἓν τοῦτο πολλά ἐστι, καὶ πῶς τὰ πολλὰ ἕν ἐστιν, οὐ σύνθετον ἓν ἐκ πολλῶν, ἀλλὰ μία φύσις πολλά· διὰ γὰρ τούτου ληφθέντος καὶ φανεροῦ γενομένου καὶ τὴν περὶ τῶν γενῶν τὴν ἐν τῷ ὄντι ἔφαμεν ἀλήθειαν φανερὰν ἔσεσθαι.

velut color, similiterque in quovis alio corpore? Atque inde protinus diceremus in ipsa natura corporis, aliud tanquam substantiam esse, aliud velut quantum, aliud autem quale: simul quidem omnia, sed ratione quadam in numerum ternarium distributa, triaque hæc corpus unum esse constaret. Quodsi motus etiam inesset substantiæ insitus, hunc quoque cum aliis numeraremus: quæ quidem quatuor unum corpus exsisterent, adeo ut corpus, quod est unum, ad ipsum unum suique naturam ex cunctis conficiatur et pendeat. Eadem ferme ratione, quoniam de substantia intelligibili, deque generibus principiisque suis habetur oratio, considerare alia decet generationem, quæ corporibus inest, auferendo, tollendo quinetiam cogitationem, quæ sensu procedit, ac moles insuper segregando. Sic enim, quod seorsum dicitur, et quæ inter se distincta sint, licebit accipere tanquam substantiam quandam intelligibilem, atque ens re vera magisque unum. In quo quidem oritur admiratio, quonam pacto, quod sic est unum, esse queat unum simul et multa. In corporibus quidem absque controversia concessum est, idem esse unum simul et multa. Nam idem quoque infinite dividitur, et aliud ibi color est, aliud vero figura: nam ibi hæc separantur. Si quis autem animam acceperit unam, indistantem, a magnitudine segregatam, item simplicissimam, quantum apparebit primo cogitationis intuitu, quonam pacto sperabit aliquis, animam ipsam iterum se tanquam multiplicem inventurum? præsertim cum existimaverit, ad hoc ipsum se velut simplicissimum denique pervesturum, quando animal in corpus divideretur et animam, et corpus quidem facile constaret multiforme et compositum variumque exsistere: sed animam interea quivis sperabit simplicissimam invenire, atque ibi denique conquiescere, quasi ad quendam processionis terminum jam pervenerit. Cum igitur hanc ipsam animam, tanquam aliquid ex intelligibili mundo depromptum, in medium produxerimus, sicut et corpus ante ex mundo sensibili introduxeramus in medium, age consideremus jam, quonam pacto id unum sit multa, et quomodo multa unum. Non unum, inquam, velut ex multis compositum, sed velut natura quædam una, quæ ipsamet sit et multa. Diximus enim, si hoc ipsum perceptum fuerit ac plane perspectum, claram fore insuper nobis veritatem generum in ipso ente regnantium.

Cum multitudo et diversitas in corpore animato sit quam plurima, atque hæc proxime fiat ab anima genitali, merito anima, et si magis est unum atque ens, quam corpus, non tamen est unum multitudinis expers. Est igitur genitalis anima una quædam natura, rationumque seminalium plenitudo, quæ rationes ita sunt actus ejus essentiales, sicut radii lucis intimi. Est etiam in ipsa animæ essentia multitudo: non enim habet ipsum esse simpliciter, sed una cum animali quadam proprietate rursus essentiali.

Ε'. Πρῶτον δὲ τοῦτο ἐνθυμητέον, ὡς ἐπειδὴ τὰ σώματα, οἷον τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν, ἕκαστον αὐτῶν πολλά ἐστι, καὶ χρώμασι, καὶ σχήμασι, καὶ μεγέθεσι, καὶ εἴδεσι μερῶν, καὶ ἄλλο ἄλλοθι, ἔρχεται δὲ τὰ πάντα ἐξ ἑνὸς, ἢ παντάπασιν ἐξ ἑνὸς, ἢ ἔξει πάντῃ παντὸς ἑνὸς, ἢ μᾶλλον μὲν ἑνὸς, ἢ οἷον τὸ ἐξ αὐτοῦ, ὥστε καὶ μᾶλλον ὄντος, ἢ τὸ γενόμενον· ὅσῳ γὰρ πρὸς ἓν ἡ ἀπόστασις, τόσῳ καὶ πρὸς ὄν. Ἐπεὶ οὖν ἐξ ἑνὸς μὲν, οὐχ οὕτω δὲ ἑνὸς, ὡς πάντῃ ἓν ἡ αὐτοὶν, (οὐ γὰρ ἂν διεστηκὸς πλῆθος ἐποίει,) λείπεται εἶναι ἐκ πλήθους ἑνός. Τὸ δὲ ποιοῦν ἦν ψυχὴ, τοῦτο ἄρα πλῆθος ἕν. Τί οὖν; τὸ πλῆθος οἱ λόγοι τῶν γιγνομένων; ἆρ' οὖν αὐτὸ μὲν ἄλλο, οἱ λόγοι δὲ ἄλλοι; ἢ καὶ αὐτὴ λόγος καὶ κεφάλαιον τῶν λόγων, καὶ ἐνέργεια αὐτῆς κατ' οὐσίαν ἐνεργούσης οἱ λόγοι· ἡ δὲ οὐσία δύναμις τῶν λόγων. Πολλὰ μὲν δὴ οὕτω τοῦτο τὸ ἕν, ἐξ ὧν εἰς ἄλλα ποιεῖ δεδειγμένον. Τί δ' εἰ μὴ ποιεῖ, ἀλλά τις αὐτὴν μὴ πσιοῦ-

V. Inprimis vero considerandum est, cum corpora præsertim animalium et plantarum ita se habeant, ut unumquodque eorum multa sit, cum coloribus, tum figuris, tum quantitatis diversitate, tum partium speciebus, tum quoniam alibi aliud est, ab uno hæc omnia provenire, sive ab eo, quod omnino sit unum, sive habitudine quadam omnino universi unius, sive ab aliquo, quod magis unum sit, quam quod procedit ab eo, adeo ut eos quoque magis exsistat, quam quod inde procedit. Quo enim longius ab uno disceditur, eo longius et ab ente. Quoniam igitur ab uno quidem fit corporum constitutio, non tamen ab eo proxime, quod omnino unum sit, vel ipsum unum, (alioquin non adeo distantem faceret multitudinem,) reliquum est, ut hæc ipsa corporum compositio a multitudine quadam una conficiatur. Quod autem corpora facit, est anima: hæc igitur una quædam est multitudo. Verum quidnam potissimum est in anima multitudo? Profecto eorum, quæ inde fiunt seminariæ rationes. Num igitur aliud quidem est ipsa anima, aliæ vero sunt rationes? Imo vero et anima ipsa ratio est, caputque rationum: actusque ipsius secundum essentiam agentis ipsæ sunt rationes: essentia vero est vis ipsa seminalium rationum. Quam ob rem unum hoc ita multa est, et sic se habere per ea compertum ex quibus agit in alia. Quid vero, si nihil effi-

σεν λαμβάνει, ἀναβαίνων αὐτῆς εἰς τὸ μὴ ποιοῦν; οὐ πολλὰς καὶ ἐνταῦθα εὑρήσει δυνάμεις; εἶναι μὲν γὰρ αὐτὴν πᾶς ἄν τις συγχωρήσειεν. Ἆρα δὲ ταὐτὸν ὡς εἰ καὶ λίθον ἔλεγεν εἶναι; ἢ οὐ ταὐτόν· ἀλλ' ὅμως κἀκεῖ ἐπὶ τοῦ λίθου τὸ εἶναι τῷ λίθῳ ἦν οὐ τὸ εἶναι, ἀλλὰ τὸ λίθῳ εἶναι· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ εἶναι ψυχῇ, μετὰ τοῦ εἶναι ἔχει τὸ ψυχῇ εἶναι. Ἆρ' οὖν ἄλλο τὸ εἶναι, ἄλλο δὲ τὸ λοιπόν, ὃ συμπληροῖ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν; καὶ τὸ μὲν ὄν, διαφορὰ δὲ ποιεῖ τὴν ψυχήν; ἢ τι ὂν μὲν ἡ ψυχή, οὐ μέντοι οὕτως, ὡς ἄνθρωπος λευκὸς, ἀλλ' ὡς τις οὐσία μόνον· τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ μὴ ἔξωθεν τῆς οὐσίας ἔχειν, ὃ ἔχει.

ciat, sed eam quispiam accipiat nihil prorsus efficientem, progressus videlicet in id ipsum, quod in anima nihil facit? Sed nonne hic quoque vires multas inveniet? Esse namque ipsam facile quivis admiserit: num igitur ita prorsus esse hanc affirmabit, ac si lapidem esse dixisset? Certe non ita. Jam vero et circa ipsum lapidem esse quidem lapidis non est esse simpliciter, sed potius esse lapidem. Ita et hic esse animæ una cum esse habet et esse animam. Sed numquid aliud quidem est esse, aliud vero reliquum, quod animæ ipsius complet essentiam? et hoc quidem est ens, differentia vero animam efficit? Forsan vero anima est quidem ens aliquod, non tamen ita, sicut homo albus, sed ita sicut homo ipse essentia sua tantum. Hoc autem idem est, ac si dicatur non extra essentiam habere, quod habet.

Essentia et vita in anima re quidem ipsa sunt unum, sed differunt ratione: nam anima per essentiam cum multis convenit, a quibus per vitam differt. Vita illic scilicet animalis non accedit extrinsecus ad essentiam, sed emicat ab essentia: igitur et in ipsa essentiæ virtute latens vita viget, et in ipso vitæ actu manifestior explicatur essentia.

Ϛ'. Ἀλλ' ἆρα οὐκ ἔξωθεν μὲν ἔχει τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, ἵνα ἡ μὲν κατὰ τὸ εἶναι ᾖ, ἡ δὲ κατὰ τὸ τοιόνδε εἶναι; Ἀλλ' εἰ κατὰ τὸ τοιόνδε εἶναι καὶ ἔξωθεν τὸ τοιόνδε, οὐ τὸ ὅλον, καθ' ὃ ψυχὴ, ἔσται οὐσία, ἀλλὰ κατά τι καὶ μέρος αὐτῆς οὐσία, ἀλλ' οὐ τὸ ὅλον οὐσία. Ἔπειτα τὸ εἶναι αὐτῇ τί ἔσται ἄνευ τῶν ἄλλων; ἢ λίθος; ἢ δεῖ τοῦτο εἶναι αὐτῆς ἐν τῷ εἶναι, οἷον πηγὴν καὶ ἀρχήν; μᾶλλον δὲ πάντα, ὅσα αὐτὴ, καὶ ζωὴν τοίνυν, καὶ συνάμφω ἓν, τὸ εἶναι καὶ τὴν ζωήν. Ἆρ' οὖν οὕτως ἓν ὡς ἕνα λόγον; ἢ τὸ ὑποκείμενον ἕν· οὕτω δὲ ἓν, ὡς αὖ δύο ἢ καὶ πλείω, ὅσα ἐστὶν ἡ ψυχὴ τὰ πρῶτα. Ἡ οὖν οὐσία καὶ ζωὴ, ἣ ἔχει ζωήν. Ἀλλ' εἰ ἔχει, τὸ ἔχον καθ' αὑτὸ οὐκ ἐν ζωῇ, ἥ τε ζωὴ οὐκ ἐν οὐσίᾳ. Ἀλλ' εἰ μὴ ἔχει θάτερον τὸ ἕτερον, λεκτέον ἓν ἄμφω, ἢ ἓν καὶ πολλὰ, καὶ τοσαῦτα, ὅσα ἐμφαίνεται ἐν τῷ ἑνὶ, καὶ ἓν ἑαυτῷ, πρὸς δὲ τὰ ἄλλα πολλὰ, καὶ ἓν μὲν ὄν, ποιοῦν δὲ ἑαυτὸ ἐν τῇ οἷον κινήσει πολλὰ, καὶ ὅλον ἓν, οἷον δὲ θεωρεῖν ἐπιχειροῦν ἑαυτὸ, πολλά· ὥσπερ γὰρ οὐκ ἀνέχεται ἑαυτοῦ τὸ ἓν εἶναι, πάντα δυνάμενον, ὅσα ἐστίν. Ἡ δὲ θεωρία αἰτία τοῦ φανῆναι αὐτὸ πολλὰ, ἵνα νοήσῃ· ἐὰν γὰρ ἓν φανῇ, οὐκ ἐνόησεν, ἀλλ' ἔστιν ἤδη ἐκεῖνο.

VI. Sed numquid extra quidem essentiam suam non habet illud, ita ut partim quidem secundum esse sit, partim vero secundum esse tale? Verum si secundum tale esse, et hoc ipsum tale proveuit ab extrinseco, certe non totum, qua ratione est anima, erit essentia: imo secundum aliquid, ideoque pars ejus erit essentia, sed non essentia totum. Præterea ipsius esse quidnam absque aliis erit? an lapis? An potius oportet hoc esse ejus in ipso esse, velut fontem principiumque existere? imo vero exsistere omnia, quotcumque exsistit ipsa, ideoque et vitam exsistere, et ambo simul unum, scilicet esse atque vitam. Num igitur sic est unum, ut ratio quædam una? Profecto unum est subjectum, et ita unum, ut duo rursus, aut etiam plura, quotcumque ipsa in primis est anima. Aut igitur essentia est et vita, aut habet vitam. Verum, si vitam habeat, sequitur, ut id, quod eam habet, non sit secundum se in vita, ac vicissim, ut vita non sit in essentia. At si alterum non habet alterum, dicendum est a mbo unum esse, aut unum atque multa, et totidem, quod in uno intus apparent: atqui et sibimet unum, et multa rursus ad alia: tum vero unum quidem in se exsistere, interea tamen velut suo quodam motu, multa se reddere; atqui totum esse unum, sed tanquam studens intueri se ipsum effici multa, non secus atque ipsum ens videatur non sustinere, se unicum permanere, utpote quod omnia possit, quotcunque est et ipsum. Jam vero contemplatio ipsa causa est, ut ipsum multa jam appareat, ut intelligat. Si enim unum apparuerit, nondum videtur intellexisse, sed adhuc illud ipsum exsistere.

In primo intellectu est ens, motus, status, tanquam tria rerum genera. Illic ipsa natura unum, ratione vero formali inter se differentia.

Sicut maxima diversitas membrorum in animali declarat, esse aliquam differentiam rationum seminalium in semine, sic in exemplari mundi differre quodammodo inter se ens et vitam, id est motionem atque statum, argumento nobis est, quod in mundo corporeo hæc tria maxime separata sunt. Est autem ibi vita motio quædam essentialis intima, perpetua ipsius entis, entis actus, ens prorsus adultum. Atqui ipsum ens essentialiter vita est, vitaque vicissim vitaliter est ens. Denique cum status motui opponatur, conjicimus, illic neque statum esse motum, nec alterutrum esse idem penitus cum ente.

Ζ'. Τίνα οὖν ἐστι καὶ πόσα τὰ ἐνορώμενα; ἐπειδὴ ἐν ψυχῇ εὕρομεν οὐσίαν ἅμα καὶ ζωὴν, καὶ τοῦτο κοινὸν ἡ οὐσία ἐπὶ πάσης ψυχῆς, κοινὸν δὲ καὶ ἡ ζωὴ, ζωὴ δὲ καὶ ἐν νῷ, ἐπεισαγαγόντες καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν τούτου ζωὴν, κοινὸν τὸ ἐπὶ πάσῃ ζωῇ, τὴν κίνησιν ἕν τι γένος θησόμεθα, οὐσίαν δὲ καὶ κίνησιν, τὴν πρώτην ζωὴν οὖσαν, δύο γένη θησόμεθα. Καὶ γὰρ εἰ ἕν, χωρίζει αὐτὰ τῇ νοήσει, τὸ ἓν οὐχ ἓν εὑρών, ἢ οὐκ ἂν ξυνηθῇ χωρίσαι. Ὅρα δὲ καὶ ἐν ἄλλοις σαφῶς τοῦ εἶναι τὴν κίνησιν ἢ τὴν ζωὴν χωριζομένην, εἰ καὶ

VII. Quænam igitur sunt et quot, quæ intus inspiciuntur? Profecto, cum in anima essentiam invenerimus simul ac vitam, atque ipsa essentia in omni anima sit communis, communis etiam sit et vita, vita autem rursus in mente, nimirum introducentes mentem insuper ejusque vitam, ponemus unum quoddam genus, ipsum scilicet motum in omni vita communem: atqui essentiam ac motum primum, qui et vita prima est, tanquam genera duo constituemus. Etenim si unum sint, separare tamen ea licebit intelligentia, quod unum est inveniendo non unum, alioquin neque separare licebit. Aspice et in aliis manifestius motionem, aut vitam ab ipso esse secretam: ac, si minue

μὴ ἐν τῷ ἀληθινῷ εἶναι, ἀλλὰ τῇ σκιᾷ καὶ τῷ ὁμωνύμῳ τοῦ εἶναι. Ὡς γὰρ ἐν τῇ εἰκόνι τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ ἐλλείπει, καὶ μάλιστα τὸ κύριον, ἡ ζωὴ, οὕτω καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ εἶναι σκιὰ τοῦ εἶναι, ἀφῃρημένον τοῦ μάλιστα εἶναι, ὃ ἐν τῷ ἀρχετύπῳ ἦν ζωή. Ἀλλ' οὖν ἔσχομεν ἐντεῦθεν χωρίσαι τοῦ ζῆν τὸ εἶναι, καὶ τοῦ εἶναι τὸ ζῆν; ὄντος μὲν δὴ εἴδη πολλὰ καὶ γένος· κίνησις δὲ οὔτε ὑπὸ τὸ ὂν τακτέα, οὔτ' ἐπὶ τῷ ὄντι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ὄντος, εὑρεθεῖσα ἐν αὐτῷ, οὐχ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ· ἐνέργεια γὰρ αὐτοῦ, καὶ οὐδέτερον ἄνευ τοῦ ἑτέρου, ἢ ἐπινοίᾳ· καὶ αἱ δύο φύσει μία, καὶ γὰρ ἐνεργείᾳ τὸ ὄν, οὐ δυνάμει. Καὶ εἰ χωρὶς μέντοι ἑκάτερον λάβοις, καὶ ἐν τῷ ὄντι κίνησις φανήσεται, καὶ ἐν τῇ κινήσει τὸ ὄν, οἷον καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ὄντος ἑκάτερον χωρὶς εἶχε θάτερον· ἀλλ' ὅμως ἡ διάνοια δύο φησὶ, καὶ εἶδος ἑκάτερον διπλοῦν ἕν. Κινήσεως δὲ περὶ τὸ ὂν φανείσης, οὐκ ἐξιστάσης τὴν ἐκείνου φύσιν, μᾶλλον δ' ἐν τῷ εἶναι οἷον τέλειόν που οὔσης, ἀεί τε τῆς τοιαύτης φύσεως ἐν τῷ οὕτω κινεῖσθαι μενούσης, εἴ τις μὴ στάσιν ἐπεισάγοι, ἀτοπώτερος ἂν εἴη τοῦ μὴ κίνησιν διδόντος. Προχειροτέρα γὰρ ἡ τῆς στάσεως περὶ τὸ ὂν ἔννοια καὶ νόησις τῆς περὶ τὴν κίνησιν οὔσης. Τὸ γὰρ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως καὶ ἕνα λόγον ἔχον ἐκεῖ. Ἔστω δὴ καὶ στάσις ἓν γένος, ἕτερον δὲ κινήσεως, ὅπου καὶ ἐναντίον ἂν φανείη. Τοῦ δὲ ὄντος ὡς ἕτερον, πολλαχῇ δῆλον ἂν εἴη, καὶ διότι, εἰ τῷ ὄντι ταὐτὸν εἴη, οὐ μᾶλλον τῆς κινήσεως ταὐτὸν τῷ ὄντι. Διὰ τί γὰρ ἡ μὲν στάσις τῷ ὄντι ταὐτὸν, ἡ δὲ κίνησις οὔ; ζωή τις αὐτοῦ καὶ ἐνέργεια καὶ τῆς οὐσίας καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι. Ἀλλ' ὥσπερ ἐχωρίζομεν τὴν κίνησιν αὐτοῦ, ὡς ταὐτόν τε καὶ οὐ ταὐτὸν αὐτῷ, καὶ ὡς δύο ἄμφω ἐλέγομεν καὶ αὖ ἕν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὴν στάσιν χωριοῦμεν αὐτοῦ, καὶ αὖ οὐ χωριοῦμεν, τοσοῦτον χωρίζοντες τῷ νῷ, ὅσον ἄλλο γένος θέσθαι ἐν τοῖς οὖσιν· ἢ εἰ συνάγοιμεν πάντῃ εἰς ἓν τὴν στάσιν καὶ τὸ ὄν, μηδὲν μηδαμῇ διαφέρειν λέγοντες, τό τε ὂν τῇ κινήσει, ὡσαύτως τὴν στάσιν καὶ τὴν κίνησιν διὰ μέσου τοῦ ὄντος εἰς ταὐτὸν συνάξομεν, καὶ ἔσται ἡμῖν ἡ κίνησις καὶ ἡ στάσις ἕν.

in ipso vero esse, saltem in umbra ipsius esse, atque in eo, quod esse æquivoce dicitur. Sicut enim in hominis imagine multa desunt, præsertim quod est potissimum, id est vita: sic et in rebus, quæ sentiuntur, esse ipsius esse est umbra: utpote quod eo careat, quod est in esse potissimum, quod quidem est in principali rerum forma exemplarique vita. Nonne igitur hinc compertum habemus, quemadmodum separare liceat esse ab eo, quod est vivere, vicissimque, quod vivere est, ab ipso esse similiter? Entis ipsius quidem multæ sunt species: est et genus: motus autem neque sub ente neque in ente, sed una cum ente ponendus: quippe cum in eo comperius sit, nec tanquam in subjecto jacere: est enim actus ipsius, neque alterum est absque altero, nisi forte cogitatione quadam. Atqui duæ naturæ sunt hic una: etenim ens ipsum non in potentia est, sed in actu. Ac, si utrumque seorsum acceperis, adhuc et in ente motus, et in motu ens inesse videbitur: velut et in uno ente utrumque seorsum acceptum possidet alterum: verumtamen cogitatio duo quædam esse dictat, et utrumque velut speciem esse unumque duplex. Cum vero motus circa ens appareat, neque illius naturam distrahat: imo vero ex eo potius, quod illud sit perfectum, ibi adsit, semperque natura talis in hoc ipso motionis ejusmodi ordine perseveret; certe, si quis hue statum non introducat, absurdior erit illo, qui motum minime adhibuerit. Notio enim intelligentiaque status ipsius enti magis accommodata videtur, quam notio motionis. Ibi namque viget, quod dici solet secundum eadem eodemque modo et una ratione se semper habere. Esto jam et status genus unum quodammodo a motione diversum: quandoquidem contrarium quoque videri potest. Quod vero ab ente quoque diversum sit, ex multis quidem patere potest: ac præsertim, quod, si una cum ente sit idem, non magis quam motus cum ente poterit esse idem. Cur enim status quidem sit idem enti, motus vero nequaquam? quippe cum motio vita quædam sit ipsius, actusque et essentiæ et ipsius esse. Sed profecto, quemadmodum ab eo motum separabamus, tanquam idem cum ipso, rursusque non idem, et velut duo dicebamus ambo, rursusque ut unum, eadem conditione statum quoque segregare licet ab eo, rursumque minime segregare: eatenus videlicet intelligentia secernendo, quatenus velut genus aliud in rerum ordine disponatur: alioquin si statum atque ens in unum prorsus copularemus, nulle prorsus modo differre dicentes: similiterque ens una cum motu in unum penitus conflaremus, eadem nimirum ratione statum atque motum per ipsum ens velut medium omnino in idem conjungeremus: ex quo contingeret, ut motus et status unum penitus essent.

Formæ a materia separatæ vel intellectus sunt, vel in intellectu, et ibi quidem non secundum accidens, sed secundum essentiam intellectualem pariter atque intelligibilem.

Sic intellectus primus quinque in se concipit rerum genera, scilicet ens, motum, statum, idem, alterum. In hoc intellectu essentia ejus atque intelligentia quodammodo differunt: alioquin in ordine rerum inde nascentium, quatenus procedit essentia, eatenus intelligentia quoque procederet. Illic igitur actus intelligendi tanquam motus quidam intimus innititur essentiæ sive enti velut cardini: innititur, inquam, duobus modis: nam et inde prosilit, et illuc assidue resilit. Ens ibi essentialiter est intelligentia, et vicissim intelligentia intellectualiter ens exsistit. Præterea intelligentia et a statu quodam exurgitur, id est firmo vigore mentis, et tendit in statum, id est ideam, intelligentiæ terminum. Proinde præter ens, motum, statum, illic est et alteritas, quatenus hæc ibi inter se ratione aliqua distinguuntur, et rursus identitas, quatenus in eadem natura sunt omnia. Tum vero quatuor illic sequentia non appellantur entis species, sed actus quidam entis ipsius comites. Denique quinque illa ibi dicuntur genera entium, quoniam et, quæcumque sunt, ad illorum aliquod rediguntur, et illa simul cuncta in re qualibet includuntur, hac tamen ex parte principia rerum etiam appellari possunt.

Η'. Ἀλλὰ χρὴ τρία ταῦτα τίθεσθαι, εἴπερ ὁ νοῦς χωρὶς ἕκαστον νοεῖ, ἅμα δὲ νοεῖ καὶ τίθησιν, εἴπερ νοεῖ, καὶ ἔστιν, εἴπερ νενόηται. Οἷς μὲν γὰρ τὸ εἶναι μετὰ ὕλης ἐστὶ, τούτων οὐκ ἐν τῷ νῷ τὸ εἶναι, ἀλλ' ἔστιν ἄϋλα· ἃ δέ ἐστιν ἄϋλα, εἰ νενόηται, τοῦτ'

VIII. Ceterum oportet tria hæc ponere, siquidem intellectus unumquodque eorum seorsum intelligit: simul autem intelligit atque ponit, si modo intelligit, et sunt, si modo fuerint intellecta. Quorum enim esse una cum materia est, horum esse non est in intellectu esse; alioquin forent a materia segregata: quæ vero sejuncta sunt

ἐστιν αὐτοῖς τὸ εἶναι. Ἴδε δὲ νοῦν καὶ καθαρὸν καὶ πλέον εἰς αὐτὸν ἀτενίσας, μὴ ὄμμασι τούτοις δεδορκώς. Ὁρᾷς δὴ οὐσίας ἑστίαν, καὶ φῶς ἐν αὐτῷ ἵδρυνον, καὶ ὡς ἕστηκεν ἐν αὐτῷ, καὶ ὡς διέστηκεν ὁμοῦ ὄντα, καὶ ζωὴν μένουσαν, καὶ νόησιν οὐκ ἐνεργοῦσαν εἰς τὸ μέλλον, ἀλλ' εἰς τὸ ἤδη, μᾶλλον δὲ ἤδη; καὶ ἀεὶ ἤδη, καὶ τὸ παρὸν ἀεί, καὶ ὡς νοῶν ἐν ἑαυτῷ, καὶ οὐκ ἔξω. Ἐν μὲν οὖν τῷ νοεῖν ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ κίνησις· ἐν δὲ τῷ ἑαυτὸν ἡ οὐσία καὶ τὸ ὄν· ὢν γὰρ νοεῖ καὶ ὄντα ἑαυτὸν καὶ εἰς ὃ οἷον ἐπερείδετο ὄν. Ἡ μὲν γὰρ ἐνέργεια ἡ εἰς αὐτὸν οὐκ οὐσία, εἰς ὃ δὲ καὶ ἀφ' οὗ τὸ ὄν· τὸ γὰρ βλεπόμενον τὸ ὄν, οὐχ ἡ βλέψις. Ἔχει δὲ καὶ αὕτη τὸ εἶναι, ὅτι ἀφ' οὗ καὶ εἰς ὃ ὄν. Ἐνεργείᾳ δὲ ὂν οὐ δυνάμει συνάπτει πάλιν αὖ τὰ δύο, καὶ οὐ χωρίζει, ἀλλὰ ποιεῖ ἑαυτὸν ἐκεῖνο κἀκεῖνο ἑαυτόν. Ὂν δὲ τὸ πάντων ἑδραιότατον, καὶ περὶ ὃ τὰ ἄλλα τὴν στάσιν ὑπεστήσατο, καὶ ἔχει οὐκ ἐκκτὸν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ. Ἔστι δὲ καὶ, εἰς ὃ λήγει ἡ νόησις, οὐκ ἀρξαμένη στάσις, καὶ ἀφ' οὗ ὥρμηται, οὐχ ὁρμήσασα στάσις· οὐ γὰρ ἐκ κινήσεως κίνησις οὐδ' εἰς κίνησιν. Ἔτι δὲ ἡ μὲν ἰδέα ἐν στάσει, πέρας οὖσα νοῦ, ὁ δὲ νοῦς αὐτῆς ἡ κίνησις, ὥστε ἓν πάντα καὶ κίνησις καὶ στάσις, καὶ, δι' ὅλων ὄντα, γένη, καὶ ἕκαστον τῶν ὕστερόν τι ὂν καὶ τὶς στάσις καὶ τὶς κίνησις. Τρία δὴ ταῦτα ἰδὼν τις ἐν προσβολῇ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως γεγενημένος, καὶ τῷ παρ' αὐτῷ ὄντι καὶ τὸ ὂν καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδὼν τὰ ἄλλα, τὴν κίνησιν τὴν ἐν αὐτῷ τῇ ἐν ἑαυτῷ κινήσει, καὶ τῇ στάσει τὴν στάσιν καὶ ταῦτα ἐκείνοις ἐφαρμόσας, ὁμοῦ μὲν γενομένοις καὶ οἷον συγκεχυμένοις συμμίξας, οὐ διακρίνων, οἷον δ' ὀλίγον διαστήσας καὶ ἐπισχὼν καὶ διακρίνας, εἰσιδὼν ὂν καὶ στάσιν καὶ κίνησιν, τρία ταῦτα καὶ ἕκαστον ἕν· ἆρ' οὐχ ἕτερα ἀλλήλων εἴρηκε, καὶ διέστησεν ἐν ἑτερότητι, καὶ εἶδε τὴν ἐν τῷ ὄντι ἑτερότητα, τρία τιθεὶς καὶ ἓν ἕκαστον; πάλιν δὲ ταῦτα εἰς ἓν καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ πάντα εἰς ἕν, εἰς ταὐτὸν αὖ συνάγων καὶ βλέπων, ταὐτότητα εἶδε γενομένην καὶ οὖσαν. Οὐκουν πρὸς τρισὶν ἐκείνοις ἀνάγκη δύο ταῦτα προστεθέναι, ταὐτὸν θάτερον, ὥστε τὰ πάντα γένη γίγνεσθαι πέντε πᾶσι, καὶ ταῦτα διὸντα τοῖς μετὰ ταῦτα τὸ ἕτερος καὶ ταὐτοῖς εἶναι; καὶ τί γὰρ ταὐτὸν καὶ τί ἕτερον ἕκαστον. Ἁπλῶς γὰρ ταὐτὸν καὶ ἕτερον ἄνευ τοῦ τί, ἐν γένει ἂν εἴη· καὶ πρῶτα δὲ γένη, ὅτι μηδὲν αὐτῶν κατηγορήσεις ἐν τῷ τί ἐστι. Τὸ γὰρ ὂν κατηγορήσεις αὐτῶν, ὄντα γάρ· ἀλλ' οὐχ ὡς γένος· οὐ γὰρ ὅπερ ὄν τι· οὐδ' αὖ τῆς κινήσεως οὐδὲ τῆς στάσεως· οὐ γὰρ εἶδη τοῦ ὄντος· ὄντα γὰρ τὰ μὲν ὡς εἴδη αὐτοῦ, τὰ δὲ μετέχοντα αὐτοῦ· οὐδ' αὖ τὸ ὂν μετέχον τούτων ὡς γενῶν αὐτοῦ· οὐδὲ γὰρ ἐπαναβέβηκεν αὐτῷ, οὐδὲ πρότερα τοῦ ὄντος.

a materia, si intellecta sint, id ipsum eis est ipsum esse. Age itaque, contemplare intellectum purum, in eumque penitus inspice, non externum, sed intimum prorsus affigens intuitum. Ecce jam intueris illic essentiam tanquam Vestale numen atque fundamentum; cernis et ibi pervigil et inexstinguibile lumen: animadvertis insuper, qua ratione intellectus et in se ipso quiescit, et, quæ sunt, simul rite discernit, atque distinguit: specularis vitam præterea permanentem: cognoscis intelligentiam non agentem circa futurum, sed in præsens se potius intendentem, imo vero habentem, semperque jam possidentem. Ibi certe præsens ipsum est et semper: ibi et intelligens non externum quicquam prospicit, sed inspicit penes se ipsum. Qua igitur ratione intelligit, actus ibi est atque motus: qua vero se ipsum animadvertit, essentia et ens ibi viget: exsistens enim intelligit, ac se intelligit exsistentem: atque id ipsum, quo vel in quod nititur, ens exsistit. Actus sane in ipsum directus non est essentia: id autem, in quod annititur, et a quo pendet, ens judicatur: neque ipsa perspectio, sed perspectum potius ens est dicendum. Habet hæc insuper esse, quoniam, et a quo pendet, et in quod tendit, est ens. Cum vero non in potentia sit duntaxat, sed exsistat in actu, duo illa rursus conjungit in unum, neque disjungit, sed facit et se ipsum illud, et vicissim illud quoque se ipsum. Jam vero ens ipsum omnium est firmissimum, in quo et reliqua cuncta fundantur, atque quod habet non peregrinum, sed ex se ipso possidet in se ipso. Est etiam, in quod intelligentia desinit, non exordiens status, et, a quo erumpit, non erumpens status: non enim ex motu, nec in motum motus. Præterea idea quidem consistit in statu, cum sit terminus intellectûs: intellectus autem ipsius est motus: quapropter unum omnia esse videntur, et motus, et status, et, quæ per tota communiter exsistunt, genera sunt. Unumquodque vero sequentium ens aliquod est, et quidam status, et motus quidam. Hæc utique tria contemplatus aliquis, dum videlicet entis naturam inspicit, eoque, quod penes se ipsum est, ente ens intuetur, et aliis similiter cernit alia, velut motum in illo, motu quodam suo, statumque statu, hæc illis accommodans, ac velut una confusis hæc ipsa commiscens, neque disjungens, sed post aliquantam distinctionem sistens illico gradum, unde rite discernit intuitus ens, statum, motum, tria hæc, et quodlibet unum: hæc, inquam, sic aliquis contemplatus, nonne diversa quodammodo inter se existimat, atque alteritate discernit? ipsamque in ente alteritatem animadvertit, tria videlicet ponens, et quodlibet unum? Hæc rursus in unum atque in uno, et ad unum omnia, ideoque in idem colligens atque conspiciens, identitatem agnoscit jam factam, imo jam exsistentem. Nonne igitur præter illa tria necessarium est, duo hæc adjungere, idem scilicet atque alterum? Quam ob rem omnia omnibus quinque genera esse consequens est: quæ et sequentibus deinde sua quædam tradant, unde et eadem et diversa proveniant: nempe unumquodque sequentium aliquid idem est et diversum aliquid. Nam ipsum simpliciter idem vel diversum absque adjunctione, quæ per aliquid et quiddam fieri solet, in ordine generum collocant. Atqui et genera prima sunt, quoniam nihil de illis in eo, quod quid est, possumus prædicare. Licet quidem ens prædicare de illis: entia namque sunt: sed non prædicatur ut genus. Non enim sic de essentia prædicatur, ut ipsa ens aliquod esse dicatur. Neque rursus ita de motu neque de statu: non enim hæc entis species sunt: nam entia alia quidem sunt tanquam ipsius species, alia vero tanquam participantia. Neque rursus ens horum, tanquam sui ipsius generum, particeps dici debet: non enim ens ipsa transgrediuntur, neque sunt ipso priora.

Ipsum simpliciter unum, quod est ente superius, de nullo vel generum vel entium prædicatur, ut genus. Quoniam propter individuam prorsus simplicitatem suam differentias sui nullas admittit, nullas divisiones, adjunctiones, compositiones excipit, per quas solet genus in species derivari. Item, nec unum, quod est in ente, de generibus aut entibus tanquam Peripateticum genus univoce prædicari potest. Nam in horum ordine aliud deinceps alio aliter atque aliter, ac magis minusve, et prius atque posterius, et ens et unum esse censetur. Denique quemadmodum in luna, quod sursum spectat, lucidum est simpliciter : quod vero deorsum, lucidum pariter, atque non lucidum : sic et ens ab ipso simpliciter uno pendens, quatenus naturaliter vergit ad unum, merito ens est penitus unum vel unitum. Quod autem post hoc in ipso sequitur, est ens unum pariter atque multa. Illud quidem sui prorsus unum vel unitum, cum sit indivisibile, non est genus : hoc vero, quod in eo sequitur, non novum, præter genera superius dicta, genus affert.

Θ'. Ἀλλ' ὅτι μὲν ταῦτα γένη πρῶτα, ἐκ τούτων ἄν τις, ἴσως δὲ καὶ ἄλλων, βεβαιώσαιτο, ὅτι δὲ μόνα ταῦτα καὶ οὐκ ἄλλα πρὸς τούτοις, πῶς ἄν τις πιστεύσειε; διὰ τί γὰρ οὐ καὶ τὸ ἕν; διὰ τί δ' οὐ τὸ ποσόν; καὶ τὸ ποιὸν δέ; τὸ δὲ πρός τι καὶ τὰ ἄλλα, ἅπερ ἤδη ἕτεροι κατηρίθμηνται; τὸ μὲν οὖν ἕν, εἰ μὲν τὸ πάντως ἕν, ἐν ᾧ μηδὲν ἄλλο πρόσεστι, μὴ ψυχή, μὴ νοῦς, μὴ ὁτιοῦν, οὐδενὸς ἂν κατηγοροῖτο τοῦτο, ὥστε οὐδὲ γένος. Εἰ δὲ τὸ προσὸν τῷ ὄντι, ἐφ' οὗ τὸ ἓν ὃν λέγομεν, οὐ πρώτως ἓν τοῦτο. Ἔτι ἀδιάφορον ὂν αὐτοῦ, πῶς ἂν ποιήσειεν εἶδη; εἰ δὲ τοῦτο μή, οὐ γένος. Πῶς γὰρ καὶ διαιρήσεις; διαιρῶν γὰρ πολλὰ ποιήσεις, ὥστε αὐτὸ τὸ ἓν πολλὰ ἔσται, καὶ ἀπολεῖ ἑαυτό, εἰ ἐθέλοι γένος εἶναι. Ἔπειτα τὶ προσθήσεις διαιρῶν εἰς εἴδη· οὐ γὰρ ἂν εἶεν διαφοραὶ ἐν τῷ ἓν, ὥσπερ εἰσὶ τῆς οὐσίας. Ὄντος μὲν γὰρ δέχεται ὁ νοῦς εἶναι διαφοράς· ἑνὸς δὲ πῶς; εἶτα ἑκάστοτε μετὰ τῆς διαφορᾶς δύο τιθεὶς ἀναιρεῖς τὸ ἕν, ἐπεί περ παντὸς ἡ μονάδος προσθήκη τὸ πρότερον ποσὸν ἀφανίζει. Εἰ δέ τις λέγοι τὸ ἐπὶ τῷ ὄντι ἓν καὶ τὸ ἐπὶ κινήσει ἓν καὶ τοῖς ἄλλοις κοινὸν εἶναι, εἰς μὲν ταὐτὸν ἄγων τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ἐν ᾧ λόγος τὸ ὂν οὐκ ἐποίει τῶν ἄλλων γένος, ὅτι μὴ ὅπερ ὄντα, ἀλλ' ἕτερον τρόπον ὄντα, οὕτως οὐδὲ τὸ ἓν κοινὸν ἐπ' αὐτῶν ἔσται, ἀλλὰ τὸ μὲν πρώτως, τὸ δὲ ἄλλως. Εἰ δὲ μὴ πάντων λέγοι ποιεῖν, ἀλλὰ ἕν τι ἐφ' ἑαυτοῦ, ὥσπερ τὰ ἄλλα, εἰ μὲν ταὐτὸν αὐτῷ τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ἤδη τοῦ ὄντος ἠριθμημένου ἐν τοῖς γένεσιν, ὄνομα εἰσάγει. Εἰ δὲ ἕν, ἑκατέρου τινα φύσιν λέγει, καὶ εἰ μὲν προστίθησί τι, ἓν λέγει, εἰ δὲ μηδὲν, ἐκεῖνο, ὃ οὐδενὸς κατηγορεῖται, πάλιν αὖ λέγει. Εἰ δὲ τὸ τῷ ὄντι συνὸν, εἴπομεν μέν, ὅτι οὐ πρώτως ἓν λέγει. Ἀλλὰ τί κωλύει πρώτως εἶναι τοῦτο, ἐξηρημένου ἐκείνου τοῦ παντελῶς ἕν; καὶ γὰρ τὸ ὂν μετ' ἐκεῖνο λέγομεν ὄν, καὶ ὂν πρώτως ὄν. Ἢ ὅτι οὐκ ἦν τὸ πρὸ αὐτοῦ ὄν, ἢ εἴπερ ἦν, οὐκ ἂν ἦν πρώτως· τούτου δὲ τὸ πρὸ αὐτοῦ, ἕν, ἔπειτα, χωρισθὲν τῇ νοήσει τοῦ ὄντος, διαφορὰς οὐκ ἔχει· ἔπειτα ἐν τῷ ὄντι, εἰ μὲν ἐπακολούθημα αὐτοῦ, καὶ πάντων, καὶ ὕστερον, πρότερον δὲ τὸ γένος· εἰ δὲ ἅμα, καὶ πάντων· τὸ δὲ γένος οὐχ ἅμα· εἰ δὲ πρότερον, ἀρχή τις καὶ αὐτοῦ μόνον· εἰ δὲ ἀρχὴ αὐτοῦ, οὐ γένος αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ αὐτοῦ, οὐδὲ τῶν ἄλλων, ἢ δέοι ἂν καὶ τὸ ὂν καὶ τῶν ἄλλων πάντων. Ὅλως γὰρ ἔοικε τὸ ἓν ἐν τῷ ὄντι, πλησιάζον τῷ ἑνὶ καὶ οἷον συνεκπῖπτον τῷ ὄντι, τοῦ ὄντος τὸ μὲν πρὸς ἐκεῖνο ἓν ὄντος, τὸ δὲ μετ' ἐκεῖνο

IX. Esse quidem hæc genera prima, per hæc aliquis ac fortasse per alia potest asseverare : esse vero hæc sola, nec alia præterea, quanam ratione probabile fiet? Cur enim non et unum? cur non quantum? cur non quale insuper genera sint? Item, relatio et reliqua, quæ alii quidam enumeraverunt? Sed quantum spectat ad unum, si accipiatur ipsum, quod est penitus unum, cui nihil aliud adhibetur, non anima, non intellectus, non aliud quicquam, de nullo id prædicabitur : itaque nec erit genus. Sin autem accipiatur unum, quod adsit enti, in quo ipsum unum ens appellamus, non erit hoc ipsum primo unum. Præterea cum nullas in se ad se differentias unquam admittat, quonam modo species poterit procreare? Quas nisi genuerit, genus esse non poterit. Jam vero quonam pacto dividere poteris? Multa enim facies dividendo. Quapropter ipsum unum multa jam evadet, ac, si genus esse voluerit, se ipsum perdet. Accedit ad hæc, quod, si partiaris in species, interim aliquid adhibebis : alioquin non essent in uno differentiæ, quemadmodum ipsius essentiæ differentiæ sunt. Mens utique differentias entis admittit, unius autem quonam modo possit admittere? Item, ubique cum differentia duo quædam ponens, destrues unum : siquidem ubique unitatis adjunctio quantum prius obscurat. Si quis autem dixerit unum, quod est in ente, et unum, quod est in motu atque ceteris, esse commune, idque unum una cum ente in idem redegerit, sicut ens non concessit aliorum genus exsistere, propter quod non id ipsum, quod ens est, exsisterent, sed alio modo entia dicerentur : ita neque ipsum unum commune erit in illis, sed aliud quidem primo erit tale, aliud vero aliter. Si autem dixerit, non omnium genus esse, sed unum aliquid in se ipso, sicut et alia, ac si idem esse voluerit ens atque unum, nimirum cum jam ens inter genera sit numeratum, nunc nomen duntaxat adducit. Quodsi unum ipsum esse alterum dicat, utrumque certe naturam quandam dicit, ac si quid addat, unum aliquid affert : sin autem nihil addiderit, rursus illud affert, quod de nullo penitus prædicatur. Si rursus unum cum ente congrediens introduxerit, respondebimus, jam nos prædixisse, id non primo unum exsistere. Verum quidnam prohibet hoc esse primo, exempto videlicet illo, quod est prorsus unum? Etenim ens post illud ens appellamus, atque ens primo ens affirmamus. Forsan prohibere videtur, quoniam, quod super ens exsistit, non est ens dicendum : alioquin non esset hoc primo ens judicandum : at vero, quod super hoc unum ponitur, exsistit unum. Præterea, si unum ab ente intelligentia separetur, differentias nullas admittit. Proinde unum, quod in ente ponitur, sive consequens illius aliquid sit, et similiter omnium, certe posterius erit : genus autem prius esse debet, sive simul cum ente concurrat, similiterque cum aliis respondebitur, genus non simul esse debere, sive forte sit prius, certe principium quoddam illius tantum erit : sin autem illius principium, non etiam genus illius. Quodsi non illius, nec etiam aliorum, aliquin oporteret et ens similiter esse omnium reliquorum. Omnino vero unum in ente videtur propinquare quodammodo uni, et quasi cum ente concurrere : quippe cum ipsum entis, quod quidem vergit ad unum, sit ens unum : quod autem est post illud sit ens, quod quidem esse potest,

ὄντος, ὃ δύναται καὶ πολλὰ εἶναι μένον αὐτὸ ἓν, καὶ οὐ θέλον μερίζεσθαι, οὐδὲ γένος εἶναι βούλεσθαι.

multa. Ubi quidem illud, cum permaneat unum, neque dividi velit, certe nec fieri genus admittit.

Ipsum simpliciter unum non prædicatur ut genus de aliquo, scilicet generum, aut de ideis ullis. Nam quodvis genus, et quævis idea est in se unum aliquid multitudinis necessario particeps. Æquivoce igitur rationeque longe diversa illud primum et hæc nominantur unum; neque minus multitudo, quam unum de his generibus ideisque prædicatur. Præterea genus varietatem in se prorsus admittit, quam non admittit ipsum unum, quod quidem cum sit simpliciter unum, non est unum genus: tum vero unum omnibus entibus communiter inest, nec propterea eorum genus exsistit, sicut neque unitas numerorum, neque punctum linearum, neque simplex compositorum. Denique, si unum, quod cum essentia congreditur, si absque ente consideretur, non dividitur per differentias ullas in unum hoc et illud, divisio vero ratione entis accidit et in ente. Hoc igitur restat genus, qualecumque sit genus.

Ι'. Πῶς οὖν ἕκαστον τοῦ ὄντος ἕν; ἢ τῷ τι ἓν οὐχ ἕν. Πολλὰ γὰρ ἤδη τὸ τι ἕν, ἀλλ' ὁμωνύμως ἕν, ἕκαστον τῶν εἰδῶν· τὸ γὰρ εἶδος πλῆθος, ὥστε ἓν ἐνταῦθα ὡς στρατὸς ἢ χορός· οὐ τοίνυν τὸ ἐκεῖ ἓν ἐν τούτοις, ὥστε οὐ κοινὸν τὸ ἕν, οὐδὲ θεωροῖτο ἓν τῷ ὄντι, καὶ τοῖς τι οὖσι τὸ αὐτό, ὥστε οὐ γένος τὸ ἕν, ἐπεὶ πᾶν γένος, καθ' οὗ ἀληθεύεται, οὐκέτι καὶ τὰ ἀντικείμενα. Καθ' οὗ δὲ παντὸς ὄντος ἀληθεύεται τὸ ἕν, καὶ τὰ ἀντικείμενα, καθ' οὗ ἀληθεύσεται τὸ ἓν ὡς γένος, κατὰ τούτου ἔσται οὐχ ὡς γένος, ὥστε οὔτε τῶν πρώτων γενῶν ἀληθεύσεται ὡς γένος, ἐπεί περ καὶ τὸ ἓν ὂν οὐ μᾶλλον ἓν ἢ πολλά· οὔτε τι τῶν ἄλλων γενῶν οὕτως ἕν, ὡς μὴ πολλά, οὔτε κατὰ τῶν ἄλλων τῶν ὑστέρων, ἃ πάντως πολλά, τὸ δ' ὅλον γένος οὐδὲν ἕν, ὥστε, εἰ τὸ ἓν γένος, ἀπολεῖ τὸ εἶναι ἕν· οὐ γὰρ ἀριθμὸς τὸ ἕν· ἀριθμὸς δ' ἔσται γενόμενον γένος. Ἔτι τὸ ἓν ἀριθμῷ ἕν, εἰ γὰρ γένει ἕν, οὐ κυρίως ἕν. Ἔτι ὥσπερ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τὸ ἓν οὐχ ὡς γένος κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐνυπάρχειν μὲν λέγεται, οὐ γένος δὲ λέγεται, οὕτως οὐδ' εἰ ἐν τοῖς οὖσι τὸ ἕν, γένος ἂν εἴη, οὔτε τοῦ ὄντος, οὔτε τῶν ἄλλων, οὔτε τῶν πάντων. Ἔτι ὥσπερ τὸ ἁπλοῦν ἀρχὴ μὲν ἂν εἴη τοῦ οὐχ ἁπλοῦ, οὐ μὴν τούτου καὶ γένος, ἁπλοῦν γὰρ ἂν εἴη καὶ τὸ μὴ ἁπλοῦν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς, εἰ τὸ ἓν ἀρχῇ, οὐκ ἔσται τῶν μετ' αὐτὸ γένος· ἔσται οὖν οὔτε τοῦ ὄντος, οὔτε τῶν ἄλλων. Ἀλλ' εἴπερ ἔσται τῶν ἓν ἑκάστων, οἷον εἴ τις ἀξιώσειε χωρίσαι ἀπὸ τῆς οὐσίας τὸ ἕν· τινῶν οὖν ἔσται. Ὥσπερ γὰρ τὸ ὂν οὐ πάντων γένος, ἀλλὰ τῶν ὂν εἰδῶν, οὕτω καὶ τὸ ἓν τῶν ἓν ἑκάστων εἰδῶν. Τίς οὖν διαφορὰ ἄλλου πρὸς ἄλλο καθ' ὃ ἕν, ὥσπερ ἄλλου πρὸς ἄλλο ὄντος διαφορά; ἀλλ' εἰ συμμερίζεται τῷ ὄντι καὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ τὸ ὂν τῷ μερισμῷ, καὶ τῷ ἓν πολλοῖς θεωρεῖσθαι τὸ αὐτὸ γένος, διὰ τί οὐ καὶ τὸ ἓν τοσαῦτα ῥαινόμενον, ὅσα ἡ οὐσία, καὶ ἐπὶ τὰ ἴσα μεριζόμενον, οὐκ ἂν εἴη γένος; ἢ πρῶτον οὐκ ἀνάγκη εἴ τι ἐνυπάρχει πολλοῖς γένος εἶναι, οὔτε αὐτῶν οἷς ἐνυπάρχει, οὔτε ἄλλων, οὐδ' ὅλως, εἴ τι κοινὸν, πάντως γένος. Τὸ γοῦν σημεῖον ἐνυπάρχον ταῖς γραμμαῖς, οὐ γένος, οὔτε αὐτῶν, οὔτε ὅλως, οὐδέ γε ὥσπερ ἐλέγετο τὸ ἓν τοῖς ἀριθμοῖς ἕν, οὔτε τῶν ἀριθμῶν, οὔτε τῶν ἄλλων. Δεῖ γὰρ τὸ κοινὸν καὶ ἓν πολλοῖς καὶ διαφοραῖς οἰκείαις χρῆσθαι, καὶ εἴδη ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ τί ἐστι· τοῦ δὲ ἑνὸς τίνες ἂν εἶεν διαφοραί; ἢ ποῖα γεννᾷ εἴδη; εἰ δὲ τὰ αὐτὰ εἴδη ποιεῖ, ἃ περὶ τὸ ὄν, καὶ τὸ αὐτὸ ἂν εἴη τῷ ὄντι, καὶ ὄνομα μόνον θάτερον, καὶ ἀρκεῖ τὸ ὄν.

X. Quo igitur pacto unumquodque eorum, quæ entis ipsius propria sunt, est unum? Fortasse ex eo, quod est quiddam unum, non unum ipsum. Multa enim jam est, quod est aliquid unum, sed æquivoce unum est species unaquæque; species enim multitudo est: quapropter unum hoc in loco se habet, sicut exercitus aut chorus: non igitur unum illud his inest, itaque unum non est commune. Neque considerari potest unum ipsum, ipso ente, neque his, quæ aliquid proprie sunt, illud, quod est simpliciter ipsum; unum igitur non est genus: quoniam omne genus ita se habet, ut, de quo prædicatur, non etiam prædicentur opposita. At vero de quocumque entis universi affirmatur unum, opposita etiam affirmantur: ideoque de quocumque affirmabitur unum velut genus, de eodem judicandum erit non tanquam genus: quare neque de generibus primis tanquam genus re vera dicetur: quandoquidem et unum ens non magis unum est, quam multa: neque quicquam generum aliorum sic est unum, ut etiam non sit multa: neque etiam sic de aliis posterioribus prædicabitur, quæ omnino sunt multa. Summatim vero nullum genus totum est unum: idcirco, si unum ipsum sit genus, desinet protinus esse unum: ipsum namque unum non est numerus: erit autem numerus, si genus fuerit. Erit præterea unum quiddam in numero: nempe si genere unum fuerit, non erit principaliter unum. Præterea, sicut in numeris unum de illis non ut genus dicitur, sed inesse quidem asseritur, non tamen esse genus: ita neque si unum entibus insit, propterea genus erit vel entis ipsius, vel aliorum, vel omnium. Proinde, sicut, quod est simplex, principium quidem esse potest rei minime simplicis, non tamen est genus ejusdem: alioquin simplex quoque erit, quod non simplex: sic et in uno dicendum, nempe si locum principii teneat, sequentium genus esse non poterit. Nec igitur entis genus erit, nec aliorum: sed si modo genus fuerit, eorum erit duntaxat, quæ singulatim dicuntur unum, velut si quis unum ab essentia existimaverit separandum: erit igitur aliquorum. Sicut enim ens non omnium genus est, sed specierum, quæ singulatim ens nominantur: sic et unum genus erit similiter specierum, quæ singulatim unum appellabuntur. Quænam igitur differentia erit aliud inter et aliud, quatenus unum erunt; quemadmodum est et entis alterius ad alterum differentia? Verum si unum simul dividitur cum ente atque essentia, et ipsum ens, cum quia dividitur, tum quia idem consideratur in multis, idcirco genus exsistit: cur non et ipsum unum, cum totidem appareat esse, quot et essentia æqualiterque divisum, similiter genus exsistat? Sed profecto non est necessarium, si quid multis insit, esse genus, vel eorum, quibus inest, vel aliorum: nec oportet omnino, si quid commune sit, etiam genus esse. Jam vero punctum, quod lineis inest, non est genus, aut earum, aut omnino: quin etiam, ut diximus, nec ipsum in numeris unum, genus est numerorum vel etiam aliorum. Oportet enim, quod est commune unumque in multis, si modo genus futurum sit, proprias admittere differentias, ac species ita conficere, et in eo, quod quid est, prædicari: ipsius autem unius quænam differentiæ sunt? qualesnam species efficit? Quod si dicatur easdem species constituere, quæ enti quoque conveniunt, certe idem cum ente erit, ideoque solum hic nomen erit differens, et ens ipsum sufficere judicandum.

Nec ens, nec unum eadem ubique ratione rebus insunt, sed ratione diversa magisque et minus gradatim, et prius atque posterius. Rursus non est eadem omnino inter se ratio unius atque ratio entis : nam exercitus non est minus ens, quam domus, nec domus, quam continuum : est tamen minus unum. Est autem ratio eadem unius atque boni, et quatenus quodlibet particeps fit unius, eatenus et boni, atque vicissim. Alibi dictum est, unum esse aliud superiusque, quam ens, propterea ultra esse a rebus expeti bene esse. Id vero bonum uniuscujusque rei in unione consistit, id est, ut partes ipsius invicem sint unitæ, et totum unitum sit principio atque fini. Atque ut res omnes, cum quæ magis iuvicem sunt cognatæ, coeant, tum quæ minus cognatæ, concilientur.

ΙΑ'. Ἐπισκεπτέον δὲ, πῶς ἐν τῷ ὄντι τὸ ἕν, καὶ πῶς ὁ λεγόμενος μερισμὸς καὶ ὅλως ὁ τῶν γενῶν, καὶ εἰ ὁ αὐτὸς ἢ ἄλλος ἑκάτερος. Πρῶτον οὖν πῶς ὅλως ἓν ἕκαστον ὁτιοῦν λέγεται καὶ ἔστιν, εἶτα εἰ ὁμοίως καὶ ἐν τῷ ἑνὶ ὄντι λέγομεν, καὶ ὡς ἐκεῖ λέγεται. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ πάντων ἓν οὐ ταὐτὸν, οὔτε γὰρ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν ὁμοίως καὶ τῶν νοητῶν· ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ τὸ ὂν, οὔτε ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν πρὸς ἄλληλα ὁμοίως· οὐ γὰρ ταὐτὸν ἐν χορῷ καὶ στρατοπέδῳ καὶ νηΐ καὶ οἰκίᾳ, οὐδὲ αὖ ἐν τούτοις καὶ ἐν τῷ συνεχεῖ. Ἀλλ' ὅμως πάντα τὸ αὐτὸ μιμεῖται, τυγχάνει δὲ τὰ μὲν πόρρωθεν, τὰ δὲ μᾶλλον, ἤδη δὲ καὶ ἀληθέστερον ἐν τῷ νῷ. Ψυχὴ γὰρ μία, καὶ ἔτι μᾶλλον νοῦς εἷς καὶ τὸ ὂν ἕν. Ἆρ' οὖν ἐν ἑκάστῳ τὸ ὂν αὐτοῦ λέγοντες ἓν λέγομεν, καὶ ὡς ἔχει ὄντος, οὕτω καὶ τοῦ ἑνός; ἢ συμβέβηκε μὲν τοῦτο, οὐ μέντοι καθ' ὃ ὂν καὶ ἕν; ἀλλ' ἔστι μὴ ἧττον ὂν ὑπάρχον ἧττον εἶναι ἕν. Οὐ γὰρ ἧττον στρατὸς ἢ χορὸς οἰκίας, ἀλλ' ὅμως ἧττον ἕν. Ἔοικεν οὖν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἓν πρὸς ἀγαθὸν μᾶλλον ἓν βλέπειν, καὶ καθ' ὅσον τυγχάνει ἀγαθοῦ, κατὰ τοσοῦτον καὶ ἕν, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον τοῦ ἓν ἐν τούτῳ· εἶναι γὰρ θέλει ἕκαστον οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἀγαθοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ μὴ ἕν, ὡς δύναται, σπεύδει ἓν γενέσθαι, τὰ μὲν φύσει, αὐτῇ τῇ φύσει συνιόντα εἰς ταὐτὸν [καὶ] ἑνοῦσθαι αὐτοῖς θέλοντα. Οὐ γὰρ ἀπ' ἀλλήλων σπεύδει ἕκαστα, ἀλλ' εἰς ἄλληλα καὶ εἰς αὑτά. Καὶ ψυχαὶ πᾶσαι εἰς ἓν ἂν βούλοιντο εἶναι, μετὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν· καὶ ἀμφοτέρωθεν δὲ τὸ ἕν· καὶ γὰρ τὸ ἀφ' οὗ, καὶ τὸ εἰς ὅ· καὶ γὰρ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ ἓν, καὶ σπεύδει εἰς τὸ ἕν· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἀγαθόν· οὕτω γὰρ ὑπέστη ἐν τοῖς οὖσιν ὁτιοῦν, ὑποστάν τε οὐκ ἂν ἀνέχοιτο μὴ πρὸς τὸ ἓν τὴν σπουδὴν ἔχον. Τὰ μὲν δὴ φύσει οὕτω· τὰ δὲ ἐν ταῖς τέχναις, αὐτὴ ἑκάστη ἕκαστον πρὸς τοῦτο, καθ' ὅσον δύναται, καὶ ὡς δύναται ἐκεῖνα, οὕτω λέγει, τὸ δὲ ὂν μάλιστα πάντων τούτου τυγχάνει, ἐγγὺς γάρ· ὅθεν τὰ μὲν ἄλλα λέγεται, ὃ λέγεται, μόνον, οἷον ἄνθρωπος· καὶ γὰρ εἴ ποτε λέγοιμεν εἷς, πρὸς δύο λέγομεν· εἰ δὲ καὶ ἄλλως τὸ ἓν λέγομεν, ἀπ' αὐτοῦ προστιθέντες λέγομεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ ὄντος λέγομεν τὸ ὅλον τοῦτο ἓν ὄν, καὶ ἀξιοῦμεν ὡς ἕν, ἐνδεικνύμενοι τὴν σφόδρα αὐτοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν συνουσίαν. Γίγνεται οὖν τὸ ἕν, καὶ ἓν αὐτῷ ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος, οὐχ ὡσαύτως δέ, ἀλλὰ ἄλλως, ὥστε καὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον καὶ ἐν τῷ ἕν. Τί οὖν τὸ ἐν αὐτῷ ἕν; οὐχὶ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς μέρεσι καὶ κοινὸν θεωρούμενον; ἢ πρῶτον μὲν καὶ ἐν ταῖς γραμμαῖς κοινὸν τὸ σημεῖον, καὶ οὐ γένος τῶν γραμμῶν· καὶ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς κοινὸν τὸ ἓν ᾗ, ἴσως

XI. Operæ pretium est considerare, quomodo sit unum in ente, et quo pacto, quæ dicitur partitio, fiat : et omino, qualis sit partitio generum. Item, numquid eadem, vel alia sit utraque. In primis igitur cogitandum, quomodo omnino unumquodlibet dicatur, atque existat : deinde, utrum similiter et in uno ente dicamus, et quomodo ibi dicatur. Jam vero unum, quod omnibus attribuitur, non est idem : neque enim in rebus, quas sentiuntur, similiter se habet, atque in his, quæ intelligentia tantum percipiuntur : sed neque etiam ens in eis se similiter habet, nec etiam in rebus sentiendis inter ipsas similiter inest. Non enim idem unum est in choro atque exercitu, naveque et domo : nec rursus idem in his atque in continuo. Verumtamen idem omnia imitantur, sed alia quidem remotius, alia vero propinquius : atque in mente procul dubio verius. Anima enim una est : ac multo magis mens est una, et ens est unum Num igitur dicentes in quolibet ens ipsius, pariter et unum dicimus? atque sicut habet entis, sic et unius habet? An potius id quidem accidit? non tamen quatenus ens est, exsistit et unum : sed fieri potest, ut, quod non minus est ens, minus tamen sit unum. Non enim minus ens est exercitus aut chorus, quam est domus : verumtamen est minus unum. Videtur igitur, quod in quolibet unum est, id ipsum bonum magis unum aspicere, et quantum boni consequitur, tantum et unum esse, atque ipsum magis minusve secundum unum in hoc ipso consistere. Nam unumquodque non simpliciter esse vult, sed esse cum bono. Ob hoc et, quæ non sunt unum, student, quoad possunt, unum fieri : et quæ natura constant, id affectant ipsa natura in idem congredientia, dum videlicet sibimet uniri desiderant. Non enim seorsum a se invicem fieri singula properant, sed in se invicem et ad se ipsa festinant. Atqui animæ omnes in unum quidem optarent evadere, propria videlicet essentia interim conservata. Et profecto in universo utrimque regnat unum. Est enim unum et a quo pendent, et in quod omnia tendunt. Exordiuntur enim ab uno, properantque ad unum : in hoc enim ipso omnium consistit bonum : atque ita in ordine rerum exstitit unumquodque : et postquam exstitit, neque consisteret nisi festinaret ad unum, neque quominus hoc properet, continere se potest. Quæ igitur natura docuntur, ita se habent : quæ vero arte tractantur ita. Ars namque unumquodque ad hoc ipsum, et quantum ipsa potest, et quantum singula possunt, rite disponit : ipsum vero ens maxime omnium id assequitur : unî namque proximum est. Quam ob rem alia quidem dicuntur tantum, quod et dicuntur, velut homo : etenim si quando dicamus, homo ille unus est, ad duo respicientes id dicimus. Quodsi et aliter unum aliquid dicamus, adjungentes videlicet aliquid ita loquimur. In ipso autem ente, dicimus totum hoc, ens unum, ac velut unum censemus ostendentes videlicet maximam quandam ejus cum bono propinquitatem. Fit itaque et unum ipsi [est] tanquam principium atque finis, non tamen eodem modo, sed prius aliter : quapropter in hoc ipso etiam uno prius et [illud] posterius. Quid ergo hoc ipsum in eo unum? nonne similiter cunctis in partibus atque commune considerabimus? Forsan vero in lineis quoque punctum est commune, non tamen genus est linearum. Et in numeris commune un-

τοῦτο καὶ οὐ γένος· οὐδὲ γὰρ ταὐτὸν τὸ ἕν τὸ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς, τοῦ ἐπὶ μονάδος καὶ δυάδος καὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν. Ἔπειτα καὶ ἐν τῷ ὄντι οὐδὲν κωλύει τὰ μὲν πρῶτα τὰ δὲ ὕστερα εἶναι, καὶ τὰ μὲν ἁπλᾶ τὰ δὲ σύνθετα εἶναι. Καὶ εἰ ταὐτὸν δὲ ἐν πᾶσι τὸ ἓν τοῖς τοῦ ὄντος, διαφορὰ οὐκ οὖσα αὐτοῦ, οὐδὲ εἶδη ποιεῖ· εἰ δὲ μὴ εἶδη, οὐδὲ γένος αὐτὸ δύναται εἶναι.

hoc forsan est, neque tamen est genus. Non enim idem est unum, quod in se ipso est, atque unum, quod in unitate est, atque duitate ceterisque numeris inest. Proinde etiam in ente nihil prohibet alia quidem prima esse, alia vero sequentia: et alia simplicia alia vero composita. Atqui sit idem sit unum in his, quæ ad ens proprie pertinent, quia tamen non adest ei differentia ulla, et idcirco neque species efficit, merito neque genus esse potest.

Bonum etiam inanimatorum, discretorum, numerorum, in quadam unione consistit: item quodlibet quinque generum est et in se ipso unum, et in participantibus non discerptum.

ΙΒ'. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω. Πῶς δὲ τοῖς ἀριθμοῖς τὸ ἀγαθὸν ἐν τῷ ἓν εἶναι ἕκαστον, ἀψύχοις οὖσιν; ἢ κοινὸν τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀψύχων. Εἰ δέ τις λέγοι μὴ εἶναι ὅλως αὐτοὺς, ἡμεῖς περὶ ὄντων εἴπομεν, καθ' ὃ ἓν ἕκαστον. Εἰ δὲ τὸ σημεῖον ζητοῖεν πῶς ἀγαθοῦ μετέχει, εἰ μὲν καθ' αὐτὸ φήσουσιν εἶναι, εἰ μὲν ἄψυχον φήσουσι, τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ζητοῦσιν· εἰ δ' ἐν ἄλλοις οἷον ἐν κύκλῳ, τὸ ἀγαθὸν τὸ ἐκείνου, τοῦτο καὶ ἡ ὄρεξις πρὸς τοῦτο, καὶ σπεύδει ὡς δύναται διὰ τούτου ἐκεῖ. Ἀλλὰ πῶς τὰ γένη ταῦτα; ἆρα καὶ τὰ κερματιζόμενα ἕκαστα; ἢ ὅλον ἐν ἑκάστῳ, ὧν γένος; καὶ πῶς ἔτι ἕν; ἢ τὸ γένει ἓν, ὡς ἐν πολλοῖς ὅλον; ἆρ' οὖν μόνον ἐν τοῖς μετέχουσιν, ἢ οὗ; ἀλλὰ καὶ καθ' αὑτὸ καὶ ἐν τοῖς μετέχουσιν. Ἀλλ' ἴσως σαφέστερον ἔσται ὕστερον.

XII. Hæc quidem ita se habeant: sed quonam modo in numeris bonum est, in eo, quod unusquisque sit unum, cum inanimati sint? Forsan vero commune hoc est in aliis etiam, quæ anima carent. Si quis autem objiciat, omnino illos non esse, respondebimus, nos de entibus loqui instituisse, qua unumquodque est unum. Sin autem interroget, quomodo punctum boni sit particeps, quæremus et nos, numquid punctum secundum se ipsum accipiat, necne. Ac si accipiat ita, concedatque inanimatum esse, dicemus illum idem, quod et in aliis ejusmodi, quærere: sin autem in aliis punctum accipiat, velut in circulo, respondebimus, id, quod circuli bonum est, huic quoque bonum esse, atque hoc ipsum appetere, ac per circulum illuc tendere. Sed quonam pacto hæc genera sunt? numquid etiam divisa singula? an totum in unoquoque existens eorum, quorum est et genus? Et quomodo adhuc est unum? Fortasse genere unum, tanquam in multis totum. An igitur in his tantum, quæ participant? Fortasse non in eis tantum, verum etiam et secundum se ipsum et in his, quæ participant. Sed forsan hoc in sequentibus manifestius erit.

Motus, status, identitas, alteritas sunt prima rerum genera una cum ente, quoniam actus quidam primi et intimi ipsius entis exsistunt: numerus autem posterior inde resultans, atque etiam posterior magnitudo; ideo duo hæc non sunt genera prima.

ΙΓ'. Νῦν δὲ πῶς τὸ ποσὸν οὐκ ἐν τοῖς γένεσι τοῖς πρώτοις, καὶ αὖ τὸ ποιόν; ἢ ποσὸν μὲν οὐ πρῶτον μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅμα μετὰ τοῦ ὄντος. Κίνησις γὰρ μετὰ τοῦ ὄντος, ἐνεργείᾳ ὄντος, ζωὴ αὐτοῦ οὖσα· καὶ στάσις ἐν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ συνεισήει, μᾶλλον δὲ συνῆν τὸ εἶναι τούτοις ἑτέροις καὶ τοῖς αὐτοῖς, ὥστε συνορᾶσθαι καὶ ταῦτα. Ἀριθμὸς δὲ ὕστερός τε ἐκείνων καὶ ἑαυτοῦ, καὶ τὸ ὕστερος παρὰ τοῦ πρότερον, καὶ ἐφεξῆς ἀλλήλοις, καὶ ἐνυπάρχει τὰ ὕστερα ἐν τοῖς προτέροις, ὥστε ἐν μὲν τοῖς πρώτοις οὐκ ἂν καταριθμοῖτο. Ζητητέον δὲ, εἰ ὅλως γένος; τὸ μέντοι μέγεθος ἔτι μᾶλλον ὕστερον καὶ σύνθετον, ἀριθμὸς γὰρ ἐν τῷδε καὶ γραμμὴ δύο τινά, καὶ ἐπίπεδον τρία. Εἰ μὲν οὖν παρὰ τοῦ ἀριθμοῦ ἔχει καὶ τὸ συνεχὲς μέγεθος τὸ ποσὸν, τοῦ ἀριθμοῦ οὐκ ὄντος γένους, πῶς ἂν τοῦτο ἔχοι; ἕνι δὲ καὶ ἐν τοῖς μεγέθεσι τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον. Εἰ δὲ κοινὸν ἐπὶ ἀμφοῖν τὸ ποσοῖς, τί τοῦτό ἐστι ληπτέον· καὶ εὑρόντας θετέον γένος ὕστερον, οὐκ ἐν τοῖς πρώτοις. Καὶ εἰ γένος μὴ ἐν τοῖς πρώτοις, εἰς τί ἀνακτέον τῶν πρώτων, ἢ τῶν εἰς τὰ πρῶτα; Δῆλον τοίνυν ἴσως, ὅτι ὅσον τι δηλοῖ ἡ τοῦ ποσοῦ φύσις, καὶ μετρεῖ τὸ ὅσον ἑκάστου, αὐτή τε ὅσον τι. Ἀλλ' εἰ κοινὸν ἐπ' ἀριθμοῦ καὶ μεγέθους τὸ ὅσον, ἡ ὁ ἀριθμὸς πρῶτος, τὸ δὲ μέγεθος ἀπ' ἐκείνου, ἢ ὅλως ὁ μὲν ἀριθμὸς ἐν μίξει κινήσεως καὶ στάσεως, τὸ δὲ μέγεθος κίνησίς τις, ἢ ἐκ κινήσεως, τῆς μὲν κινήσεως εἰς ἀόριστον προϊούσης, τῆς δὲ στάσεως ἐν τῇ

XIII. Perquirendum est in præsentia, cur non etiam quantitas inter prima genera numeretur, rursusque qualitas. Sed profecto quantitas quidem non est primum una cum ceteris, quoniam illa simul una sunt cum ente. Motus enim una cum ente, cum ente, inquam, actu exsistente, ipseque est actus ejus, cum et ipsius sit vita. Status quoque simul in essentia ipsa conspirat: imo vero simul his adest ipsum esse, his, dico, cum alteris, tum eisdem, adeo, ut hæc etiam simul conspiciantur. Numerus autem posterior est illis atque se ipso: et hoc ipsum, quod posterior aliquis [numerus] est, habet a priore, ac deinceps sunt in se invicem, atque posteriora primis insunt: quapropter inter prima nequaquam numerabuntur. Quærendum vero, numquid omnino numerus ipse sit genus. Nam magnitudo quidem magis etiam, quam numerus, posterior est atque composita. In hac enim est numerus atque linea, quæ duo quædam sunt: inest et planum; ideoque sunt tria. Si igitur continua magnitudo a numero hoc ipsum habet, quod sit aliquid quantum, cum numerus ipse non sit genus, quonam modo magnitudo genus erit? Est autem inter magnitudines quoque prius atque posterius. Si autem commune ambobus est hoc ipsum, quod sint quanta, considerandum est, quidnam hoc ipsum sit: et cum invenerimus, genus posterius ponendum est, inter genera vero prima nequaquam. Atque si genus sit nec inter prima, indagandum est, in quidnam potissimum primorum sit reducendum, vel in quæ potius ex illorum numero, quæ referuntur ad prima. Compertum est fortasse, ipsam quanti naturam quantum aliquid designare, et quantitatem uniuscujusque metiri, atque ipsam quantum aliquid esse. Verum, si commune numero atque magnitudini est ipsum quantum, aut numerus quidem est primus, magnitudo autem est ab illo: aut omnino numerus quidem in quadam motus statusque mixtione versatur: magnitudo autem motus quidam est, vel saltem pendet ex motu, dum videlicet motus in quiddam procedit indefinitum, status

ἐποχῇ τοῦ προϊόντος μονάδα ποιούσης. Ἀλλὰ περὶ γενέσεως ἀριθμοῦ καὶ μεγέθους, μᾶλλον δὲ ὑποστάσεως, ὕστερον καὶ [περὶ] ἐπινοίας θεωρητέον. Τάχα γὰρ ὁ μὲν ἀριθμὸς ἐν τοῖς πρώτοις γένεσι, τὸ δὲ μέγεθος ὕστερον ἐν συνθέσει· καὶ ὁ μὲν ἀριθμὸς ἑστώτων, τὸ δὲ μέγεθος ἐν κινήσει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον, ὡς φαμεν.

autem sistens, quod procedit, procreat unitatem. Sed de generatione numeri atque magnitudinis, imo vero de substantia utriusque, eorumque notione in sequentibus potius videtur considerandum. Fortasse enim numerus quidem in primis generibus collocatur, magnitudo vero in compositione posterius. Et numerus quidem stabilium est, magnitudo autem versatur in motu. Sed de his in sequentibus, ut dicebamus.

Qualitas non est inter prima rerum : quoniam qualitas essentia ipsa posterior est, ei accidens absolute jam existenti : prima vero genera essentiam illam, tanquam actus ejus intimi, pariter comitantur. Essentiis rerum naturalium insunt naturales et intimæ proprietates quædam, quasi similes qualitatibus, ut ignis essentiæ calor, hominis facultas rationalis, quæ quidem re vera actus quidam essentiales sunt potius, quam qualitates. Quæ vero non ab essentia speciali nascuntur, sed aliunde contingunt, ut albedo homini, veræ sunt qualitates atque passiones.

ΙΔ'. Περὶ δὲ τοῦ ποιοῦ διὰ τί οὐκ ἐν τοῖς πρώτοις; ἢ ὅτι καὶ τοῦτο ὕστερον καὶ μετὰ τὴν οὐσίαν. Δεῖ δὲ τὴν οὐσίαν παρακολουθοῦντα ταῦτα ἔχειν τὴν πρώτην, μὴ ἐκ τούτων δὲ τὴν σύστασιν ἔχειν, μηδὲ διὰ τούτων συμπληροῦσθαι, ἢ εἰη ἂν ὑστέρα ποιότητος καὶ ποσότητος. Ἐν μὲν οὖν ταῖς συνθέτοις οὐσίαις καὶ ἐκ πολλῶν, ἐν αἷς καὶ ἀριθμοὶ καὶ ποιότητες, διαλλαγὴν ἐποίησαν αὐτῶν, καὶ ποιότητες εἶεν ἄν, καὶ κοινότης τις ἐν αὐταῖς θεωρηθήσεται. Ἐν δὲ τοῖς πρώτοις γένεσι τὴν διαίρεσιν οὐχ ἁπλῶν καὶ συνθέτων δεῖ ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἁπλῶν καὶ τῶν τὴν οὐσίαν συμπληρούντων, οὐ τὴν τινὰ οὐσίαν. Τὴν μὲν γὰρ τινὰ οὐσίαν συμπληροῦσθαι καὶ ἐκ ποιότητος οὐδὲν ἴσως ἄτοπον, ἐχούσης ἤδη τὴν οὐσίαν πρὸ τῆς ποιότητος, τὸ δὲ τοιόνδε, ἔξωθεν, αὐτὴν δὲ τὴν οὐσίαν, ἃ ἔχει, οὐσιώδη ἔχειν. Καίτοι ἐν ἄλλοις ἠξιοῦμεν τὰ μὲν τῆς οὐσίας συμπληρωτικὰ ὁμωνύμως ποιὰ εἶναι, τὰ δ' ἔξωθεν μετὰ τὴν οὐσίαν ὑπάρχοντα ποιά, καὶ τὰ μὲν ἐν ταῖς οὐσίαις ἐνεργείας αὐτῶν, τὰ δὲ μετ' αὐτάς, ἤδη πάθη. Νῦν δὲ λέγομεν οὐκ οὐσίας ὅλως εἶναι συμπληρωτικὰ τὰ τῆς τινὸς οὐσίας· οὐ γὰρ οὐσίας προσθήκη γίγνεται τῷ ἀνθρώπῳ, καθ' ὃ ἄνθρωπος, εἰς οὐσίαν· ἀλλ' ἔστιν οὐσία ἄνωθεν, πρὶν ἐπὶ τὴν διαφορὰν ἐλθεῖν· ὥσπερ καὶ ζῷον ἤδη, πρὶν ἐπὶ τὸ λογικὸν ἥκειν.

XIV. Qualitas autem cur non sit in primis? profecto quoniam hæc quoque posterior est, et post essentiam nascitur. Oportet autem essentiam primam hæc ipsa genera sibi consequentia possidere, neque tamen ex his constitui, neque per hæc rursus compleri; alioquin foret qualitate et quantitate posterior. In essentiis quidem compositis, constantibusque ex multis, in quibus et numeri qualitatesque sunt, diversitatem ipsarum hæc efficiunt, qualitatesque earum esse contingit, atque communitatem quandam in eis licet inspicere. In primis vero generibus non decet divisionem rerum non simplicium compositarumque efficere, sed simplicium eorumque, quæ complent essentiam, non essentiam dico quandam. Nam essentiam quandam ex qualitate compleri fortasse nihil est absurdum, ubi certe ante qualitatem essentia sit; ipsum vero tale aut tale extrinsecus accidat. Essentiam vero ipsam oportet, quæcumque habet, tanquam essentialia possidere. Tametsi in aliis judicavimus, ea quidem, quæ complent essentiam, æquivoce qualia nuncupari : quæ vero extrinsecus post essentiam veniunt, esse qualia : et quæ insunt essentiis, earundem actus existere : quæ vero post illas, illas esse jam passiones. Nunc vero dicimus, illa non omnino essentiam ipsam complere, quæ ad quandam spectant essentiam. Non enim una cum essentiæ adjunctione fiunt homini, in quantum homo est, ad essentiam : sed est essentia desuper, priusquam ad differentiam venatur, quemadmodum jam est animal, antequam ad rationalem descendatur proprietatem.

Sicut non est prius ignis, deinde lux ejus et calor, et siccitas atque levitas : sed quatuor hæc simul cum igne essentia sunt tanquam et proprietates et actus comites ejus etiam existentis in actu, ita ad ipsum ens se habent motus ejus intimus atque status, et identitas pariter et alteritas.

ΙΕ'. Πῶς οὖν τὰ τέτταρα γένη συμπληροῖ τὴν οὐσίαν οὔπω ποιὰν οὐσίαν ποιοῦντα; οὐδὲ γὰρ τινά. Ὅτι μὲν οὖν τὸ ὂν πρῶτον, εἴρηται, καὶ ὡς ἡ κίνησις οὐκ ἂν εἴη ἄλλο, οὐδ' ἡ στάσις, οὐδὲ θάτερον, οὐδὲ ταὐτόν, δῆλον· καὶ ὅτι οὐ ποιότητα ἐνεργάζεται ἡ κίνησις αὕτη, ἴσως μὲν φανερόν· λεχθὲν δὲ μᾶλλον ποιήσει σαφέστερον. Εἰ γὰρ ἡ κίνησις ἐνέργειά ἐστιν αὐτῆς, ἐνέργεια δὲ τὸ ὄν, καὶ ὅλως τὰ πρῶτα, οὐκ ἂν συμβεβηκὸς εἴη ἡ κίνησις, ἀλλ', ἐνέργεια οὖσα, ἐνεργείᾳ ὄντως· οὐδ' ἂν συμπληρωτικὸν ἔτι λέγοιτο, ἀλλ' αὐτή· ὥστε οὐκ ἐμβέβηκεν εἰς ὕστερόν τι, οὐδ' εἰς ποιότητα, ἀλλ' εἰς τὸ ἅμα τέτακται. Οὐ γὰρ ἔστιν ὄν, εἶτα κεκίνηται, οὐδὲ ἔστιν ὄν, εἶτα ἔστη· οὐδὲ πάθος ἡ στάσις· καὶ ταὐτὸν δὲ καὶ θάτερον οὐχ ὕστερα, ὅτι μὴ ὕστερον ἐγένετο πολλά, ἀλλ' ἦν, ὅπερ ἦν ἕν, πολλά· εἰ δὲ πολλά, καὶ ἑτερότης, καὶ εἰ ἓν πολλά,

XV. Quo igitur modo genera quatuor essentiam complent, nondum qualem essentiam facientia? nam necdum essentiam quandam faciunt. Quod igitur ens ipsum primum, jam est dictum, quodve motus non sit ens aliud, nec etiam status, neque rursus alterum, neque idem, ut constat. Præterea motum hunc non afferre illic qualitatem, forsan est manifestum : si tamen dicatur, fiet etiam manifestius. Si enim motus est actus essentiæ, atque ens est actus, et omnino, quæ sunt prima, sunt actus, non motus non est illic accidens, sed, cum sit actus potius ipsius re vera exaistentis in actu, nimirum neque complens essentiam dici debet, sed ipsa prorsus essentia. Quapropter non accessit in posterioris alicujus locum, nec ea qualitatis vicem, sed ad ordinem cujusdam simul comitatus est institutus. Non enim prius quidem est ens, deinde vero movetur. Neque dicendum est, ens prius esse, postea vero stare. Status enim non est ibi passio. Quin etiam idem atque alterum posteriora non sunt, quoniam non posterius evasit ens illud multa, sed erat jam ipsum, quod erat unum, multa. Quodsi multa, ergo erat alteritas. Quin etiam, si ab initio multa sunt, [illegible]

καὶ ταὐτότης· καὶ ταῦτα εἰς τὴν οὐσίαν ἀρκεῖ· ὅταν δὲ μέλλῃ πρὸς τὰ κάτω προϊέναι, τότε ἄλλα, ἃ οὐκ ἔτι οὐσίαν ποιεῖ, ἀλλὰ ποιὰν οὐσίαν, καὶ ποσὴν οὐσίαν, καὶ γιγνέσθω γένη, οὐ πρῶτα.

simul ibi est et identitas : atque hæc quidem sufficiunt ad essentiam. Quando vero futurus est illinc ad inferiora progressus, tunc alia oriuntur, quæ non amplius essentiam faciunt, sed essentiam qualem et essentiam quantam, atque ejusmodi quædam genera quidem fiant, sed non prima.

Scistio, locus, ubi, quando, tempus, positio, habitus, actio simul cum passione nec prima genera sunt, nec penes illa. Adventicia enim sunt, et compositionem defectumque significant.

ΙϚ'. Τὸ δὲ πρός τι παραφυάδι ἐοικὸς πῶς ἂν ἐν πρώτοις; ἑτέρου γὰρ πρὸς ἕτερον, καὶ οὐ πρὸς αὐτὸ ἡ σχέσις, καὶ πρὸς ἄλλο. Ποῦ δὲ καὶ πότε ἔτι πόρρω· τότε γὰρ ποῦ ἄλλο ἐν ἄλλῳ, ὥστε δύο. Τὸ δὲ γένος ἓν δεῖ εἶναι οὐ σύνθεσιν, καὶ οὐδὲ τόπος ἐκεῖ. Νῦν δὲ ὁ λόγος περὶ τῶν ὄντων κατὰ ἀλήθειαν· ὅ τε χρόνος εἰ ἐκεῖ, σκεπτέον, μᾶλλον δὲ ἴσως οὔ. Εἰ δὲ καὶ μέτρον, καὶ οὐχ ἁπλῶς μέτρον, ἀλλὰ κινήσεως, δύο, καὶ σύνθετον τὸ ὅλον, καὶ κινήσεως ὕστερον, ὥστε οὐχ, ὅπου κίνησις, ἐν ἴσῃ διαιρέσει. Τὸ δὲ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν ἐν κινήσει. Εἰ ἄρα ἐκεῖ τὸ πάσχειν καὶ τὸ ποιεῖν, τὸ ποιεῖν δὲ δύο, ὁμοίως καὶ τὸ πάσχειν, οὐδέτερον οὖ· ἁπλοῦν· καὶ τὸ ἔχειν δύο, καὶ τὸ κεῖσθαι ἄλλο ἐν ἄλλῳ οὕτως, ὥστε τρία.

XVI. Proinde relatio, accedenti cuidam propagini similis, quonam modo inter prima constituetur? Alterius enim ad alterum relatio est, nec ad se ipsum habitudo est, sed semper ad aliud. Præterea, quod inter prædicamenta ipsum ubi et quando numerari solet, etiam inde remotum est : nam ipsum ubi aliud in alio significare videtur, et idcirco duo. Genus autem esse oportet non compositionem quandam, sed aliquid unum : nec ibi locus est. Nunc vero de iis, quæ entia re vera sunt, sermo nobis habetur. Considerandum vero est, numquid ibi sit tempus; imo vero non est tempus ibi. Si autem tempus mensura sit, neque mensura simpliciter, sed motionis, duo quædam, et compositum est id totum, motuque posterius : ideoque non ibidem est æquali distributione, ubi motus. Quod præterea facere dicitur atque pati, versatur in motu. Si ergo ibi sit pati atque agere, cum agere similiter atque pati duo quædam sint, merito neutrum erit simplex, neutrum igitur erit genus : quin etiam ipsum, quod habere nominant, in se duo complectitur. Item, quod poni vel jacere certo modo aliud in alio dicunt, tria comprehendit.

Bonum non est inter genera prima. Nam sive significet primum bonum, est generibus eminentius, sive qualitatem, posterius est generibus. Quælibet vero dicuntur bona non per unam genericam in se naturam, sed quia a primo bono sunt, verguntque ad ipsum : et bonum in primo ente est vita motusque ipsius ad primum bonum.

ΙΖ'. Ἀλλὰ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ αἱ ἀρεταὶ, διὰ τί οὐκ ἐν τοῖς πρώτοις ἐπιστήμη, νοῦς; ἢ τὸ μὲν ἀγαθὸν εἰ τὸ πρῶτον, ἦν δὴ λέγομεν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν, καθ' ἧς οὐδὲν κατηγορεῖται, ἀλλ' ἡμεῖς, μὴ ἔχοντες ἄλλως σημῆναι, οὕτω λέγομεν, γένος οὐδενὸς ἂν εἴη. Οὐ γὰρ κατ' ἄλλων λέγεται, ἢ ἦν ἂν, καθ' ὧν λέγεται, ἕκαστον ἐκεῖνο λεγόμενον, καὶ πρὸ οὐσίας δὲ ἐκεῖνο, οὐκ ἐν οὐσίᾳ. Εἰ δ' ὡς ποιὸν τὸ ἀγαθὸν, ὅλως τὸ ποιὸν οὐκ ἐν τοῖς πρώτοις. Τί οὖν; ἡ τοῦ ὄντος φύσις οὐκ ἀγαθόν; ἢ πρῶτον μὲν ἄλλως καὶ οὐκ ἐκείνως, ὡς τὸ πρῶτον· καὶ ὡς ἔστιν ἀγαθὸν οὐχ ὡς ποιὸν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα ἔφαμεν γένη ἐν αὐτῷ, καὶ διότι κοινόν τι ἦν ἕκαστον, καὶ ἐν πολλοῖς ἑωρᾶτο, γένος. Εἰ οὖν καὶ τὸ ἀγαθὸν ὁρᾶται ἐφ' ἑκάστῳ μέρει τῆς οὐσίας, ἢ τοῦ ὄντος, ἢ ἐπὶ τοῖς πλείστοις, διὰ τί οὐ γένος καὶ ἐν τοῖς πρώτοις; ἢ ἐν ἅπασι τοῖς μέρεσιν οὐ ταὐτὸν, ἀλλὰ πρώτως καὶ δευτέρως καὶ ὑστέρως· ἢ γὰρ ὅτι θάτερον παρὰ θατέρου, τὸ ὕστερον παρὰ τοῦ προτέρου, ἢ ὅτι παρ' ἑνὸς πάντα, τοῦ ἐπέκεινα, ἄλλα δ' ἄλλως κατὰ φύσιν τὴν αὐτῶν μεταλαμβάνει. Εἰ δὲ δὴ καὶ γένος ἐθέλοι τις θέσθαι, ὕστερον· ὕστερον γὰρ τῆς οὐσίας, καὶ τοῦ τί ἐστι τὸ εἶναι αὐτὸ ἀγαθὸν, κἂν ἀεὶ συνῇ, ἐκεῖνα δὲ ἦν τοῦ ὄντος ἢ ὄν, καὶ εἰς τὴν οὐσίαν. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὸ ἐκέκεινα τοῦ ὄντος, ἐπειδὴ τὸ ὂν καὶ ἡ οὐσία οὐ δύναται μὴ πολλὰ εἶναι, ἀλλὰ ἀνάγκη αὐτὸ ἔχειν ταῦτα, ἠριθμημένα γένη, καὶ εἶναι ἓν πολλά. Εἰ μέντοι τὸ ἀγαθὸν τὸ ἓν τὸ ἐν τῷ ὄντι, μὴ ὀκνοῖμεν λέγειν τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν κατὰ φύσιν πρὸς τὸ ἕν, τοῦτο εἶναι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ, ἵν' ἐκεῖθεν ἀγαθοειδὲς ᾖ, ἔσται

XVII. Ceterum pulchrum, bonum, virtutes, scientia, intellectus, cur non etiam inter prima similiter numerentur? Profecto, bonum si primum ipsum accipiatur, quod dicere solemus ipsam boni naturam, de qua certe nihil rite prædicari potest, quamvis nos, non potentes aliter explicare, utcumque possumus, de hac ipsa natura loquamur, nullius certe genus est dicendum. De nullis enim aliis prædicatur; alioquin unumquodque eorum, de quibus prædicetur, illud ipsum esset, quod ibi prædicaretur : atqui bonum illud non in essentia est, sed super essentiam. Sin autem bonum hic accipiatur velut quale, dicendum est, quale omnino inter prima non esse. Quid ergo? ipsa entis natura nonne bonum est? sed certe aliter bonum est, nec eo modo, quo primum. Atque sic bonum est, neque velut quale, sed habens in se bonum. Verum et reliqua diximus genera in ipsa entis natura consistere, et ob hoc ipsum, quia unumquodque eorum commune aliquid est, in multisque conspicitur, genus esse jam constitit. Si ergo et bonum in qualibet essentiæ vel entis parte, aut saltem in plurimis partibus illic inspicitur, quidnam prohibet, quominus sit genus, atque in primorum ordine collocetur, Sed id prohibere videtur, quoniam in cunctis partibus non sit idem, sed primo atque secundo, rursumque tertio, posterior, posteriorique ordine disponatur. Nam ita profecto bonum quodlibet illic appellatur, vel quoniam aliud sit ab alio, et a priori posterius, rursumque inde posterius : aut quoniam omnia ab uno superiore pendeant, alia vero aliter pro sua unumquodque natura participent. Si quis autem etiam tanquam genus ponere velit, posterius erit : posterius enim, quam essentia. Atqui hoc aliquid est ipsum esse bonum, etiamsi cum eo sit semper : illa vero esse dicebantur entis ipsius, qua ratione ens est, atque ad essentiam conferentia. Hinc nempe ad illud ascenditur, quod est ente superius, quandoquidem ens et essentia nequit esse non multa, sed necessarium est habere hæc in se genera numerata, esseque unum multa. Verumtamen si, quod hic bonum, id est unum, in ente dicere volebamus, non vereamur asserere actum ejus ad unum ipsum natura tendentem, idque esse bonum ejus asseverare, ut

τὸ ἀγαθὸν τοῦτο ἐνέργειαι πρὸς τὸ ἀγαθόν· τοῦτο δὲ ἡ ζωὴ αὐτοῦ· τοῦτο δὲ ἡ κίνησις, ἢ ἤδη ἐστὶν ἕν τι τῶν γενῶν.

videlicet inde sit honiforme, erit certe id bonum actus ad ad ipsum bonum : id autem est ejus vita : id vero motus, qui sane jam unum quiddam inter genera numeratur.

Pulchritudo, scientia, intellectus, virtus non afferunt nova illic genera, sed ad quinque illa jam numerata quodammodo redeguntur.

ΙΗ'. Περὶ δὲ τοῦ καλοῦ, εἰ μὲν ἐκεῖνο ἡ πρώτη καλλονή, τὰ αὐτὰ ἂν καὶ παραπλήσια λέγοιτο τοῖς ἐπὶ τοῦ ἀγαθοῦ λόγοις· καὶ εἰ τὸ ἐπὶ τῇ ἰδέᾳ οἷον ἀποστίλβον, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ ἐν πᾶσι, καὶ ὅτι ὕστερον τὸ ἐπιστίλβειν. Εἰ δὲ οὐκ ἄλλο τι τὸ καλὸν, ἢ ἡ οὐσία αὐτὴ, ἐν τῇ οὐσίᾳ εἴρηται. Εἰ δὲ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὁρῶντας τῷ τοιόνδε πάθος ποιεῖν ἐστι, τοῦτο τὸ ἐνεργεῖν κίνησις, καὶ εἰ πρὸς ἐκεῖνο ἡ ἐνέργεια, κίνησις. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἐπιστήμη αὐτοκίνησις, ὄψις οὖσα τοῦ ὄντος καὶ ἐνέργεια, ἀλλ' οὐχ ἕξις· ὥστε καὶ αὐτὴ ὑπὸ τὴν κίνησιν· εἰ δὲ βούλει, ὑπὸ τὴν στάσιν, ἢ καὶ ὑπ' ἄμφω· εἰ δὲ ὑπ' ἄμφω, ὡς μικτὸν, εἰ τοῦτο, ὕστερον τὸ μικτόν. Ὁ δὲ νοῦς ὂν νοοῦν, καὶ σύνθετον ἐκ πάντων, οὐχ ἕν τι τῶν γενῶν· καὶ ἔστιν ὁ ἀληθινὸς νοῦς ὂν μετὰ πάντων, καὶ ἤδη πάντα τὰ ὄντα· τὸ δὲ ὂν μόνον ψιλὸν εἰς γένος λαμβανόμενον στοιχεῖον αὐτοῦ. Δικαιοσύνη δὲ καὶ σωφροσύνη καὶ ὅλως ἀρετὴ ἐνέργειαί τινες νοῦ πᾶσαι· ὥστε οὐκ ἐν πρώτοις καὶ ὕστερα γένος καὶ εἴδη.

XVIII. Ubi vero de pulchro dicebatur, si accipiatur prima ipsa supereminens pulchritudo, eadem vel saltem simillima respondebimus illorum, quae jam de bono respondimus : sin autem pulchrum intelligatur decus aliquod in idea refulgens, objicietur non esse id in omnibus idem : item, ejusmodi fulgorem esse posteriorem. At si non aliud, quam ipsa essentia, pulchrum asseveretur, jam id est in ipsa essentia computatum. Verum si pulchrum, quantum ad nos intuentes pertinet, assumatur, propterea quod certa quadam nos conditione afficiat, hunc ipsum afficiendi actum motum esse constabit. Atqui et, si ad illud dirigatur actus, similiter motus erit. Est et scientia ipse motus : quippe cum ipse sit entis aspectus, neque habitus sit, sed actus. Quapropter et ipsa sub motu similiter continebitur : ac, si vis, sub statu contineatur, vel etiam sub utrisque; sin autem sub utrisque, mixtum aliquid erit : mixtum vero posterius advenit. Intellectus autem est ens ipsum intelligens, ipsumque ex cunctis compositum, nec quiddam ex generibus unum. Nempe verus intellectus ens est una cum omnibus, jamque entia cuncta : ens autem si solum nudumque accipiatur, velut genus assumitur, intellectusque ipsius est elementum. Justitia vero et temperantia virtusque omnino, actus quidam intellectus omnes sunt. Quapropter non collocantur in primis, sed posteriora sunt genere, et tanquam species designantur.

Ambigit hic multa : nihil ferme definit.

ΙΘ'. Γένη δὴ ὄντα τὰ τέτταρα ταῦτα καὶ πρῶτα ἆρα καθ' αὐτὸ ἕκαστον εἴδη ποιεῖ; οἷον τὸ ὂν διαιροῖτο ἂν ἤδη ἐφ' ἑαυτοῦ ἄνευ τῶν ἄλλων, ἢ οὔ· ἐπειδὴ ἔξωθεν τοῦ γένους λαβεῖν δεῖ τὰς διαφορὰς, καὶ εἶναι μὲν τοῦ ὄντος διαφορὰς, ᾗ ὄν, οὐ μέντοι τὰς διαφορὰς αὐτό. Πόθεν οὖν ἕξει; οὐ γὰρ δὴ ἐκ τῶν οὐκ ὄντων. Εἰ δὴ ἐξ ὄντων, ἦν δὲ τὰ γένη τὰ τρία τὰ λοιπὰ, δηλονότι ἐκ τούτων, καὶ μετὰ τούτων, προστιθεμένων καὶ συνδυαζομένων, καὶ ἅμα γιγνομένων. Ἀλλὰ ἅμα γιγνόμενα τοῦτο δὴ ἐποίει τὸ ἐκ πάντων. Πῶς οὖν τὰ ἄλλα ἐστὶ μετὰ τὸ ἐκ πάντων; καὶ πῶς γένη πάντα ὄντα εἴδη ποιεῖ; πῶς δὲ ἡ κίνησις εἴδη κινήσεως; καὶ ἡ στάσις καὶ τὰ ἄλλα; ἐπὶ κἀκεῖνο δεῖ παραφυλάττειν, ὅπως μὴ ἀφανίζοιτο ἕκαστον ἐν τοῖς εἴδεσι, μηδ' αὖ τὸ γένος κατηγορούμενον ᾗ μόνον, ὡς ἐν ἐκείνοις θεωρούμενον, ἀλλ' ᾗ ἐν ἐκείνοις ἅμα καὶ ἐν αὑτῷ, καὶ μιγνύμενον αὖ καθαρὸν καὶ μὴ μιγνύμενον ὑπάρχῃ, μηδ' ἄλλως συντελοῦν εἰς οὐσίαν αὐτὸ ἀπολλύῃ. Περὶ μὲν δὴ τούτων σκεπτέον. Ἐπεὶ δὲ ἔφαμεν τὸ ἐκ πάντων τῶν ὄντων νοῦν εἶναι ἕκαστον, πρὸ δὲ πάντων, ὡς εἰδῶν καὶ μερῶν, τὸ ὂν καὶ τὴν οὐσίαν τιθέμεθα μήπω νοῦν εἶναι, τὸν ἤδη νοῦν ὕστερον λέγομεν εἶναι· καὶ δὴ ταύτην τὴν ἀπορίαν χρήσιμον πρὸς τὸ ζητούμενον ποιησώμεθα, καὶ, οἷον παραδείγματι χρησάμενοι, εἰς γνῶσιν τῶν λεγομένων αὐτοὺς ἐμβιβάζωμεν.

XIX. Reliquum est inquirere, cum genera sint haec quatuor atque prima, numquid quodlibet horum generum species procreet, velut si ens in se ipso seorsum ab aliis dividatur. Fortasse non ita, quoniam extra genus differentias oportet accipere, atque esse illas entis quidem, qua ens est, differentias, non tamen differentias id ipsum esse. Undenam igitur habebit? neque enim ex his, quae non sunt entia. Quodsi ex entibus, sunt autem reliqua genera duntaxat tria, videlicet ab his accipiet, atque cum his adjunctis societate inter se copulatis et simul effectis. Verum haec simul constituta, hoc utique, quod ex omnibus, jam confecisse videntur. Quomodo igitur restant alia post illud, quod est ex cunctis? Et quomodo genera, cum omnia entia sint species, faciunt? Item, quomodo motus species efficit motionis? atque status ipse aliaque similiter? Illud sane in primis est observandum, ne unumquodque confundatur in speciebus, neque rursus genus tantum sit praedicatum, tanquam in illis duntaxat consideratum : imo sit et in illis simul et in se ipso, et mixtum rursus parum neque permixtum, ne, si forte aliter conferat ad essentiam, se ipsum perdat. De his ergo considerare decet. Quoniam vero, quod ex omnibus constat entibus, intellectum esse diximus, et quemlibet intellectum, sed super species omnes et velut partes ens ipsum essentiamque ponimus, nondum tamen intellectum, merito eum, qui jam intellectus exsistit, posteriorem esse putamus. Atqui dubitationem ejusmodi tanquam ad quaesitum utilem adduximus : sic enim hoc ipso utentes velut exemplari quodam in cognitionem eorum, quae tractamus, efficacius penetrabimus.

Intellectus divinus ad ideas se habet quemadmodum ad propositiones suas geometria. Ille enim intellectus et exsistit hoc ipsum, quod in ipso est in actu, et dupliciter habet ideas, cum in actu simul cunctas ibi jam consistentes, tum in potentia singulas, ibi mox inter se distinguendas. Ideæ vicissim singulæ quidem hoc ipsum, quod in sua proprietate sunt, in actu sunt : in potentia vero sunt ipsum totum. Tum vero, quod est ibi superius, ad sequentia quasi et genus est et causa. Qua igitur ratione genus est, illa est in potentia : qua vero est causa, illa rursus est in actu.

Κ'. Λάβωμεν οὖν τὸν μὲν εἶναι νοῦν, οὐδὲν ἁφαπτόμενον τῶν ἐν μέρει, οὐδ' ἐνεργοῦντα περὶ ὁτιοῦν, ἵνα μή τις νοῦς γίγνοιτο, ὥσπερ ἐπιστήμη πρὸ τῶν ἐν μέρει εἰδῶν, καὶ ἡ ἐν εἴδει δὲ ἐπιστήμη πρὸ τῶν ἐν αὐτῇ μερῶν. Πᾶσα μὲν οὐδὲν τῶν ἐν μέρει δύναμις πάντων, ἕκαστον δὲ ἐνεργείᾳ ἐκεῖνο, καὶ δυνάμει δὲ πάντα, καὶ ἐπὶ τῆς καθ' ὅλου ὡσαύτως· αἱ μὲν ἐν εἴδει, αἱ ἐν τῇ ὅλῃ δυνάμει κεῖνται, αἱ δὴ τὸ ἐν εἴδει λαβοῦσαι δυνάμει εἰσὶν ἡ ὅλη. Κατηγορεῖται γὰρ ἡ πᾶσα, οὐ μόριον τῆς πάσης, αὐτήν γε μὴν δεῖ ἀκέραιον ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι· οὕτω δὴ ἄλλως μὲν νοῦν τὸν ξύμπαντα εἰπεῖν εἶναι τῶν πρὸ τῶν καθ' ἕκαστον ἐνεργείᾳ ὄντων, ἄλλως δὲ ἑκάστους, ἑκάστους δὲ τοὺς μὲν ἐν μέρει ἐκ πάντων πληρωθέντας, τὸν δὲ ἐπὶ πᾶσι νοῦν χορηγὸν μὲν τοῖς καθ' ἕκαστα, δύναμιν δὲ αὐτῶν εἶναι, καὶ ἔχειν ἐν τοῖς καθ' ὅλου ἐκείνους, ἐκείνους τε αὖ, ἐν αὐτοῖς ἐν μέρει οὖσιν, ἔχειν τὸν καθ' ὅλου, ὡς ἡ τῆς ἐπιστήμη τὴν ἐπιστήμην· καὶ εἶναι καὶ καθ' αὐτὸν τὸν μέγαν νοῦν, καὶ ἑκάστους αὖ ἐν αὐτοῖς ὄντας, καὶ ἐμπεριέχεσθαι αὐτοὺς ἐν μέρει τῷ ὅλῳ, καὶ τὸν ὅλον τοῖς ἐν μέρει, ἑκάστους δὲ ἐφ' ἑαυτῶν καὶ ἐν ἄλλῳ, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ ἐκεῖνον καὶ ἐν ἐκείνοις, καὶ ἐν ἐκείνῳ μὲν πάντας ἐφ' ἑαυτοῦ ὄντι δυνάμει, ἐνεργείᾳ ὄντι τὰ πάντα ἅμα, δυνάμει δὲ ἕκαστον χωρὶς, τοὺς δ' αὖ ἐνεργείᾳ μέν, ὅ εἰσι, δυνάμει δὲ τὸ ὅλον. Καθ' ὅσον μὲν γὰρ τοῦτο, ὃ λέγονται, εἰσὶν, ἐνεργείᾳ εἰσὶν ἐκεῖνο, ὃ λέγονται· ᾗ δ' ἐν γένει ἐκείνῳ, δυνάμει ἐκεῖνο· ὃ δ' αὖ, ᾗ μὲν γένος, δύναμις πάντων τῶν ὑπ' αὐτὸ εἰδῶν, καὶ οὐδὲν ἐνεργείᾳ ἐκείνων, ἀλλὰ πάντα ἐν αὐτῷ ἡσυχα· ᾗ δὲ, ὅ ἐστι πρὸ τῶν εἰδῶν ἐνεργείᾳ, τῶν οὐ καθ' ἕκαστα. Δεῖ δὴ, εἴπερ ἐνεργείᾳ ἔσονται, οἷον ἐν εἴδει, τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἐνέργειαν αἰτίαν γίγνεσθαι.

XX. Accipiamus igitur intellectum ipsum ita se habentem, ut nihil eorum, quæ in parte sunt, attingat, neque proprie circa aliquid agat, ne quidam intellectus evadat, sed ita se habeat, quemadmodum scientia ante species, quæ sunt in parte, atque etiam sicut scientia, quæ est in specie, super partes, quæ sunt in ea. Universa quidem scientia nihil est eorum, quæ sunt in parte, sed omnium est potestas : unumquodque vero suum quiddam est in actu, et potentia insuper omnia : atque in ipsa scientia, quæ universaliter se habet, similis conditio est. Jam vero hæ quidem in specie sunt, quæ in ipsa tota secundum potentiam collocantur : quæ quidem ipsum, quod est in specie, nactæ, secundum potentiam sunt ipsa tota. Prædicatur enim universa illa, neque universæ particula : ipsam tamen in se ipsa oportet integram simplicemque consistere. Sic itaque aliter quidem intellectum universum fas est dicere ipsum esse super omnia, quæ singulatim sunt in actu, et super intellectus ejusmodi, aliter autem singulos se habere : singulos vero illos, qui sunt in parte, cunctis impletos, intellectum vero in omnibus exsistentem suppeditare quidem singulis, eorumque esse potentiam, atque illos in suis universalibus continere, et illos vicissim in particularibus suis intellectum habere communem : quemadmodum scientia quædam scientiam ipsam habet. Tum vero magnum intellectum secundum se consistere, rursusque singulos in se ipsis exsistere, ipsosque, qui sunt in parte, in toto illo comprehendi, atque totum ipsum particularibus vicissim inesse, atque singulos cum in se ipsis, tum rursus in alio, et illum in se ipso rursumque in illis. Item, in illo quidem omnes, in illo, inquam, in se exsistente, illos quidem ibi esse potentia, in illo videlicet, qui omnia simul sit in actu, potentia vero sit unumquodque seorsum. Rursum illos actu quidem esse, quod sunt, esse vero et potentia totum. Quatenus enim hoc ipsum, quod dicuntur, exsistunt, actu sunt illud, quod et dicuntur : quatenus autem in genere illo sunt, potentia illud esse constat. Illud autem, qua ratione genus est, potentiam esse omnium, quæ sub ipsa sunt, specierum, neque quicquam actu illorum, sed omnia in eo velut clam atque quiete : qua vero ratione est id, quod est in actu ante species, esse actum eorum, quæ non singulatim duntaxat se habent. Oportet utique, si modo in actu futura sint, velut in specie, actum ipsum ab illo pendentem hujus ipsius causam esse.

Intellectus primus, dum se intelligendo omnia inter se discernit, ibidem numerum patefacit, per virtutem immensam declarat magnitudinem, per intelligentiæ claritatem aperit qualitatem.

Patent igitur ibidem qualitates atque figuræ, ac per ipsam alteritatem differunt æqualitatum figurarumque et omnium, per identitatem quoque communio. Cum vero contineat omnia per modum naturæ suæ, hæc vero sit prima essentia viva intellectualisque, merito, quæ intus intelligantur, non sunt figmenta, sed exsistentia prorsus viva, intellectualia singulatim. Denique, sicut se habet generationis motus ad naturam genitalem, ita ratio argumentatrix ad intellectum. Motus enim generationis contendit ad membra paulatim generanda, quæ simul et seminaria virtute sunt cuncta [*l.* conjuncta] : similiter ratio argumentando quærit entia, quæ simul omnia semper sunt in mente nunquam argumentante. Sicut autem apud rationem perpetua inquisitio non habentis signum est, sic penes mentem, nihil inquirere argumentum etiam omnia possidentis.

ΚΑ'. Πῶς οὖν μένων αὐτὸς ἐν τῷ λόγῳ τὰ ἐν μέρει ποιεῖ; τοῦτο δὲ ταὐτὸν, πῶς ἐκ τῶν τεττάρων ἐκείνων τὰ λεγόμενα ἐφεξῆς; Ὅρα τοίνυν ἐν τούτῳ μεγάλῳ νῷ καὶ ἀμηχάνῳ, οὐ πολυλάλῳ, ἀλλὰ πολύνῳ νῷ, τῷ πάντα νῷ καὶ ὅλῳ, καὶ οὐ μέρει, οὐδέ τινι νῷ, ὅπως ἐνὶ τὰ πάντα ἐξ αὐτοῦ. Ἀριθμὸν δὴ πάντως ἔχει, ἐν τούτοις, οἷς ὁρᾷ, καὶ ἔστι δὲ ἓν καὶ πολλὰ, καὶ ταῦτα δὲ δυνάμεις, καὶ θαυμασταὶ δυνάμεις, οὐκ ἀσθε-

XXI. Quo igitur modo intellectus ipse, dum permanet unum, ipsa ratione efficit, quæ sunt in parte? Id vero idem est, perinde ac si quæratur, quomodo ex quatuor illis ea, quæ dicuntur deinceps, efficiantur. Age jam contemplare in mente hac magna et prorsus inæstimabili, non multiloqua quidem mente, sed multimente, multaque intelligente, quæ quidem per omnia sit mens, mensque tota, nec sane ex parte, nec mens quædam. Contemplare, inquam, quo pacto illic ex ipsa omnia insunt. Numerum quidem prorsus habet in illis, quæ contuetur, unumque est et multa : multa, inquam, id est, vires

νεῖς, ἀλλ' ἅτε καθαραὶ οὖσαι, μέγισταί εἰσι, καὶ οἷον σφριγῶσαι καὶ ἀληθῶς δυνάμεις, οὐ τὸ μέχρι τινὸς ἔχουσαι, ἄπειροι τοίνυν καὶ ἀπειρία καὶ τὸ μέγα. Τοῦτο τοίνυν τὸ μέγα σὺν τῷ ἐν αὐτῷ καλῷ τῆς οὐσίας, καὶ τῇ περὶ αὐτὸ ἀγλαΐᾳ, καὶ τῷ φωτὶ, ὡς ἐν νῷ ὄντα ἰδὼν, ὁρᾷς καὶ τὸ ποιὸν ἤδη ἐπανθοῦν, μετὰ δὲ τοῦ συνεχοῦς τῆς ἐνεργείας μέγεθος προφαινόμενον τῇ σῇ προσβολῇ ἐν ἡσύχῳ κείμενον. Ἑνὸς δὲ καὶ δύο ὄντων καὶ τριῶν, καὶ τὸ μέγεθος τρίτον ὄν, καὶ τὸ ποσὸν πᾶν, τοῦ δὲ ποσοῦ ἑνορωμένου καὶ τοῦ ποιοῦ, καὶ ἄμφω εἰς ἓν ἰόντων καὶ οἷον γινομένων, καὶ σχῆμα ὅρα· εἰσπίπτοντος δὲ τοῦ θατέρου, καὶ διαιροῦντος καὶ τὸ ποσὸν καὶ τὸ ποιὸν, σχημάτων τε διαφοραὶ καὶ ποιότητες ἄλλαι· καὶ ταυτότης μὲν συνοῦσα ἰσότητα ποιεῖ εἶναι, ἑτερότης δὲ ἀνισότητα ἐν ποσῷ, ἔν τε ἀριθμῷ, ἔν τε μεγέθει, ἐξ ὧν καὶ κύκλος καὶ τετράγωνα, καὶ τὰ ἐξ ἀνίσων σχήματα, ἀριθμούς τε ὁμοίους καὶ ἀνομοίους, περιττούς τε καὶ ἀρτίους· οὖσα γὰρ ἕννους ζωὴ καὶ ἐνέργεια οὐκ ἀτελὴς οὐδὲν παραλείπει, ὧν εὐρίσκομεν νῦν, νοερὸν ἔργον ὄν, ἀλλὰ πάντα ἔχει ἐν τῇ αὐτῆς δυνάμει, ὄντα αὐτὰ ἔχουσα καὶ ὡς ἂν νοῦς ἔχοι. Ἔχει δὲ νοῦς ὡς ἐν νοήσει· νοήσει δὲ, οὐ τῇ ἐν διεξόδῳ· παραλέλειπται δὲ οὐδὲν τῶν ὅσα λόγοι, ἀλλ' ἔστιν εἷς οἷον λόγος, μέγας, τέλειος, πάντας περιέχων, ἀπὸ τῶν πρώτων αὐτοῦ ἐπεξιών, μᾶλλον δὲ ἀεὶ ἐπεξελθών, ὥστε μηδέποτε τὸ ἐπεξιέναι ἀληθὲς εἶναι· ὅλως γὰρ παντὸς οὗ ἂν τις ἐκ λογισμοῦ λάβοι ἐν τῇ φύσει ὄντα, ταῦτα εὑρήσει ἐν νῷ ἄνευ λογισμοῦ ὄντα, ὥστε νομίζειν τὸ ὂν νοῦν λελογισμένον οὕτω ποιῆσαι, οἷον καὶ ἐπὶ τῶν λόγων τῶν τὰ ζῶα ποιούντων. Ὡς γὰρ ἂν ὁ ἀκριβέστατος νοῦς λογίσαιτο ὡς ἄριστα, οὕτως ἔχει πάντα ἐν τοῖς λόγοις πρὸ λογισμοῦ οὖσι. Τί χρὴ προσδοκᾶν ἐν τοῖς πρὸ φύσεως καὶ τῶν λόγων τῶν ἐν αὐτῇ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἶναι; ἐν οἷς γὰρ ἡ οὐσία οὐκ ἄλλο τι ἢ νοῦς, καὶ οὐκ ἐπακτὸν οὔτε τὸ ὂν αὐτοῖς οὔτε ὁ νοῦς, ἀμογητὶ ἂν εἴη ἄριστα ἔχον, εἴπερ κατὰ νοῦν κείσεται· καὶ τοῦτο ὄν, ὃ θέλει νοῦς καὶ ἔστι, διὸ καὶ ἀληθινὸν καὶ πρῶτον· εἰ γὰρ παρ' ἄλλου, ἐκεῖνο νοῦς. Σχημάτων δὴ πάντων ὀφθέντων ἐν τῷ ὄντι, καὶ ποιότητος ἁπάσης (ἦν γὰρ οὐ τις, οὐδὲ γὰρ ἦν εἶναι μίαν τῆς θατέρου φύσεως ἐνούσης, ἀλλὰ μία καὶ πολλαί· καὶ γὰρ ταυτότης ἦν, ἓν δὲ καὶ πολλὰ, καὶ ἐξ ἀρχῆς τὸ τοιοῦτον ὄν, ὥστε ἐν πᾶσιν εἴδεσι τὸ ἓν καὶ πολλὰ, μεγέθη διάφορα καὶ σχήματα διάφορα καὶ ποιότητες διάφοροι· οὐ γὰρ ἦν, οὐδὲ θεμιτὸν ἦν παραλελεῖφθαι οὐδέν· τέλειον γὰρ ἐκεῖ τὸ πᾶν, ἢ οὐκ ἂν ἦν πᾶν·) καὶ ζωῆς ἐπιθεούσης, μᾶλλον δὲ συνούσης πανταχοῦ, πάντα ἐξ ἀνάγκης ζῶα ἐγίγνετο, καὶ ἦν καὶ σώματα, ὕλης καὶ ποιότητος· ὄντων· γενομένων δὲ πάντων ἀεὶ καὶ μενόντων, καὶ ἐν τῷ εἶναι αἰῶνι περιληφθέντων, χωρὶς μὲν ἕκαστον, ὅ ἐστιν, ὄντων, ὁμοῦ δ' αὖ ἐν ἑνὶ ὄντων, ἡ πάντων ἐν ἑνὶ ὄντων οἷον συμπλοκὴ καὶ σύνθεσις νοῦς ἐστι, καὶ ἔχων μὲν τὰ ὄντα ἐν αὐτῷ ζῶον ἐστὶ παντελὲς, καὶ ὅ ἐστι ζῶον, τῷ δ' ἐξ

plurimæ, viresque mirabiles, nulla ex parte debiles, sed, utpote quæ puræ sint, maximæ sunt, vigenteaque ad summum, et re vera potentiæ, nec ad certum usque terminum duntaxat potentes: igitur infinitæ, atque ipsa infinitas, et ipsa penitus magnitudo. Hoc itaque magnum una cum essentiæ pulchritudine suoque splendore ac lumine, quæ sunt in mente, conspiciens, perspicis et ipsum quale jam ibi florescens. Præterea una cum actionis continuitate intueris et magnitudinem tuo conspectui emicantem et in sede quietissima sitam. Cum vero ibi sit unum ac duo itemque tria, magnitudo occurrit ut tertium, similiterque omne quantum. Item, cum quantum illic et quale inspiciatur, et ambo in unum confluant et quasi fiant, merito figuram illic intueris rursus, quia ipsum alterum intrinsecus incidit, dividitque et quantum et quale, idcirco differentiæ figurarum et aliæ qualitates exoriuntur. Tum vero identitas quidem ibi conspirans introducit æqualitatem, alteritas autem inæqualitatem in quanto et in numero, ac prorsus in magnitudine, ex quibus circulos et quadrangulos et figuras ex inæqualibus constitutas, numeros item similes dissimilesque et impares atque pares. Cum enim intellectualis ibi sit vita et actus nusquam ulla ex parte deficiens, merito nihil extra se relinquit eorum, quæ nunc invenimus: nullum, inquam, quod sit opus intellectuale, relinquit, sed omnia sua potentia continet, hæc ipsa videlicet tanquam essentia possidens, eoque pacto, quo possideat intellectus. Intellectus autem intelligentiâ possidet, intelligentia, inquam, non discurrente. Jam vero nihil prætermissum est eorum, quæ sunt rationes, sed est velut ratio una, ingens, perfecta, omnes continens rationes, a primis utique suis ordine proficiscens, imo vero perfecta jam semper, adeo ut nunquam ibi verum sit, mentem discurrere. Nempe quotcumque passim aliquis in natura exsistentia argumentatione perceperit, inveniet eadem in mente absque argumentatione consistere, adeo ut existimare liceat ens ipsum mentem sic argumentantem facere: velut et in rationibus evenit, quæ animalia procreant. Quemadmodum enim acerrimus intellectus quam optime argumentabitur, ita se habent omnia in rationibus argumentationem omnem antecedentibus. Quidnam igitur in formis illis superioribus esse putandum est, quæ et naturam ipsam et rationes omnes naturæ insitas antecedunt? In quibus enim essentia nihil aliud est, quam intellectus, neque adventicium eis est, vel ens vel intellectus, facile admodum res ipsa optime esse habet, siquidem secundum mentem ad votum ibi sunt omnia: idque ens, quod et vult intellectus atque exsistit, ideoque verum atque primum. Si enim ab alio ente pendeat, illud erit potius intellectus. Cum igitur in ipso ente figuræ omnes appareant, et qualitas universa: (non enim qualitas ibi duntaxat quærdam est: nam neque fieri poterat, ut esset unica, ubi inesset alteritas: sed enim multæ sunt atque una; nam illic etiam est identitas, cum, inquam, ens ipsum sit unum atque multa, idque tale protinus ab initio, adeo ut in omnibus speciebus unum similiter sit et multa, magnitudines differentes, differentes figuræ, differentes et qualitates: neque enim possibile, neque fas erat, esse illic aliquid prætermissum: perfectum namque ibi est universum; alioquin universum minime foret:) cum, inquam, vita undique illic concurrat, imo vero simul exsistat ubique, nimirum omnia ex necessitate viventia et quodammodo animalia provenerunt. Nam neque deerant corpora, cum et materia et qualitas non deessent: atqui, cum facta jam sint omnia semper, atque permaneant, ipsoque suo esse in æternitate comprehendantur, sitque unumquodque hoc ipsum, quod est, seorsum, rursumque simul sint in uno, certe ipsa omnium in uno exsistentium velut conspiratio atque constitutio ipse est intellectus, qui, habens quidem entia in se ipso, vivens est, et animal per omnia penitus absolutum, atque hoc ipsum, quod est vivens: exhibens vero ei, quod est ex

αὐτοῦ ὄντι παρέχων ἑαυτὸν ὁρᾶσθαι, νοητὸν γενόμενος ἐκείνῳ, δίδωσιν ὀρθῶς λέγεσθαι.

ipso, se videndum, ideoque illi factum intelligibile, dat interim, ut et tale recte dicatur.

Prima essentia ex se viva nominatur ipsum vivens ipsumque animal : hujus actus in se reflexus appellatur intellectus, qui in hac ipsa substantia sui viva tot ideas inspicit, quot species fabricaturus est in mundo.

Sensus in se quidem sentit tantum, in imaginatione vero persentit insuper, se sentire. Similiter imaginatio imaginatur in se : in ratione imaginari se percipit. Ratio in se argumentatur : in intellectu animadvertit argumentari. Intellectus noster in se intelligit, in divino intelligentiam suam animadvertit : divinus in sua essentia viva possidet et invenit omnia. Est autem vivens hæc essentia uniformis simul et omniformis : ideoque mundus hic inde talis intelligitur, atque generatur. Sunt vero ibi formæ rerum usque ad species ultimas tantum multiplicatæ : in anima vero mundi inde nata multiplicatæ magis, maxime vero in natura genitali, quæ hujus animæ postremum est. Omnes quidem ideas appellat hic intellectus, generalem vero animarum ideam nominat, cum intellectum, tum etiam animam : quatenus sursum aspicit vel deorsum, similiterque animam nostram triplici ratione dignam censet triplici cognomento.

ΚΒ'. Καὶ ἡνιγμένον Πλάτωνι, τὸ ἧπερ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ· ἐπεὶ καὶ ψυχὴ μετὰ νοῦν, καθ' ὅσον ψυχὴ ἔχουσα ἐν αὑτῇ, ἐν τῷ πρὸ αὑτῆς βέλτιον καθορᾷ. Καὶ ὁ νοῦς ἡμῶν ἔχων ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ βέλτιον καθορᾷ· ἐν μὲν γὰρ αὑτῷ καθορᾷ μόνον· ἐν δὲ τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ καθορᾷ, ὅτι καθορᾷ. Ὁ δὴ νοῦς οὗτος, ὃν φαμεν καθορᾶν, οὐκ ἀπαλλαγεὶς τοῦ πρὸ αὐτοῦ, ἐξ αὐτοῦ ὢν, ἅτε ὢν ἐξ ἑνὸς πολλὰ, καὶ τὴν τοῦ θατέρου φύσιν συνοῦσαν ἔχων, εἷς πολλὰ γίγνεται. Εἷς δὲ νοῦς καὶ πολλὰ ὢν καὶ τὰ πολλὰ νοῦς ποιεῖ ἐξ ἀνάγκης τῆς τοιαύτης. Ὅλως δὲ οὐκ ἔστι τὸ ἓν ἀριθμῷ λαβεῖν καὶ ἄτομον· ὅ τι γὰρ ἂν λάβῃς, εἶδος, ἄνευ γὰρ ὕλης. Διὸ καὶ τοῦτο αἰνιττόμενος ὁ Πλάτων εἰς ἄπειρά φησι κατακερματίζεσθαι τὴν οὐσίαν. Ἕως μὲν γὰρ εἰς ἄλλο εἶδος, οἷον ἐκ γένους, οὕπω ἄπειρον· περατοῦται γὰρ τοῖς γεννηθεῖσιν εἴδεσι· τὸ δ' ἔσχατον εἶδος, ὃ μὴ διαιρεῖται εἰς εἴδη, μᾶλλον ἄπειρον. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τότε δὲ ἤδη εἰς τὸ ἄπειρον μεθέντα ἐᾶν χαίρειν. Ἀλλ' ὅσον μὲν ἐπ' αὐτοῖς, ἄπειρα· τῷ δὲ ἑνὶ περιληφθέντα εἰς ἀριθμὸν ἔρχεται ἤδη. Νοῦς μὲν οὖν ἔχει τὸ μεθ' ἑαυτὸν, ψυχὴν, ὥστε ἐν ἀριθμῷ εἶναι καὶ ψυχὴν, μέχρι τοῦ ἐσχάτου αὐτῆς, τὸ δὲ ἔσχατον αὐτῆς ἤδη ἄπειρον παντάπασι. Καὶ ἔστι νοῦς μὲν ὁ τοιοῦτος μέρος, καίπερ τὰ πάντα ἔχων, καὶ ὁ πᾶς, καὶ, οἱ αὐτοῦ μέρη, ἐνεργείᾳ ὄντος αὐτοῦ ὄντες μέρος· ψυχὴ δὲ μέρος μέρους, ἀλλ' ὡς ἐνεργείᾳ ἐξ αὐτοῦ. Ὅτε μὲν γὰρ ἐν αὐτῷ ἐνεργεῖ τὰ ἐνεργούμενα, οἱ ἄλλοι νοῖ, ὅτε δὲ ἐξ αὐτοῦ, ψυχή· ψυχῆς δὲ ἐνεργούσης ὡς γένους ἢ εἴδους αἱ ἄλλαι ψυχαὶ ὡς εἴδη, καὶ τούτων αἱ ἐνέργειαι δίτταί. Ἡ μὲν γὰρ πρὸς τὸ ἄνω νοῦς· ἡ δὲ πρὸς τὸ κάτω αἱ ἄλλαι δυνάμεις κατὰ λόγον, ἡ δὲ ἐσχάτη, ὕλης ἤδη ἁπτομένη καὶ μορφοῦσα, καὶ τὸ κάτω αὐτῆς τὸ ἄλλο πᾶν οὐ κωλύει εἶναι ἄνω· ἢ καὶ τὸ κάτω λεγόμενον αὐτῆς ἴνδαλμά ἐστιν αὐτῆς, οὐκ ἀποτετμημένον δὲ, ἀλλ' ὡς τὰ ἐν τοῖς κατόπτροις, ἕως ἂν τὸ ἀρχέτυπον παρῇ ἔξω. Δεῖ δὲ λαβεῖν, πῶς τὸ ἔξω· καὶ μέχρι τοῦ πρὸ τοῦ εἰδώλου, ὁ νοητὸς κόσμος ἅπας τέλεος ἐκ πάντων νοητῶν, ὥσπερ ὅδε μίμημα ὢν ἐκείνου, καθ' ὅσον οἷόν τε ἀποσώζειν εἰκόνα ζώου ζῶον αὐτὸ, ὡς τὸ γεγραμμένον ἢ τὸ ἐν ὕδατι φάντασμα, τοῦ πρὸ ὕδατος καὶ γραφῆς δοκοῦντος εἶναι· τὸ δὲ μίμημα τὸ ἐν γραφῇ καὶ ὕδατι οὐ τοῦ συναμφοτέρου,

XXII. Plato igitur hoc his verbis, quamvis obscuris, significavit : intellectus ideas in ipso vivente universo existentes videns, et quales et quot sint, intuetur : quando quidem anima etiam post intellectum, quantum anima est in se ipsa possidens, in eo tamen, quod est super ipsam, melius suspicit. Atqui et intellectus noster in se similiter habens, in superiore interim perfectius contemplatur : nam in se quidem inspicit solum : at in superiore respicit insuper se inspicere. Profecto intellectus hic, quem ideas dicimus contemplari, a suo quodam superiore minime segregatus, ex ipso quidem exsistens, utpote qui ex uno sit multa, alteritatis naturam comitem habens, unus evadit multa. Cum igitur unus intellectus sit et multa, nimirum ex hujusmodi quadam necessitate multa, similiter et intellectus facit, atque vicissim. Omnino vero non licet illic invenire unum aliquid numero, quale dicitur individuum. Quicquid enim illic acceperis, occurret, ut species : est enim absque materia. Quapropter id Plato obscuris involvens ait : essentiam discerpi per infinita deductam. Quatenus enim, velut ex genere, in aliam proceditur speciem, nondum accidit infinitum. Quod enim ita procedit, speciebus genitis terminatur : species vero postrema, quæ in species non dividitur, magis est infinita. Atque hoc illud est, quod dicitur a Platone : oportet eum, qui jam prope venit ad singula, ea infinitati concedere atque dimittere. Sed hæc quidem singula, quantum in se sunt, nimirum sunt infinita : quantum vero uno quodam comprehenduntur, in numerum quendam conveniunt speciebus. Intellectus igitur habet, quod post se ipsum, animam : quo fit, ut anima etiam in quodam numero sit, usque ad id, quod ipsius est ultimum. Hoc autem ipsius ultimum jam est penitus infinitum : jam vero ejusmodi intellectus pars exsistit, quamvis habeat omnia, ipseque sit omnis, et qui ipsius sunt partes, ipsius videlicet exsistentis actu pars exsistunt : anima vero pars est partis, sed tanquam actu ex ipso pendens. Quando enim ille in se ipso agit, hæc ipsa ejus acta alii sunt intellectus : quando vero ex se ipso quasi exterius agit, exstat anima. Proinde, quando anima tanquam genus aut species agit, aliæ exstant animæ tanquam species, atque harum duo sunt actus. Nempe actus ad id, quod superius est, directus est intellectus : actus autem ad inferius inclinatus alias declarat vires secundum rationem se habentes : vigor denique ultimus materiam jam attrectat atque format. Atqui quod animæ postremum est, reliquum universum non prohibet in gradu superno consistere. Forsan vero, et quod animæ infimum appellatur, est ipsius imago, neque inde sejuncta : sed quemadmodum imagines in speculis apparentes, quamdiu principale exemplar adstat extrinsecus. Sed operæ pretium est considerare, quomodo tale quiddam extrinsecus esse dicatur. Profecto usque ad illud, quod proxime est super animæ simulacrum, intelligibilis mundus est totus omnino perfectus, ex cunctis intelligibilibus constitutus, quemadmodum ferme se habet hic mundus imitatio quædam illius, quoad servare potest imaginem viventis illius vivens : sicut similitudo quædam apparens vel in pictura vel aqua, illius videlicet, quod super aquam picturamque esse videtur. Proinde imitatio in pictura vel aqua, non utriusque simul imitatio est, sed alterius dun-

ἀλλὰ τοῦ ἑτέρου τοῦ μορφωθέντος ὑπὸ θατέρου· νοητοῦ τοίνυν εἰκὼν ἔχουσα ἐνδάλματα, οὐ τοῦ πεποιηκότος, ἀλλὰ τῶν περιεχομένων ἐν τῷ πεποιηκότι, ὧν καὶ ἄνθρωπος, καὶ ἄλλο πᾶν ζῶον· ζῶον δὲ καὶ τοῦτο καὶ τὸ πεποιηκὸς, ἄλλως ἑκάτερον, καὶ ἄμφω ἐν νοητῷ.

taxat, quod formatum est ab altero. Intelligibilis itaque mundi imago similitudines quasdam habet, non quidem effectoris illius, sed eorum potius, quæ in effectore comprehenduntur, ex quorum numero est et homo et quodvis aliud animal: vivens quidem animalque est et hoc et effector, sed aliter atque aliter: et ambo in intelligibili mundo consistunt.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ

ΛΟΓΟΣ Γ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΕΝΩΝ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ, ΤΡΙΤΟΝ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER III.

DE GENERIBUS ENTIS, TERTIUS.

(616,617.) [1130—1132.]

Sicut in mundo intelligibili, ita in hoc sensibili ponenda sunt genera rerum quinque, nec tamen sub uno genere componenda. Nec putandum, genera hæc una cum superioribus illis in eadem natura congruere, quamvis quadam proportione conveniant. Nec animæ intellectualis substantia est sub inferioribus generibus collocanda.

Α'. Περὶ μὲν τῆς οὐσίας, ὅπῃ δοκεῖ καὶ ὡς συμφώνως ἂν ἔχοι πρὸς τὴν τοῦ Πλάτωνος δόξαν, εἴρηται. Δεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς ἑτέρας φύσεως ἐπισκέψασθαι, πότερα τὰ αὐτὰ γένη θετέον, ἅπερ κἀκεῖ ἐθέμεθα, ἢ πλείω ἐνταῦθα πρὸς ἐκείνοις ἄλλα τιθέντας, ἢ ὅλως ἕτερα; ἢ τὰ μὲν ὡς ἐκεῖ, τὰ δ' ἄλλως; δεῖ μέντοι τὸ ταὐτὰ ἀναλογίᾳ καὶ ὁμωνυμίᾳ λαμβάνειν. Τοῦτο δὲ φανήσεται γνωσθέντων. Ἀρχὴ δὲ ἡμῖν ἥδε· ἐπειδὴ περὶ τῶν αἰσθητῶν ὁ λόγος ἡμῖν, πᾶν δὲ τὸ αἰσθητὸν τῷδε τῷ κόσμῳ περιείληπται, περὶ τοῦ κόσμου ἀναγκαῖον ἂν εἴη ζητεῖν, διαιροῦντας τὴν φύσιν αὐτοῦ, καὶ, ἐξ ὧν ἐστι, διαιροῦντας κατὰ γένη θεῖναι, ὥσπερ ἂν εἰ τὴν φωνὴν διῃρούμεθα ἄπειρον οὖσαν, εἰς ὡρισμένα ἀνάγοντες, τὸ ἐν πολλοῖς ταὐτὸν εἰς ἕν, εἶτα πάλιν ἄλλο, καὶ ἕτερον αὖ, ἕως εἰς ἀριθμόν τινα θέντες ἕκαστον αὐτῶν, τὸ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις εἶδος λέγοντες, τὸ δ' ἐπὶ τοῖς εἴδεσι γένος. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τῆς φωνῆς ἕκαστον εἶδος καὶ ὁμοῦ πάντα τὰ φανέντα εἰς ἓν ἦν ἀνάγειν, καὶ κατηγορεῖν πάντων στοιχεῖον ἡ φωνήν. Ἐπὶ δὲ ὧν ζητοῦμεν οὐχ οἷόν τε, ὡς δέδεικται. Διὸ δεῖ πλείω γένη ζητεῖν, καὶ ἐν τῷδε τῷ παντὶ ἕτερα ἐκείνων, ἐπειδὴ καὶ ἕτερον τοῦτο ἐκείνου, καὶ οὐ συνώνυμον, ὁμώνυμον δὲ καὶ εἰκών. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἐνταῦθα ἐν τῷ μίγματι καὶ ἐν τῇ συνθέσει τὸ μέν ἐστι σῶμα, τὸ δὲ ψυχή, ζῷον γὰρ τὸ πᾶν, ἡ δὲ ψυχῆς φύσις ἐν ἐκείνῳ τῷ νοητῷ, καὶ οὐδ' ἁρμόσει, οὐδ' εἰς οὐσίας τῆς ἐνταῦθα λεγομένης σύνταξιν, ἀφοριστέον, εἰ καὶ χαλεπῶς, ὅμως μὴν τῆς ἐνταῦθα πραγματείας, ὥσπερ ἂν εἴ τις βουλόμενος τοὺς πολίτας συντάξαι πόλεώς τινος, οἷον κατὰ τιμήσεις, ἢ τέχνας, τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους παραλίποι χωρίς. Περὶ δὲ τῶν παθημάτων, ὅσα μετὰ τοῦ σώματος ἢ διὰ τὸ σῶμα περὶ ψυχὴν συμβαίνει, περὶ τούτων ἐπισκεπτέον ὕστερον, ὅπως τακτέον, ὅταν περὶ τῶν ἐνταῦθα ζητῶμεν.

I. Dictum jam est de essentia, et quid nobis potissimum videatur, et quomodo sententiæ Platonicæ sit consentaneum: oportet vero deinceps de altera natura considerare: numquid eadem hic genera, quæ et ibi, ponere debeamus, an hic plura, ultra illa insuper alia quædam asseverantes? An omnino hic atque ibi diversa? An forte alia quidem hic, sicut et ibi, alia vero aliter sint ponenda? Oportet tamen, quando eadem hic et ibi ponimus, sic accipere, ac si æquivoce et per analogiam, id est proportionalem quandam similitudinem, ita dicamus. Id autem tunc demum clarius apparebit, quando hæc ipsa singulatim cognita fuerint. Principium itaque nobis erit hujusmodi. Cum sermo nobis de sensibilibus habeatur, omne vero sensibile hoc mundo comprehendatur, necessarium nobis est de mundo in primis inquirere, dividentibus hujus mundi naturam, atque dividendo ea, ex quibus est constitutus, secundum genera rite disponere: perinde ac si vocem, quæ infinita est, partiremur in quendam certum numerum redigentes: dum videlicet, quod illic in multis idem est, reduceremus in unum: deinde rursus aliud, rursusque similiter aliud, quousque in quodam numero illorum quodlibet poneremus, quod est in singulis, speciem appellantes; quod vero in speciebus, genus esse dicentes. In voce quidem speciem quamlibet, simulque cunctas nobis illic occurrentes in unum colligere plane liceret, ac de omnibus elementum vocale sive literale, vel vocem pariter prædicare. At vero in his, quæ nunc indagamus, impossibile est similiter prædicare, quemadmodum in superioribus demonstravimus. Quapropter plura genera cogimur indagare, atque huic universo alia, quam illic, assignare: quandoquidem et universum hoc est ab illo diversum, neque cum illo univoca convenit ratione, sed est æquivocum et imago. Quoniam vero et hic in mixtione atque compositione diversa sunt, et aliud quidem corpus est, aliud anima: universum namque est animal, ipsa vero natura animæ in illo intelligibili mundo consistens, non congruit in eodem ordine cum illa, quæ hic essentia nominatur: ideo segreganda est ipsa quidem, quamvis sit arduum, segreganda tamen a præsenti naturæ hujus conditione, quam in præsentia pertractamus: ceu si quis, volens civitatis alicujus cives disponere per census aut honores aut artes, peregrinos et advenas relinquat a civibus segregatos. De passionibus autem, quotcumque una cum corpore vel propter corpus animæ accidunt, tunc demum, quomodo sint disponendæ, tractabimus, postquam de his, quæ hoc mundo proprie continentur, disputaverimus.

In mundo quidem intelligibili essentiam veram ponit: in hoc autem apparentem, ac pro essentia fluentium. Item confutat eos, qui genera hic non recte disponunt, nondum tamen ipse disponit.

Β'. Καὶ πρῶτον περὶ τῆς λεγομένης οὐσίας θεωρητέον, συγχωροῦντας τὴν περὶ τὰ σώματα φύσιν ὁμωνύμως ἢ οὐδὲ ὅλως οὐσίαν, διὰ τὸ ἐφαρμόττειν τὴν ἔννοιαν ῥεόντων, ἀλλὰ γένεσιν οἰκείως λέγεσθαι. Εἶτα τῆς γενέσεως τὰ μὲν τοιὰ, τὰ δὲ τοιὰ, καὶ τὰ μὲν σώ-

II. Principio de illa, quæ nominatur essentia, videtur agendum, concedendumque in primis corpoream hanc naturam æquivoce essentiam nominari, vel nullo modo essentiam nominandam, quia fluentium notio congruat, sed proprie generationem esse dicendam. Præterea generationis alia quidem ejusmodi esse, alia vero illiusmodi,

ματα εἰς ἓν, τά τε ἁπλᾶ, τά τε σύνθετα, τά τε συμβεβηκότα, ἢ παρακολουθοῦντα, διαιροῦντας ἀπ' ἀλλήλων καὶ ταῦτα· ἢ τὸ μὲν ὕλην, τὸ δὲ εἶδος ἐπ' αὐτῇ, καὶ χωρὶς ἑκάτερον ὡς γένος, ἢ ὑφ' ἓν ἄμφω, ὡς οὐσίαν ἑκάτερον ὁμωνύμως, ἢ γένεσιν. Ἀλλὰ τί τὸ κοινὸν ἐπὶ ὕλης καὶ εἴδους; Πῶς δὲ γένος ἡ ὕλη, καὶ τίνων; τίς γὰρ διαφορὰ ὕλης; ἐν τίνι δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τακτέον; εἰ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἴη αὐτὸ ἡ σωματικὴ οὐσία, ἐκείνων δὲ ἑκάτερον οὐ σῶμα, πῶς ἂν ἐν ἑνὶ τάττοιτο καὶ τῷ αὐτῷ μετὰ τοῦ συνθέτου; πῶς δ' ἂν τὰ στοιχεῖά τινος μετ' αὐτοῦ; εἰ δ' ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀρχοίμεθα, ἀρχοίμεθ' ἂν ἀπὸ συλλαβῶν. Διὰ τί δὲ οὐκ ἀνάλογον, εἰ καὶ μὴ κατὰ ταὐτὰ ἡ διαίρεσις, λέγοιμεν ἄν, ἀντὶ μὲν τοῦ ἐκεῖ ὄντος, ἐνταῦθα τὴν ὕλην, ἀντὶ δὲ τῆς ἐκεῖ κινήσεως, ἐνταῦθα τὸ εἶδος, οἷον ζωήν τινα καὶ τελείωσιν τῆς ὕλης, τῆς δὲ ὕλης τὴν οὐκ ἔκστασιν κατὰ τὴν στάσιν. Καὶ τὸ ταὐτὸν, καὶ θάτερον, οὔσης καὶ ἐνταῦθα ἑτερότητος πολλῆς, καὶ ἀνομοιότητος μᾶλλον· ἢ πρῶτον μὲν ἡ ὕλη οὐχ οὕτως ἔχει, καὶ λαμβάνει τὸ εἶδος ὡς ζωὴν αὐτῆς, οὐδὲ ἐνέργειαν αὐτῆς, ἀλλ' ἕπεισιν ἀλλαχόθεν, οὐκ ὄν τι ἐκείνης. Εἶτα ἐκεῖ τὸ εἶδος ἐνέργεια καὶ κίνησις· ἐνταῦθα δὲ ἡ κίνησις ἄλλο, καὶ συμβεβηκὸς, τὸ δὲ εἶδος στάσις αὐτῆς μᾶλλον, καὶ οἷον ἡσυχία· ὁρίζει γὰρ ἀόριστον οὖσαν· τό τε ταὐτὸν ἐκεῖ, καὶ τὸ ἕτερον, ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου ὄντος· ἐνταῦθα δὲ ἕτερον μεταλήψει, καὶ πρὸς ἄλλο, καὶ τι ταὐτὸν καὶ ἕτερον, οὐδ' ὡς ἐκεῖ εἴη ἄν τι ἐν τοῖς ὑστέροις, τι ταὐτὸν καὶ τι ἕτερον· στάσις δὲ τῆς ὕλης πῶς, ἐπὶ πάντα ἑλκομένης μεγέθη, καὶ ἔξωθεν τὰς μορφὰς, καὶ οὐκ αὐτάρκους ἑαυτῇ μετὰ τούτων τὰ ἄλλα γεννᾶν; ταύτην μὲν οὖν τὴν διαίρεσιν ἀφετέον.

dicendum videtur. Et corpora quidem in unum accumulanda, cum simplicia, tum composita, et accidentia illorum atque consequentia, hæc quoque interim inter se dividendo: aut dicendum alicui videri potest, hoc quidem esse materiam, illud autem speciem in materia, et seorsum utrumque tanquam genus, aut ambo in unum concilianda, tanquam utrumque æquivoce nominetur essentia sive substantia, aut proprie generatio. Verum quidnam commune materiæ simul est atque formæ? Et quomodo materia potest esse genus? quorumve genus? quoniam et mirandum est, quænam differentia materiæ sit. Præterea in quonam potissimum, quod est ex utrisque compositum, collocare debemus? Quodsi, quod ex utrisque constat, substantia corporea sit, neutrum vero duorum sit corpus, quonam pacto in uno eodemque duo hæc una cum composito poni debent? Et quonam pacto, quæ alicujus elementa sunt, cum illo simul in eodem constitui possunt? Si quis autem dixerit, a corporibus incipere nos debere, perinde monebit, ac si præceperit in dictionibus pertractandis a syllabis inchoandum. Quid vero prohibet, si non licet secundum naturam eandem partiri, saltem secundum analogiam et proportionem quandam hæc ita dividere, ut loco entis ipsius illic existentis ponamus hic materiam? pro motu autem entis illius hic formam velut vitam quandam perfectionemque materiæ? Tum pro eo, quod illic est ipsum idem atque status, hic materiæ conditionem quandam a se minime discedentem: quin etiam alteritatis ipsius vice rerum harum diversitatem dissimilitudinemque quam plurimam opposita superantem. Sed profecto materia non sic habet et accipit formam, tanquam ipsius vitam aut actum, sed ingreditur aliunde forma, nec aliquid est materiæ. Præterea species quidem illic actus est atque motus: hic vero motus est aliud atque contingens: species autem status ipsius magis et quasi quies: definit namque illam secundum se infinitam. Quin etiam ipsum idem et ipsum alterum illic ideo sunt, quia unum illic exsistit ipsum idem et unum ipsum alterum: hic autem alterum participatione dicitur, et ad aliud, et aliquid idem et aliquid alterum, nec sicut ibi ita in posterioribus ipsum dicitur, sed idem aliquid et alterum similiter aliquid. Status autem quomodo assignari materiæ poterit, quæ ad omnes distrahitur magnitudines, et formas accipit ab externis, neque per se sufficit una cum his alia generare? Hanc ergo divisionem prætermittere decet.

Quæcumque proprie sunt in mundo sensibili, probabiliter ad quinque genera referri posse videntur. Primum genus sit substantia: secundum accidens, quod in substantia: tertium accidens, in quo substantia: quartum motus: quintum relatio. In primo genere quodammodo colligantur materia, forma, compositum: in secundo quantitas, qualitas, figura: in tertio locus, tempus: in quarto actio, passio: in quinto quam plurima quomodocumque relationem significantia.

Γ'. Πῶς δὲ λέγομεν; ἔστι δὴ πρῶτον οὕτως, τὸ μὲν ὕλην εἶναι, τὸ δ' εἶδος, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν, τὰ δὲ περὶ ταῦτα, τῶν δὲ περὶ ταῦτα τὰ μὲν κατηγορούμενα μόνον, τὰ δὲ καὶ συμβεβηκότα, τῶν δὲ συμβεβηκότων τὰ μὲν ἐν αὐτοῖς, τὰ δὲ αὐτὰ ἐν ἐκείνοις, τὰ δὲ ἐνεργήματα αὐτῶν, τὰ δὲ πάθη, τὰ δὲ παρακολουθήματα, καὶ τὴν μὲν ὕλην, κοινὸν μὲν καὶ ἐν πάσαις ταῖς οὐσίαις, οὐ μὴν γένος, ὅτι μηδὲ διαφορὰς ἔχει, εἰ μή τις τὰς διαφορὰς κατὰ τὸ τὴν μὲν πυρίνην, τὴν δὲ τὴν ἀέρος μορφὴν ἔχειν. Εἰ δέ τις ἀρκοῖτο τῷ κοινῷ τῷ ἐν πᾶσιν οἷς ἔστιν ὕλην εἶναι, ἢ ὡς ὅλον πρὸς μέρη, ἄλλως γένος ἂν εἴη· καὶ στοιχεῖον δὲ ἓν τοῦτο, δυναμένου καὶ τοῦ στοιχείου γένους εἶναι· τὸ δὲ εἶδος, προσκειμένου τοῦ περὶ τὴν ὕλην ἢ ἐν ὕλῃ, τῶν μὲν ἄλλων εἰδῶν χωρίζει, οὐ μὴν περιλαμβάνει πᾶν εἶδος οὐσιῶδες. Εἰ δὲ εἶδος λέγομεν τὸ ποιητικὸν οὐσίας, καὶ λόγον τὸν οὐσιώδη κατὰ τὸ εἶδος, οὕτω τὴν οὐσίαν εἰποῦμεν πῶς δεῖ λαμβάνειν. Τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν εἰ τοῦτο

III. Quomodo igitur distinguemus? Primo quidem ita licet: profecto hoc esse materiam, illud vero formam, aliud autem ex utrisque permixtum: tum reliqua circa hæc esse: atque eorum, quæ circa hæc versantur, alia quidem tantum esse de his prædicata, alia vero esse insuper contingentia, quin etiam contingentium sive accidentium, alia his inesse, in aliis vicissim hæc exsistere: præterea alia horum actiones, alia passiones, alia denique consequentia. Dicere quoque licet, materiam esse commune quiddam, in omnibusque substantiis, neque tamen esse genus, quoniam nullas differentias habet, nisi quis forte differentias ejus accipiat ex eo, quod materia hæc igneam, illa vero aeriam subeat formam. Si quis autem ad hoc, ut materia genus sit, sufficere putet, quod commune quiddam sit omnibus, quibus licet subesse materiam, aut forte ex eo, quod ipsa materia erga materias quodammodo multas se habeat, sicut totum ad partes, aliter, quam proprie dici soleat, genus foret. Atque elementum erit hoc unum, siquidem possit et elementum esse genus. Species autem, si additum ei fuerit, ut circa materiam sit, vel in materia, per hujusmodi conditionem a speciebus aliis separabitur, non tamen essentialem omnem speciem amplectetur. Sin autem speciem appellamus id ipsum, quod essentiæ sit effectivum, essentialemque rationem secundum speciem, adhuc in ambiguitate versabimur. Nondum enim, quomodo accipienda sit essentia sive sub-

μόνον οὐσίαν, ἐκεῖνα οὐκ οὐσίας. Εἰ δὲ κἀκεῖνα καὶ τοῦτο, τί τὸ κοινὸν, σκεπτέον. Τὰ δὲ κατηγορούμενα μόνον ἐν τῷ πρός τι ἂν εἴη, οἷον αἴτιον εἶναι, στοιχεῖον [δὲ] εἶναι. Τῶν δὲ ἐν αὐτοῖς συμβεβηκότων τὸ μὲν ποσὸν εἶναι, τὸ δὲ ποιὸν εἶναι, ἃ ἐν αὐτοῖς· τὰ δ' αὐτὰ ἐν ἐκείνοις, ὡς τόπος καὶ χρόνος, τὰ δὲ ἐνεργήματα αὐτῶν καὶ πάθη, ὡς κινήσεις, τὰ δὲ παρακολουθήματα, ὡς τόπος καὶ χρόνος, ὁ μὲν τῶν συνθέτων, ὁ δὲ τῆς κινήσεως, ὁ χρόνος. Καὶ τὰ μὲν τρία εἰς ἓν εὕροιμεν κοινόν τι, τὴν ἐνταῦθα ὁμώνυμον οὐσίαν· εἶτα τὰ ἄλλα ἐφεξῆς, πρός τι, ποσὸν, ποιὸν, ἐν χρόνῳ, ἐν τόπῳ, κίνησις, τόπος, χρόνος, ἢ ληφθέντος τόπου καὶ χρόνου, περιττὸν τὸ ἐν χρόνῳ καὶ τόπῳ· ὥστε εἶναι πέντε, ὡς ἓν τῶν πρώτων τριῶν· εἰ δὲ μὴ, εἰς ἓν τὰ τρία ἔσται, ὕλη, εἶδος, συναμφότερον, πρός τι, ποσὸν, ποιὸν, κίνησις, ἢ καὶ ταῦτα εἰς τὰ πρός τι· περιεκτικὸν γὰρ μᾶλλον.

stantia, declarabimus. Proinde si solum, quod est ex utrisque compositum, affirmetur esse substantia, duo illa substantiæ minime erunt. Quodsi et hoc simul et illa, reliquum erit, quidnam his omnibus commune sit, indagare. Quæ vero solum prædicata dicuntur, forsan in ordine relationis erunt, velut esse causam, et elementum esse. Sed eorum, quæ accidentia sunt in illis, aliud est, ut esse quantum, aliud rursus, ut quale quæ proprie sunt in ipsis. Sunt et quædam, in quibus illa ipsa sunt, quemadmodum locus atque tempus: quin etiam actiones eorum et passiones se habent velut motus: tum vero consequentia, ceu locus et tempus: locus quidem compositorum, tempus autem motionis. Proinde tria quidem prima forsan inveniemus in unum commune concurrere, scilicet in substantiam hic æquivoce dictam. Post hæc alia deinceps, relatio, quantitas, qualitas, in tempore, in loco, motus, locus, tempus, quamvis accepto semel loco atque tempore, supervacuum sit afferre rursus, quod in tempore, quod in loco. Quapropter licebit quinque numerare, siquidem tria prima computentur ut unum. Sin autem tria illa non computentur in unum, sic utique disponentur, materia, species, compositum, relatio, quantitas, qualitas, motus: vel hæc fortasse relatione comprehendentur: nam relatio latius comprehendit.

Substantiæ corporeæ proprium est, ut accidentium sustentaculum sit, ipsa vero nulli tanquam accidens innitatur, sed sui juris existat. Id autem solius substantiæ proprium tribus substantiis est commune, scilicet materiæ, formæ, composito.

Δ'. Τί οὖν ταὐτὸν ἐν τοῖς τρισὶ, καὶ τί ἔσται, ὃ ταῦτα ποιεῖ οὐσίαν τὴν ἐν τούτοις; ἆρα ὑποβάθραν τινὰ τοῖς ἄλλοις; ἀλλ' ἡ μὲν ὕλη ὑποβάθρα καὶ ἕδρα δοκεῖ τῷ εἶδει εἶναι· ὥστε τὸ εἶδος οὐκ ἔσται ἐν οὐσίᾳ, τό τε σύνθετον ἄλλοις ὑποβάθρα καὶ ἕδρα, ὥστε καὶ τὸ εἶδος μετὰ τῆς ὕλης ὑποβεβλήσεται τοῖς συνθέτοις· ἢ πᾶσί γε τοῖς μετὰ τὸ σύνθετον, οἷον ποσῷ, ποιῷ, κινήσει. Ἀλλ' ἆρα τὸ μὴ ἑτέρου ὃ λέγεται; λευκὸν μὲν γὰρ καὶ μέλαν, ἄλλου τοῦ λελευκωμένου, καὶ τὸ διπλάσιον δὲ ἑτέρου· λέγω δὲ οὐ τοῦ ἡμίσεος εἶναι, ἀλλὰ ξύλον διπλάσιον, καὶ πατὴρ ἄλλου, ᾧ πατήρ ἐστι, καὶ ἐπιστήμη δὲ ἄλλου, τοῦ ἐν ᾧ, καὶ τόπος δὲ πέρας ἄλλου, καὶ χρόνος μέτρον ἄλλου, πῦρ δὲ οὐκ ἄλλου, οὐδὲ ξύλον, καθ' ὃ ξύλον, ἄλλου, οὐδ' ἄνθρωπος ἄλλου, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδ' ὅλως ἡ σύνθετος οὐσία, οὐδὲ τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν εἶδος, ἄλλου, ὅτι οὐκ ἄλλου πάθος ἦν· οὐ γὰρ τῆς ὕλης εἶδος, τοῦ δὲ συναμφοτέρου μέρος· τὸ δὲ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος καὶ ὁ ἄνθρωπος ταὐτὸν, καὶ ἡ ὕλη μέρος ὅλου, καὶ ἄλλου, ὡς τοῦ ὅλου, οὐχ ὡς ἑτέρου ὄντος ἐκείνου, οὗ λέγεται· λευκὸν δὲ ὃ λέγεται εἶναι, ἑτέρου ἐστίν. Ὃ οὖν ἄλλου ὂν ἐκείνου λέγεται, οὐκ οὐσία· οὐσία τοίνυν, ὃ, ὅπερ ἐστὶν, αὐτοῦ ἐστιν· ἢ μέρος ὂν τοιούτου συμπληρωτικόν ἐστι συνθέτου, ὄντος μὲν αὐτοῦ, ἕκαστον μὲν ἢ ἑκάτερον αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὸ σύνθετον ἄλλον τρόπον ἐκείνου λεγόμενον· ἢ εἰ μὲν μέρος, πρὸς ἄλλο λεγόμενον, ὂν καθ' αὑτὸ δὲ φύσει, ἐν τῷ εἶναι, ὃ ἐστιν, οὐχ ἑτέρου λεγόμενον. Κοινὸν δὲ καὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπί τε τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους καὶ τοῦ συναμφοτέρου, ἀλλὰ ἄλλως μὲν ἡ ὕλη τῷ εἴδει, ἄλλως δὲ τὸ εἶδος τοῖς πάθεσι, καὶ τὸ συναμφότερον· ἢ οὔτε ἡ ὕλη ὑποκείμενον τῷ εἴδει, τελείωσις γὰρ τὸ εἶδος αὐτῆς καθ' ὅσον ὕλη καὶ καθ' ὅσον δυνάμει, οὐδ' αὖ τὸ εἶδος ἐν ταύτῃ· μεθ' οὗ γάρ τι ἀπαρτίζει ἕν τι,

IV. Quidnam igitur in tribus illis commune est? quidve est, quod efficit, ut hæc essentia sive substantia sint? Substantia, inquam, qualis in rebus inferioribus esse potest. Numquid horum quodlibet propterea substantia est, quia sit fundamentum quoddam, et susceptaculum aliorum? At vero materia quidem susceptaculum sedesque speciei videtur esse, species autem non adeo videtur esse sedes: quapropter species non erit in substantiæ genere. Compositum quoque reliquis profecto multis fundamentum est atque sedes: itaque et species una videlicet cum materia subjicietur compositis, vel potius omnibus, quæ sequuntur compositum, velut quantitati, qualitati, motui. Num forte, quod substantia est, idcirco est hoc ipsum, quoniam hoc ipsum, quod dicitur, non est alterius? Albedo enim atque nigredo alterius est, dealbati videlicet, vel denigrati. Duplum quoque alterius est: non dico in præsentia dimidii duplum, sed lignum duplum: et pater, qua pater alterius est. Item scientia est illius, in quo exsistit: rursum locus terminus est alterius: et tempus alterius est mensura: ignis autem non est alterius, neque lignum, qua lignum, alterius est. Similiter neque homo, neque Socrates, neque omnino composita ulla substantia. Atqui neque etiam species, quæ secundum essentiam est, alterius est, quoniam nullius est passio. Non enim materiæ species est: est tamen pars compositi: hominis vero species atque homo idem est. Materia quoque pars est totius, atque alterius est, quatenus est totius: non tanquam alterum illud exsistat, cujus ipsa dicitur: albedo vero hoc ipsum, quod dicitur, est alterius. Quod igitur, alterius exsistens, illius et dicitur, non est substantia. Substantia igitur est id quidem, quod certe hoc ipsum, quod est, sui ipsius exsistit. Aut certe, si alicujus pars esse dicatur, compositum ipsum compleat, dum profecto quodlibet vel utrumque sui ipsius exsistit, sed erga compositum alio quodam pacto illius esse dicitur. Aut certe, qua ratione pars est, ad aliud quidem dicitur: qua vero secundum naturam suam est, in eo, quod sit, id quod est, dicitur esse nullius. Esse vero subjectum videtur esse commune cum materiæ, tum speciei, tum composito: sed aliter quidem materia speciei subjecta est, aliter autem species passionibus, aliter vero compositum: vel potius neque materia speciei subjectum est. Species namque perfectio est illius, et qua materia est, et qua est in potentia. Neque rursus species in hac exsistit: ubi enim aliquid una cum aliquo unum

οὐκ ἔσται θάτερον ἐν θατέρῳ, ἀλλ' ἄμφω, ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος, δμοῦ ὑποκείμενα ἄλλῳ, οἷον ἄνθρωπος, καὶ τὶς ἄνθρωπος ὑπόκεινται τοῖς πάθεσι, καὶ προϋπάρχουσι τῶν ἐνεργειῶν καὶ τῶν παρακολουθούντων, καὶ ἀφ' ἧς δὲ τὰ ἄλλα, καὶ δι' ἣν τὰ ἄλλα, καὶ περὶ ὃ τὸ πάσχειν, καὶ ἀφ' ἧς τὸ ποιεῖν.

aliquid conficit, non erit alterum illic in altero : sed ambo, materia speciesque, simul subjecta sunt alteri, velut homo atque aliquis homo passionibus quidem subjiciuntur, præceduntque actiones et consequentia. Videbitur itaque substantia esse, a qua sunt alia, et propter quam alia, idque esse circa quod sit pati, et a quo sit agere.

Solius substantiæ proprium est, ut nec usquam velut in subjecto insit, nec de subjecto aliquo tanquam extraneum aliquid prædicetur. Item, quando aliqua, quæ corporeis generibus propria sunt, in mundo incorporeo nominamus, non secundum rationem naturamque eandem, sed per comparationem et similitudinem illis hæc attribuimus.

Ε'. Ἀκουστέον δὲ ταῦτα περὶ τῆς ἐνθάδε οὐσίας λεγομένης. Εἰ δέ πῃ ταῦτα καὶ ἐπ' ἐκείνης συμβαίνει, ἴσως μὲν κατ' ἀναλογίαν καὶ δμωνύμως. Καὶ γὰρ τὸ πρῶτον ὡς πρὸς τὰ μετ' αὐτὸ λέγεται· οὐ γὰρ ἁπλῶς πρῶτον, ἀλλ' ἔστιν ὡς πρὸς ἐκεῖνα ἔσχατα, ἄλλα πρῶτα μετ' ἐκεῖνα· καὶ τὸ ὑποκείμενον ἄλλως, καὶ τὸ πάσχειν, εἰ ἐκεῖ, ἀμφισβητεῖται, καὶ εἰ κἀκεῖ, ἄλλο τὸ ἐκεῖ πάσχειν· καὶ τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι κατὰ πάσης οὐσίας, εἰ τὸ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι δεῖ μὴ ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ ἐν ᾧ ἐστι, μηδ' οὕτως, ὥστε μηδὲ συντελεῖν μετ' ἐκείνου εἰς ἕν τι. Μεθ' οὗ γὰρ συντελεῖ εἰς σύνθετον οὐσίαν, ἐν ἐκείνῳ, ὡς ἐν ὑποκειμένῳ, οὐκ ἂν εἴη· ὥστε μήτε τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι ὡς ἐν ὑποκειμένῳ, μήτε τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ Σωκράτει, μέρος ὄντα Σωκράτους. Ὃ οὖν μὴ ἐν ὑποκειμένῳ, οὐσία· εἰ δὲ λέγομεν μήτε ἐν ὑποκειμένῳ μήτε καθ' ὑποκειμένου, προσθετέον ὡς ἄλλου, ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος λεγόμενος κατὰ τοῦ τινὸς ἀνθρώπου περιλαμβάνηται τῷ λόγῳ ἐν τῇ προσθήκῃ τῇ μὴ κατ' ἄλλου. Ὅταν γὰρ τὸν ἄνθρωπον κατηγορῶ τοῦ Σωκράτους, οὕτως λέγω, οὐχ ὡς τὸ ξύλον λευκὸν, ἀλλ' ὡς τὸ λευκὸν λευκόν· τὸν γὰρ Σωκράτην λέγων ἄνθρωπον, τὸν τινὰ ἄνθρωπον λέγω ἄνθρωπον, καὶ τοῦ ἐν τῷ Σωκράτει ἀνθρώπου τὸν ἄνθρωπον· τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ τὸν Σωκράτην Σωκράτην λέγειν, καὶ ἔτι τῷ κατὰ ζώου λογικοῦ τοιοῦδε τὸ ζῷον κατηγορεῖν. Εἰ δέ τις λέγοι μὴ ἴδιον εἶναι τῆς οὐσίας τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι, τὴν γὰρ διαφορὰν μηδ' αὐτὴν εἶναι τῶν ἐν ὑποκειμένῳ, μέρος οὐσίας λαμβάνων τὸ δίπουν, τοῦτο οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ φησὶν εἶναι, ἐπεὶ εἰ μὴ τὸ δίπουν λαμβάνοι, ὃ ἔστι τοιάδε οὐσία, ἀλλὰ τὸ διποδίαν, μὴ οὐσίαν λέγων, ἀλλὰ ποιότητα, ἐν ὑποκειμένῳ ἔσται τὸ δίπουν. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ χρόνος ἐν ὑποκειμένῳ, οὐδ' ὁ τόπος· ἀλλ' εἰ μὲν τὸ μέτρον λαμβάνεται κινήσεως κατὰ τὸ μεμετρημένον, τὸ μέτρον ἐν τῇ κινήσει ὑπάρξει, ὡς ἐν ὑποκειμένῳ, ἥ τε κίνησις ἐν τῷ κινουμένῳ· εἰ δὲ τὸ κατὰ τὸ μετροῦν λαμβάνεται, ἐν τῷ μετροῦντι ἔσται τὸ μέτρον· ὁ δὲ τόπος, πέρας τοῦ περιέχοντος ὢν, ἐν ἐκείνῳ· καὶ τὸ περὶ ταύτην τὴν οὐσίαν, περὶ ἧς ὁ λόγος γίγνεται ἐναντίως, ἢ κατὰ ἓν τούτων, ἢ κατὰ πλείω, ἢ κατὰ πάντα τὰ εἰρημένα λαμβάνεσθαι τὴν οὐσίαν τὴν τοιαύτην, ἁρμοττόντων καὶ τῇ ὕλῃ καὶ τῷ εἴδει καὶ τῷ συναμφοτέρῳ τῶν εἰρημένων.

V. Accipienda vero sunt hæc de ea substantia, quæ hic esse dicitur. Si quo vero pacto substantiæ quoque superiori conveniant, fortasse congruent per analogiam quandam appellationemque æquivocam. Jam vero et quod appellatur primum, comparatione quadam ad illa, quæ sequuntur, sic appellatur. Non enim simpliciter cognominatur primum, sed ad illa potius, quæ sunt infima : quin etiam, quæ mox sequuntur, erga illa similiter appellantur prima, quæ perinde sequuntur. Præterea, quod subjectum dicitur, hic et ibi se aliter habet : quin etiam dubitatur, utrum sit ibi passio, ac si ibi sit, aliud certe ibi, atque hic, est pati. Videtur item omni substantiæ convenire in subjecto non esse : si modo hoc ipsum, quod est in subjecto, oportet non esse partem ejus, in quo est, neque oportet etiam una cum eo concurrere ad aliquid unum simul conficiendum. Quod enim cum aliquo conducit ad substantiam componendam, in eo, tanquam in subjecto, esse non potest : quapropter neque forma videtur in materia esse tanquam subjecto, neque homo in Socrate, quippe cum sit pars Socratis. Quod ergo non est in subjecto, substantia judicatur : si autem dicamus, id ipsum esse substantiam, quod neque in subjecto est, neque dicitur de subjecto, adjungendum est de subjecto, inquam, tanquam de alio quodam, ut in ea descriptione substantiæ, qua adjungendo dicimus substantiam non prædicari de alio, homo etiam comprehendatur de quodam homo prædicatus. Quando enim hominem de Socrate prædico, ita dico non tanquam lignum album, sed tanquam album esse album. Nam quando Socratem esse hominem dico, tunc hominem aliquem esse fateor hominem, atque de ipso homine, qui est in Socrate, hominem prædico : hoc autem idem est, ac si dicamus Socratem esse Socratem, atque etiam perinde, ac si de animali rationali ejusmodi animal prædicemus. Verum, si quis objecerit, non esse id substantiæ proprium, quod dici solet in subjecto non esse, differentiam enim ex eorum esse numero, quæ in subjecto non sint : ille certe, si tanquam essentiæ partem acceperit, quod bipes dicitur, hoc utique in subjecto non esse fatebitur : quandoquidem, nisi hoc ipsum bipes sic acceperit, tanquam sit essentia talis, sed intellexerit bipedalitatem, nimirum nullam dicet substantiam, sed qualitatem, ideoque, quod bipes dicitur, in subjecto jam erit. Sed neque tempus esse in subjecto videtur, neque locus : verum, si mensura motionis de tempore accipiatur secundum ipsum mensuratum, certe et mensura erit in motu, ceu subjecto, et motus in eo similiter, quod movebitur. Sin autem secundum mensurantem intelligatur, mensura erit in mensurante : locus autem, cum sit terminus continentis, in eodem erit similiter continente. Contra vero se res habet circa hanc essentiam, de qua in præsentia disputamus, circa quam probabile videtur vel secundum unum aliquid eorum, quæ dicta sunt, vel plura, vel omnia, substantiam talem accipere : dum videlicet ea, quæ dicta sunt, materiæ et formæ et composito congruunt.

Ens non secundum eandem rationem, sed diversam quidem, quamvis per quandam similitudinem, prædicatur de substantia incorporea et corporea, atque de accidente.

Substantia corporea, comparata quidem ad incorpoream, non habet esse ex se, sed ex illa : comparata vero ad accidentia sua, obtinet esse secundum se, et prius atque simpliciter : accidentia vero sortiuntur esse per illam, posteriusque et esse quodammodo. Fit autem hic quasi vicissitudo quædam : nam et accidens per substantiam habet simpliciter esse, et substantiam per accidentia nanciscitur esse tale, vel tali quodam pacto.

Ϛ'. Εἰ δέ τις λέγοι, ὡς ταῦτα μὲν ἔστω τεθεωρημένα περὶ τὴν οὐσίαν, ὃ δ' ἔστιν, οὐκ εἴρηται, αἰτεῖ ἔτι ἴσως αἰσθητὸν ἰδεῖν τοῦτο. Τὸ δ' ἔστι τοῦτο καὶ τὸ εἶναι οὐκ ἂν ὁρῷτο. Τί οὖν; τὸ πῦρ οὐκ οὐσία καὶ τὸ ὕδωρ; οὐσία οὖν ἑκάτερον, ὅτι ὁρᾶται; οὔ· ἀλλὰ τῷ ὕλην ἔχειν; οὔ· ἀλλὰ τῷ εἶδος; οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' οὐδὲ τῷ συναμφότερον. Ἀλλὰ τίνι δή; τῷ εἶναι. Ἀλλὰ καὶ τὸ ποσὸν ἔστι, καὶ τὸ ποιὸν ἔστιν. Ἡμεῖς δὴ φήσομεν ἆρα, ὅτι ὁμωνύμως· ἀλλὰ τί τὸ ἐπὶ πυρὸς καὶ γῆς καὶ τῶν τοιούτων, τὸ ἔστι; καὶ τίς ἡ διαφορὰ τούτου τοῦ ἔστι, καὶ τοῦ ἐπὶ τῶν ἄλλων; ἢ ὅτι τὸ μὲν ἁπλῶς εἶναι λέγει καὶ ἁπλῶς ὄν, τὸ δὲ λευκὸν εἶναι. Τί οὖν; τὸ εἶναι τὸ προσκείμενον τῷ λευκῷ ταὐτὸν τῷ ἄνευ προσθήκης; οὐχί· ἀλλὰ τὸ μὲν πρώτως ὄν, τὸ δὲ κατὰ μετάληψιν καὶ δευτέρως· τό τε γὰρ λευκὸν προστεθὲν τῷ ὄντι πεποίηκε λευκὸν τὸ ὄν· τό τε ὂν τῷ λευκῷ προστεθὲν πεποίηκε τὸ ὂν λευκόν, ὥστε ἑκατέρῳ, τῷ μὲν ὄντι συμβεβηκὸς τὸ λευκὸν, τῷ δὲ λευκῷ συμβεβηκὸς τὸ ὄν. Καὶ οὐχ οὕτω λέγομεν, ὡς ἂν εἴποι τις τὸν Σωκράτην λευκὸν, καὶ τὸ λευκὸν Σωκράτην, ἐν γὰρ ἀμφοτέροις ὁ Σωκράτης ὁ αὐτός. Ἀλλ' ἴσως τὸ λευκὸν οὐ ταὐτόν· ἐπεὶ γὰρ τοῦτο λευκὸν Σωκράτης ἐμπεριείληπται ὁ Σωκράτης τῷ λευκῷ· ἐν δὲ τῷ Σωκράτης λευκὸς καθαρῶς συμβεβηκὸς τὸ λευκόν· καὶ ἐνταῦθα τὸ ὂν λευκὸν συμβεβηκὸς ἔχει τὸ λευκὸν, ἐν δὲ τῷ τὸ λευκὸν ὄν, τὸ λευκὸν συνειλημμένον τῷ ὄν· καὶ ὅλως τὸ μὲν λευκὸν ἔχει τὸ εἶναι, ὅτι περὶ τὸ ὂν καὶ ἐν ὄντι· παρ' ἐκείνου οὖν τὸ εἶναι· τὸ δὲ ὂν παρ' αὐτοῦ τὸ ὄν, παρὰ δὲ τοῦ λευκοῦ τὸ λευκὸν, οὐχ ὅτι αὐτὸ ἐν τῷ λευκῷ, ἀλλ' ὅτι τὸ λευκὸν ἐν αὐτῷ. Ἀλλ' ἐκεῖ καὶ τοῦτο τὸ ὂν τὸ ἐν τῷ αἰσθητῷ οὐ παρ' αὐτοῦ ὄν, λεκτέον, ὅτι παρὰ τοῦ ὄντως ὄντος ἔχει τὸ ὄν, παρὰ δὲ τοῦ ὄντως λευκοῦ ἔχει τὸ λευκὸν εἶναι, κἀκείνου τὸ λευκὸν ἔχοντος κατὰ μετάληψιν τοῦ ἐκεῖ ὄντος ἔχοντος τὸ εἶναι.

VI. Si quis autem dixerit, hæc quidem considerata fuisse circa essentiam sive substantiam; quid vero ipsa sit, non fuisse dictum, forsan ulterius exigit sensibile hoc inspicere. At vero hoc ipsum est atque esse inspici nequit. Quid ergo? nonne ignis et aqua est essentia? essentia sit utrumque : numquid ex eo, quod videantur? nequaquam. An forsan ex eo, quod materiam habeant? Neque etiam ob hoc ipsum. Sed num, quoniam habeant speciem? Neque hanc ob causam : sed neque etiam propterea, quod ibi sit compositum. Quoniam igitur dicuntur essentia? ipso nimirum esse. Verum etiam quantitas est, et qualitas est. Nos vero fortasse dicemus hoc ipsum est de illis atque his æquivoce dici. Sed deinde quæretur, quidnam sit hoc ipsum est in igne et terra ceterisque ejusmodi? et quænam differentia sit hujus ipsius est, atque illius est, quod convenit aliis? Respondebitur forsan, hoc differre, quod hoc quidem est simpliciter esse significat ensque simpliciter, illud vero significat album esse. Quid ergo? numquid ipsum esse, quod albo est adhibitum, idem est atque illud, cui nihil adjungitur? Nequaquam. Sed hoc quidem primo ens exsistit, illud autem secundum participationem graduque secundo : nam et album enti adjunctum ens reddidit album, et ens adjunctum albo album ens effecit : quapropter accidens est enti quidem album, albo vero ens quoque vicissim. Neque ita loquimur, ut aliquis fortasse diceret : Socratem videlicet album, et album Socratem : nam in utrisque Socrates ipse idem est : forte vero album non similiter idem. Ubi enim dicitur, album est Socrates, in albo Socrates est inclusus : ubi vero dicitur, Socrates est albus, album est pure contingens. Atqui et in his, de quibus agimus, ens album accidens habet album : sed ubi dicitur, album est ens, ipsum album quodammodo ens habet inclusum : et omnino album quidem habet esse, quoniam circa ens et in ente versatur : ab illo igitur accipit esse. Ens autem a se ipso quidem ens exsistit : ab albo vero fit album, non quia sit ipsum in albo, sed e converso, quoniam in ipso sit album. At vero, cum et hoc ens, quod in sensibili natura est, non a se ipso sit ens, idcirco dicendum est, ab ipso quidem ente vero ens habere, sed ab ipso vere albo esse album accipere : quippe cum et ens illud habeat esse album secundum participationem quandam ipsius illic exsistentis albi : et vicissim album ipsum habeat esse participatione entis ibi regnantis.

Et materia et forma materialis a causa separata pendent, cui forma est similior, quam materia. Ideo forma magis est ens, et essentia, et substantia, quam materia.

Idcirco nec ens, nec essentia vel substantia prædicatur de materia simul et forma tanquam genus univocum, sed tanquam analogum, id est proportionale genus atque comparabile. Præterea essentia minus adhuc convenit accidentibus, quam substantiis. Nam substantiæ scilicet materia, forma, compositum, communi quadam conditione sui juris exsistunt. Accidentia vero sunt mancipata substantiis. Denique materia superne pendet ex eo, quod minime ideale : forma vero ex eo, quod ideale quam maxime cogitatur.

Ζ'. Εἰ δέ τις λέγοι, παρὰ τῆς ὕλης ἔχειν τὰ τῇδε, ὅσα ἐπ' αὐτῆς, τὸ εἶναι, πόθεν ἕξει ἡ ὕλη τὸ εἶναι καὶ τὸ ὄν, ἀπαιτήσομεν. Ὅτι δὲ μὴ πρῶτον ἡ ὕλη, εἴρηται ἐν ἄλλοις· εἰ δὲ, ὅτι τὰ ἄλλα οὐκ ἂν συστα μὴ ἐπὶ τῆς ὕλης, τὰ αἰσθητὰ φήσομεν· πρὸ τούτων δὲ οὖσαν ὕστερον πολλῶν εἶναι, καὶ τῶν ἐκεῖ, πάντων, οὐδὲν κωλύει ἀμυδρὸν τὸ εἶναι ἔχουσαν καὶ ἧττον, ἢ

VII. Si quis vero dixerit, quæcumque hic sunt in materia, esse ab eadem habere, quæremus, undenam materia esse atque ens habeat. Materiam quidem non esse in rerum ordine primum, alibi diximus : sin autem dicatur, alia non posse consistere, nisi in materia sint, nos ejusmodi esse sensibilia confitebimur. Ipsam vero materiam, quæ ante hæc est, posteriorem esse multis, et iis, quæ ibi sunt, omnibus nihil prohibet : quippe cum obscurum esse habeat, minusque esse, quam illa, quæ sunt in ea :

τὰ ἐφ' αὑτῆς, ὅσῳ τὰ μὲν λόγοι, καὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ ὄντος, ἡ δ' ἄλογος παντελῶς, σκιὰ λόγου καὶ ἔκπτωσις λόγου. Εἰ δέ τις λέγοι, ὅτι τὸ εἶναι αὕτη δίδωσι τοῖς ἐπ' αὐτῆς, ὥσπερ ὁ Σωκράτης τῷ ἐπ' αὐτοῦ λευκῷ, λεκτέον, ὅτι τὸ μὲν μᾶλλον ὂν δοίη ἂν τῷ ἧττον ὄντι τὸ εἶναι ἧττον, τὸ δὲ ἧττον ὂν οὐκ ἂν δοίη τῷ μᾶλλον ὄντι. Ἀλλ' εἰ μᾶλλον ὂν τὸ εἶδος τῆς ὕλης, οὐκέτι κοινόν τι τὸ ὂν κατ' ἀμφοῖν, οὐδ' ἡ οὐσία γένος ἔχον τὴν ὕλην, τὸ εἶδος, τὸ συναμφότερον, ἀλλὰ κοινὰ μὲν πολλὰ αὐτοῖς ἔσται, ἅπερ λέγομεν, διάφορον δὲ ὅμως τὸ εἶναι. Περὶ γὰρ ἐλάττονος ὂν μᾶλλον ὂν προσελθὸν, τάξει μὲν πρῶτον ἂν εἴη, οὐσίᾳ δὲ ὕστερον, ὥστε, εἰ μὴ ἐπ' ἴσης τὸ εἶδος τῇ ὕλῃ καὶ τῷ εἴδει καὶ τῷ συναμφοτέρῳ, κοινὸν μὲν οὐκ ἂν ἔτι εἴη ἡ οὐσία, ὡς γένος· ἄλλως μέντοι ἕξει πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα, ὡς κοινόν τι πρὸς ἐκεῖνα ἔχουσα τῷ αὐτῶν εἶναι, ὡς ζωῆς ἡ μέν τις ἀμυδρὰ, ἡ δ' ἐναργεστέρα, καὶ εἰκόνων ἡ μέν τις ὑποτύπωσις, ἡ δὲ ἐξεργασία μᾶλλον. Εἰ δὲ τῷ ἀμυδρῷ τοῦ εἶναι μετροῖ τις τὸ εἶναι, τὸ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις πλέον ἐῴη, τοῦτο πάλιν αὖ κοινὸν ἔσται τὸ εἶναι. Ἀλλὰ μήποτε οὐχ οὕτω δεῖ ποιεῖν. Ἄλλο γὰρ ἕκαστον ὅλον, ἀλλ' οὐ κοινόν τι τὸ ἀμυδρὸν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ζωῆς, οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι, ἐπὶ θρεπτικῆς καὶ αἰσθητικῆς καὶ νοερᾶς, καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τὸ εἶναι, ἄλλο τὸ ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ εἴδους, καὶ συνάμφω, ἀφ' ἑνὸς ἄλλως καὶ ἄλλως ῥυέντος. Οὐ γὰρ μόνον δεῖ, εἰ τὸ δεύτερον ἀπὸ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ τρίτον ἀπὸ τοῦ δευτέρου, τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἐφεξῆς χεῖρον καὶ ἔλαττον, ἀλλὰ κἂν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄμφω οἷδε τὸ μὲν μᾶλλον μετασχὸν πυρὸς, οἷον κέραμος, τὸ δὲ ἧττον, ὥστε μὴ κέραμος γενέσθαι. Τάχα δὲ οὐδ' ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος· διαφορὰ γὰρ καὶ ἐν ἐκείνοις.

quatenus hæc quidem rationes quædam sunt, magisque sunt ex ente ejusque natura; materia vero rationis omnino sit expers, et quædam rationis umbra casusque rationis. At si quis adduxerit, eam ita esse tradere iis, quæ sunt in ea, quemadmodum Socrates albedini, quæ est in Socrate, dicendum est, quod magis quidem ens est, tradere posse ei, quod est minus ens, esse minus: quod vero minus est, ens nunquam magis enti tribuere. At vero, si species magis ens, quam materia, est, non amplius ipsum ens de utrisque, velut commune aliquid, prædicabitur, neque essentia genus erit, habens sub se materiam et speciem et compositum: verum communia quidem multa iis erunt, quæ jamdiu dicimus: verumtamen ipsum esse differens erit. Quando enim magis ens circa minus ens accedit, hoc ordine quidem prius est, essentiæ vero gradu posterius. Quam ob rem, nisi æque essentia sit species atque materia, rursusque materia atque species et compositum, nunquam essentia commune aliquid iis erit, velut genus: aliter tamen se habebit erga illa, quæ sunt post ipsa, tanquam commune quiddam id habens ad ipsa, quod sui ipsorum proprie sint: quemadmodum in ordine vitæ alia quidem debilis est, alia efficacior; similiterque imaginum hæc levis quædam subfiguratio est, illa vero expressio absolutior. Si quis autem gradu quodam ipsius esse exiguo metiatur esse, quod vero in aliis plus est, omittat, hoc rursus esse commune erit. Sed enim advertendum est, ne forte non ita sit faciendum. Aliud enim unumquodque totum; sed non est commune aliquid hoc, quod est exiguum et obscurum, sicut in vita non est commune quiddam vegetali, sensuali, intellectuali: itaque et hic ipsum esse, aliud quidem est in materia aliudque in forma: atque hæc ambo ab uno quodam pendent, aliter eis et aliter affluente. Non solum enim, ubi secundum a primo est, et tertium a secundo, ibi prius quidem illud magis est tale, posterius autem deterius est et minus: verum etiam, si ab eodem ambo pendeant, similem quandam successionem licet inspicere: ceu lutum figuli, magis quidem igne concoctum, vas efficitur sive tegula: sed erit ibidem et minus concoctum, adeo ut vas vel tegula minime fiat. Forsan vero non ab eodem materia est et species: differentia enim est et in illis.

Ubi de substantia sensibili loquimur, præstat accipere compositum, quam materiam aut formam. Compositarum vero substantiarum generaliter proprium est, ut subjecta quidem sint, neque sint in subjectis.

Substantia incorporea pura substantia est, quoniam ab accidentibus non pendet: corporea vero non est substantia pura, quoniam ex accidentibus quibusdam saltem intimis propriisque conficitur; alioquin non erit substantia corporea sensibilisque, quam in præsentia quærimus.

ΙΙ'. Ἀλλ' ἆρα τὸ μὲν διαιρεῖν εἰς στοιχεῖα ἐᾶν δεῖ, καὶ μάλιστα περὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας λέγοντα, ἣν δεῖ αἰσθήσει μᾶλλον ἢ λόγῳ λαμβάνειν, καὶ τὸ ἐξ ὧν σύγκειται μὴ προσποιεῖσθαι· οὐ γὰρ οὐσίαι ἐκεῖνα, ἃ οὐκ ἂν αἰσθηταί γε οὐσίαι· ἑνὶ δὲ γένει περιλαμβάνοντα τὸ κοινὸν ἐπὶ λίθου, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ τῶν ἐκ τούτων φυτῶν, ἢ αἰσθητὰ, καὶ ζώων ὡσαύτως· οὐ γὰρ παραλελείψεται ἡ ὕλη οὐδὲ τὸ εἶδος· ἡ γὰρ αἰσθητὴ οὐσία ἔχει ταῦτα· ὕλη γὰρ καὶ εἶδος πῦρ καὶ γῆ καὶ τὰ μεταξύ, τὰ δὲ σύνθετα ἤδη πολλαὶ οὐσίαι εἰς ἕν· καὶ τὸ κοινὸν πᾶσι τούτοις, ἢ τῶν ἄλλων κεχώρισται· ὑποκείμενα γὰρ ταῦτα τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ, οὐδὲ ἄλλου· καὶ ὅσα εἴρηται, ὑπάρχει ταύτῃ. Ἀλλ' εἰ ἡ αἰσθητὴ οὐσία οὐκ ἄνευ μεγέθους οὐδ' ἄνευ ποιότητος, πῶς ἔτι τὰ συμβεβηκότα χωριοῦμεν; χωρίζοντες γὰρ ταῦτα, τὸ μέγεθος, τὸ σχῆμα, τὸ

VIII. Sed forsan decet omittere nunc in elementa dividere, præsertim ubi de sensibili substantia disputamus, quam sensu potius, quam ratione, decet accipere, neque ex quibus componatur, adjungere. Non enim illa substantiæ sunt, aut certe substantiæ non sensibiles. Operæ pretium vero videtur, uno quodam genere comprehendere, quod commune est lapidi terræque et aquæ, et iis insuper, quæ ex his componuntur, plantis scilicet animalibusque, quatenus sensibilia sunt: sic enim neque materia neque forma interim nobis prætermittetur: substantia namque sensibilis hæc in se habet. Nam ignis et terra horumque media, et materia sunt et forma: composita vero jam sunt substantiæ multæ in unum conciliatæ: atqui quæ ambus iis commune est hoc ipsum, quo ab aliis separantur. Hæc enim reliquis subjecta sunt, neque sunt in subjecto, neque alieni juris esse censentur. Et omnino, quæcunque narravimus tanquam substantiæ propria, huic rite conveniant. Ceterum si substantia sensibilis absque magnitudine et qualitate non est, quonam pacto ab hac accidentia segregabimus? Separantes enim hæc, magnitudinem, figuram,

κρῶμα, ξηρότητα, ὑγρότητα, τί τὴν οὐσίαν αὐτὴν θησόμεθα; ποιαὶ γὰρ οὐσίαι αὗται. Ἀλλ' ἔστι τι, περὶ ὃ συμβαίνει τὰ ποιοῦντα ἐκ τοῦ μόνον οὐσίαν εἶναι ποιὰν οὐσίαν εἶναι, καὶ ἔσται τὸ πῦρ οὐχ ὅλον οὐσία, ἀλλά τι αὐτοῦ, οἷον μέρος· τοῦτο δὲ τί ἂν εἴη; ἡ ὕλη. Ἀλλὰ ἆρά γε ἡ αἰσθητὴ οὐσία συμφόρησίς τις ποιοτήτων καὶ ὕλης, καὶ ὁμοῦ μὲν πάντα ταῦτα συμπαγέντα ἐπὶ ὕλης μιᾶς, οὐσία; χωρὶς δὲ ἕκαστον λαμβανόμενον, τὸ μὲν ποιόν, τὸ δὲ ποσὸν ἔσται, ἢ ποιὰ πολλά· καὶ ὃ μὲν ἂν ἐλλεῖπον μή πως ἀπηρτισμένην ἐᾷ γίγνεσθαι τὴν ὑπόστασιν, μέρος τῆσδε τῆς οὐσίας· ὃ δ' ἂν γενομένῃ τῇ οὐσίᾳ ἐπισυμβῇ, τὴν οἰκείαν ἔχει τάξιν, οὐ κρυπτόμενον ἐν τῷ μίγματι, τῷ ποιοῦντι τὴν λεγομένην οὐσίαν. Καὶ οὐ τοῦτό φημι, ὡς ἐκεῖ μετὰ τῶν ἄλλων ὂν ἐστὶν οὐσία, συμπληροῦν ἕνα ὄγκον τοσόνδε καὶ τοιόνδε, ἀλλαχοῦ δὲ μὴ συμπληροῦν, ποιὸν, ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖ ἕκαστον οὐσίαν, τὸ δ' ὅλον τὸ ἐκ πάντων οὐσίαν. Καὶ οὐ δυσχεραντέον, εἰ τὴν οὐσίαν τὴν αἰσθητὴν ἐξ οὐκ οὐσιῶν ποιοῦμεν· οὐδὲ γὰρ τὸ ὅλον ἀληθὴς οὐσία, ἀλλὰ μιμούμενον τὴν ἀληθῆ, ἥτις, ἄνευ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτὴν, ἔχει τὸ ὄν, καὶ τῶν ἄλλων ἐξ αὐτῆς γιγνομένων, ὅτι ἀληθῶς ἦν· ὡσὶ δὲ καὶ τὸ ὑποβεβλημένον ἄγονον, καὶ οὐχ ἱκανὸν εἶναι ὄν, ὅτι μηδὲ ἐξ αὐτοῦ τὰ ἄλλα, σκιὰ δὲ, καὶ ἐπὶ σκιᾷ αὐτῇ οὔσῃ ζωγραφία καὶ τὸ φαίνεσθαι.

colorem, siccitatem, humiditatem, quidnam ulterius eam esse ponemus? hæ namque substantiæ quales quædam substantiæ sunt. Verum aliquid certe est, circa quod hæc ipsa concurrunt, quæ simul efficiunt, ut, quæ solum substantia erat, substantia talis evadat : atque ita ignis non totus substantia erit, sed aliquid ejus velut pars esse substantia judicabitur. Hoc autem quidnam erit? Forsan vero materia. Num igitur sensibilis substantia congeries quædam est qualitatum atque materiæ? atque hæc omnia commixta simul in una materia substantia sunt? Unumquodque vero seorsum inde acceptum, aliud quale erit, aliud vero quantum, vel qualia multa. Tum vero, quod inter hæc ita se habet, ut si quando defuerit, imperfectam relinquat essentiam, hujus essentiæ pars exsistit. Quod autem essentiæ jam absolutæ contingit, alium quendam proprium obtinet ordinem, neque in ea includitur mixtione, quæ dictam hanc essentiam conficit. Nec equidem in præsentia dico, tale aliquid, dum ibi est una cum reliquis, essentiam sive substantiam esse, dum videlicet molem unam complet tantam proprie atque talem : ubi vero non complet ejusmodi aliquid, esse potius qualitatem : sed dico, nec ibi quidem, quicquid est, esse substantiam; totum vero ex omnibus congregatum substantiam esse. Neque graviter ferendum est, si substantiam sensibilem ex non substantiis componamus : neque enim id totum vera substantia est et essentia, sed veram potius essentiam imitatur : quæ quidem, absque reliquis circa eam positis, ens in se possidet, atque ita, ut alia ex ipsa fiant, propterea quod ipsa re vera prorsus exsistat. Hic autem etiam, quod pro fundamento subjicitur, sterile est, neque sufficiens ad hoc saltem, ut sit ens, nedum ex eo reliqua esse reportent : sed umbra quædam est, atque in ipsa velut umbra pictura quædam fit, nec verum ens, sed prorsus apparens.

Species sub genere substantiæ numerandæ sunt vel per distinctionem corporum inter se, ceu simplicium, mixtorum, animatorum. Non autem dicendum substantiam primam esse hunc hominem, secundam vero ipsum communiter hominem.

Species est universalior individuo, ergo simplicior : igitur et natura prior : quare essentia quoque perfectior. Hic enim homo, id est homo talis et in tali materia, fit posterius participatione quadam specialis ipsius rationis humanæ, prius quidem perfectionisque in se exsistentis, deinde aliis se ipsam impertientis.

Θ'. Καὶ περὶ μὲν τῆς λεγομένης οὐσίας αἰσθητῆς καὶ γένους ἑνὸς ταύτης· εἶδη δ' αὐτοῦ τίνα ἄν τις θεῖτο; καὶ πῶς διέλοι; σῶμα μὲν οὖν τὸ σύμπαν θετέον εἶναι, τούτων δὲ τὰ μὲν ὑλικώτερα, τὰ δὲ ὀργανικά· ὑλικώτερα μὲν, πῦρ, γῆ, ὕδωρ, ἀήρ· ὀργανικὰ δὲ τὰ τῶν φυτῶν, καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα, κατὰ τὰς μορφὰς τὰς παραλλαγὰς ἔχοντα· εἶτα εἴδη γῆς λαμβάνειν, καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων, καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τῶν ὀργανικῶν, τά τε φυτὰ κατὰ τὰς μορφὰς διαιροῦντα, καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα, ἢ τῷ τὰ μὲν ἐπίγεια καὶ ἔγγεια, καὶ καθ' ἕκαστον στοιχεῖον τὰ ἐν αὐτῷ· ἢ τῶν σωμάτων τὰ μὲν κοῦφα, τὰ δὲ βαρέα, τὰ δὲ μεταξύ· καὶ τὰ μὲν ἑστάναι ἐν μέσῳ, τὰ δὲ περιέχειν ἄνωθεν, τὰ δὲ μεταξύ· καὶ ἐν ἑκάστῳ τούτων σώματα ἤδη σχήμασι διειλημμένα, ὡς εἶναι σώματα τὰ μὲν ζώων οὐρανίων, τὰ δὲ κατὰ ἄλλα στοιχεῖα· ἢ κατ' εἴδη διαστησάμενον τὰ τέσσαρα, τὸ μετὰ τοῦτο ἄλλον τρόπον ἤδη συμπλέκειν, καὶ μιγνύντα τὰς διαφορὰς αὐτῶν κατὰ τοὺς τόπους, καὶ τὰς μορφὰς, καὶ τὰς μίξεις, οἷον πύρινα, ἢ γήϊνα, τῷ πλείονι καὶ ἐπικρατοῦντι λεγόμενα· τὸ δὲ πρώτας καὶ δευτέρας λέγειν, τόδε τὸ πῦρ, καὶ πῦρ ἄλλως μὲν ἔχειν διαφοράν, ὅτι τὸ μὲν καθ' ἕκαστον, τὸ δὲ καθ' ὅλου, οὐ μέντοι οὐσίας διαφοράν, καὶ γὰρ καὶ ἐν ποιῷ τι λευκὸν, καὶ λευκὸν, καὶ γραμμα-

IX. Hactenus de illa, quæ sensibilis substantia dicitur, et uno ejus genere ita sit dictum. Species autem ejus quas potissimum afferre quis potest? et quomodo dividet? Profecto universum hoc ponendum est esse corpus : in quo quidem alia magis materialia sint, alia vero organica, id est, variis prædita instrumentis. Et materialia quidem illa, velut ignis, terra, aqua et aer : organica vero plantarum animaliumque corpora distincta inter se per formas : deinde species terræ licet accipere elementorumque aliorum : atque in corporibus organicis plantarum et animalium corpora per formas rite dividere, vel etiam distinguere ex eo, quod hæc quidem terram habitantia terrenaque sunt, illa vero ad elementum quodvis aliud similiter pertinentia : aut fortasse corporum alia levia, alia gravia, alia media : et hæc quidem in medio mundi consistere : illa vero desuper circumfundi : illa denique regionem mediam occupare : atque in unoquoque horum corpora jam figuris inter se distincta, adeo ut corpora sint partim cœlestium animalium, partim per reliqua elementa : aut primo quidem in elementa quatuor tanquam species divisa, deinde alio modo invicem commiscere, atque ita eorum differentias procreare secundum loca et formas et mixtiones, velut quæ ignea vel terrena dici solent : propterea quod elementum ibi tale exuberet et excedat. Quod autem fertur, alias esse substantias primas, alias vero secundas, ceu hic ignis et ipse ignis, putandum est, aliter quidem differentiam inter se habere, ex eo, quod hoc quidem singulare est, illud autem universale, non tamen substantiæ differentiam ullam admittere : nam et in genere qualitatis aliquid album est et album : item grammatica quædam atque

τική τις, καὶ γραμματική. Ἔπειτα τί ἔλαττον ἔχει ἡ γραμματικὴ πρὸς τινὰ γραμματικὴν, καὶ ὅλως ἐπιστήμη πρὸς τινὰ ἐπιστήμην; οὐ γὰρ ἡ γραμματικὴ ὕστερον τῆς τινὸς γραμματικῆς, ἀλλὰ μᾶλλον, οὔσης γραμματικῆς, καὶ ἡ ἐν σοὶ, ἐπεὶ καὶ ἡ ἐν σοὶ, τὶς ἐστὶ τῷ ἐν σοί· αὕτη δὲ ταὐτὸν τῇ καθ' ὅλου· καὶ ὁ Σωκράτης οὐκ αὐτὸς ἔδωκε τῷ μὴ ἀνθρώπῳ τὸ εἶναι ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τῷ Σωκράτει· μεταλήψει γὰρ ἀνθρώπου ὁ τὶς ἄνθρωπος. Ἔπειτα ὁ Σωκράτης τί ἂν εἴη, ἢ ἄνθρωπος τοιόσδε, τὸ δὲ τοιόσδε τί ἂν ἐργάζοιτο πρὸς τὸ μᾶλλον οὐσίαν εἶναι; εἰ δ', ὅτι τὸ μὲν εἶδος μόνον ὁ ἄνθρωπος, τὸ δὲ εἶδος ἐν ὕλῃ, ἧττον ἄνθρωπος κατὰ τοῦτο ἂν εἴη· ἐν ὕλῃ γὰρ ὁ λόγος χείρων. Εἰ δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐ κατ' αὐτὸ εἶδος, ἀλλ' ἐν ὕλῃ, τί ἔλαττον ἕξει τοῦ ἐν ὕλῃ, καὶ αὐτὸς λόγος τοῦ ἔν τινι ὕλῃ; ἔτι, πρότερον τῇ φύσει τὸ γενικώτερον, ὥς τε καὶ τὸ εἶδος τοῦ ἀτόμου· τὸ δὲ πρότερον τῇ φύσει καὶ ἁπλῶς πρότερον. Πῶς ἂν οὖν ἧττον εἴη; ἀλλὰ τὸ καθ' ἕκαστον πρὸς ἡμᾶς γνωριμώτερον ὄν, πρότερον, τοῦτο δ' οὐκ ἐν τοῖς πράγμασι τὴν διαφορὰν ἔχει. Ἔπειτα οὕτως οὐχ εἷς λόγος τῆς οὐσίας· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς τοῦ πρώτως καὶ τοῦ δευτέρως, οὐδ' ὑφ' ἓν γένος.

grammatica. Præterea, quidnam animus habet grammatica ad grammaticam aliquam comparata, et omnino scientia cum scientia quadam collata? Non enim grammatica posterius est grammatica quadam: sed potius, cum sit grammatica ipsa, est et hæc in te grammatica, quandoquidem et quæ in te est, ideo aliqua est, quia in te sit: ipsa vero eadem est atque universalis grammatica. Item, Socrates non dedit ei, qui non erat homo, ut esset homo, sed homo potius id Socrati dedit; nam homo aliquis participatione hominis est aliquis homo. Proinde, Socrates quidnam aliud est, quam talis homo? Hoc ipsum vero, quod talis dicitur, quidnam confert ad id, ut magis substantia sit? Si autem dicatur ob id conferre, quod homo species tantum sit, homo vero aliquis species in materia, sequetur, ut hic propterea minus homo sit: ratio enim ipsa in materia fit deterior. Sin autem et homo non secundum ipsam speciem tantum sit, sed sit etiam in materia, quidnam minus habebit, quam hominis species in materia quadam exsistens, cum illa ipsa ratio sit hujus exsistentia in materia quadam? Item, prius natura est, quod est generalius, ideoque et species est individuo prior. Quod vero natura prius est, simpliciter quoque prius. Quo igitur modo id minus erit? Verumtamen singulare nobis notius est, ideoque nobis et prius: hoc autem nullam in rebus differentiam efficit. Denique, si ita res se habeat, non una erit substantiæ ratio: non enim eadem ratio est ejus, quod primo tale est, atque ejus, quod secundo tale: neque talia sub uno genere congregantur.

Genus substantiæ sensibilis in species divisuri rite per illa, quæ ad sensum pertinent, distinguere possumus, scilicet per qualitates sive simplices sive mixtas, item per formas et figuras atque loca.

ΙΓ'. Ἔστι δὲ καὶ οὕτως διαιρεῖν, θερμῷ καὶ ξηρῷ, καὶ ξηρῷ καὶ ψυχρῷ, καὶ ψυχρῷ καὶ ὑγρῷ, ἢ ὅπως βούλεται τὸν συνδυασμὸν εἶναι. Εἶτα ἐκ τούτων σύνθεσιν καὶ μίξιν, καὶ ἢ μένειν ἐνταῦθα στάντα ἐπὶ τοῦ συνθέτου, ἢ κατὰ τὸ ἔγγειον καὶ ἐπίγειον, ἢ κατὰ τὰς μορφὰς, καὶ κατὰ τὰς τῶν ζώων διαφορὰς, οὐ τὰ ζῶα διαιροῦντα, ἀλλὰ κατὰ τὰ σώματα αὐτῶν, ὥσπερ ὄργανα, διαιροῦντα. Οὐκ ἄτοπος δὲ ἡ κατὰ τὰς μορφὰς διαφορὰ, εἴπερ οὐδ' ἡ κατὰ τὰς ποιότητας αὐτῶν διαίρεσις, θερμότης, ψυχρότης, καὶ τὰ τοιαῦτα. Εἰ δέ τις λέγοι, ἀλλὰ κατὰ ταύτας ποιεῖ τὰ σώματα, καὶ κατὰ τὰς μίξεις φήσομεν ποιεῖν καὶ κατὰ τὰ χρώματα καὶ τὰ σχήματα. Ἐπεὶ γὰρ περὶ αἰσθητῆς οὐσίας ὁ λόγος, οὐκ ἄτοπον ἂν εἴη διαφοραῖς εἰ λαμβάνοιτο ταῖς πρὸς τὴν αἴσθησιν· οὐδὲ γὰρ ὂν ἁπλῶς αὕτη, ἀλλ' αἰσθητὸν ὂν τὸ ὅλον τοῦτο, ἐπεὶ καὶ τὴν δοκοῦσαν ὑπόστασιν αὐτῆς σύνοδον τῶν πρὸς αἴσθησιν ἐφαμεν εἶναι, καὶ ἡ πίστις τοῦ εἶναι παρὰ τῆς αἰσθήσεως αὐτοῖς. Εἰ δὲ ἄπειρος ἡ σύνθεσις, κατ' εἴδη τῶν ζώων διαιρεῖν, οἷον ἀνθρώπου εἶδος τὸ ἐπὶ σώματι, ποιότης γὰρ αὕτη σώματος τὸ τοιοῦτον εἶδος, ποιότητι δ' οὐκ ἄτοπον διαιρεῖν. Εἰ δ', ὅτι τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα εἴπομεν, ἀντιδιαιροῦντες τὸ σύνθετον τῷ ἁπλῷ, ὑλικώτερα εἴπομεν καὶ ὀργανικὰ, οὐ προσποιούμενοι τὸ σύνθετον. Ἔστι δ' οὐκ ἀντιδιαίρεσις τὸ σύνθετον πρὸς τὸ ἁπλοῦν εἶναι, ἀλλὰ κατὰ πρώτην διαίρεσιν τὰ ἁπλᾶ τῶν σωμάτων θέντα, μίξαντα αὐτὰ, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ὑποβεβληκυίας διαφορὰν συνθέτων, ἢ τόποις ἢ μορφαῖς ποιεῖσθαι, οἷον τὰ μὲν οὐράνια, τὰ δὲ γήϊνα.

X. Possumus etiam hoc modo dividere, videlicet per calidum simul atque siccum: item per siccum simul et frigidum: rursus per frigidum humidumque simul, vel quomodocumque conjugium conficere libeat. Deinde ex his compositionem mixtionemque efficere, atque vel hic permanere in composito quiescendo: aut secundum terrenum atque terram habitans, vel secundum formas et differentias animalium, non quidem animalia dividendo, sed secundum eorum corpora, tanquam instrumenta quædam, partiendo. Neque vero indecens est differentia secundum formas adducta: siquidem neque secundum qualitates eorum est divisio absurda: velut si dicatur caliditas, frigiditas et talia quædam. Verum si quis objecerit, secundum has potius corpora fieri, nos utique respondebimus, effici etiam secundum mixtiones et colores atque figuras. Cum enim de sensibili substantia disputetur, non absurda distinctio erit, si per differentias ad sensum pertinentes ejusmodi substantia distinguatur. Non enim hæc simpliciter ens exsistit, sed sensibile ens id totum: nempe etiam ipsius subsistentiam apparentem esse confatum quendam ad sensum pertinentium diximus. Atqui et de hujusmodi rebus, quod sint, a sensibus fidem homines acceperunt. Sin autem infinita compositio nobis occurrat, secundum species animalium distinguere licet: velut hominis speciem in corpore exsistentem: nam ejusmodi species est hæc ipsa corporis qualitas: neque vero absurdum est partiri per qualitates. Verum, si hic nobis objiciatur, in superioribus nos alia quidem simplicia, alia vero composita ponisse, quasi compositum pariter atque simplex ex opposito partiremur: admonuebimus, nos ibi dixisse, alia materialia magis esse, alia vero organica potius, compositum non adhibentes in medium. Licet quinetiam afferre diversitatem inter simplex atque compositum, nec id quidem tanquam pariter oppositorum partitione, sed secundum primam divisionem, ab ipso prorsus initio corpora simplicia ponere, eaque deinde ab alio quodam principio supposito componere, compositorum differentiam vel locis vel formis introsustinente: velut si dicatur, alia quidem esse corlestia, alia

Καὶ περὶ μὲν τῆς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς οὐσίας ἢ γενέσεως ταῦτα.

vero terrena. Sed de sensibili substantia vel generatione hæc dicta sufficiant.

In genere quantitatis est proprie numerus atque continuitas vel dimensio : reliqua sunt in alio genere. Tempus quidem, qua ratione mensura est atque mensurans, locus quoque, qua continens est, in relatione sunt : magnum et parvum in quantitate, pulchrum in qualitate, majus vero et minus et pulchrius in relatione censentur.

ΙΑ'. Περὶ δὲ ποσοῦ καὶ ποσότητος, ὡς ἐν ἀριθμῷ δεῖ τίθεσθαι καὶ μεγέθει, καθ' ὅσον τοσοῦτον ἕκαστον, ὅ ἐστιν ἐν ἀριθμῷ τῶν ἐνύλων, καὶ διαστήματι τοῦ ὑποκειμένου· οὐ γὰρ περὶ χωριστοῦ ποσοῦ ὁ λόγος, ἀλλ', ὃ ποιεῖ τρίπηχυ εἶναι τὸ ξύλον, καὶ ἡ πεμπὰς ἡ ἐπὶ τοῖς ἵπποις, εἴρηται πολλάκις, ὅτι ταῦτα ποσὰ μόνον λεκτέον, τόπον δὲ καὶ χρόνον μὴ κατὰ τὸ ποσὸν νενοῆσθαι, ἀλλὰ τὸν μὲν χρόνον τῷ μέτρον κινήσεως εἶναι, καὶ τῷ πρός τι δοτέον αὐτὸν, τὸν δὲ τόπον, σώματος περιεκτικὸν, ὡς καὶ τοῦτον ἐν σχέσει καὶ τῷ πρός τι κεῖσθαι· ἐπεὶ καὶ ἡ κίνησις συνεχὴς, καὶ οὐκ ἐν ποσῷ ἐτέθη. Μέγα δὲ καὶ μικρὸν διὰ τί οὐκ ἐν ποσῷ; ποσότητι γάρ τινι μέγα τὸ μέγα, καὶ τὸ μέγεθος δὲ οὐ τῶν πρός τι, ἀλλὰ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, τῶν πρός τι· πρὸς γὰρ ἕτερον, ὥσπερ καὶ τὸ διπλάσιον. Διὰ τί οὖν ὄρος μικρὸν, κέγχρος δὲ μεγάλη; ἢ πρῶτον μὲν ἀντὶ τοῦ μικρότερον λέγεται. Εἰ γὰρ πρὸς τὰ ὁμογενῆ ὁμολογεῖται καὶ παρ' αὐτῶν εἰρῆσθαι, ὁμολογεῖται, ὅτι ἀντὶ τοῦ μικρότερον λέγεται, καὶ μεγάλη κέγχρος, οὐχ ἁπλῶς λεγομένη μεγάλη, ἀλλὰ κέγχρος μεγάλη. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῶν ὁμογενῶν· τῶν δὲ ὁμογενῶν κατὰ φύσιν ἂν λέγοιτο μείζων. Ἔπειτα διὰ τί οὐ καὶ τὸ καλὸν λέγοιτο ἂν τῶν πρός τι; ἀλλὰ φαμὲν, καλὸν μὲν καθ' ἑαυτὸ καὶ ποιὸν, κάλλιον δὲ τῶν πρός τι, καίτοι καὶ καλὸν λεγόμενον, φανείη ἂν πρὸς ἄλλο αἰσχρὸν, οἷον ἀνθρώπου κάλλος πρὸς θεῶν· πιθήκων φησὶν ὁ κάλλιστος αἰσχρὸς συμβάλλειν ἑτέρῳ γένει· ἀλλ' ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν καλὸν, πρὸς ἄλλο δὲ ἢ κάλλιον ἢ τοὐναντίον. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν μέγα μετὰ μεγέθους, πρὸς ἄλλο δὲ οὐ τοιοῦτον· ἢ ἀναιρετέον τὸ καλὸν, ὅτι ἄλλο κάλλιον αὐτοῦ· οὕτω τοίνυν οὐδ' ἀναιρετέον τὸ μέγα, ὅτι ἔστι τι μεῖζον αὐτοῦ, ἐπεὶ οὐδὲ τὸ μεῖζον ὅλως ἂν εἴη, μὴ μεγάλου ὄντος, ὥσπερ οὐδὲ κάλλιον, μὴ καλοῦ.

XI. Quod vero pertinet ad quantitatem atque quantum, sæpe dictum est in numero et magnitudine ponendum esse, quatenus unumquodque est proprie tantum, quod quidem consistit in rerum corporearum numero et in quodam subjecti spatio. Non enim de quantitate hinc separata in præsentia disputatur, sed de hac ipsa, quæ facit, ut lignum sit tricubitum : similiter de quinario numero, qui est in equis quinque. Numerum ergo et magnitudinem solum esse proprie quanta, prædiximus : locum vero ac tempus in ratione quantitatis minime computari, sed tempus quidem ex eo, quod mensura motionis existimetur, in relationis ordine collocari : locum quoque, cum id habeat proprie, ut corporis sit comprehensor, in habitudine quadam et relatione censeri : quando et motus continuus quidem est, neque tamen est in quantitatis genere constitutus. Magnum vero et parvum cur non in quantitate ponantur? Quod enim magnum est, quantitate quadam est magnum : atqui hæc ipsa magnitudo in relatione non ponitur, sed majus atque minus ad relationem merito spectare putantur. Ad aliud enim hoc ipsum, quod sunt, dicuntur, sicut et duplum [atque dimidium]. Cur nam igitur mons quidem sæpe parvus dicitur, granum vero milii sæpe magnum? Forsan, quando parvum montem dicimus, parvum ibi quasi minorem intelligi volumus. Si enim etiam apud illos, qui hæc tractant, conceditur, montem appellari parvum, quatenus cum rebus ejusdem generis, id est, cum montibus comparatur, merito etiam est concessum, parvum ibi accipi pro minore. Jam vero et magnum milium non simpliciter judicatur magnum, sed magnum proprie milii granum. Hoc autem perinde est, ac si tantum dicatur cum rebus ejusdem generis comparatum, quibus profecto naturali ratione majus appellari potest. Deinde, cur non et pulchrum in relatione ponatur? Verum id minime fieri respondebitur, quia pulchrum quidem secundum se ipsum accipiatur, sitque quale : pulchrius autem in eorum esse numero, quæ ad aliud referuntur : tametsi etiam, quod appellatur pulchrum, videri potest turpe aliquando, si cum alio conferatur, qualis humana pulchritudo cum deorum pulchritudine comparata. Hinc utique illud dictum est, pulcherrima inter simias turpis erit, si cum alio quodam genere conferatur. Sed profecto dicetur, id quidem perpulchrum secundum se ipsum considerari : sed adversus aliud, aut pulchrius aut turpius judicari. Ergo et in hoc genere magnum quidem aliquid est in se ipso, ipsa magnitudine præditum, ad aliud vero non magnum : alioquin, si minus deceat ita loqui, negare cogemur, aliquid esse pulchrum, propterea quod aliud quiddam eo pulchrius nobis occurrat : sed neque id negare debemus. Neque igitur negandum est, aliquid esse magnum, quoniam aliud quiddam ipso sit majus : quandoquidem neque majus quicquam esset omnino, nisi esset et magnum : quemadmodum neque pulchrius, nisi foret et pulchrum.

Productio et contractio contraria sunt. Si producitur numerus, fit multus : si contrahitur, evadit paucus. Similiter dimensio contractione quidem parva, productione vero fit magna. Paucum igitur atque multum contraria sunt; similiter parvum atque magnum.

Sicut determinata est ratio quædam pulchri, ita calidi atque magni. Tum vero in loco est oppositio proprie relativa, ut inter superius et inferius. Denique oratio per accidens est in genere quantitatis, per se vero est in motu.

ΙΒ'. Ἀπολειπτέον τοίνυν καὶ ἐναντιότητα εἶναι περὶ τὸ ποσόν· αἱ γὰρ ἔννοιαι τὴν ἐναντιότητα συγχωροῦσιν, ὅταν μέγα λέγωμεν, καὶ ὅταν μικρὸν, ἐναντίας τὰς φαντασίας ποιοῦσαι, ὥσπερ ὅταν πολλὰ καὶ ὀλίγα· καὶ γὰρ τὰ παραπλήσια περὶ τοῦ ὀλίγα καὶ πολλὰ λεκτέον. Πολλοὶ γὰρ οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἀντὶ τοῦ πλείους· τοῦτο δὲ πρὸς ἄλλο· καὶ ὀλίγοι ἐν τῷ θεάτρῳ, ἀντὶ τοῦ

XII. Permittendum igitur etiam, contrarietatem existere circa quantum. Cogitationes enim ipsæ contrarietatem hic admittunt, quando magnum dicimus et quando parvum, imaginationes contrarias afferentes : sicut quando multa et pauca dicimus : similia namque illis etiam circa pauca et multa contingunt. Multi enim domi esse dicuntur, et interim sub hoc nomine multi esse plures intelliguntur. Id ipsum vero, quod appellatur plures, refertur ad aliud : sæpe etiam ferunt esse paucos in theatro, in-

ἐλάττους. Καὶ δεῖ ὅλως τὰ πολλὰ πολὺ λέγειν πλῆθος ἐν ἀριθμῷ. Πλῆθος δὲ πῶς τῶν πρός τι; τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἐπέκτασις ἀριθμοῦ, τὸ δὲ ἐναντίον συστολή. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς τῆς ἐννοίας, τὸ συνεχὲς προαγούσης εἰς τὸ πόρρω. Ποσὸν μὲν οὖν, ὅταν τὸ ἓν προέλθῃ καὶ τὸ σημεῖον. Ἀλλ' ἐὰν μὲν ταχὺ στῇ ἑκάτερον, τὸ μὲν ὀλίγον, τὸ δὲ μικρόν· ἐὰν δ' ἡ πρόοδος προϊοῦσα μὴ παύσηται ταχύ, τὸ μὲν πολύ, τὸ δὲ μέγα. Τίς οὖν ὅρος; τίς δὲ καλοῦ; θερμοῦ δέ; καὶ ἔνι θερμότερον καὶ ἐνταῦθα. Ἀλλὰ λέγεται τὸ μὲν θερμότερον πρός τι· τὸ δὲ θερμὸν, ἁπλῶς ποιόν· ὅλως δὲ λόγον τινὰ, ὥσπερ καλοῦ, οὕτω καὶ μεγάλου, εἶναι, ὃς μεταληφθεὶς μέγα ποιεῖ, ὥσπερ καλὸν ὁ τοῦ καλοῦ. Ἐναντιότης τοίνυν κατὰ ταῦτα περὶ τὸ ποσόν· κατὰ γὰρ τὸν τόπον οὐκ ἔτι ὅτι μὴ τοῦ ποσοῦ, ἐπεὶ καὶ, εἰ τοῦ ποσοῦ ἦν ὁ τόπος, οὐκ ἦν ἐναντίον τὸ ἄνω τινὶ, μὴ ὄντος τοῦ κάτω ἐν τῷ παντί. Ἐν δὲ τοῖς μέρεσι τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω λεγόμενον ἄλλο οὐδὲν ἂν σημαίνοι, ἢ ἀνωτέρω καὶ κατωτέρω· καὶ ὅμοιον τῷ δεξιὸν καὶ τῷ ἀριστερόν· ταῦτα δὲ τῶν πρός τι. Συλλαβῇ δὲ καὶ λόγῳ συμβαίνει ποσοῖς εἶναι καὶ ὑποκεῖσθαι τῷ ποσῷ· φωνὴ γὰρ ποσή· αὕτη δὲ κίνησίς τις· εἰς κίνησιν οὖν ὅλως ἀνακτέον, ὥσπερ καὶ τὴν πρᾶξιν.

telligentes, ibi esse pauciores. Operæ pretium est omnino, quando dicimus multa, intelligere multitudinem in numero plurimam. Multitudo vero quonam pacto inter relativa connumerabitur? Hoc autem idem est, ac si dicatur, multitudinem esse productionem propagationemque numeri: hujus vero contrarium est contractio. Idem vero evenit et in ipsa notione continui in longum quodammodo continuum protrahente. Quantitas enim oriri videtur, quando unum et signum progrediuntur. Verum, si cito utrumque sistat gradum, illud quidem evadit paucum, hoc vero fit parvum: sin autem processio in progrediendo non cito desinat, illud certe evadit multum, hoc vero fit magnum. Quisnam igitur terminus est vel definitio? Sed quis pulchri terminus? quis vero calidi? Atqui et in ordine calidi est calidius: sed enim calidius quidem ad aliud refertur: calidum vero simpliciter exsistit quale. Omnino autem rationem quandam sicut pulchri, sic et magni esse decet: quæ quidem percepta reddit magnum, quemadmodum pulchrum reddit ipsa ratio pulchri. Contrarietas igitur est secundum hæc circa quantum. Nam secundum locum quidem non est amplius contrarietas ulla quoniam non proprie est in genere quantitatis: quando-quidem, et si locus esset in genere quantitatis, nondum contrarium foret alicui quod sursum dici solet, nisi esset id, quod deorsum, in universo. In partibus autem, quod sursum deorsumve dicitur, nihil significat aliud, quam superius atque inferius: idque simile est ei, quod dicitur dextrum atque sinistrum. Hæc autem in relationis genere numerantur. Syllabæ vero orationique contingit esse quanta et subjici quantitati. Vox enim quanta censetur: ipse vero motio quædam est. Ad motum igitur, sicut et actio omnino reducenda videtur.

Unum quantitatis genus commune est numeris et continuis: item, unus genere numerus omnibus numeris: una quoque continuitas generalis omnibus continuis. Species numerorum accipiuntur per paris et imparis differentiam: species continuorum per differentias inter lineam, superficiem, solidum: similiterque deinceps.

ΙΓ'. Τὸ μὲν οὖν συνεχὲς ἀπὸ τοῦ διωρισμένου κεχωρίσθαι καλῶς τῷ κοινῷ καὶ τῷ ἰδίῳ ὅρῳ εἴρηται. Τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤδη ἐπὶ μὲν ἀριθμοῦ περιττῷ καὶ ἀρτίῳ· καὶ πάλιν, εἴ τινες διαφοραὶ τούτων ἑκατέρου, ἢ παραλειπτέον τοῖς περὶ ἀριθμὸν ἔχουσιν ἤδη, ἢ δεῖ ταύτας μὲν διαφορὰς τῶν μοναδικῶν ἀριθμῶν τίθεσθαι, τῶν δ' ἐν τοῖς αἰσθητοῖς οὐκέτι. Εἰ δὲ τοὺς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἀριθμοὺς χωρίζει ὁ λόγος, οὐδὲν κωλύει καὶ τούτων τὰς αὐτὰς νοεῖν διαφοράς. Τὸ δὲ συνεχὲς πῶς; εἰ τὸ μὲν γραμμὴ, τὸ δ' ἐπίπεδον, τὸ δὲ στερεὸν, ἢ τὸ μὲν ἐφ' ἓν, τὸ δ' ἐπὶ δύο, τὸ δ' ἐπὶ τρία, οὐκ εἰς εἶδη διαιρουμένου δόξει, ἀλλὰ καταρίθμησιν μόνον ποιουμένου. Ἀεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς οὕτω λαμβανομένοις κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον κοινόν τι ἐπ' αὐτῶν οὐκ ἔστι γένος, οὐδ' ἐπὶ πρώτης καὶ δευτέρας καὶ τρίτης αὔξης κοινόν τι ἔσται, ἀλλὰ ἴσως καθ' ὅσον ποσὸν τὸ ἴσον ἐπ' αὐτοῖς, καὶ οὐ τὰ μὲν μᾶλλον ποσὰ, τὰ δὲ ἧττον, κἂν τὰ μὲν ἐπὶ πλεῖω τὰς διαστάσεις ἔχῃ, τὰ δ' ἐπ' ἔλαττον· ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν τοίνυν, καθ' ὅσον πάντες ἀριθμοὶ, τὸ κοινὸν ἂν εἴη· ἴσως γὰρ οὐχ ἡ μονὰς τὴν δυάδα, οὐδ' ἡ δυὰς τὴν τριάδα, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ τὰ πάντα. Εἰ δὲ μὴ γίγνεται, ἀλλ' ἔστιν, ἡμεῖς δ' ἐπινοοῦμεν γιγνόμενα, ἔστω ὁ μὲν ἐλάττων πρότερος· ὁ δὲ ὕστερος ὁ μείζων, ἀλλὰ καθ' ὅσον ἀριθμοὶ, πάντες ὑφ' ἕν. Καὶ ἐπὶ μεγεθῶν τοίνυν τὸ ἐπ' ἀριθμῶν μετενεκτέον, χωριοῦμεν δὲ ἀπ' ἀλλήλων γραμμὴν, ἐπίπεδον, στερεὸν, ὃ δὴ κέκληκε σῶμα, τῷ διάφορα τῷ

XIII. Continuum profecto ab ipso discreto recte discerni per communem propriumque terminum definitum, jam est dictum. Deinceps vero dicendum est, in numero quidem discretionem fieri per imparem proprietatem atque parem: ac similiter, si sunt rursus utriusque horum differentiæ quædam, aut forte concedenda ejusmodi discretio est rebus jam numerum possidentibus, vel oportet has quidem differentias numerorum ex unitatibus compositorum asseverare, numerorum vero in sensibilibus exsistentium minime. Si qua vero ratio numeros in sensibilibus exsistentes separet, nihil prohibebit, eorum quoque easdem differentias intelligere. Continuum vero quonam modo distinguitur? Profecto, si dixerimus, hoc quidem esse lineam, istud vero planum, illud denique solidum: vel si hoc ad unum, istud ad duo, illud ad tria potissimum pertinere, non in species dividere, sed dinumerare solum ita videbitur. Semper enim in numeris sic acceptis secundum prius ac posterius commune aliquid tanquam genus non reperitur: neque in primo et secundo atque tertio augmento commune quicquam erit: sed fortasse, qua ratione quantum illic est, est in eis æqualitas: neque alia quoque magis quanta, alia vero minus, quamvis alia dimensa in plura possideant, alia vero in pauciora: in quantis igitur, qua omnes numeri sunt, commune aliquid esse poterit. Fortasse enim non unitas duitatem, neque duitas trinitatem, sed aliquid idem hæc omnia procreat. Sed autem non fiunt hæc, sed sunt quidem, nos autem, tanquam fiant, excogitamus: esto sane numerus minor tale prior, alius vero posterior, scilicet qui est major: verumtamen, qua numeri sunt, omnes rediguntur in unum. Quam ob rem et in ordinem magnitudinum numerorum conditionem traducere decet: separare vero licebit inter se lineam et planum atque solidum, quod et appellationes

εἶδει μεγέθη ὄντα εἶναι. Εἰ δὲ δεῖ ἕκαστον τούτων διαιρεῖν, γραμμὴν μὲν εἰς εὐθὺ, περιφερές, ἑλικοειδὲς, ἐπίπεδον δὲ, εὐθύγραμμον καὶ περιφερὲς σχῆμα· στερεὸν δὲ εἰς στερεὰ σχήματα· σφαῖραν εἰς εὐθυγράμμους πλευράς· καὶ ταῦτα πάλιν οἷα οἱ γεωμέτραι ποιοῦσι, τρίγωνα, τετράπλευρα· καὶ πάλιν ταῦτα εἰς ἄλλα ἐπισκεπτέον.

corpus, ex eo, quod, cum magnitudines sint, specie differant. Quodsi oportet horum unumquodque dividere partiemur lineam in rectam, circularem, atque obliquam; planum vero in figuram rectilineam et circularem; solidum denique in figuras solidas, in sphæram scilicet, et figuras habentes rectas pro lateribus lineas: atque hæc rursus geometrarum more in triangulos et quadrangulos, rursumque hæc in alia, et, qua hæc conditione fiant, considerabimus.

Rectitudo vel curvitas adhibita lineæ proprietatem ejus significat, neque compositionem affert: item figuræ non in genere qualitatis, sed quantitatis sunt ponendæ.

Quando dicis, triangulum esse quidem tres lineas, sed tali quodam pacto invicem se habentes, significas hoc quodam termino invicem terminatas, terminus vero atque determinatio ejusmodi ad genus quantitatis potius, quam qualitatis, pertinere videntur.

ΙΔ'. Τί γὰρ ἂν φαῖμεν εὐθεῖαν οὐ μέγεθος εἶναι; ἢ ποιὸν μέγεθος τὸ εὐθὺ φαίη τις ἄν. Τί οὖν κωλύει διαφορὰν εἶναι ἢ γραμμή; οὐ γὰρ ἄλλου τινὸς τὸ εὐθὺ, ἢ γραμμῆς· ἐπεὶ καὶ οὐσίας διαφορὰς κομίζομεν παρὰ τοῦ ποιοῦ. Εἰ οὖν γραμμὴ εὐθεῖα ποσὸν μετὰ διαφορᾶς, καὶ οὐ σύνθετον διὰ τοῦτο ἡ εὐθεῖα ἐξ εὐθύτητος καὶ γραμμῆς· εἰ δὲ σύνθετον, ὡς μετὰ οἰκείας διαφορᾶς. Τὸ δ' ἐκ τριῶν γραμμῶν, τὸ τρίγωνον, διὰ τί οὐκ ἐν τῷ ποσῷ; ἢ οὐχ ἁπλῶς τρεῖς γραμμαὶ τὸ τρίγωνον, ἀλλὰ οὑτωσὶ ἐχουσῶν. Καὶ τὸ τετράπλευρον τέσσαρες οὑτωσί· καὶ γὰρ ἡ γραμμὴ ἡ εὐθεῖα οὑτωσὶ καὶ ποσόν· εἰ γὰρ τὴν εὐθεῖαν οὐ ποσὸν μόνον, τί κωλύει καὶ τὴν πεπερασμένην μὴ ποσὸν μόνον λέγειν; ἀλλὰ πέρας τῆς γραμμῆς στιγμὴ, καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ. Καὶ τὸ πεπερασμένον τοίνυν ἐπίπεδον ποσὸν, ἐπείπερ γραμμαὶ περατοῦσιν, αἳ πολὺ μᾶλλον ἐν τῷ ποσῷ. Εἰ οὖν τὸ πεπερασμένον ἐπίπεδον ἐν τῷ ποσῷ, τοῦτο δὲ ἢ τρίγωνον, ἢ τετράγωνον, ἢ πολύπλευρον, ἢ ἑξάπλευρον, καὶ τὰ σχήματα πάντα, ἐν τῷ ποσῷ. Εἰ δ' ὅτι τὸ τρίγωνον λέγομεν ποιὸν, καὶ τὸ τετράγωνον ἐν ποιῷ θησόμεθα, οὐδὲν κωλύει ἐν πλείοσι κατηγορίαις θέσθαι τὸ αὐτό· καθ' ὃ μὲν μέγεθος, καὶ τοιόνδε μέγεθος, ἐν τῷ ποσῷ, καθ' ὃ δὲ τοιάνδε μορφὴν παρέχεται, ἐν ποιῷ· ἢ καὶ αὐτὸ τοιάδε μορφὴ τὸ τρίγωνον. Τί οὖν κωλύει καὶ τὴν σφαῖραν ποιὸν λέγειν; εἰ οὖν τις ὁμόσε χωροῖ, τὴν γεωμετρίαν τοίνυν οὐ περὶ μεγέθη, ἀλλὰ περὶ ποιότητα καταγίνεσθαι. Ἀλλ' οὐ δοκεῖ τοῦτο· ἀλλ' ἡ πραγματεία αὕτη περὶ μεγέθη. Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν μεγεθῶν οὐκ ἀναιροῦσι τὸ μεγέθη αὐτὰ εἶναι, ὥσπερ οὐδ' αἱ τῶν οὐσιῶν οὐκ οὐσίας τὰς οὐσίας εἶναι. Ἔτι πᾶν ἐπίπεδον πεπερασμένον· οὐ γὰρ οἷόν τε ἄπειρον εἶναί τι ἐπίπεδον· ἔτι ὥσπερ, ὅταν περὶ οὐσίαν ποιότητα λαμβάνω, οὐσιώδη ποιότητα λέγω, οὕτω καὶ πολὺ μᾶλλον, ὅταν τὰ σχήματα λαμβάνω, ποσότητος διαφορὰν λαμβάνω. Ἔπειτα εἰ μὴ ταύτας διαφορὰς μεγεθῶν ληψόμεθα, τίνων θησόμεθα; εἰ δὲ μεγεθῶν εἰσι διαφοραὶ, τὰ γενόμενα ἐκ τῶν διαφορῶν μεγέθη διάφορα ἐν εἴδεσιν αὐτῶν τακτέον.

XIV. Proinde quidnam rectam lineam esse dicemus? nonne magnitudinem? Forsan vero aliquis ipsum rectum appellet qualem aliquam magnitudinem. Quid ergo prohibet ejusmodi differentiam esse, qua ratione linea est? Non enim alterius cujusdam esse dicitur rectitudo, quam lineæ: quandoquidem et substantiæ differentias a qualitate sæpenumero ducimus. Si igitur linea recta est quantitas quædam cum differentia simul, non est composita propter hoc recta linea ex rectitudine atque linea: sin autem aliquid compositum est, id certe est tanquam cum propria differentia. Triangulus præterea ex tribus lineis proprie constitutus cur non sit in genere quantitatis? An forte, quia triangulus non simpliciter est tres lineæ, sed lineæ tres sic proprie se habentes? Atqui et quadratum quatuor lineæ sic se habentes esse dicitur, quin etiam linea recta in se et quantitatem habet, et talem quendam quantitatis modum: nempe si rectam lineam non solum quantum aliquid esse dicamus, quidnam prohibet et terminatam lineam non solum quantum cognominare? At vero lineæ terminus est punctum, id vero in genere alio non exsistit. Quam ob rem planum quoque terminatum est proprie quantum. quandoquidem lineæ terminant, quæ multo magis in genere quantitatis exsistunt. Si igitur terminatum planum est in genere quantitatis, id autem est triangulus, vel quadrangulus, vel etiam figura ex pluribus angulis constituta, vel sexangulus, nimirum figuræ omnes in quantitatis genere numerantur. Sin autem, quia triangulum dicimus qualem, et quadrangulum qualem, idcirco in qualitatis genere collocemus, nihil obstabit, quominus in pluribus prædicamentis idem constituamus. Qua enim magnitudo est, et ejusmodi magnitudo, in genere quantitatis: qua vero talem exhibet formam, in genere qualitatis. Fortasse etiam triangulus ipse est ejusmodi quædam forma. Quid ergo vetabit sphæram quoque quale aliquid appellare? Si quis igitur eodem tenore procedat, geometriam non circa magnitudines, sed circa qualitates, versari concedet. Sed non videtur id admittendum: nam hæc ipsa doctrina versari circa magnitudines judicatur. Differentiæ vero magnitudinum non id ipsum, quod sint magnitudines, auferunt: quemadmodum neque differentiæ ullæ substantiarum efficiunt, ut substantiæ ulterius non substantiæ sint. Præterea omne planum est terminatum: non enim possibile est esse planum aliquod infinitum: item quemadmodum, quando circa substantiam accipio qualitatem, essentialem qualitatem dico: sic et multo magis, quando figuras assumo, differentiam quantitatis accipio: denique nisi has tanquam magnitudinum differentias capiamus, quorumnam potissimum esse differentias arbitrabimur? Quodsi magnitudinum differentiæ sunt, nimirum magnitudines differentes ex differentiis constitutæ in speciebus ipsarum collocandæ videntur.

Æquale et inæquale solum sunt in genere quantitatis : simile vero atque dissimile proprie in genere qualitatis. Quodammodo etiam dicimus figuras inter se similes non tam qualitate, quam alia quadam conditione. Substantia, qua ratione corporea et sensibilis cogitatur, congregatum quiddam est ex substantia simul et accidentibus. Considera hominem quatuor gradibus : primo quidem in idea mentis, secundo in seminali animæ ratione, tertio in hoc nostro corpore, quarto denique in pictura. Quanto deterior est quartus tertio, tanto tertius secundo, tanto rursus secundus primo.

ΙΕ'. Ἀλλὰ πῶς ἴδιον τοῦ ποσοῦ τὸ ἴσον καὶ ἄνισον; ὅμοια γὰρ τρίγωνα λέγεται· ἢ καὶ ὅμοια λέγεται μεγέθη; καὶ ἡ ὁμοιότης λεγομένη οὐκ ἀναιρεῖ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον εἶναι ἐν τῷ ποιῷ. Ἴσως γὰρ ἐνταῦθα ἐν τοῖς μεγέθεσι τὸ ὅμοιον ἄλλως, καὶ οὐχ ὡς ἐν τῷ ποιῷ. Ἔπειτα οὐκ, εἰ ἴδιον εἶπε τὸ ἴσον καὶ ἄνισον, ἀνεῖλε καὶ τὸ ὅμοιον κατηγορεῖν τινῶν· ἀλλ' εἰ εἶπε τὸ ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον τοῦ ποιοῦ, ἄλλως λεκτέον, ὡς ἔφαμεν, τὸ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ. Εἰ δὲ ταὐτὸν τὸ ὅμοιον, καὶ ἐπὶ τούτων ἐπισκέψασθαι δεῖ ἰδιότητας ἄλλας ἑκατέρου τοῦ γένους, τοῦ τε ποσοῦ καὶ τοῦ ποιοῦ. Ἢ λεκτέον, τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ λέγεσθαι, καθ' ὅσον αἱ διαφοραὶ ἐν αὐτῷ, καθ' ὅλου δὲ, ὅτι συντάττειν δεῖ τὰς συμπληρούσας διαφοράς, τοῦ οὗ διαφοραὶ, καὶ μάλιστα, ὅταν μόνου ἐκείνου ἡ διαφορὰ ἡ διαφορά. Εἰ δ' ἐν ἄλλῳ μὲν συμπληροῖ τὴν οὐσίαν, ἐν ἄλλῳ δὲ μὴ, οὗ μὲν συμπληροῖ, συντακτέον, οὗ δὲ μὴ συμπληροῖ, μόνον ἐφ' ἑαυτοῦ ληπτέον· συμπληροῦν δὲ λέγω τὴν οὐσίαν, οὐ τὴν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν τοιάνδε, τοῦ τοιάνδε προσθήκην οὐκ οὐσιώδη δεχομένου. Κἀκεῖνο δὲ ἐπισημαντέον, ὅτι ἴσα μὲν λέγομεν καὶ τρίγωνα καὶ τετράγωνα, καὶ ἐπὶ πάντων σχημάτων, ἐπιπέδων τε καὶ στερεῶν, ὥστε ἴσον τε καὶ ἄνισον κείσθω ἐπὶ ποσοῦ ἴδιον· ὅμοιον δὲ καὶ ἀνόμοιον εἰ ἐπὶ ποιοῦ, ἐπισκεπτέον. Περὶ δὲ τοῦ ποιοῦ ἐλέχθη, ὡς σὺν ἄλλοις μὲν ὕλῃ καὶ ποσῷ συμμιχθὲν συμπλήρωσιν ἐργάζεται αἰσθητῆς οὐσίας, καὶ ὅτι κινδυνεύει ἡ λεγομένη αὐτὴ οὐσία εἶναι τοῦτο τὸ ἐκ πολλῶν, οὐ τι, ἀλλὰ ποιὸν μᾶλλον, καὶ ὁ μὲν λόγος εἶναι οἷον πυρὸς τὸ τί σημαίνων μᾶλλον, ἡν δὲ μορφὴν ἐργάζεται, ποιὸν μᾶλλον· καὶ ὁ λόγος ὁ τοῦ ἀνθρώπου τὸ τί εἶναι, τὸ δ' ἀποτελεσθὲν ἐν σώματος φύσει, εἴδωλον ὂν τοῦ λόγου, ποιόν τι μᾶλλον εἶναι· οἷον εἰ ἀνθρώπου ὄντος τοῦ Σωκράτους τοῦ ὁρωμένου ἡ εἰκὼν αὐτοῦ ἡ ἐν γραφῇ χρώματα καὶ φάρμακα ὄντα Σωκράτης λέγοιτο· οὕτως οὖν καὶ λόγου ὄντος, καθ' ὃν Σωκράτης, τὸν αἰσθητὸν Σωκράτη, ἀλλὰ χρώματα καὶ σχήματα ἐκείνων τῶν ἐν τῷ λόγῳ μιμήματα εἶναι, καὶ τὸν λογον δὲ τοῦτον πρὸς τὸν ἀληθέστατον ἤδη λόγον τὸν ἀνθρώπου τὸ αὐτὸ πεπονθότα εἶναι. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως.

XV. Ceterum quonam pacto quantitatis proprium est, quod æquale et inæquale dici solet? Jam vero trianguli similes esse dicuntur. An forte magnitudines quoque rite similes appellantur? Et quæ similitudo dicitur, non tollit, quin simile atque dissimile in genere quantitatis inveniatur. Fortasse enim hic in ordine magnitudinum, quod simile nominatur, aliter sese habet, neque perinde atque in genere qualitatis. Præterea non, si proprium dixit æquale et inæquale, propterea veluti de aliquibus simile prædicari : verum si dixerit, simile atque dissimile duntaxat proprium esse qualis, aliter dicendum est, ut prædiximus, hoc ipsum in quantitate. Sin autem idem est id, quod simile dicitur, in hoc etiam genere considerare nobis expedit alias utriusque generis proprietates, cum quantitatis, tum etiam qualitatis. Aut fortasse dicendum ipsum simile etiam in quantitatis genere dici, quatenus in ipso differentiæ sunt : communiter autem simul ordinare decet atque conjungere differentias complentes essentiam, cum eo ipso, cujus et differentiæ sunt : præsertim quando solius illius differentia est. Sin autem in alio quidem complet essentiam sive substantiam, in alio vero nequaquam, cum eo copulanda est, cujus complet naturam : illud autem, cujus hæc substantiam minime complet, in se ipso tantum est assumendum : implere autem substantiam dico non simpliciter substantiam, sed ejusmodi : ubi profecto hoc ipsum, quod ejusmodi dicitur, non substantialem admittit adjunctionem. Operæ pretium vero est animadvertere, æquales quidem nos rite dicere triangulos et quadrangulos, figurasque in quavis specie, tam planas, quam etiam solidas. Quapropter æquale et inæquale in genere quantitatis tanquam proprium absque controversia est ponendum. Simile vero atque dissimile numquid duntaxat in genere qualitatis sit, cogitandum est. De ipso vero quali in superioribus dictum est, materiam quidem una cum aliis, et aliquid commixtum quali, efficere sensibilis substantiæ complementum, viderique substantiam illam, quæ apud nos substantia dicitur, esse hoc, quod ex multis est congregatum : non hoc aliquid proprie, sed potius quale. Videtur etiam ratio quidem ipsa velut ipsius ignis, hoc aliquid magis significare : forma vero hæc, quam ipsa gignit, magis significare quale : atque hominis ratio hoc aliquid esse. Quod autem inde in natura corporis effectum est, cum rationis simulacrum sit, quale quiddam potius esse : perinde ac si Socrates hic, qui videtur a nobis, ipse sit homo, sed nihilo minus imago ejus, in pictura ex coloribus pigmentisque tantum constans, Socrates appelletur. Sic utique, cum ipsa ratio sit, secundum quam est Socrates, nos tamen hunc, qui videtur, Socratem appellamus : rerumtamen colores et figuras hujus Socratis apparentis earum, quæ in ipsa ratione consistunt, imitationes quasdam appellare debemus : atque hanc insuper rationem ergo verissimam hominis rationem idem perpeti judicare. Et de his quidem ita sit dictum.

Substantia incorporea re vera hoc aliquid appellatur : substantia vero corporea tale aliquid. Accidens autem dicitur tale, quale ejusmodi, item qualitates animæ, quatenus versantur circa materiam et affectandam et tractandam, computantur in genere qualitatum corpori conjunctarum, eminentiores vero in genere qualitatum separatarum. Item qualitates in virtute animæ seminaria in genere conjuncto numerantur, quamvis non sint in materia ; sed in anima separabili. Ipsam vero substantiam animæ non in hoc quidem, sed in genere separatæ essentiæ collocamus.

ΙϚ'. Ἕκαστον δὲ λαμβανόμενον χωρὶς τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὴν λεγομένην οὐσίαν ποιότητα τὴν ἐν τούτοις εἶναι, οὐ τὸ τί, οὐδὲ τὸ ποσὸν, οὐδὲ κίνησιν σημαίνοντα, χαρακτὴρα δὲ καὶ τὸ τοιόνδε, καὶ τὸ οἷον, καὶ τὸ ὁποῖον δηλοῦντα, καλὸν, αἰσχρὸν, τὸ ἐπὶ σώμα-

XVI. Ubi vero unumquodque eorum, quæ circa datam versantur essentiam, seorsum consideramus, qualitatem in his exsistentem, non debemus significare, hoc aliquid dicere, neque etiam quantitatem hoc aliquid, neque motum : sed characterem quendam, et quod dici solet ejusmodi, et quale : et quale quiddam hæc nobis significare putandum, veluti pulchrum et turpe, videlicet, quod est in corpore

τι· ὁμώνυμον γὰρ τὸ καλὸν, τὸ τῇδε κἀκεῖ, ὥστε καὶ τὸ ποιὸν, ἐπεὶ καὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ λευκὸν ἄλλο. Ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ σπέρματι καὶ τῷ τοιούτῳ λόγῳ, πότερα τὸ αὐτὸ ἢ ὁμώνυμον τῷ φαινομένῳ; καὶ τοῖς ἐκεῖ προσνεμητέον, ἢ τοῖς τῇδε; καὶ τὸ αἰσχρὸν τὸ περὶ τὴν ψυχήν; τὸ μὲν γὰρ καλὸν ὅτι ἄλλα, ἤδη δῆλον. Ἀλλ' εἰ ἐν τούτῳ τῷ ποιῷ καὶ ἡ ἀρετὴ, ἢ ἐν τοῖς τῇδε ποιοῖς, ἢ τὰς μὲν ἐν τοῖς τῇδε ποιοῖς, τὰς δὲ ἐν τοῖς ἐκεῖ, ἐκεῖ καὶ τὰς τέχνας λόγους οὔσας ἀπορήσειεν ἄν τις εἰ ἐν τοῖς τῇδε. Καὶ γὰρ εἰ ἐν ὕλῃ λόγοι, ἀλλὰ ὕλη αὐτοῖς ἡ ψυχή· ἀλλ' ὅταν καὶ μετὰ ὕλης, πῶς ἐνταῦθα; οἷον κιθαρῳδία· καὶ γὰρ περὶ χορδὰς καὶ μέρος πως τῆς τέχνης ἡ ᾠδὴ, φωνὴ αἰσθητὴ, εἰ μὴ ἄρα ἐνεργείας ταύτας τις, ἀλλ' οὐ μέρη, θεῖτο. Ἀλλ' οὖν ἐνέργειαι αἰσθηταὶ, ἐπεὶ καὶ τὸ καλὸν τὸ ἐν σώματι ἀσώματον· ἀλλ' ἀπέδομεν αὐτὸ αἰσθητὸν ὂν τῆς περὶ σῶμα καὶ σώματος. Γεωμετρίαν δὲ καὶ ἀριθμητικὴν διττὴν θεμένους τὰς μὲν ὡδὶ ἐν τῷδε τῷ ποιῷ τακτέον, τὰς δὲ αὐτῆς τῆς ψυχῆς πραγματείας πρὸς τὸ νοητὸν τὸ ἐκεῖ τακτέον. Καὶ δὴ καὶ μουσικήν φησιν ὁ Πλάτων καὶ ἀστρονομίαν ὡσαύτως· τὰς τοίνυν τέχνας περὶ σώματα ἐχούσας καὶ ὀργάνοις αἰσθητοῖς καὶ αἰσθήσει χρωμένας, εἰ καὶ ψυχῆς εἰσι διαθέσεις, ἐπειδὴ κάτω νευούσης εἰσὶν, ἐν τῷδε τῷ ποιῷ τακτέον. Καὶ δὴ καὶ τὰς πρακτικὰς ἀρετὰς οὐδὲν κωλύει ἐνταῦθα τὰς οὕτω πραττούσας ὡς πολιτικῶς τὸ πράττειν ἔχειν, ὅσαι μὴ χωρίζουσι τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ ἐκεῖ ἄγουσαι, ἀλλ' ἐνταῦθα τὸ καλῶς ἐνεργοῦσι, προηγούμενον τοῦτο, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀναγκαῖον τιθέμεναι· καὶ τὸ ἐν τῷ σπέρματι τοίνυν καλὸν, καὶ πολὺ μᾶλλον τὸ μέλαν καὶ τὸ λευκὸν, ἐν τούτοις. Τί οὖν καὶ τὴν ψυχὴν τὴν τοιαύτην, ἐν ᾗ οὗτοι οἱ λόγοι, ἐν οὐσίᾳ τῇ τῇδε τάξομεν; ἢ οὐδὲ ταῦτα σώματα εἴπομεν, ἀλλ', ἐπεὶ περὶ σῶμα καὶ σωμάτων ποιήσεις [l. ποιότητας] οἱ λόγοι, ἐν ποιότητι ἐθέμεθα τῇ τῇδε· οὐσίαν δὲ αἰσθητὴν τὸ ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων θέμενοι οὐδαμῶς ἀσώματον οὐσίαν ἐν αὐτῇ τάξομεν. Ποιότητας δὲ ἀσωμάτους ἁπάσας λέγοντες ἐν αὐτῇ πάθη ὄντα νενευκότα τῇδε ἐνηριθμήσαμεν, καὶ λόγους ψυχῆς τινος. Τὸ γὰρ πάθος μεμερισμένον εἰς δύο, εἴς τε τὸ περὶ ὅ ἐστι καὶ ἐν ᾧ ἐστι, τῇ ψυχῇ ἐδίδομεν, ποιότητι οὐ σωματικῇ οὔσῃ, περὶ σῶμα δὲ οὔσῃ· οὐκέτι δὲ τὴν ψυχὴν τῇδε τῇ οὐσίᾳ, ὅτι τὸ πρὸς σῶμα αὐτῆς πάθος ἤδη δεδωκότες ἦμεν ποιῷ· ἄνευ δὲ τοῦ πάθους καὶ τοῦ λόγου νοουμένην τῷ ὅθεν ἐστὶν ἀποδεδώκαμεν, οὐδεμίαν οὐσίαν ὁπωσοῦν νοητὴν ἐνταῦθα καταλιπόντες.

Æquivocum namque est pulchrum apud nos, atque in rebus a materia separatis. Quapropter et quale etiam est æquivocum, quando et nigrum albumque diversum est. Verum quod in semine et ejusmodi ratione consistit, numquid idem est? an potius æquivocum ad hoc, quod apud nos apparet? et numquid separatis annumerandum est, an potius rebus inferioribus? Atqui turpe, quod est in anima, num forte iis attribuendum est? Jam vero constat, pulchrum esse diversum. Sed iterum dubitatur, num virtus in ipso penes rationem quali consistat, an potius inter qualia hæc nostra sit computanda. Sed profecto alias quidem virtutes in qualitate hac inferiori, alias autem in ipsa superiori qualitate collocare debemus: quando et de artibus, quæ rationes quædam sunt, dubitare posset quispiam, numquid in qualitatum nostrarum genere poni deceat. Nam etsi rationes in materia esse dicuntur, pro materia tamen illis est anima: sed quando etiam cum materia sunt, quo modo hic collocandæ videntur? quemadmodum quæ fit ad citharam cantilena. Est enim circa chordas, atque pars quodammodo artis est cantilena, utpote quæ vox est sensibilis, nisi forte quis eas actus quosdam potius, quam partes, esse dixerit: attamen actus sensibiles sunt, quoniam et pulchrum, quod est in corpore, est incorporeum: verumtamen, cum sensibile sit, iis hoc attribuimus, quæ sunt circa corpus, corporisque sunt. Geometriam vero et arithmeticam duplicem ponere decet: et alias quidem huc se deflectentes in hoc qualitatis genere constituere; alias autem, quæ animæ ipsius meditationes sunt, ad intelligibile illud reducere. Atqui et musicam ait Plato astronomiamque similiter se habere. Artes igitur, quæ circa corpora versantur, et sensibilibus instrumentis sensibusque utuntur, quamvis affectiones quædam animæ sint, quia tamen sunt animæ jam inferius declinantis, merito in hoc nostro qualitatis genere numeramus. Quin etiam nihil vetat ibidem ponere virtutes activas, quæ quidem sic agant, ut duntaxat civiliter agant, neque hinc ad sublimia unquam animum segregant, sed officii sui in rebus humanis perfectionem ponunt, ejusmodique honesta negotia non tanquam necessaria eligunt, sed sibi ea velut præcipua statuunt. Quam ob rem pulchrum quoque, quod est in seminali virtute, multoque magis nigrum et album, quod est ibidem, inter qualitates inferiores connumeranda videntur. Quid ergo? animamne talem, in qua sunt ejusmodi rationes, in ordine essentiæ, quæ apud nos est, esse censebimus? At vero neque hæc quidem esse corpora diximus: sed quoniam rationes circa corpus corporumque effectiones [l. affectiones] versantur, idcirco in nostra hac qualitate posuimus. Cum vero sensibilem substantiam quiddam ex supra dictis omnibus congregatum affirmaverimus, nullo modo in ea substantiam incorpoream statuemus. Qualitates autem animæ quamvis omnes incorporeæ sint, quia tamen in ea passiones quædam sunt ad inferiora quodammodo declinantes, iis nimirum annumeravimus, atque etiam rationes, quæ animæ alicujus exsistunt. Passionem namque in duo divisam, cum in id, circa quod versatur, tum in id etiam, in quo est, attribuimus animæ: quæ quidem non corporea qualitas est, sed tamen circa corpus exsistit. Neque tamen animam huic accommodamus essentiæ, quoniam passionem ejus affectionemque ad corpus qualitatis generi jam concessimus: ipsam vero animam absque tali quadam affectione seminariaque ratione consideratam eidem ipsi, unde est, attribuimus, nullam prorsus essentiam quomodocumque intelligibilem in hoc inferiorum genere relinquentes.

Ambigit, qua ratione qualitatis genus rite per differentias in suas species dividatur; sed in hoc capite nihil ferme definit.

ΙΖ'. Εἰ μὲν οὖν οὕτω δοκεῖ, διαιρετέον τὰς μὲν ψυχικὰς, τὰς δὲ σωματικὰς, ὡς σώματος οὔσας, ποιότητας. Εἰ δὲ τὰς ψυχὰς ἁπάσας ἐκεῖ τις βούλεται, ταῖς αἰσθήσεσι τὰς τῇδε ποιότητάς ἐστι διαιρεῖν, τὰς μὲν δι' ὀμμάτων, τὰς δὲ δι' ὤτων, τὰς δὲ δι' ἁφῆς, γεύσεως, ὀσφρήσεως, καὶ τούτων εἴ τινες διαφοραὶ, ὄψεσι μὲν χρώματα, ἀκοαῖς δὲ φωνὰς, καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι·

XVII. Si igitur ita videtur, dividendum est qualitatis genus in qualitates animæ atque corporis. Si quis autem animas omnes in supernis velit exsistere, similiterque earum proprias qualitates, licebit saltem qualitates inferiores pro sensuum distributione dividere, assignando videlicet alias quidem per oculos, alias vero per aures: item per tactum et gustum atque olfactum: similiterque, si quæ in his etiam differentiæ sint: visui quidem colores, auditui voces, et aliis sensibus alia distribuendo: voces autem,

φωνὰς δὲ, ἢ ποιαὶ, ἡδὺ, τραχὺ, λεῖον. Ἐπεὶ δὲ τὰς διαφορὰς τὰς περὶ τὴν οὐσίαν ποιότησι διαιροῦμεθα, καὶ τὰς ἐνεργείας, καὶ τὰς πράξεις καλὰς ἢ αἰσχρὰς, καὶ ὅλως τοιάσδε· τὸ γὰρ ποσὸν ἢ ὀλιγάκις εἰς τὰς διαφορὰς τὰς εἴδη ποιούσας, ἢ οὐδαμοῦ, καὶ τὸ ποσὸν δὲ ποιότησι ταῖς αὐτῶν οἰκείαις, πῶς ἄν τις καὶ τὸ ποιὸν διέλοι κατ' εἴδη, ἀπορήσειεν ἄν τις, ποίαις χρώμενος διαφοραῖς καὶ ἐκ ποίου γένους; ἄτοπον γὰρ ἑαυτῷ καὶ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις διαφορὰς οὐσίας οὐσίας πάλιν αὖ λέγοι. Τίνι οὖν τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν; τίνι δὲ τὰ χρώματα ὅλως ἀπὸ χυμῶν, καὶ τῶν ἁπτικῶν ποιοτήτων; εἰ δὲ τοῖς διαφόροις αἰσθητηρίοις ταῦτα, οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις ἡ διαφορά· ἀλλὰ τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν αἴσθησιν πῶς; εἰ δ', ὅτι τὸ μὲν συγκριτικὸν, τὸ δὲ διακριτικὸν ὀμμάτων, τὸ δὲ διακριτικὸν γλώττης καὶ συγκριτικὸν, πρῶτον μὲν ἀμφισβητεῖται καὶ περὶ αὐτῶν τῶν παθῶν, εἰ διακρίσεις τινὲς καὶ συγκρίσεις ταῦτα· ἔπειτα οὐκ αὐτὰ, οἷς διαφέρει, εἴρηκεν. Εἰ δέ τις λέγοι, οἷς δύνανται, καὶ οὐκ ἄλογον δὲ, οἷς δύνανται, ἐκεῖνο ἴσως λεκτέον, ὅκ, οἷς δύνανται, διαιρετέον τὰ μὴ ὁρώμενα, οἷον τὰς ἐπιστήμας· αἰσθητὰ δὲ ταῦτα ὄντα διὰ τί ἐξ ὧν ποιεῖ; καὶ ἐν ταῖς ἐπιστήμαις δὲ διαιροῦντες, οἷς δύνανται, καὶ ὅλως ταῖς τῆς ψυχῆς δυνάμεσι διαστησάμενοι ὡς ἕτεραι, ἐξ ὧν ποιοῦσιν, ἔχομεν λόγῳ διαφορὰς αὐτῶν λαμβάνειν, οὐ μόνον περὶ ἃ, ἀλλὰ καὶ λόγους αὐτῶν ὁρῶντες· ἢ τὰς μὲν τέχνας ἕξομεν τοῖς λόγοις αὐτῶν καὶ τοῖς θεωρήμασι, τὰς δὲ ἐπὶ σώμασι ποιότητας πῶς; ἢ κἀκεῖ ἐπὶ τῶν λόγων τῶν διαφόρων, πῶς ἕτεροι, ζητήσειεν ἄν τις· καὶ γὰρ φαίνεται τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος διαφέρειν· ἀλλὰ τίνι, ζητοῦμεν.

quatenus quales sunt, per dulce, asperum, lene dividere possumus. Quoniam vero differentias, quæ circa substantiam sunt, dividimus qualitatibus, eisdemque partimur et actus, et actiones pulchras aut turpes, et omnino tales existentes : quantitatem namque vel raro vel nunquam partimur per differentias, quæ constituant species, imo et quantitatem qualitatibus sibi propriis partiri solemus; dubitari potest, quonam modo quispiam ipsam dividat quantitatem. Nam qualibus potissimum differentiis utetur in dividendo, et ex quali genere has deducet? Absurdum namque videtur, qualitatem ipsam qualitate dividere : atque perinde se habere, ac si quis substantiæ differentias rursus dicat esse substantias. Quonam igitur album et nigrum dividet? quonam omnino colores a saporibus et qualitatibus, quæ tanguntur? Quodsi per diversa sensuum instrumenta harum qualitatum differentias assignemus, non erit in ipsis subjectis ejusmodi differentia. Atqui etiam quærendum est, quomodo per eundem sensum differentiam qualitatum ad eundem pertinentium discernamus : sin autem ex eo diversitas assignetur, quod hoc quidem visum congregat, illud autem disgregat : atqui et aliud disgregat linguam, aliud vero congregat : primo quidem et de ipsis passionibus dubitabitur, numquid congregationes quædam disgregationesque sint : deinde non ea, quibus hæc differunt, sic aliquis assignaverit. Si quis autem afferat, se illa in medium adduxisse illa, quæ proprie possint, neque esse ab re per illa, quæ facere possunt, partiri : illud forsan erit objiciendum, ea quidem, quæ non videntur, esse dividenda per illa, quæ proprie facere possint, velut scientias : hæc autem, quæ sensui patent, curnam per illa, quæ faciunt, dividuntur? Nempe cum scientias per ea, quæ possunt facere, distribuimus, atque omnino per varias animæ vires disponimus, tanquam ex his, quæ faciunt, eas constet esse diversas, possumus interea differentias earum sumere ratione, non solum, circa quæ versentur, prospicientes, sed rationes ipsarum inspicientes. An forte artes quidem facile possumus rationibus quibusdam suis, notionibusque distinguere : qualitates autem corporibus insitas quonam modo similiter partiri valemus? Atqui et in superiori natura interrogare licet, quomodo rationes ipsæ variæ inter se distinguantur : patet enim, album a nigro differre, sed, quonam differat, percontamur.

Sensibiles rerum species per differentias inter se distinguuntur, internas quidem præcipue, quodammodo etiam per externas : quæ vero differentiæ non per differentias alias, sed per se ipsas invicem distinguuntur.

Qualitates discernuntur inter se non per alias qualitates, sed vel penitus per se ipsas, vel per quosdam suos existendi modos.

III'. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα ἅπαντα τὰ ἀπορηθέντα δεικνύει, ὡς τῶν ἄλλων δεῖ διαφορὰς ζητεῖν, αἷς χωριοῦμεν ἀπ' ἀλλήλων ἕκαστα· τῶν δὲ διαφορῶν διαφορὰς, καὶ ἀδύνατον καὶ ἄλογον· οὔτε γὰρ οὐσίας οὐσιῶν, οὔτε ποσοῦ ποσότητας, οὔτε ποιότητας ποιοτήτων, οὔτε διαφορὰς διαφορῶν οἷόν τε· ἀλλ' ἀνάγκη, οὗ ἐγχωρεῖ, τοῖς ἔξωθεν ἢ τοῖς ποιητικοῖς, ἢ τοῖς τοιούτοις· οὗ δὲ μηδὲ ταῦτα, οἷον πράσινον ὠχροῦ· ἐπεὶ δὲ λευκοῦ καὶ μέλανος λέγουσι, τί ἄν τις εἴποι; ἀλλὰ γὰρ, ὅτι ἕτερα ἡ αἴσθησις ἢ ὁ νοῦς ἐρεῖ, καὶ οὐ δώσουσι λόγον· ἡ μὲν αἴσθησις, ὅτι μηδ' αὐτῆς ὁ λόγος, ἀλλὰ μόνον μηνύσεις διαφόρους ποιήσασθαι, ὁ δὲ νοῦς ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐπιβολαῖς ἁπλαῖς, καὶ οὐ λόγοις χρῆται πανταχοῦ, ὡς λέγειν ἕκαστον τόδε τόδε. Καὶ ἔστιν ἑτερότης ἐν ταῖς κινήσεσιν αὐτοῦ, διαιροῦσα θάτερον ἀπὸ θατέρου, οὐχ ἑτερότητος αὐτὴ δεομένη. Αἱ τοίνυν ποιότητες πότερα διαφοραὶ πᾶσαι γίγνοιντο ἄν, ἢ οὔ; λευκότης μὲν γὰρ καὶ ὅλως αἱ χροαὶ καὶ περὶ ἁφὴν καὶ χυμοὺς γένοιντο ἂν διαφοραὶ ἑτέρων καὶ εἴδη ὄντα. Γραμματικὴ δὲ καὶ μουσικὴ πῶς; ἢ τῷ τὴν μὲν γραμματικὴν ψυχὴν,

XVIII. Hæc autem omnia, quæ modo nobis in dubium veniebant, plane declarant, aliorum quidem differentias esse quærendas, quibus inter se singula discernamus : differentiarum vero exigere differentias neque posse nos neque ulla ratione debere. Fieri namque non potest, ut substantiarum substantias, quantitatis quantitates, qualitatum qualitates, differentias differentiarum investigemus : sed necessarium est, ubicumque fieri potest, dividere per illa, quæ sunt extrinsecus, vel per efficacem conditionem, vel per talia quædam. Ubi vero hæc non suppetunt, discretio fiat tanquam viridis a pallido. Sed quoniam ab albo etiam et nigro discerni dicunt, quidnam dicemus? At vero hæc inter se differentia sensus vel intellectus nobis enunciat, etiam si non afferant rationem : sensus quidem, quoniam non est ejus officium adducere rationem, sed indicio nobis differentia duntaxat afferre : intellectus autem simplici suo quodam intuitu discernere potest. Non enim ubique rationibus utitur, adeo ut de unoquoque dicat, hoc est hoc. Est sane in ipsis intelligentiæ motibus alterum quodam, alterum ab altero dividens, nec ipsa egens alteritate. Qualitates igitur omnes utrum differentiæ sint, necne, quæri potest : neque tamen ita videtur. Albedo enim et colores omnino, et quæ ad tactum gustumve pertinent, fieri possunt differentiæ aliorum, quamvis species per se exsistant. Grammatica vero, et musica quonam modo? Forsan vero possunt ex eo, quod hæc quidem animum reddit grammaticum, hæc vero musicum, quæque similes

τὴν δὲ μουσικὴν, καὶ μάλιστα εἰ φύσει εἶεν, ὥστε καὶ εἰδοποιοὺς διαφορὰς γίγνεσθαι· καὶ εἰ εἴη τις διαφορὰ ἐκ τούτου τοῦ γένους, ἢ καὶ ἐξ ἄλλου· καὶ εἰ ἐκ τούτου τοῦ γένους, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, οἷον ποιοτήτων ποιότητας· ἀρετὴ γὰρ καὶ κακία· ἡ μὲν γὰρ ἕξις τοιάδε, ἡ δὲ τοιάδε, ὥστε, ποιοτήτων οὐσῶν τῶν ἕξεων, αἱ διαφοραὶ ποιότητες· εἰ μή τις φαίη τὴν μὲν ἕξιν ἄνευ τῆς διαφορᾶς μὴ ποιότητα εἶναι, τὴν δὲ διαφορὰν τὴν ποιότητα ποιεῖν. Ἀλλ' εἰ τὸ γλυκὺ ὠφέλιμον, βλαβερὸν δὲ τὸ πικρὸν, σχέσει, οὐ ποιότητι, διαιρεῖ. Τί δ' εἰ τὸ γλυκὺ παχὺ, τὸ δὲ αὐστηρὸν λεπτόν; οὐ τί ἦν γλυκὺ ἴσως λέγει παχὺ, ἀλλ' ᾧ ἡ γλυκύτης· καὶ ἐπὶ τοῦ αὐστηροῦ ὁ αὐτὸς λόγος, ὥστε, εἰ πανταχοῦ μὴ ποιότητος ποιότης διαφορὰ, σκεπτέον, ὥσπερ οὐδὲ οὐσίας οὐσία, οὐδὲ ποσοῦ ποσότης. Ἢ τὰ πέντε τῶν τριῶν διαφέρει δυσὶν, ἢ ὑπερέχει δυσὶ, διαφέρειν δ' οὐ λέγεται. Πῶς γὰρ ἂν καὶ διαφέροι δυσὶν ἐν τοῖς τρισίν; ἀλλ' οὐδὲ κίνησις κινήσεως κινήσει διαφέροι ἄν, οὐδ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ἄν τις εὕροι. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον ληπτέον, καὶ οὕτως αὐτῆς ἐνίσει. Τὸ δὲ ἐκ ταὐτοῦ γένους τοῦ ποιοῦ καὶ μὴ ἐξ ἄλλου εἴ τις διαιροῖ τῷ τὴν μὲν περὶ ἡδονὰς, τὴν δὲ περὶ ὀργὰς, καὶ τὴν μὲν περὶ καρποῦ κομιδὴν, καὶ οὕτω παραδέξαιτο καλῶς ὡρίσθαι, δῆλον ὅτι ἐστὶ διαφορὰς εἶναι καὶ μὴ ποιότητας.

turaliter insint, adeo ut differentiæ etiam specificæ fiant. Considerandum præterea, si qua differentia sit ex eodem genere ducta, aut ex alio : ac si ex eodem genere, dicendum est, eorum, quæ ex eodem genere sunt, ejusmodi differentiam esse, velut qualitates differentias qualitatum. Virtus enim et pravitas ita fortasse se habent. Hæc sane talis quidam habitus est : illa vero talis. Quapropter, cum habitus qualitates quædam sint, differentiæ hic qualitates erunt : nisi forte quis dicat, habitum quidem absque differentia non esse qualitatem, differentiam vero proprie facere qualitatem. Verum si dulce nobis est utile, amarum vero noxium, atque ita commode discernantur, habitudine quadam potius, quam qualitate, distribuentur. Quid vero, si dulce quidem crassum esse dicatur, austerum contra subtile? fortasse hoc ipsum crassum, quid dulce sit, non explicat, sed significat aliquid, quo sit dulcedo : atque eadem de austero ratio est. Itaque considerandum est, numquid ubique non sit qualitas differentia qualitatis, sicut neque substantiæ substantia, neque quantitas quantitatis. Dic age, num quinque a tribus per duo differant? imo vero superant quinque tria duobus, differunt vero per duo nequaquam. Quo enim pacto per duo segregantur a tribus, cum et in tribus duo contineantur? Jam vero neque motus a motu differt motu, neque aliquid aliorum ab alio ita discernitur. Quantum vero ad virtutem spectat et pravitatem, totum sane alterutrum ad totum velut diversum est opponendum, atque ita a se ipsis inter se distinguentur. Si quis autem ex eodem genere, videlicet ex quali, nec ex alio, dividat, ex eo profecto, quod hanc quidem circa voluptates, istam vero circa iras, et illam circa fructus curam versari concedat, atque ita recte distingui prorsus admittat : consequens erit, differentias esse etiam, quæ non sint qualitates.

In genere qualitatis præcipue quidem ponitur ipsa qualitas, ut pulchritudo : deinde vero, qui qualitate præditus est, qua videlicet ratione sic est affectus, ut pulcher. Tertio qualitatis ejusmodi motus, ut quod adverbio pulchre dicitur. Negationes vero qualitatum vel motus ad illas in hoc genere non ponuntur.

ιθ'. Τῇ δὲ ποιότητι συνταχτέον, ὥσπερ ἐδόκει, καὶ τοὺς κατ' αὐτὰς ποιοὺς, καθ' ὅσον ποιότης περὶ αὐτούς· οὐ προσποιουμένους αὐτοὺς, ἵνα μὴ κατηγορίαι δύο, ἀλλ' εἰς τοῦτο ἀνιόντας ἀπ' αὐτῶν, ἀφ' οὗ λέγονται. Τὸ δὲ οὐ λευκὸν, εἰ μὲν σημαίνει ἄλλο χρῶμα, ποιότης· εἰ δὲ ἀπόφασις μόνον εἴη πραγμάτων ἢ ἐξαρίθμησις, οὐδὲν ἂν εἴη, εἰ μὴ φωνὴ, ἢ ὄνομα, ἢ λόγος, γιγνομένου καὶ αὐτοῦ πράγματος. Καὶ εἰ μὲν φωνὴ, κίνησίς τις, εἰ δ' ὄνομα ἢ λόγος, πρός τι, καθ' ὃ σημαντικά· εἰ δὲ μὴ μόνον πραγμάτων ἡ ἐξαρίθμησις κατὰ γένος, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ λεγόμενα καὶ τὰ σημαίνοντα, τίνος ἕκαστον γένους σημαντικὸν ἐροῦμεν, τὰ μὲν τίθεσθαι αὐτὰ μόνον δηλοῦντα, τὰ δὲ ἀναιρεῖν αὐτά· καίτοι βέλτιον ἴσως τὰς ἀποφάσεις αὐτῶν μὴ συναριθμεῖν, τάς τε καταφάσεις μὴ συναριθμοῦντας διὰ τὸ σύνθετον. Τὰς δὲ στερήσεις πῶς; εἰ ὧν αἱ στερήσεις ποιότητες, καὶ αὐταὶ ποιότητες, οἷον νωδὸς ἢ τυφλός· ὁ δὲ γυμνὸς καὶ ἠμφιεσμένος, οὐδέτερος ποιὸς, ἀλλὰ μᾶλλόν πως ἔχων· ἐν σχέσει οὖν τῇ πρὸς ἄλλο. Πάθος δὲ τὸ μὲν ἐν τῷ πάσχειν ἔτι οὐ ποιότης, ἀλλά τις κίνησις· τὸ δὲ ἐν τῷ πεπονθέναι καὶ ἔχειν μέγον ἤδη τὸ πάθος, ποιότης· εἰ δὲ μὴ ἔχοι ἔτι τὸ πάθος, λέγοιτο δὲ πεπονθέναι, κεκινῆσθαι. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἦν ἐν κινήσει· δεῖ δὲ μόνον κίνησιν νοεῖν ἀφαιροῦντα τὸν χρόνον, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸ νῦν προσλαμβάνειν προσήκει. Τὸ δὲ καλῶς καὶ τὰ τοιαῦτα εἰς μίαν νόησιν τὴν τοῦ

XIX. Accommodandi præterea sunt qualitatis generi, quemadmodum visum est, qui per qualitates quales denominantur, quatenus circa illos est qualitas. Neque tamen eos proprie adhibere debemus, ne duo propterea videantur prædicamenta, sed ab eis ad hoc ipsum nos sevocare debemus, a quo tales cognominantur. Quod vero dici solet non album, si colorem significet alium, est in genere qualitatis : sin autem negatio est duntaxat res ipsas negans, vel enumeratio quædam, nihil aliud est, nisi vox, aut nomen, aut oratio, quæ etiam res quædam esse videtur, ipsumque similiter. Ac si vox quidem est, motus aliquis erit : sin autem nomen aut oratio, ad relationem verget, quatenus hæc significandi vim habent : at si ejusmodi enumeratio non solum rerum est secundum genus, verum etiam oportet et quæ dicuntur, et quæ significant, singulatim genus quiddam significare : dicemus profecto, alia quidem res ipsas ponere solum has declarando, alia vero res e medio tollere, tametsi fortasse præstat negationes rerum in eodem cum rebus genere non numerare, præsertim cum affirmationes quoque aliquas nequaquam connumeremus, ut compositionem ex pluribus generibus devitemus. De privationibus autem quidnam dicemus? Profecto si illa, quorum privationes dicuntur, sunt qualitates, ipsæ etiam qualitates sunt, velut edentulus, aut cæcus : at vero nudus atque vestitus, neuter est proprie qualis, sed dicitur potius quodammodo sese habens : itaque in habitudine quadam ad aliud respiciente locatur. Proinde passio, quæ adhuc in patiendo versatur, non est qualitas, sed motio quædam : quæ vero ex eo dicitur, quod aliquis jam passus fuerit, passionemque jam habeat permanentem, qualitas merito judicatur : sin autem non habeat amplius passionem, dicatur tamen fuisse perpessus, censebitur proprie commotus fuisse. Id vero idem est, ac si dicatur, hic erat in motu : oportet autem motum duntaxat excogitare tempore inde sublato : nam neque etiam momentum præsens ad hoc est assumendum. Præterea, quod dici solet, pulchre vel bene, ceic-

γένους ἀναχτέον. Εἰ δὲ τὸ μὲν ἐρυθριᾷν εἰς τὸ ποιὸν ἀναχτέον, τὸν δὲ ἐρυθρὸν μηχέτι, ἐπισχεπτέον· τὸ μὲν γὰρ ἐρυθαίνεσθαι ὀρθῶς οὐχ ἀναχτέον· πάσχει γὰρ ἢ ὅλως κινεῖται· εἰ δὲ μηχέτι ἐρυθαίνεται, ἀλλ' ἤδη ἐστὶ, διὰ τί οὐ ποιός; οὐ γὰρ χρόνῳ ὁ ποιὸς ἢ τινι ὁριστέον, ἀλλὰ τῷ τοιῷδε, καὶ ἐρυθρὸν λέγοντες ποιὸν λέγομεν, ἢ οὕτω τὰς ἕξεις μόνας ποιότητας ἐροῦμεν, τὰς δὲ διαθέσεις οὐχέτι· καὶ θερμὸς τοίνυν οὐχ ὁ θερμαινόμενος, καὶ νοσῶν οὐχ ὁ ἀγόμενος εἰς νόσον.

raque ejusmodi, in unam ipsam generis notionem redigere decet. Est autem consideratione dignum, numquid ad qualitatis genus referre deceat, quod dici solet, rubere; rubeum vero, sive rubescentem nequaquam: nam rubefieri quidem ad id genus merito non reducitur. Qui enim rubefit, patitur, vel omnino movetur: sin autem non amplius rubefit sive rubescit, sed jam est rubeus, cur non sit qualis? Non enim tempore quodam determinandus est ipse qualis, sed tali quodam potius perpendendus: itaque, rubeum sive rubescentem dicentes, qualem dicimus: aliquin sic solos habitus esse putabimus qualitates, dispositiones vero nequaquam: ideoque calidus quidem ita qualis erit, non qui calescit: similiterque languidus proprie erit qualis, non qui labitur in languorem.

Non debemus qualitates illas duntaxat contrarias definire, quæ plurimo inter se qualitatum mediarum spatio distent: sed illas simpliciter, quæ, cum in eodem qualitatis genere sint, in eo nullam in specie similitudinem mutuam habent, effectusque nobis oppositos afferunt.

Hac ratione sanitas et morbus, inter quæ nihil est medium, contraria sunt. Ubi media qualitas componitur ex extremis, non potest extremis esse contraria, ut viredo: ubi vero non componitur, potest, ut moralis virtus: ubi qualitas in proportione quadam certa individuaque consistit, non suscipit magis atque minus, ut harmonia, temperantia, justitia, sanitas: ubi latum habet gradum, suscipit, ut calor atque frigus.

Κ'. Ὁρᾶν δὲ δεῖ, εἰ μὴ πάσῃ ποιότητί ἐστί τις ἄλλη ἐναντία. Ἐπεὶ καὶ τὸ μέσον τοῖς ἄκροις δοκεῖ ἐπ' ἀρετῆς καὶ κακίας ἐναντίον εἶναι. Ἀλλ' ἐπὶ τῶν χρωμάτων τὰ μεταξὺ οὐχ οὕτως. Εἰ μὲν οὖν, ὅτι μίξεις τῶν ἄκρων τὰ μεταξὺ, ἔδει μὴ ἀντιδιαιρεῖν, ἀλλὰ λευκῷ καὶ μέλανι, τὰ δ' ἄλλα συνθέσεις, ἢ τῷ μίαν τινὰ ἄλλην ἐπὶ τῶν μεταξὺ κἂν ἐκ συνθέσεως ἢ θεωρεῖσθαι, ἀντιτίθεμεν, ἢ ὅτι δὲ τὰ ἐναντία οὐ μόνον διαφέρει, ἀλλὰ καὶ πλεῖστον· ἀλλὰ κινδυνεύει τὸ πλεῖστον διαφέρειν λαμβάνεσθαι, ἐν τῷ θέσθαι ἤδη ταῦτα τὰ μεταξύ. Ἐπεὶ εἴ τις ταύτην τὴν διάταξιν ἀφέλοι, τίνι τὸ πλεῖστον ὁριεῖ; ἢ ὅτι τὸ φαιὸν ἐγγυτέρω τοῦ λευκοῦ μᾶλλον, ἢ τὸ μέλαν, καὶ τοῦτο παρὰ τῆς ὄψεως μηνύεται, καὶ ἐπὶ τῶν χυμῶν ὡσαύτως, θερμὸν, ψυχρὸν, τὸ μηδέτερον μεταξύ. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὕτως ὑπολαμβάνειν εἰθίσμεθα, δῆλον· τάχα δ' ἄν τις ἡμῖν συγχωροῖ ταῦτα· τὸ δὲ λευκὸν καὶ τὸ ξανθὸν καὶ ὁτιοῦν πρὸς ὁτιοῦν, ὁμοίως πάντῃ ἕτερα ἀλλήλων εἶναι, καὶ ἕτερα ὄντα ποιὰ ἐναντία εἶναι· οὐδὲ γὰρ τῷ εἶναι μεταξὺ αὐτῶν, ἀλλὰ τούτων ἡ ἐναντιότης. Ὑγιείᾳ γοῦν καὶ νόσῳ οὐδὲν παρεμπέπτωκε μεταξὺ, καὶ ἐναντία. Ἢ ὅτι τὰ γινόμενα ἐξ ἑκατέρου πλείστην παραλλαγὴν ἔχει; καὶ πῶς πλείστην ἔστιν εἰπεῖν, μὴ οὐσῶν ἐν τοῖς μέσοις ἐλαττόνων; οὐκ ἔστιν οὖν ἐπὶ ὑγείας καὶ νόσου πλεῖστον εἰπεῖν. Ἄλλῳ τοίνυν τὸ ἐναντίον, οὐ τῷ πλεῖστον, ὁριστέον. Εἰ δὲ τῷ πολλῷ, εἰ μὲν τὸ πολὺ ἐντὶ τοῦ πλέον πρὸς ἔλαττον, πάλιν τὰ ἄμεσα ἐκφεύξεται· εἰ δ' ἁπλῶς πολὺ, ἑκάστῃ φύσει πολὺ ἀφεστάναι συγχωρηθέντος, μὴ τῷ πλείονι μετρεῖν τὴν ἀπόστασιν, ἀλλ' ἐπισκεπτέον, πῶς τὸ ἐναντίον. Ἆρ' οὖν τὰ μὲν ἔχοντά τινα ὁμοιότητα, λέγω δὲ οὐ κατὰ τὸ γένος, οὐδὲ πάντως τῷ μεμίχθαι ἄλλαις, οἷον μορφαῖς αὐτῶν, ἢ πλείονα ἢ ἐλάττονα, οὐκ ἐναντία, ἀλλ' οἷς μηδὲν ταὐτὸν κατὰ τὸ εἶδος ἐναντία, καὶ προσθετέον δὲ ἐν γένει τῷ ποιῷ. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὰ μὲν ἄμεσα τῶν

XX. Animadvertendum est, ne forte non omni qualitati alia sit contraria qualitas. Profecto circa virtutem et vitia media qualitas extremis contraria esse videtur: circa colores autem medii non videntur ita esse contrarii. Si ergo dicatur, hoc inde contingere, quia colores medii mixtiones quædam sint ex extremis, sane non oportebat media et extrema e contrario dividere, sed dividere potius coloris genus per album atque nigrum, ceteros vero compositiones ex his quasdam esse putare, aut ita distinguere, ut unam quandam aliam qualitatem in mediis, siquidem ex compositione talem esse constet, opponeremus: sin autem media idcirco extremis non esse contraria dicant, quia, quæ contraria sunt, non solum inter se discrepant, sed quamplurimum. Objiciemus hoc ipsum, quod est plurimum discrepare, inde assumptum esse, quod ejusmodi quædam media jam interposita fuerint. Nam si quis dispositionem ejusmodi tollat, nescio quonam potissimum plurimam definiat discrepantiam: at si in causa esse dicant, quod fuscum propinquius sit albo, quam nigrum, id profecto nobis sensus ipse nuntiat, atque in humoribus eodem pacto, velut calidum et frigidum, et quod neutrum est medium utriusque. Verum nos sic existimare consuevisse, plane compertum habemus: et talia nobis quivis fortasse concesserit: at vero album atque flavum et quodcumque adversus quodlibet, similiter omnino inter se differre videntur: cumque differentia sint, qualia esse contraria. Non enim ex eo proprie, quod aliquid inter hæc sit medium, contraria sunt, sed horum propria inter se contrarietas est judicanda. Jam vero inter sanitatem atque morbum nihil intervenit medium, attamen inter se contraria sunt. An forte idcirco contraria judicantur, quoniam, quæ ex alterutro fiunt, maxime differant? At quonam modo distantiam plurimam ibi licet asserere, ubi nulla usquam minora sint media? Non datur igitur, circa sanitatem atque morbum distantiam plurimam affirmare. Ex quo patet, id ipsum, quod contrarium appellatur, alio quodam potius, quam plurimo spatio, esse definiendum. Proinde, si per multum determinetur, quæremus, utrum hoc ipsum, quod multum dicitur, accipiatur loco pluris pauciori oppositi, an potius pro eo, quod simpliciter multum. Si primo accipiatur modo, rursus, quæ medio carent, contrarietatem profecto subterfugient: sin autem secundo modo, cum facile concedatur, cuivis naturæ multum distare, neque tamen detur aliquo, quod plus est, metiri distantiam, considerandum est omnino, quomodo contrarium aliquid perpendatur. Num igitur, quæ similitudinem quandam habent, non dico duntaxat secundum genus, neque etiam omnino, quod aliis misceantur velut formis ipsorum plura vel pauciora, quæ, inquam, ita se habent, nonne contraria esse negandi sunt? nempe illa, quibus nihil idem secundum speciem adest, rite contraria judicantur: sed adjungendum est, ut in eodem scilicet qualitatis genere sint. Hinc ubique asse-

ἐναντίων, οἷς μηδὲν εἰς ὁμοίωσιν, οὐκ ὄντων ἄλλων, τῶν οἷον ἐπαμφοτεριζόντων καὶ ὁμοιότητα πρὸς ἄλληλα ἐχόντων, τῶν δέ τινων μόνων μὴ ἐχόντων. Εἰ τοῦτο, οἷς μέν ἐστι κοινότης ἐν τοῖς χρώμασιν, οὐκ ἂν εἴη ἐναντία. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύσει μὴ πᾶν μὲν παντὶ, ἄλλο δὲ ἄλλῳ οὕτως εἶναι ἐναντίον, καὶ ἐπὶ χυμῶν ὡσαύτως. Ταῦτα μὲν οὕτω διηπορήσθω. Περὶ δὲ τοῦ μᾶλλον [**] ἐν μὲν τοῖς μετέχουσιν, ὅτι ἐστὶν ἐδόκει, ὑγίεια δὲ αὐτὴ καὶ δικαιοσύνη, ἠπορεῖτο· εἰ δὴ πλάτος ἔχει τούτων ἑκάστη αὐτῶν, καὶ τὰς ἕξεις αὐτὰς δοτέον· [εἰ δὲ μὴ ἔχει πλάτος,] ἐκεῖ δὲ ἕκαστον τὸ ὅλον, καὶ οὐκ ἔχει τὸ μᾶλλον.

verare licet et quæ sine medio ullo contraria nobis occurrunt, quibus profecto nihil adesse videtur ad similitudinem conferens: quippe cum nulla illic alia sint, quæ ad utrumque vergentia mutuam similitudinem habeant, vel conciliant: sed quædam duntaxat sint, quæ non habeant. Quodsi ita sit, quibus in coloribus communio quædam inest, contrarii nequaquam erunt. At vero nihil prohibebit, non omne quidem omni, aliud autem alii sic esse contrarium: atque in humoribus saporibusque similiter. Sed de his hactenus ita sit dubitatum. Quæri solet præterea, utrum qualitas magis minusve admittat, necne. Et profecto concessum est, ea, quæ qualitates participant, magis et minus participare. Utrum vero sanitas ipsa et justitia hos gradus capiant, hactenus dubitatur. Si ergo harum quælibet suam quandam latitudinem habet, concedendum est, ipsos quoque habitus ejusmodi gradus admittere: sin autem latitudinem nullam habet, sed in quodam certo unaquæque totum possidet, nimirum nec magis nec minus admittit.

Probabilius pro genere motum ponimus, quam transmutationem: quia transmutatio, naturam rei mutatæ, aliud pro alio in medium affert. Motus autem et hoc quidem significat, et præter hoc significat etiam progressionem quamlibet, priore interim natura servata.

ΚΑ'. Περὶ δὲ κινήσεως, εἰ δεῖ γένος θέσθαι, ὧδ' ἄν τις θεωρήσειε. Πρῶτον μέν, εἰ μὴ εἰς ἄλλο γένος ἀνάγειν προσῆκεν· ἔπειτα, εἰ μηδὲν ἄνωθεν αὐτῆς ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖτο· εἶτα, εἰ πολλὰς διαφορὰς λαβοῦσα εἴδη ποιήσει, εἰς ποιόν τις γένος αὐτὴν ἀνάξει; ὥστε γὰρ οὐσία οὔτε ποιότης τῶν ἐχόντων αὐτὴν, οὐ μὴν οὐδ' εἰς τὸ ποιεῖν, καὶ γὰρ ἐν τῷ πάσχειν πολλαὶ κινήσεις, οὐδ' αὖ εἰς τὸ πάσχειν, ὅτι πολλαὶ κινήσεις ποιήσεις· ποιήσεις δὲ καὶ πείσεις εἰς ταύτην, οὐδ' αὖ εἰς τὸ πρός τι ὀρθῶς, ὅτι τινὸς ἡ κίνησις, καὶ οὐκ ἐφ' αὑτῆς· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸ ποιὸν, ἐν τῷ πρός τι. Τινὸς γὰρ ἡ ποιότης καὶ ἐν τινι, καὶ τὸ ποσὸν ὡσαύτως. Εἰ δ' ὅτι ὄντα ἐκεῖνά τινα, κἂν τινος ᾖ, καθ' ὅ ἐστι τὸ μὲν ποιότης, τὸ δὲ ποσότης, εἴρηται· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπειδὴ κἂν τινος ἡ κίνησις ᾖ, ἔστι τι πρὸ τοῦ τινὸς εἶναι, ὅ ἐστιν ἐφ' αὑτοῦ, ληπτέον ἂν εἴη. Ὅλως γὰρ πρός τι δεῖ τίθεσθαι, οὐχ ὅ ἐστιν, εἴτ' ἄλλου ἐστὶν, ἀλλ' ὃ ἡ σχέσις ἀπογεννᾷ, οὐδενὸς ὄντος ἄλλου παρὰ τὴν σχέσιν καθ' ἣ λέγεται, οἷον τὸ διπλάσιον καθ' ὃ λέγεται διπλάσιον, ἐν τῇ πρὸς τὸ πηχυαῖον παραβολῇ τὴν γένεσιν λαβὸν καὶ τὴν ὑπόστασιν, οὐδὲν γοούμενον πρὸ τούτου ἐν τῷ πρὸς ἕτερον παραβεβλῆσθαι, ἔσχε τοῦτο λέγεσθαί τε καὶ εἶναι. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; ὃ ἑτέρου ὂν ἔστι τι, ἵνα καὶ ἑτέρου ᾖ, ὡς τὸ ποιὸν καὶ τὸ ποσὸν καὶ ἡ οὐσία. Ἢ πρότερον, ὅτι μηδὲν πρὸ αὐτοῦ ὡς γένος κατηγορεῖται, ληπτέον· ἀλλ' εἰ τὴν μεταβολὴν λέγοι τις πρὸ κινήσεως εἶναι, πρῶτον μὲν ἢ ταὐτὸν λέγει, ἢ, γένος λέγων, ἐκεῖνο ποιήσει ἕτερον παρὰ τὰ πρόσθεν εἰρημένα, εἶτα δῆλον, ὅτι ἐν εἴδει τὴν κίνησιν θήσεται, καί τι ἕτερον ἀντιθήσει τῇ κινήσει, τὴν γένεσιν ἴσως μεταβολήν τινα κἀκείνην λέγων, κίνησιν δὲ οὔ. Διὰ τί οὖν οὐ κίνησις ἡ γένεσις; εἰ μὲν γὰρ, ὅτι μήπω ἐστὶ τὸ γιγνόμενον, κίνησις δὲ οὐ περὶ τὸ μὴ ὄν, οὐδ' ἂν μεταβολὴ δηλονότι ἂν εἴη ἡ γένεσις, εἰ δ', ὅτι ἡ γένεσίς ἐστιν οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀλλοίωσίς τις καὶ αὔξη, τῷ ἀλλοιουμένων τινῶν καὶ αὐξομένων τὴν γένεσιν εἶναι, τὰ πρὸ τῆς γενέσεως λαμβάνει. Δεῖ δὲ τὴν γένεσιν ἐν τούτοις

XXI. Utrum vero motum esse genus asserere debeamus, nec ne, hunc in modum possumus contemplari: [profecto hac conditione genus esse potest]. Primo quidem, si motum in genus aliud reducere non conveniat: deinde, si superius nihil de motu in eo, quod quid est, prædicetur: præterea, si multas accipiens differentias inde species pariat: dic age, in quodnam genus potissimum motum redigere valeas? Neque enim substantia est, neque qualitas eorum, quæ motum habent, neque etiam ad actionem reducere potes: nam et in passione multi sunt motus: neque rursus ad passionem, quoniam multi motus sunt actiones. Probabilius autem actiones et passiones revocantur ad motum, sed neque ad relationem rite redigitur, propterea quod motus non sui ipsius sit, nec in se ipso, sed alicujus potius et in aliquo. Sic enim et qualitas in relatione collocaretur: nam qualitas alicujus est et in aliquo, et quantitas eodem modo. Si ad hæc respondeatur, illa quidem entia quædam proprie esse, etiamsi sint alicujus, quatenus hoc quidem qualitas est, illud vero quantitas: eadem ratione cum motus, etsi alicujus est, sit aliquid, antequam sit alicujus, merito hoc ipsum, quod est, quodammodo in se ipso proprie nobis est assumendum. Omnino vero relativum proprie hoc est ponendum, non quod primo quidem est id, quod est, deinde est et alterius, sed quod in ipsa habitudine generatur, nullo prorsus illic alio existente præter habitudinem, quatenus dicitur, velut duplum qua duplum dicitur, in ipsa ad dimidium comparatione generationem subsistentiamque accipiens, et ante hoc nihil prorsus excogitatum in comparatione duntaxat ad alterum, ut id dicatur sitque, nanciscitur. Quid igitur hoc est? quod, alterius exsistens, ipsum tamen est aliquid, ut sit et alterius: quemadmodum qualitas et quantitas et essentia. Sed præstat forsan prius asseverare, nihil ante ipsum tanquam genus prædicari de ipso. Verum si quis objiciat, transmutationem ante motum exsistere, primo quidem aut idem dicet omnino, aut, genus illud appellans, efficiet, ut genus quoddam aliud sit præter decem illa prædicamenta: deinde absque controversia in specie quadam motum statuet, aliquidque aliud e contra disponens opponet motui, atque forsan generationem eam videlicet etiam transmutationem esse dicens, motum vero nequaquam. Quid igitur obstat, quominus generatio motus sit? Si enim dicatur id obstare, quoniam, quod gignitur, nondum sit; motus autem circa non ens esse non possit: dicemus inde sequi ut generatio non etiam transmutatio sit. Si autem afferatur ad idem, generationem nihil aliud esse, quam alterationem sive permutationem quandam, et aliquod augmentum, propterea quod generatio sit aliquorum, quæ permutata sive alterata et quodammodo adaucta sint: profecto, qui hæc dixerit, quæ generationem antecedunt, adducet in medium. Generationem vero oportet in his alteram quandam accipere speciem: non enim in eo, quod

ἕτερόν τι εἶδος λαβεῖν· οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀλλοιοῦσθαι παθητικῶς τὸ γίγνεσθαι καὶ ἡ γένεσις· οἷον θερμαίνεσθαι ἢ λευκαίνεσθαι. Ἔστι γὰρ τούτων γενομένων μήπω τὴν ἁπλῶς γένεσιν γεγενῆσθαι· ἀλλὰ τί γίγνεσθαι; αὐτὸ τοῦτο τὸ ἠλλοιῶσθαι. Ἀλλ' ὅταν ζῷον ἢ φυτόν, ὅταν εἶδός τι λαμβάνῃ· εἴποι δ' ἄν τις τὴν μεταβολὴν μᾶλλον ἁρμόττειν ἐν εἴδει τίθεσθαι, ἢ τὴν κίνησιν, ὅτι τὸ μὲν τῆς μεταβολῆς ἄλλο ἀν0' ἑτέρου ἐθέλει σημαίνειν, τὸ δὲ τῆς κινήσεως ἔχει καὶ τὴν ἐκ τοῦ οἰκείου μετάστασιν, ὥσπερ ἡ τοπικὴ κίνησις· εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλεταί τις, ἀλλ' ἡ μάθησις καὶ ἡ κιθάρισις, ἢ ὅλως ἡ ἀφ' ἕξεως κίνησις, ὥστε εἶδός τι ἂν εἴη κινήσεως μᾶλλον ἡ ἀλλοίωσις, ἐκστατική τις οὖσα κίνησις.

aliquid passive quocammodo alteretur, generatio gignique consistit, quale est calefieri atque albefieri. Fieri namque potest, ut hæc quidem facta jam sint, nondum tamen generatio simpliciter ibi fuerit. Ac si quæras, quid tunc dicamus fieri, respondebimus, hoc ipsum, quod dicimus alterari vel alteratum fuisse. At tunc demum fit generatio, quando animal fit vel planta vel simile, quando videlicet species quædam ibi suscipitur. Proinde afferre quis poterit, rationi consentaneum fore, transmutationem potius, quam motum, in specie ponere, quoniam ipsa transmutationis conditio aliud quiddam alterius loco sive pro alio significat fieri; motionis vero natura habet et quendam ex proprio transitum, sicut localis motus. Si quis autem id minus velit, saltem ipse discendi actus, vel citharæ pulsus, vel omnino quivis ex habitu motus erit ejusmodi. Quapropter permutatio ipsa sive transmutatio, cum motio quædam sit aliquid extra se ponens, potius erit species motionis.

Communis omnibus motibus est processio quædam ex potentia in actum, sive hic actus sit primus, ut forma: sive secundus, ut actio aut passio quædam. Motus procedens in habitum naturalem species quædam dici potest: procedens vero in habitum præter naturam, casus speciei unius ad alterius adventum. Est autem motus præsertim naturalis vitæ simillimus: maxime vero propria motui est alteritas, id est, aliter se habere, quam prius; propria consequenter et tempori.

ΚΒ'. Ἀλλ' ἔστω ταὐτὸν νοούμενον τὸ τῆς ἀλλοιώσεως κατὰ τὸ παρακολουθεῖν τῇ κινήσει τὸ ἄλλο. Τί οὖν δεῖ λέγειν τὴν κίνησιν; ἔστω δὴ ἡ κίνησις, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἡ ἐκ δυνάμεως ὁδὸς εἰς ἐκεῖνο, ὃ λέγεται δύνασθαι. Ὄντος γὰρ τοῦ δυνάμει τοῦ μέν, ὅτι ἥκοι ἂν εἰς εἶδός τι, οἷον δυνάμει ἀνδριὰς, τοῦ δὲ, ὅτι ἥκοι ἂν εἰς ἐνέργειαν, οἷον τὸ βαδιστικὸν, ὅταν τὸ μὲν προσίῃ εἰς ἀνδριάντα, ἡ πρόοδος κίνησις, τὸ δ' ἐν τῷ βαδίζειν, ἢ τὸ βαδίζειν αὐτὸ κίνησις, καὶ ὄρχησις ἐπὶ τοῦ δυναμένου ὀρχεῖσθαι, ὅταν ὀρχῆται· καὶ ἐπὶ μέν τινι κινήσει τῇ εἰς ἀνδριάντα, εἶδος ἄλλο ἐπιγίγνεται, ὃ εἰρήκαμεν ἡ κίνησις· τὸ δὲ ὡς ἁπλοῦν εἶδος ὂν τῆς δυνάμεως ἡ ὄρχησις, οὐδὲν ἔχει μετ' αὐτὴν παυσαμένης τῆς κινήσεως. Ὥστε εἴ τις λέγοι τὴν κίνησιν εἶδος ἐργηγορὸς, ἀντίθετον τοῖς ἄλλοις εἴδεσι τοῖς ἑστηκόσιν, ἢ τὰ μὲν μένει, τὰ δὲ οὔ, καὶ αἴτιον τοῖς ἄλλοις εἴδεσιν, ὅταν μετ' αὐτήν τι γίγνηται, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη· εἰ δὲ καὶ ζωήν τις λέγοι σωμάτων ταύτην, περὶ ἧς ὁ λόγος νῦν· τὴν γὰρ κίνησιν ταύτην ὁμώνυμον δεῖ λέγειν ταῖς νοῦ καὶ ψυχῆς κινήσεσιν. Ὅτι δὲ γένος ἐστὶν, οὐχ ἧττον ἄν τις καὶ ἐκ τοῦ μὴ ῥᾴδιον εἶναι ὁρισμῷ ἢ καὶ ἀδύνατον εἶναι λαβεῖν, πιστώσαιτο. Ἀλλὰ πῶς εἶδός τι, ὅταν πρὸς τὸ χεῖρον ἡ κίνησιν, ἢ ὅλως παθητικὴ ἡ κίνησις; ἢ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν ἡ θέρμανσις τὰ μὲν αὔξῃ ἡ παρὰ τοῦ ἡλίου, τὰ δὲ εἰς τοὐναντίον ἄγῃ, καὶ ᾖ κοινόν τι ἡ κίνησις, καὶ ἡ αὐτὴ ἐπ' ἀμφοῖν, τοῖς δὲ ὑποκειμένοις τὴν διαφορὰν τὴν δοκοῦσαν ἔχῃ. Ὑγίανσις οὖν καὶ νόσανσις ταὐτόν· ἢ καθ' ὅσον μὲν κίνησις ταὐτὸν, τίνι δὲ διοίσει; πότερα τοῖς ὑποκειμένοις; ἢ καὶ ἄλλῳ; ἀλλὰ τοῦτο ὕστερον, ὅταν περὶ ἀλλοιώσεως ἐπισκοπῶμεν· νῦν δὲ, τί ταὐτὸν ἐν πάσῃ κινήσει, σκεπτέον· οὕτω γὰρ ἂν καὶ γένος εἴη· ἢ πολλαχῶς ἂν λέγοιτο, καὶ οὕτως ἔσται, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ὄν. Πρὸς δὲ τὴν ἀπορίαν ὅτι ἴσως δεῖ, ὅσαι μὲν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγουσιν ἢ ἐνεργοῦσιν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν, ταύτας μὲν οἷον εἴδη εἶναι, ὡς εἴρηται, τὰς δὲ εἰς τὰ παρὰ φύσιν ἀγωγὰς ἀνάλογον τίθεσθαι τοῖς ἐφ' ἃ ἄγουσιν. Ἀλλὰ τί

XXII. Sed esto idem notio permutationis sive alterationis, quatenus aliud motum sequitur: quid igitur motum esse dicendum est? Esto itaque motus, ut de hoc figura quadam summatim loquamur, exitus ex potentia in illud, quod posse dicitur. Cum enim aliquid sit in potentia, per quam in speciem aliquam prodeat, velut in potentia statua, rursusque aliquid in potentia, qua evadat in actum sicut progressivum, quando illud quidem procedit in statuam, ipse processus est motus: et quando progressivum progrediendi actum exsequitur, progressio ipsa est motus: item saltus similiter in eo, qui saltare potest, quando jam saltat. Atqui in aliquo motu, scilicet in eo, qui perducit ad statuam, species efficitur alia, quam adhibet motus: in aliquo vero, velut in saltu, ipsamet saltatio simplex quædam species est potentiæ saltatoriæ, neque quicquam habet post se ipsam, postquam motus ipse cessavit. Quam ob rem si quis motum appellaverit speciem vigilem excitabundamque, ceteris quasi torpentibus speciebus oppositam, quatenus alia quidem quiescunt, alia vero nequaquam: appellaveritque causam ceteris speciebus, quando post ipsam nonnihil efficitur, is minime aberrabit. Si quis præterea motionem hanc, de qua in præsentia loquimur, vitam quandam corporum nuncupaverit, nec ipse quidem a vero procul esse videbitur. Hunc enim motum ad mentis et animæ motus æquivocum appellare debemus. Proinde motum esse genus non minus aliquis ob hoc ipsum sibi persuadebit, quod neque facile, neque fortasse possibile sit ipsum definitione complecti. Verum quomodo tunc motus species aliqua est, quando labitur in deterius, vel omnino passivus est motus? Forsan vero hoc ita ferme se habet, quemadmodum calefactio sub sole alia quidem auget, alia vero minuit, atque motus ipse commune aliquid est et in utrisque idem: secundum vero subjecta eam, quæ apparet, differentiam accipit. Sed hinc sequi videtur, ut ægrotatio convalescentiaque sint idem. At vero qua motus quidem sunt, idem esse videntur; sed quonam different? num subjectis? an potius alio? Verum de hoc tractabitur in sequentibus, quando de alteratione considerabimus: nunc vero animadvertendum est, quidnam sit in motibus omnibus idem: sic enim genus esse poterit. Sed fortasse dicitur multipliciter, atque ita se habet, quemadmodum si ens genus esse quis dixerit. Ad id vero, de quo præcipue modo dubitabatur, dicendum videtur, forsitan oportere motus omnes, qui ad rem secundum naturam ducunt, vel saltem in iis, quæ secundum naturam sunt, agunt, merito tanquam species ponere, sicut est dictum, transitus autem ad aliquid præter naturam analogica quadam proportione iis, ad quæ deducunt, accommodare. Ceterum quidnam

τὸ κοινὸν ἐπί τε ἀλλοιώσεως καὶ αὐξήσεως καὶ γενέσεως καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις; ἔτι τε τῆς κατὰ τόπον μεταβολῆς, καθ' ὃ κινήσεις αὗται πᾶσαι· ἢ τὸ μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἕκαστον, ἐν ᾧ πρότερον ἦν εἶναι, μηδ' ἠρεμεῖν, μηδ' ἐν ἡσυχίᾳ παντελεῖ, ἀλλὰ καθ' ὅσον κίνησις πάρεστιν, ἀεὶ πρὸς ἄλλο τὴν ἀγωγὴν ἔχειν, καὶ τὸ ἕτερον, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ μένειν· ἀπόλλυσθαι γὰρ τὴν κίνησιν, ὅταν μὴ ἄλλο. Διὸ καὶ ἑτερότης οὐκ ἐν τῷ γεγονέναι καὶ μεῖναι ἐν τῷ ἑτέρῳ, ἀλλ' ἀεὶ ἑτερότης· ὅθεν καὶ ὁ χρόνος ἕτερον ἀεί, διότι κίνησις αὐτὸν ποιεῖ· μεμετρημένη γὰρ κίνησις, οὐ μένουσα· συνθεῖ οὖν αὐτῇ ὡς ἐπὶ φερομένης ὀχούμενος· κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ἐκ δυνάμεως καὶ τοῦ δυνατοῦ εἰς ἐνέργειαν πρόοδον καὶ ἀγωγὴν εἶναι. Πᾶν γὰρ τὸ κινούμενον καθ' ὁποιανοῦν κίνησιν, προϋπάρχον δυνάμενον τοῦτο ποιεῖν ἢ πάσχειν, ἐν τῷ κινεῖσθαι γίγνεται.

est commune in alteratione et augmento et generatione eorumque contrariis? rursusque in mutatione per locum, quatenus videlicet hæc omnia motus sunt? Profecto cunctis, qua motus sunt, id potissimum commune videtur, ut unumquodque, quod movetur, non sit postea in eodem, in quo antea fuerat, neque quiescat, neque otium agat omnino: sed quatenus adest motus, semper ad aliud perducatur, comitemque semper alteritatem habeat, propterea quod nunquam permaneat in eodem: alioquin motus protinus disperdatur, si quando desiverit aliud aliudque succedere. Quam ob rem alteritas est in motu, non ex eo, quod per actum aliquid sit, jamque quies agatur in alio, sed ita penitus, ut perpetua agatur alteritas: ex quo efficitur, ut tempus etiam semper sit alterum, quoniam motus ipsum procreat. Motus enim non quiescens, sed fluendo jugiter mensuratus producit tempus: quod quidem idcirco currit una cum ipso motu, quasi ab ipso currente vehatur. Denique motibus omnibus commune est, ut sit processus quidam atque ductum ex potentia et ex eo, quod possibile est, in actum. Quicquid enim movetur, quocumque motu feratur, propterea prodit in motum, quod potentia quædam in eo præcedit ad faciendum aliquid vel patiendum.

Motus est quasi stimulus aliquis vergens ad varios actus, modos, habitus, variasque formas, qua quidem varietate res vitæ similitudinem consequuntur. Virtus motrix sicut et vita est invisibilis. Motus quinetiam per se invisibilis ex varietate deprehenditur. Pendet vero motus ex movente et in mobile desinit, quasi moventis afflatus. Unde differentiæ motionum utrimque accipiendæ videntur.

ΚΓ'. Καὶ ἔστιν ἡ κίνησις ἡ περὶ τὰ αἰσθητὰ παρ' ἄλλου ἐνιεμένη, σείουσα καὶ ἐλαύνουσα καὶ ἐγείρουσα καὶ ὠθοῦσα τὰ μεταλαβόντα αὐτῆς, ὥστε μὴ εὐδειν, μηδ' ἐν ταυτότητι εἶναι, ἵνα δὴ τῇ μὴ ἡσυχίᾳ καὶ οἷον πολυπραγμοσύνῃ ταύτῃ εἰδώλῳ συνέχηται ζωῆς. Δεῖ δὲ οὐ τὰ κινούμενα τὴν κίνησιν εἶναι νομίζειν. Οὐ γὰρ οἱ πόδες ἡ βάδισις, ἀλλ' ἡ περὶ τοὺς πόδας ἐνέργεια ἐκ δυνάμεως, ἀοράτου δὲ τῆς δυνάμεως ὑπαρχούσης τοὺς ἐνεργοῦντας πόδας ὁρᾶν μόνον ἀνάγκη, οὐ πόδας ἁπλῶς, ὥσπερ ἂν εἰ ἡσύχαζον, ἀλλ' ἤδη μετ' ἄλλου, ἀοράτου μὲν τούτου· ὅτι δὲ μετ' ἄλλου κατὰ συμβεβηκὸς ὁρωμένου, τῷ τοὺς πόδας ὁρᾶν ἄλλον τόπον ἔχοντας καὶ ἄλλον καὶ μὴ ἠρεμεῖν· τὸ δ' ἀλλοιούμενον παρὰ τοῦ ἀλλοιουμένου, ὅτι μὴ ἡ αὐτὴ ποιότης. Ἐν τίνι οὖν ἡ κίνησις, ὅταν ἄλλο κινῇ, καὶ ὅταν δὲ ἐκ τῆς ἐνούσης δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ᾖ; ἆρα ἐν τῷ κινοῦντι; καὶ πῶς τὸ κινούμενον καὶ πάσχον μεταλήψεται; ἀλλ' ἐν τῷ κινουμένῳ; διὰ τί οὖν ἐλθοῦσα οὐ μένει; ἢ δεῖ μήτε τοῦ ποιοῦντος ἀπηλλάχθαι, μήτε ἐν αὐτῷ εἶναι, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ μὲν καὶ εἰς ἐκεῖνο, οὐκ ἐν ἐκείνῳ δὲ ἀποτετμημένην εἶναι, ἀπ' ἐκείνου εἰς ἐκεῖνο, οἷον πνοὴν εἰς ἄλλο. Ὅταν μὲν οὖν ἡ δύναμις τοῦ κινεῖν βαδιστικὴ ᾖ, οἷον ὥσε καὶ πεποίηκεν ἄλλον ἀλλάττειν ἀεὶ τόπον· ὅταν δὲ θερμαντικὴ, ἐθέρμανε. Καὶ ὅταν ἡ δύναμις ὕλην λαβοῦσα εἰς φύσιν οἰκοδομῇ, αὔξησις· ὅταν δ' ἄλλη δύναμις ἀφαιρῇ, μείωσις τοῦ δυναμένου ἀφαίρεσιν παθεῖν, μειουμένου. Καὶ ὅταν ἡ γεννῶσα φύσις ἐνεργῇ, γένεσις· ὅταν δὲ αὕτη ἀδυνατῇ, ἡ δὲ φθείρειν δυναμένη ἐπικρατῇ, φθορά, οὐχ ἡ ἐν τῷ ἤδη γεγονότι, ἀλλ' ἡ ἐν τῷ πορευομένῳ· καὶ ὑγίανσις δὲ, κατὰ τὰ αὐτὰ τῆς ποιεῖν δυναμένης ὑγίειαν, ἐνεργούσης καὶ κρατούσης, ὑγίανσις, τῆς δὲ ἐναντίας δυνάμεως τἀναντία ποιούσης. Ὥστε συμβαίνειν μὴ παρὰ τὰ ἐν οἷς μόνον ἀλλὰ καὶ

XXIII. Est autem motus, qui circa sensibilia versatur, stimulus quidam vel impetus ab alio in aliud vergens, et excitans et impellens participem motionis, ne torpeat, neque maneat in eodem, ut tali quadam inquietudine, ac velut distracta circa multa sollicitudine quandam vitæ imaginem consequatur. Neque vero putandum est, ea, quæ moventur, ipsum esse motum. Neque enim pedes sunt incessus, sed is est actus quidam ex potentia circa pedes. Cum vero potentia non sit visibilis, necessarium est, solum pedes agentes a nobis videri: non pedes, inquam, simpliciter, perinde ac si quiescerent, sed pedes jam una cum alio, quod quidem invisibile sit: quia vero una cum alio est, [quod] per accidens videatur, quatenus videmus pedes alium deinceps aliumque habentes locum, neque alicubi quiescentes: alterationem præterea ex eo, quod alteratur, solemus animadvertere: quoniam qualitas ibi non eadem sentiatur. In quonam igitur motus est, quando movet aliud, et quando ex infusa potentia prodit in actum? Numquid est in movente? Verum si ita sit, quonam modo, quod movetur et patitur, fiet particeps? Numquid ergo in eo potius, quod movetur? At si ita, curnam, cum processerit, minime permanet? Sed oportet profecto motum neque a movente disjungi, neque in ipso esse, sed ex se ipso quidem et in aliud emanare, neque in alio quovis esse a motore disjunctum: imo vero ab hoc in illud, velut spiritum afflatumque in aliud influentem. Quando igitur vis movendi progressoria est, quasi propellit, cogitque locum semper alium permutare: quando calefactoria virtus est, calefacit protinus, motusque ibi est alteratio. At ubi facultas ipsa nacta materiam occupansque eam ædificat in habitum naturalem, augmentum est appellandum: sed quando vis alia quædam aufert, accidit decrementum, in eo videlicet, quod minui potest. Proinde, ubi virtus genitalis agit, fit generatio: at cum hæc vis minime valet, quæ vero perdere potest, exsuperat, destructio sequitur: non destructionem inquam in eo, quod jam factum fuerit et peractum, sed in eo, quod adhuc in progressione versatur. Similiter convalescentia fit, ubi vis, quæ potest facere sanitatem, agit atque dominatur: ægrotatio vero contingit, quando contraria vis contraria facit. Quam ob rem sequi videtur, motum non solum esse perpendendum penes illa in quibus fit, verum etiam penes ea ex quibus oritur, et

παρὰ τὰ ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν, καὶ τὴν τῆς κινήσεως ἰδιότητα ποιὰν τὴν κίνησιν καὶ τοιάνδε εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις.

per quæ traducitur : motionisque ipsius proprietatem esse motum qualem, talemque in talibus esse.

Locales motus differre videntur inter se, vel per terminos oppositos quos petunt, ut adscensus atque descensus, discessus ac reditus : vel per figuram processionis, ut rectus et circularis.

ΚΔ'. Περὶ δὲ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως, εἰ τὸ ἄνω φέρεσθαι τῷ κάτω ἐναντίον, καὶ τὸ κύκλῳ τοῦ ἐπ' εὐθείας διοίσει, πῶς ἡ διαφορά, οἷον τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς καὶ ὑπὸ πόδας ῥίπτειν. Καὶ γὰρ ἡ δύναμις ἡ ὠστικὴ μία, εἰ μή τις ἄλλην τὴν ἄνω ὠθοῦσαν καὶ ἄλλην [τὴν κάτω] λέγοι, καὶ ἄλλως τὴν κάτω πρὸς τὴν ἄνω φοράν, καὶ μάλιστα εἰ φυσικῶς κινοῖτο, εἰ ἡ μὲν κουφότης εἴη, ἡ δὲ βαρύτης. Ἀλλὰ κοινὸν καὶ τὸ αὐτὸ τὸ εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον φέρεσθαι, ὥστε ἐνταῦθα κινδυνεύειν παρὰ τὰ ἔξω τὴν διαφορὰν γίγνεσθαι. Ἐπὶ δὲ τῆς κύκλῳ καὶ ἐπ' εὐθείας, εἰ οἷόν περ, ἐπ' εὐθείας καὶ κύκλῳ περιθρέξαιεν, πῶς ἄλλη; ἢ παρὰ τὸ τῆς ποιρείας σχῆμα, εἰ μή τις μικτὴν λέγοι τὴν κύκλῳ, ὡς οὐ παντελῶς οὖσαν κίνησιν, οὐδὲ πάντῃ ἐξισταμένην. Ἀλλ' ἔοικεν ὅλως μία τις εἶναι ἡ τοπικὴ τοῖς ἔξωθεν τὰς διαφορὰς λαμβάνουσα.

XXIV. Sed circa localem motum, quomodo sumatur differentia, est ambiguum, si sursum ferri contrarium est ad illud, quod est ferri deorsum, et circularis motio motui recto contraria : velut si quid super caput vel infra pedes projiciatur. Potentia enim impulsoria eadem est : nisi quis aliam esse dicat potentiam, quæ pellit sursum, aliamque rursus, quæ deorsum, et aliter se habere motum ad superius tendentem, aliterque motum ad inferiora cadentem, præsertim, si quid ita naturaliter moveatur : siquidem hic levitas quidem sit, ibi contra sit gravitas; verumtamen commune in his idemque est in proprium ferri locum. Hic itaque apparet, penes ea, quæ sunt extrinsecus, accipi differentiam motionum : nempe in circulari motu atque recto, si modo quis idem cum recte, tum circulariter agitet, quonam modo motus differens esse potest? An forte penes processionis ipsius figuram differentia capietur? Nisi forte quispiam orbicularem motum mixtum esse contendat, quasi non omnino sit motus, utpote qui rem non omnino permutet. Verum unus denique localis motus in se esse videtur, differentias duntaxat per extrinseca sumens.

Concretio et discretio sunt motus ab omnibus aliis motibus atque etiam a qualitatibus differentes. Verumtamen circa concretionem et discretionem contingit localis motus, item alteratio : generatio quinetiam et augmentum, et condensatio, atque opposita.

ΚΕ'. Σύγκρισις δὲ καὶ διάκρισις ἐπισκεπτέα, πῶς. Ἆρ' ἕτεραι κινήσεις τῶν εἰρημένων γενέσεως καὶ φθορᾶς, αὐξης καὶ φθίσεως, τοπικῆς μεταβολῆς, ἀλλοιώσεως, ἢ εἰς ταύτας αὐτὰς ἀνακτέον, ἢ τούτων τινὰς συγκρίσεις καὶ διακρίσεις θετέον; Εἰ μὲν οὖν τοῦτ' ἔχει ἡ σύγκρισις, πρόσοδον ἑτέρου πρὸς ἕτερον, καὶ τὸ πελάζειν καὶ αὖ ἀποχώρησιν εἰς τοὐπίσω, τοπικὰς ἄν τις κινήσεις λέγοι, δύο κινουμένας λέγων πρὸς ἕν τι, ἢ ἀποχωροῦντα ἀπ' ἀλλήλων. Εἰ δὲ σύγκρασίν τινα καὶ μίξιν λαμβάνουσι καὶ κρᾶσιν καὶ εἰς ἓν ἐξ ἑνὸς σύστασιν, τὴν κατὰ τὸ συνίστασθαι γιγνομένην, οὐ κατὰ τὸ συνεστάναι ἤδη, εἰς τινα ἄν τις ἀνάγοι τῶν εἰρημένων ταύτας. Ἄρξει μὲν γὰρ ἡ τοπικὴ κίνησις, ἕτερον δὲ ἐπ' αὐτῇ τὸ γιγνόμενον ἂν εἴη, ὥσπερ καὶ τῆς αὔξης ἄν τις εὕροι ἀρχουσαν μὲν τὴν τοπικήν, ἐπιγιγνομένην δὲ τὴν κατὰ τὸ ποιὸν κίνησιν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἡγεῖται μὲν τὸ κατὰ τόπον κινηθῆναι, ἕπεται δὲ οὐκ ἐξ ἀνάγκης συγκριθῆναι, οὐδ' αὖ διακριθῆναι, ἀλλὰ γενομένης μὲν συμπλοκῆς τοῖς ἀπαντήσασι συνεκρίθη, σχισθέντων δὲ τῇ συντεύξει διεκρίθη· πολλαχοῦ δὲ ἂν καὶ διακρινομένων ἐφέποιτο ἂν ἡ τοῦ τόπου, ἢ ἅμα συμβαίνοι τοῦ πάθους ἄλλου περὶ τὰ διακρινόμενα, οὐ κατὰ τὸ κινεῖσθαι τοπικῶς νοουμένου, ἕν τε τῇ συγκρίσει ἄλλου πάθους καὶ συστάσεως ἑπακολουθοῦντος ἑτέρου τῆς τοπικῆς κινήσεως. Ἆρ' οὖν ταύτας μὲν ἐφ' ἑαυτῶν, τὴν δὲ ἀλλοίωσιν εἰς ταύτας ἀνακτέον; πυκνὸν γὰρ γενόμενον ἠλλοίωται. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ συγκέκριται· μανὸν δὲ αὖ ἠλλοίωται· τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ διακέκριται· καὶ οἴνου καὶ ὕδατος μιγνυμένων ἄλλο, ἢ πρότερον ἦν ἑκάτερον, ἐγένετο. Τοῦτο

XXV. Præterea considerandum est, quomodo concretio et discretio sese habeant. Numquid alii motus sint præter illos, quos supra narravimus, præter generationem, inquam, et corruptionem, augmentum et decrementum, localem motum, alterationem : an forte oporteat eas ad hos motus quoque modo reducere? an potius asserere, quasdam ex his motibus concretiones et quasdam discretiones exsistere? Si igitur concretio in eo consistit, ut aliud accedat ad aliud et propinquet, et rursus discretio in eo, ut, quæ propinquaverunt, inde recedant, locales motus ita esse dicentur, dum videlicet fit vel motus ad unum, vel recessus ab uno. Sin autem, quæ moventur, ita nanciscí dicantur commixtionem quandam, et contemperationem constitutionemque in unum : eam, inquam, quæ in eo actu consistit, dum aliquid constituitur, non in quodam habitu, postquam jam est aliquid constitutum, ita profecto in aliquem motum eorum, qui narrati sunt, hos aliquis reducere poterit. Exordietur enim motus ibi localis : sed præter hunc motum aliud quiddam ibi fiet : quemadmodum facile quivis reperit, localem motum esse principium incrementi, sed ibi motum mox proprium qualitatis accedere. Sic itaque et hic incipit quidem localis quidam motus, sequitur autem non necessario concretio sive discretio : sed quando, quæ sibi obviant, sese mutuo complectuntur, concretio accidit, contra vero discretio sequitur. Sæpe vero, ubi discretio fit, sequitur motus quoque localis, aut simul ibi contingit; dum videlicet passio quædam intelligitur alia circa ea, quæ discernuntur, non ea ratione, qua loco mutentur : atque in concretione alia quædam passio constitutioque consequitur a locali motu diversa. Num igitur hos quidem motus in se ipsis ponere decet? alterationem vero ad has rite reducere? Quod enim factum est densum, jam est alteratum. Id vero idem est, ac si dicatur fuisse concretum. Rarum quoque factum intelligitur alteratum : hoc autem periode est, ac si discretum esse consideretur : quin etiam, ubi vinum cum aqua miscetur, utrumque aliud, quam prius erat, evadit. Id autem est concretio quædam, quæ alteratio-

δὲ σύγκρισις, ἢ πεποίηκε τὴν ἀλλοίωσιν. Ἢ φατέον καὶ ἐνταῦθα ἡγεῖσθαι τὰς συγκρίσεις καὶ διακρίσεις τινῶν ἀλλοιώσεων, ἑτέρας δὲ αὐτὰς εἶναι συγκρίσεων ἢ διακρίσεων· οὔτε γὰρ τὰς ἄλλας ἀλλοιώσεις εἶναι τοιαύτας, οὔτε τὴν ἀραίωσιν καὶ πύκνωσιν, σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, ἢ ἐκ τούτων ὅλως εἶναι· οὕτω γὰρ ἄν τις καὶ κενὸν παραδέχοιτο. Ἐπὶ δὲ μελανίας ἢ λευκότητος πῶς; εἰ δὲ ἐν τούτοις ἀμφισβητεῖ, πρῶτον μὲν τὰς χρόας καὶ τάχα τὰς ποιότητας ἀναιρεῖ, ἢ τάς γε πλείστας, μᾶλλον δὲ πάσας· εἰ γὰρ πᾶσαν ἀλλοίωσιν, ἣν λέγομεν κατὰ ποιότητα μεταβολήν, σύγκρισιν καὶ διάκρισιν λέγοι, τὸ γιγνόμενον οὐδέν ἐστιν ἡ ποιότης, ἀλλὰ ἐγγὺς κείμενα καὶ διεστῶτα. Ἔπειτα τὸ μανθάνειν καὶ τὸ διδάσκεσθαι πῶς συγκρίσεις;

nem effecit: an forte dicendum, hic quoque concretiones discretionesque præcedere alterationes quasdam, ipsas vero alterationes a concretionibus discretionibusque differre. Neque enim alterationes alias esse tales, neque rarefactionem ipsam condensationemque vel esse concretionem quandam atque discretionem, vel ex his omnino consistere: alioquin sic protinus aliquis vacuum in natura concedet. Jam vero nigredinem et albedinem quanam conditione concesserit aliquis in concretione discretioneque consistere? Si quis autem in his ambigat, cogetur colores omnino, et fortasse qualitates inde plures, imo vero omnes funditus exstirpare: si enim alterationem omnem, quam esse dicimus quandam in qualitate mutationem, quispiam concretionem discretionemve esse contendat, certe, quod ibi fit, nullo modo qualitas est, sed restant ibi quædam vel prope posita vel seorsum. Præterea doceri atque discere quonam modo potest esse concretio?

Motuum species probabilius distinguuntur per differentias internas, quam externas. Scilicet per vires motrices, aut inanimatas, aut animatas, item sic vel aliter animatas: rursus per impulsum naturæ vel artis vel consilii.

ΚΖ'. Ἐπισκεπτέον δὴ περὶ τούτων καὶ ἤδη ζητητέον, πάλιν αὐτῶν κατ' εἶδη λεγομένων κινήσεων, οἷον ἐπὶ τοπικῆς, εἰ μὴ τῷ ἄνω καὶ κάτω, καὶ εὐθεῖα καὶ κύκλῳ, ὡς ἠπόρηται, εἰ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων κινήσει. Οὐ γὰρ ὁμοία ἡ κίνησις τούτων, καὶ πάλιν ταύτας τῇ πεζῇ, καὶ τῷ νεῖν, καὶ πτήσει, ἢ καὶ τῷ φύσει γε καὶ παρὰ φύσιν, τάχ' ἄν τις διέλοι καθ' ἕκαστον εἶδος. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔξωθεν διαφορᾶς κινήσεων, ἢ ποιητικαὶ τούτων αὗται, καὶ οὐκ ἂν ἄνευ τούτων, καὶ ἡ φύσις δὲ ἀρχὴ δοκεῖ τούτων· ἢ τὰς μὲν φύσει, τὰς δὲ τέχνῃ, τὰς δὲ προαιρέσει· φύσει μὲν αὐξήσεις, φθίσεις· τέχνῃ δὲ οἰκοδομεῖν, ναυπηγεῖν· προαιρέσει δὲ σκοπεῖσθαι, μανθάνειν, πολιτεύεσθαι, ὅλως λέγειν, πράττειν· περὶ αὐξήσεως αὖ καὶ ἀλλοιώσεως καὶ γενέσεως κατὰ φύσιν ἢ παρὰ φύσιν, ἢ ὅλως τοῖς ὑποκειμένοις.

XXVI. Considerandum igitur de iis videtur, rursusque investigandum de illis, quæ dicuntur species motionis, velut in motu locali, si modo distinctio ibi non fiat per motum ad superiora vel inferiora: item per rectum et circularem, sicut in superioribus est dubitatum, numquid forte distinguendum sit per motum rerum animatarum animave carentium. Non enim simlis est horum inter se motus, et rursus ejusmodi motus per motionem progrediendi, natandi, volandi; aut etiam per impulsum naturalem minusve naturalem. Fortasse enim quis hunc in modum secundum unamquamque speciem partietur: hic vero modus non extrinsecus acciperet differentias motionum. Forsan vero ipsæ harum effectrices sunt, neque tamen absque his exsistunt: sed ipsa natura harum motionum externarumque differentiarum principium esse videtur. Fortassis etiam partiri motum licet ita, ut partim natura fiat, partim vero arte, partim electione: et natura quidem incrementa et decrementa; arte vero ædificare sive domos sive naves; electione autem meditari, discere, publica gubernare, et omnino dicere atque agere. Denique circa augmentum et alterationem, et generationem distinguere licet per modum sive naturalem, sive non naturalem, vel etiam per subjectorum varietatem.

Status est in rebus æternis, ubi nullus est motus: quies autem est in rebus temporalibus, scilicet quædam privatio alicujus motus, vel motio quædam valde tarda.

Cum igitur quies sit privatio quædam, non est aliquod per se genus: motus autem non est privatio simpliciter quietis, sed est actus efficax auferens aliquid atque afferens. Status in æternis non est privatio motus; neque enim vel ibi status fit cessante motu, vel illa nata sunt ad motum. Motus duo habet opposita, scilicet et motum, qui diversos petit terminos, et quietem, maxime, si quies consideretur in termino, a quo motus jam discedit.

ΚΖ'. Περὶ δὲ στάσεως, ἢ ἀντιτέτακται κινήσει, ἢ ἠρεμίας, τί ποτε χρὴ λέγειν; πότερα καὶ αὐτὸ ἕν τι γένος θετέον, ἢ εἴς τι γένος τῶν εἰρημένων ἀνακτέον; βέλτιον δ' ἴσως, στάσιν τοῖς ἐκεῖ ἀποδόντα ἠρεμίαν ἐνταῦθα ζητεῖν. Τὴν οὖν ἠρεμίαν ταύτην ζητητέον πρῶτον, τί ποτε ἐστί; καὶ εἰ μὲν ταὐτὸν φανείη τῇ στάσει, οὐδ' ὀρθῶς ἂν ἐνταῦθα ταύτην ζητοῖ, οὐδενὸς ἑστηκότος, ἀλλὰ τοῦ φαινομένου ἑστάναι, σχολαιοτέρᾳ τῇ κινήσει χρωμένου. Εἰ δ' ἕτερον ἠρεμίαν στάσεως λέγοιμεν, τῷ τὴν μὲν στάσιν περὶ τὸ ἀκίνητον παντελῶς εἶναι, τὴν δ' ἠρεμίαν περὶ τὸ ἑστὼς, πεφυκὸς δὲ κινεῖσθαι, ὅταν μὴ κινῆται, εἰ μὲν τὸ ἠρεμίζεσθαι λέγοι τὸ ἠρεμεῖν κίνησιν οὔπω παυσαμένην, ἀλλ' ἐνεστῶσαν· εἰ δὲ τὴν οὐκέτι περὶ τὸ κινούμενον οὖσαν, πρῶτον μὲν ζητητέον, εἴ τι ἐστὶ μὴ κινούμενον ἐνταῦθα. Εἰ δὲ μὴ πάσας οἷόν τέ τι τὰς κινήσεις κινεῖσθαι, ἀλλὰ δεῖ

XXVII. De statu vero, qui motui est oppositus, vel de quiete, quidnam videtur esse dicendum? numquid et hoc genus unum ponendum est? an potius in aliquod genus eorum, quæ narravimus, est revocandum? Sed præstat forsitan, statum quidem ipsum divinis concedere, hic autem de quiete perquirere. De hac ergo quiete, quid sit, in primis investigandum est: atque si idem omnino esse atque status inveniatur, non recte hic requiri videbitur: quippe cum hic nihil penitus manéat: sed quod manere videtur, tardiore motu feratur. Sin autem quietem aliud quiddam præter statum esse dicamus, propterea, quod status quidem sit circa rem prorsus immobilem; quies autem circa rem quidem stantem, natam vero ad motum etiam, quando minime moveatur: hoc ita est distinguendum: nempe si quietum fieri hic assumatur, ipsum quiescere dicetur esse motum nondum cessantem, sed instantem; sin autem hic assumatur ea, quæ non amplius circa id, quod movetur exsistit, profecto quærendum erit si quid apud nos sit omnino non motum. At si impossibile est, aliquid motibus simul omnibus agitari, sed oportet

κινήσεις τινὰς μὴ κινεῖσθαι, ἵνα καὶ ἐξῇ λέγειν τόδε τὸ κινούμενον εἶναι, τί ἄλλο χρὴ λέγειν τὸ μὴ κινούμενον κατὰ τόπον, ἀλλὰ ἠρεμοῦν ταύτην τὴν κίνησιν, ἢ ὅτι μὴ κινεῖται; ἀπόφασις ἄρα ἔσται ἡ ἠρεμία τοῦ κινεῖσθαι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐν γένει· ἠρεμεῖ δὲ οὐκ ἄλλο τι, ἢ ταύτην τὴν κίνησιν, οἷον τὴν τοπικήν· τὴν οὖν ἀφαίρεσιν τούτου λέγει. Εἰ δέ τις λέγοι, διὰ τί δ' οὐ τὴν κίνησιν ἀπόφασιν τῆς στάσεως, φήσομεν, ὅτι ἧκέ τι φέρουσα ἡ κίνησις, καὶ ἔστιν ἄλλο τι ἐνεργοῦν καὶ οἷον ὠθοῦν τὸ ὑποκείμενον, καὶ μυρία ἐργαζόμενον αὐτὸ, καὶ φθεῖρον, ἡ δὲ ἠρεμία ἑκάστου οὐδέν ἐστι παρ' αὐτὸ, ἀλλὰ σημαίνει μόνον, ὅτι κίνησιν οὐκ ἔχει. Τί οὖν οὐ καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν στάσιν εἴπομεν ἀπόφασιν κινήσεως; ἢ ὅτι οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ἀναίρεσιν τῆς κινήσεως τὴν στάσιν, ὅτι οὐ παυσαμένης τῆς κινήσεώς ἐστιν, ἀλλ' οὔσης ἐκείνης, καὶ αὕτη ἐστί· καὶ οὐ πεφυκὸς κινεῖσθαι, καθ' ὅσον μὴ κινεῖται ἡ στάσις ἐκεῖ, ἀλλὰ καθ' ὃ στάσις κατείληφεν, ἕστηκε, καθ' ὃ δέ ἐστι κινούμενον, ἀεὶ κινήσεται, διὸ καὶ στάσει ἕστηκε, καὶ κινήσει κινεῖται· ἐνταῦθα δὲ κινήσει μὲν κινεῖται, ἀπούσης δὲ ἠρεμεῖ, ἐστερημένον τῆς ὀφειλομένης κινήσεως. Ἔπειτα δὲ ὁρᾶν δεῖ, τί ἐστιν ἡ στάσις αὐτή· καὶ οὕτως, ὅταν ἐκ νόσου εἰς ὑγίειαν ᾖ, ὑγιάζεται. Τί οὖν τῇ ὑγιάνσει ταύτῃ ἠρεμίας εἶδος ἀντιτάξομεν; εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐξ οὗ, νόσος, ἀλλ' οὐ στάσις· εἰ δὲ τὸ εἰς ὃ, ὑγίεια· ὃ οὐ ταὐτὸν τῇ στάσει. Εἰ δέ τις λέγοι τὴν ὑγίειαν ἢ τὴν νόσον τινὰ στάσιν εἶναι, εἴδη στάσεως τὴν ὑγίειαν καὶ τὴν νόσον εἶναι φήσει, ὅπερ ἄτοπον. Εἰ δὲ συμβεβηκέναι τῇ ὑγιείᾳ τὴν στάσιν, πρὸ τῆς στάσεως ἡ ὑγίεια οὐχ ὑγίεια ἔσται. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ὅπῃ δοκεῖ ἑκάστῳ.

quibusdam motibus non moveri, ut saltem liceat dicere hoc, quod movetur, esse, quidnam aliud dicendum est de illo, quod non movetur loco, sed quantum ad hunc motum pertinet, conquiescit, nisi ipsum non moveri? sic itaque quies erit negatio motionis. Quod autem ejusmodi est, non proprie computatur in genere. Quiescit autem non secundum alium, quam localem, motum. Privationem igitur hujus tantum significat. Si quis autem interrogaverit, cur non etiam motum status ipsius sive quietis privationem esse dicamus: respondebimus, quia videlicet motus aliquid secum ferens accedit, aliudque quiddam existit agens concutiensque subjectum, et plurima faciens atque disperdens: quies autem uniuscujusque nihil est præter ipsum, sed hoc tantum significat, motum videlicet non habere. Verum cur non in rebus ipsis ad intelligentiam pertinentibus statum privationem motionis asserimus? Quia non licet statum motus privationem cognominare, quoniam non cessante motu ipse fit status: imo vero existente illo fit motus: neque status illic est, quia, quod natum sit ad motum, quandoque non moveatur: sed qua ratione status ibi ipsum intelligibile comprehendit, permanet: qua vero movetur, movebitur in perpetuum: quam ob rem et statu consistit, et motu movetur: corporea vero natura motu quidem movetur, et absente motu quiescit, orbata videlicet debita motione. Præterea videndum est, quid ipse sit status: item, quando ex morbo ad sanitatem aliquis pervenit, convalescit. Quam igitur huic convalescentiæ quietis speciem opponemus? Si enim affectionem, a qua recedit, morbus ille est, non status: sin autem affectionem, ad quam accedit, sanitas illa est, quæ quidem non idem atque status exsistit. Si quis autem dixerit, sanitatem aut morbum esse statum quendam, hic profecto sanitatem atque morbum status species esse concedet quod quidem judicatur absurdum. At, si statum sanitatem contingere proprie fateatur, sanitas ante statum non erit sanitas. Sed de his quidem pro suo quisque arbitrio dicat.

Epilogus prædicamentorum.

Εἴρηται δ' ὅτι τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν κινήσεις λεκτέον· καὶ ἔστι τὰς μὲν τῶν κινήσεων ἀπολύτους, τὰς δὲ ποιήσεις, τὰς δὲ πείσεις λέγειν. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων γενῶν λεγομένων, ὅτι εἰς ταῦτα, καὶ περὶ τοῦ πρός τι, ὅτι ἄλλου πρὸς ἄλλο σχέσις, καὶ ὅτι σύνεισιν ἅμφω καὶ ἅμα, καὶ τὸ πρός τι δὲ, ὅταν σχέσις οὐσίας ποιῇ αὐτὸ, οὐχ ᾗ οὐσία, ἔσται πρός τι, ἀλλ' ἢ καθ' ὃ μέρος τινὸς, οἷον χεὶρ, ἢ κεφαλὴ, ἢ αἴτιον, ἢ ἀρχὴ, ἢ στοιχεῖον. Ἔστι δὲ καὶ τὰ πρός τι διαιρεῖν, ὥσπερ διῄρηται τοῖς ἀρχαίοις, τὰ μὲν ὡς ποιητικὰ, τὰ δὲ ὡς μέτρα, τὰ δ' ἐν ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει, τὰ δ' ὅλως χωρίζοντα ὁμοιότητι καὶ διαφοραῖς. Καὶ περὶ μὲν τούτων τῶν γενῶν ταῦτα.

Dictum vero nobis in superioribus est, facere atque pati motiones esse: motiones autem alias quidem absolutas esse, alias vero partim effectiones, partim etiam passiones. Dictum præterea de ceteris, quæ dicuntur genera, ad nostra hæc referri debere: dictum quoque de relatione, eam videlicet esse alterius ad alterum habitudinem, et simul ambo concurrere; dictum denique circa relationem, quando videlicet habitudo ipsa substantiam efficit, illud ipsum, quod refertur, non, qua ratione substantia sit, relativum esse: sed qua pars aliqua, velut manus, aut caput, vel causa, vel principium, vel elementum. Licet autem et relativa antiquorum more dividere, adeo, ut alia quidem tanquam effectiva sunt, alia vero tanquam mensuræ quædam, alia in excessu defectuque versentur, alia denique per similitudines atque differentias distinguantur. Sed hæc jam de his generibus dicta sufficiant.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ϛ

ΛΟΓΟΣ Δ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟ ΟΝ ΕΝ ΚΑΙ ΤΑΥΤΟΝ ΟΝ ΑΜΑ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΕΙΝΑΙ ΟΛΟΝ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER IV.

QUOD ENS UNUM IDEMQUE SIMUL TOTUM EST UBIQUE.

Cum anima nec habeat quantitatem, nec passio sit corporis qualis, quæritur, quomodo per plurimum quasi spatium diffundatur, sive per se ante corpus, sive una cum corpore in ipso corpore per ipsum eatenus propagetur.

Α'. Ἆρά γε ἡ ψυχὴ πανταχοῦ τῷ παντὶ πάρεστιν, ὅτι σῶμά ἐστι τοῦ παντὸς τοσόνδε; περὶ τὰ σώματα ἐρύσιν ἔχουσα μερίζεσθαι, ἢ καὶ παρ' αὑτῆς πανταχοῦ ἐστιν; οὐχ οὗπερ ἂν ὑπὸ σώματος προαχθῇ, ἀλλὰ σώματος εὑρίσκοντος αὐτὴν πρὸ αὐτοῦ πανταχοῦ οὖσαν· ὥστε, ὅπου ἂν τεθῇ, ἐκεῖ εὑρίσκειν ψυχὴν οὖσαν· πρὶν αὐτὸ τεθῆναι ἐν μέρει τοῦ παντός, καὶ τὸ ὅλον τοῦ παντὸς σῶμα τεθῆναι ἐν ψυχῇ οὔσῃ. Ἀλλ' εἰ ἔστιν εἰς τοσοῦτον πρὶν τὸ τοσόνδε σῶμα ἐλθεῖν, πληροῦσα τὸ διάστημα πᾶν, πῶς οὐ μέγεθος ἕξει; ἢ τίς τρόπος ἂν εἴη τοῦ εἶναι ἐν τῷ παντὶ πρὶν τὸ πᾶν γενέσθαι, τοῦ παντὸς οὐκ ὄντος; τό τε ἀμερῆ λεγομένην καὶ ἀμεγέθη εἶναι, πανταχοῦ εἶναι, μέγεθος οὐκ ἔχουσαν, πῶς ἄν τις παραδέξαιτο; καὶ εἰ τῷ σώματι λέγοιτο συνεκτείνεσθαι, μὴ σῶμα οὖσα, οὐδ' ὡς ἐκφεύγειν ποιεῖ τὴν ἀπορίαν, τῷ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ μέγεθος αὐτῇ διδόναι· ὁμοίως γὰρ ἄν τις καὶ ἐνταῦθα ζητήσειεν εὐλόγως, ὅπως κατὰ συμβεβηκὸς μεγεθύνεται. Οὐ γὰρ δὴ ὥσπερ ἡ ποιότης, οἷον γλυκύτης ἢ χρόα, κατὰ πᾶν τὸ σῶμα, οὕτω καὶ ἡ ψυχή. Τὰ μὲν γὰρ πάθη τῶν σωμάτων, ὥστε πᾶν τὸ πεπονθὸς ἔχειν τὸ πάθος, καὶ μηδὲν εἶναι ἐφ' ἑαυτοῦ, σώματος ὄν τι, καὶ γιγνωσκόμενον τότε. Διὸ καὶ ἐξ ἀνάγκης τοσοῦτον· τό τε ἄλλου μέρους λευκὸν οὐχ ὁμοπαθὲς τῷ ἄλλου, καὶ ἐπὶ τοῦ λευκοῦ τὸ αὐτὸ μὲν εἶδει τὸ ἐπ' ἄλλου πρὸς τὸ ἐπ' ἄλλου μέρους, οὐ μὴν ταὐτὸν ἀριθμῷ· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὸ αὐτὸ ἀριθμῷ τὸ ἐν τῷ ποδὶ καὶ τῇ χειρὶ ὑπάρχει, ὡς δηλοῦσιν αἱ ἀντιλήψεις. Καὶ ὅμως ἐν μὲν ταῖς ποιότησι τὸ αὐτὸ μεμερισμένον θεωρεῖται, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς τὸ αὐτὸ οὐ μεμερισμένον· οὕτω δὲ μεμερίσθαι λεγόμενον, ὅτι πανταχοῦ. Λέγωμεν οὖν ἐξ ἀρχῆς περὶ τούτων, εἴ τι ἡμῖν σαφὲς καὶ εὐπαράδεκτον γένοιτο, πῶς ἀσώματος καὶ ἀμεγέθης οὖσα δύναται εἰς πλεῖστον ἰέναι, εἴτε πρὸ τῶν σωμάτων, εἴτ' ἐν τοῖς σώμασιν. Τάχα δὲ, εἰ φανείη καὶ πρὸ τῶν σωμάτων τοῦτο δύνασθαι, ῥᾴδιον ἂν καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων παραδέξασθαι τὸ τοιοῦτον γένοιτο.

I. Numquid anima ubique universo idcirco adest, quia corpus universi sit tantum? Ipsa quidem naturam habens, quia circa corpora dividatur, an potius a se ipsa quoque est ubique? non quidem quatenus a corpore protrahatur, sed quia corpus reperiat illam ante ipsum ubique præsentem, adeo ut, ubicumque ponatur, ibi animam reperiat jam exsistentem, priusquam ipsum in parte universi collocaretur, totumque universi corpus in anima jam exsistente ponatur. Verum si anima in tantum diffusa est, antequam corpus tantum accederet, anima, inquam, implens universum penitus intervallum, quidnam prohibet, quominus habeat magnitudinem? Aut quisnam modus erit, quo sit in universo, antequam fieret universum, quando nondum hoc exsisteret? Contra vero, qua quispiam conditione admiserit animam ipsam, quæ impartibilis et magnitudinis expers esse dicitur, ubique esse, cum nullam habeat magnitudinem? Atqui, etsi una cum corpore dicatur extendi, cum tamen ipsa non sit corpus, neque sic tamen dubitatio devitabitur ex eo, quod ipsi magnitudo secundum accidens tribuatur: nempe similiter aliquis hic quoque rite perquiret, quonam modo secundum accidens magna possit evadere. Non enim sicut qualitas, velut dulcedo vel color, per totum corpus extenditur, ita prorsus et anima. Hæc enim sunt quædam corporum passiones, ut non mirum sit, totum, quod patitur, corpus passionem ejusmodi possidere, atque nihil ejusmodi in se ipso consistere: quippe cum corporis aliquid sit, et tanquam in corpore cognoscatur. Quapropter qualitas necessario tanta est, quantum est et corpus. Accidit ad hæc, quod alterius partis albedo non compatitur una cum albedine partis alterius: atque in albo eadem partis hujus albedo secundum speciem est, atque albedo, quæ est in altera parte, neque tamen est numero eadem. At vero penes animam idem numero in pede est atque manu: quod quidem consensio animadversioque demonstrant. Præterea in qualitatibus quidem idem aliquid tanquam divisum consideratur: in anima vero idem, sed non divisum. Quod tamen propterea dividi dicitur, quoniam undequaque se fundit. Dicamus igitur de his, iterum ab initio investigantes, si qua ratione nobis perspicue pateat, atque probabile fieri possit, quomodo animo, cum incorporea sit expersque magnitudinis, possit in plurimum propagari, sive ante corpora, sive in corporibus eatenus protendatur. Fortasse enim si constiterit, etiam ante corpora id fieri posse, facile admodum futurum est in corporibus quoque tale aliquid prorsus admittere.

Mundus intelligibilis, id est ens, primum est verum, universum atque magnum, quoniam et cuncta entia est, et est in quolibet sui totum, nec est in universo. Et cum dicitur ubique esse, est ipsum, quod appellatur ubique. Mundus vero sensibilis est vere parvum, quia ubique constat ex parvis. Atque est in mundo superiore non tanquam in loco continente, nec tanquam in intervallo quodam vacuo, sed tanquam in efficiente, servante, sistente, movente, comprehendente. Mundus hic ubique per quamlibet sui partem attingit illum totum, ideo non movetur in rectum ad illum inveniendum, sed circa illum ubique repertum revolvitur in eodem.

Β'. Ἔστι δὴ τὸ μὲν ἀληθινὸν πᾶν· τὸ δὲ τοῦ παντὸς μίμημα ἡ τοῦδε τοῦ ὁρατοῦ φύσις· τὸ μὲν οὖν ὄντως πᾶν ἐν οὐδενί ἐστιν· οὐδὲν γάρ ἐστι πρὸ αὐτοῦ. Ὃ δ' ἂν μετὰ τοῦτο ᾖ, τοῦτο ἤδη ἀνάγκη ἐν τῷ παντὶ εἶναι, εἴπερ ἔσται, καὶ μάλιστα ἐξ ἐκείνου ἠρτημένον, καὶ οὐ δυνάμενον ἄνευ ἐκείνου οὔτε μένειν οὔτε κινεῖσθαι. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ὡς ἐν τόπῳ τίς τι θεῖτο, τὸ τοιοῦτον τὸν τόπον νοῶν, ἢ πέρας σώματος τοῦ περιέχοντος, καθ' ὃ περιέχει, ἢ διάστημά τι, ὃ πρότερον ἦν τῆς φύσεως τοῦ κενοῦ, καὶ ἔτι ἐστὶν, ἀλλὰ τῷ γε οἷον ἐρείδεσθαι ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἀναπαύεσθαι, πανταχοῦ ὄντος ἐκείνου, καὶ συνέχοντος, τὴν τοῦ ὀνόματος ἀφεὶς κατηγορίαν, τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον λαμβανέτω· τοῦτο δὲ ἄλλου χάριν εἴρηται, ὅτι τὸ πᾶν ἐκεῖνο καὶ πρῶτον καὶ ὂν οὐ ζητεῖ τόπον οὐδ' ὅλως ἔν τινι. Πᾶν δὴ τὸ πᾶν οὐκ ἔστιν ὅπως ἀπολείπεται ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔστι τε πεπληρωκὸς ἑαυτὸ καὶ ὂν ἴσον ἑαυτῷ, καὶ οὗ τὸ πᾶν, ἐκεῖ αὐτό· τὸ γὰρ πᾶν αὐτό ἐστιν· ὅλως τε, εἴ τι ἐν τῷ παντὶ ἱδρύθη, ἄλλο ὂν παρ' ἐκεῖνο, μεταλαμβάνει αὐτοῦ καὶ συντυγχάνει αὐτῷ, καὶ ἰσχύει παρ' αὐτοῦ οὐ μερίζον ἐκεῖνο, ἀλλ' εὑρίσκον αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ, αὐτὸ προσελθὸν ἐκείνῳ, ἐκείνου οὐκ ἔξω ἑαυτοῦ γενομένου. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἐν τῷ μὴ ὄντι τὸ ὂν εἶναι· ἀλλ' εἴπερ τὸ μὴ ὂν ἐν τῷ ὄντι, ὅλῳ οὖν ἐντυγχάνει τῷ ὄντι. Οὐ γὰρ ἦν ἀποσπᾶσθαι αὐτὸ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ τὸ πανταχοῦ δὲ λέγεσθαι εἶναι αὐτὸ δηλονότι ἐν τῷ ὄντι, ὥστε ἐν ἑαυτῷ. Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τὸ πανταχοῦ ἐν τῷ ὄντι καὶ ἐν αὐτῷ· ἤδη γὰρ γίγνεται τὸ πανταχοῦ ἓν ἑνί· ἡμεῖς δὲ τὸ ὂν ἐν αἰσθητῷ θέμενοι καὶ τὸ πανταχοῦ ἐκεῖ τιθέμεθα, καὶ μέγα νομίζοντες τὸ αἰσθητὸν ἀποροῦμεν, πῶς ἐν μεγάλῳ καὶ τοσούτῳ ἐκείνη ἡ φύσις ἐκτείνεται. Τὸ δέ ἐστι τοῦτο τὸ λεγόμενον μέγα, μικρὸν, ὃ δὲ νομίζεται μικρὸν ἐκεῖνο μέγα, εἴ γε ὅλον ἐπὶ πᾶν τὸ τοῦ μέρους φθάνει· μᾶλλον δὲ τοῦτο πανταχόθεν τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἐπ' ἐκεῖνο ἰὸν εὑρίσκει αὐτὸ πανταχοῦ πᾶν καὶ μεῖζον ἑαυτοῦ. Ὅθεν, ὡς οὐκ ἐν τῇ ἐκτάσει πλέον τι ληψόμενον, (ἔξω γὰρ ἂν καὶ τοῦ παντὸς ἐγίγνετο,) περιθεῖν αὐτῷ ἐβουλήθη, οὔτε δὲ περιλαβεῖν δεδυνημένον, οὐδ' αὖ ἐντὸς γενέσθαι, ἠγάπησε τόπον ἔχειν, καὶ τάξιν οὗ σώζοιτο γειτονοῦν αὐτῷ, παρόντι καὶ οὐ παρόντι αὖ. Ἔστι γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ἐκεῖνο, κἄν τι αὐτῷ ἐθέλῃ παρεῖναι· ὅπου δὴ συνιὸν τὸ σῶμα τοῦ παντὸς εὑρίσκει τὸ πᾶν, ὥστε μηδὲν ἔτι δεῖσθαι τοῦ πόρρω, ἀλλὰ στρέφεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ, ὡς παντὸς ὄντος τούτου, οὗ κατὰ πᾶν μέρος αὐτοῦ ἀπολαύει ὅλου ἐκείνου. Εἰ μὲν γὰρ ἐν τόπῳ ἦν ἐκεῖνο αὐτὸ, προσχωρεῖν τε ἔδει ἐκεῖ καὶ εὐθυπορεῖν καὶ ἐν ἄλλῳ μέρει αὐτοῦ ἄλλῳ μέρει ἐφάπτεσθαι ἐκείνου, καὶ εἶναι

II. Est utique verum aliquod universum : est etiam velut universi illius imago, ipsa videlicet visibilis hujus mundi natura. Ipsum igitur, quod re vera universum est, in nullo prorsus exsistit : nullum enim ens est ante ipsum. Quod autem post ipsum exstat, hoc jam necessarium est in universo esse, si modo aliquid sit futurum : præsertim cum ex illo pendeat, neque absque illo manere valeat vel moveri. Etenim, si quis hoc in illo ponat, non tanquam in loco, intelligens videlicet locum tanquam terminum quendam corporis continentis, quatenus contineat, vel intervallum aliquod, quod prius hoc fuerit quasi de natura vacui, atque adhuc exsistat, sed affirmet, hoc quasi in illo fundari atque quiescere : in illo, inquam, ubique exsistente, atque id penitus comprehendente : quisquis, inquam, ita posuerit, nominis [id est, loci] appellationem jam dimittens ipsa cogitatione, quod dicitur, apprehendat. Hoc autem alterius gratia dictum est, quia videlicet universum illud primumque et ens neque locum quærit, neque omnino quiescit in aliquo. Cum enim ubique penitus sit universum, fieri non potest, ut aliquo modo sibi ipsi desit, sed impleat semet ipsum, sibique est æquale : nec, ubi illius est universum, est ipsum; namque universum illud prorsus exsistit. Omnino vero, si quid in universo fundatur, aliud exsistens præter ipsum participat illud, et cum ipso conspirat. Item corroboratur ab eo, non divideas ipsum, sed reperiens illud in se ipso : et ipsum quidem illi propinquans, dum tamen illud non ponitur extra se ipsum : fieri namque non potest, ut ens sit in non ente : verum, si non ens in ente fuerit, in ens incidit totum. Non enim a se ipso illud distrahi evellique poterat. Atqui quod dicitur universum illud ubique esse, intelligendum est, in ipso ente exsistere, atque ita in semet ipso. Neque mirum est, si ipsum, quod ubique dicitur, est in ente atque in se ipso. Jam enim ipsum ubique fit in uno. Nos autem, ens ipsum esse sensibile hoc existimantes, consequenter ipsum quoque ubique hic esse putamus. Item putantes hoc sensibile magnum esse, haud ab re dubitamus, quomodo illa natura per magnum hoc tantumque protendatur. Sed re vera hoc, quod magnum dicitur, parvum est : quod autem parvum existimatur, est magnum : si quidem totum illud per universum partis uniuscujusque se fundit : imo vero universum hoc, undique suis partibus ad universum illud accedens, invenit illud ubique totum, seque procul dubio majus. Quam ob rem, quasi quod ulteriori protensione nihil plus acceptura sit, (sic enim forte et extra universum evadere videretur,) merito penes ipsum circumcurrere voluit : cum vero non posset vel comprehendere, vel se intro prorsus insinuare, satis sibi factum putavit, si locum et ordinem sortiretur, ubi procul dubio servaretur ipsi præsenti propinquans, rursusque non præsenti. Est enim illud in semet ipso, etiam si quid ei velit adesse : quo sane se conferens universi corpus reperit universum, adeo ut non sibi opus sit ulterius progredi, sed revolvi expediat in eodem, tanquam hoc, in quo revolvitur, re vera sit universum : ubi certe secundum omnem sui partem toto illo perfruitur. Si enim illud esset in loco, merito progredi illuc, rectaque via procedere expediret, atque in alia ejus parte per aliam partem illud attingere, necessarioque cum procul tum

τὸ πόῤῥω καὶ ἐγγύθεν· εἰ δὲ μήτε τὸ πόῤῥω μήτε τὸ ἐγγύθεν, ἀνάγκη ὅλον παρεῖναι εἴπερ πάρεστι, καὶ ὅλως ἐστὶν ἐκείνων ἑκάστῳ, οἷς μήτε πόῤῥωθέν ἐστι μήτε ἐγγύθεν, δυνατοῖς δὲ δέξασθαί ἐστιν.

prope esse conangeret: sin autem neque procul neque prope illic potest accidere, necessarium est, totum illud adesse, si modo adsit: et profecto illorum unicuique totum adest, quibus neque propinquum est, neque remotum, sed proprie capere potentibus adest.

Mundus intelligibilis excellentia potestatis vires suas per omnes partes mundi diffundit: et unicuique parti totus adest, interea superemineus.

Sicut omnibus participare potentibus vires communicat, ita viribus suis ipse adest: atque ubi plures impartit vires, evidentius adest: ubi omnes, evidentissime. Neque fit propria alicujus forma; vel loco proprio circumscribitur: alioquin nec ulterius universum foret, nec omnibus communiter esset præsens. Corpus non in specie, sed in quantitate dividitur: ideo facta divisione etsi eadem non restat quantitas, eadem tamen species remanet: cum vero essentia, vita, mens prima sit species quantitatis expers, si dividatur secundum speciem, divisa ipsam speciem permutabit.

Γ'. Ἆρ' οὖν αὐτὸ φήσομεν παρεῖναι, ἢ αὐτὸ μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ εἶναι; δυνάμεις δὲ ἀπ' αὐτοῦ ἰέναι ἐπὶ πάντα, καὶ οὕτως αὐτὸ πανταχοῦ λέγεσθαι εἶναι; οὕτω γὰρ τὰς ψυχὰς οἷον βολὰς εἶναι λέγουσιν, ὥστε αὐτὸ μὲν ἱδρῦσθαι ἐν αὑτῷ, τὰς δὲ ἐκπεμφθείσας κατ' ἄλλο καὶ κατ' ἄλλο ζῷον γίγνεσθαι· ἢ ἐφ' ὧν μὲν τὸ ἕν, τῷ μὴ πᾶσαν τὴν φύσιν ἀποσώζειν τὴν οὖσαν ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ, ἐνταῦθα δύναμιν αὐτοῦ, ᾧ πάρεστι, παρεῖναι· οὐ μὴν οὐδ' ὡς ἐκεῖνο μὴ ὅλως παρεῖναι, ἐπεὶ καὶ τότε οὐκ ἀποτέτμηται ἐκεῖνο τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ἣν ἔδωκεν ἐκείνῳ, ἀλλ' ὁ λαβών, τοσοῦτον ἐδυνήθη λαβεῖν, παντὸς παρόντος. Οὗ δὲ πᾶσαι αἱ δυνάμεις, αὐτὸ σαφῶς πάρεστι χωριστὸν ὄμως ὄν· γενόμενον μὲν γὰρ τοῦδε εἴδος ἀπέστη ἂν τοῦ τε πᾶν εἶναι, τοῦ τε εἶναι ἐν αὑτῷ πανταχοῦ, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ ἄλλου· μηδενὸς δὲ ὂν τοῦ θέλοντος αὐτοῦ εἶναι, ᾧ ἂν αὐτῷ ἐθέλῃ, ὡς δύναται, πελάζει, οὐ γενόμενον ἐκείνου, ἀλλ' ἐκείνου ἐφιεμένου αὐτοῦ, οὐκ αὖ ἄλλου. Θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν οὕτως ἐν πᾶσιν εἶναι, ὅτι αὖ ἐν οὐδενί ἐστιν αὐτῶν οὕτως, ὡς ἐκείνων εἶναι· διὸ καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς οὕτω λέγειν συμπαραθεῖν τῷ σώματι καὶ τὴν ψυχήν, οὐκ ἄτοπον ἴσως, εἰ αὐτὴ μὲν ἐφ' ἑαυτῆς λέγοιτο εἶναι οὐχ ὕλης γενομένη, οὐδὲ σώματος, τὸ δὲ σῶμα πᾶν κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ οἱονεὶ ἐλλάμποιτο. Θαυμάζειν δὲ οὐ δεῖ, εἰ αὐτὸ μὴ ὂν ἐν τόπῳ παντὶ τῷ ἐν τόπῳ ὄντι πάρεστιν· ἦν γὰρ ἂν τοὐναντίον θαυμαστὸν καὶ ἀδύνατον πρὸς τῷ θαυμαστῷ, εἰ τόπον καὶ αὐτὸ ἔχον οἰκεῖον παρῆν ἄλλῳ τῳ ἐν τόπῳ, ἢ ὅλως παρῆν, καὶ παρῆν οὕτως, ὥς τοι ἡμεῖς φαμέν. Νῦν δέ φησιν ὁ λόγος, ὡς ἀνάγκη αὐτῷ τόπον οὐκ εἰληχότι, ᾧ πάρεστι, τούτῳ ὅλον παρεῖναι, παντὶ δὲ παρὸν, ὡς καὶ ἑκάστῳ ὅλον παρεῖναι, ἢ ἔσται αὐτοῦ τὸ μὲν ὧδὶ τὸ δὲ ἄλλοθι, ὥστε μεριστὸν ἔσται, καὶ σῶμα ἔσται. Πῶς γὰρ δὴ καὶ μεριεῖς; ἆρά γε τὴν ζωὴν μεριεῖς; ἀλλ' εἰ τὸ πᾶν ἦν ζωή, τὸ μέρος ζωὴ οὐκ ἔσται. Ἀλλὰ τὸν νοῦν, ἵν' ὁ μὲν ᾖ ἐν ἄλλῳ, ὁ δὲ ἐν ἄλλῳ; ἀλλ' οὐδέτερος αὐτῶν νοῦς ἔσται. Ἀλλὰ τὸ ὂν αὐτοῦ; ἀλλὰ τὸ μέρος οὐκ ὂν ἔσται, εἰ τὸ ὅλον τὸ ὂν ὑπῆρχε. Τί οὖν; εἴ τις λέγοι καὶ τὸ σῶμα μεριζόμενον, καὶ τὰ μέρη ἔχει σώματα ὄντα, ἢ ὁ μερισμὸς ἦν οὐ σώματος, ἀλλὰ τοσοῦδε σώματος, καὶ σῶμα ἕκαστον ἐλέγετο τῷ εἶδει καθ' ὃ σῶμα· τοῦτο δὲ οὐκ εἶχε τὸ τοσόνδε τι, ἀλλ' οὐδ' ὁπωσοῦν τοσόνδε.

III. Num igitur universum illud dicemus ipsum adesse? an ipsum quidem in se ipso consistere? vires autem ab eo per cuncta diffundi, atque ita illud ubique esse putari? sic enim animas tanquam jactus quosdam inde esse tradunt, adeo ut illud quidem in se ipso quiescat: animas autem illinc emissas secundum animal aliud aliudque evadere. Sed profecto quibus unum aliquid illius conceditur, propterea quod nequeant omnem illius naturam in se conservare, iis nimirum sic adesse dicitur, ut vis quædam adsit illius. Neque tamen ita, ut illud omnino non adsit. Nam et tunc illud a sua illa potentia, quam huic tradidit, minime segregatur: sed quod accepit, tantum apprehendere potuit ex toto præsente. Ubi vero vires omnes communicantur, illud ipsum est evidentissime præsens, sic tamen, ut simul sit etiam separatum: nempe, si hujus rei species fieret, neque universum esse posset, neque ubique esset in semet ipso consistens, sed secundum accidens, et alterius esset. Cum vero nullius sit etiam volentis ipsius esse, unicuique ipsum volenti pro illius capacitate propinquat, neque tamen illius evadit, neque rursus alterius, sed desiderio adest: neque igitur mirandum est sic in omnibus esse, quippe cum in nullo rursus eorum sic insit, ut evadat ipsorum: quam ob rem neque forte absurdum est animam dicere secundum accidens ita cum corpore quodammodo simul pati: siquidem ipsa in se ipsa dicatur esse neque materiæ neque corporis facta: sed corpus omne per universum sui velut illustretur ab anima. Nihil vero mirandum videri debet, si universum illud divinum, cum ipsum non sit in loco, adest omni, quod est in loco: contra vero et mirabile et insuper impossibile foret, si illud habens ipsum quoque locum proprium adesset alicui, quod sit in loco, aut si adesset omnino, atque esset ita præsens, sicut nos in præsentia dicimus. Nunc autem ratio dictat necesssarium esse, ut ipsum, cum non habeat locum cuicumque præsens est, adesse totum: cumque sit universo præsens, sic adesse, ut et singulis adsit totum: alioquin aliud quidem ipsius hic, aliud autem ibi futurum, adeo ut et partibile sit et corpus. Jam vero interrogare licet, quomodo partiaris. Numquid vitam divides? At, ubi diviseris, si totum erat vita, pars vita non erit. Sed numquid divides intellectum, ut hic quidem in alio, ille autem in alio sit? Verum neuter illorum intellectus erit. An igitur ipsius ens partieris? At vero pars ita non est ens, si totum ens exstiterit. Quid ergo? si quis objecerit et corpus divisum habere partes, quæ adhuc ipsæ quoque sint corpora: sed profecto partitio non corporis fuit, sed tanti corporis potius: et corpus unumquodque specie factum est et dictum, qua corpus exsistit. Hoc autem præcipue, quo ad speciem pertinet, non habet proprie quantum quiddam, imo neque etiam quomodocumque quantum.

Una essentia prima, id est mens divina, usque tota est, similiter una mundi anima : nec multitudo partium mundanarum impedit, quominus una sit ubique tota : nec unitas primæ mentis et animæ prohibet, quin multæ præterea mentes sint et animæ. Nec per multa corporis ejusdem membra anima cogitur esse multiplex et partibilis : nec per multa corpora evadent animæ multæ, sunt enim et mentes et animæ suis proprietatibus in se ipsis inter se differentes, etiam ante corpora : suntque in se invicem naturali quadam cognatione et officii communione conjunctæ, et interea alteritate proprietatis essentiæque distinctæ, non loco.

Δ'. Πῶς οὖν τὸ ὂν καὶ τὰ ὄντα καὶ νοῦς πολλοὺς καὶ ψυχὰς πολλάς; εἰ τὸ ὂν πανταχοῦ ἕν, καὶ μὴ ὡς ὁμοειδὲς, καὶ νοῦς εἷς, καὶ ψυχὴ μία· καίτοι ἄλλην μὲν τοῦ παντὸς, τὰς δὲ ἄλλας. Ταῦτά τε γὰρ ἀντιμαρτυρεῖν δοκεῖ, καὶ τὰ εἰρημένα, εἴ τινα ἀνάγκην, ἀλλ' οὐ πειθώ γε ἔχει, ἀπίθανον νομιζούσης τῆς ψυχῆς τὸ ἓν οὕτω πανταχοῦ ταὐτὸν εἶναι. Βέλτιον γὰρ ἴσως μερίσαντα τὸ ὅλον, ὡς μηδὲν ἐλαττοῦσθαι, ἐφ' οὗ ὁ μερισμὸς γεγένηται, ἢ καὶ γεννήσαντα ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα δὴ βελτίοσι χρώμεθα ὀνόμασιν, οὕτω τὸ μὲν ἐᾶσαι ἐξ ἑαυτοῦ εἶναι, τὰ δ' οἷον μέρη γενόμενα, ψυχὰς συμπληροῦν ἤδη τὰ πάντα. Ἀλλ' εἰ ἐκεῖνο μένει τὸ ὂν ἐφ' ἑαυτοῦ, ὅτι παράδοξον εἶναι δοκεῖ, τὸ ἅμα ὅλον τι πανταχοῦ παρεῖναι, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔσται· ἐν οἷς γὰρ λέγονται σώμασιν ὅλαι ἐν ὅλοις εἶναι, οὐκ ἔσονται, ἀλλ' ἢ μερισθήσονται, ἢ μένουσαι ὅλαι που τοῦ σώματος δύναμιν αὐτῶν δώσουσιν. Ἐφ' ὧν καὶ τῶν δυνάμεων ἡ αὐτὴ ἀπορία ἔσται, ἢ ὅλου πανταχοῦ. Καὶ ἔτι, τὸ μέν τι ψυχὴν ἕξει τοῦ σώματος, τὸ δὲ δύναμιν μόνον· ἀλλὰ πῶς ψυχαὶ πολλαὶ, καὶ νοῖ πολλοὶ, καὶ τὸ ὂν καὶ τὰ ὄντα; καὶ δὴ καὶ προϊόντα ἐκ τῶν προτέρων ἀριθμοὶ ὄντα, ἀλλ' οὐ μεγέθη, ὁμοίως ἀπορίαν παρέξουσι, πῶς πληροῦσι τὸ πᾶν. Οὐδὲν οὖν ἡμῖν παρὰ τοῦ πλήθους οὕτω προϊόντος ἐξεύρηται εἰς εὐπορίαν, ἐπεὶ καὶ τὸ ὂν πολλὰ συγχωροῦμεν εἶναι ἑτερότητι, οὐ τόπῳ. Ὁμοῦ γὰρ πᾶν τὸ ὄν, κἂν πολὺ οὕτως ᾖ, « ἐὸν γὰρ ἐόντι πελάζει, καὶ πᾶν ὁμοῦ », καὶ νοῦς πολὺς, ἑτερότητι, οὐ τόπῳ, ὁμοῦ δὲ πᾶς. Ἆρ' οὖν καὶ ψυχαί; ἢ καὶ ψυχαὶ, ἐπεὶ καὶ τὸ περὶ τὰ σώματα μεριστὸν λέγεται ἀμερὲς εἶναι τὴν φύσιν, τὰ δὲ σώματα μέγεθος ἔχοντα, ταύτης τῆς ψυχῆς φύσεως αὐτοῖς παρούσης· μᾶλλον δὲ τῶν σωμάτων ἐκεῖ γενομένων, ὅσον ἐστὶ μεμερισμένα κατὰ πᾶν μέρος ἐκείνης ἐμφανταζομένης τῆς φύσεως περὶ τὰ σώματα, οὕτως ἐνομίσθη εἶναι μεριστή· ἐπεὶ, ὅτι οὐ συνδιεληπται τοῖς μέρεσιν, ἀλλ' ὅλη πανταχοῦ, φανερὸν ποιεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ ἀμέριστον ὄντως τῆς φύσεως. Οὔτ' οὖν τὸ μίαν εἶναι τὰς πολλὰς ἀναιρεῖ, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὂν τὰ ὄντα, οὔτε μάχεται τὸ πλῆθος ἐκεῖ τῷ ἑνὶ, οὔτε τῷ πλήθει συμπληροῦν δεῖ ζωῆς τὰ σώματα, οὔτε διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος δεῖ νομίζειν τὸ πλῆθος τῶν ψυχῶν γίγνεσθαι, ἀλλὰ πρὸ τῶν σωμάτων εἶναι καὶ πολλὰς καὶ μίαν. Ἐν γὰρ τῷ ὅλῳ αἱ πολλαὶ ἤδη, οὐ δυνάμει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ ἑκάστη· οὔτε γὰρ ἡ μία ἡ ὅλη κωλύει τὰς πολλὰς ἐν αὐτῇ εἶναι, οὔτε αἱ πολλαὶ τὴν μίαν. Διέστησαν γὰρ οὐ διεστῶσαι, καὶ πάρεισιν ἀλλήλαις οὐκ ἀλλοτριωθεῖσαι· οὐ γὰρ πέρασιν εἰσὶ διωρισμέναι· ὥσπερ οὐδὲ ἐπιστῆμαι αἱ πολλαὶ ἐν ψυχῇ μιᾷ,

IV. Ceterum quonam pacto fas est dicere ens atque entia, et multas mentes animasque multas? Si ens ubique unum est, neque sic unum quasi duntaxat conforme nonnihil : item, si mens una, si anima una : tametsi acceperimus, aliam esse animam universi, alias autem reliquas. Hæc enim jam dictis refragari videntur : et, quæ dicta sunt, si quam forte necessitatem habent, persuasionem tamen non afferunt, quippe cum animus incredibile putet, unum ita ubique totum idem esse. Fortasse igitur præstat, unum illud totum partiri, adeo tamen, ut id ipsum, ex quo partitio fit, nihil inde comminuatur : aut potius ab illo, ut rectius loquamur, aliqua generare, atque illud quidem permittere, ut in se ipso consistat; quod vero velut partes inde gignuntur, esse animas omnia jam complentes existimare. Verum, si illud ens idcirco in se conquiescit, ex eo proprie, quod incredibile videatur, unum aliquod totum esse simul ubique eadem profecto ratio circa animas similiter dubitabit. Hæ namque, in quibus corporibus totæ esse dicuntur in totis, jam ita non erunt : sed aut dividentur, aut, si totæ permaneant, in quadam corporis parte sic proprie conquiescent, atque inde vires suas per membra diffundent. Jamque eadem et de viribus, quæ et de anima, ambiguitas orietur, numquid vis ipsa ubique sit tota. Præterea aliud quidem corporis membrum habebit animam, aliud vero vim solam. Sed in primis investigandum est, quonam modo, concessis superioribus, multæ sint animæ, multæ mentes, multa entia præter unum. Jam vero, quæ ex prioribus profluunt, sic tamen, ut non magnitudines sint, sed numeri, dubitationem similiter afferent, quonam pacto impleant universum : nihil itaque nobis ex multitudine sic profluente perspicue compertum est ad dubitationem conferens explicandam : quandoquidem et ipsum ens esse multa concedimus alteritate quadam, sed non loco. Simul enim est ens universum, quamvis ita sit multiplex : nimirum, ut Parmenides ait, ens enti propinquat, ac simul est universum. Quin etiam intellectus est multiplex alteritate, non loco, sed simul est omnis. Numquid et animæ ita se habent? Forsan et animæ : quoniam illud etiam, quod circa corpora partibile dicitur, impartibile rursus secundum naturam esse censetur : corpora vero habentia magnitudinem, præsente videlicet illis hac ipsius animæ natura : imo vero, cum corpora ibi fiant, et quatenus protenduntur, secundum omnem partem natura illa animæ ipsius appareat, quæ circa corpora versatur, sic utique circa illa animam existimari contingit dirisibilem. Nam non esse illam in partes una cum partibus corporis distributam, sed passim adesse totam, inde perspicue nobis patet, quod et naturam unum aliquid et impartibile re vera esse sit compertum. Neque igitur ex eo, quod anima una sit, tollitur esse multas : quemadmodum neque ens unum esse entia prohibet, neque multitudo illic uni repugnat; neque per multitudinem quandam vita implere corpora necessarium est : neque propter corporis magnitudinem existimandum est fieri multitudinem animarum, sed etiam ante corpora exstare multas et unam. In ipso namque toto jam multæ consistunt, non in potentia quidem, sed in actu jam quælibet. Una enim illa tota nihil prohibet in se multas exsistere : multæque vicissim unam nihil impediunt. Distant enim inter se interim non distantes, adsuntque sibi invicem non alienæ. Non enim terminis ullis inter se separantur : quemadmodum neque scientiæ multæ in una quadam anima congregatæ : sed est

καὶ ἔστιν ἡ μία τοιαύτη, ὥστε ἔχειν ἐν ἑαυτῇ πάσας. Οὕτως ἐστὶν ἄπειρος ἡ τοιαύτη φύσις.

una ipsa talis, ut in se contineat omnes. Ita prorsus ejusmodi natura est infinita.

Anima mundi sicut et mens est individua simul et universum, ideo in mundo est ubique tota.

Anima, cum non habeat quantitatem, non est minor vel major quantitate, quam mundus, sed virtute, quam nec totam mundus capit. Eadem vero anima grandiori, quæ et minori sufficit corpori, propter potentiæ magnitudinem.

Ε'. Καὶ τὸ μέγα αὐτῆς οὕτω ληπτέον, οὐκ ἐν ὄγκῳ· τοῦτο γὰρ μικρόν ἐστιν εἰς τὸ μηδὲν ἰὸν, εἴ τις ἀφαιροῖ. Ἔχει δὲ οὐδὲ ἀφελεῖν ἐστιν, οὐδ' εἰ ἀφαιρεῖς, ἐπιλείψει. Εἰ δὲ οὐκ ἐπιλείψει, τί δεῖ δεδιέναι, μή τινος ἀποστατῇ; πῶς γὰρ ἀποστατεῖ οὐκ ἐπιλείπουσα, ἀλλ' ἀένναος οὖσα φύσις, οὐ ῥέουσα; ῥέουσα μὲν γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἔρχεται, ἐφ' ὅσον ῥεῖν δύναται· μὴ ῥέουσα δὲ, οὐδὲ γὰρ ἂν οὐδ', ὅπου ῥεύσειεν, ἔχει· τὸ γὰρ πᾶν κατείληφε, μᾶλλον δὲ αὕτη ἐστὶ τὸ πᾶν, καὶ μεῖζόν τι οὖσα ἢ κατὰ σώματος φύσιν. Ὀλίγον γὰρ εἰκότως νομίζοιτο τῷ παντὶ διδόναι, ὅσον δύναται τοῦτο αὐτοῦ φέρειν. Δεῖ δὲ ἐκεῖνο μήτε ἔλαττον λέγειν, μηδὲ τιθέμενον ἔλαττον τῷ ὄγκῳ, ἀπιστεῖν ἤδη, ὡς οὐ δυνατὸν ἐπὶ τὸ μεῖζον αὐτοῦ ἰέναι τὸ ἔλαττον· οὔτε γὰρ τὸ ἔλαττον κατηγορητέον, οὐδὲ παραθετέον ὄγκον πρὸς ὄγκον ἐν μετρήσει. Ὅμοιον γάρ, ὡς εἴ τις ἰατρικὴν λέγοι ἐλάττω εἶναι τοῦ σώματος τοῦ ἰατροῦ. Οὐδ' αὖ οὕτω [τοῦτο] μεῖζον νομιστέον τῇ ποσοῦ μετρήσει, ἐπεὶ οὐδ' ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὕτω τὸ μέγα καὶ τὸ μεῖζον τοῦ σώματος· μαρτυρεῖ δὲ τῷ μεγάλῳ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ μείζονος τοῦ ὄγκου γενομένου φθάνειν ἐπὶ πᾶν αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ψυχὴν, ἢ ἐπ' ἐλάττονος ὄγκου ἦν· γελοῖον γὰρ πολλαχῇ, εἴ τις προσθείη καὶ τῇ ψυχῇ ὄγκον.

V. Proinde naturæ hujus magnitudo non est secundum molem existimanda : moles enim parvum quiddam est, casurum versus nihilum, si quis inde detraxerit. At ex illa natura neque fas est detrahere, neque, si forte subtraxeris, ullo modo deficiet. Quodsi nequaquam deficiat, non est metuendum, ne usquam absit ab ullo. Quo enim modo absit ab aliquo, cum nullum patiatur defectum, sed sempiterna natura sit, non fluens? alioquin, si fluxerit, eo usque procedet, quo usque profluere possit. Cum vero minime fluat, (neque enim, quo fluat, habet,) totum jam penitus comprehendit : imo vero ipsa est universum, majusque aliquid est, quam ut secundum corporeæ naturæ magnitudinem æstimetur. Parvum enim quiddam rite censetur huic universo tribuere : quatenus videlicet hoc illius ferre valet. Oportet autem universum illud supernum neque minus appellare, neque minus ipsum secundum molem ponere, ne forte diffidere compellaris, illud tanquam minus posse per totum illud, quod eo sit majus, amplificari. Neque enim hoc ipsum, quod minus dicitur, de illo prædicandum est, neque in ipsa mensura adhibenda est, vel comparanda moles ad non molem. Id namque perinde se haberet, ac si quis medicinæ dixerit disciplinam ipsius medici corpore esse minorem. Nec rursus majus illud censendum est secundum mensuram aliquam quantitatis, quando neque in anima sic animæ magnitudo censetur corpore major. Magnitudinem vero animæ hinc licet potissimum conjectare, quod, quando moles ipsa fit major, anima eadem per totam illam undique se diffundit, quæ prius erat in mole minore. Ridiculum namque plurimum est futurum, si quis molem animæ etiam adhibuerit.

Quæstiones de anima mundana et nostra.

Quærit ita : Si anima tantam habet magnitudinem virtutis, quantam modo dicebamus, cur non accidit etiam vivificando ad quodlibet corpus appositum? Respondet eam posse, modo corpus accedat ad eam, id est conformitate formabili. Item dubitat ita : Si anima mundi occupat totum, numquid corpus propria anima animatum habet simul suam atque communem? Et subdubitat quærendo, quomodo differant ibi hæ duæ animæ. Et respondet, per adjunctiones differre, quia quamvis hæc et illa sit anima, tamen hæc est anima ejusmodi, illa illiusmodi. Deinde confirmat animam mundi posse in corporibus remotis eandem esse totam, quia et in nobis anima nostra eadem simul tota in pede est et manu. Et subjungit, differentes sensus et passiones non obstare, quominus in homine sit una anima, et in mundo una : quia videlicet in homine quovis unus est judex, sic et in anima mundi. Deinde interrogat : cum duæ sint in nobis animæ, altera communis, altera propria, cur anima nostra non percipit judicium animæ mundi? Respondet : Quia ex judicio illo non resultat in nobis compassio. Præterea neque eadem vis animæ semper, quæ judicat, animadvertit, se judicare, neque vis quælibet in eadem anima communicat alteri suum judicium : ideo non est mirum, si nec vis animæ nostræ persentit judicium communis animæ, neque illa nostræ communicat suum : sed ratio in nobis animadvertit judicia inferiorum in nobis virium, et ratio in anima communi animadvertit similiter suarum judicia. Ratio quidem nostra occupata est, et distracta circa sensibilia : ratio vero communis animæ collecta circa intelligibilia : ideo, cum circa opposita convertantur, non communicatur judicium ab altera in alteram facile. Mitto nunc, quomodo per communem animam sit in nobis communio quædam vitæ et consensus et compassionis cum inter nos, tum ad mundana et cœlestia, in qua unione consistit vis attractionis et magicæ. Tu cave, ne putes Plotinum ponere unam tantum in cunctis animam. Hoc enim illi repugnat ubique.

Ϛ'. Τί οὖν οὐκ ἐπ' ἄλλο σῶμα ἔρχεται; ἢ ὅτι ἐκεῖνο δεῖ, εἰ δύναται προσελθεῖν, τὸ δὲ προσελήλυθὸς καὶ δεξάμενον ἔχει. Τί οὖν; τὸ ἄλλο σῶμα τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἔχει, ἔχον καὶ αὐτὸ, ἣν ἔχει, ψυχήν; τί γὰρ διαφέρει; ἢ καὶ ταῖς προσθήκαις. Εἶτα πῶς ἐν ποδὶ καὶ χειρὶ τὴν αὐτὴν, τὴν δὲ ἐν τῷδε τῷ μέρει τοῦ παντὸς, οὐ τὴν αὐτὴν τῇ ἐν τῷδε; εἰ δὲ αἱ αἰσθήσεις διάφοροι, καὶ τὰ πάθη τὰ συμπίπτοντα διάφορα λεκτέον εἶναι. Ἄλλα οὖν ἐστι τὰ κρινόμενα, οὐ τὸ κρῖνον· ὁ δὲ κρίνων ὁ αὐτὸς δικαστὴς, ἐν ἄλλοις καὶ ἐν ἄλλοις πάθεσι γινόμενος, καίτοι οὐχ ὁ πάσχων αὐτὸς

VI. Quid ergo non ad aliud corpus accedit? Forsan vero corpus illud, si modo possit, oportet accedere : accedens autem accipit inde, et possidet quod accepit. Quid igitur? Corpus aliud animamne habet eandem, possidens videlicet interim ipsum quoque suam, quam habet, animam? Quid enim differt? Profecto adjunctionibus differt. Præterea, quomodo in pede manuque eandem ponimus animam, animam vero, quæ est in hac universi parte, non affirmamus eandem cum anima illa, quæ sit in alia ejusdem parte? Sin autem sensus differentes sunt, passiones etiam incidentes esse differentes existimandum. Alia igitur sunt, quæ judicantur, judicans vero non aliud : nempe judex idem in aliis et aliis judicat passionibus,

ἀλλ' ἡ τοῦ τοιοῦδε σώματος φύσις· καὶ ἔστιν οἷον εἰ αὐτὸς ἡμῶν καὶ ἡδονὴν κρίνει τὴν περὶ τὸν δάκτυλον καὶ ἀλγηδόνα τὴν περὶ τὴν κεφαλήν. Διὰ τί οὖν οὐ συναισθάνεται ἡ ἑτέρα τὸ τῆς ἑτέρας κρίμα; ἢ ὅτι κρίσις ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πάθος. Εἶτα οὐδ' αὐτὴ ἡ κρίνασα Κέκρικα λέγει, ἀλλ' ἔκρινε μόνον· ἐπεὶ οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἡ ὄψις τῇ ἀκοῇ λέγει, καίτοι ἔκριναν ἄμφω, ἀλλὰ ὁ λογισμὸς ἑπ' ἀμφοῖν· τοῦτο δὲ ἕτερον ἀμφοῖν. Πολλαχῇ δὲ καὶ ὁ λογισμὸς εἶδε τὸ ἐν ἑτέρῳ κρίμα, καὶ σύνεσιν ἔσχεν ἑτέρου πάθους. Εἴρηται δὲ περὶ τούτου καὶ ἐν ἄλλοις.

quamvis patiens non sit idem ipse, qui judicat. Sed haec potius corporis talis natura. Idque perinde se habet, velut si quis nostrûm et voluptatem judicet, quae fit circa digitum, et dolorem, qui circa caput. Cur nam igitur altera judicium alterius non persentit? Forsan, quia judicium illud est, non passio. Praeterea neque vis ipsa, quae judicat, dicit, jam judicavi, sed judicavit tantum: quoniam neque apud nos quidem visus auditui nunciat, quamvis uterque jam judicarit, sed praesidens utrisque ratio: haec autem est ab utrisque diversa. Saepe vero et ratio, quod in alio judicium est, cognovit, alteriusque passionem animadvertit. Verum de hoc alibi quoque diximus.

Multitudo numerorum ab uno, et linearum a centro fluentium non prohibet, quominus vel unum illud vel centrum hoc impartibile sit et unicum. Similiter anima non cogitur divisibilis fieri aut multiplex propter diversa membra vel corpora. Imo sicut virtus rectrix tota est in qualibet parte ponderis, ac lumen idem indivisibile totum in qualibet parte aeris, sic et anima.

Ζ'. Ἀλλὰ πάλιν λέγωμεν, πῶς ἐπὶ πάντα ἐστὶ τὸ αὐτό· τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι, πῶς ἕκαστον τῶν πολλῶν τῶν αἰσθητῶν οὐκ ἄμοιρον τοῦ αὐτοῦ πολλαχῇ κείμενον. Οὐ γὰρ ἐκεῖνο ὀρθῶς ἔχει ἐκ τῶν εἰρημένων μερίζειν εἰς τὰ πολλὰ, ἀλλὰ τὰ πολλὰ μεμερισμένα εἰς τὸ ἓν μᾶλλον ἀνάγειν, κἀκεῖνο οὐκ ἐληλυθέναι πρὸς ταῦτα. Ἀλλὰ ταῦτα, ὅτι διέῤῥιπται, παρεσχηκέναι δόξαν ἡμῖν κατὰ ταῦτα, κἀκεῖνο διειλῆφθαι, οἷον εἴ τις τὸ κρατοῦν καὶ συνέχον εἰς ἴσα τῷ κρατουμένῳ διαιροῖ. Καίτοι κρατοίη ἂν καὶ χεὶρ σῶμα ὅλον, καὶ ξύλον πολύπηχυ, καὶ ἄλλο τι· καὶ ἐπὶ πᾶν μὲν τὸ κρατοῦν, οὐ διείληπται δὲ ὅμως εἰς ἴσα τῷ κρατουμένῳ ἐν τῇ χειρὶ, καθ' ὅσον ἐφάπτεται, εἰς τοσοῦτον περιγραφομένης, ὡς δοκεῖ, τῆς δυνάμεως, ἀλλ' ὅμως τῆς χειρὸς ὁριζομένης τῷ αὐτῆς ποσῷ, οὐ τῷ τοῦ αἰωρουμένου καὶ κρατουμένου σώματος. Καὶ εἰ προσθείης δὲ τῷ κρατουμένῳ σώματι μῆκος ἄλλο, καὶ δύναιτο ἡ χεὶρ φέρειν, ἡ δύναμις κἀκεῖνο κρατεῖ, οὐ διαληφθεῖσα εἰς τοσαῦτα μέρη, ὅσα τὸ σῶμα ἔχει. Τί οὖν; εἴ τις τὸν ὄγκον τὸν σωματικὸν τῆς χειρὸς ὑποθεῖτο ἀφῃρῆσθαι, καταλίποι δὲ τὴν δύναμιν τὴν αὐτὴν τὴν ἀνέχουσαν καὶ πρότερον αὐτὸ, τὴν πρόσθεν ἐν τῇ χειρὶ οὖσαν· ἆρ' οὐκ ἂν ἡ αὐτὴ, ἀμέριστος οὖσα ἐν παντὶ, ὡσαύτως κατὰ πᾶν μέρος εἴη; εἰ δὲ δὴ φωτεινὸν μικρὸν ὄγκον οἷον κέντρον ποιησάμενος μεῖζόν τι περιθείης σφαιρικὸν σῶμα διαφανὲς, ὥστε τὸ φῶς τοῦ ἔνδον ἐν παντὶ τῷ περιέχοντι φαίνειν, οὐκ οὔσης ἄλλοθεν αὐγῆς τῷ ἔξωθεν ὄγκῳ, ἆρ' οὐκ ἐκεῖνο τὸ ἔνδον φήσομεν αὐτὸ μηδὲν πάθὸν, ἀλλὰ μένον ἐπὶ πάντα τὸν ἔξωθεν ὄγκον ἐληλυθέναι, καὶ τὸ ἐκεῖ ἐνορώμενον ἐν τῷ μικρῷ ὄγκῳ φῶς κατειληφέναι τὸ ἔξω; ἐπειδὴ τοίνυν οὐ παρὰ τοῦ ὄγκου τοῦ σωματικοῦ τοῦ μικροῦ ἐκείνου ἦν τὸ φῶς, οὐ γὰρ, ᾗ σῶμα ἦν, εἶχε τὸ φῶς, ἀλλ' ᾗ φωτεινὸν σῶμα, ἑτέρᾳ δυνάμει, οὐ σωματικῇ οὔσῃ. Φέρε, εἴ τις τὸν ὄγκον τοῦ σώματος ὑφέλοι, τηροῖ δὲ τὴν τοῦ φωτὸς δύναμιν, ἆρ' ἂν ἔτι εἴποις που εἶναι τὸ φῶς; ἢ ἐπ' ἴσης ἂν εἴη καθ' ὅλην τε τὴν ἔξω σφαῖραν; οὐκ ἔτι δὲ οὐδ' ἀπερείσῃ τῇ διανοίᾳ, ὅπου πρότερον ἦν κείμενον, καὶ οὔτε ἔτι ἐρεῖς ὅθεν οὔτε ὅπῃ· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου ἄπορος ἔσῃ ἐν θαύματι ποιούμενος, ἅμα δὲ ὑδὶ τοῦ σφαι-

VII. Sed dicamus iterum, quomodo idem per omnia sit: id autem simile est, ac si quaeramus qua conditione unumquodque multorum sensibilium sparsim undequaque dispositorum ejusdem maturae sit particeps. Profecto constat, nefas esse unum ipsum propter rerum multitudinem in multa partiri, sed decere potius multa divisa in unum rite colligere: quod quidem ad haec non veneril. Sed haec, quia disjecta sunt, opinari nos compulerunt, illud quoque secundum haec quodammodo esse disjectum: velut si quis id, quod superat atque continet, una cum eo, quod continetur, in partes aequales putaverit dividendum. Tametsi continere quidem potest manus corpus totum lignumque multicubitum et quodvis aliud. Ubi profecto vis ipsa, quae continet, in eo, quod tenetur, ubique viget, neque tamen dividitur in partes aequales simul cum eo, quod manu tenetur: quamvis appareat, quatenus manus attingit, eatenus esse potentiam circumscriptam. At manus interim sua quadam quantitate describitur, non quantitate corporis, quod suspenditur et tenetur: atqui, si adjunxeris suspenso corpori aliam longitudinem, manusque illam valeat sustinere, vis ipsa regendi illud quoque reget, non secta videlicet in partes totidem, quot habet et corpus. Quid ergo? si quis finxerit corpoream manus molem clam e medio surripi; sed relinquat interea vim illic eandem, quae pondus ante sustinebat eratque prius in manu: nonne vis eadem impartibilis in toto similiter pondere per quamlibet erit partem? Praeterea, si exiguum quoddam lucidumque corpusculum pro centro alicubi fixeris, eique majus aliquod corpus sphaericum et perspicuum circumposueris, adeo ut intimi corpusculi lumen in toto circumdante perluceat, ubi non sit alienae lux externae molt: nonne intimum lumen illud dicemus, dum nihil patitur, sed permanet, per totam molem exterioremque processisse, atque lumen ibi in corpusculo parvo conspicuum, inde totum, quod circumstat, penitus comprehendisse? Quoniam vero non ex ipsa corporea mole illius centri lumen ipsum exstabat, non enim, qua corpus est, possidebat lumen, sed qua corpus lucidum, per virtutem videlicet aliam incorpoream. Dic age, si quis corporis illius molem subtraxerit, vim vero luminis ibi servaverit, numquid ulterius dicturus sis alicubi proprie lumen esse? Nonne potius erit aeque et intus et per sphaeram totam exteriorem? neque amplius cogitationem figes, ubi erat antea positum, neque dices ulterius, vel unde vel ubi sit lumen: sed de hoc eris ambiguus ac prorsus admirabundus: simul autem et hic et ibi per globum lumen ultra

ρικοῦ σώματος ἀτενίσας εἶσῃ [l. ἔσῃ] τὸ φῶς καὶ ὠδὶ αὐτός· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡλίου ἔχεις μὲν εἰπεῖν, ὅθεν τὸ φῶς ἐπιλάμπει κατὰ πάντα τὸν ἀέρα, εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἡλίου βλέπων, τὸ δὲ αὐτὸ ὅμως ὁρᾷς φῶς παντα-
5 χοῦ, οὐδὲ τοῦτο μεμερισμένον. Δηλοῦσι δὲ αἱ ἀποτομαὶ ἐπὶ θάτερα, ἢ ὅθεν ἐλήλυθεν, οὐ διδοῦσαι εἶναι, οὐδὲ μερίζουσαι. Καὶ δὴ τοίνυν, εἰ δύναμις μόνον ὁ ἥλιος ἦν, σώματος χωρὶς οὖσα, καὶ φῶς παρεῖχεν, οὐκ ἂν ἐνταῦθεν ἤρξατο, οὐδ' ἂν εἶπες ὅθεν, ἀλλ' ἦν
10 ἂν τὸ φῶς πανταχοῦ ἓν καὶ ταὐτὸν ὂν οὐκ ἀρξάμενον, οὐδ' ἀρχήν ποθεν ἔχον.

inspicies. Jam vero et circa solem potes dicere, unde potissimum lumen totum aerem circumlustrat, quando videlicet in corpus eolis aciem dirigis, simulque lumen idem ubique circumspicis, neque divisum. Id vero testantur ipsæ, quæ ex lumine fiunt, decisiones quædam : quæ profecto non alibi lumen reddunt, quam e regione, unde lumen effluxerat, neque lumen secant, neque comminuunt. Atqui, si sol ipse virtus quædam sola foret a corpore segregata, lumenque effunderet, neque hinc vel alicunde prorsus exordiretur, neque tu, unde mittatur, significares : sed esset omnino lumen ubique unum idemque exsistens, neque exordiens, neque habens alicunde principium.

Anima, cum sit prior omni re corporea, merito a nulla dependet : nulle igitur loco indiget, nulli est addicta, ad omnem igitur locum indifferenter et æque se habet : ideo et ubique communiter est et nusquam, nisi anima quædam per proprium affectum quandoque ad aliquid proprium sese applicet.

Item, cum sit individua, ubicumque est, exsistit tota. Quicquid igitur illam suscipit, accipiens non divisam, suscipit quodammodo totam, quamvis non cunctis ejus viribus penitus perfruatur. Anima mundi sicut in corporibus ipsa non fit corpus, vel passio, vel forma propria corporis, ita non fit multiplex, nec dividitur, neque patitur : et quoniam mancipatur nulli, expedita cunctis adest.

Η'. Τὸ μὲν οὖν φῶς ἐπειδὴ σώματός ἐστιν, ὅθεν ἐλήλυθεν, εἰπεῖν ἔχεις, ἔχων εἰπεῖν τὸ σῶμα ὅπου ἐστίν· ἄϋλον δὲ εἴ τι ἐστὶ, καὶ δεῖται οὐδὲν σώματος,
15 πρότερον ὂν τῇ φύσει παντὸς σώματος, ἱδρυμένον αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἱδρύσεως δεόμενον οὐδὲν τῆς τοιαύτης· τοῦτο δὴ τὸ τοιαύτην ἔχον φύσιν, οὐκ ἔχον ἀρχήν, ὅθεν ὁρμηθείη, οὔτε ἔκ τινος τόπου, οὔτε τινὸς ὂν σώματος, πῶς αὐτοῦ τὸ μὲν ὠδὶ φήσεις, τὸ δὲ ὠδί;
20 ἤδη γὰρ ἂν καὶ τὸ ὅθεν ὡρμήθη ἔχοι, καὶ τὸ τίνος εἶναι. Λείπεται τοίνυν εἰπεῖν, ὡς εἴ τι αὐτοῦ μεταλαμβάνει τῇ τοῦ ὅλου δυνάμει, μεταλαμβάνειν αὐτοῦ παντὸς, μηδὲν μήτ' οὖν ἄλλο τι, μήτε μεμερισμένον. Τῷ μὲν γὰρ σῶμα ἔχοντι τὸ πάσχειν κἂν κατὰ συμ-
25 βεβηκὸς ἂν γένοιτο· καὶ ταύτῃ παθητὸν ἂν λέγοιτο καὶ μεριστὸν, ἐπειδὴ σώματός ἐστι τι, οἷον πάθος ἢ εἶδος. Ὃ δέ ἐστι μηδενὸς σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα ἐθέλει αὐτοῦ εἶναι, ἀνάγκη τοῦτο τά τε ἄλλα πάθη τοῦ σώματος μηδαμῶς αὐτὸ πάσχειν, μερίζεσθαί τε οὐχ οἷόν
30 τε. Σώματος γὰρ καὶ τοῦτο καὶ πρώτως πάθος, καὶ ᾗ σῶμα. Εἰ δὴ ᾗ σῶμα τὸ μεριστὸν, ᾗ μὴ σῶμα τὸ ἀμέριστον, πῶς γὰρ καὶ μερίσεις οὐκ ἔχον μέγεθος; εἰ οὖν ὡς ἔχοντος μέγεθος τὸ ἔχον τὸ μέγεθος ἀμηγέπη μεταλαμβάνει, οὐ μεριζομένου αὐτοῦ ἂν μεταλαμβά-
35 νοι, ἢ μέγεθος αὖ ἕξει πάλιν. Ὅταν οὖν ἓν ἐν πολλοῖς λέγῃς, οὐκ αὐτὸ πολλὰ γενόμενον λέγεις, ἀλλὰ τῶν πολλῶν τὸ πάθος περιάπτεις τῷ ἑνὶ ἐκείνῳ, ἐν πολλοῖς αὐτὸ ἅμα ὁρῶν. Τὸ δὲ ἓν ἐν αὐτοῖς οὕτω ληπτέον, ὡς οὐκ αὐτῶν γενόμενον ἑκάστου οὐδ' αὐτοῦ παντὸς,
40 ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν αὐτοῦ εἶναι καὶ αὐτὸ εἶναι, αὐτὸ δὲ ὂν οὐκ ἀπολείπεσθαι ἑαυτοῦ, οὐδ' αὖ τοσοῦτον, ὅσον τὸ πᾶν αἰσθητόν, οὐδ' εἴ τι μέρος τοῦ παντός· ὅλως γὰρ οὐδὲ ποσόν. Πῶς ἂν οὖν τοσοῦτον; σώματι μὲν γὰρ τοσοῦτον· τῷ δὲ μὴ σώματι, ἀλλ' ἑτέρας ὄντι φύσεως, οὐ-
45 δαμῇ δεῖ προσάπτειν τοσοῦτον, ὅπου μηδὲ τὸ τοιοῦτον· οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ ποῦ, οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ ἐνταῦθα καὶ ἐνταῦθα· ἤδη γὰρ ἂν πολλάκις που εἴη. Εἰ τοίνυν ὁ μερισμὸς τοῖς τόποις, ὅταν τὸ μέν τι αὐτοῦ ὠδὶ, τὸ δὲ

VIII. Profecto, quoniam lumen est corporis aliquid, unde venerit, facile potes dicere : quippe cum, ubi sit corpus illud, valeas indicare : si quid autem expers materiæ sit, neque indigeat corpore, quippe cum naturaliter prius sit omni corpore fundatum in se ipso, imo vero tali quodam fundamento non indigens : hoc, inquam, natura ejusmodi præditum non habens principium, unde exordiatur, nec intra locum aliquem habitans, nec corporis alicujus exsistens, quonam pacto dicere poteris aliquid ejus esse hic, et illic ejus aliquid esse? Sic enim et, unde exordiretur, haberet, et alieni juris exsisteret. Reliquum igitur est asserere, si quid accipit illud ipsa totius potentia, totum illud accipere, nec illud propterea vel aliud quiddam vel partibile fieri. Ei namque, quod habet corpus, quamvis sæpe per accidens, rite tamen pati convenit. Et hac ipsa ratione passivum et divisibile judicari potest : quandoquidem corporis aliquid est, vel tanquam passio, vel tanquam species. Quod autem nullius corporis est, sed tale prorsus exsistit, ut corpus esse illius affectet, necessarium est, cum ceteras corporis passiones in se nullas admittere, tum vel maxime dividi nullo modo posse. Divisio enim corporis passio est, atque primo, et qua est corpus. Si igitur, qua est corpus, divisibile est nimirum, qua non corpus est, indivisibile prorsus exsistit. Qua enim conditione divides, quod magnitudinem nullam habet? Si igitur, quod magnitudinem habet, ejus quoquo modo fit particeps, quod magnitudinem habet nullam, illud percipit non divisum : alioquin magnitudinem illud rursus haberet. Quando igitur unum esse dicis in multis, non ipsum multa factum dicis, sed multorum potius passionem circum illi uni subnectis, in multis ipsum simul inspiciens. Unum vero illud in ipsis sic accipiendum est, ut neque uniuscujusque illorum, neque cunctorum simul jam sit effectum : sed illud quidem sui juris sit, ipsumquemet exsistat : cumque ipsummet exsistat, sibi nusquam deesse, defectumve nullum admittere. Neque rursus putandum est, ipsum esse proprie tantum, quantum est sensibile universum, nedum tantum sit duntaxat, quanta pars aliqua universi : omnino enim neque est ullo modo quantum. Quo igitur modo tantum proprie erit aut tantum? tanta namque mensura corpori convenit : ei vero, quod non est corpus, sed natura alia præditum, nullo modo mensura tanta est adhibenda : cum neque etiam tale aliquid sit. Neque igitur alicubi est ponendum : neque ita hic et ibi, alioquin sæpe foret alicubi. Si igitur divisio secundum loca convenit, quando aliquid rei

ὠδὶ, ὅτῳ τὸ ὠδὶ μὴ ὑπάρχει, πῶς ἂν τὸ μερίζεσθαι ἔχοι; ἀμέριστον ἄρα δεῖ αὐτὸ σὺν αὑτῷ εἶναι, κἂν τὰ πολλὰ αὐτοῦ ἐφιέμενα τυγχάνῃ. Εἰ οὖν τὰ πολλὰ ἐφίεται αὐτοῦ, δηλονότι ὅλου ἐφίεται αὐτοῦ· ὥστε, εἰ καὶ δύναται μεταλαβεῖν, ὅλου ἂν αὐτοῦ, καθ' ὅσον δύναται, μεταλαμβάνοι. Δεῖ οὖν τὰ μεταλαμβάνοντα αὐτοῦ οὕτως ἔχειν αὐτοῦ, ὡς οὐ μετέλαβε, μὴ ἰδίου αὐτῶν ὄντος· οὕτω γὰρ ἂν μένοι αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ ὅλον, καὶ ἐν οἷς ὁρᾶται ὅλον· εἰ γὰρ μὴ ὅλον, οὐκ αὐτὸ, οὐδ' αὖ οὗ ἐφίεται ἡ μετάληψις ἔσται, ἀλλὰ ἄλλου, οὗ ἡ ἔφεσις οὐκ ἦν.

ipsius hic est, et aliquid ibi, sequitur, ut, cui non convenit alicubi esse, nullo modo partitio congruat: quam ob rem necessarium est, illud secum ipso impartibile permanere, quamvis multa illud affectent, atque etiam assequantur. Si ergo multa illud desiderant, constat, totum ipsum appetere: itaque, si assequi possint, totum ipsum pro viribus assequi; quam ob rem oportet, quæ participant illud, ita illius participare, quasi non participent, quippe cum ipsum proprium nullius evaserit: sic enim manet in se ipso totum, simulque, in quibus inspicitur totum, permanet et occurrit: alioquin nisi totum ibi permanserit, neque ipsum quidem erit, neque res ipsæ ad ipsum, quod optant, participabunt, sed aliud quiddam potius, quod minime appetebant.

Anima prima, dum se totam multis mundi partibus exhibet, neque multiplicatur in multas animas æque primas; hæ namque nihilo inter se differrent; neque in partes: est enim indivisibilis: et alioquin, ubi rectura molem accedit, prorsus debilitata deficeret.

Accommodat vero vires suas mundi membris: sed adeo essentiales propriæque sunt hæ vires, ut inseparabiles sint ab ea: ipsa igitur est ubique tota. Quin etiam, si imagines duntaxat virium suarum impartit mundo, ipsa toti similiter adest, suas imagines ubique rectura: denique, sicut in nobis, sic in mundo, nisi eadem ubique vita vigeret, non esset tam mira partium inter se et ad totum consensio passim atque compassio. Quæ autem de anima mundi loquimur, de intellectu divino similiter dictum intellige.

Θ'. Καὶ γὰρ εἰ τὸ μέρος τὸ γενόμενον ἐν ἑκάστῳ ὅλον ἦν καὶ αὐτὸ ἕκαστον, οἷον τὸ πρῶτον ἀποτετμημένον ἀεὶ ἕκαστον, πολλὰ τὰ πρῶτα, καὶ ἕκαστον πρῶτον. Εἶτα ταῦτα τὰ πολλὰ πρῶτα τί ἂν εἴη τὸ διεῖργον, ὥστε μὴ ἓν ὁμοῦ πάντα εἶναι; οὐ γὰρ δὴ τὰ σώματα αὐτῶν· οὐ γὰρ τῶν σωμάτων οἷόν τε ἦν εἴδη αὐτὰ εἶναι, εἴπερ ὅμοια καὶ ταῦτα ἐκείνῳ τῷ πρώτῳ, ἀφ' οὗ. Εἰ δὲ δυνάμεις αὐτοῦ τὰ λεγόμενα μέρη τὰ ἐν τοῖς πολλοῖς, πρῶτον μὲν οὐκ ἔτι ὅλον ἕκαστον· ἔπειτα πῶς ἦλθον ἀποτμηθεῖσαι καὶ καταλείπουσαι; εἰ γὰρ δὴ καὶ κατέλιπον, δηλονότι κατέλιπόν που ἰοῦσαι. Εἶτα πότερα ἔτι εἰσὶν ἐν αὐτῷ αἱ δυνάμεις αἱ ἐνταῦθα ἐν τῷ αἰσθητῷ γεγενημέναι, ἢ οὔ; εἰ γὰρ μή εἰσιν, ἄτοπον ἐλαττωθῆναι ἐκεῖνο καὶ ἀδύναμον γεγονέναι, ἐστερημένον ὧν πρότερον εἶχε δυνάμεων· χωρὶς τε τὰς δυνάμεις εἶναι τῶν οὐσιῶν ἑαυτῶν πῶς ἂν οἷόν τε ἦ ἀποτετμημένας; εἰ δὲ ἐν ἐκείνῳ τέ εἰσι καὶ ἄλλοθι, ἢ ὅλαι ἢ μέρη αὐτῶν ἐνταῦθα ἔσονται· ἀλλ' εἰ μέρη, κἀκεῖ τὰ λοιπὰ μέρη· εἰ δὲ ὅλαι, ἤτοι αἴπερ ἐκεῖ, καὶ ἐνταῦθα οὐ μεμερισμέναι· καὶ πάλιν αὖ ἔσται τὸ αὐτὸ πανταχοῦ, οὐ μεμερισμένον, ἢ πολλὰ γενόμενον ὅλον ἕκαστον αἱ δυνάμεις, καὶ ὅμοιαι ἀλλήλαις, ὥστε καὶ μετὰ τῆς οὐσίας ἑκάστης ἡ δύναμις ἡ μία μόνον ἔσται, ἡ συνοῦσα τῇ οὐσίᾳ, αἱ δ' ἄλλαι δυνάμεις μόνον. Καίτοι οὐχ οἷόν τε ὥσπερ οὐσίαν ἄνευ δυνάμεως, οὕτως οὐδὲ δύναμιν ἄνευ οὐσίας. Ἡ γὰρ δύναμις ἐκεῖ ὑπόστασις καὶ οὐσία, ἢ μεῖζον οὐσίας. Εἰ δ' ἕτεραι, ὡς ἐλάττους καὶ ἀμυδραὶ δυνάμεις αἱ ἐξ ἐκείνου, οἷον εἰ φῶς ἐκ φωτὸς, ἀμυδρὸν ἐκ φανοτέρου· καὶ δὴ οὐσίαι συνοῦσαι ταῖς δυνάμεσι ταύταις, ἵνα μὴ γένηται ἄνευ οὐσίας δύναμις. Πρῶτον μὲν καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων δυνάμεων, ἀναγκαῖον ὁμοειδῶν πάντως πρὸς ἀλλήλας γιγνομένων, ἢ τὴν αὐτὴν πανταχοῦ συγχωρεῖν εἶναι, ἢ καὶ εἰ μὴ πανταχοῦ, ἀλλ' οὖν πανταχῇ ἅμα τὴν αὐτὴν ὅλην οὐ μεμερισμένην, οἷον ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ σώματι. Εἰ δὲ τοῦτο, διὰ τί οὐκ ἐν παντὶ τῷ ὅλῳ; εἰ δὲ μεμερίσθαι

IX. Proinde, si unum illud commune sic in multis dividatur in partes, ut quælibet pars sit velut ipsum totum: sequitur, ut multa sint prima, et unumquodque primum. Præterea multa hæc prima quonam discernentur, ne cuncta sint simul unum? Non enim per corpora sua separabuntur. nam impossibile est, ea corporum species esse: siquidem hæc quoque primo illi, a quo manant, similia sunt. Sin autem, quæ dicuntur partes, in multis communis illius potentiæ sint, primo quidem non erit ulterius unumquodque totum: deinde, quonam modo processerunt inde divisæ illudque relinquentes? Si enim illud deserunt, constat, alicubi reliquisse illud, ipsæ interim alio procedentes. Item, utrum adhuc sint hæ in illo potentiæ, quæ hic in loco sensibili factæ sunt, necne. Si enim ibi non sunt, absurdum est, illud comminui infirmumque evadere, privatum videlicet viribus, quas prius habuerat: absurdum atque impossibile rursus, vires esse a suis essentiis segregatas. At si et in illo sunt et alibi, aut totæ aut partes earum hic erunt: si partes, nimirum, quæ ibi reliqua sunt, partes erunt: sin vero totæ, vel eædem, quæ sunt ibi, hic quoque sunt nullo modo divisæ: atque ita erit rursus ubique idem, nullo modo divisum: vel hæ potentiæ sunt illud totum singulatim multa jam factum, quorum quodlibet sit totum, suntque vires ejusmodi inter se similes. Atque ita et una cum essentia qualibet vis ipsa una solum erit, ipsa videlicet essentiam comitans: reliquæ vero potentiæ tantum erunt. Tametsi impossibile est, vel essentiam esse absque potentia, vel sine essentia esse potentiam. Potentia enim illic substantia est et essentia, vel majus aliquid, quam essentia. Sin autem aliæ quædam hic potentiæ sunt tanquam minores et exiles, quæ inde manant: velut, si lumen ex lumine, fuscum ex claro pendeat: atque essentiæ quædam potentiis ejusmodi conjunctæ sunt, ne forte potentia seorsum ab essentia sit. Profecto et in ejusmodi viribus omnino inter se conformibus necessarium est, vel eadem ubique inesse, vel, si non ubique simpliciter, saltem passim eandem totam non divisam, tanquam in uno quodam eodemque corpore. Sin autem hoc, cur non in toto insuper universo? Sin autem

ἑκάστην εἰς ἄπειρον, καὶ οὐκ ἔτι οὐδ' αὐτὴ ὅλη, ἀλλὰ τῷ μερισμῷ ἔσται ἀδυναμία. Ἔπειτα ἄλλη κατ' ἄλλο οὖσα οὐ καταλείψει συναίσθησιν. Ἔπειτα δέ, εἰ καθάπερ τὸ ἰνδαλμά τινος, οἷον καὶ τὸ ἀσθενέστερον ἀπ' ἐκείνου ἀποτεμνόμενον τοῦ παρ' οὗ ἐστιν, οὐκέτ' ἂν εἴη, καὶ ὅλως πᾶν τὸ παρ' ἄλλου τὴν ὑπόστασιν ἔχον, ἰνδάλμα ὂν ἐκείνου, οὐχ οἷόν τε ἀποτέμνοντα ἐν ὑποστάσει ποιεῖν εἶναι, οὐδ' ἂν αἱ δυνάμεις αὗται αἱ ἀπ' ἐκείνου ἐλθοῦσαι ἀποτετμημέναι ἂν ἐκείνου εἶεν· εἰ δὲ τοῦτο οὗ εἰσιν αὗται, κἀκεῖνο, ἀφ' οὗ ἐγένοντο, ἐκεῖ ἅμα ἔσται, ὥστε πανταχοῦ ἅμα πάλιν αὐτὸ οὐ μεμερισμένον ὅλον ἔσται.

contingat infinite quamlibet dividi, non amplius ipsa tota consistet, sed partitione impotentia quædam prorsus evadet. Deinde, cum alia diversis partibus aliaque vis insit, nulla sentiendi mutua communio relinquetur. Denique si, quemadmodum alterius simulacrum velut et lumen debilius ab eo, unde fit, segregatum non est amplius, atque omnino, quicquid ab alio ita pendet, ut sit ejus imago, nequit absque illo consistere : merito neque hæ vires ab illo profectæ, ubi segregantur, ab eo esse possunt : quod si ita sit, ubicumque hæ sunt, ibidem simul et illud, a quo gignuntur : quam ob rem ubique simul iterum erit illud totum nullo modo divisum.

Omnis intellectualis anima est expressa imago et virtus quædam intellectus primi per essentiam immobilis, quoniam ab immobili solum exsistit essentia. Similiter radii solis firmi perseverarent, si sol ipse permanserit : ubique sunt res et vires quædam ita pendentes penitus a mente vel anima prima, sicut specularis imago : ubique igitur mens prima est similiter et anima prima. In vero hic et supra et infra sæpe per verba Plotini notabis, plures esse mentium animarumque substantias semper inter se distinctas, quamvis inter eas unio sit mirabilis.

Ι'. Εἰ δέ τις λέγοι, ὡς οὐκ ἀνάγκη τὸ εἴδωλον τοῦ συνηρτῆσθαι τῷ ἀρχετύπῳ, (ἔστι γὰρ καὶ εἰκόνα εἶναι ἀπόντος τοῦ ἀρχετύπου, ἀφ' οὗ ἡ εἰκών, καὶ τοῦ πυρὸς ἀπελθόντος τὴν θερμότητα εἶναι ἐν τῷ θερμανθέντι,) πρῶτον μὲν ἐπὶ τοῦ ἀρχετύπου καὶ τῆς εἰκόνος· εἰ τὴν παρὰ τοῦ ζωγράφου εἰκόνα λέγοι τις, οὐ τὸ ἀρχέτυπον φήσομεν τὴν εἰκόνα πεποιηκέναι, ἀλλὰ τὸν ζωγράφον, οὐκ οὖσαν αὐτοῦ εἰκόνα· οὐδ' εἰ αὐτόν τις γράφει, τὸ γὰρ γράφον ἦν οὐ τὸ σῶμα τοῦ ζωγράφου, οὐδὲ τὸ εἶδος τὸ μεμιμημένον, καὶ οὐ τὸν ζωγράφον, ἀλλὰ τὴν θέσιν τὴν οὑτωσὶ τῶν χρωμάτων λεκτέον ποιεῖν τὴν τοιαύτην εἰκόνα· οὐδὲ κυρίως ἡ τῆς εἰκόνος καὶ τοῦ ἰνδάλματος ποίησις, οἷον ἐν ὕδασι καὶ κατόπτροις, ἢ ἐν σκιαῖς· ἐνταῦθα ὑφίσταταί τε παρὰ τοῦ προτέρου κυρίως καὶ γίνεται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ἀφ' ἑαυτοῦ ἀποτετμημένα, τὰ γενόμενα εἶναι. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τὰς ἀσθενεστέρας δυνάμεις παρὰ τῶν προτέρων ἀξιώσουσι γίγνεσθαι. Τὸ δ' ἐπὶ τοῦ πυρὸς λεγόμενον οὐκ εἰκόνα τὴν θερμότητα τοῦ πυρὸς λεκτέον εἶναι, εἰ μή τις λέγοι καὶ πῦρ ἐν τῇ θερμότητι εἶναι. Εἰ γὰρ τοῦτο, χωρὶς πυρὸς ποιήσει τὴν θερμότητα, εἶτα κἂν εἰ μὴ αὐτίκα, ἀλλ' οὖν παύεται καὶ ψύχεται τὸ σῶμα τὸ θερμανθὲν ἀποστάντος τοῦ πυρός. Εἰ δὲ καὶ οὗτοι ταύτας τὰς δυνάμεις σβεννύοιεν, πρῶτον μὲν ἓν μόνον ἄφθαρτον φήσουσι, τὰς δὲ ψυχὰς καὶ τὸν νοῦν φθαρτὰ ποιήσουσιν. Εἶτα καὶ οὐκ ἐκ ῥεούσης οὐσίας ῥέοντα τὰ ἐξ αὐτῆς ποιήσουσι, καίτοι, εἰ μὲν ὁ ἱδρυθεὶς ἥλιος ὑπομενοῖ τὸ αὐτὸ φῶς ἂν παρέχοι, τοῖς αὐτοῖς τόποις. Εἰ δὲ λέγοι τις μὴ τὸ αὐτό, τοῦτο ἂν πιστῷτο τῷ τὸ σῶμα ῥεῖν τοῦ ἡλίου. Ἀλλ' ὅτι μὲν μὴ φθαρτὰ τὰ παρ' ἐκείνου, ἀθάνατοι δὲ καὶ αἱ ψυχαὶ καὶ νοῦς πᾶς, ἐν ἄλλοις διὰ πλειόνων εἴρηται.

X. Si quis autem objiciat non esse necessarium imaginem ab exemplari continue pendere, (reperiri enim imaginem absente exemplo, a quo imago exstiterit : item absente igne calorem in calefacto restare :) primo quidem, quantum ad exemplar et imaginem pertinet, respondemus : Si quis imaginem a pictore factam induxerit, exemplar ipsum imaginem non fecisse, sed pictorem potius effecisse illam, neque tamen ipsius imaginem : etiam si se ipsum pingere quis optaverit : non enim corpus pictoris neque forma, quam pictura illic imitatur, proprie pingit : neque pictorem, sed talem quandam colorum positionem, existimare debemus talem imaginem facere. Sed neque proprie hic introducta est imaginis similitudinisque effectio : qualis potius est in aqua, speculis, umbris. Ubi profecto similitudo quædam priori proprie subest, fitque ab illo : neque potest, cum inde proprie fiat, ab illo seorsum exsistere. Hoc autem modo re vera debiliores quoque vires a præstantioribus superioribusque fieri rite prorsus existimabunt. Proinde ad illud, quod de igne objiciebatur, respondemus, calorem non esse ignis imaginem, nisi quis forte dixerit, in calore quoque ignem esse. Si enim id affirmaverit, ita calorem ab igne segregabit : jam vero etsi non subito, tamen paulo post calefactum corpus refrigescit, igne illinc abeunte. Ceterum, si qui dixerint, has quoque vires ab intelligibili mundo huic universo infusas exstingui : primo quidem unum duntaxat esse immortale putabunt, animas autem et intellectum mortalia judicabunt. Præterea quæ ex mobili fiunt essentia, fluere non recte concedent : quanquam, sicubi sol ipse fingatur, lumen idem eisdem locis infundet. At si quis objiciat, non idem prorsus infundere, ex hoc ipso sibi persuadere facile poterit, corpus solis continue fluere. Quod autem, quæ a mundo intelligibili fiunt, morti non sint obnoxia, animæque et intellectus omnis sint immortales, alibi quoque est ex pluribus confirmatum.

Anima nostra tota totisque suis viribus cuilibet membro adest, quamvis alia membra vires inde alias et magis minusve accipiant : similiter ad mundi partes anima mundi atque mens divina se habet.

Res corporeæ inter se distant sæpe per exteriores terminos : res vero incorporeæ quamvis per externos terminos inter se non distent, intimis tamen proprietatibus discernuntur : sic ideæ ab ideis in mente, scientiæ a scientiis in anima intellectuali, mens ab anima, mentes a mentibus, animæ ab animis : corpus quidem corpori non facile adest, facile corpus animæ, facilius anima animæ, atque menti facillime mentes. Facilior quidem est unio luminis ad lumen, quam luminis ad diaphanum :

atque facilior hæc, quam qualitatis ad qualitatem vel ad corpus : rursusque ista facilior, quam corporum inter se commercium.

ΙΑ'. Ἀλλὰ διὰ τί, εἴπερ ὅλον πανταχοῦ, οὐχ ὅλου πάντα μεταλαμβάνει τοῦ νοητοῦ; πῶς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐκεῖ, τὸ δὲ ἔτι δεύτερον, καὶ μετ' ἐκεῖνο ἄλλα; ἢ τὸ παρὸν ἐπιτηδειότητι τοῦ δεξομένου εἶναι νομιστέον, καὶ εἶναι μὲν πανταχοῦ τοῦ ὄντος τὸ ὄν, οὐκ ἀπολειπόμενον ἑαυτοῦ, παρεῖναι δὲ αὐτῷ τὸ δυνάμενον παρεῖναι· καὶ καθ' ὅσον δύναται, κατὰ τοσοῦτον αὐτῷ, οὐ τόπῳ, παρεῖναι, οἷον τῷ φωτὶ τὸ διαφανὲς, τῷ δὲ τεθολωμένῳ ἡ μετάληψις ἄλλως· καὶ δὴ τὰ πρῶτα καὶ δεύτερα καὶ τρίτα τάξει καὶ δυνάμει καὶ διαφοραῖς, οὐ τόποις. Οὐδὲν γὰρ κωλύει ὁμοῦ εἶναι τὰ διάφορα, οἷον ψυχὴν καὶ νοῦν, καὶ πάσας ἐπιστήμας, μείζους τε καὶ ὑφιεμένας· ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὁ μὲν ὀφθαλμὸς εἶδε τὸ χρῶμα· ἡ δὲ ὄσφρησις τὸ εὐῶδες, ἄλλη δὲ αἴσθησις ἄλλο, ὁμοῦ πάντων, ἀλλ' οὐ χωρὶς ὄντων· οὐκοῦν ἐκεῖνο ποικίλον καὶ πολύ; ἢ τὸ ποικίλον, ἁπλοῦν αὖ, καὶ τὰ πολλὰ ἕν· λόγος γὰρ εἷς καὶ πολὺς, καὶ πᾶν τὸ ὂν ἕν· καὶ γὰρ τὸ ἕτερον ἑαυτῷ, καὶ ἡ ἑτερότης αὐτοῦ· οὐ γὰρ δὴ τοῦ μὴ ὄντος, καὶ τὸ ὂν δὲ τοῦ ἑνὸς οὐ κεχωρισμένου· καὶ ὅπου ἂν ᾖ τὸ ὄν, πάρεστιν αὐτῷ, καὶ τὸ αὐτοῦ ἓν, καὶ τὸ ἓν ὂν αὖ ἐφ' ἑαυτοῦ. Ἔστι γὰρ καὶ παρεῖναι χωρὶς ὄν· ἄλλως δὲ τὰ αἰσθητὰ τοῖς νοητοῖς πάρεστιν, ὅσα πάρεστιν αὐτῶν, καὶ οἷς πάρεισιν, ἄλλως τὰ νοητὰ αὐτοῖς· ἐπεὶ καὶ ἄλλως ψυχῇ σῶμα, ἄλλως ἐπιστήμη ψυχῇ, καὶ ἐπιστήμη ἐπιστήμῃ, ἐν τῷ αὐτῷ ἑκατέρα οὖσα· σῶμα δὲ σώματι παρὰ ταῦτα ἕτερος.

XI. Ceterum si universum ipsum intelligibile est ubique totum, cur non et omnia intelligibile totum accipiunt? Item, quomodo in ordine intelligibili hoc quidem primum est, istud vero secundum, et similiter alia consequenter? Sed profecto, quæ ad capiendum paratiora sunt, illi præsentiora censentur : quin etiam judicandum est ens ipsum ubique per naturam entis existere, nusquam sibi ipsi deficiens : præsens autem illi fieri, quicquid potest esse præsens, et quatenus valet, eatenus illi præsens esse, non loco, sed quemadmodum perspicuum corpus lumini : nam in corpore turbido vel opaco participationem fieri aliter arbitrandum. Præterea, quando ibi prima, secunda, tertia disponuntur, non loci gradibus, sed ordini, virtuti, differentiis gradatim accommodandum. Nihil enim prohibet simul esse, quæ differunt quemadmodum animam, intellectum, scientias omnes, cum majores tum minores : quoniam et circa pomum idem : oculus quidem colorem videt, olfactus autem odoris sentit suavitatem, sensusque similiter alius ibidem aliam qualitatem : ubi tamen cunctæ sunt simul, neque re ipsa invicem sejunguntur : sed nonne igitur intelligibile illud varium prorsus erit et multiplex? Profecto varium, ita tamen, ut sit et simplex unumque multa. Ratio enim est et una simul et plurima. Tum vero omne ens est unum : nam et, quod sit alterum, ex se ipso habet, ipsaque alteritas aliquid est ipsius : non enim est non entis, ipsumque ens ita consistit, ut unum inde non sit disjunctum, nempe, ubicumque est ens, ipsius quoque unum sibi adest : atque unum ens rursus in se ipso consistit. Fieri enim potest, ut, quod aliqua ratione distinguitur, simul tamen exsistat et adsit : aliter autem sensibilia intelligibilibus præsentia sunt, quæcumque sunt præsentia, et quibus propinquent : aliter rursus intelligibilia mutuo sibi adsunt. Quoniam et aliter corpus propinquat animæ, aliter eidem animæ scientia hæret. Atque scientia est scientiæ præsens, in eodem videlicet utraque simul exsistens. Corpus autem corpori præter hæc aliter appropinquat.

Sicut multæ aures eandem vocem audiunt non divisam, sed totam ubique sonantem : sic multa passim corpora mundi ab eadem mundi anima simul ubique tota vitam accipiunt, et multa in nobis membra vitam similiter ab anima nostra.

Dicere vero, corpora mundi, cum primum apta sunt, suscipere vitale aliquid ex anima mundi, non prohibet, hæc interim habere proprias animas, quia et has accipiunt illa præparante, et animæ vicissim corpora illius virtute vivificant. Mundus vitæ hic nominatus significat congregationem communionemque mutuam omnium intellectuum intellectualiumque animarum. Anima quælibet intellectualis semper secundum totam substantiam ejus est, et in mundo vitæ simul et in mundo corporeo, quamvis hic non cunctas sui vires exerceat. Et quia semper est ibi, per hunc totum excellenter exsistit : et quoniam per essentiam hic exstat simul et ibi : ideo non hæc ad corpus, sed corpus ad hanc videtur accedere quadam videlicet ad illam accommodatione et proprietate formabili.

ΙΒ'. Ὥσπερ δὲ φωνῆς οὔσης κατὰ τὸν ἀέρα πολλάκις καὶ λόγου ἐν τῇ φωνῇ, οὗς μὲν παρὸν ἐδέξατο καὶ ἥσθετο· καὶ εἰ ἕτερον θείης μεταξὺ τῆς ἐρημίας, ἦλθε καὶ πρὸς αὐτὸ ὁ λόγος καὶ ἡ φωνὴ, μᾶλλον δὲ τὸ οὖς ἦλθε πρὸς τὸν λόγον· καὶ ὀφθαλμοὶ πολλοὶ πρὸς τὸ αὐτὸ εἶδον, καὶ πάντες ἐπλήσθησαν τῆς θέας, καίτοι ἐν ἀφωρισμένῳ τοῦ θεάματος κειμένου, ὅτι ὁ μὲν ὀφθαλμὸς, ὁ δὲ οὖς ἦν· οὕτω τοι καὶ τὸ δυνάμενον ψυχὴν ἔχειν ἔξει καὶ ἄλλο αὖ, καὶ ἕτερον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἡ φωνὴ πανταχοῦ τοῦ ἀέρος, οὐ μία μεμερισμένη, ἀλλὰ μία πανταχοῦ ὅλη, καὶ τὸ τῆς ὄψεως δὲ, εἰ παθὼν ὁ ἀὴρ τὴν μορφὴν ἔχοι, ἔχει οὐ μεμερισμένην· οὗ γὰρ ἂν ὄψις τεθῇ, ἔχει ἐκεῖ τὴν μορφήν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ πᾶσα δόξα συγχωρεῖ. Εἰρήσθω δ' οὖν δι' ἐκεῖνο, ὅτι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς ἡ μετάληψις· τὸ δὲ ἐπὶ τῆς φωνῆς ἐναργέστερον, ὡς ἐν παντὶ τῷ ἀέρι ὅλον τὸ εἶδός ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν ἤκουσε πᾶς τὸ αὐτὸ μὴ ἑκασταχοῦ ὅλου ὄντος τοῦ φωνηθέντος λόγου, καὶ ἑκάστης ἀκοῆς τὸ πᾶν

XII. Sæpenumero vox per aerem sonat, oratioque voce comprehenditur : auris autem præsens accipit atque sentit, præsertim in regione tranquilla : ac si auris alia in alia regionis ejusdem parte adhibeatur, accedat ad ipsam vox similiter et oratio, imo vero auris ad sermonem vocemque accedet. Oculi quoque multi in idem spectaculum dirigantur, unde visione omnes implentur : quamvis in proprio quodam situ sit illud spectaculum collocatum. Diversa vero perceptio fit ibidem, quia hæc quidem auris est, ille vero est oculus. Simili quadam ratione, quicquid potest accipere animam, accipit, et aliud rursus atque aliud accipit ab eodem. Est autem vox ubique per aerem una non divisa, sed ubique tota : quin etiam, si aer, tanquam patiens, rei videndæ formam suscipit, habet similiter non divisam : ubicumque enim adhibetur visus, ibi accipit formam : sed hoc quidem non omnis admittit opinio. Ideo vero dictum sit, ut confirmetur, ab uno eodemque participationem in multis expleri. At in voce manifestius est, quod quærimus, videlicet in toto quodam aere, et qualibet ejus parte speciem esse totam. Non enim quilibet audiret idem, nisi ubique oratio expressa per vocem tota prorsus exsisteret, atque auditus omnis totam similiter haureret

ὁμοίως διεσπασμένης. Εἰ δὲ μηδ' ἐνταῦθα ἡ ὅλη φωνὴ καθ' ὅλον τὸν ἀέρα παρατέταται, ὡς τόδε μὲν τὸ μέρος αὐτῆς τῷδε τῷ μέρει συνεζεῦχθαι, τόδε δὲ τῷδε συμμεμερίσθαι, τί δεῖ ἀπιστεῖν, εἰ ψυχὴ μὴ μία τέταται συμμεριζομένη, ἀλλὰ πανταχοῦ, οὗ ἂν παρῇ, πάρεστι, καὶ ἔστι πανταχοῦ τοῦ παντὸς οὐ μεμερισμένη; καὶ γενομένη μὲν ἐν σώμασιν, ὡς ἂν γένοιτο, ἀνάλογον ἔξει τῇ ἤδη ἐν τῷ ἀέρι φωνηθείσῃ φωνῇ, πρὸ δὲ τῶν σωμάτων, τῷ φωνοῦντι καὶ φωνήσοντι· καίτοι καὶ γενομένη ἐν σώματι, οὐδ' ὡς ἀπέστη τοῦ κατὰ τὸν φωνοῦντα εἶναι, ὅστις φωνῶν καὶ ἔχει τὴν φωνὴν, καὶ ἀίουσι. Τὰ μὲν οὖν τῆς φωνῆς ταὐτότητα μὲν οὐκ ἔχει τοῖς πρὸς ἃ εἴληπται· ἔχει δ' οὖν ὁμοιότητα κατά τι· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ἅτε καὶ φύσεως ὄντα τῆς ἑτέρας, δεῖ λαμβάνειν, ὡς οὐκ ὄντος αὐτῆς τοῦ μὲν ἐν σώμασι, τοῦ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ὅλου ἐν αὐτῷ καὶ ἐν πολλοῖς αὖ φανταζομένου. Καὶ αὖ ἦλθεν ἄλλο εἰς τὸ λαβεῖν ψυχὴν, καὶ ἐξ ἀφανοῦς αὖ καὶ τοῦτο ἔχει, ὅπερ ἦν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. Οὐδὲ γὰρ οὕτω προητοίμαστο, ὥστε μέρος αὐτῆς ὧδι κείμενον εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον ἥκειν ἦν ἐν παντὶ, ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἔστιν ἐν ἑαυτῷ, καίτοι ὁκοῦν ἐνταῦθα ἐλθεῖν. Πῶς γὰρ καὶ ἦλθεν; εἰ οὖν μὴ ἦλθεν, ὤφθη δὲ νῦν παροῦσα, καὶ παροῦσα οὐ τῷ ἀναμεῖναι τὸ μεταληψόμενον, δηλονότι οὖσα ἐφ' ἑαυτῆς πάρεστι καὶ τούτῳ· εἰ δ' οὖσα ἐφ' ἑαυτῆς τούτῳ πάρεστι, τοῦτο ἦλθε πρὸς αὐτήν· εἰ δὲ τοῦτο, ἔξω ὂν τοῦ οὕτως ὄντος, ἦλθε πρὸς τὸ οὕτως ὄν, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τῆς ζωῆς κόσμῳ· ἦν δὲ ὁ κόσμος ὁ τῆς ζωῆς ἐφ' ἑαυτοῦ· καὶ πᾶς δὴ ἦν ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐ διειλημμένος εἰς τὸν ἑαυτοῦ ὄγκον· οὐδὲ γὰρ ὄγκος ἦν, καὶ τὸ ἐληλυθὸς δὲ οὐκ εἰς ὄγκον ἦλθε. Μετέλαβεν ἄρα αὐτοῦ, οὐ μέρους, ὅλου· ἀλλὰ κἂν ἄλλο ἥξῃ εἰς τὸν τοιοῦτον κόσμον, ὅλου αὐτοῦ μεταλήψεται. Ὁμοίως ἄρα, εἰ λέγοιτο ἐκεῖνος ἐν τούτοις ὅλος, ἐν παντὶ ἑκάστῳ ἔσται· καὶ πανταχοῦ ἅρα ὁ αὐτὸς εἷς ἀριθμῷ, οὐ μεμερισμένος, ἀλλ' ὅλος ἔσται.

Proinde si tota vox per aerem totum non sic extenditur, ut hæc quidem ejus pars cum hac parte aeris copuletur, illa vero cum alia simul distribuatur, curnam minus credendum sit, animam unam esse rebus cunctis infusam quidem, neque tamen una cum extensione rerum extensam, neque cum rerum divisione divisam, sed, ubicumque adest, adesse totam, esseque in qualibet universi parte in partes minime distributam? Jam vero, quando per corpora funditur, quomodocumque propinquet, proportionalem quandam habet cum illa voce similitudinem, quæ jam est expressa per aerem. Dum autem exstat super corpora, similitudinem quandam videtur habere cum vocante quodam atque etiam vocaturo. Tametsi insinuata corpori, neque sic quidem desinit vicem vocantis habere : qui sane vocans et vocem habet et tradit. Sed, quantum ad vocem pertinet, non idem est omnino cum illis, ad quæ declaranda nobis est introductum, sed nonnihil similitudinis habet : quantum vero spectat ad animam, utpote quod est naturæ diversæ, sic accipiendum est, ut non sit aliud quidem animæ in corporibus, aliud vero potius in se ipso : sed totum et in se et in multis rursum appareat. Atqui rursus accedit aliud interim ad animam capiendam : quod quidem ipsum quoque accipit ex occulto, quod certe in aliis etiam exsistebat. Non enim sic præparata res est, ut pars animæ hic posita ad hoc accederet ; sed hoc ipsum, quod accedere dicitur, erat in universo, videlicet in se ipso, atque in se ipso exsistit : quamvis huc descendere videatur : quo enim modo veniret? Si igitur non accessit, apparuit autem nunc anima præsens, neque ita præsens, ut participaturum aliquid exspectaret : constat nimirum, animam in se exsistentem corpori quoque adesse : si autem in se exsistens, huic est præsens, merito hoc accessit ad ipsam : quod si ita sit, sequitur, ut hoc, cum esset extra illud, quod sic exsistit, ad id ipsum, quod ita exsistit, accesserit, in ipso vitæ mundo receptum : ipse autem vitæ mundus in se ipso consistit, atque sic universus in semet ipso, ut non sit in molem suam aliquam distributus. Neque enim illic est moles. Jam vero, et quod illuc se contulit, non in molem se aliquam contulit. Particeps igitur ipsius evasit, non partis quidem alicujus, sed totius. Et si quid aliud ad mundum ascendat ejusmodi, particeps similiter totius evadet. Quam ob rem, si dicatur ille in his esse, similiter totus in quolibet universo consistit : idem igitur unusquc numero ubique non divisus, sed omnino totus est præsens.

Quod in mundo corporeo est extensio quantitatis, id in mundo vitæ est potestatis excessus. Et quando ille dicitur esse hic et ibi, nullam ibi localem conditionem suspicari debemus : sed quicquid ubicumque est, totum illum mox invenire præsentem. Nam per individuum illum vigorem, quasi glutinum, omnia per se dispersa perpetuo connectuntur : neque vigor ejusmodi cunctis imperitans est parvum quiddam, vel quasi punctum. Non enim possideret ubique totum.

ΙΓ'. Πόθεν οὖν ἡ ἔκτασις ἡ ἐπὶ πάντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ζῶα ; ἢ οὐκ ἐξετάθη· ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις, ἢ προσέχοντες ἀπιστοῦμεν τοῖς λεγομένοις, λέγει ὅτι ὧδε καὶ ὧδε. Ὁ δὲ λόγος τὸ ὧδε καὶ ὧδέ φησιν, οὐκ ἐκταθεῖσαν ὧδε καὶ ὧδε γεγονέναι, ἀλλὰ τὸ ἐκταθὲν πᾶν αὐτοῦ μετειληφέναι ὄντος ἀδιαστάτου αὐτοῦ. Εἰ οὖν τι μεταλήψεταί τινος, δῆλον ὅτι οὐχ αὐτοῦ μεταλήψεται, ἢ οὐ μετειληφὸς ἔσται, ἀλλ' αὐτὸ ἔσται. Δεῖ οὖν σῶμα μεταλαμβάνον τινὸς οὐ σώματος μεταλαμβάνειν· ἔχει γὰρ ἤδη· σῶμα δὴ οὐ σώματος μεταλήψεται· οὐδὲ μέγεθος τοίνυν μεγέθους μεταλήψεται· ἔχει γὰρ ἤδη· οὐδὲ γὰρ, εἰ προσθήκην λάβοι τὸ μέγεθος ἐκεῖνο, ὃ πρότερον ἦν, μεγέθους μεταλήψεται· οὐ γὰρ τὸ δίπηχυ τρίπηχυ γίνεται· ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἄλλο

XIII. Undenam igitur extensio provenit, quæ per totum cælum et animalia fit? Sed profecto vitæ mundus ille non est extensus. Sensus enim, quo freti, quæ hic dicuntur, minime credimus, dicit nobis, hic esse et ibi. Ratio vero dictat, hoc ipsum, quod dicitur hic et ibi, non significare, naturam illam esse hic ibique extensam : sed quicquid extensum est, sublime illud participare, cum tamen ipsum in se nullam distantiam patiatur. Si quid igitur participat aliquid, constat non participare se ipsum ; alioquin non particeps quidem foret, sed illud ipsum exsisteret. Oportet ergo, corpus, quod alicujus fit particeps, non corporis effici particeps : habet enim jam naturam corpoream. Corpus itaque non corpus participabit : neque magnitudo igitur magnitudinem : jam enim habet. Neque vero, si quid prius etiam magnum adjunctionem accipiat magnitudinis, participabit propterea magnitudinem : non enim bicubitum fit tricubitum, sed subjectum potius aliam possidens quantitatem, deinde suscipit aliam :

ποσὸν ἔχων ἄλλο ἔσχεν, ἐπεὶ οὕτω γε αὐτὰ τὰ δύο τρία ἔσται. Εἰ οὖν τὸ διειλημμένον καὶ τὸ ἐκτεταμένον εἰς τόσοδ ἄλλου γένους μεταλήψεται, ἢ ὅλως ἄλλου, δεῖ τὸ οὗ μεταλαμβάνει μήτε διειλημμένον εἶναι, μήτε ἐκτεταμένον, μήτε ὅλως ποσόν τι εἶναι· ὅλον ἄρα δεῖ τὸ παρεσόμενον αὐτὸ, πανταχοῦ ἀμερὲς ὄν, παρεῖναι· οὐχ οὕτω δὲ ἀμερὲς, ὡς μικρόν· οὕτω γὰρ οὐδὲν ἧττον καὶ μεριστὸν ἔσται, καὶ οὐ παντὶ αὐτῷ ἐφαρμόσει· οὐδ' αὖ αὐξομένῳ τὸ αὐτὸ συνέσται, ἀλλ' οὐδ' οὕτως ὡς σημεῖον. Οὐ γὰρ ἓν σημεῖον ὁ ὄγκος, ἀλλ' ἄπειρα ἐν αὐτῷ· ὥστε καὶ τοῦτο ἄπειρα σημεῖα ἔσται, εἴπερ ἔσται, καὶ οὐ συνεχές· ὥστε οὐδ' ὡς ἐφαρμόσει. Εἰ οὖν ὁ ὄγκος ὁ πᾶς ἕξει αὐτὸ ὅλον, ἕξει αὐτὸ κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ.

alioquin si duo quidem ipsa tria erunt. Si igitur, quod dispersum extensumque est in quantitatis molem, aliud quiddam genus, vel omnino aliud participat, oportet illud, cujus evadit particeps, neque dispersum esse, neque extensum, neque omnino quantum aliquid esse: quam ob rem, quod ubique totum ipsum adesse debet, indivisum oportet adesse, neque sic quidem impartibile velut parvum. Sic enim nihilominus erit et divisibile: neque congruet universo: neque cum propinqua moles augetur, idem se prorsus insinuabit: neque sic etiam quasi punctum. Non enim punctum unum est ipsa moles, sed infinita in ea sunt puncta. Quapropter et hoc infinita erit puncta, si quid habeat puncti naturam, neque continuum erit. Itaque neque sic quidem congruet universo. Si igitur universa moles ipsum habeat, totum prorsus per omnes sui partes habebit.

Præter unam primamque mundi animam oportet esse proprias animas, et præstantiores atque deteriores, non externis quibusdam localibusque terminis, sed intimis proprietatibus inter se distinctas.

Has vero quasi collegas una cum mente regina ac duce mundi anima conspirantes appellamus vitæ mundum. Sunt autem magis invicem unitæ desuper, ubi per intellectualem proprietatem intelligibili mundo, id est menti divinæ, velut centro, cunctæ prorsus incumbunt. Magis vero disjunctæ invicem deinceps evadunt, ubi proprietatem rationalem magis explicant: atque mox per vegetalem jam regnantem ad generandum animal se deflectunt. Ex mundo vitæ, qui totus una cum omnibus suis animis semper est ubique, alia corpora alias atque aliter vitas animasque suscipiunt: quemadmodum et ab anima mundi quotidie varia corpora, et a qualibet anima propria similiter differentia membra, vires actionesque alias aliterque percipiunt.

ΙΔ'. Ἀλλ' εἰ ἡ αὐτὴ ἑκασταχοῦ ψυχὴ, πῶς ἰδία ἑκάστου· καὶ πῶς ἡ μὲν ἀγαθὴ, ἡ δὲ κακή; ἢ ἐξαρκεῖ καὶ ἑκάστῳ καὶ πάσας ψυχὰς ἔχει, καὶ πάντας νοῦς. Καὶ γὰρ ἓν ἐστι καὶ ἄπειρον αὖ καὶ πάντα ὁμοῦ, καὶ ἕκαστον ἔχει διακεκριμένον, καὶ αὖ οὐ διακριθὲν χωρίς· πῶς γὰρ ἂν καὶ ἄπειρον; ἢ οὕτω λέγοιτο, ὅτι ὁμοῦ πάντα ἔχει, πᾶσαν ζωὴν, καὶ πᾶσαν ψυχὴν, καὶ νοῦν ἅπαντα, ἕκαστον δὲ αὐτῶν οὐ πέρασιν ἀφώρισται, διὰ τοῦτο αὖ καὶ ἕν· οὐ γὰρ δὴ μίαν ζωὴν ἔδει αὐτὸ ἔχειν, ἀλλ' ἄπειρον, καὶ αὖ μίαν, καὶ τὴν μίαν οὕτω μίαν, ὅτι πάσας ὁμοῦ, οὐ συμφορηθείσας εἰς ἓν, ἀλλ' ἀφ' ἑνὸς ἀρξαμένας καὶ μενούσας, ὅθεν ἤρξαντο, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἤρξαντο, ἀλλ' οὕτως εἶχεν ἀεί· οὐδὲν γὰρ γινόμενον ἐκεῖ, οὐδὲ μεριζόμενον τοίνυν, ἀλλὰ δοκεῖ μερίζεσθαι τῷ λαβόντι· τὸ δὲ ἐκεῖ τὸ ἔκπαλαι καὶ ἐξ ἀρχῆς. Τὸ δὲ γινόμενον πελάζει καὶ συνάπτεσθαι δοκεῖ, καὶ ἐξήρτηται ἐκείνου. Ἡμεῖς δὲ, τίνες δὲ ἡμεῖς; ἆρα ἐκεῖνο, ἢ τὸ πελάζον καὶ τὸ γινόμενον ἐν χρόνῳ; ἢ καὶ πρὸ τοῦ ταύτην τὴν γένεσιν γενέσθαι ἦμεν ἐκεῖ ἄνθρωποι ἄλλοι ὄντες, καί τινες καὶ θεοὶ, ψυχαὶ καθαραὶ, καὶ νοῦς συνημμένος τῇ ἁπάσῃ οὐσίᾳ, μέρη ὄντες τοῦ νοητοῦ, οὐκ ἀφωρισμένα οὐδ' ἀποτετμημένα, ἀλλ' ὄντες τοῦ ὅλου. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ νῦν ἀποτετμήμεθα, ἀλλὰ γὰρ νῦν ἐκείνῳ τῷ ἀνθρώπῳ προσελήλυθεν ἄνθρωπος ἄλλος εἶναι θέλων· καὶ εὑρὼν ἡμᾶς (ἦμεν γὰρ τοῦ παντὸς οὐκ ἔξω) περιέθηκεν ἑαυτὸν ἡμῖν, καὶ προσέθηκεν ἑαυτὸν ἐκείνῳ τῷ ἀνθρώπῳ, τῷ, ὃς ἦν ἕκαστος ἡμῶν τότε· οἷον εἰ φωνῆς οὔσης μιᾶς καὶ λόγου ἑνὸς ἄλλος ἀλλοθεν παραθεὶς τὸ οὗς ἀκούσειε καὶ δέξαιτο, καὶ γένοιτο κατ' ἐνέργειαν ἀκοή τις, ἔχουσα τὸ ἐνεργοῦν εἰς αὐτὴν παρὸν, καὶ γεγενήμεθα τὸ συναμφω, καὶ οὐ θάτερον, ὃ πρότερον ἦμεν, καὶ θατέρον ποτε, ὃ ὕστερον προσεθέμεθα, ἀργήσαντος τοῦ προτέρου ἐκείνου, καὶ ἄλλον τρόπον οὐ παρόντος.

XIV. Verum, si eadem ubique viget anima, quonam modo propria uniuscujusque anima est? Et quomodo hæc quidem bona est, illa vero mala? Forsan vero et unicique sufficit, et animas omnes habet, et intellectus omnes. Est enim ibi unum atque etiam infinitum, et omnia simul, habetque unumquodque discretum: ac rursus non discretum seorsum; alioquin quomodo inesset et infinitum? Aut ita licet dicere, naturam illam omnia simul habere, omnem vitam, omnem animam, mentem similiter omnem: unumquodque vero ipsorum nullis terminis inter se disjungi, atque idcirco rursus unum existere. Oportuit namque supernum illud non unam duntaxat habere vitam, sed infinitam, rursusque unam: atque unam ipsam ita unam, quoniam simul omnes: simul, inquam, non congestas in unum, sed incipientes ab uno, atque ibi, unde inceperant; permanentes: imo vero nec inceperunt, sed semper ita se habuerunt. Nihil enim, quod fiat, est ibi, neque quicquam ergo divisum: sed dividi videtur ex eo duntaxat, quod accipitur: quod autem illic exsistit, id ipsum est, quod ex antiquo prorsusque ab initio. Quod vero fit, propinquat, contiguumque videtur evadere, et inde protinus pendere. Nos autem quid? Quinam ipsi sumus? Numquid illud? An propinquans illi potius factumque in tempore? Sed profecto, antequam hæc generatio fieret, eramus illic homines alii exsistentes, et alii quidam etiam dii, animæ puræ et intellectus universus connexus essentiæ: exsistentes nimirum intelligibilis mundi partes non segregatæ neque disjunctæ, sed totius hujus exsistentes. Nam neque nunc etiam sejuncti sumus: sed nunc ad illum hominem accessit homo alius esse volens, nosque inveniens (non enim extra universum eramus) circumfundit se ipsum nobis, illique se applicuit hominis, qui tunc erat unusquisque nostrûm: perinde ac si una quadam voce orationeque exsistente alius aliunde opponens aures audiat et accipiat, fiatque secundum actum auditus quidam, habens videlicet præsens sibi illud, quod agit in ipsum. Factique sumus simul ambo, neque alterum duntaxat illud exstitimus, quod prius eramus: imo et alterum aliquando, quod deinde subjunximus, torpente videlicet illo priore, et alio quodam pacto non præsente.

Si universus ille vitæ mundus, id est animarum intellectualium cœtus, una cum prima mente et anima prima conspirans, semper totus et individuus est ubique, sequitur, ut nec ille usquam locali motu accedat ad corpora, sed effectu quodam, nec corpora ad illum, nisi quadam præparatione formabili. Ferme sicut ignis ad proximum sulphur, vel lumen ad contiguum diaphanum, atque vicissim.

Corpora certis quibusdam modis affecta suscipiunt vitales ab anima mundi vires. Nostrum igitur, sic prius affectum et ejusmodi vires illinc nactum, ulterius expositum est mundo vitæ : ut inde rationalis anima magisque propria huic vitam quoque propriam jam inspiret, in qua perturbationes exoriuntur, quæ neo prius erant in anima rationali, nec ad eam præcipue pertinent.

ΙΕ'. Ἀλλὰ πῶς προσελήλυθε τὸ προσεληλυθός; ἢ ἐπειδὴ ἐπιτηδειότης αὐτῷ παρῆν, ἔσχε πρὸς ὃ ἦν ἐπιτήδειον. Ἦν δὲ γενόμενον οὕτως, ὡς δέξασθαι ψυχήν. Τὸ δὲ γίνεται, ὡς μὴ δέξασθαι πᾶσαν, καίτοι παροῦσαν πᾶσαν, ἀλλ' οὐχ αὑτῷ, οἷον καὶ ζῶα τὰ ἄλλα καὶ τὰ φυτὰ τοσοῦτον ἔχει, ὅσον δύναται λαβεῖν. Οἷον φωνῆς λόγον σημαινούσης τὰ μὲν καὶ τοῦ λόγου μετέσχε μετὰ τῆς κατὰ φωνὴν ἠχῆς, τὰ δὲ τῆς φωνῆς καὶ τῆς πληγῆς μόνον· γενομένου δὴ ζώου, ὃ ἔχει μὲν παροῦσαν αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄντος ψυχήν, καθ' ἣν δὴ ἀνήρτηται εἰς πᾶν τὸ ὄν· παρόντος δὲ καὶ σώματος οὐ κενοῦ, οὐδὲ ψυχῆς ἀμοίρου, ὃ ἔκειτο μὲν οὐδὲ πρότερον ἐν τῷ ἀψύχῳ, ἔτι δὲ μᾶλλον οἷον ἐγγὺς γενόμενον τῇ ἐπιτηδειότητι, καὶ γενομένου οὐκ ἔτι σώματος μόνου, ἀλλὰ καὶ ζῶντος σώματος, καὶ τῇ οἷον γειτονείᾳ καρπωσαμένου τι ἴχνος ψυχῆς, οὐκ ἐκείνης μέρους, ἀλλ' οἷον θερμασίας τινὸς, ἢ ἐλλάμψεως ἐλθούσης, γένεσις ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν καὶ ἀλγηδόνων ἐν αὐτῷ ἐξέφυ. Ἦν δὲ οὐκ ἀλλότριον τὸ σῶμα τοῦ ζώου τοῦ γεγενημένου. Ἡ μὲν δὴ ἐκ τοῦ θείου ψυχὴ ἥσυχος ἦν κατὰ τὸ ἦθος τὸ ἑαυτῆς ἐφ' ἑαυτῆς βεβῶσα. Τὸ δὲ ὑπ' ἀσθενείας τὸ σῶμα θορυβούμενον, καὶ ῥέον τε αὐτὸ, καὶ πληγαῖς κρουόμενον ταῖς ἔξω, πρῶτον αὐτὸ εἰς τὸ κοινὸν τοῦ ζώου ἐρθέγγετο, καὶ τὴν αὐτοῦ ταραχὴν ἐδίδου τῷ ὅλῳ· οἷον ἐκκλησία δημογερόντων καθημένων ἐφ' ἡσύχῳ συνοίᾳ δῆμος ἄτακτος τροφῆς δεόμενος, καὶ ἄλλα, ἃ δὴ πάσχει, αἰτιώμενος, τὴν πᾶσαν ἐκκλησίαν εἰς θόρυβον ἀσχήμονα ἐμβάλλοι. Ὅταν μὲν οὖν, ἡσυχίαν ἀγόντων τῶν τοιούτων, ἀπὸ τοῦ φρονοῦντος ἥκῃ εἰς αὐτοὺς λόγος, κατέστη εἰς τάξιν μετρίαν τὸ πλῆθος, καὶ οὐ κεκράτηκε τὸ χεῖρον· εἰ δὲ μὴ, κρατεῖ τὸ χεῖρον, ἡσυχίαν ἄγοντος τοῦ βελτίονος, ὅτι μὴ ἠδυνήθη τὸ θορυβοῦν δέξασθαι τὸν ἄνωθεν λόγον· καὶ τοῦτό ἐστι πόλεως καὶ ἐκκλησίας κακία· τοῦτο δὲ καὶ ἀνθρώπου κακία αὖ ἔχοντος δῆμον ἐν αὐτῷ ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων κρατησάντων, συνδόντος ἑαυτὸν τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου δήμῳ τῷ τοιούτῳ· ἕως δ' ἂν τοῦτον τὸν ὄχλον δουλώσηται, καὶ ἀναδράμῃ εἰς ἐκεῖνον, ὃς ποτε ἦν, κατ' ἐκεῖνόν τε ζῇ· καὶ ἔστιν ἐκεῖνος διδοὺς τῷ σώματι, ὅσα δίδωσιν ὡς ἑτέρῳ ὄντι ἑαυτοῦ· ἄλλος δέ τις ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δὲ ἄλλως ζῇ, μικτός τις ἐξ ἀγαθοῦ ἑαυτοῦ καὶ κακοῦ ἑτέρου γεγενημένος.

XV. Sed quodam modo accessit, quod dicitur accessisse? Nempe, cum aptitudo esset in eo, merito illud accepit, ad quod erat expositum. Erat autem sic affectum, ut acciperet animam. Id vero fit ita, ut non suscipiat omnem : quamvis enim omnis sit præsens, non tamen ipsi proprie omnis : quemadmodum et animalia cetera et plantæ tantum habent, quantum accipere possunt. Sicut præsente voce orationem significante alia quidem præter vocis sonum orationem quoque percipiunt, alia vero vocem pulsationemque duntaxat. Interea efficitur animal : quod quidem animam habet ab ipso ente sibi præsentem, per quam sane ad ens totum religatur, dum adest et corpus neque vacuum quidem, neque expers animæ : quod certe et prius in loco jacebat anima non carente : magisque præterea velut prope factum est præparatione quadam. Cum vero factum sit corpus jam non solum, sed animatum corpus, et quadam quasi vicinitate vestigio quodam animæ fretum : ubi profecto non accipit animæ partem, sed ab anima vis aliqua provenit, quasi calefactio quædam vel illustratio in ipso jam suboritur, cupiditatum et voluptatum dolorumque genitura. Erat autem corpus animalis jam facti, non alienum. Anima enim ex ipso divino quieta erat, naturæ suæ more, proque habitu proprio in se ipsa consistens. Corpus autem ob debilitatem propriam perturbatum cum sponte fluitans, tum ictibus pulsatum externis, primum in ipsum animalis commune perstrepuit, perturbationemque suam traduxit in totum : velut quando, senatu quodam quieta deliberatione consultante atque sedente, vulgus inordinatum cum fame concitum, tum aliis querelis impulsum, concionem totam protinus interturbat. Quotiens enim, dum tales quietem agunt, ad illos ratio pervenit a prudente, populus ordine certo disponitur, et, quod deterius est, in urbe non superat; alioquin, quod deterius est, pervincit, tunc eo, quod melius est, vacante : quippe cum populus perturbatus rationem nor potuerit a superiore suscipere. Atque hæc est civitatis et concionis improbitas : hæc iterum et pravitas hominis, videlicet in se habentis populum voluptatum libidinumque timorumque superantium : quando scilicet tali cuidam populo hominis sic affecti concedit : alius vero in servitutem redigit ejusmodi turbam, recurritque ad illum, qui fuerat olim, vivitque secundum illum, atque ille ipse est, concedens interea corpori, quæcumque indulget tanquam alieno cuidam atque diverso. Neque deest, qui cum sic quidem, tum aliter vitam agat, ex bono quodam se ipso pravoque altero commixtus.

Quando audimus, animam nostram descendere vel ascendere, non debemus intelligere proprie loca mutare, sed descendere quidem, id est, afflare vitam corpori, eique affigi : ascendere vero contra scilicet, nec afflare nec affigi.

Anima nostra per potentiam intellectualem semper est universum, per rationalem vero et imaginalem atque vegetalem aliquando est universum, aliquando pars universi, quemadmodum luna vel plena vel semiplena vicissim. Quando enim nondum ad particulare hoc corpus affigitur, circa universam mundi formam instar animæ mundi ratione imaginationeque, et, utcumque potest, seminalium virium amplificatione se versat, ubi anima nostra actu quidem universalis est, potentia vero particularis. Evadit autem pars universi, quando ad corpus hoc universi partem affectu proprio se deflectit : quo quidem in habitu particularis quidem est actu, universalis vero potentia. Proinde quando anima universalis evadit, non desinit esse particularis :

nam et proprietas hæc in ipsa habitus universitate deprehenditur. Idolum animæ intelligi vitale spiraculum animæ circa corpus, quod in nobis est geminum : alterum quidem ab anima nostra, alterum ab anima mundi. Nostrum quidem ab anima nostra separari non potest, sed ab effectu vacare : mundanum vero ab anima nostra segregari potest.

ΙϚ'. Ἀλλ' εἰ ἐκείνη ἡ φύσις οὐκ ἂν γένοιτο κακὴ, καὶ οὗτος τρόπος ψυχῆς εἰς σῶμα ἰούσης καὶ παρούσης, τίς ἡ κάθοδος ἡ ἐν περιόδοις, καὶ ἄνοδος αὖ, καὶ αἱ δίκαι, καὶ αἱ εἰς ἄλλων ζώων σώματα εἰσκρίσεις; ταῦτα γὰρ παρὰ τῶν πάλαι περὶ ψυχῆς ἄριστα πεφιλοσοφηκότων παρειλήφαμεν, οἷς πειρᾶσθαι προσήκει σύμφωνον, ἢ μὴ διάφωνόν γε ἐπιδεῖξαι τὸν νῦν προκείμενον λόγον. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ μεταλαμβάνειν ἐκείνης τῆς φύσεως ἦν οὐ τὸ ἐλθεῖν ἐκείνην εἰς τὰ τῇδε, ἀποστᾶσαν ἑαυτῆς, ἀλλὰ τὸ τήνδε ἐν ἐκείνῃ γίνεσθαι καὶ μεταλαβεῖν, δῆλον ὅτι, ὃ λέγουσιν ἐκεῖνοι ἥκειν, λεκτέον εἶναι τὴν σώματος φύσιν ἐκεῖ γενέσθαι, καὶ μεταλαβεῖν ζωῆς καὶ ψυχῆς, καὶ ὅλως, οὐ τοπικῶς τὸ ἥκειν, ἀλλ' ὅστις τρόπος τῆς τοιαύτης κοινωνίας, ὥστε τὸ μὲν κατελθεῖν τὸ ἐν σώματι γενέσθαι, ὡς φαμεν ψυχὴν ἐν σώματι γενέσθαι, τὸ τούτῳ δοῦναί τι παρ' αὑτῆς, οὐκ ἐκείνου γενέσθαι, τὸ δ' ἀπελθεῖν τὸ μηδαμῇ τὸ σῶμα ἐπικοινωνεῖν αὐτῆς· τάξιν δὲ εἶναι τῆς τοιαύτης κοινωνίας τοῖς τοῦδε τοῦ παντὸς μέρεσι, τὴν δὲ οἷον ἐν ἐσχάτῳ τῷ νοητῷ τόπῳ πλεονάκις διδόναι ἑαυτῆς, ἅτε πλησίον τῇ δυνάμει οὖσαν, καὶ ἐν βραχυτέροις διαστήμασι φύσεως τῆς τοιαύτης νόμῳ· κακὸν δὲ εἶναι τὴν τοιαύτην κοινωνίαν, καὶ ἀγαθὸν τὴν ἀπαλλαγήν. Διὰ τί; ὅτι, κἂν μὴ τοῦδε ἦν, ἀλλ' οὖν ψυχὴ τοῦδε λεγομένη ὁπωσοῦν μερική πως ἐκ τοῦ παντὸς γίνεται· ἡ γὰρ ἐνέργεια αὐτῆς οὐκ ἔτι πρὸς τὸ ὅλον, καίπερ τοῦ ὅλου οὔσης· ὥσπερ ἂν εἰ, ἐπιστήμης ὅλης οὔσης, κατά τι θεώρημα ὁ ἐπιστήμων ἐνεργῇ. Τὸ δ' ἀγαθὸν αὐτῷ ἦν τῷ ἐπιστήμονι, οὐ κατά τι τῆς ἐπιστήμης, ἀλλὰ κατὰ τὴν πᾶσαν, ἣν ἔχει. Καὶ τοίνυν αὕτη τοῦ παντὸς οὖσα κόσμου νοητοῦ, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τὸ μέρος ἀποκρύπτουσα, οἷον ἐξέθορεν ἐκ τοῦ παντὸς εἰς μέρος, εἰς ὃ ἐνεργεῖ ἑαυτὴν μέρος ὄν· οἷον εἰ πῦρ πᾶν, καίειν δυνάμενον, μικρόν τι καίειν ἀναγκάζοιτο, καίτοι πᾶσαν ἔχον τὴν δύναμιν. Ἔστι γὰρ ἡ ψυχὴ, χωρὶς πάντῃ οὖσα ἑκάστη, οὐχ ἑκάστη, ὅταν δὲ διακριθῇ, οὐ τόπῳ, ἀλλ' ἐνεργείᾳ γένηται τὸ καθ' ἕκαστον, μοῖρά τίς ἐστιν οὐ πᾶσα, καίτοι καὶ ὡς πᾶσα, τρόπον ἄλλον· οὐδενὶ δὲ ἐπιστατοῦσα, πάντῃ πᾶσα, οἷον δυνάμει τότε τὸ μέρος οὖσα. Τὸ δὲ εἰς ᾅδου γίνεσθαι, εἰ μὲν ἐν τῷ ἀϊδεῖ, τὸ χωρὶς λέγεται. Εἰ δέ τινα χείρω τόπον, τί θαυμαστόν; ἐπεὶ καὶ νῦν, οὗ τὸ σῶμα ἡμῶν, καὶ ἐν ᾧ τόπῳ, κἀκείνη λέγεται ἐκεῖ. Ἀλλ' οὐκ ὄντος ἔστι τοῦ σώματος; ἢ τὸ εἴδωλον εἰ μὴ ἀποσπασθείη, πῶς οὐκ ἐκεῖ, οὗ τὸ εἴδωλον; εἰ δὲ παντελῶς λύσειε φιλοσοφία, καὶ ἀπέλθοι τὸ εἴδωλον εἰς τὸν χείρω τόπον μόνον, αὐτὴ δὲ καθαρῶς ἐν τῷ νοητῷ, οὐδενὸς ἐξῃρημένου αὐτῆς. Τὸ μὲν οὖν ἐκ τοῦ τοιοῦδε εἴδωλον γενόμενον οὕτως· ὅταν δ' αὐτὴ οἷον ἑλλάμψῃ πρὸς αὐτὴν, τῇ νεύσει τῇ ἐπὶ θάτερα πρὸς τὸ ὅλον συνέσταλται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐνεργείᾳ, οὐδ' αὖ ἀπόλωλεν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ταῦτα· πάλιν δὲ ἀναλαβόντες τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον λέγωμεν.

XVI. Verum si illa natura fieri mala non potest, atque hic est modus, quo anima venit in corpus et adest : quæritur deinceps, quinam descensus sit, rursusque ascensus certis temporum curriculis restitutus : quænam sint judicia justaque supplicia animarum : quæ denique infusiones in corpora animalium reliquorum? Hæc enim ab antiquis optime de anima philosophatis accepimus. Et profecto conandum est, præsentem sermonem aut illis consonum demonstrare, aut certe non dissonum. Quoniam igitur jam constitit hoc ipsum, quod dicitur naturæ illius participare, non esse quidem ad hæc illam descendere a se discedentem; sed potius naturam hanc in illa fieri, participemque illius evadere : quod videlicet illi venire animam nuncupant, id sane asseverandum est esse naturam corporis ibi fieri, participemque vitæ animæque evadere : atque omnino hoc ipsum venire non est secundum locum accipiendum, sed aliter, quæcumque communionis ejusmodi conditio sit. Quam ob rem descendere quidem dicendum est animam insinuari corpori, quemadmodum infundi illam corpori diximus, id autem est, huic ex se aliquid tradere, ita tamen, ut anima corporis non evadat : abire autem a corpore, id esse videlicet corpus illius nihil participare. Existimandum est præterea, ordinem communionis ejusmodi partibus universi hujus exsistere : ipsam vero animam velut in extremo intelligibilis loci gradu positam frequenter ex se aliquid elargiri : utpote quæ per potentiam est propinqua, in brevioribusque intervallis, ideoque naturæ ejusmodi lege tribuere : ejusmodi vero conjugium esse malum, divortium vero bonum. Sed curnam? Quia, etsi anima non erat proprie hujus, attamen quando hujus fieri quomodocumque dicitur, ex universo quodammodo particularis evadit. Actus enim ejus non amplius est ad totum, quamvis sit ipsa totius : quemadmodum in illo accidit, qui, cum scientiam habeat totam, secundum quandam notionem ejus solum agit. Bonum vero scientis ipsius erat, non per aliquem ejus scientiæ partem, sed per totam, quam possidet, agere. Jam vero anima ipsa cum mundi intelligibilis totius exsisteret atque in toto partem absconderet, quandoque ex universo prorupit in partem : quippe cum illud, in quod se ipsam egit, pars exsisteret : quemadmodum, si ignis potens comburere totum, parvum quiddam adurere compellatur, quamvis vim possideat omnem. Unaquæque enim anima, quando hinc est penitus segregata, non proprie duntaxat est unaquæque : sed quando secernitur non loco, sed actu, fitque aliquid singulare, ipsa tunc portio quædam est non amplius universa, quanquam et alio quodam pacto velut universa consistit. Quando vero nulli proprie præsidet, prorsus est universa : quippe quæ tunc potentia quadam pars esse sit judicanda. Proinde quod tradunt animam ad inferos proficisci, si inferorum nomen velint occultum quiddam significare, ad inferos proficisci nihil aliud est, quam esse seorsum. Sin autem hoc nomine locum quendam designent deteriorem, quid mirum? quandoquidem et nunc, ubi corpus nostrum est, et quo in loco, ibidem esse anima fertur. Verum, quando jam non exstat corpus, quidnam est esse animam apud inferos? Forsan vero si animæ simulacrum non prorsus evellatur, cur non ibi esse animam cogitemus, ubi est animæ simulacrum? Sin autem philosophia solvat omnino, simulacrum in locum deteriorem abit solum : ipsa vero anima pure admodum in mundo intelligibili vivit, nihilo tunc ex ipsa excepto sive foras educto. Atque ita quidem se habeat, quod ex tali quodam efficitur simulacrum. Sed cum ipsa velut in se refulget, nutu quodam ad illa, quæ hinc sunt aliena, tunc ad totum jam contrahitur, neque exsistit actu, neque etiam interit. Sed de his quidem hæc dicta sufficiant : propositam vero ab initio disputationem iterum resumamus.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ϛ

ΛΟΓΟΣ Ε.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΤΟ ΟΝ ΕΝ ΚΑΙ ΤΑΥΤΟΝ ΟΝ, ΑΜΑ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΕΙΝΑΙ ΟΛΟΝ, ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER V.

QUOD ENS, UNUM IDEMQUE EXSISTENS, SIMUL SIT UBIQUE TOTUM. LIBER SECUNDUS.

(680,681.) [1209—1211.]

Naturale judicium, quod falli non potest, declarat unum deum esse ubique totum. Item naturalis omnium appetitus ad unum bonum revocans omnia testatur universam entium naturam pendere ex uno simpliciter bono, atque per ipsum unionem mutuam possidere. Primum vero susceptaculum ipsius unius boni est ipsum ens primum : quod quidem una cum ipso unum simul totum est ubique.

Α'. Τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν ἀριθμῷ πανταχοῦ ἅμα ὅλον εἶναι, κοινὴ μέν τις ἔννοιά φησιν εἶναι, ὅταν πάντες κινούμενοι αὐτοφυῶς λέγωσι τὸν ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν θεὸν, ὡς ἕνα καὶ τὸν αὐτόν. Καὶ εἴ τις αὐτοὺς τὸν τρόπον μὴ ἐπαιτοῖ, μηδὲ λόγῳ ἐξετάζειν τὴν δόξαν αὐτῶν ἐθέλοι, οὕτως ἂν καὶ θεῖντο καὶ ἐνεργοῦντες τοῦτο τῇ διανοίᾳ οὕτως ἀναπαύοιντο, εἰς ἓν πως συνερείδοντες καὶ ταὐτὸν, καὶ οὐδ' ἂν ἐθέλοιεν ταύτης τῆς ἑνότητος ἀποσχίζεσθαι. Καὶ ἔστι πάντων βεβαιοτάτη ἀρχὴ, ἣν ὥσπερ αἱ ψυχαὶ ἡμῶν φθέγγονται, ἡ οὐκ ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα συγκεφαλαιωθεῖσα, ἀλλὰ πρὸ τῶν καθ' ἕκαστα πάντων προελθοῦσα, καὶ πρὸ ἐκείνης τῆς τοῦ ἀγαθοῦ πάντα ὀρέγεσθαι τιθεμένης τε καὶ λεγούσης. Οὕτω γὰρ ἂν αὕτη ἀληθὴς εἴη, εἰ τὰ πάντα εἰς ἓν σπεύδοι, καὶ ἓν εἴη, καὶ τούτου ἡ ὄρεξις εἴη. Τὸ γὰρ ἓν τοῦτο προὸν μὲν ἐπὶ θάτερα, ἐφ' ὅσον προελθεῖν αὐτῷ οἷόν τε, πολλὰ ἂν φανείη τε καί πως καὶ εἴη. Ἡ δ' ἀρχαία φύσις καὶ ἡ ὄρεξις τοῦ ἀγαθοῦ, ὅπερ ἐστὶν αὐτοῦ, εἰς ἓν ὄντως ἄγει, καὶ ἐπὶ τοῦτο σπεύδει πᾶσα φύσις ἐφ' ἑαυτήν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῇ μιᾷ ταύτῃ φύσει, τὸ εἶναι αὐτῆς, καὶ εἶναι αὐτὴν, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ εἶναι μίαν. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ἀγαθὸν ὀρθῶς εἶναι λέγεται οἰκεῖον· διὸ οὐδὲ ἔξω ζητεῖν αὐτὸ δεῖ. Ποῦ γὰρ ἂν εἴη ἔξω τοῦ ὄντος περιπεπτωκός; ἢ πῶς ἄν τις ἐν τῷ μὴ ὄντι ἐξεύροι αὐτό; ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἐν τῷ ὄντι, οὐκ ὂν αὐτὸ μὴ ὄν. Εἰ δὲ ὂν καὶ ἐν τῷ ὄντι ἐκεῖνο, ἐν ἑαυτῷ ἂν εἴη ἑκάστῳ· οὐκ ἀπέστημεν ἄρα τοῦ ὄντος, ἀλλ' ἐσμὲν ἐν αὐτῷ, οὐδ' αὖ ἐκεῖνο ἡμῶν· ἓν ἄρα πάντα τὰ ὄντα.

I. Unum quiddam idemque numero esse simul ubique totum, communis indicat mentis humanæ conceptio : quando omnes naturali quodam instinctu clamant in unoquoque nostrûm esse deum, adeo ut unus in omnibus idemque sit deus. Ac si quis hujus præsentiæ modum ab eis minime sciscitetur, neque contendat opinionem illam ratione discutere, ita procul dubio confirmabunt, idque ex cogitatione propria machinati penitus conquiescent. Qua quidem in re unum idemque pari studio annituntur, neque ullo pacto velint ab hac unione divelli. Jam vero principium ejusmodi omnium est firmissimum, quod animæ nostræ naturali spiritu sonant [*s.* quasi eloquuntur] : quod, inquam, non ex singulis est conclusum, sed ante omnia disposita singulatim nobis venit in mentem, atque ante principium illud, quo traditur, omnia bonum appetere. Sic enim principium hoc verum est, si omnia ad unum naturaliter properent, unumque quodammodo sint, atque unum ipsum exstet, ad ipsumque appetitio dirigatur : siquidem unum hoc procedens in partem alteram, quatenus possibile est procedere, nimirum multa et apparere potest, et quodammodo etiam esse. Antiqua vero principalisque natura et appetitio boni, quod quidem exsistit sui, in unum re vera perducit : atque in hoc ad se ipsam studet universa natura. Hoc enim huic uni naturæ bonum est, videlicet sui ipsius exsistere, ipsamque esse; hoc autem est esse unam. Sic vero et bonum recte admodum dicitur proprium atque domesticum : quam ob rem non extra quærendum est. Sane ubinam esset, qui extra ens hinc vel illinc exciderit? Aut quonam modo in non ente reperiat ipsum? Sed certe in ipso ente quærendum est, neque ita, ut sit ipsum non ens. Si autem ens illud est atque in ente, certe in se ipso est in quolibet. Non igitur ab ente distamus, sed sumus in ipso : neque rursus distat illud a nobis. Unum ergo sunt entia omnia.

Mundus sensibilis tribus præcipue modis est dispertitus, extensione divisioneque locali : item successione temporali : rursus mutua qualitatum contrarietate. Mundus vero intelligibilis, id est prima idearum plenitudo, nullam admittit ejusmodi divisionem. Similiter neque mundus vitæ, id est animarum intellectualium cœtus, cum prima mente ejusque ideis mirabiliter copulatus.

Verum, ne propter unionem hic et supra et infra a Plotino frequentius celebratam suspiceris, nec mentes nec animas esse numero plures, attende, quid dicam. Hic enim dicit unum esse entia omnia, quæ constat non esse unum individuali essentiæ unitate : sed ex eo dicit unum esse, quia sunt ab uno, et ad unum unitate quadam naturalis desiderii confluunt : item, quia omnia separata, quæ appellat entia, sunt in se invicem nullis locorum terminis prohibentibus : item, quia inferiora inter gradus entium præcipuam actionem suam peragunt sub forma et actu superiorum. Similiter intelligit de unione animarum rationalium cum anima universa. Item in libro de Numeris dicit, entia omnia unum esse, non unum ut unitas numeralis, sed ut numerus unus, id est millenarius : sic ergo significat, quando dicit omnes animas unum. Denique de mundo vitæ mirabiliter unito cogitandum est, non per rationem ex mundo corporeo argumentantem, sed per intellectum maxime in nobis unitum exordientem ab ipsa rei substantia. Quicquid enim in illo mundo est, substantiale est judicandum.

Β'. Λόγος δὲ ἐπιχειρήσας ἐξέτασιν ποιεῖσθαι τοῦ λεγομένου, οὐχ ἕν τι ὢν, ἀλλά τι μεμερισμένον, παραλαμβάνων τε εἰς τὴν ζήτησιν τὴν τῶν σωμάτων

II. Cum vero rationis disputationisque humanæ conditio, quæ, quod hic propositum est, discutiendum aggreditur, non unum aliquid proprie sit, sed divisum quiddam,

φύσιν, καὶ ἐντεῦθεν τὰς ἀρχὰς λαμβάνων, ἐμέρισέ τε τὴν οὐσίαν τοιαύτην εἶναι νομίσας, καὶ τῇ ἑνότητι ἠπίστησεν αὐτῆς, ἅτε μὴ ἐξ ἀρχῶν τῶν οἰκείων τὴν ὁρμὴν τῆς ζητήσεως πεποιημένος. Ἡμῖν δὲ ληπτέον εἰς τὸν ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς καὶ πάντη ὄντος λόγον οἰκείας εἰς πίστιν ἀρχὰς, τοῦτο δ' ἐστὶ νοητὰς νοητῶν καὶ τῆς ἀληθινῆς οὐσίας ἐχομένας. Ἐπεὶ γὰρ τὸ μέν ἐστι πεφορημένον, καὶ παντοίας δεχόμενον μεταβολὰς, καὶ εἰς πάντα τόπον διειλημμένον, ὃ δὴ γένεσιν ἂν προσήκοι ὀνομάζειν, ἀλλ' οὐκ οὐσίαν, τὸ δὲ ὂν ἀεὶ διειλημμένον ὡσαύτως κατὰ ταὐτὰ ἔχον, οὔτε γινόμενον οὔτε ἀπολλύμενον, οὐδέ τινα χώραν οὐδὲ τόπον οὐδέ τινα ἕδραν ἔχον, οὐδ' ἐξιόν ποθεν, οὐδ' αὖ εἰσιὸν εἰς ὁτιοῦν, ἀλλ' ἐν αὑτῷ μένον. Περὶ μὲν ἐκείνων λέγων ἄν τις ἐξ ἐκείνης τῆς φύσεως καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῆς ἀξιουμένων συλλογίζοιτο ἂν εἰκότως δι' εἰκότων, εἰκότας καὶ τοὺς συλλογισμοὺς ποιούμενος. Ὅταν δ' αὖ τοὺς περὶ τῶν νοητῶν λόγους τις ποιῆται, λαμβάνων τὴν τῆς οὐσίας φύσιν, περὶ ἧς πραγματεύεται, τὰς ἀρχὰς τῶν λόγων δικαίως ἂν ποιοῖτο, μὴ παρεκβαίνων, ὥσπερ ἐπιλελησμένος, ἐπ' ἄλλην φύσιν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς ἐκείνης, περὶ αὐτῆς τὴν κατανόησιν ποιούμενος, ἐπειδὴ πανταχοῦ τὸ τί ἐστιν ἀρχὴ, καὶ τοῖς καλῶς ὁρισαμένοις λέγεται, καὶ τῶν συμβεβηκότων τὰ πολλὰ γινώσκεσθαι, οἷς δὲ καὶ πάντα ἐν τῷ τί ἐστιν ὑπάρχει, πολλῷ μᾶλλον ἐν τούτοις ἔχεσθαι δεῖ τούτου, καὶ εἰς τοῦτο βλεπτέον, καὶ πρὸς τοῦτο πάντα ἀνενεκτέον.

atque ad ipsam inquisitionem corporum naturam accipiat, unde et principia sumit, minime rem ipsam dividit, essentiam ejusmodi esse judicans, ac de ipsius unitate diffidit : quippe cum non ex propriis principiis ejus investigationem exordiatur. Nobis autem ad ipsam de uno omninoque ente disputationem propria ad fidem comparandam assumenda principia sunt : hoc autem est intelligibilium intelligibilia quoque principia, veræque essentiæ prorsus annexa. Hoc igitur universum, quale sit, in primis considerandum. Est profecto in translatione perpetua positum, modisque omnibus permutatur, perque omne loci spatium distribuitur. Ideoque non essentia quidem, sed generatio potius appellandum : ipsum vero ens semper esse divisum, eodem modo et secundum eadem se penitus habens, neque oriens neque occidens, nullum susceptaculum, nullum locum, nullam sedem habens ; non egrediens alicunde, non ingrediens rursus in aliud, sed permanens in se ipso. Quam ob rem, quando de natura corporea disputat aliquis, merito ex hac ipsa natura et ex illis, quæ huic proprie tribuuntur, argumentabitur per convenientia valde convenienter argumentationes contexens convenientes. Vicissim vero, quando aliquis de re intelligibili disputat, si essentiæ, qua de agitur, naturam acceperit, principia disputationis inde rite admodum fabricavit : non prævaricans quidem clam in naturam alteram, quasi instituti ipsius oblitus, sed ex ipsa potius de ipsa prorsus excogitans : ubique profecto hoc ipsum, quod dicitur, quod quid est, præcipuum judicatur intelligendi et disputandi principium. Hinc igitur dici solet, eis, qui recte aliquid definierint, multa jam accidentium esse perspecta : in his itaque rebus, quarum totum ubique in eo ipso, quod quid est, consistit, multo magis huic est inhærendum, ad hoc spectandum, ad hoc omnia referenda.

Mundus intelligibilis atque etiam mundus vitæ si nullam in se divisionem admittit pertinentem ad locum, tempus, contrarietatem, nec ab ullo subjecto locoque pendet, merito totus semper est ubique.

Totus corporeus mundus mundo vitæ ubique necessario indiget, ubique igitur illo potitur, sed ut ille huic ubique adsit, non cogitur rarefieri aut dividi, quæ corporis passiones sunt. Adest ergo unicuique totus ferme sicut vita vel lumen, neque cogitandus est a re ulla quasi localiter segregatus : jam enim in locum angustum redigeretur.

Γ'. Εἰ δὴ τὸ ὂν ὄντως τοῦτο, καὶ ὡσαύτως ἔχει, καὶ οὐκ ἐξίσταται αὐτὸ ἑαυτοῦ, καὶ γένεσις περὶ αὐτὸ οὐδεμία, οὐδ' ἐν τόπῳ ἐλέγετο εἶναι, ἀνάγκη αὐτὸ οὕτως ἔχον ἀεί τε σὺν αὑτῷ εἶναι καὶ μὴ διϊστάναι ἀφ' αὑτοῦ, μηδὲ αὐτοῦ τὸ μὲν ὧδι, τὸ δὲ ὧδι εἶναι, μηδὲ προϊέναι τι ἀπ' αὐτοῦ· ἤδη γὰρ ἂν ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ εἴη, καὶ ὅλως ἔν τινι εἴη, καὶ οὐκ ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐδ' ἀπαθές. Πάθοι γὰρ ἄν, εἰ ἐν ἄλλῳ· εἰ δ' ἐν ἀπαθεῖ ἔσται, οὐκ ἐν ἄλλῳ. Εἰ οὖν μὴ ἀποστὰν ἑαυτοῦ, μηδὲ μερισθὲν, μηδὲ μεταβάλλον αὐτὸ μηδεμίαν μεταβολὴν, ἐν πολλοῖς ἅμα εἴη, ἓν ὅλον ἅμα ἑαυτῷ ὄν, τὸ αὐτὸ ὂν πανταχοῦ ἑαυτῷ, τὸ ἐν πολλοῖς εἶναι ἂν ἔχοι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐφ' ἑαυτοῦ ὄν, μὴ αὖ ἐφ' ἑαυτοῦ εἶναι. Λείπεται τοίνυν λέγειν αὐτὸ μὲν ἐν οὐδενὶ εἶναι, τὰ δ' ἄλλα ἐκείνου μεταλαμβάνειν, ὅσα δύναται αὐτῷ παρεῖναι, καὶ καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὰ αὐτῷ παρεῖναι. Ἀνάγκη τοίνυν ἢ τὰς ὑποθέσεις καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκείνας ἀναιρεῖν, μηδεμίαν εἶναι τοιαύτην φύσιν λέγοντας, ἢ εἰ τοῦτ' ἔστιν ἀδύνατον καὶ ἔστιν ἐξ ἀνάγκης τοιαύτη φύσις καὶ οὐσία, παραδέχεσθαι τὸ ἐξ ἀρχῆς, τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν ἀριθμῷ, μὴ μεμερισμένον, ἀλλὰ ὅλον ὄν, τῶν ἄλλων τῶν παρ' αὐτὸ μηδενὸς ἀποστατεῖν, οὐδὲν τοῦ

III. Si igitur hoc ipsum intelligibile vere ens existit, eodem modo se semper habet, nunquam a se ipso discedit, nulla circa ipsum generatio cadit, nullo clauditur loco : necessarium est, ipsum ita se habens semper habitare secum, nusquam a se ipso distare, non aliud ipsius quidem hic esse, aliud autem ibi ; non aliquid sui ex ipso profluere : alioquin in alio jam et alio foret, ac prorsus in aliquo, nec amplius in se ipso, nec a passione securum. Pateretur enim, si jaceret in alio : sin autem in non patiente natura consistit, non quiescit in alio. Si ergo a se ipso non distans, non divisum, non modo aliquo permutatum sit simul in multis : profecto unum totum simul ipsummet existens atque idem sibimet ubique admittet hoc ipsum, quod in multis exsistere dicitur. Hoc autem perinde est, ac si dicatur, in se ipso exsistens rursus in se ipso non esse. Reliquum est igitur, ut dicamus, esse quidem illud in nullo, sed alia illius participatura, quæcumque illi valeant propinquare, et quatenus idem valeant. Necessarium est igitur, aut suppositiones illas eaque principia tollere, nullamque talem naturam prorsus admittere, aut certe, si hoc est impossibile, exstatque necessaria natura talis atque essentia, omnino concedere, quod nobis est a principio positum, unum scilicet idemque numero, non divisum, sed totum prorsus exsistens, a nullo reliquorum, quæ sunt præter ipsum, esse remotum : neque tamen ad hoc, ut omnibus adsit, diffundi passim, ulla

χεῖσθαι δεηθὲν, οὐδὲ τῷ μοίρας τινὰς ἀπ' αὐτοῦ ἐλθεῖν, μηδ' αὖ τῷ αὐτὸ μὲν μεῖναι ἐν αὑτῷ ὅλον, ἄλλο δέ τι ἀπ' αὐτοῦ γεγονὸς καταλελοιπὸς, αὐτὸ ἧκειν εἰς τὰ ἄλλα πολλαχῇ· ἔσται τε γὰρ οὕτως τὸ μὲν ἄλλοθι, τὸ δ' ἀπ' αὐτοῦ ἄλλοθι, καὶ τόπον ἕξει διεστηκὸς ἀπὸ τῶν ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἐπ' ἐκείνων αὖ, εἰ ἕκαστον ὅλον ἢ μέρος, καὶ εἰ μὲν μέρος οὐ τὴν τοῦ ὅλου ἀποσώσει φύσιν, ὅπερ δὴ εἴρηται· εἰ δὲ ὅλον ἕκαστον, ἢ ἕκαστον μεριοῦμεν ἴσα μέρη τῷ ἐν ᾧ ἐστιν, ἢ ταὐτὸν ὅλον πανταχοῦ συγχωρήσομεν δύνασθαι εἶναι· οὗτος δὴ ὁ λόγος ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος καὶ τῆς οὐσίας ἀλλότριον οὐδὲν, οὐδ' ἐκ τῆς ἑτέρας φύσεως ἑλκύσας.

modo cogi : neque rursus ita duntaxat adesse, ut portiones ab eo aliquæ profluant : neque iterum ex eo, quod ipsum quidem in se maneat totum, aliud vero quippiam ab eo factum, deserat ipsum, atque ita passim progrediatur in alia : alioquin ita certe ipsum quidem foret alibi, quod item fit ab eo, alibi quoque foret. Atque ipsum cum jam a suis effectibus sit discretum, locum jam proprium possidebit. Licet rursus circa illa, quæ ab eo manant, hunc in modum argumentari : aut quodlibet eorum totum ipsum exsistit, aut pars quædam solum : at si pars non servabit totius naturam, quod est utique dictum : sin autem est unumquodque totum, aut quodlibet in partes totidem partiemur, in quot et illud, in quo manet, atque ita jam est divisum : aut, certe idem ubique totum esse jam posse, fatebimur. Hæc itaque ratio ex ipsa re, ipsaque essentia deducta est, nec alieni quicquam admittit, nec ex diversa natura aliquid accipit.

Communis omnium sententia atque ipsa ratio dictat, unumquemque deorum ubique simul exsistere : sed ut deus universum simul obsideat locum, non cogitur rarefieri aut dividi : alioquin corporeus foret, et debilitaretur, et interiret. Est igitur idem ubique totus : nullius dei virtus defectum patitur : nusquam ergo deficit : igitur est ubique deus. Naturalis virtus quo excellentior est, eo provinciam obsidet ampliorem. Uniuscujusque dei virtus eminentior est, quam excellentissima naturæ virtus. Primi dei virtus est immensa. Denique, quicquid post deum sequitur, absque dei præsentia moveri et conservari non potest.

Δ'. Ἴδε δὲ, εἰ βούλει, καὶ τόνδε τὸν θεὸν οὐ πῃ μὲν εἶναι, πῃ δ' οὐκ εἶναι φαμέν. Ἔστι γὰρ ἀξιούμενόν τε παρὰ πᾶσι τοῖς ἔννοιαν ἔχουσι θεῶν, οὐ μόνον περὶ ἐκείνου, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων λέγειν θεῶν, ὡς πανταχοῦ πάρεισι· καὶ ὁ λόγος δέ φησι δεῖν οὕτω τίθεσθαι. Εἰ οὖν πανταχοῦ, οὐχ οἷόν τε μεμερισμένον· οὐ γὰρ ἂν ἔτι πανταχοῦ αὐτὸς εἴη, ἀλλ' ἕκαστον αὐτοῦ μέρος τὸ μὲν ὧδι, τὸ δὲ ὧδὶ ἔσται, αὐτός τε οὐχ εἷς ἔτι ἔσται, ὥσπερ εἰ τμηθείη τι μέγεθος εἰς πολλὰ, ἀπολλύμενόν τε ἔσται, καὶ τὰ μέρη πάντα οὐκέτι τὸ ὅλον ἐκεῖνο ἔσται. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ σῶμα ἔσται. Εἰ δὴ ταῦτα ἀδύνατα, πάλιν αὖ ἀνεφάνη τὸ ἀπιστούμενον, ἐν πάσῃ φύσει ἀνθρώπου, ὁμοῦ τῷ θεὸν νομίζειν καὶ πανταχοῦ τὸ αὐτὸ ἅμα ὅλον εἶναι. Πάλιν δὲ, εἰ ἄπειρον λέγομεν ἐκείνην τὴν φύσιν, οὐ γὰρ δὴ πεπερασμένην, τί ἂν ἄλλο εἴη, ἢ ὅτι οὐκ ἐπιλείψει; εἰ δὲ μὴ ἐπιλείψει, ὅτι πάρεστιν ἑκάστῳ· εἰ γὰρ μὴ δύναιτο παρεῖναι, ἐπιλείψει τε καὶ ἔσται ὅπου οὔ. Καὶ γὰρ εἰ λέγοιμεν ἄλλο μετ' αὐτὸ τὸ ἕν, ὁμοῦ αὖ αὐτῷ, καὶ τὸ μετ' αὐτὸ περὶ ἐκεῖνο καὶ εἰς ἐκεῖνο, καὶ αὐτοῦ οἷον γέννημα σύναφὲς ἐκείνῳ, ὥστε τὸ μετέχον τοῦ μετ' αὐτὸ κἀκείνου μετειληφέναι. Πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν ἐν τῷ νοητῷ πρώτων τε καὶ δευτέρων καὶ τρίτων, καὶ οἷον σφαίρας μιᾶς εἰς ἓν κέντρον ἀνημμένων, οὐ διαστήμασι διειλημμένων, ἀλλ' ὄντων ὁμοῦ αὐτοῖς ἅπασιν, ὅπου ἂν παρῇ τὰ τρίτα, καὶ τὰ δεύτερα καὶ τὰ πρῶτα πάρεστι.

IV. Contemplare, si placet, et hunc deum, quem nos non hic quidem esse, ibi vero non esse dicimus, sed pariter ubique fatemur. Constat sane apud omnes de diis aliquid cogitantes, non hunc tantum deum, verum etiam deos omnes ubique esse præsentes, ipsaque ratio ita esse concludit. Si igitur est ubique deus, fieri nequit, ut sit ubique divisus : alioquin non ipse foret ubique, sed unaquæque pars ejus ita disponeretur, ut hæc quidem hoc in loco, illa vero esset in illo : atqui et ipse non amplius esset unus, quemadmodum si magnitudo quædam divideretur in multa : sic enim dissiparetur, neque partes omnes ulterius totum illud exsisterent. Accedit ad hæc, quod deus ita se habens foret et corpus. At, si hæc fieri nequeunt, rursus, quod incredibile videbatur, compertum habemus, in universa videlicet humana natura, existimante scilicet deum esse simul ubique, unde constat unum aliquid indivisum, ubique simul esse totum. Rursus, si naturam illam infinitam esse dicimus, neque enim definitam esse concederemus, curnam potissimum infinitam, nisi quia nusquam deficit? Quodsi deficit nusquam, nimirum unicuique constat adesse. Si enim adesse non posset, deficeret utique, foretque aliquid, ubi ipsa non esset. Jam vero, etsi dicamus, aliud quiddam exstare post unum, rursus oportet simul esse cum ipso : et, quod est post ipsum, circa illud versari, et in illud anniti, esseque illius progeniem illi connexam, adeo ut, quod participat ejus, quod est post ipsum, illius quoque sit particeps. Proinde, cum in mundo intelligibili multa sint, graduque illic prima et secunda, et tertia, omniaque sequentia velut ad unius sphæræ centrum sint simul affixa, neque intervallis ullis inter se separentur, sed ibi cuncta sint, simul merito, ubicumque tertia sunt, ibidem et secunda et prima pariter adsunt : sed rem hanc deinceps planius explicemus.

Sæpe accipit pro mundo intelligibili primum ens et intellectum, cui velut communi centro insunt ideæ rerum, velut propria quædam centra. Sæpe etiam illum accipit pro eo, quod dixi, sed adjungendo illis ideis, ut centris, formas immateriales inde pendentes, ut lineas, quæ, ut annectuntur ibi, sunt unum, ut producuntur inde, sunt multa. Et totus hic cumulus est mundus intelligibilis magis unum, quam cumulus formarum materialium materiæ uni annexarum, qui dicitur mundus sensibilis : sed intelligibilis ille magis est unum, quia immateriales formæ propius et firmius affiguntur ideis suis, et per ideas intellectui, quam formæ materiales inchoationibus suis, et per eas materiæ. Item, quia ille mundus est unum unitate summæ formæ, hic vero est unum unitate materiæ infimæ : item, quia hic unionem impedit localis distantia partium, repugnantia qualitatum, tota transmutatio temporalis : ibi vero hæc impedimenta non sunt. Item mundus intelligibilis comparatur sphæræ amplissimæ, sub cujus ambitu continentur ambitus, et ad cujus centrum rediguntur centra formarum immaterialium, quas sphærarum sic contentarum in prima forma, sicut sphæræ minores in ampliori sphæra : ejusmodi unio non prohibet esse-

narum distinctiones, sicut nec unio formarum in materia, nec annexio linearum centris et centro, nec collectio sphærarum in sphæra.

Ε'. Καὶ σαφηνείας μὲν ἕνεκα ὁ λόγος πολλάκις, οἷον ἐκ κέντρου ἑνὸς, πολλὰς γραμμὰς ποιήσας, εἰς ἔννοιαν τοῦ πλήθους τοῦ γενομένου ἐθέλει ἄγειν. Δεῖ δὲ, τηροῦντας ὁμοῦ πάντα τὰ λεγόμενα πολλὰ γεγονέναι, λέγειν, ὡς κἀκεῖ ἐπὶ τοῦ κύκλου οὐκ οὔσας γραμμὰς ἀφωρισμένας ἔστι λαμβάνειν· ἐπίπεδον γὰρ ἓν· οὗ δὲ οὐδὲ κατ' ἐπίπεδον ἓν διάστημά τι, ἀλλὰ ἀδιάστατοι δυνάμεις καὶ οὐσίαι, πάντα ἂν εἰκότως κατὰ κέντρα λέγοιτο, ἐν ἑνὶ ὁμοῦ κέντρῳ ἡνωμένα, οἷον ἀφέντα τὰς γραμμὰς, τὰ πέρατα αὐτῶν τὰ πρὸς τῷ κέντρῳ κείμενα, ὅτε δὴ καὶ ἕν ἐστι πάντα. Πάλιν δὲ, εἰ προσθείης τὰς γραμμὰς, αἱ μὲν ἐξάψονται τῶν κέντρων αὐτῶν, ἃ κατέλιπον ἑκάστη, ἔσται γε μὴν οὐδὲν ἧττον κέντρον ἕκαστον, οὐκ ἀποτετμημένον τοῦ ἑνὸς πρώτου κέντρου, ἀλλ' ὁμοῦ ὄντα ἐκείνῳ ἕκαστον αὖ εἶναι, καὶ τοσαῦτα, ὅσαι αἱ γραμμαὶ, αἷς ἔδοσαν αὐτὰ πέρατα εἶναι ἐκείνων, ὥστε, ὅσων μὲν ἐφάπτεται γραμμῶν, τοσαῦτα φανῆναι, ἓν δὲ ὁμοῦ πάντα ἐκεῖνα εἶναι. Εἰ δ' οὖν κέντροις πολλοῖς ἀπεικάσαμεν πάντα τὰ νοητὰ εἶναι, εἰς ἓν κέντρον ἀναφερομένοις καὶ ἑνουμένοις, πολλὰ δὲ φανεῖσι διὰ τὰς γραμμὰς, οὐ τῶν γραμμῶν γεννησασῶν αὐτὰ, ἀλλὰ δειξασῶν, αἱ γραμμαὶ παρεχέτωσαν ἡμῖν χρείαν ἐν τῷ παρόντι ἀνάλογον εἶναι, ὧν ἐφαπτομένη ἡ νοητὴ φύσις πολλὰ καὶ πολλαχῇ φαίνεται παρεῖναι.

V. Quod dici [perspicuitatis gratia] sæpenumero solet, sicut lineæ multæ ex uno quodam centro connexæ procedunt, similiter intelligibilia ex uno fonte procedere, intelligentiam progenitæ illic multitudinis commode studet afferre. Operæ pretium vero est hoc ipsum servantes inprimis, omnia videlicet, quæ illic multa gigni dicuntur, simul exsistere : subdere rursus, et in circulo quidem licere lineas in se non omnino distinctas, tanquam distinctas accipere : unum namque est planum. Ubi autem neque secundum unum quidem planum est aliquod intervallum, sed indistantes omnino vires atque essentiæ, haud ab re omnia in centrorum modum excogitantur in unum quodam centro sibi invicem conjunctorum : ubi profecto lineæ quidem ipsæ dimittantur, serventur autem duntaxat termini linearum centro contigui, ubi etiam cuncta sunt unum. Rursus autem, si lineas punctis adjunxeris, illæ quidem e centris propriis suspendentur, quæ singulæ reliquerunt : erit autem nihilo minus unumquodque centrum, ab uno primo centro minime separatum, ita tamen, ut, dum simul cum illo sunt, sint etiam interea singula, atque totidem, quot et lineæ, quibus ipsa id concesserant, ut termini illarum exsisterent : quapropter, quot ibi lineas medium ipsum attingit, totidem esse puncta videntur. Unum vero illa apparet simul omnia esse. Si igitur multis centris similia esse intelligibilia omnia fatemur, centris, inquam, in unum centrum redactis, penitusque conjunctis; apparentibus vero multa propter lineas, quæ quidem lineæ centra non generent, sed ostendant : profecto lineæ in præsentia nobis conferant ad ostendendam aliquam in se proportionem ad illa, quæ attingens natura intelligibilis, propterea multa et ubique apparet adesse.

Si consideres in prima mente ideas cunctas atque singulas, mox in qualibet idea agnosces totam plenitudinem idearum : ejus tamen ideæ distincta proprietate servata. Item, intellectualis quidem anima, si plura vicissim formet corpora, una est in multis : sed penes mundum intelligibilem multa potius in una sunt, vel circa unum.

Ϛ'. Πολλὰ γὰρ ὄντα τὰ νοητὰ ἓν ἐστι· καὶ ἓν ὄντα τῇ ἀπείρῳ φύσει πολλά ἐστι καὶ πολλὰ ἐν ἑνὶ, καὶ ἓν ἐν πολλοῖς, καὶ ὁμοῦ πάντα, καὶ ἐνεργεῖ πρὸς τὸ ὅλον μετὰ τοῦ ὅλου, καὶ ἐνεργεῖ πρὸς τὸ μέρος αὖ μετὰ τοῦ ὅλου. Δέχεται δὲ τὸ μέρος εἰς αὐτὸ τὸ ὡς μέρους πρῶτον ἐνέργημα, ἀκολουθεῖ δὲ τὸ ὅλον, οἷον εἰ ὁ ἄνθρωπος ἐλθὼν εἰς τὸν τινὰ ἄνθρωπον, τὶς ἄνθρωπος γίνοιτο, ὢν αὖ ἄνθρωπος. Ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος ὁ ἐν τῇ ὕλῃ ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἀνθρώπου τοῦ κατὰ τὴν ἰδέαν πολλοὺς ἐποίησε τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔστιν ἓν τὸ αὐτὸ ἐν πολλοῖς οὕτως, ὅτι ἔστιν ἕν τι οἷον ἐνσφραγιζόμενον ἐν πολλοῖς αὐτό. Αὐτὸ δὲ ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸ ἕκαστον, καὶ ὅλον τὸ πᾶν οὐχ οὕτως ἐν πολλοῖς, ἀλλὰ τὰ πολλὰ ἐν αὐτῷ· μᾶλλον δὲ περὶ αὐτό. Ἄλλον γὰρ τρόπον τὸ λευκὸν πανταχοῦ, καὶ ἡ ψυχὴ ἑκάστου ἐν παντὶ μέρει τοῦ σώματος ἡ αὐτή· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὂν πανταχοῦ.

VI. Intelligibilia profecto, cum entia multa sint, sunt simul et unum. Rursus, cum unum sint, interea ob infinitam naturam sunt et multa : tum vero multa in uno et in multis unum, et omnia simul : atqui agunt omnia illic ad totum una cum toto : agunt ad partem rursus cum ipso toto. Admittit vero pars in se ipsa actionem primam tanquam partis, consequitur autem deinde totum, quemadmodum, si ipse homo in hominem quendam veniens homo quidem evadat, exsistens rursus et homo. Homo quidem, qui est in materia, ab uno homine, qui secundum ideam exstet, homines eosdem reddidit multos, atque est unum idem sic in multis, quia unum aliquid idem more sigilli est in multis impressum. Ipsum vero homo et ipsum per se unumquodque et totum ipsum universum non sic est in multis, sed in eo sunt multa, imo vero sunt circa ipsum aliter enim albedo est ubique, aliter anima uniuscujusque est in qualibet parte corporis eadem : sic itaque et ens ipsum ubique esse est judicandum.

Anima nostra intelligit plenitudinem idearum, scilicet conversa ad intellectum suum, neque tamen illic per idearum imagines : ergo ipsa per intellectum est universum. Atque ita in universali rerum forma omnes animæ sunt quodammodo unum, quamvis sua quadam singulæ proprietate distinctæ : quatenus autem ab intellectu digrediuntur, inter se disjunguntur.

Plotinus in his duobus libris non intendit probare, quod non possit esse nisi una anima, sed quod una anima possit esse ubique, non obstante magnitudine vel multitudine corporum ; et quod non oportet in diversis mundi partibus animas multas ponere, quia una communis non sufficiat ubique esse et regere. Quodsi ponuntur multæ, propter aliam rationem ponuntur, quam propter illius unius insufficientiam : et hæ multæ sunt unum cum illa scilicet unione spatii : item, quia agunt sub communi virtute illius : item, quia ad communem rediguntur animæ ideam : item, quia quælibet anima est omnia in se rerum omnium, sicut anima mundi, et, quando in se convertitur, explicat se in omnia, et adæquatur illi, et cum illa æque gubernat, et cum

mente communi æque contemplatur omnia : talisque fit unio, qualis in luminibus omnium stellarum in lumine solis, ubi omnia sunt ubique, omnia æque habent vires ad cuncta regenda, sed cetera agunt in virtute solis. Item exemplum est in quinque sensibus, qui unum sunt, primo, quia ab uno communi sensu et ad unum : secundo, quia in retractione a corpore quilibet eorum sentit in communi sensu : tertio fingamus, visum in sensu communi sentire non modo visibilia, sed mox etiam cetera sensibilia. Similiter auditum sentire primo sua, deinceps alia : sic et alios. Tum quilibet esse unum quum cum aliis, tum cum communi, et tamen adhuc essent distincti : tum quia quilibet potest se reflectere ad propria, sicut prius, tum quia, licet quilibet fundat se per omnia, tamen a proprio quodam exorditur, ac tandem redit in idem. Scito, Plotinum post hos libros, et post librum : Utrum omnes animæ sint una anima, composuisse tres libros de Dubiis animæ, ubi manifeste ostendit numerum animarum.

Ζ'. Ἀνάγεται γὰρ καὶ τὸ ἡμέτερον καὶ ἡμεῖς εἰς τὸ ὄν, καὶ ἀναβαίνομέν τε εἰς ἐκεῖνο, καὶ τὸ πρῶτον ἀπ' ἐκείνου, καὶ νοοῦμεν ἐκεῖνα, οὐκ εἴδωλα αὐτῶν οὐδὲ τύπους ἔχοντες. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ὄντες ἐκεῖνα. Εἰ οὖν ἀληθινῆς ἐπιστήμης μετέχομεν, ἐκεῖνα ἐσμέν, οὐκ ἀπολαβόντες αὐτὰ ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἡμεῖς ἐν ἐκείνοις ὄντες. Ὄντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, οὐ μόνον ἡμῶν ἐκεῖνα, πάντες ἐσμὲν ἐκεῖνα. Ὁμοῦ ἄρα ὄντες μετὰ πάντων ἐσμὲν ἐκεῖνα· πάντα ἄρα ἐσμὲν ἕν. Ἔξω μὲν οὖν ὁρῶντες ἢ ὅθεν ἐξήμμεθα, ἀγνοοῦμεν ἓν ὄντες, οἷον πρόσωπα πολλὰ εἰς τὸ ἔξω πολλὰ κορυφὴν ἔχοντα εἰς τὸ εἴσω μίαν. Εἰ δέ τις ἐπιστραφῆναι δύναιτο, ἢ παρ' αὑτοῦ, ἢ τῆς Ἀθηνᾶς αὐτῆς αὐτυχήσας τῆς ἕλξεως, θεόν τε καὶ αὐτὸν καὶ τὸ πᾶν ὄψεται· ὄψεται δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐχ ὡς τὸ πᾶν, εἶτ' οὐκ ἔχων ὅπῃ αὐτὸν στήσας ὁριεῖ, καὶ μέχρι τίνος αὐτός ἐστιν ἀφεὶς περιγράφειν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἅπαντος αὐτὸν, εἰς ἅπαν τὸ πᾶν ἥξει προελθὼν οὐδαμοῦ, ἀλλ' αὐτοῦ μείνας, οὗ ἵδρυται τὸ πᾶν.

VII. Nempe et nostrum ad ens ipsum reducitur quo et nos ipsi reducimur; ad illud ascendimus, ab illo exsistimus ab initio : intelligimus illa non per illorum imagines, non per figuras ullas, quas habeamus. Sin autem intelligimus quidem illa, neque tamen per imagines vel figuras, sequitur, ut illa intelligamus ipsi exsistentes illa. Si ergo sumus scientiæ veræ participes, illa sumus, non accipientes quidem in nobis ea, sed nos potius exsistentes in illis. Cum vero non solum nos illa simus, verum etiam alia sint et illa, nimirum omnes illa sumus. Simul igitur una cum omnibus exsistentes illa sumus : omnia itaque unum sumus. Cum vero foras prospicianmus, neque illuc, unde suspendimur, aciem dirigamus, merito nos esse unum nequaquam animadvertimus : perinde ac si multi vultus in orbem uno quodam vertice sive intima unaque radice connecterentur. Si quis autem ad intima reflecti posset, sive suapte natura, sive reflectente Minerva, se ipsum jam esse deum universumque conspiceret, inspiceret, inquam, se primo quidem non tanquam penitus universum, sed deinde non habens, ubi potissimum sistens gradum determinet semet ipsum, et quousque sit, ipse definiat : nimirum mox prætermitteret se ipsum circumscribere atque ab ente universo secernere. Itaque ad universum ipsum undique penitus perveniet, ita tamen, ut nusquam procedat, sed permaneat ibidem, ubi consistit et totum.

Mens divina per suas ideas in materiam agit, non extrinsecus more artis humanæ, sed intrinsecus modo artificiosæ naturæ : nec est sejuncta secundum locum a materia, alioquin loco propria deputabitur : nec mixta materiæ, alioquin minime dominabitur. Ubique vero est idea ignis, ubique ignem genitura : non divisa, ne pereat : non extensa, ne corporea fiat : non multiplicata numero, ne fiat innumerabilis : una sufficit : una est ubique tota.

Η'. Οἶμαι δὲ ἔγωγε, καὶ εἴ τις ἐπισκέψαιτο τὴν τῆς ὕλης τῶν εἰδῶν μεταλῆψιν, μᾶλλον ἂν εἰς πίστιν ἐλθεῖν τοῦ λεγομένου, καὶ μὴ ἂν ἔτι ὡς ἀδυνάτῳ ἀπιστεῖν, ἢ αὖ ἀπορεῖν. Εὔλογον γὰρ καὶ ἀναγκαῖον οἶμαι, μὴ κειμένων τῶν εἰδῶν χωρὶς, καὶ αὖ τῆς ὕλης πόρρωθεν, ἀνωθέν ποθεν τὴν ἔλλαμψιν εἰς αὐτὴν γεγονέναι· μὴ γὰρ ᾖ κενὸν τοῦτο λεγόμενον· τί γὰρ ἂν εἴη τὸ πόρρω ἐν τούτοις καὶ τὸ χωρὶς; καὶ οὐκ [οὐχὶ] αὐτὸ δύσφραστον καὶ τὸ ἀπορώτατον ἦν, τὸ τῆς μεταλήψεως λεγόμενον; ἀλλ' εἴρητο ἂν προχειρότατα, γνώριμον ὂν τοῖς παραδείγμασιν. Ἀλλὰ κἂν ἔλλαμψιν λέγωμέν ποτε, οὐχ οὕτως ἐροῦμεν, ὡς ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν λέγομεν εἰς αἰσθητὸν τὰς ἐλλάμψεις. Ἀλλ' ἐπεὶ εἴδωλα τὰ ἐν τῇ ὕλῃ, ἀρχετύπων δὲ τάξιν ἔχει τὰ εἴδη, τὸ δὲ τῆς ἐλλάμψεως τοιοῦτον οἷον χωρὶς ἔχειν τὸ ἐλλαμπόμενον, οὕτω λέγομεν. Δεῖ δὲ νῦν ἀκριβέστερον λέγοντας μὴ οὕτω τίθεσθαι, ὡς χωρὶς ὄντος τόπῳ τοῦ εἴδους, εἶθ' ὥσπερ ἐν ὕδατι ἐνορᾶσθαι τῇ ὕλῃ τὴν ἰδέαν, ἀλλὰ τὴν ὕλην εἶναι πανταχόθεν, οἷον ἐφαπτομένην, καὶ αὖ οὐκ ἐφαπτομένην τῆς ἰδέας, κατὰ πᾶν ἑαυτῆς ἴσχειν παρὰ τοῦ εἴδους τῷ πλησιασμῷ, ὅσον δύναται λαβεῖν οὐδενὸς μεταξὺ ὄντος, οὐ τῆς ἰδέας διὰ πάσης διεξελθούσης καὶ ἐπιβραμούσης, ἀλλ' ἐν αὐτῇ μενούσης. Εἰ γὰρ μὴ ἐν

VIII. Arbitror equidem, quisquis consideraverit, qua conditione materia quodammodo species accipit, facilius, quod in præsentia dicitur, concessurum : neque ulterius vel tanquam impossibile negaturum, vel rursus quicquam dubitaturum. Probabile namque necessariumque existimo, non ita disponi naturam, ut species quidem hinc seorsum positæ sint, materia vero illic locata seorsum, atque desuper alicunde illustratio quædam veniat in materiam. Verendum est enim, ne hoc forte sit dictu ridiculum : nempe quidnam foret in his hoc ipsum, quod dicitur procul atque seorsum? Præterea nonne cum explicatu difficile, tum ambiguitatis plenum foret, quod de participationis conditione modo tetigimus? Sed id quidem si quando dicatur, facile prompteque nimium ait adductum, quippe cum ad hujus notitiam perveniatur exemplis. Verum, si quando nos illustrationem quandam in medium introducimus, non ita dictum volumus, sicut in rebus sensui manifestis remota quædam a remotis illuminari videmus. Sed quoniam, quæ in materia sunt, imagines quædam sunt; ipsæ vero species exemplarium primorum obtinent ordinem, hæc ab illis emicare videntur, nosque in his illustrationis nomine utimur, propterea quod illustrator cum illustrato minime commiscetur. Oportet vero nunc loquentes exactius hæc non ita disponere, ut species ipsa hinc sit loco seorsum, deinde velut in aqua, sic in materia, ideæ fulgor inspiciatur : sed materiam existimandum est undique ideam velut attingere, rursusque nequaquam attingere : atque ita secundum se totam a specie reportare nonnihil, conferente ad id propinquitate, quatenus accipere potest nullo prorsus interveniente medio : neque rursus ita ut idea per totam discurrat materiam, sive superferatur, sed

τῇ ὕλῃ ἐστὶν οἷον πυρὸς ἡ ἰδέα, τὴν δὲ τοῖς στοιχείοις ὕλην ὑποβεβλημένην ὁ λόγος λαμβανέτω· αὐτὸ δὲ πῦρ τὴν ὕλην οὐκ ἐγγενόμενον αὐτὸ τῇ ὕλῃ, μορφὴν πυρὸς κατὰ πᾶσαν τὴν πυρωθεῖσαν ὕλην παρέξεται. Ὄγκος δὲ πολὺς πῦρ τὸ πρῶτον ἔνυλον ὑποκείσθω γενόμενον. Ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν λεγομένων στοιχείων ἁρμόσει. Εἰ οὖν τὸ ὂν ἐκεῖνο πῦρ ἡ ἰδέα ἐν πᾶσι θεωρεῖται παρέχον εἰκόνα ἑαυτοῦ, καὶ τόπῳ χωρὶς ὂν οὐ παρέξει ὡς ἡ ἑλλαμψις ἡ ὁρωμένη, ἤδη γὰρ εἴη που πᾶν τοῦτο τὸ πῦρ τὸ ἐν αἰσθήσει, εἰ πᾶν αὐτὸ πολλὰ ἢ ἑαυτοῦ, τῆς ἰδέας αὐτῆς μενούσης ἐν ἀτόπῳ, αὐτὸ τόπους γεννῆσαν ἐξ αὐτοῦ· ἐπείπερ ἔδει τὸ αὐτὸ πολὺ γενόμενον φυγεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἵν' ᾖ πολὺ οὕτως, καὶ πολλάκις μεταλάβῃ τοῦ αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἔδωκε μὲν ἑαυτῆς οὐδὲν τῇ ὕλῃ ἡ ἰδέα, ἀσκέδαστος οὖσα· οὐ μὴν ἀδύνατος γέγονεν ἓν οὖσα τὸ μὴ ἐν τῷ ἑνὶ αὐτῆς μορφῶσαι, καὶ παντὶ αὐτοῦ οὕτω τοι παρεῖναι, ὡς ἄλλῳ μὲν μέρει αὐτῆς τόδε, ἄλλῳ δὲ ἄλλο μορφῶσαι, ἀλλὰ παντὶ ἕκαστον καὶ πᾶν. Γελοῖον γὰρ τὸ πολλὰς ἰδέας πυρὸς ἐπεισφέρειν, ἵν' ἕκαστον πῦρ ὑφ' ἑκάστης ἄλλης τὸ δὲ ἄλλης μορφοῖτο· ἄπειροι γὰρ οὕτως ἔσονται αἱ ἰδέαι. Εἶτα πῶς καὶ μεριεῖς τὰ γινόμενα συνεχοῦς πυρὸς ἑνὸς ὄντος; καὶ εἰ προσθείημεν τῇ ὕλῃ ταύτῃ ἄλλο πῦρ, μεῖζον ποιήσαντες αὐτὸ, καὶ κατ' ἐκεῖνο αὖ τὸ μέρος τῆς ὕλης φατέον τὴν αὐτὴν ἰδέαν τὰ αὐτὰ εἰργάσθαι· οὐ γὰρ δὴ ἄλλην.

potius in se ipsa permaneat. Si enim ipsa ignis idea in materia minime jacet, materiam vero nunc subjectam elementis accipiamus, ipse profecto ignis idealis materiam superans, nec inhærens ipse materiæ, formam ignis per totam ignitam materiam exhibebit. Supponatur autem, ignem primum materialem, molem multam protinus esse factum. Eadem præterea ratio ceteris congruet elementis. Si igitur ipse ignis idealis in omnibus prorsus inspicitur imaginem sui præbens, neque sic quidem præbet quasi loco sejunctus, qualis illuminatio est oculis manifesta; alioquin jam esset alicubi universus hic ignis coram sensu, si modo ipse totus multæ sit partes: certe quasdam sui præbet imagines, dum ipsius idea consistit non circumscripta loco, sed ipse loca generat ex se ipso: alioquin oporteret ipsum, si modo multiplex secundum partes esset factus, a se diffugere, ut ita foret multus, et sæpius particeps ejusdem fieret. Jam vero idea ipsa, cum secari non possit, nihil sui ipsius materiæ præbuit: neque tamen, quamvis unum sit, exstitit impotens ad illud, quod non est in ipsius unitate, formandum: neque etiam compulsa est adesse sic universo, ut alia quidem sui parte partem hanc universi, alia vero partem formaret illam, sed potius se tota quodlibet atque totum. Ridiculum namque foret multas idcirco ideas ignis inferre, ut unusquisque ignis a sua quadam idea, hic quidem ab illa, ille vero formetur ab alia: sic enim ideæ innumerabiles essent. Præterea quonam pacto, quæ fiunt, commode partieris, si quidem ignis unus sit atque continuus? Tum vero, si huic materiæ ignem alium adjungamus amplificantes illum, profecto secundum illam quoque materiæ portionem concedendum est, eandem prorsus ideam eadem effecisse; neque enim aliam illic ideam fore quis dixerit.

Una mundi machina et fabricata est ab una mente, et vegetatur ab una anima tota simul ubique præsente.

Sicut intra unam sphæram multæ sunt et unitæ cum ea pariter et distinctæ, sic penes unam animam animæ multæ. Anima mundi nec ut punctum est ex multis, sed eminentius; ideo non habet certum in dimensione situm: nec rursus unum est ex multis, sed unitas in se explicans multitudinem; ideo tota potest multis et partibus et corporibus simul adesse, nec est ab ullo disjuncta secundum locum, cum ipsa rebus ejusmodi sit eminentior, et quantitatem procreet atque locum. Denique cum non sustineatur ab ipsa mundi machina, sed eam ipsa sustineat, merito viget ubique tota: simulliterque intellectus mundi faber.

Θ'. Καὶ τοίνυν, εἰ πάντα γενόμενα ἤδη τὰ στοιχεῖα τῷ λόγῳ τις εἰς ἓν σφαιρικὸν σχῆμα ἄγοι, οὐ πολλοὺς φατέον τὴν σφαῖραν ποιεῖν, κατὰ μέρη ἄλλον ἄλλη ἀποτεμνόμενον αὐτῷ εἰς τὸ ποιεῖν μέρος· ἀλλ' ἓν εἶναι τὸ αἴτιον τῆς ποιήσεως ὅλῳ ἑαυτῷ ποιοῦν, οὐ μέρους αὐτοῦ ἄλλου ἄλλο ποιοῦντος· οὕτω γὰρ ἂν πάλιν πολλοὶ εἶεν, εἰ μὴ εἰς ἓν ἀμερὲς ἀναφέροις τὴν ποίησιν, μᾶλλον ὅ', εἰ μὴ ἓν ἀμερὲς τὸ ποιοῦν τὴν σφαῖραν εἴη, οὐκ αὐτοῦ χυθέντος εἰς τὴν σφαῖραν τοῦ ποιοῦντος, ἀλλὰ τῆς σφαίρας ὅλης εἰς τὸ ποιοῦν ἀνηρτημένης· καὶ ζωὴ τοίνυν μία τὴν σφαῖραν ἔχει ἡ αὐτὴ, τῆς σφαίρας αὐτῆς τεθείσης ἐν ζωῇ μιᾷ· καὶ τὰ ἐν τῇ σφαίρᾳ τοίνυν πάντα εἰς μίαν ζωὴν, καὶ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τοίνυν μία· οὕτω δὲ μία, ὡς ἄπειρος αὖ. Διὸ καὶ οἱ μὲν ἀριθμὸν ἔλεγον, οἱ δὲ αὐτὸν αὔξοντα τὴν φύσιν αὐτῆς, φαντασθέντες ταύτῃ ἴσως, ὡς οὐδενὶ ἐπιλείπει, ἀλλ' ἐπὶ πάντα ἐστὶν, ὅ ἐστι μένουσα. Καὶ εἰ πλείων ὁ κόσμος ἦν, οὐκ ἂν ἐπέλιπεν ἡ δύναμις μὴ οὐκ ἐπὶ πάντα αὖ ἐλθεῖν, μᾶλλον δὲ τοῦτον ἐν πάσῃ αὐτῇ εἶναι. Δεῖ δῆτα λαβεῖν τὸ αὔξον οὐχ ὡς τῷ ῥήματι λέγεται, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐπιλείπει εἰς τὸ πανταχοῦ, ἓν οὖσα· τοιοῦτον γὰρ αὐτῆς τὸ ἓν, ὡς μὴ τοιοῦτον εἶναι, οἷον μεμετρῆσθαι ὅσον· τοῦτο γὰρ φύσεως ἄλλης τῆς τὸ ἓν ψευδομένης καὶ

IX. Proinde, si ratione aliquis omnia elementa jam facta in unam circularem figuram ducit, certe non est dicendum, auctores multos sphæram efficere, ita ut alius alibi distributus sit ad partem efficiendam: sed unam esse fabricæ causam se tota perficientem, neque parte sui alia aliud fabricantem: alioquin multi rursus effectores forent, nisi in unum indivisibile totam fabricam referas: imo vero nisi unum impartibile sit sphæræ totius effector: neque tamen ita, ut auctor ipse diffundatur in sphæram, sed tota sphæra suspensa penitus hæreat auctori. Vita igitur una sphæram habet eadem, atque sphæra in una vita locatur. Itaque et omnia, quæ sunt in sphæra, in vitam rediguntur unam, ideoque et omnes animæ una quodammodo sunt. Una vero sic est anima, ut rursus sit infinita: quam ob rem nonnulli animam numerum esse dixerunt; alii vero numerum ipsum tradiderunt naturam animæ augere: ita forsan excogitantes, quia videlicet nusquam anima desit, sed per omnia exstet, interea hoc ipsum, quod est, exsistens. Jam vero, si major adhuc foret mundus, nusquam animæ vis ipsa deficeret, quominus per omnia rursus propagaretur, neque tamen per omnia curreret, imo vero universum hoc in universa anima foret. Tum vero hoc ipsum, quod diximus augere, non sic accipiendum est, ut verbo profertur: sed quoniam anima, etsi unum est, nusquam tamen deest universo: ipsum namque, quod ejus est unum, non tale est, ut, quantum sit, metiri liceat: hæc enim conditio alterius est naturæ, quæ falso sibi vindicat ipsam unum, et participatione quadam duntaxat assequitur, ut

μεταλήψει ἐν φανταζομένης. Τὸ δ' ἀληθείας ἐγόμενον ἕν, οἷον μήτε συγκεῖσθαι ἐκ πολλῶν ἕν, ἵν' ἀφαιρεθέντος τινὸς ἀπ' αὐτοῦ ἀπολωλὸς ᾖ ἐκεῖνο τὸ ὅλον ἕν, μήτε διειλῆφθαι πέρασιν, ἵνα μὴ ἐναρμοζομένων αὐτῷ τῶν ἄλλων ἢ ἐλαττοῖτο αὐτῶν μειζόνων ὄντων, ἢ διασκῷτο, βουλόμενον ἐπὶ πάντα ἰέναι, παρῇ τε οὐχ ὅλον πᾶσιν, ἀλλὰ μέρεσιν αὐτοῦ μέρεσιν ἐκείνων, καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἀγνοῇ ὅπου γῆς ἐστιν, εἰς μίαν τινὰ συντέλειαν οὐ δυνάμενον ἰέναι, ἅτε διεσπασμένον ἑαυτοῦ. Εἴπερ οὖν ἀληθεύσει τὸ ἓν τοῦτο, καθ' οὗ δὴ καὶ κατηγορεῖν ἐστιν ὡς οὐσίας τὸ ἕν, δεῖ αὐτὸ φανῆναι τρόπον τινὰ τὴν ἐναντίαν αὐτῷ φύσιν ἔχον τὴν τοῦ πλήθους ἐν τῇ δυνάμει, τὸ δὲ μὴ ἔξωθεν αὐτὸ πλῆθος τοῦτο ἔχειν, ἀλλὰ παρ' αὑτοῦ καὶ ἐξ αὑτοῦ τούτῳ ἓν ὄντως εἶναι καὶ ἐν τῷ ἑνὶ ἔχειν τὸ εἶναι, ἄπειρόν τε καὶ πλῆθος. Τοιοῦτον δὲ ὄν, πανταχοῦ ὅλον φαίνεσθαι ἕνα λόγον ὄντα, ἑαυτὸν περιέχοντα· καὶ τὸν περιέχοντα αὐτὸν εἶναι, καὶ τὸν περιέχοντα αὐτὸν οὐδαμοῦ αὐτοῦ ἀποστατοῦντα, ἀλλ' ἐν αὐτῷ πανταχοῦ ὄντα· οὐ δή ἐστιν αὐτὸ οὕτως ἄλλου τόπῳ διειλημμένον. Πρὸ γὰρ τῶν ἐν τόπῳ ἁπάντων ἦν ὄν, καὶ οὐδὲν ἐδεῖτο αὐτὸ τούτων, ἀλλὰ ταῦτα ἐκείνου, ἵνα ἱδρυθῇ. Ἱδρυθέντα δὲ οὐκ ἀπέστησεν ἐκεῖνο τῆς αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἕδρας. Κινηθείσης γὰρ ἐκείνης ἀπώλετο ἂν αὐτά· ἀπολομένης αὐτῶν τῆς βάσεως καὶ τοῦ στηρίζοντος αὐτά· οὐδ' αὖ ἐκεῖνο οὕτως ἀνόητον ἦν, ὥστε ἀπαλλαγὲν αὐτὸ ἑαυτοῦ διασπασθῆναι, καὶ σωζόμενον ἐν ἑαυτῷ ἀπίστῳ δοῦναι ἑαυτὸ τόπῳ τῷ αὐτοῦ πρὸς τὸ σώζεσθαι δεομένῳ.

appareat unum. Quod autem veritate quadam est unum, tale prorsus exsistit, ut non sit unum ex multis accumulatum, ne forte quodam inde sublato, totum illud unum intereat. Tale rursus, ut nullis aliunde terminis separetur, ne adhibitis ei quandoque ceteris vel minus evadat, ubi sint illa majora, vel cupiens dilatari per omnia dissipetur, atque ita non totum omnibus adsit, sed per partes proprie suas illorum partibus appropinquet. Itaque (sicut dici solet) ubinam gentium sit, prorsus ignoret, quippe cum in unam continuationem conspirationemque pervenire non possit, utpote quod est a se ipso divulsum. Si hoc igitur re vera ipsum sibi unum vindicat, de quo sane tanquam de essentia unum liceat prædicare: oportet ipsum videri quodammodo oppositam sibi naturam, id est multitudinem, sua quadam potentia continere, neque ab externis hanc multitudinem mutuari, sed penes se ipsum, atque ex se ipso, esseque re vera unum, atque in ipso uno habere hoc ipsum, ut sit infinitum atque multitudo. Cum vero ejusmodi sit, necessarium est ubique totum esse unam in se rationem exsistentem, item se comprehendentem, ipsumque comprehensorem ipsummet exsistere, adeo ut comprehendens ipsum nullo modo distet ab ipso, sed in ipso exsistat ubique, ubicumque sit ipsum: quod quidem a nullo est limitibus loci disjunctum: neque certe sic ipsum est alterius loco disjuncti, siquidem ipsum est ante omnia, quæ sunt in loco: neque iis ipsum indiget, sed hæc illo potius egent, ut fundentur in eo. Ubi vero hæc in eo fundata sunt, illud nequaquam e propria sede discedit, quæ sane nihil aliud est, quam in se ipso sedere. Si enim moveatur ipsa, protinus illa perduntur: quippe cum eorum sublatum sit fundamentum, cui quidem ea sistenti prius innitebantur: atqui nec ipsum est adeo demens, ut a se ipso discedens dissolutionis discrimen aliquando subeat, et, cum in se ipso penitus conservetur, temere tamen infido se committat loco, qui procul dubio illo potius indiget, quo servetur.

Hæc tria rerum principia sunt ubique: ipsum bonum: item divinus intellectus, qui ipsa pulchritudo est: rursus vita mundi. Hæc occultis tractibus ad se omnia rapiunt, colliguntque in unum appetentia bonum, et pulchritudinem, atque vitam.

Superna bonitas, intelligentia, vita, eadem adest ubique tota, sufficitque cunctis: quoniam addicta nulli permanet in se ipsa. Præterea sicut oculi multi uno solis lumine passim toto fruuntur: sic omnes intellectuales animæ uno intelligentiæ primæ lumine potiuntur, et ubique præsente, et nusquam diviso, in quo et cunctæ sunt unum. Uno similiter bono cuncta vescuntur absente nusquam, una quinetiam vita ubique vigente spirant. Unio vero rerum in mundo corporeo distantiæ discordiæque pleno nulla foret, nisi supernus ille mundus et habitatores ejus unionem mirabilem possiderent: quos quidem habitatores secundum essentias interim inter se differre in hoc capite et in multis aperit.

Ι'. Μένει οὖν ἐν ἑαυτῷ σωφρονοῦν, καὶ οὐκ ἂν ἐν ἄλλῳ γένοιτο· ἐκεῖνα δὲ τὰ ἄλλα ἀνήρτηται εἰς αὐτό, ὥσπερ οὗ ἐστι πόθῳ ἐξευρόντα, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ θυρωλῶν ἔρως, παρὼν ἔξωθεν ἀεὶ καὶ ἐφιέμενος τοῦ καλοῦ, καὶ ἀγαπῶν ἀεὶ οὕτως, ὡς δύναιτο μετασχεῖν. Ἐπεὶ καὶ ὁ ἐνταῦθα ἐραστὴς οὐ δεχόμενος τὸ κάλλος, ἀλλὰ παρακείμενος οὕτως ἔχει· τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ μένει, καὶ οἱ ἑνὸς ἐρασταὶ πολλοί, ὅλου ἐρῶντες, ὅλον ἔχουσιν οὕτως, ὅταν ἔχωσι· τὸ γὰρ ὅλον ἦν τὸ ἐρώμενον. Πῶς ἂν οὖν ἐκεῖνο οὐκ ἂν πᾶσιν ἀρκοῖ μένον; ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ἀρκεῖ, ὅτι μένει· καὶ καλὸν, ὅτι πᾶσιν ὅλον· καὶ γὰρ καὶ τὸ φρονεῖν πᾶσιν ὅλον, διὸ καὶ ξυνὸν τὸ φρονεῖν, οὐ τὸ μὲν ὧδε, τὸ δὲ ὡδί ὄν. Γελοῖον γὰρ καὶ τόπου δεόμενον τὸ φρονεῖν ἔσται· καὶ οὐχ οὕτω τὸ φρονεῖν, ὡς τὸ λευκὸν, οὐ γὰρ σώματος τὸ φρονεῖν· ἀλλ' εἴπερ ὄντως μετέχομεν τοῦ φρονεῖν, ἓν δεῖ εἰς τὸ αὐτὸ πᾶν ἑαυτῷ συνόν· καὶ οὕτως ἐκεῖθεν, οὐ μοίρας αὐτοῦ λαβόντες, οὐδὲ ὅλον ἐγὼ, ὅλον δὲ καὶ σὺ, ἀποσπασθὲν

X. Permanet igitur illud in se ipso sapientia pollens, neque aliis unquam hæret: reliqua vero ex eo continue pendent, utpote quæ, ubi illud sit, ipso inveniant desiderio: atque hic est ille amor, quo plerique affecti ad amatæ rei fores pernoctare feruntur: amor, inquam, extrinsecus semper assistens, pulchrumque desiderans, satisque sibi factum existimans, si modo, quoad possit, aliquando potiatur. Nam et superni illius amator ipsam quidem non accipit pulchritudinem, sed quadam propinquitate participat: illa vero in se ipsa consistit, multique unius sunt amatores: amantes totum, et, quando habent, pro viribus totum habentes: totum enim ipsum est, quod amatur. Quidnam igitur prohibet, quominus illud sufficiat omnibus, dum permanet in se ipso? Quandoquidem ob hoc ipsum omnibus satisfacit, quoniam permanet, et propterea pulchrum est, quoniam omnibus totum adest. Jam vero et ipsa intelligentia tota omnibus adest, quapropter communis intelligentia est: neque hæc quidem intelligentia hic proprie, illa vero illic exsistit. Ridiculum namque aliquid erit, si loco quodam indigeat, neque profecto sic passim se habet intelligentia sicut albedo. Non enim corporis officium est intelligere: verum si modo intelligentiæ re vera participes sumus, in unum aliquid atque idem secum ipso totum simul exsistens necessario conspiramus. Neque sic inde accipimus, ut portiones quasdam illius percipiamus: neque rursus ita, ut totum ego habeam, et tu habeas totum.

ἑκάτερον ἑκατέρου. Μιμοῦνται δὲ καὶ ἐκκλησίαι καὶ πᾶσα σύνοδος, ὡς εἰς ἓν τὸ φρονεῖν ἰόντων· καὶ χωρὶς ἕκαστος εἰς τὸ φρονεῖν ἀσθενὴς, συμβάλλων δὲ εἰς ἓν πᾶς ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ τῇ ὡς ἀληθῶς συνέσει, τὸ φρονεῖν ἐγέννησε καὶ εὗρε. Τί γὰρ δὴ καὶ διείρξει, ὡς μὴ ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι νοῦν ἀπ' ἄλλου; ἀλλ' ὁμοῦ ὄντες ἡμῖν οὐχ ὁμοῦ δοκοῦσιν εἶναι· οἷον εἴ τις πολλοῖς τοῖς δακτύλοις ἐφαπτόμενος τοῦ αὐτοῦ, ἄλλου καὶ ἄλλου ἐφάπτεσθαι νομίζοι, ἢ τὴν αὐτὴν χορδὴν μὴ ὁρῶν κρούοι· καίτοι καὶ τοῖς ψυχαῖς ὡς ἐφαπτόμεθα τοῦ ἀγαθοῦ ἐχρῆν ἐνθυμεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἄλλου μὲν ἐγὼ, ἄλλου δὲ σὺ ἐφάπτῃ, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ. Οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ μὲν, προσελθόντος δέ μοι ῥεύματος ἐκεῖθεν ἄλλου, σοὶ δὲ ἄλλου, ὥστε τὸ μὲν εἶναί που ἄνω, τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ ἐνταῦθα, καὶ τὸ διδὸν τοῖς λαμβάνουσιν, ἵνα ὄντως λαμβάνωσι, καὶ δίδωσι τὸ διδὸν οὐ τοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλὰ τοῖς ἑαυτοῦ. Ἐπεὶ οὐ πόμπιος ἡ νοερὰ δόσις, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς διεστηκόσιν ἀπ' ἀλλήλων ταῖς τόποις σώμασιν ἡ δόσις ἄλλου τῇ ἄλλου συγγενὴς, καὶ εἰς αὐτὸ ἡ δόσις καὶ ἡ ποίησις, καὶ τό γε σωματικὸν τοῦ παντὸς δρᾷ καὶ πάσχει ἐν αὐτῷ, καὶ οὐδὲν ἔξωθεν εἰς αὐτό. Εἰ δὴ ἐπὶ σώματος οὐδὲν ἔξωθεν τοῦ ἐκ φύσεως, οἷον φεύγοντος ἑαυτὸ ἐπὶ πράγματος ἀδιαστάτου, πῶς τὸ ἔξωθεν; ἐν τῷ αὐτῷ ἄρα ὄντες καὶ ὁρῶμεν ταγαθὸν καὶ ἐφαπτόμεθα αὐτοῦ, ὁμοῦ ὄντες τοῖς ἡμετέροις νοητοῖς. Καὶ κόσμος εἷς πολὺ μᾶλλον ἐκεῖ, ἢ δύο κόσμοι αἰσθητοὶ ἔσονται, ὅμοια μεμερισμένοι, καὶ ἡ σφαῖρα ἡ νοητὴ, εἰ οὕτως ἓν, ὡς αὕτη· ὥστε δοίσει, ἢ γελοιοτέρα ἔσται, εἴπερ τῇ μὲν ἐξ ἀνάγκης ὄγκος εὔλογος, ἡ δὲ μηδὲν δεομένη ἐκτενεῖ ἑαυτὴν καὶ ἑαυτῆς ἐκστήσεται. Τί δὲ καὶ ἐμπόδιον τοῦ εἰς ἕν; οὐ γὰρ δὴ τὸ ἕτερον ἀποθεῖ θάτερον, τόπον οὐ παρέχον, ὥσπερ οὐχ ὁρῶντες πᾶν μάθημα καὶ θεώρημα, καὶ ὅλως ἐπιστήμας πάσας ἐπὶ ψυχῆς οὐ στενοχωρουμένας· ἀλλ' ἐπὶ οὐσιῶν φήσει τις οὐ δυνατόν· ἀλλ' οὐ δυνατὸν ἦν ἂν, εἴπερ ὄγκοι ἦσαν αἱ ἀληθιναὶ οὐσίαι.

divisum alterutrum ao alterutro. Id quidem conciones cœtusque investigantium imitantur, tanquam in unam concurrant intelligentiam, et unusquisque seorsum sit ad sapientiam impotens. Cum vero in ipso cœtu veraque ad intelligendum copula omnes conjiciunt conferuntque in unum, intelligentiam generant et inveniunt. Quid enim prohibere potest, quominus intellectus ab alio atque alio sit in eodem? Sed profecto quamvis intelligentes alii ad idem nobiscum congrediantur, non tamen simul congredi nobis videntur: perinde ac si quis rem eandem digitis simul multis attingens, aliud interim atque aliud se opinetur attingere: aut si eandem chordam in lyra quispiam pulset, se illam pulsare non videns: quanquam considerandum nobis erat, quemadmod um bonum animabus attingamus. Non enim aliud ego bonum attingo, aliud autem tu, sed idem. Neque rursus sic attingimus idem, ut inde in me quidem aliud, in te vero aliud affluat, adeo ut illud alicubi superne sit situm, munera vero ejus ad hæc nostra descendant: sed oportet largitorem ipsum accipientibus prorsus adesse, ut re vera illinc accipiant: et qui largitur, non alienis, sed suis elargiatur. Intellectualis namque largitio non more transmissionis cujusdam nuntiive peragitur: quandoquidem et corporibus ipsis inter se loco distantibus munus sæpe persimile aliis simul aliisque attribuitur, traditioque et effectio fertur in idem. Quin etiam universi corpus agit ac patitur in se ipso, neque quicquam ab externis accedit ad ipsum. Si igitur in corpus ipsum nihil extrinsecus incidit, quod tamen simplex natura quasi se ipsum fugit, in re certe ipsa nullam distantiam patiente, quonam modo externum aliquid habet locum? Quam ob rem exsistentes in eodem bonum ipsum et videmus et tangimus: exsistentes, inquam, simul, illudque nostris intelligibilibus attingentes. Et profecto mundus illic multo magis, quam hic, est unus; alioquin duo mundi sensibiles erunt, divisi similiter, ipsaque intelligibilis sphæra sensibilis erit, si modo non aliter, atque hæc nostra, sit unum. Quapropter admodum unitate præstabit, aut certe ridiculosior erit: siquidem necessitate quadam huic sphæræ moles consentanea sit, illa vero extensione non indigens sese protendat et a se ipsa discedat. Denique quidnam illic impedimenti est, quominus in unum cuncta conspirent? Non enim alterum, ibi quasi non concedens locum, repellit alterum: quemadmodum neque qui doctrinam contemplationemque universam conspiciunt et omnino scientias omnes in anima minime coarctatas. Si quis autem objiciat, unionem hanc non posse in essentiis fieri, respondebo equidem, tunc demum fieri minime posse, si modo essentiæ veræ moles exstiterint.

Mens divina, sicut per individuam æternitatem, quæ temporis causa est, totum tempus adæquat et superat, ita per indivisibilem essentiam virtutemque infinitam totum spatium obtinet et excedit, ipsa videlicet spatium, et quæ sunt in eo, ubique procreans et conservans.

Sicut enim se habet totum tempus ad individuum illius statum, sic tota dimensio ad excellentem substantiæ indivisibilis potestatem: est enim et ibi cum perseverantiæ tum virtutis immensitas, et hic imago quædam muneris utrinsque.

ΙΑ'. Ἀλλὰ πῶς τὸ ἀδιάστατον παρήκει παρὰ πᾶν σῶμα, μέγεθος τοσοῦτον ἔχον; καὶ πῶς οὐ διασπαται ἐν ὂν καὶ ταὐτόν; ὃ πολλάκις ἠπόρηται, παύειν τοῦ λόγου τὸ ἄπορον τῇ διανοίας περὶ τῇ προθυμίᾳ βουλομένου. Ἀποδέδεικται μὲν οὖν ἤδη πολλαχῇ, ὅτι οὕτως· δεῖ δέ τινων καὶ παραμυθιῶν, καίτοι οὐκ ἐλάχιστον, ἀλλὰ μέγιστον εἰς πειθὼ ἦν ἐκείνη ἡ φύσις, οἵα ἐστὶ, διδαχθεῖσα, ὅτι οὐκ ἔστιν οἷα λίθος, οἷον κύβος τις μέγας κείμενος, οὗ κεῖται, τοσοῦτον ἐπέχων, ὅσος ἐστὶν, ἐκβαίνειν οὐκ ἔχων τοὺς αὐτοῦ ὅρους, μετρηθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον καὶ τῷ ὄγκῳ καὶ τῇ συμπεριγραφείσῃ ἐν αὐτῷ τῇ τοῦ λίθου δυνάμει· ἀλλὰ οὖσα πρώτη φύσις, καὶ οὐ μετρηθεῖσα οὐδὲ ὁρισθεῖσα, ὁπόσον δεῖ εἶναι, ταύτῃ γὰρ ἑτέρᾳ μετρηθήσεται· πᾶσα δ' ἔστι δύναμις οὐδα-

XI. Ceterum quonam modo, quod nullam in se dimensionem habet, per universum corpus perfingit tanta magnitudine præditum? Curve non dispergitur propagatione ejusmodi, cum unum idemque per omnia porrigatur? Quod quidem sæpe in dubium jam adduximus, propensius affectantes dubitationi quandoque finem imponere. Demonstratum est igitur sæpe jam, sic se habere, sed operæ pretium est etiam persuasiones afferre, quanquam non minimum, imo vero plurimum ad persuasionem contulit illa ipsa natura, qualis videlicet sit, ostensa: similiterque conferre videtur, si cogitemus, eam non esse velut ingens saxum alicubi situm: atque ubi situm est, quantum est, tantumdem occupans, neque potens eosdem limites pertransire: quippe cum mensuram certam habeat quantitatis, mensuram etiam habeat potestatis in natura lapidea circumscriptæ. Imo vero cum illa sit prima natura, neque mensurata, neque determinata, quanta debeat esse hac enim natura potius altera mensuratur, nimirum universa potestas exsistit nullo modo tanta vel tanta. Quare

μοῦ τοσήδε. Διὸ οὐδ' ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ παντὸς χρόνου ἔξω τοῦ μὲν χρόνου σκιδναμένου ἀεὶ πρὸς διάστασιν, τοῦ δ' αἰῶνος ἐν τῷ αὐτῷ μένοντος καὶ κρατοῦντος, καὶ πλείονος ὄντος δυνάμει ἀιδίῳ, τοῦ ἐπὶ πολλὰ δοκοῦντος ἰέναι χρόνου, οἷον εἰ γραμμῆς εἰς ἄπειρον ἰέναι δοκούσης, εἰς σημεῖον ἐνηρτημένης, καὶ περὶ αὐτὸ θεούσης, πανταχῇ, οὗ ἂν δράμῃ, τοῦ σημείου αὐτῇ ἐμφανταζομένου, αὐτοῦ οὐ θέοντος, ἀλλὰ περὶ αὐτὸ ἐκείνης κυκλουμένης. Εἰ τοίνυν χρόνος πρὸς τὸ ἐν τῷ αὐτῷ μένον ἐν οὐσίᾳ ἔχει τὴν ἀναλογίαν, ἔστι δὲ ἐκείνη ἡ φύσις οὐ μόνον τῷ ἀεὶ ἄπειρος, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει, χρὴ καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἀπειρίαν τῆς δυνάμεως ἀντιπαρατείνουσαν ἀποδοῦναι φύσιν, ἀνταιωρουμένην καὶ ἐκπεπτημένην ἐκείνης, ταύτης τὰ ἴσα πως τῷ χρόνῳ θεούσης, πρὸς μένουσαν δύναμιν, πλείω οὖσαν τῷ ποιεῖν· ἐκείνη δ' ἐστὶν, ὅσον παρετάθη. Τίς οὖν αὕτη ἐστὶν ἡ μεταλαμβάνουσα ταύτης τῆς φύσεως, καθ' ὅσον οἷόν τε αὐτῇ μεταλαβεῖν; πάσης μὲν παρούσης, οὐ παντὶ δὲ πάσης ἐνορωμένης ἀδυναμίᾳ τοῦ ὑποκειμένου. Πάρεστι δὲ ταὐτὸν πάντῃ, οὐχ ὡς τὸ ἔνυλον τρίγωνον ἐν πολλοῖς πλείω ὂν ἀριθμῷ ταὐτὸν, ἀλλ' ὡς τὸ ἄυλον αὐτὸ, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ἐν ὕλῃ. Διὰ τί οὖν οὐ πανταχοῦ τρίγωνον ἔνυλον, εἴπερ πανταχοῦ τὸ ἄϋλον; ὅτι οὐ πᾶσα μετέσχεν ὕλη, ἀλλὰ ἄλλο τι ἔχει, καὶ οὐ πᾶσα πρὸς πᾶν, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ πρώτη πᾶσα πρὸς πᾶν, ἀλλὰ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν γενῶν, εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἄλλα· πῃῆν μέντοι παντί.

ob rem neque etiam est in tempore, sed extra omne tempus exsistit, dum videlicet tempus quidem per intervalla continue spargitur : æternitas autem in se ipsa eodem habitu permanet, continetque et superat, ampliorque exsistit tempore per potentiam sempiternam, quamvis hoc ipsum in plurima videatur excrescere. Veluti si linea quædam per immensum procedere videatur, verumtamen semper redigatur ad signum, circaque ipsum currat, et, quocumque currit, in ea signum conspiciatur : quod quidem minime currat, sed illa potius circa ipsum se undique volvat. Si ergo tempus ad illud, quod in eodem permanet, in essentia analogicam quandam proportionem habet, est autem illa natura non solum ob ipsam sempiternitatem, sed etiam propter excessum potentiæ infinitæ, oportet sane ad hanc quoque virtutis infinitatem consequenter reddere naturam quandam e contra et æque currentem : quæ quidem e contra pariter elevetur, pendeatque ex illa, dum vis altera secundum tempus æque percurrit una cum virtute manente. Et profecto virtus illa propterea est amplior, quoniam efficit, ut ad amplitudinem suam pro viribus universum amplificetur. Quænam igitur est hæc, quæ naturæ hujus est particeps, quoad particeps esse potest? Dum profecto natura hæc adest ubique tota, neque tamen in quolibet tota perspicitur infirmitate subjecti. Adest autem illud penitus universo, non quemadmodum materialis triangulus idem quodammodo in multis numero plura, sed quemadmodum immaterialis ipse triangulus, a quo, qui in materia sunt, pendent. Sed cur materialis triangulus non est ubique, siquidem immaterialis ubique viget? Quoniam videlicet non omnis materia particeps est effecta, sed et aliud quiddam habet : neque enim omnis accommodatur ad omne : quandoquidem neque omnis illa prima ad omne se statim adhibuit, sed in primis ad genera prima, deinde per hæc ad reliqua : verumtamen natura superior æque aderat universo.

Vita in mundo duplex, scilicet intellectualis et animalis, est et ab omni mole penitus expedita, et vigore vitali efficaciaque infinita; ideo cunctas machinæ mundanæ partes ipsa tota immartibilis pariter obtinet atque vegetat.

Anima quoque tua, quamvis per vires inferiores tuo corpori sit addicta, tamen per intellectum est universum, per rationem vero media. Quando igitur ratio et se et vires inferiores convertit ad intellectum, totus animus tuus fit universum. Tunc de vita illa universi ubique regnante non diffidis, quoniam et ipse ferme similiter es ubique. Ubique sunt et dii omnes, animarum civitatumque rectores, ad primum omnia dirigentes.

ΙΒ'. Πάρεστιν οὖν πῶς; ὡς ζωὴ μία· οὐ γὰρ μέχρι τινὸς ἐν ζώῳ ἡ ζωὴ, εἶτ' οὐ δύναται εἰς ἅπαν φθάσαι, ἀλλὰ πανταχοῦ. Εἰ δέ τις ζητεῖ πάλιν, πῶς, ἀναμνησθήτω τῆς δυνάμεως ὅτι μὴ ποσὴ, ἀλλ' εἰς ἄπειρον διαιρῶν τῇ διανοίᾳ, ἀεὶ ἔχει δύναμιν τὴν αὐτὴν βυσσόθεν ἄπειρον· οὐ γὰρ ἐν ζωῇ τὴν ὕλην, ἵνα τῷ μεγέθει τοῦ ὄγκου συνεπιλείπῃ εἰς μικρὸν ἐλθοῦσα. Ἐὰν οὖν λάβῃς ἀένναον ἐν αὐτῇ ἀπειρίαν, φύσιν ἀκάματον καὶ ἄτρυτον καὶ οὐδαμῇ ἐλλείπουσαν ἐν αὐτῇ, οἷον ὑπερζέουσαν ζωῇ, ἦ που ἐπιβαλὼν, ἢ πρός τι ἀτενίσας, οὐχ εὑρήσεις ἐκεῖ; Τοὐναντίον δ' ἄν σοι γένοιτο· οὐ γὰρ σύ γε ὑπερδήσῃ παρελθὼν, οὐδὲ αὖ στήσῃ εἰς μικρὸν, ὡς οὐκέτι ἐχούσης διδόναι ἐν τῷ κατὰ μικρὸν ἐπιλιπεῖν. Ἀλλ' ἢ συνθεῖν δυνηθείς, μᾶλλον δὲ ἐν τῷ παντὶ γενόμενος, οὐδὲν ἔτι ζητήσεις, ἢ ἀπειπὼν παρεχδήσῃ εἰς ἄλλο, καὶ πεσῇ παρὼν, οὐκ ἰδὼν τῷ εἰς ἄλλον βλέπειν. Ἀλλ' εἰ οὐδὲν ἔτι ζητήσεις, πῶς ποτε τοῦτο πείσῃ; ἢ ὅτι παντὶ προσῆλθες, καὶ οὐκ ἔμεινας ἐν μέρει αὐτοῦ, οὐδ' εἶπας οὐδὲ σὺ, τοσοῦτος εἰμί, ἀφεὶς δὲ τοσοῦτον, γέγονας πᾶς, καίτοι καὶ πρότερον ἦσθα πᾶς. Ἀλλ' ὅτι καὶ ἄλλο τι προσῆν σοι μετὰ τὸ πᾶν, ἐλάττων ἐγίγνου τῇ προσθήκῃ· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ παντὸς ἦν ἡ

XII. Sed quomodo adest? profecto tanquam vita una. Vita enim in animali non usque ad certum quiddam duntaxat extenditur, ultra quod per totum progredi nequeat, imo se fundit per universum. Si quis autem quærat iterum, quonam modo, meminisse debet, vim ipsam vitæ non esse proprie tantam, imo, si cogitatione partiatur in infinitum, semper occurrit vis eadem funditus infinita. Non enim ipsa vita in se materiam habet, cujus causa una cum magnitudine molis in parvum rursusque parvum lapsa deficiat. Si igitur infinitatem in ea perpetuo vigentem accipias, naturam indefessam prorsusque invictam, nec ullo modo, nec usquam in se ipsa deficientem, tanquam vita prorsus exuberantem, putasne, quoquam intueri te posse, vel ad aliquid mentem affigere, ubi non reperias eam? Contra vero tibi continget : non enim tu procedens transgredieris, neque rursus in parvo quodam sistes gradu, quasi non habeat illa, quod tribuat ultra, propterea quod gradatim per parva deficiat. At si concurrere valeas, imo vero si in universo consistens nihil ultra requiras, ita demum illius ubique præsentiam consequeris : alioquin, si id nequeas, aut renuas, in aliud quiddam protinus excides, ac præsens decides, et id quidem nequaquam adverteus, propterea quod alio prospicias. Verum si nihil ultra quæsiveris, quonam pacto sic affectus evades? Profecto ex eo, quod accesseris universo, neque in ejus parte restiteris, adeo ut neque tu quidem dicas, Equidem tantus sum duntaxat : nempe ubi hoc ipsum, quod tantum proprie dicitur, prorsus omiseris, factus es universus, tametsi prius quoque universus eras. Sed quoniam aliud insuper aliquid tibi præter et post universum aderat, minor adjunctione ejusmodi evasisti. Non enim ex universo tibi erat adjun-

προσθήκη· οὐδὲν γὰρ ἐκείνῳ προσθήσεις, ἀλλὰ τοῦ μὴ παντός. Γενόμενος δέ τις καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἔστιν οὐ πᾶς· ἀλλ' ὅταν τὸ μὴ ὂν ἀφῇς, αὔξεις τοίνυν σεαυτὸν ἀφεὶς τὰ ἄλλα, καὶ πάρεστί σοι τὸ πᾶν ἀφέντι· μετὰ δὲ ἄλλων ὄντι οὐ φαίνεται, οὐκ ἦλθεν, ἵνα παρῇ, ἀλλὰ σὺ ἀπῆλθες, ὅτε οὐ πάρεστιν· εἰ δ' ἀπῆλθες, οὐκ ἀπ' αὐτοῦ (αὐτὸ γὰρ πάρεστιν) οὐδὲ τότε ἀπῆλθες, ἀλλὰ παρὼν, ἐπὶ τὰ ἐναντία ἐστράφης· οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ, πολλῶν παρόντων, ἑνὶ φαίνονται πολλάκις, ὅτι ὁ εἷς ἐκεῖνος μόνος δύναται βλέπειν· ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ θεοὶ, ὅτι παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι τὰς πόλεις· εἰς ἐκεῖνον δὲ αἱ πόλεις ἐπιστρέφονται, καὶ πᾶσα γῆ, καὶ πᾶς οὐρανὸς, πανταχοῦ ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ μένοντα, καὶ ἔχοντα ἐξ αὐτοῦ τὸ ὂν καὶ τὰ ἀληθῶς ὄντα, μέχρι ψυχῆς καὶ ζωῆς ἀνηρτημένα, καὶ εἰς ἓν ἄπειρον ἰόντα ἀμεγέθει τῷ ἀπείρῳ.

ctio: nam nihil illi unquam adjunxeris, sed ex non universo potius erat. Jam vero, quicunque fit aliquis, usque fit ex non ente, jam est minime universus. Sed tunc re vera universus exsistit, quando non ens omnino dimiserit: tunc itaque te ipsum auges, quando dimittis alia, tunc et universum tibi adest cetera dimittenti. Dum vero es una cum ceteris, illud tibi minime fulget: sed enim, quando fulget, non accedit, ut adsit: imo vero tu inde discesseras, quando non aderat. Quodsi discesseras, non ab illo quidem, illud namque passim adest, sed neque etiam alio quoquam abiisti, sed dum etiam esses præsens, ad contraria devertisti. Eadem ratione ceteri quoque dii sæpe, cum multi sint æque præsentes, uni tamen apparent: quoniam ille solus omnium suspicere potest. Sed hi quidem dii, prorsus omnigeni, præsentes ubique civitates ad meliora convertunt: civitates autem in supernum illum denique convertuntur, in illum tota tellus, in illum denique cælum, ubique penes ipsum et in ipso perseverantia. Ex illo quinetiam, quæ vere sunt entia, ens ipsum habent, usque ad animam atque vitam illi prorsus annexa, et euntia in unum infinitum infinito sine magnitudine [*i. e.* unum infinitum, quod sine magnitudine infinitum est].

ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ

ΛΟΓΟΣ ϛ.

ΠΕΡΙ ΑΡΙΘΜΩΝ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER VI.

DE NUMERIS.

Si unum ipsum bonumque idem est, merito multitudo, quo longius discedit ab uno atque unione, eo tit deterior. Igitur si fingatur multitudo vel infinita, vel quomodolibet unitatis expers, erit ipsum malum.

Maxime unita secum ipsa est species quælibet separata et idea cujusque, quoniam essentia simplex et individua est. Minus unita secum ipsa est species naturalis per corporis partes extensa, etiam quamdiu continuitatem suam servat : ergo minus bonum. Minimum unitatis habet multitudo discreta contingens dissolutione continui : ergo malum. Quod vero nullam unionem servare fingitur, appellatur maxime malum.

Α'. Ἆρ' ἔστι τὸ πλῆθος ἀπόστασις τοῦ ἑνός, καὶ ἡ ἀπειρία ἀπόστασις παντελὴς τῷ πλήθος ἀνάριθμον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο κακὸν εἶναι ἡ ἀπειρία, καὶ ἡμεῖς κακοί, ὅταν πλῆθος; Καὶ γὰρ πολὺ ἕκαστον, ὅταν, ἀδυνατοῦν εἰς αὐτὸ μένειν, χέηται καὶ ἐκτείνηται σκιδνάμενον, καὶ πάντῃ μὲν στερισκόμενον ἐν τῇ χύσει τοῦ ἑνός, πλῆθος γίγνεσθαι [l. γίγνηται], οὐκ ὄντος τοῦ ἄλλο πρὸς ἄλλο μέρος αὐτοῦ ἑνοῦντος. Εἰ δ' ἔτι γένοιτο, ἀεὶ χεόμενον μένον μέγεθος γίνεται. Ἀλλὰ τί δεινὸν τῷ μεγέθει; ἢ εἰ ᾐσθάνετο, ἦν ἂν ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ γενόμενον, καὶ ἀφιστάμενον εἰς τὸ πόρρω, ᾐσθάνετο. Ἕκαστον γὰρ οὐχ ἄλλο, ἀλλ' αὐτὸ ζητεῖ. Ἡ δ' ἔξω πορεία μάταιος ἡ ἀναγκαία. Μᾶλλον δέ ἐστιν ἕκαστον, οὐχ ὅταν γένηται πολὺ ἢ μέγα, ἀλλ' ὅταν ἑαυτοῦ ᾖ· ἑαυτοῦ δὲ ἔστι πρὸς αὐτὸ νενευκός. Ἡ δὲ ἔχεσις ἡ πρὸς τὸ οὕτω μέγα, ἀγνοοῦντός ἐστι τὸ ὄντως μέγα, καὶ σπεύδοντος οὐχ οὗ δεῖ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔξω. Τὸ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ ἔνδον ἦν· μαρτύριον δὲ τὸ γενόμενον μεγέθει· εἰ μὲν ἀπηρτημένον, ὡς ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτοῦ εἶναι, ἐκεῖνα εἶναι ἕκαστα, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ τὸ ἐξ ἀρχῆς. Εἰ δ' ἔσται αὐτό, δεῖ τὰ πάντα μέρη πρὸς ἕν, ὥστε εἶναι αὐτό, ὅταν ἀμηγέπῃ ἓν, μὴ μέγα, ᾖ· γίνεται τοίνυν διὰ μὲν τὸ μέγεθος καὶ ὅσον ἐπὶ τῷ μεγέθει ἀπολλύμενον αὐτοῦ· ὅτι δὲ ἔχει ἕν, ἔχει ἑαυτὸ, καὶ μὴν τὸ πᾶν μέγα καὶ καλὸν, ἢ ὅτι οὐκ ἀφείθη φυγεῖν εἰς τὴν ἀπειρίαν, ἀλλὰ περιελήφθη ἑνί· καὶ καλὸν οὐ τῷ μέγα, ἀλλὰ τῷ καλῷ· καὶ ἐδιήθη τοῦ καλοῦ, ὅτι ἐγένετο μέγα. Ἐπεὶ ἔρημον ὂν τούτου, ὅσῳ μέγα, τόσῳ ἂν κατεφάνη αἰσχρόν· καὶ οὕτω τὸ μέγα ὕλη τοῦ καλοῦ, ὅτι πολὺ τὸ δεόμενον κόσμου· μᾶλλον οὖν ἄκοσμον τὸ μέγα καὶ μᾶλλον αἰσχρόν.

I. Quærendum videtur in primis, numquid multitudo sit discessus distantiaque ab uno, ideoque infinitas ipsa extremus sit ab unitate discessus, propterea quod hæc sit innumerabilis multitudo, atque ob hoc ipsum infinitas malum sit, nosque mali simus, quando multitudo sumus. Tunc enim quodlibet multum fit, quando, non potens penes idem in se ipso manere, diffunditur, et extenditur jam dispersum : et quando in ipsa diffusione prorsus uno privatur, fit multitudo, ubi deest, quod partem aliam cum alia uniat. Sin autem adsit (quidam conciliator), tunc, quod fusum est, permanendo fit magnitudo. Sed quidnam est in magnitudine mali? Profecto, si persentiret, pateret in ea malum. Sentiret enim res illa, se a se ipsa jam procul abiisse. Unumquodque sane non aliud expetit, sed se ipsum. Progressus autem ad externa factus vel vanus est, vel certe coactus. Præcipue vero est unumquodque, non quando fit multum, aut magnum, sed quando sui ipsius exsistit : sui vero ipsius est, quando solum sibimet annuit [*s.* ad se vergit]. Quod autem appetit sic fieri magnum, ignorat, quid re vera sit magnum, festinatque, quo non expedit, sed extra prorumpit. Ad se autem vergere, est intus assidue permanere : testatur id præcipue, quod efficitur magnitudine. Si enim extra protrahitur, adeo ut unaquæque partium ipsius exsistat, singulæ quidem partes erunt, sed non ipsum proprie, quod ab initio. Sin vero ipsum, oportet partes omnes ad unum verti, adeo ut illud exsistat, quando quoquo modo unum est, non quando magnum : quam ob rem propter ipsam magnitudinem, et quantum est in ea, a se ipso disperditur. Quatenus autem habet unum, habet quoque se ipsum : verumtamen universum magnum est et pulchrum : sed idcirco pulchrum est, quoniam non est permissum ad infinitatem prorsus effugere, sed est unitate comprehensum. Jam vero pulchrum est non magnitudine quidem ipsa, sed potius pulchritudine : atqui idcirco indiguit pulchritudine, quia factum est magnum. Quandoquidem, si hoc foret ab ipsa pulchritudine destitutum, quatenus magnum est, eatenus apparuisset et turpe, atque ita hoc ipsum magnum pulchritudinis materia est, quoniam multum est, quod indiget ornamento. Itaque quod magnum est, si a pulchritudine secernatur, magis est inornatum magisque turpe.

Si fingatur multitudo infinita, non erit proprie numerus. Numerus enim entium in mundo incorporeo definitus est, atque inde in mundo corporeo terminatus : neque animus numerans facit, augetve numeros re vera, quamvis fingat, sed in eo sunt utrimque naturaliter terminati.

Β'. Τί οὖν ἐπὶ τοῦ λεγομένου ἀριθμοῦ τῆς ἀπειρίας; ἀλλὰ πρῶτον, πῶς ἀριθμὸς, εἰ ἄπειρος· οὔτε γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἄπειρα, ὥστε οὐδὲ ὁ ἐπ' αὐτοῖς ἀριθμὸς, οὔτε ὁ ἀριθμῶν τὴν ἀπειρίαν ἀριθμεῖ· ἀλλὰ κἂν διπλάσια ἢ πολλαπλάσια ποιῇ, ὁρίζει ταῦτα, κἂν πρὸς τὸ

II. Quidnam igitur dicendum est de illo, qui infinitatis dicitur numerus? Sed prius quærendum est, quomodo sit numerus, si infinitus exstiterit. Neque enim, quæ subjecta sunt sensibus, sunt infinita. Quapropter neque, qui in eis est numerus, est infinitus : atqui neque, qui numerat, infinitatem ipsam enumerat : sed, quamvis dupla et tri

μέλλον ἢ τὸ παρεληλυθὸς λαμβάνῃ, ἢ καὶ ὁμοῦ, ὁρίζει ταῦτα. Ἆρ' οὖν οὐχ ἁπλῶς ἄπειρος, οὕτω δὲ, ὥστε ἀεὶ ἐξεῖναι λαμβάνειν; ἢ οὐκ ἐπὶ τῷ ἀριθμοῦντι τὸ γεννᾷν, ἀλλ' ἤδη ὥρισται καὶ ἔστηκεν· ἢ ἐν μὲν τῷ νοητῷ, ὥσπερ τὰ ὄντα, οὕτω καὶ ὁ ἀριθμὸς ὡρισμένος, ὅσος τὰ ὄντα. Ἡμεῖς δὲ ὡς τὸν ἄνθρωπον πολλὰ ποιοῦμεν, ἐφαρμόζοντες πολλάκις καὶ τὸ καλὸν καὶ τὰ ἄλλα, οὕτω μετὰ τοῦ εἰδώλου ἑκάστου καὶ εἴδωλον ἀριθμοῦ συναπογεννῶμεν, καὶ ὡς τὸ ἄστυ πολλαπλασιοῦμεν οὐχ ὑφεστὼς, οὕτω τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀριθμοὺς πολλαπλασίους ποιοῦμεν, καὶ εἰ τοὺς χρόνους δὲ ἀριθμοῖμεν· ἀφ' ὧν [δ'] ἔχομεν ἀριθμῶν ἐπάγομεν ἐπὶ τοὺς χρόνους, μενόντων ἐν ἡμῖν ἐκείνων.

pia, et deinceps similiter multiplicia computet, hæc certe definit, ac si ad futurum aut præteritum multiplicationem sumat, aut etiam simul, hæc quoque interea definire videtur. Numquid ergo dicendum est, numerum quidem non esse quidem simpliciter infinitum, sed ita duntaxat, ut subinde semper liceat adhibere? sed profecto non est in numerante generandorum auctoritas numerorum: sed jam determinati erant numeri, ac prorsus exstabant. Jam vero in mundo intelligibili sicut entia determinata sunt, sic et definitus est numerus numero entium designatus. Nos autem sicut hominem multa quædam facimus, adhibentes ei sæpe et pulchrum et cetera generis ejusdem: ita simul cum quolibet simulacro numeri quoque concipimus simulacrum: et quemadmodum urbem quandam multiplicamus non exsistentem, sic ferme numeros deinceps multiplicare solemus, ac si tempora numeremus, his videlicet numeris, quos habemus, eos ipsos ad tempora jam traducimus, dum tamen in nobis numeri permanent.

Mundus intelligibilis quoniam ab ipsa unitate processit in multitudinem idearum, non est ipsum bonum, neque tamen est ibi multitudo malum, quoniam superatur ab uno. Est enim idearum omnium communis una individuaque natura, atque idea quælibet est unita cunctis.

Infinitas ipsa nullum actu proprium habet esse; alioquin computata esset in genere entium ibique designata, igitur definita: quare nec actu jam esset infinitas; verumtamen latet infinitudo sub termino semper aliquid terminante. Igitur, si quando formas omnes quasi terminos atque fines e medio tollas, quod reliquum fingitur, infinitudo vocatur. Si hanc apprehendis, jam terminas: sin terminas, non apprehendis infinitatem. Denique, si per omnia oppositorum genera pro arbitrio curras, neutrum oppositorum scorsum dedicabis infinitati, alioquin mox eam tibi finieris: rursumque alterutrum oppositorum in eo poteris per negationem alterius appellare.

Γ'. Ἀλλὰ τὸ ἄπειρον δὴ τοῦτο πῶς ὑφέστηκεν ὂν ἄπειρον; ὃ γὰρ ὑφέστηκε καὶ ἔστιν, ἀριθμῷ κατείληπται ἤδη· ἀλλὰ πρότερον, εἰ ἐν τοῖς οὖσιν ὄντως πλῆθος, πῶς κακὸν τὸ πλῆθος; ἢ ὅτι ἥνωται τὸ πλῆθος καὶ κεκώλυται πάντῃ πλῆθος εἶναι, ἓν ὂν πλῆθος· καὶ διὰ τοῦτο δὲ ἐλαττοῦται τοῦ ἑνὸς, ὅτι πλῆθος ἔχει, καὶ ὅσον πρὸς τὸ ἕν, χεῖρον. Καὶ οὐκ ἔχον δὲ τὴν φύσιν ἐκείνου, ἀλλὰ ἐκβεβηκὸς, ἠλάττωται, τῷ δ' ἑνὶ παρ' ἐκείνῳ τὸ σεμνὸν ἔχει, καὶ ἀνέστρεψε δὲ τὸ πλῆθος εἰς ἕν, καὶ ἔμεινεν. Ἀλλ' ἡ ἀπειρία πῶς; ἡ γὰρ οὖσα ἐν τοῖς οὖσιν ἤδη ὥρισται, ἢ εἰ μὴ ὥρισται, οὐκ ἐν τοῖς οὖσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς γινομένοις ἴσως, ὡς καὶ τῷ χρόνῳ, ἢ κἂν ὁρισθῇ, τούτῳ γε ἄπειρος· οὐ γὰρ τὸ πέρας, ἀλλὰ τὸ ἄπειρον ὁρίζεται· οὐ γὰρ δὴ ἄλλο τι μεταξὺ πέρατος καὶ ἀπείρου, ὃ τὴν τοῦ ὅρου δέχεται φύσιν. Τοῦτο δὴ τὸ ἄπειρον φεύγει μὲν αὐτὸ τὴν τοῦ πέρατος ἰδέαν, ἁλίσκεται δὲ περιληφθὲν ἔξωθεν· φεύγει δὲ οὐκ εἰς τόπον ἄλλον ἐξ ἑτέρου, (οὐ γὰρ οὐδ' ἔχει τόπον,) ἀλλ' ὅταν ἁλῷ, ὑπέστη τόπος. Διὸ οὐδὲ τὴν λεγομένην κίνησιν αὐτῆς τοπικὴν θετέον, οὐδέ τινα ἄλλην τῶν λεγομένων αὐτῇ παρ' αὐτῆς ὑπάρχειν· ὥστε οὐδ' ἂν κινοῖτο, ἀλλ' οὐδ' ἕστηκεν αὖ. Ποῦ γάρ, τοῦ ποῦ ὕστερον γιγνομένου; ἀλλ' ἔοικεν ἡ κίνησις αὐτῆς τῆς ἀπειρίας οὕτω λέγεσθαι, ὅτι μὴ μένει. Ἆρ' οὖν οὕτως ἔχει, ὡς μετέωρος εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ, ἢ αἰωρεῖσθαι ἐκεῖσε καὶ δεῦρο; οὐδαμῶς. Ἄμφω γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον κρίνεται, τό τε μετέωρον, οὐ παρεγκλῖνον πρὸς τὸν αὐτὸν τόπον, καὶ τὸ παρεγκλῖνον. Τί ἂν οὖν τις ἐπινοήσειεν αὐτήν; ἢ χωρίσας τὸ εἶδος τῇ διανοίᾳ. Τί οὖν νοήσει; ἢ τὰ ἐναντία ἅμα, καὶ οὐ τὰ ἐναντία· καὶ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν νοήσει, γίγνεται γὰρ ἄμφω, καὶ ἑστὼς καὶ κινούμενον, καὶ

III. Sed infinitum hoc quomodo exstitit, cum sit infinitum? Quod enim exstitit atque est, numero jam est comprehensum: verum prius est indagandum, si multitudo re vera in verorum entium ordine collocatur, quomodo multitudo sit malum. At vero multitudo illic est unita, neque permittitur in multitudinem prorsus evadere, quippe cum ibi multitudo sit ens unum: atqui ob hoc ipsum id ab uno degenerat, eique succumbit, quoniam multitudinem habet, et, quantum ad unum spectat, labitur in deterius. Cumque naturam illius non habeat, sed exciderit inde, merito subit defectum: sed unius ipsius virtute penes ipsum habet aliquid honorandum, nempe multitudo conversa est ad unum atque constitit. Ipsa vero infinitas quonam modo illic esse potest? Si enim habet esse, jam est in ordine entium definita: aut certe, nisi fuerit definita, non est in genere entium collocanda, sed forsan in eorum ordine, quæ fiunt, computanda videbitur, sicut accidit et in tempore. Fortasse, etiamsi definitur, ob hoc ipsum est etiam infinita: non enim terminus, sed infinitum determinatur: neque aliud quiequam medium inter infinitum terminumque locatur, quod naturam termini sabeat. Hoc utique infinitum fugit quidem ipsum ideam termini, sed comprehenditur extrinsecus circumventum: fugit autem non in alium ex alio locum, neque enim locum habet ullum: sed quando comprehensum est, tunc primum jam locus exstitit. Quam ob rem non est putandum, motionem, quæ infinitati inter loquendum tribuitur, esse localem, neque aliam quandam earum, quæ nominari solent, ex ipsa illi contingere. Itaque movetur nunquam, sed neque rursum permanet. Ubi enim maneat, quum hoc ipsum, quod dicitur ubi, posterius oriatur? Videtur autem idcirco infinitati motus attribui, quoniam non consistit. Num igitur ita se habet, ut in eodem sit alte suspensa neque volutans? An potius et attollatur illuc, et huc neque se jactet? Nullo modo. Hæc enim ambo ad eundem judicantur locum, cum, quod attollitur non declinans, quo ad eundem locum pertinet, tum etiam, quod declinat. Quidnam igitur esse infinitatem aliquis cogitabit? Tunc profecto cogitabit eam, quando speciem intelligentia separaverit. Quid ergo tunc intelliget? Fortasse contraria simul, et non contraria: etenim magnum illic intelliget atque parvum: fit enim ambo, permanens scilicet atque motum, nam hæc ibi fiunt: sed, antequam fiant, consi-

γὰρ ταῦτα γίγνεται, ἀλλὰ πρὸ τοῦ γίγνεσθαι, δῆλον ὅτι οὐδέτερον ὡρισμένως, εἰ δὲ μή, ὥρισας. Εἰ οὖν ἄπειρος, καὶ ταῦτα ἀπείρως καὶ ἀορίστως, φαντασθείη γ' ἂν ἑκάτερα. Καὶ προσελθὼν ἐγγὺς, μὴ ἐπιβάλλων τι πέρας, ὥσπερ δίκτυον ὑπεκφεύγουσαν ἕξεις, καὶ οὐδὲν ἐν εὑρήσεις, ἤδη γὰρ ὥρισας. Ἀλλ' εἰ τῳ προσέλθοις ὡς ἑνὶ, πολλὰ φανεῖται. Κἂν πολλὰ εἴπῃς, πάλιν αὖ ψεύσῃ· οὐκ ὄντος γὰρ ἑκάστου ἑνὸς, οὐδὲ πολλὰ τὰ πάντα, καὶ αὕτη ἡ φύσις αὐτῆς καθ' ἕτερον τῶν φαντασμάτων κίνησις, καὶ, καθ' ὃ προσῆλθεν ἡ φαντασία, στάσις. Καὶ τὸ μὴ δύνασθαι δι' αὐτῆς αὐτὴν ἰδεῖν, κίνησις ἀπὸ νοῦ καὶ ἀπολίσθησις. Τὸ δὲ μὴ ἀποδράναι ἔχειν, εἱργεσθαι δὲ ἔξωθεν καὶ κύκλῳ καὶ μὴ ἐξεῖναι προχωρεῖν, στάσις ἂν εἴη· ὥστε μὴ μόνον ἐξεῖναι κινεῖσθαι λέγειν.

illam neutrum illorum esse determinate; alioquin jam illam determinaveris. Si ergo natura illa est infinita, atque hæc, quæ modo dicebam, infinite et indeterminate sunt ibi, sic ibi nimirum utraque apparebunt. Quodsi prope illuc accesseris, neque terminum aliquem adhibueris, quo eam valeas irretire, tibi protinus subterfugiet, neque quicquam unum illic invenies; alioquin jam definisses. Imo vero, si cui occurreris velut uni, subito occurret ut multa. Tum vero, si multa dixeris, iterum mentieris: nempe ubi quodlibet non est unum, neque etiam multa sunt omnia, atque hæc ipsa infinitatis est natura, ut secundum alteram quidem imaginationem motus sit; quatenus autem accessit imaginatio, status. Jam vero hoc ipsum, quod ipsam per se ipsam inspicere nequeas, motus quidam est casusque a mente. Quod autem aufugere nequeat, sed circum coerceatur extrinsecus, usque adeo ut limites non liceat transgredi, status quidam est judicandus: ex quo apparet, non solum licere motum illic affirmare, sed statum.

Quæritur, utrum unitas atque numeri in mundo intelligibili rationem propriam habeant a ceteris ideis distinctam, necne? Ac si habent, utrum præcedant ideas, et quasi sui juris exsistant, an velut pedissequi consequantur: ab animo quidem numerante creari non est probabile.

Δ'. Περὶ δὲ τῶν ἀριθμῶν, ὅπως ἔχουσιν ἐν τῷ νοητῷ, σκεπτέον· πότερα ὡς ἐπιγιγνομένων τοῖς ἄλλοις εἰδεσιν, ἢ καὶ παρακολουθούντων ἀεὶ, οἷον ἐπειδὴ τὸ ὂν τοιοῦτον, οἷον πρῶτον αὐτὸ εἶναι, ἐνοήσαμεν μονάδα· εἶτ' ἐπεὶ κίνησις ἐξ αὐτοῦ καὶ στάσις, τρία ἤδη, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων ἕκαστον· ἢ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ συνεγεννήθη ἑκάστῳ μονὰς μία, ἢ ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου ὄντος, μονάς· ἐπὶ δὲ τοῦ μετ' ἐκεῖνο, εἰ τάξις ἐστὶ, δυὰς, ἢ καὶ ὅσον τὸ πλῆθος ἑκάστου, οἷον εἰ δέκα, δεκάς· ἢ οὐχ οὕτως, ἀλλ' αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ὁ ἀριθμὸς ἐνοήθη· καὶ εἰ οὕτω, πότερα πρότερος τῶν ἄλλων, ἢ ὕστερος. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων εἰς ἔννοιαν ἀριθμοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἐληλυθέναι εἰπὼν ἡμερῶν πρὸς νύκτας τῇ παραλλαγῇ, τῇ τῶν πραγμάτων ἑτερότητι διδοὺς τὴν νόησιν, τάχ' ἂν τὰ ἀριθμητὰ πρότερον δι' ἑτερότητος ποιεῖν ἀριθμὸν λέγοι, καὶ εἶναι αὐτὸν συνιστάμενον ἐν μεταβάσει ψυχῆς ἐπεξιούσης ἄλλο μετ' ἄλλο πρᾶγμα, καὶ τότε γίγνεσθαι, ὅταν ἀριθμῇ ψυχή· τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅταν αὐτὰ διεξίῃ καὶ λέγῃ παρ' αὐτῇ ἄλλο, τὸ δ' ἄλλο, ὡς, ἕως τε ταὐτόν τι καὶ μὴ ἕτερον μετ' αὐτὸ νοεῖ, ἓν λεγούσης. Ἀλλὰ μὴν, ὅταν λέγῃ ἐν τῷ ἀληθινῷ ἀριθμῷ, καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐν οὐσίᾳ, πάλιν αὖ ὑπόστασίν τινα ἂν ἐφ' ἑαυτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ λεγοι, καὶ οὐκ ἐν τῇ ἀριθμούσῃ ὑφίστασθαι ψυχῇ, ἀλλὰ ἀναχινεῖσθαι ἐν ἑαυτῇ ἐκ τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ παραλλαγῆς τὴν ἔννοιαν τοῦ ἀριθμοῦ.

IV. Qua vero conditione numeri in mundo intelligibili sint, deinceps videtur considerandum. Numquid tanquam insiti ceteris speciebus, an potius semper velut consequentes: ceu postquam ipsum ens tale est, ut primum ibi sit, unitatem cogitaverimus: deinde, quoniam motus ex ipso statusque sequitur, tria jam noverimus, atque per singula reliquorum quemlibet numerum: an forte non ita se res habet, sed cum quolibet unitas quædam congenita est, aut in primo quidem ente unitas: in eo autem, quod est post ipsum, si quidem illic ordo sit, duitas: vel et quanta est cujuslibet multitudo, velut si decem, decas, id est, ipse denarius: aut fortasse non ita, sed ipse in se ipso excogitatus est numerus: atque si ita, perscrutandum est, utrum primus sit aliorum an postremus. Plato igitur, cum homines dixerit ex ipsa dierum ad noctes varietate numerum cognovisse, ideoque ipsi rerum varietati numeri notitiam attribuerit, fortasse res numerandas primum propter diversitatem facere numerum confitebitur: ipsumque numerum in quodam animæ discursu consistere, quando ab alio percurrit in aliud, tuncque fieri numerum cum anima numerat: id autem est, quando per res ipsas discurrens penes se ipsam hoc quidem aliud esse, illud vero aliud asserit, utpote quæ, quamdiu idem aliquid cogitat, neque quicquam aliud præter illud proprie unum asserat. Verumtamen, quando Plato et in vero numero dicit essentiam, et in essentia numerum, rursus subsistentiam quandam numeri in se ipso recipiet: neque in animo numerante duntaxat nasci numerum affirmabit, imo verò ex ipsa circa sensibilia varietate atque distractione notionem numeri in animo revocari.

Confutat dicentes unitatem et numerum non esse rem aliquam, sed posita re qualibet singulatim dici unum: iterumque unum, atque hoc iterato dici numerum.

Ex hac opinione non habemus rationem ad species numeri discernendas, neque ad numerum quemlibet redigendum in unum principiam numerorum, atque ipse numerus minus etiam, quam accidens, esse putabitur. Quando de homine prædicamus unum, aliud quidem est unum ibi, quam homo: nam unum ipsum, non homo, multitudinem habet oppositam, atque de rebus omnibus ultra hominem communiter prædicatur. Est ergo rebus omnibus communius et simplicius atque prius: prius etiam ipso ente ratione simili: præsertim quia unum ipsum prædicabile est, non de ente solum, sed de quolibet pariter, quodcumque superius vel inferius ente, vel enti oppositum cogitaveris. Cum igitur entia quidem ad ipsum ens, numeri vero referantur ad unum ente superius, merito numeri entibus priores esse videntur. Igitur cum dicimus decem homines, ipsa decas nec homines ipsi est, nec ex eis velut accidens; alioquin non posset res alias æque metiri: sed prius in se ipsa est, quam in rebus, quæ numerantur, ut decem. Denique, si qui dicant, unum ipsum esse cum entibus conjugatum, sive tanquam acci-

dens, sive tanquam elementum eis conjugatum fuerit : adhuc sequitur, ut prius exsistat in se, quam vel cunctis communiter accidat, vel accedat ut elementum.

Ε'. Τίς οὖν ἡ φύσις αὐτοῦ; ἆρα παρακολούθημα καὶ οἷον ἐπιθεωρούμενον ἑκάστῃ οὐσίᾳ; οἷον ἄνθρωπος καὶ εἷς ἄνθρωπος, καὶ ὂν καὶ ἓν ὄν, καὶ τὰ πάντα ἕκαστα τὰ νοητά, καὶ πᾶς ὁ ἀριθμός; ἀλλὰ πῶς δυὰς καὶ τριάς, καὶ πῶς τὰ πάντα καθ' ἕν, καὶ ὁ τοιοῦτος ἀριθμὸς εἰς ἓν ἂν συνάγοιτο; οὕτω γὰρ ἔσται πλῆθος μὲν ἑνάδων, εἰς ἓν δὲ οὐδεὶς παρὰ τὸ ἁπλοῦν ἕν· εἰ μή τις λέγοι, ὡς δυὰς μέν ἐστιν ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα, μᾶλλον δὲ τὸ ἐπὶ τῷ πράγματι θεωρούμενον, ὃ δύο ἔχει δυνάμεις συνειλημμένας, οἷον σύνθετον εἰς ἕν, ἢ οἵους ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι, οἳ ἐδόκουν λέγειν ἀριθμοὺς ἐκ τοῦ ἀνὰ λόγον [l. ἀναλόγου], οἷον δικαιοσύνην τετράδα, καὶ ἄλλον ἄλλως· ἐκείνως δὲ μᾶλλον τῷ πλήθει τοῦ πράγματος ἑνὸς ὄντος ὅμως καὶ τὸν ἀριθμὸν συζυγῇ, τοσοῦτον ἓν, οἷον δεκάδα, καίτοι ἡμεῖς οὐχ οὕτω τὰ δέκα, ἀλλὰ συνάγοντες, καὶ τὰ διεστῶτα δέκα λέγομεν. Ἢ οὕτω μὲν δέκα λέγομεν, ὅταν δὲ ἐκ πολλῶν γίγνηται ἓν, δεκάδα, ὡς κἀκεῖ οὕτως. Ἀλλ' εἰ οὕτως, ἆρ' ἔτι ὑπόστασις ἀριθμοῦ ἔσται, ἐπὶ τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ θεωρουμένου; Ἀλλὰ τί κωλύει, φαίη ἄν τις, καὶ τοῦ λευκοῦ ἐπὶ τοῖς πράγμασι θεωρουμένου, ὑπόστασιν τοῦ λευκοῦ ἐν τοῖς πράγμασιν εἶναι, ἐπεὶ καὶ κινήσεως ἐπὶ τῷ ὄντι θεωρουμένης ὑπόστασις ἦν κινήσεως ἐν τῷ ὄντι οὔσης. Ὁ δ' ἀριθμὸς οὐχ ὡς ἡ κίνησις, ἀλλ' ὅτι ἡ κίνησίς τι οὕτως ἓν ἐπ' αὐτῆς ἐθεωρήθη, λέγεται· εἶτα καὶ ἡ τοιαύτη ὑπόστασις ἀφίστησι τὸν ἀριθμὸν τοῦ οὐσίαν εἶναι, συμβεβηκὸς δὲ μᾶλλον ποιεῖ, καίτοι οὐδὲ συμβεβηκὸς ὅλως· τὸ γὰρ συμβεβηκὸς δεῖ τι εἶναι πρὸ τοῦ συμβεβηκέναι, κἂν ἀχώριστον ᾖ, ὅμως εἶναί τι ἐφ' ἑαυτοῦ φύσιν τινά, ὡς τὸ λευκὸν, καὶ κατηγορεῖσθαι κατ' ἄλλου, ἤδη ὄν, ὃ κατηγορηθήσεται· ὥστε εἰ περὶ ἕκαστον τὸ ἕν, καὶ οὐ ταὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ εἷς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἕτερον τὸ ἓν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ κοινὸν τὸ ἕν, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων, πρότερον ἂν εἴη τὸ ἓν τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἑκάστου τῶν ἄλλων, ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ ἕκαστον τῶν ἄλλων τύχῃ ἕκαστον τοῦ ἓν εἶναι· καὶ πρὸ κινήσεως τοίνυν, εἴπερ καὶ ἡ κίνησις ἓν, καὶ πρὸ τοῦ ὄντος, ἵνα καὶ αὐτὸ τοῦ ἓν εἶναι τύχῃ. Λέγω δὲ οὐ τὸ ἓν ἐκεῖνο, ὃ δὴ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος φαμὲν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ ἓν, ὃ κατηγορεῖται τῶν εἰδῶν ἑκάστου. Καὶ δεκὰς τοίνυν πρὸ τοῦ, καθ' οὗ κατηγορεῖται δεκάς· καὶ τοῦτο ἔσται αὐτοδεκάς· οὐ γὰρ δὴ, ᾧ πράγματι ἐπιθεωρεῖται, δεκὰς αὐτοδεκὰς ἔσται. Ἀλλ' ἆρα συνεγένετο καὶ συνέστη τοῖς οὖσιν; ἀλλ' εἰ συνεγεννήθη, ὡς μὲν συμβεβηκὸς, οἷον τῷ ἀνθρώπῳ ὑγίεια, δεῖ καὶ καθ' αὐτὸ ὑγίειαν εἶναι, καὶ εἰ ὡς στοιχεῖον δὲ συνθέτου τὸ ἓν, δεῖ πρότερον εἶναι ἓν, [καὶ] κατ' αὐτὸ τὸ ἓν, ἵνα σὺν ἄλλῳ· εἶτα, εἰ πρότερον εἶναι συμμιχθὲν ἄλλῳ τῷ γενομένῳ δι' αὐτὸ ἓν ἐκεῖνο ποιήσει, ψευδῶς ἓν, δύο ποιοῦν αὐτό· ἐπὶ δὲ τῆς δεκάδος πῶς; τί γὰρ δεῖ ἐκείνῳ τῆς δεκάδος, ὃ ἔσται διὰ τὴν τοσαύτην δύναμιν δεκάς; ἀλλ' εἰ

V. Quænam igitur est ipsa natura numeri? Numquid est quiddam consequens, ac velut in essentia quavis inspectum, velut homo atque unus homo? Item ens unumque ens? et intelligibilia sic omnia singulatim, atque ita resultat numerus universus? Verum, si res ita se habeat, quomodo duitas illic est et ternitas, et quomodo secundum unum omnia perpenduntur? quove pacto ejusmodi numerus in unum aliquid congregabitur? Sic enim multitudo quidem erit aliqua unitatum : nullus autem numerus redigetur in unum, præter ipsum videlicet simpliciter unum : nisi quis forte dicat, duitatem quidem esse rem illam, sive potius quod consideratur in illa, quæ vires duas habet implicitas, quasi compositum quiddam in unum, aut fortasse quales Pythagorici numeros induxerunt : qui sane numeros secundum analogiam, id est, proportionem quandam afferre videntur, velut justitiam quaternarium, aliterque similiter alium. Illa vero conditione potius res ipsius, quæ exsistit unum, multitudini simul et numerum quispiam conjugabit, eatenus unum velut decadem, tametsi nos non sic ipsa decem ponimus, sed, quæ distant inter se, congregantes, decem solemus dicere. Forsan vero sic quidem decem dicimus, quando vero ex multis conficitur unum, decadem appellamus, quapropter eadem illic etiam ratione. Ceterum si ita fiat, an erit ulterius ulla numeri subsistentia, cum ipse in rebus duntaxat consideretur? Respondebit fortasse aliquis, nihil obstare, et, albedine in rebus duntaxat considerata, ipsam albedinis subsistentiam in rebus ipsis rite perpendi, quandoquidem et motu in ente considerato constitit esse subsistentiam motus aliquam in ipso ente videlicet exsistentis. At vero numerus non sicut motus se habere videtur, sed, quod motus sic unum aliquid in se ipso consideratum sit, dicitur. Præterea ejusmodi subsistentia efficit, ut numerus non sit essentia, ac potius ut sit contingens, quamvis neque sic quidem omnino contingens; nempe contingens oportet, antequam contingat aliquid, esse, et quamvis inseparabile sit, esse tamen aliquid, et naturam aliquam penes se ipsam, sicut albedo, ac de alio prædicari hoc ipsum jam in se exsistens, quod subinde sit de alio prædicandum. Quam ob rem, si circa quodlibet est unum, neque idem est homo, atque unus homo, sed aliud unum est, quam homo, et commune est ad omnia unum, et in quolibet reliquorum ita se habet, certe prius erit unum homine, et quolibet reliquorum, ut sic et homo et quolvis aliorum, ut unum sit, singulatim assequi possit: igitur et ante motum, si quidem motus sit unum, et ante ens similiter, ut ipsum quoque valeat esse unum. Dico autem non unum illud, quod ente superius esse censemus, sed hoc unum, quod de qualibet specie prædicatur. Itaque ipsa decas ante illud exstat, de quo prædicatur decas, atque hoc ipsum est ipsa decas : non enim res illa [res in illa re], in qua decas inspicitur, decas ipsa erit. Num igitur congenitum est cum entibus, simulque omnino cum illis est hoc ipsum unum? Verum, si congenitum est, si modo tanquam accidens, sicut cum homine sanitas, oportet secundum se ipsam quoque esse aliquid sanitatem, similiterque et illud : ac si unum, tanquam alicujus compositi elementum, esse quis dicat, oportet prius esse unum ipsum secundum se unum, ut esse et cum alio possit deinde, si prius esse commixtum cum alio, quod per ipsum jam factum sit unum, sequetur, ut falso sit unum, utpote quod duo sit inde factum : in decade vero quomodo id fiat? Quid enim illi opus est decade, quod sit per tantam potentiam decas? Quodsi formabit ipsum ens male

εἰδοποιήσει αὐτὸ ὥσπερ ὕλην, καὶ ἔσται παρουσία δεκάδος δέκα καὶ δεκὰς, δεῖ πρότερον ἐφ' ἑαυτῆς τὴν δεκάδα οὐκ ἄλλο τι οὖσαν ἢ δεκάδα μόνον εἶναι.

riam, atque erit decadis ipsius præsentia et decem et decas : oportet prius decadem in se ipsa non aliud aliquid exsistentem præter decadem pure singulariterque consistere.

Rerum species in prima essentia ordine quodam earum intelligentiam antecedunt : sicut objecta præcedunt actus circa objecta versantes. Si quis ergo dixerit, species illic ab intelligentia procreari, concedet etiam posteriores fore : quod est absurdum. Intelligere ibi speciem aliquam, scilicet justitiam, statum, motum et reliqua, nihil est aliud, quam ejusmodi speciem declarare vel definire : nisi definitio hæc sit circa rem aliquam a definitione quoquo modo distinctam, vacua quædam definitio est, imo vero definitio nulla. . Denique unaquæque species ibi est proprietas actusque essentialis vigore quodam proprio exsistens atque micans. Emicatio ejusmodi inde pendens, et penes ipsam quidem exstans, atque ratione quadam differens, ipsa ejus intelligentia est.

ς'. Ἀλλ' εἰ ἄνευ τῶν πραγμάτων τὸ ἓν αὐτὸ καὶ ἡ δεκὰς αὐτὴ, εἶτα τὰ πράγματα τὰ νοητὰ μετὰ τὸ εἶναι, ὅπερ ἐστὶ, τὰ μὲν ἑνάδες ἔσονται, τὰ δὲ καὶ δυάδες καὶ τριάδες, τίς ἂν εἴη ἡ φύσις αὐτῶν; καὶ πῶς συστᾶσα; λόγῳ δὲ δεῖ νομίζειν τὴν γένεσιν αὐτῶν ποιεῖσθαι· πρῶτον τοίνυν δεῖ λαβεῖν τὴν οὐσίαν καθ' ὅλου τῶν εἰδῶν, ὅτι ἐστὶν οὐχὶ νοήσαντος ἕκαστον τοῦ νενοηκότος, εἶτ' αὐτῇ τῇ νοήσει τὴν ὑπόστασιν αὐτῶν παρασχομένου. Οὐ γὰρ, ὅτι ἐνόησε, τί ποτ' ἐστὶ δικαιοσύνη, δικαιοσύνη ἐγένετο, οὐδ' ὅτι ἐνόησε, τί ποτ' ἐστὶ κίνησις, κίνησις ὑπέστη· οὕτω γὰρ ἔμελλε τοῦτο τὸ νόημα καὶ ὕστερον εἶναι τοῦ πράγματος αὐτοῦ, τοῦ νοηθέντος, δικαιοσύνης αὐτῆς ἡ νόησις αὐτῆς. Καὶ πάλιν αὖ ἡ νόησις, προτέρα τοῦ ἐκ τῆς νοήσεως ὑποστάντος, εἰ τῷ νενοηκέναι ὑπέστη. Εἰ δὲ τῇ νοήσει τῇ τοιαύτῃ ταὐτὸν ἡ δικαιοσύνη, πρῶτον μὲν ἄτοπον, μηδὲν εἶναι δικαιοσύνην, ἢ τὸν οἷον ὁρισμὸν αὐτῆς. Τί γὰρ ἔστι τὸ νενοηκέναι δικαιοσύνην ἢ κίνησιν ἢ τὸ τί ἐστιν αὐτῶν λαβόντα; τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ μὴ ὑφεστῶτος πράγματος λόγον λαβεῖν, ὅπερ ἀδύνατον. Εἰ δέ τις λέγοι ὡς ἐπὶ τῶν ἄνευ ὕλης τὸ αὐτὸ ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη τῷ πράγματι, ἐκείνως χρὴ νοεῖν τὸ λεγόμενον, ὡς οὐ τὴν ἐπιστήμην τὸ πρᾶγμα λέγει εἶναι, οὐδὲ τὸν λόγον τὸν θεωροῦντα τὸ πρᾶγμα αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ ἀνάπαλιν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ, ἄνευ ὕλης ὄν, νοητόν τε καὶ νόησιν εἶναι, οὐχ οἷαν λόγον εἶναι τοῦ πράγματος, οὐδ' ἐπιβολὴν πρὸς αὐτὸ, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ νοητῷ ὄν, τί ἄλλο, ἢ νοῦν καὶ ἐπιστήμην, εἶναι; Οὐ γὰρ ἡ ἐπιστήμη πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ἐκεῖ τὴν ἐπιστήμην οὐ μένουσαν, οἵα ἐστὶν ἡ τοῦ ἐν ὕλῃ πράγματος, ἑτέραν ἐποίησεν εἶναι, τοῦτο δ' ἐστὶν, ἀληθινὴν ἐπιστήμην· τοῦτο δ' ἐστὶν οὐκ εἰκόνα τοῦ πράγματος, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα αὐτό. Ἡ νόησις τοίνυν τῆς κινήσεως οὐ πεποίηκεν αὐτοκίνησιν, ἀλλ' ἡ αὐτοκίνησις πεποίηκε τὴν νόησιν, ὥστε αὐτὴ ἑαυτὴν κίνησιν καὶ νόησιν· ἡ γὰρ κίνησις ἡ ἐκεῖ κἀκείνου νόησις, καὶ αὐτὸ δὲ κίνησις, ὅτι πρώτη (οὐ γὰρ ἄλλη πρὸ αὐτῆς) καὶ ἡ ὄντως, ὅτι μὴ συμβέβηκεν ἄλλῳ, ἀλλὰ τοῦ κινουμένου ἐνέργεια, ὄντος ἐνεργείᾳ· ὥστε αὖ καὶ οὐσία· ἐπίνοια δὲ τοῦ ὄντος ἑτέρα. Καὶ δικαιοσύνη δὲ, οὐ νόησις δικαιοσύνης, ἀλλὰ νοῦ οἷον διάθεσις, μᾶλλον δὲ ἐνέργεια τοιάδε, ἧς ὡς ἀληθῶς καλὸν τὸ πρόσωπον, καὶ οὔτε ἕσπερος, οὔθ' ὅλως τι τῶν αἰσθητῶν, ἀλλ' οἷον ἄγαλμά τι νοερὸν, οἷον ἐξ αὐτοῦ ἑστηκὸς καὶ προφανὲν ἐν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ ὂν ἐν αὐτῷ.

VI. At vero si ultra res ipsas unum ipsum et ipsa decas exsistit, deinde res intelligibiles præter hoc ipsum, quod exsistunt id, quod sunt, aliæ quidem sunt unitates, aliæ vero et duitates et ternitates, quænam erit illorum natura? et quomodo constituta? Existimandum est autem, generationem eorum ratione quadam expleri. Primo igitur generatim existimandum est, essentiam specierum non sic prodire ad exsistendum, ut intelligens ipse primo quidem singula intellexerit, deinde ipsa intelligentia illorum substantiam exhibuerit. Non enim, quia cognoverit, quid justitia sit, exorta justitia est : neque quoniam, quid motus sit, cogitaverit, subortus est motus. Sic enim oportebat hanc ipsam intelligentiam et posteriorem intellecta re esse, [velut] intelligentiam justitiæ justitia ipsa posteriorem. Atqui et vicissim intelligentia prior est eo, quod procreatur intelligendo, si modo ob id ipsum exstitit, quod fuerit intellectum. Sin autem justitia idem est omnino, quod et talis intelligentia, absurdum erit, nihil aliud esse justitiam præter quandam ipsius descriptionem. Quid enim aliud est, justitiam vel motum intellexisse, quam descriptione quadam, quid utrumque sit, accipisse? hoc autem perinde se habet, ac si rei non exsistentis accipias rationem; quod quidem fieri re vera non potest. Proinde, si quis adduxerit, in rebus a materia separatis idem esse scientiam atque rem scitam, ea id conditione dictum accipiendum, non quidem, ut scientiam asserat esse rem ipsam, neque rationem aliquid contemplantem esse rem ipsam contemplatione perspectam, sed vicissim rem ipsam a materia segregatam esse intelligibile quiddam, intelligentiamque exsistere, non eam, inquam, intelligentiam, quæ rei ipsius sit ratio quædam, vel aliquis in hanc ipsam intuitus, sed rem ipsam in mundo intelligibili consistentem nihil aliud esse, præter intellectum atque scientiam : non enim scientia illic ad rem vergit intelligendam, sed res ipsa illic efficit, ut scientia illa non ita sit ab ipsa diversa, sicut rei materialis scientia esse solet : hoc autem est scientiam veram edere : id vero rursum, non imaginem rei afferre, sed rem ipsam. Intelligentia igitur motionis motionem ipsam minime fecit, sed ipsa motio potius fecit intelligentiam; quapropter et ipsa se ipsam motionem intelligentiamque concepit. Motio enim illic entis illius intelligentia est, atque est ipse motus, quoniam est et primus. Non enim est alius ante ipsum. Est et re vera motus, quoniam alteri non contingit, sed ipsius, quod illic quodammodo moveri censetur, est actus, videlicet exsistentis in actu; quapropter est et essentia, quæ quidem ab ipso ente excogitatione quadam differre videtur. Tum vero justitia non est justitiæ intelligentia quædam, sed quasi mentis illius dispositio et affectio, imo vero quidam actus ejusmodi, cujus re vera vultus est pulcher, adeo ut neque Lucifer aut Hesperus, neque aliud quicquam eorum, quæ sentiuntur, ita fulgeat. Est autem velut intellectualis quædam statua ex se ipsa tanquam exstans et emicans in se ipsa, imo vero in se ipsa consistens.

Si mundo corporeo materiam quidem extensam substrahas, formas vero rerum varias in una vivaque mundi forma conserves, videbis formam unam omniformem, ibique formas cunctas in singulis unitissime ac pariter atque distinctissimas : omnia in uno vivente viventia.

Est igitur universum ejusmodi cum natura, tum intellectualis anima, tum etiam intellectus, in quo species, ut res veræ sint re vera distinctæ, vere intellectæ ante machinationem intelligentiæ, ita distinctæ sunt actu, quamvis unitæ natura, sicut in igne lucere, micare, calere : omnes enim species ibi sunt actus.

Ζ'. Ὅλως γὰρ δεῖ νοῆσαι τὰ πράγματα ἐν μιᾷ, καὶ μίαν φύσιν πάντα ἔχουσαν καὶ οἷον περιλαβοῦσαν, οὐχ ὡς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἕκαστον χωρὶς, ἀλλαχοῦ ἥλιος καὶ ἄλλο ἄλλοθι, ἀλλ' ὁμοῦ ἐν ἑνὶ πάντα· αὕτη γὰρ νοῦ φύσις, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ οὕτω μιμεῖται, καὶ ἡ λεγομένη φύσις, καθ' ἣν καὶ ὑφ' ἧς ἕκαστα γεννᾶται, ἄλλο ἄλλοθι, αὐτῆς ὁμοῦ ἑαυτῇ οὔσης· ὁμοῦ δὲ πάντων ὄντων ἕκαστον αὖ χωρίς ἐστιν· ἑνορᾷ δὲ αὐτὰ τὰ ἐν τῷ νῷ καὶ τῇ οὐσίᾳ ὁ ἔχων νοῦς, οὐκ ἐπιβλέπων, ἀλλ' ἔχων, οὐδὲ χωρίζων ἕκαστον· κεχώρισται γὰρ ἤδη ἐν αὐτῷ ἀεί. Πιστούμεθα δὲ πρὸς τοὺς τεθαυμακότας ἐκ τῶν μετειληφότων· τὸ δὲ μέγεθος αὐτοῦ καὶ τὸ κάλλος ψυχῆς ἔρωτι πρὸς αὐτὸ, καὶ τῶν ἄλλων τὸν εἰς ψυχὴν ἔρωτα, διὰ τὴν τοιαύτην φύσιν, καὶ τῷ ἔχειν ἢ κατά τι ὡμοίωται. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄτοπον εἶναί τι ζῷον καλὸν, αὐτοζώου μὴ θαυμαστοῦ τὸ κάλλος καὶ ἀφράστου ὄντος· τὸ δὴ παγτελὲς ζῷον ἐκ πάντων ζώων ὄν, μᾶλλον δὲ ἐν αὑτῷ τὰ πάντα ζῶα περιέχον καὶ ἓν ὂν τοσοῦτον, ὅσα τὰ πάντα, ὥσπερ καὶ τόδε τὸ πᾶν ἓν ὄν, καὶ πᾶν τὸ ὁρατὸν περιέχον πάντα τὰ ἐν τῷ ὁρατῷ.

VII. Contemplari vero res illas prorsus oportet in natura una, unamque naturam ubique omnia possidentem et undique complectentem : ubi profecto non, quemadmodum in regione sensibili, sit unumquodque seorsum, alibi quidem sol, alibi luna, alibi rursus et aliud, sed cuncta simul in uno : hæc enim ipsius est mentis natura : quandoquidem et anima mentem sic imitatur, atque ea similiter, quæ natura dicitur, secundum quam et sub qua singula generantur, alibi quidem aliud, dum illa simul permanet in se ipsa : quamvis autem sint omnia simul, singula tamen iterum sunt seorsum. Cernit vero intus illa, quæ in mente essentiaque sunt, idem ipse, qui possidet, intellectus, non aspiciens quidem, sed potius habens, neque rursum separans unumquodque. Discreta enim jam semper in ipso sunt singula. Apud illos igitur, qui hæc nimium admirantur, fidem nobis ab iis, quæ participant, comparamus : magnitudinem vero mundi illius et pulchritudinem ex amore animæ ipsius ad illum conjectare et asseverare solemus : quin etiam illorum amore, quæ ad animam annituntur, ob quandam ejusmodi naturam, atque etiam ex eo, quod per eam illius similem aliquam ad illum similitudinem consequantur. Jam vero nefas est confiteri, exstare pulchrum aliquod animal, nisi ipsum animal mirabilem quandam et inæstimabilem habeat pulchritudinem. Ipsum profecto animal universum est atque penitus absolutum, ex omnibus animalibus, imo vero cuncta in se animalia continens, unumque existens simulque totidem, quot omnia sunt : quemadmodum et nostrum hoc universum est quidem unum, et omne visibile, cuncta, quæ sunt in visibili regione, complectens.

Essentia vera est vis quædam extra molem materialem in se ipsa fundata, per se vivens intellectualisque maxime : quod animal intellectuale vocatur, ubi numeri omnes sunt ante actum intellectualem atque vitalem.

Η'. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ζῷον πρώτως ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοζῷον καὶ νοῦς ἐστι καὶ οὐσία ἡ ὄντως, καὶ φαμὲν ἔχειν καὶ ζῶα τὰ πάντα καὶ ἀριθμὸν τὸν σύμπαντα, καὶ δίκαιον αὐτὸ καὶ καλὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, (ἄλλως γὰρ αὐτοάνθρωπον φαμὲν, καὶ ἀριθμὸν αὐτὸν, καὶ δίκαιον αὐτό,) σκεπτέον πῶς τούτων ἕκαστον, καὶ τί ὄν, εἰς ὅσον οἷόν τέ τι εὑρεῖν περὶ τούτων. Πρῶτον τοίνυν ἀφετέον πᾶσαν αἴσθησιν, καὶ νοῦν νῷ θεωρητέον, καὶ ἐνθυμητέον, ὡς καὶ ἐν ἡμῖν ζωὴ καὶ νοῦς οὐκ ἐν ὄγκῳ, ἀλλ' ἐν δυνάμει ἀόγκῳ, καὶ τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν ἐκδεδυκέναι ταῦτα, καὶ δύναμιν εἶναι ἐφ' ἑαυτῆς βεβῶσαν, οὐκ ἀμενηνόν τι χρῆμα, ἀλλὰ πάντων ζωτικωτάτην καὶ νοερωτάτην, ἧς οὔτε ζωτικώτερον, οὔτε νοερώτερον, οὔτε οὐσωδέστερον, οὗ τὸ ἁφαψάμενον ἔχει ταῦτα κατὰ λόγον τῆς ἁπαφῆς· τὸ μὲν ἐγγὺς ἐγγυτέρω, τὸ δὲ πόρρω πορρωτέρω. Εἴπερ οὖν ἐφετὸν τὸ εἶναι, τὸ μάλιστα ὂν μᾶλλον, ὅτῳ μάλιστα νοῦς, εἴπερ τὸ νοεῖν ὅλως, καὶ τὸ τῆς ζωῆς ὡσαύτως. Εἰ δὴ τὸ ὂν πρῶτον δεῖ λαβεῖν, πρῶτον ὄν, εἶτα νοῦν, εἶτα τὸ ζῶον (τοῦτο γὰρ ἤδη πάντα δοκεῖ περιέχειν), ὁ δὲ νοῦς δεύτερον· ἐνέργεια γὰρ τῆς οὐσίας· οὐτ' ἂν κατὰ τὸ ζῶον ὁ ἀριθμὸς εἴη· ἤδη γὰρ καὶ πρὸ αὐτοῦ καὶ ἓν καὶ δύο ἦν· οὔτε κατὰ τὸν νοῦν· πρὸ γὰρ αὐτοῦ ἡ οὐσία ἓν οὖσα καὶ πολλὰ ἦν.

VIII. Quoniam igitur et animal primo est, et idcirco ipsum per se animal est intellectus, et essentia vera : habet animalia omnia, omnem possidet numerum, ipsum justum, ipsum pulchrum, et cetera generis ejusdem : aliter enim ipsum hominem ibi dicimus, aliter ipsum numerum, aliter ipsum justum : nimirum consideratione dignum est, quo modo unumquodque eorum se habeat, quidve sit, quatenus in rebus ejusmodi potest aliquid invenire. Principio igitur omnem sensum dimittere decet, et intellectum intellectu considerare. Animadvertendum est præterea, in nobis quoque vitam et intellectum non in mole, sed in virtute quadam molis experte consistere, veramque essentiam a mole similibusque esse solutam, atque esse vim in se ipsa fundatam : nec rem quandam exilem aut debilem, sed maxime omnium intellectualem atque vitalem, qua nihil intellectualius, nihil vitalius, nihil (ut ita loquar) essentialius esse potest, adeo ut, quod hoc ipsum attingit, quodammodo eadem consequatur : et quatenus attingit gradatim, eatenus assequatur : nempe, quod tangit propius, propinquiora, quod vero remotius, remotiora reportat. Proinde, si esse est appetendum, merito, quod magis ens, magis est expetendum. Similiter, si intelligentia simpliciter est optanda, quod intellectus est maxime, potissimum et exoptandum, eademque gradibus vita quoque est affectanda. Si ergo ens ipsum primo accipiendum est, quippe cum sit et primum, secundo intellectus, tertio animal : hoc enim omnia jam complecti videtur : intellectus autem secundum obtinet locum : est enim actus essentiæ : profecto numerus ipse secundum animal exsistere non censetur : jam enim et ante ipsum erat unum atque duo : neque rursus secundum intellectum est numerus statuendus : nam ante scientem essentia unum est atque multa.

Sicut unum antecedit ens, ita numerus in ipso ente consistens antecedit entia, id est speciales ideas. Et merito super numerum, qui est in entibus numeratis, exstat numerus in suo fonte consistens : qui sane causa est, per quam ens possit in entia speciesque derivari.

Per ipsum numerum, qui est essentialis virtus et actus quidam discretivus entis, destinatum est, ens non sistere in uno gradum, sed entia plura ex uno profluere : rursumque, quot et quotis ordinibus distributa : sed ille numerus ante entia quidem involutus est, evolutus in entibus : hic substantialis numerus est. Numerus in genere quantitatis, numeri hujus est imago. Entia quidem fundantur in numero, numerus in ente, ens in uno, ne protinus dissipetur.

Θ'. Λείπεται τοίνυν θεωρεῖν, πότερα ἡ οὐσία τὸν ἀριθμὸν ἐγέννησε τῷ αὐτῆς μερισμῷ, ἢ ὁ ἀριθμὸς ἐμέρισε τὴν οὐσίαν· καὶ ὃὴ καὶ ἡ οὐσία, καὶ κίνησις καὶ στάσις, καὶ ταὐτὸν καὶ ἕτερον αὐτὰ τὸν ἀριθμὸν, ἢ ὁ ἀριθμὸς ταῦτα. Ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεως· ἆρ' οἷόν τε ἀριθμὸν εἶναι ἐφ' ἑαυτοῦ, ἢ δεῖ καὶ τὰ δύο ἐπὶ δυσὶ πράγμασι θεωρεῖσθαι, καὶ τὰ τρία ὡσαύτως; καὶ δὴ καὶ τὸ ἕν, τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς; εἰ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ἄνευ τῶν ἀριθμητῶν δύναιτο εἶναι, πρὸ τῶν ὄντων δύναιτο ἂν εἶναι. Ἆρ' οὖν καὶ πρὸ τοῦ ὄντος; ἢ τοῦτο ἑατέον, καὶ πρὸ ἀριθμοῦ ἐν τῷ παρόντι, καὶ δοτέον ἀριθμὸν ἐξ ὄντος γίγνεσθαι. Ἀλλ' εἰ τὸ ὂν ἓν ὄν ἐστι, καὶ τὰ δύο ὄντα δύο ὄντα ἐστὶ, προηγήσεται τοῦ τε ὄντος τὸ ἕν, καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν ὄντων. Ἆρ' οὖν τῇ ἐπινοίᾳ καὶ τῇ ἐκβολῇ; ἢ καὶ τῇ ὑποστάσει· σκεπτέον δὲ ὧδε· ὅταν τις ἄνθρωπον ὄντα νοῇ, καὶ καλὸν ἕν, ὕστερον δήπου τὸ ἓν νοεῖ, ἐφ' ἑκατέρῳ· καὶ δὴ καὶ ὅταν ἵππον καὶ κύνα· καὶ δὴ σαφῶς τὰ δύο ἐνταῦθα ὕστερον. Ἀλλ' εἰ γεννῴη ἄνθρωπον, καὶ γεννῴη ἵππον καὶ κύνα, ἢ ἐν αὐτῷ ὄντας προφέροι, καὶ μὴ κατὰ τὸ ἐπελθὸν μήτε γεννῴη, μήτε προφέροι, ἆρ' οὐκ ἐρεῖς, εἰς ἓν ἰτέον καὶ μετιτέον εἰς ἄλλο ἕν, καὶ δύο ποιητέον, καὶ μετ' ἐμοῦ καὶ ἄλλο ποιητέον; καὶ μὴν οὐδὲ τὰ ὄντα, ὅτε ἐγένετο, ἠριθμήθη, ἀλλ' ὅσα δεῖ γενέσθαι, δῆλον ἦν, ὅσα ἔδει. Πᾶς ἄρα ὁ ἀριθμὸς ἦν πρὸ αὐτῶν τῶν ὄντων, ἀλλ' εἰ πρὸ τῶν ὄντων, οὐκ ἦν ὄντα, ἢ ἦν ἐν τῷ ὄντι, οὐκ ἀριθμὸς ὢν τοῦ ὄντος· ἓν γὰρ ἦν ἔτι τὸ ὄν. Ἀλλ' ἡ τοῦ ἀριθμοῦ δύναμις ὑποστᾶσα ἐμέρισε τὸ ὂν, καὶ οἷον ὠδίνειν ἐποίησεν αὐτὸν τὸ πλῆθος· ἢ γὰρ ἡ οὐσία αὐτοῦ, ἢ ἡ ἐνέργεια ὁ ἀριθμὸς ἔσται, καὶ τὸ ζῶον αὐτὸ καὶ ὁ νοῦς ἀριθμός. Ἆρ' οὖν τὸ μὲν ὂν ἀριθμὸς ἠνωμένος, τὰ δὲ ὄντα ἐξελιλεγμένος ἀριθμός; νοῦς δὲ ἀριθμὸς ἐν ἑαυτῷ κινούμενος, τὸ δὲ ζῶον ἀριθμὸς περιέχων; Ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς γενόμενον τὸ ὄν, ὡς ἦν ἐν ἐκείνῳ, δεῖ αὐτὸ οὕτως ἀριθμὸν εἶναι· διὸ καὶ τὰ εἴδη ἔλεγον καὶ ἑνάδας καὶ ἀριθμούς· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ οὐσιώδης ἀριθμός. Ἄλλος δὲ ὁ μοναδικὸς λεγόμενος, εἴδωλον τούτου. Ὁ δὲ οὐσιώδης ὁ μὲν ἐπιθεωρούμενος τοῖς εἴδεσι καὶ συγγεννῶν αὐτὰ, πρώτως δὲ ὁ ἐν τῷ ὄντι, καὶ μετὰ τοῦ ὄντος, καὶ πρὸ τῶν ὄντων. Βάσιν δὲ ἔχει τὰ ὄντα ἐν αὐτῷ, καὶ πηγὴν, καὶ ῥίζαν καὶ ἀρχήν· καὶ γὰρ τῷ ὄντι τὸ ἓν ἀρχὴ, καὶ ἐπὶ τούτου ἔστιν ὄν· σκεδασθείη γὰρ ἄν. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ ὄντι τὸ ἕν· ἤδη γὰρ ἂν εἴη ἓν πρὶν τυχεῖν τοῦ ἑνὸς, καὶ ἤδη τὸ τυγχάνον τῆς δεκάδος δεκὰς, πρὶν τυχεῖν τῆς δεκάδος.

IX. Reliquum est igitur indagare, utrum essentia sua quadam partitione numerum procreaverit : an potius numerus sit partitus essentiam. Jam vero essentia, motus, status, idem, alterum, vel ipsa numerum genuerunt, vel numerus potius ipsa progenuit. Principium vero considerationis erit ejusmodi : utrum possibile sit numerum in se ipso consistere : an oporteat duo ipsa in rebus duabus et tria in tribus similiter contemplari, atque eadem conditione unum numeris insertum considerare. Si enim numerus in se ipso seorsum a rebus numerandis esse posset, nimirum ante entia posset exsistere. Num igitur et ante ens numerus esse potest? Sed præstat forsitan in præsenti concedere, ens numerum antecedere, atque ex ente numerum proficisci. Verum, si ens unum ens exsistit, atque duo entia similiter sunt entia duo, unum quidem ens præcedet, numerus autem entia pariter antecedet. Num igitur notione quadam atque perceptione ejusmodi fit excessus? sed profecto etiam subsistentia. Ita vero considerandum : quando quispiam hominem exsistentem intelligit unum, et pulchrum similiter unum, tunc ipsum unum posterius quodammodo in utroque considerat. Quin etiam, quando equum atque canem; tunc et ibi duo ipsa manifeste posterius animadvertit. Verum si generes hominem, et generes equum atque canem, vel in te exsistentes proferas, neque utcumque evenit, generes atque produces, nonne dices in unum eundum fore, et in unum aliud transeundum, duoque facienda, atque una tecum aliud etiam faciendum? Jam vero neque entia quidem, quando sunt facta, numerata sunt : sed quot oporteat fieri, jam constabat, videlicet quot potissimum expediret. Omnis itaque numerus entia præcedebat : at, si antecedebat entia, numerus sane non erat entia : sed profecto jam erat in ente, neque tamen entis ipsius numerus erat; adhuc enim ens erat unum. Sed numeri vis ipsa subsistens, ens in plura divisit, ac velut impulit ipsum ad multitudinem enitendam : nempe vel ipsius essentia, vel actus est numerus, atque ipsum animal et intellectus numerus est. Forsan vero ens quidem numerus est unitus, entia vero numerus explicatus, intellectus autem numerus in se agitatus, animal denique numerus comprehendens. Quandoquidem et ens ab uno progenitum, ut erat in eo, oportet ipsum sic esse numerum : quam ob rem species quoque ipsas cum unitates tum numeros appellare consueverunt : atque hic essentialis est numerus. Alter vero, qui monadicus dicitur, id est, ex quibusdam unitatibus congregatus, est quædam illius imago. Essentialis vero numerus partim quidem in speciebus inspicitur, easque concreat : partim vero priusque in ipso ente unaque cum ente viget, entiaque præcedit. Quo quidem in numero entia firmamentum habent, et fontem et radicem atque principium : etenim entis quoque ipsius unum ipsum principium est, atque in hoc est ens, alioquin protinus dissipabitur. Non tamen in ente fundatur unum: alioquin jam unum esset, priusquam assequeretur unum; atque jam, quod assequitur decadem, decas evaderet antequam decadem ipsam consequeretur.

Natura primi entis, cum sit post unum, necessario est prima sui origine multiplex, id est, numerosa. Per hos ergo numeros ita ferme ens se habet ad entia, id est, ideas, sicut plérique tradunt materiam per inchoationes formarum secum genitas se ad formas habere.

Esse vero numeros ante entia patet, quia, si numerus ad entia deinceps jam posita consequatur, casu quodam contigerit numerosa distinctio entium atque ordo. Præterea, sicut omnia per aliud entia ad ipsum per se ens referuntur, sic quodlibet per aliud unum ad ipsum reducitur per se unum : ipsum vero per se unum non potest esse sub ente; alioquin esset necessario multiplex, scilicet ex natura entis et addita proprietate compositum. Non igitur ipsum foret per se simpliciter unum. Ens igitur est sub uno, similiter entia sub numero disponuntur : nam et super numerum, qui est in entibus, exstat ipse per se exsistens ante entia numerus. Denique in ratione speciei unluscujusque formali necessario includitur unitas atque numerus. Unitas, inquam, quoniam in primo sui signo species indistincta per unitatem est a se ipsa, et distincta pariter a quolibet alio : numerus, inquam, quoniam species communem in se naturam habet cum proprietate conjunctam. Hinc sane conjicimus, unitatem atque numerum omnes præcedere rerum species, quandoquidem formales omnium rationes in unitate numeroque consistunt.

Ι'. Ἐστὼς οὖν τὸ ὂν ἐν πλήθει ἀριθμὸς, ὅτε πολὺ μὲν ἠγείρετο, παρασκευὴ δὲ οἷον ἦν πρὸς τὰ ὄντα καὶ προτύπωσις, καὶ οἷον ἑνάδες τόπον ἔχουσαι τοῖς ἐπ' αὐτὰς ἱδρυθησομένοις. Καὶ γὰρ καὶ νῦν τοσοῦτον βούλομαι, φησὶ, πλῆθος χρυσοῦ ἢ οἰκείων. Καὶ ἓν μὲν ὁ χρυσὸς, βούλεται δὲ οὐ τὸν ἀριθμὸν χρυσὸν ποιῆσαι, ἀλλὰ τὸν χρυσὸν ἀριθμόν· καὶ τὸν ἀριθμὸν ἤδη ἔχων ἐπιθεῖναι ζητεῖ τοῦτον τῷ χρυσῷ, ὥστε συμβῆναι τῷ χρυσῷ τοσούτῳ γενέσθαι. Εἰ δὲ τὰ ὄντα μὲν ἐγίγνετο πρὸ ἀριθμοῦ, ὁ δ' ἀριθμὸς ἐπ' αὐτοῖς ἐπεθεωρεῖτο, τοσαῦτα κινηθείσης τῆς ἀριθμούσης φύσεως, ὅσα τὰ ἀριθμητὰ, κατὰ συντυχίαν ἦν ἂν τοσαῦτα, καὶ οὐ κατὰ πρόθεσιν τοσαῦτα, ὅσα ἔστιν. Εἰ οὖν μὴ εἰχῇ τοσαῦτα, ὁ ἀριθμὸς αἴτιος, προὼν τοῦ τοσαῦτα· τοῦτο δέ ἐστιν, ἤδη ὄντος ἀριθμοῦ, μετέσχε τὰ γενόμενα τοῦ τοσαῦτα, καὶ ἕκαστον μὲν τοῦ ἓν μετέσχεν, ἵνα ἓν ᾖ. Ἔστι δὲ ὂν παρὰ τοῦ ὄντος, ἐπεὶ καὶ τὸ ὂν παρ' αὐτοῦ ὄν· ἓν δὲ παρ' αὐτοῦ ἕν· ἕκαστόν τε ἕν, εἰ ὁμοῦ πολλὰ ἦν τὸ ἓν τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ὡς τριὰς ἕν, καὶ τὰ πάντα ὄντα οὕτως ἕν, οὐχ ὡς τὸ ἓν τὸ κατὰ τὴν μονάδα, ἀλλ' ὡς ἓν ἡ μυριὰς, ἢ ἄλλος τις ἀριθμός· ἐπεὶ καὶ ὁ λέγων ἤδη πράγματα μύρια γενόμενα, εἰ εἶπε μύρια ὁ ἀριθμῶν, οὐ παρ' αὐτῶν φησι τὰ μύρια προσφωνεῖσθαι, δεικνύντων ὥσπερ τὰ χρώματα αὐτῶν, ἀλλὰ τῆς διανοίας λεγούσης τοσαῦτα· εἰ γὰρ μὴ λέγοι, οὐκ ἂν εἰδείη, ὅσον τὸ πλῆθος. Πῶς οὖν ἐρεῖ; ἢ ἐπιστάμενος ἀριθμεῖν, τοῦτο δὲ, εἰ ἀριθμὸν εἰδείη, εἰδείη δ' ἄν, εἰ εἴη ἀριθμός. Ἀγνοεῖν δὲ τὴν φύσιν ἐκείνην, ὅσα ἐστὶ τὸ πλῆθος, ἄτοπον, μᾶλλον δὲ, ἀδύνατον. Ὥσπερ τοίνυν εἰ λέγοι τις ἀγαθὰ, ἢ τὰ παρ' αὐτῶν τοιαῦτα λέγει, ἢ κατηγορεῖ τὸ ἀγαθὸν ὡς συμβεβηκὸς αὐτῶν· καὶ εἰ τὰ πρῶτα λέγοι, ὑπόστασιν λέγει τὴν πρώτην· εἰ δὲ, οἷς συμβέβηκε τὸ ἀγαθὸν, δεῖ εἶναι φύσιν ἀγαθοῦ, ἵνα καὶ ἄλλοις συμβεβήκῃ, ἢ τὸ αἴτιον τὸ πεποιηκὸς καὶ ἐν ἄλλῳ δεῖ εἶναι, ἢ αὐτοαγαθὸν, ἢ γεγεννηκὸς τὸ ἀγαθὸν ἐν φύσει οἰκείᾳ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὄντων ὁ λέγων ἀριθμὸν, οἷον δεκάδα, ἢ αὐτὴν ὑφεστῶσαν δεκάδα ἂν λέγοι, ἢ, οἷς συμβέβηκε δεκὰς, λέγων αὐτὴν δεκάδα ἀναγκάζοιτο ἀντιθέσθαι ἐφ' ἑαυτῆς, οὐκ ἄλλο τι ἢ δεκάδα οὖσαν. Ἀνάγκη τοίνυν, εἰ τὰ ὄντα δεκάδα λέγοι, ἢ αὐτὰ δεκάδα εἶναι, ἢ πρὸ αὐτῶν ἄλλην δεκάδα εἶναι, οὐκ ἄλλο τι ἢ αὐτὸ τοῦτο δεκάδα εἶναι. Καθ' ὅλου τοίνυν δεικτέον, ὅτι πᾶν, ὅ τι περ ἂν κατ' ἄλλου κατηγορῆται, παρ' ἄλλου ἐλήλυθεν

X. Consistens igitur ens in multitudine numerus evadit, quando tanquam multiplex excitatur et surgit, et quasi præparatio quædam et præfiguratio erat ad entia, ubi quodammodo unitates locum habere videntur illis expositum, quæ in eis fundanda sunt. Atqui et nunc tantam, dicit aliquis, volo equidem auri multitudinem, vel etiam reliquarum possessionum. Aurum sane unum quiddam est : ille vero vult non numerum quidem aurum facere, sed aurum potius facere numerum : et, utpote qui jam habet numerum, adhibere hunc auro studet, adeo ut auro contingat fieri tantum. Sin autem entia quidem numerum antecederent, numerus autem deinde in eis inspiceretur, dum eatenus natura numerans moveatur, quatenus numeranda multiplicantur, certe secundum contingentiam quandam tot utique, quot nunc sunt, entia forent, neque ex ullo proposito tot numero, quot exsistunt. Si igitur tot sunt non temere, profecto numerus, tanquam illa præcedens, ut tot proprie sint, est causa : id est, existente jam numero, quæ facta sunt, hujus ipsius, ut tot sint, conditionis evadunt : tum vero quodlibet quidem unius est particeps, ut sit unum. Est autem ens ab ente, quando et ens a se ipso ens, unum autem a se ipso similiter unum. Quodsi quæ singulatim unum sunt, multa sunt simul unum, quod est in eis, est tanquam ternitas unum, atque omnia entia ita unum : non sicut unum, quod secundum singularem perpenditur unitatem, sed sicut unum dicitur decies millenarius, aliusque quilibet numerus. Jam vero, et qui res jam factas decies mille computat numerando, non ait res ex se ipsis decies mille, velut sua quadam voce, cognominari, sed ita censet, quasi res ipsæ numeros suos colorum instar ostendant, cogitatione videlicet tot sibi dictante : nisi enim dicta verit, non cognoscet, quanta sit multitudo. Quomodo igitur ait? Certe tanquam qui sciat enumerare. Id vero scit, si numerum ipsum noverit. Cognoscet autem, si sit numerus. At vero naturam illam, quot numero sit, ignorare absurdum est, imo vero penitus impossibile. Proinde si quis dixerit bona, vel quæ ex se ipsis sunt, talia dicet, vel bonum de illis tanquam illorum accidens prædicabit : ac si prima dixerit, primam substantiam introducet. Sin autem afferet ea, quibus accidat bonum, oportet exstare boni naturam, ut et aliis possit accidere : vel causam ipsam, quæ et in alio faciat, oportet exsistere : aut ipsum bonum, aut quod bonum genuit, in propria natura consistere. Simili quadam conditione in ipso entium ordine, quicumque dicit numerum, velut decadem, is aut decadem ipsam nominat subsistentem : aut fortasse, si introduxerit illa, quibus contingit decas, jam ipsam decadem compelletur vicissim in se ipsa locare, quæ nihil aliud omnino, nisi decas, exsistat. Necessarium est igitur, si entia decadem dicat, vel ipsa esse ipsam decadem, vel certe super ipsa alteram consistere decadem, quæ profecto nihil aliud sit, quam ipsa decas. Communiter autem, quicquid de alio prædicatur, ab alio venit in

εἰς ἐκεῖνο, ἢ ἐνέργειά ἐστιν ἐκείνου. Καὶ εἰ τοιοῦτον, οἷον μὴ ποτὲ μὲν παρεῖναι, ποτὲ δὲ μὴ παρεῖναι, ἀλλ' ἀεὶ μετ' ἐκείνου εἶναι, εἰ οὐσία ἐκεῖνο, οὐσία καὶ αὐτὸ καὶ οὐ μᾶλλον ἐκεῖνο, ἢ αὐτὸ οὐσία· εἰ δὲ μὴ οὐσίαν διδοίη, ἀλλ' οὖν τῶν ὄντων καὶ ὄν· καὶ εἰ μὲν δύναιτο τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο νοεῖσθαι ἄνευ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, ἅμα μὲν εἶναι οὐδὲν ἧττον ἐκείνῳ, ὕστερον δὲ τῇ ἐπινοίᾳ τάττεσθαι παρ' ἡμῶν. Εἰ δὲ μὴ παρεπινοεῖσθαι οἷόν τε ἄνευ ἐκείνου, οἷον ἄνθρωπον ἄνευ τοῦ ἓν, ἢ οὐχ ὕστερον αὐτοῦ, ἀλλὰ συνυπάρχον, ἢ πρότερον αὐτοῦ, ἵνα αὐτὸ δι' ἐκεῖνο ὑπάρχῃ· ἡμεῖς δὲ φαμὲν πρότερον τὸ ἓν καὶ τὸν ἀριθμόν.

illud, vel est actus illius. Et quando tale est, ut non alias quidem adsit, alias vero non adsit, sed cum illo sit semper, si illud essentia est, essentia est et ipsum, neque magis illud, quam ipsum essentia est. Si quis autem esse essentiam non concesserit, saltem in quodam entium ordine et ens esse concedet. Atqui, et si res illa absque actu suo possit intelligi, nihilo minus cum illo simul exsistit, quamvis apud nos cogitatione quadam illo posterius judicetur. Si autem nequeat sine illo excogitari, velut homo absque eo, quod est unum, profecto vel non posterius ipso est, sed simul exsistens, vel etiam prius est, quam ipsum, ut ipsum per illud exsistat: nos autem unum prius esse fatemur numerumque similiter.

Quodcumque ens perceperis, sive sensibile, sive quomodolibet intelligibile vel ideam, de hoc singulatim prædicatur unum. Unum ergo, cum communiter sit in singulis, nulli penitus est addictum: imo et super unum, quod est in alio, id est ente, atque in ejus opposito, id est multitudine entium, profecto unum extra aliud et multitudinem per se exsistit.

Neque vero hic de ipso uno, quod est primo ente superius, proprie loquimur, sed de uno, quod in ente primo naturaliter vigens, ante entium idearumque multitudinem suo quodam ordine regnat: in quo quidem uno sunt unitates omnes, atque ex eis numeri certi antecedentes ideas, et de ideis pariter prædicabiles: imo vero hoc ipsum entis unum ipsæ pariter unitates exsistit. Natura igitur entis, unitatibus his fecunda quasi seminibus, jam ideas parit, numeris deinceps eas minoribus majoribusve componens similiter et quæ ideis inferiora nascuntur. Nisi enim certis numerorum proportionibus fecunditas entis cum penes se ipsam, tum extra progrediatur, aut nihil nascetur usquam, aut omnia temere et inordinata contingent. Ut autem intelligas, quorum auctoritate circa numeros et unitatem Plotinus utatur, audi. Pythagoras ait, numerum esse extensionem, atque actum seminalium rationum in unitate regnantium. Item numerus est, inquit, primum in divina mente consistens, a quo et ex quo omnia componuntur, et permanent ordine quodam indissolubili invicem distributa. Hippasus Pythagoricus ait: Numerus est exemplar fabricæ mundanæ primum, et instrumentum mundani fabri judiciarium. Philolaus inquit: Numerus est imperiosa quædam et ex se progenita sempiternæ mundanorum perseverantiæ continentia. Pythagorici aiunt: Unitas est id ipsum, per quod entium quodlibet denominatur unum, atque est ipsa unitas numeri partiumque infimum, a qua velut seminario radiceque sempiterna rationes proportionesque in utramque partem infinite procedunt: hic quidem multiplicando, inde iterum dividendo. Item, unitas est species specierum, omnes videlicet numeros numerorumque rationes in se continens.

ΙΑ'. Ἀλλ' εἰ τὴν δεκάδα μηδὲν λέγοι εἶναί τις, ἢ ἑνάδας τοσαύτας· εἰ μὲν τὴν ἑνάδα συγχωροῖ εἶναι, διὰ τί μίαν μὲν συγχωρήσει ἑνάδα εἶναι, τὰς δὲ δέκα οὐκ ἔτι; ὡς γὰρ ἡ μία τὴν ὑπόστασιν ἔχει, διὰ τί οὐ καὶ αἱ ἄλλαι; οὐ γὰρ δὴ συνεζεῦχθαι δεῖ ἑνί τινι τῶν ὄντων τὴν μίαν ἑνάδα· οὕτω γὰρ οὐκ ἔτι ἕκαστον τῶν ἄλλων ἓν εἴη. Ἀλλ' εἰ δεῖ καὶ ἕκαστον τῶν ἄλλων ἓν εἶναι, κοινὸν τὸ ἕν. Τοῦτο δὲ φύσις μία κατὰ πολλῶν κατηγορουμένη, ἣν ἐλέγομεν καὶ πρὸ τοῦ ἐν πολλοῖς θεωρεῖσθαι δεῖν καθ' αὑτὴν ὑπάρχειν. Οὐσης δὲ ἑνάδος ἐν τούτῳ, καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ θεωρουμένης, εἰ μὲν κἀκείνη ὑπάρχει, οὐ μία μόνον ἑνὰς τὴν ὑπόστασιν ἕξει, καὶ οὕτω πλῆθος ἔσται ἑνάδων· εἰ δ' ἐκείνην μόνην τὴν πρώτην, ἤτοι τῷ μάλιστα ὄντι συνοῦσαν, ἢ τῷ μάλιστα ἑνὶ πάντῃ· ἀλλ' εἰ μὲν τῷ μάλιστα ὄντι, ὁμωνύμως ἂν αἱ ἄλλαι ἑνάδες, καὶ οὐ συνταχθήσονται τῇ πρώτῃ, ἢ ὁ ἀριθμὸς ἐξ ἀνομοίων μονάδων, καὶ διαφοραὶ τῶν μονάδων, καὶ καθ' ὅσον μονάδες· εἰ δὲ τῷ μάλιστα ἑνὶ, τί ἂν δέοιτο τὸ μάλιστα ἓν, ἵνα ἓν ᾖ, τῆς μονάδος ταύτης; εἰ δὴ ταῦτα ἀδύνατα, ἀνάγκη ἓν εἶναι, οὐκ ἄλλο τι ὄν, ἢ ἓν ψιλὸν, ἀπηρημωμένον τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ πρὸ τοῦ ἕκαστον ἓν λεχθῆναι καὶ νοηθῆναι. Εἰ οὖν τὸ ἓν ἄνευ τοῦ πράγματος τοῦ λεγομένου ἓν κἀκεῖ ἔσται, διὰ τί οὐ καὶ ἄλλο ἓν ὑποστήσεται; καὶ χωρὶς μὲν ἕκαστον πολλαὶ μονάδες, ἃ καὶ πολλὰ ἕν· εἰ δ' ἐξῆς οἷον γεννῴη ἡ φύσις, μᾶλλον δὲ γεννήσασα, ἡ οὐ στᾶσα καθ' ἓν, ὧν ἐγέννα, οἷον συνεχῆ ἕνα ποιοῦσα, περιγράψασα μὲν καὶ στᾶσα, ὕπτιον ἐν τῇ

XI. Dicet forte quispiam, decadem, id est denarium, nihil aliud esse, quam tot unitates. Verum, si unitatem esse concesserit, curnam unam quidem admittet unitatem esse, ipsas vero decem negabit? Sicut enim una ipsa habere conceditur subsistentiam, cur non et aliæ? Non enim conjugari oportet uni cuidam entium unam ipsam unitatem; alioquin hoc pacto non amplius quodlibet aliorum foret unum. Imo, si oportet et reliquorum quodvis unum esse, nimirum unum omnibus est commune. Id autem est natura una prædicata de multis, quam et ante illud, quod multis inest, oportere diximus exsistere per se ipsam. Cum vero unitas in hoc sit, et in alio rursus inspiciatur, si modo exsistit et in illa, non unica solum unitas subsistere judicabitur, atque ita erit numerus aliquis unitatum. Sin autem solam illam, quæ prima ponitur, subsistere aliquis arbitretur: aut certe ei, quod maxime ens est, coexsistentem, aut ei omnino, quod maxime unum. Quod si maxime enti, certe reliquæ unitates æquivoce sic appellabuntur; neque in eodem ordine cum prima constituentur: aut sane numerus ex unitatibus dissimilibus congregabitur, unitatumque ipsarum etiam, qua unitates sunt, differentiæ quædam erunt. Si autem maxime uni illagi copulari quis dixerit, curnam egeat, quod maxime unum est, hac unitate, ut sit unum? Si ergo hæc impossibilia sunt, necessarium est, esse unum: quod quidem nihil aliud sit, præter nudum unum, essentia sua a quolibet segregatum, quodcumque singulatim unum intelligatur atque dicatur. Si igitur unum absque re illa, quæ dicitur unum, illic exsistit, cur non et unum aliud ibi subsistat? atque unumquodque seorsum, unitates multæ, quæ et multa unum? Si autem natura deinceps quodammodo generet, imo vero genuerit, aut saltem non destiterit in uno eorum, quæ genuit: ideoque unum quodammodo continuum fecerit, nimirum ubi circumscribit jam, et in

προόδῳ τοὺς ἐλάττους ἀριθμοὺς ἀπογεννῆσαι· εἰς πλέον δὲ κινηθεῖσα, οὐκ ἐπ' ἄλλοις, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ταῖς κινήσεσι, τοὺς μείζους ἀριθμοὺς ὑποστῆσαι, καὶ οὕτω δὴ ἑκάστοις ἀριθμοῖς ἐφαρμόσαι τὰ πλήθη ἕκαστα, καὶ ἕκαστον τῶν ὄντων, εἰδυῖαν, ὡς, εἰ μὴ ἐφαρμοσθείη ἕκαστον ἀριθμῷ ἑκάστῳ, ἢ οὐδ' ἂν εἴη, ἢ ἄλλο τι ἂν παρεκβὰν εἴη ἀνάριθμον καὶ ἄλογον γεγεννημένον.

progressu statim sistit gradum, minores numeros procreat. Si autem procedat longius, non in alienis quidem, sed in ipsis proprie motionibus majores instituit numeros: atque ita singulis numeris singulas multitudines et quodlibet entium prorsus accommodat, utpote quæ recte cognoscit, nisi unumquodque cum unoquoque numero congruat, vel nullo modo fore, vel exorbitans aliquid, numeri rationisque expers, accidere.

Ambigitur, numquid, quod dicitur unum, sit res secundum se aliqua, an potius conceptio sola mentis circa rem aliquam facta. Est autem substantialis unius vera notio insita menti, per quam judicamus hoc esse magis, illud minus unum, rursusque non unum.

ΙΒ'. Ἀλλ' εἰ καὶ τὸ ἓν καὶ τὴν μονάδα μὴ ὑπόστασιν λέγοι ἔχειν, οὐδὲν γὰρ ἕν, ὃ μή τι ἕν, πάθημα δέ τι τῆς ψυχῆς πρὸς ἕκαστον τῶν ὄντων, πρῶτον μὲν τί κωλύει, καὶ ὅταν λέγῃ ὃν πάθημα λέγειν εἶναι τῆς ψυχῆς, καὶ μηδὲν εἶναι ὄν; εἰ δ' ὅτι νύττει τοῦτο καὶ πλήττει, καὶ φαντασίαν περὶ ὄντος ποιεῖ, νυττομένην καὶ φαντασίαν λαμβάνουσαν τὴν ψυχὴν καὶ περὶ τὸ ἓν ὁρῶμεν. Ἔπειτα, πότερα καὶ τὸ πάθημα καὶ τὸ νόημα τῆς ψυχῆς ἓν, ἢ πλῆθος, ὁρῶμεν. Ἀλλ' ὅταν λέγωμεν μὴ ἕν, ἐκ μὲν τοῦ πράγματος αὐτοῦ οὐκ ἔχομεν τὸ ἕν. Φαμὲν γὰρ οὐκ εἶναι ἐν αὐτῷ τὸ ἕν· ἔχομεν ἄρα ἕν, καὶ ἔστιν ἐν ψυχῇ ἄνευ τοῦ τί ἕν· ἀλλ' ἔχομεν τὸ ἓν ἐκ τῶν ἔξωθεν λαβόντες τινὰ νόησιν καί τινα τύπον, οἷον ἐννόημα ἐκ τοῦ πράγματος· οἱ μὲν γὰρ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐννοημάτων ἓν εἶδος τὸ τῶν ἀριθμῶν καὶ τοῦ ἑνὸς τιθέντες, ὑποστάσεις ἂν τοιαύτας τιθεῖεν, εἴπερ τι τῶν τοιούτων ἐν ὑποστάσει, πρὸς οὓς περὶ αὐτῶν καιρίως ἂν λέγοιτο· ἀλλ' οὖν εἴ τοιοῦτον οἷον ὕστερον ἀπὸ τῶν πραγμάτων λέγοιεν γεγονέναι ἐν ἡμῖν πάθημα ἢ νόημα, οἷον καὶ τὸ τοῦτο, καὶ τὸ τί, καὶ δὴ καὶ ὄχλον, καὶ ἑορτὴν, καὶ στρατὸν, καὶ πλῆθος. Καὶ γὰρ, ὥσπερ τὸ πλῆθος παρὰ τὰ πράγματα τὰ πολλὰ λεγόμενα οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἡ ἑορτὴ παρὰ τοὺς συναχθέντας καὶ εὐθυμουμένους ἐπὶ ἱεροῖς, οὕτως οὐδὲ τὸ ἓν μόνον τί καὶ ἀπηρημωμένον τῶν ἄλλων νοοῦντες, ὅταν λέγωμεν ἕν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα εἶναι, οἷον καὶ δεξιὸν καὶ τὸ ἄνω, καὶ τὰ ἀντικείμενα τούτοις. Τί γὰρ ἂν εἴη πρὸς ὑπόστασιν ἐπὶ δεξιοῦ, ἢ ὅτι ὁ μὲν ὧδὶ, ὁ δ' ὧδὶ ἔστηκεν, ἢ κάθηται; καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἄνω ὡσαύτως, τὸ μὲν τοιαύτην θέσιν καὶ ἐν τούτῳ τοῦ παντὸς μᾶλλον, ὃ λέγομεν ἄνω, τὸ δὲ εἰς τὸ λεγόμενον κάτω. Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα πρῶτον μὲν ἐκεῖνο λεκτέον, ὡς ὑπόστασίς τις τῶν εἰρημένων ἐν ἑκάστῳ τούτων, οὐ μέντοι ἡ αὐτὴ ἐπὶ πάντων, οὔτε αὐτῶν πρὸς ἄλληλα, οὔτε πρὸς τὸ ἓν ἁπάντων. Χωρὶς μέντοι πρὸς ἕκαστον τῶν λεχθέντων ἐπιστατέον.

XII. Si quis autem ipsum quoque unum et unitatem subsistere neget, asserens, nusquam esse unum, quod non sit aliquid unum: ideoque affirmans, quod ipsum unum dici solet, esse affectionem quandam animæ erga quodlibet entium: primo quidem, quidnam prohibebit, etiam quando dicit, ens hoc ipsum affectionem quandam animæ nuncupare, ensque ipsum nihil prorsus exsistere? Quodsi ens affirmet exsistere, quoniam subpungit pulsalque animum, imaginationemque entis adducit: similiter et circa ipsum unum pulsari quotidie animum imaginationemque subire videmus. Præterea quærendum est, numquid affectionem notionemque animæ tanquam unum aut multitudinem rideamus. Quin etiam, quando dicimus non unum, tunc ex ipsa quidem re non habemus unum. Dicimus enim non esse in illa re unum: habemus igitur ipsi apud nos unum. Quod sane in animo est absque eo, quod unum aliquid appellatur: tametsi objiciet aliquis, habere nos unum tanquam ab externis intelligentiam et figuram quandam accipientes, velut aliquem mentis ex re ipsa conceptum. Qui enim, ejusmodi conceptus introducentes, numerum atque unum in eorum genere collocant, tales esse asserent subsistentias, si quid talium habeat subsistentiam, adversum quos de rebus ejusmodi opportune disserere licet: siquidem talem quandam velut posteriorem a rebus ipsis passionem vel notionem in nobis fieri dicant: quale sit, quod dicitur hoc et aliquid, turba, celebritas, exercitus, multitudo. Etenim, quemadmodum multitudo præter res illas, quæ multæ dicuntur, nihil exsistit; neque rursum celebritas præter homines congregatos sacrisque gaudentes: ita neque unum præter rem unam esse aliquid asserent, quando videlicet solum aliquid et ab aliis absolutum excogitantes, unum ipsum asseveramus. Adducent præterea alia generis ejusdem multa, sicut dextrum ac sursum, horumque opposita. Quid enim erit, ut ex eorum sententia loquar, in eo, quod dextrum dicitur, ad subsistentiam pertinens, nisi id duntaxat, quod hic quidem hoc in loco, ille vero in illo stat, aut sedet? Item in eo, quod sursum dicitur, idem accidere judicabunt, scilicet hoc quidem positionem talem et in hac universi parte potius, quod sursum nominare solemus, significare: illud autem habere se similiter ad deorsum. Adversum hæc igitur in primis est afferendum, in horum quolibet esse eorum, quæ dicta sunt, aliquam subsistentiam: non eandem tamen in omnibus, sive eorum inter se, sive ad ipsum cunctorum unum. Seorsum tamen adversus singula, quæ dicta sunt, est insistendum.

Quando dicitur homo unus, aliud ibi est homo, aliud unum, cujus participatione fit unus homo.

Nam et unum de non homine pariter prædicatur atque de homine, et homo ita multitudo quædam est, sicut et unus. Unum ipsum de homine prædicatum non solum negativum est, perindè ac si tantum significet hunc hominem et non alium: nam postquam percepisti, hunc hominem re vera esse unum, statim judicas, non esse illic hominem alterum, qui etiam ipse in se sit unus. Præterea tam firma est unius ipsius natura, ut oppositum ejus, id est multitudo, nec exsistere possit absque uno, nec intelligi: imo et omnia quicquid sunt, unione consistunt: quasi unum ipsum maxime per se exsistat, omniumque supremum: sine cujus participatione nulla in nobis oritur et permanet cogitatio: itemque, cum unitatis participatione multitudo etiam discreta sit aliquid unum, et continua magis unum, resque indivisa maxime unum: certe unum ipsum proprium pos

sdet existentiam. Præterea Peripatetici confirmant, unum significare aliquid ipsummet sibi ipsi indivisum penitus et indistans, atque interim affirmativum esse, non negativum. Huic enim significationi oppositum aiunt esse videlicet aliquid in se divisum : in qua divisione multitudo contingit una cum privatione : cum quia sic prior essentia desinit, tum etiam quia multitudine contingente negative jam dicimus, neque hoc est istud, neque istud est illud. Cum igitur significatio uni opposita sit negativa, sequitur, significationem unius affirmativam esse. Denique unum adeo affirmativum est, ut et ipsum ponat multitudinem, neque vicissim : et quemadmodum Avicenna probat in Metaphysicis, unum ab intellectu percipiatur, atque concipiatur antequam multa, quamvis imaginationi fortasse aliter accidere possit.

ΙΓ'. Τὸ δὴ ἀπὸ τοῦ ὑποκειμένου γενέσθαι τὴν νόησιν τοῦ ἑνὸς τοῦ ὑποκειμένου καὶ τοῦ ἐν αἰσθήσει ἀνθρώπου ὄντος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν ζώου, ἢ καὶ λίθου, πῶς ἂν εἴη εὔλογον, ἄλλου μὲν ὄντος τοῦ φανέντος τοῦ ἀνθρώπου, ἄλλου δὲ καὶ οὐ ταὐτοῦ ὄντος τοῦ ἕν; οὐ γὰρ ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ἀνθρώπου τὸ ἓν ἡ διάνοια κατηγορεῖ. Ἔπειτα, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ καὶ τῶν τοιούτων οὐ μάτην κινουμένη, ἀλλ' ὁρῶσα θέσιν διάφορον, ἔλεγε τὸ ὧδι, οὕτωσί τι ἐνταῦθα ὁρῶσα λέγει ἕν· οὐ γὰρ δὴ κενὸν πάθημα, καὶ ἐπὶ μηδενὶ τὸ ἓν λέγει. Οὐ γὰρ διότι μόνον καὶ οὐκ ἄλλο, καὶ γὰρ ἓν τῷ καὶ οὐκ ἄλλο, ἄλλο ἓν λέγει· ἔπειτα τὸ ἄλλο καὶ τὸ ἕτερον ὕστερον. Μὴ γὰρ ἐρείσασα πρὸς ἓν οὔτε ἄλλο ἐρεῖ ἡ διάνοια, οὔτε ἕτερον· τό τε μόνον ὅταν λέγῃ, ἓν μόνον λέγει· ὥστε τὸ ἓν λέγει πρὸ τοῦ μόνον. Ἔπειτα τὸ λέγον, πρὶν εἰπεῖν περὶ ἄλλου, ἓν ἔστιν ἓν, καὶ περὶ οὗ λέγει, πρὶν εἰπεῖν ἢ νοῆσαί τινα περὶ αὐτοῦ, ἔστιν ἕν. Ἢ γὰρ ἓν, ἢ πλείω ἑνὸς καὶ πολλά· καὶ εἰ πολλά, ἀνάγκη προϋπάρχειν ἓν, ἐπεὶ καὶ ὅταν πλῆθος λέγῃ, πλείω ἑνὸς λέγει, καὶ στρατὸν, πολλοὺς ὡπλισμένους καὶ εἰς ἓν συντεταγμένους νοεῖ· καὶ πλῆθος δν οὐκ ἐᾷ πλῆθος εἶναι ἡ διάνοια, δῆλόν που καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ ἡ [οὐ] διδοῦσα τὸ ἓν, ὃ μὴ ἔχει τὸ πλῆθος, ἡ ὀξέως τὸ ἓν τὸ ἐκ τῆς τάξεως ἰδοῦσα, τὴν τοῦ πολλοῦ φύσιν συνήγαγεν εἰς ἕν· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐνταῦθα τὸ ἓν ψεύδεται, ὥσπερ καὶ ἐπὶ οἰκίας τὸ ἐκ πολλῶν λίθων ἓν, μᾶλλον μέντοι τὸ ἓν ἐπὶ οἰκίας. Εἰ οὖν μᾶλλον ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ μὴ μεριστοῦ, δῆλον ὅτι ὄντος τινὸς φύσεως τοῦ ἑνὸς καὶ ὑφεστώσης. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἐν τοῖς μὴ οὖσι τὸ μᾶλλον εἶναι· ἀλλ' ὥσπερ τὴν οὐσίαν κατηγοροῦντες καθ' ἑκάστου τῶν αἰσθητῶν, κατηγοροῦντες δὲ καὶ κατὰ τῶν νοητῶν, κυριώτερον κατὰ τῶν νοητῶν τὴν κατηγορίαν ποιούμεθα, ἐν τοῖς οὖσι τὸ μᾶλλον καὶ κυριώτερον τιθέντες, καὶ τὸ ὂν μᾶλλον ἐν οὐσίᾳ καὶ αἰσθητῇ, ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις γένεσιν· οὕτω καὶ, τὸ ἓν μᾶλλον καὶ κυριώτερον ἕν τε τοῖς αἰσθητοῖς αὐτοῖς διάφορον κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ὁρῶντες εἶναι, κατὰ πάντας τοὺς τρόπους εἰς ἀναφορὰν μέντοι ἑνὸς εἶναι φατέον. Ὥσπερ δὲ ἡ οὐσία καὶ τὸ εἶναι νοητὸν καὶ οὐκ αἰσθητόν ἐστι, κἂν μετέχῃ τὸ αἰσθητὸν αὐτῶν, οὕτω καὶ τὸ ἓν περὶ αἰσθητὸν μὲν ἂν κατὰ μετοχὴν θεωροῖτο· νοητὸν μέντοι, καὶ νοητῶς ἡ διάνοια αὐτὸ λαμβάνει. Ὥστε ἀπ' ἄλλου ἄλλο νοεῖ, ὃ οὐχ ὁρᾷ· προῄδει ἄρα· εἰ δὲ προῄδει ἄρα ὂν τόδε τι, ταὐτὸν τῷ ὄν, καὶ ὅταν τι ἓν, ἓν αὖ λέγει· ὥσπερ ὅταν τινὲ δύο, καὶ ὅταν τινὰς πολλούς. Εἰ τοίνυν μήτε τι νοῆσαί ἐστιν ἄνευ τοῦ ἓν, ἢ τοῦ δύο, ἢ τινὸς ἀριθμοῦ,

XIII. Principio quod aiunt a subjecto fieri notionem unius ipsius subjecti et hominis in sensu positi, vel cujusvis animalis aut lapidis, quonam modo rationi consentaneum judicabitur? quippe cum aliud sit, qui cernitur homo, aliud autem, neque ullo modo idem, sit ipsum unum ; alioquin ipsa ratio cogitandi nunquam unum de non homine prædicaret. Præterea, quemadmodum circa dextrum atque talia cogitatio non temere incitata, sed differentem intuita situm, ait hic esse vel ibi : ita et hac in re cum aliquid inspexerit, enuntiat unum : non enim vana quædam hæc passio est, neque in re nulla unum asserit. Neque putandum est, idcirco perpendere unum, quia solum hoc sit, neque aliud quicquam : nam in eo ipso quod inquit, Neque aliud, interim aliud unum dicit. Deinde hoc ipsum, quod dicitur aliud et diversum, posterius incidit. Nisi enim anniteretur ad unum, neque aliud neque diversum cogitatio diceret. Item, quando hoc ipsum, quod nominatur solum, pronuntiat, tunc unum solum ait. Quapropter dicit unum antequam solum. Accedit ad hæc, quod ipsum dicens, prius quam dicat de alio, unum exsistit unum, atque id ipsum, de quo loquitur, prius quam dicat vel intelligat aliqua circa ipsum, est similiter unum. Aut enim unum est, aut plura quam unum, atque multa. Ac si multa sit, necessarium est antecedere unum : siquidem et quando multitudinem dicit, plura uno pronuntiat : et quando exercitum ait, multos armatos in unum ordinatos intelligit. Cogitatio sane multitudinem non permittit multitudinem permanere : qua quidem in re patefacit unius subsistentiam, dum non exhibet unum, quod nullo modo habeat multitudo : unum namque, quod resultat ex ordine, acute admodum celeriterque perspiciens, ipsam multi naturam redegit in unum. Jam vero neque hac quidem in re de uno mentitur et fallitur : quemadmodum et in domo nobis occurrit quiddam ex multis lapidibus unum, magis tamen in domo unum, quam in exercitu. Si ergo unum magis est in continuo, magisque etiam in re prorsus indivisibili : constat plane sic evenire, propterea, quod ipsum unum natura quædam est atque subsistit. Fieri enim nullo modo potest, ut in his, quæ non sunt, magis magisve sit aliquid : sed quemadmodum de unoquoque sensibilium, atque etiam de intelligibilibus substantiam prædicantes, principalius de intelligibilibus prædicamus, in ipso entium ordine hoc ipsum, quod dicitur, magis principaliusque ponentes, atque ens magis in substantia etiam sensibili, quam in generibus aliis : sic et unum magis atque principalius, cum in ipsis sensibilibus differens secundum magis, tum in ipsis intelligibilibus inspicientes, esse consideramus modis omnibus unum, et ad ipsum unum denique cuncta referri. Quemadmodum vero essentia atque esse non sensibile quicquam, sed intelligibile est, quamvis sensibile eorum sit particeps : sic et unum circa sensibile quidem secundum participationem quandam consideratur : intelligibile tamen est, et cogitatio ipsum modo intelligibili percipit : in eoque percipiendo ab alio intelligit aliud, quod non videt. Præscivit igitur : si vero præscivit, igitur et exsistens hoc aliquid, quod idem est cum eo, quod dicitur exsistens. Atqui et quando aliquid unum dicit, rursus dicit unum : sicut quando quosdam duos, et quando multos quosdam. Si igitur non licet intelligere quicquam absque uno vel duobus, vel alio quodam numero, non licet dicere, non exsistere

πῶς οἷόν τε, ἄνευ οὗ οὐχ οἷόν τέ τι νοῆσαι ἢ εἰπεῖν, μὴ εἶναι; οὗ γὰρ μὴ ὄντος, μηδ' ὁτιοῦν δύνασθαι νοῆσαι ἢ εἰπεῖν, λέγειν μὴ εἶναι, ἀδύνατον· ἀλλ' οὗ χρεία παντὸς πρὸς παντὸς νοήματος ἢ λόγου γένεσιν, προϋπάρχειν δεῖ καὶ λόγου καὶ νοήσεως· οὕτω γὰρ ἂν πρὸς τὴν τούτων γένεσιν παραλαμβάνοιτο. Εἰ δὲ καὶ εἰς οὐσίας ἑκάστης ὑπόστασιν, οὐδὲν γὰρ ὄν, ὃ μὴ ἓν, καὶ πρὸ οὐσίας ἂν εἴη καὶ γεννῶν τὴν οὐσίαν. Διὸ καὶ ἓν ὄν, ἀλλ' οὐκ ὄν, εἶτα ἕν, ἐν μὲν γὰρ τῷ ὄν, καὶ ἓν πολλὰ ἂν εἴη· ἐν δὲ τῷ ἓν οὐκ ἔνι τὸ ὄν, εἰ μὴ καὶ ποιήσειεν αὐτὸ προσνεῦσαν αὐτοῦ τῇ γενέσει· καὶ τὸ τοῦτο δὲ οὐ κενόν· ὑπόστασιν γὰρ δεικνυμένην λέγει ἀντὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, καὶ παρουσίαν τινὰ, οὐσίαν ἢ ἄλλο τι τῶν ὄντων, ὥστε τὸ τοῦτο σημαίνοι ἂν οὐ κενόν τι, οὐδ' ἔστι πάθημα τῆς διανοίας ἐπὶ μηδενὶ ὄντι, ἀλλ' ἔστι πρᾶγμα ὑποκείμενον, ὥσπερ εἰ καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ τινὸς ὄνομα λέγοι.

illud, absque quo intelligere vel dicere aliquid non valemus. Impossibile enim est negare illud exsistere, quo non exsistente vel dicere vel intelligere nihil possumus: sed illud omnino, quod ubique necessarium est ad omnem intelligentiæ sermonisque generationem, antecedere sermonem intelligentiamque oportet. Sic enim ad horum generationem efficiendam assumi posse videtur. Quod si et ad essentiæ cujuslibet subsistentiam necessario confert, nullum enim est ens, quod non sit et unum, nimirum et ante essentiam exstat, et gignit essentiam. Quam ob rem et unum ens dici solet, non autem ens quidem, deinde unum: nam in eo, quod ens est, exsistit et unum, ideoque multa: vicissim vero in eo, quod unum, non similiter ens exsistit, nisi forte ipsius genituræ annuens sic effecerit ipsum. Proinde, quod dici solet hoc, in re aliqua demonstranda non est vanum: nempe pro rei ipsius nomine dicit subsistentiam demonstratam, et præsentiam quandam, sive essentiam, sive aliud quicquam entium præ se ferat. Itaque, quod dici solet hoc, non vanum aliquid nobis significat, neque est duntaxat cogitationis affectio in re nusquam exsistente, sed rem subjectam præfert, perinde ac si proprium alicujus afferat nomen.

Non est putandum, ipsum, quod dicitur unum, relationem quandam tantum significare: non enim desinit esse unum, nisi per propriam passionem: et quoniam moles per accidentalem divisionem ex uno fit duo, desinit quidem esse unum, non tamen desinit esse moles aut calor, quasi unitas ibi aliud quiddam sit, quam moles, aut calor atque similia.

Signum, quod primum ens prius quodammodo unum exsistit quam ens, inde sumitur, quia singula prius amittunt unionem propriam essentialemque mox essentiam, quasi unitas sit essentiæ columen. Est autem unitas in rebus quidem incorporeis essentialis, in rebus vero corporeis accidentalis, atque in his quoque incorporeum quiddam est potius, quam corporeum, atque ita unitatis tanquam naturæ cujusdam præsentia quodlibet evadit unum: sicut cujuslibet qualitatis præsentia quale. Similiter, quod aliqua duo sint, non proprie causa est mutua propinquatio: nam et segregatio interdum, id est divisio, ad idem conferre videbitur: sed participatio duitatis, quæ et ipsa et quilibet numerus ita est species per se quædam, sicut qualitas atque quantitas: imo magis quam continua quantitas, quæ per numerum mensuratur. Sunt ergo sex numerorum gradus deinceps positi: primus in primo ente super ideas: secundus ideis ingenitus: tertius in substantiis incorporeis: quartus in ejusmodi viribus: quintus in corporibus apte connexis: sextus in corporibus quasi divulsis.

ΙΔ'. Πρὸς δὲ τὰ κατὰ τὸ πρός τι λεχθέντα ἄν τις εὐλόγως λέγοι, ὡς οὐκ ἔστι τὸ ἓν τοιοῦτον οἷον ἄλλου παθόντος, αὐτὸ μηδὲν παθὸν, ἀπολωλεκέναι τὴν αὐτοῦ φύσιν, ἀλλὰ δεῖ, εἰ μέλλοι ἐκ τοῦ ἓν ἐκβῆναι, πεπονθέναι τὴν τοῦ ἑνὸς στέρησιν, εἰς δύο ἢ πλείω διαιρεθέν. Εἰ οὖν ὁ αὐτὸς ὄγκος διαιρεθεὶς γίγνεται δύο, οὐκ ἀπολόμενος ὡς ὄγκος, δῆλον ὅτι παρὰ τὸ ὑποκείμενον ἦν ἐν αὐτῷ προσὸν τὸ ἕν, ὃ ἀπέβαλε, τῆς αἱρέσεως αὐτὸ φθειράσης. Ὃ δὴ ὁτὲ μὲν τὸ αὐτὸ πάρεστιν, ὁτὲ δὲ ἀπογίγνεται, πῶς οὐκ ἐν τοῖς οὖσι τάξομεν, ὅπου ἂν ᾖ; καὶ συμβεβηκέναι μὲν τούτοις, καθ' αὑτὸ δὲ εἶναι, ἔν τε τοῖς αἰσθητοῖς ὅταν φαίνηται, ἔν τε τοῖς νοητοῖς, τοῖς μὲν ὑστέροις συμβεβηκὸς, ἐφ' ἑαυτοῦ δὲ ἐν τοῖς νοητοῖς, τῷ πρώτῳ ὅταν ἓν, εἶτα ὄν. Εἰ δέ τις λέγοι, ὡς καὶ τὸ ἓν μηδὲν παθὸν, προσελθόντος ἄλλου αὐτῷ, οὐκ ἔτι ἕν, ἀλλὰ δύο ἔσται, οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖ· οὐ γὰρ τὸ ἓν ἐγένετο δύο, οὔτε ᾧ προστέθη, οὔτε τὸ προστεθὲν, ἀλλ' ἑκάτερον μένει ἕν, ὥσπερ ἦν. Τὰ δὲ δύο κατηγορεῖται κατ' ἀμφοῖν, χωρὶς δὲ τὸ ἓν καθ' ἑκατέρου μένοντος· οὐκουν τὰ δύο φύσει ἐν σχέσει, καὶ ἡ δυάς· ἀλλ' εἰ μὲν κατὰ τὴν σύνοδον καὶ τὸ συνόδῳ εἶναι ταὐτὸν τῷ δύο ποιεῖν, τάχ' ἂν ἦν ἡ τοιαύτη σχέσις τὰ δύο καὶ ἡ δυάς· νῦν δὲ καὶ ἐν τῷ ἐναντίῳ πάθει θεωρεῖται πάλιν αὖ δυάς· σχισθέντος γὰρ ἑνός τινος γίγνεται δύο, οὐ τοίνυν οὔτε σύνοδος οὔτε σχίσις τὰ δύο, ἵν' ἂν ᾖ σχέσις. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ ἐπὶ παντὸς ἀριθμοῦ·

XIV. Adversus illa vero, quæ a quibusdam dicuntur unum, in quadam relatione ponentibus, probabiliter respondere quis potest, ipsum quidem unum non esse tale, ut patiente alio ipsum interea nihil passum e natura propria decidat: sed necessarium est, si ex ipso quod unum est, casurum sit, quandam unius privationem pati, in duo scilicet vel plura divisum. Si ergo moles eadem divisa fit duo, neque disperditur interim, qua ratione moles est, constat, plane præter subjectum in ea fuisse unum ibi præsens, quod jam abjecit, partitione ipsum interimente. Jam vero quod alias quidem idem ipsum adest, alias autem abit: quidnam prohibet, quominus, ubicumque sit, in quodam entium ordine computemus? Asseramus ei iis accidisse: secundum vero se ipsum esse, quando cum insensibilibus, tum intelligibilibus ipsis apparet, atque posterioribus quidem advenit velut accidens: in se ipso autem in ipsis intelligibilibus esse censetur, præcipue illorum primo, quandoquidem unum primo, deinde ens exsistit. At si quis objecerit, ipsum quoque unum, dum nihil proprie patitur, sed accedente ad ipsum alio quopiam, non ulterius unum fore, sed duo, non recte dicet: non ipsum enim unum factum est duo: neque illud, cui aliquid est appositum, neque etiam quod est appositum, sed utrumque permanet unum, sicut erat. Duo vero ipsa de ambobus prædicantur, unum autem seorsum de utroque manente. Non igitur ipsa duo suapte natura in quadam habitudine et relatione consistunt, similiterve dualitas. Verum si secundum congressum quendam id contingat, et hoc ipsum, quod est in congressu consistere, idem sit omnino atque facere duo, forsitan ejusmodi habitudo ipsa duo est atque dualitas. Nunc autem in contraria insuper passione dualitas rursus apparet; nempe uno quodam diviso duo fiunt. Quam ob rem ipsa duo neque congressus, neque separatio quædam sunt, ut ita duntaxat sint habitudo. Eadem de omni numero ratio est: quando enim habitudo ipsa est,

ὅταν γὰρ σχέσις ᾖ ἡ γεννῶσά τι, ἀδύνατον τὴν ἐναντίαν τὸ αὐτὸ γεννᾷν, ὡς τοῦτο εἶναι τὸ πρᾶγμα τὴν σχέσιν. Τί οὖν τὸ κύριον αἴτιον; ἓν μὲν εἶναι τοῦ ἓν παρουσία, δύο δὲ, δυάδος, ὥσπερ καὶ λευκὸν λευκοῦ, καὶ καλὸν καλοῦ, καὶ δικαίου δίκαιον. Ἢ οὐδὲ ταῦτα θετέον εἶναι, ἀλλὰ σχέσεις καὶ ἐν τούτοις αἰτιατέον, ὡς δίκαιον μὲν, διὰ τὴν πρὸς τάδε τοιάνδε σχέσιν· καλὸν δὲ, ὅτι οὕτω διατιθέμεθα, οὐδενὸς ὄντος ἐν αὐτῷ τῷ ὑποκειμένῳ οἷου διαθεῖναι ἡμᾶς, οὐδ' ἥκοντος ἐπακτοῦ τῷ καλῷ φαινομένῳ. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς τι, ἓν ὃ λέγεις, πάντως δήπου ἐστὶ καὶ μέγα καὶ καλόν· καὶ μυρία ἂν εἴη εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ. Ὡς οὖν τὸ μέγα καὶ μέγεθός ἐστιν ἐν αὐτῷ, καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν, καὶ ἄλλαι ποιότητες, διὰ τί οὐχὶ καὶ τὸ ἕν; οὐ γὰρ δὴ ποιότης μὲν ἔσται πᾶσα ἡτισοῦν, ποσότης δ' ἐν τοῖς οὖσιν οὐκ ἔσται, οὐδὲ ποσότης μὲν τὸ συνεχὲς, τὸ δὲ διωρισμένον οὐκ ἔσται, καίτοι μέτρῳ τὸ συνεχὲς χρῆται τῷ διωρισμένῳ. Ὡς οὖν μέγα μεγέθους παρουσία, οὕτω καὶ ἓν ἑνὸς, καὶ δύο δυάδος, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως. Τὸ δὲ ζητεῖν πῶς μεταλαμβάνει, κοινὸν πρὸς πάντων τῶν εἰδῶν τὴν ζητουμένην μετάληψιν· φατέον δ', ἐν μὲν τοῖς διῃρημένοις ἄλλως θεωρεῖσθαι τὴν δεκάδα ἑνοῦσαν δεκάδα, ἐν δὲ τοῖς συνεχέσιν ἄλλως, ἐν δὲ ταῖς πολλαῖς εἰς ἓν τοσαύταις δυνάμεσιν ἄλλως, καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς ἤδη ἀναβεβηκέναι, ἔτι δὲ ἐκεῖ μηκέτι ἐν ἄλλοις θεωρουμένους, ἀλλ' αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν ὄντας τοὺς ἀληθεστάτους ἀριθμοὺς εἶναι, αὐτοδεκάδα, οὐ δεκάδα τινῶν νοητῶν.

quæ generat aliquid, impossibile est, contrariam habitudinem idem prorsus efficere, adeo, ut hæc ipsa res proprie sit habitudo. Quænam igitur præcipua causa est? Profecto causa, ob quam aliquid unum est, ipsa unius præsentia est, similiter ob quam duo, præsentia duitatis: quemadmodum et albedinis album, pulchritudinis pulchrum, justitiæ præsentia justum. Alioquin neque hæc quidem exsistere dicenda erunt: sed in iis quoque habitudines quædam pro causis assignandæ: velut justum quidem ob talem quandam ad hæc vel illa habitudinem justum esse putandum; pulchrum vero, quoniam sic afficimur, cum tamen nihil sit in ipso subjecto, quod suapte natura sic nos afficiat: neque etiam velut adventitium adsit ei, quod occurrit ut pulchrum. Quando igitur aliquid vides unum, quod et unum dicis, omnino et magnum quodammodo est et pulchrum, et multis sic aliis modis affectum. Sicut igitur magnum et magnitudo in eo est, dulceque et amarum, et ceteræ qualitates, cur non ibi sit et unum? Neque enim putandum est, qualitatem quidem, qualiscumque sit, re vera omnem exsistere, quantitatem vero in ipso entium ordine non exsistere. Neque rursus duntaxat continuam quantitatem, discretam vero nequaquam, præsertim quia continua quantitas discretâ utitur ut mensurâ. Quemadmodum igitur magnum aliquid est præsentia magnitudinis, sic et unum unius ipsius, et duo præsentia duitatis, ceteraque similiter. Si quis autem curiosius inquirat, qua potissimum conditione res unum numerumque participent, communis erit ejusmodi quæstio cum participatione ceterarum speciernm communiter inquisita. Denique judicandum est in rebus discretis aliter considerari denarium intus videlicet exsistentem, aliter in continuis, aliter quoque in tot tantisque viribus congregatis in unum. In ipsis tandem intelligibilibus aliter, ad quæ inde facile perventum fuerit. Præterea ibi veriasimos esse numeros, non qui inspiciantur in aliis, sed qui in se ipsis exsistant, velut ipsum denarium, non dico quarundam intelligibilium rerum denarium, sed simpliciter ipsum.

Mundus ille divinus ideo perfectum animal est, quia universum jam possidet numerum animalium. Talem vero animalium numerum habet, quoniam numerum ipsum simpliciter universum habet. Illic igitur ipse simpliciter numerus, cum animalia omnia, tum perfectionem illius mundi præcedit.

Parit enim omniformes in se ideas, suo videlicet quodam motu; motu, inquam, numeroso; alioquin varia minime generaret: nempe ens ipsum in se concipit entia, se ipsum duntaxat in ea multiplicando. Cum vero non multiplicet se ipsum, nisi virtute numeri, merito illic entia numerus antecedit, sicut unum est ente superius. Denique quemadmodum lúna superne quidem uniformi lumine solem suspicit, subter vero biformi lumine biformia generat: sic ens primum unitate sua tanquam vertice ipsum simpliciter unum aspicit, numero autem mox comitante, entia numerosa speciesque profert.

ΙΕ'. Πάλιν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τούτων ἤδη λεχθέντων λέγωμεν, τὸ μὲν ξύμπαν ὂν τὸ ἀληθινὸν ἐκεῖνο καὶ ὂν εἶναι καὶ νοῦν, καὶ ζῶον τέλεον εἶναι, ὁμοῦ δὲ πάντα ζῶα εἶναι, οὗ δὴ τὸ ἓν ἑνὶ, ὡς ἦν αὐτῷ δυνατὸν, μεμίμηται καὶ τόδε τὸ ζῶον τὸ πᾶν· ἔφυγε γὰρ ἡ τοῦ αἰσθητοῦ φύσις τὸ ἐκεῖ ἓν, εἴπερ καὶ ἔμελλεν αἰσθητὸν εἶναι. Ἀριθμὸν δὴ δεῖ αὐτὸν εἶναι σύμπαντα· εἰ γὰρ μὴ τέλεος εἴη, ἐλλείποι ἂν ἀριθμῷ τινι· καὶ εἰ μὴ πᾶς ἀριθμὸς ζώων ἐν αὐτῷ εἴη, παντελὲς ζῶον οὐκ ἂν εἴη. Ἔστιν οὖν ὁ ἀριθμὸς πρὸ ζώου παντὸς καὶ τοῦ παντελοῦς ζώου. Ὁ μὲν δὴ ἄνθρωπος ἐν τῷ νοητῷ καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, καθ' ὅ ἐστι· καὶ ᾗ ζῶον παντελές ἐστιν ἐκεῖνο· καὶ γὰρ καὶ ὁ ἐνταῦθα ἄνθρωπος, ᾗ ζῶον, τὸ πᾶν μέρος αὐτοῦ, καὶ ἕκαστον, ᾗ ζῶον, ἐκεῖ ἐν ζώῳ ἐστίν. Ἓν δὲ τῷ νῷ, καθ' ὅσον νοῦς, ὡς μὲν μέρη οἱ νοῦ πάντες καθ' ἕκαστον· ἀριθμὸς δὲ καὶ τούτων· οὐ τοίνυν οὐδ' ἐν νῷ ἀριθμὸς πρώτως· ὡς δὲ ἐν νῷ, ὅσα νοῦ ἐνέργειαι, καὶ ὡς νοῦ, δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ αἱ ἄλλαι ἀρεταὶ, καὶ ἐπιστήμη καὶ ὅσα νοῦς ἔχων νοῦς ἐστιν ὄντως. Πῶς οὖν οὐκ ἐν ἄλλῳ ἡ ἐπιστήμη;

XV. Sed iterum ab initio post hæc jam dicta dicamus, illud simul universum verumque ens esse cum ens ipsum, tum intellectum, tum animal absolutum, simulque animalia cuncta. Cujus quidem unitatem universum hoc mundanum animal unitate sua pro viribus imitatur. Pro viribus, inquam, quoniam sensibilis hujus natura ab illo uno discessit, siquidem sensibilis fore debuit. Oportet præterea supernum illud esse numerum universum: nisi enim perfectus foret numerus, defectum alicujus numeri pati posset, atque nisi numerus universus animalium esset in eo, non esset animal penitus absolutum. Est itaque numerus ante omne animal, et ante animal universum. Homo sane in mundo intelligibili ceteraque animalia insunt, qua sunt animalia: et rursus, qua illud est animal universum: nam et, qui apud nos est, homo pars est universi, qua ratione animal, est universum: similiterque unumquodque, qua animal est, illic exsistit in animali. In intellectu autem, quatenus intellectus, sunt intellectus omnes singulatim velut partes, quorum est etiam numerus: neque igitur in mente primo numerus est. Quatenus autem est in mente, ita et tot censetur, sicut quotque actus ibi sunt mentis: et tanquam mentis justitia illic est atque temperantia, ceteræque virtutes: item scientia et quodcumque intellectus possidens re vera intellectus esse censetur. Verum, si scientia est in eo, quidnam prohibet scientiam in alio potius, quam in se ipsa, consistere? Prohibet certe, quia

ἢ ὅτι ἐστὶ ταὐτὸν καὶ ὁμοῦ ὁ ἐπιστήμων, τὸ ἐπιστητὸν, ἡ ἐπιστήμη, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως. Διὸ καὶ πρώτως ἕκαστον, καὶ οὐ συμβεβηκὸς ἡ δικαιοσύνη, ψυχῇ δὲ, καθ' ὅσον ψυχὴ, συμβεβηκός· δυνάμει γὰρ μᾶλλον ταῦτα, ἐνεργείᾳ δὲ, ὅταν πρὸς νοῦν, καὶ συνῇ. Μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη τὸ ὄν, καὶ ἐν τούτῳ ὁ ἀριθμὸς, μεθ' οὗ τὰ ὄντα γεννᾷ, κινούμενον κατ' ἀριθμὸν, προστησάμενον τοὺς ἀριθμοὺς τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν, ὥσπερ καὶ αὐτοῦ τὸ ἓν, συνάπτον αὐτὸ τὸ ὂν πρὸς τὸ πρῶτον, οἱ δ' ἀριθμοὶ οὐκέτι τὰ ἄλλα πρὸς τὸ πρῶτον· ἀρκεῖ γὰρ τὸ ὂν συνημμένον, τὸ δὲ ὂν γενόμενον ἀριθμὸς συνάπτει τὰ ὄντα πρὸς αὑτό· σχίζεται γὰρ οὐ καθ' ὃ ἓν, ἀλλὰ μένει τὸ ἓν αὑτοῦ· σχιζόμενον δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν εἰς ὅσα ἠθέλησεν, εἶδεν εἰς ὅσα, καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐγέννησεν ἐν αὐτῷ ἄρα ὄντα· ταῖς γὰρ δυνάμεσι τοῦ ἀριθμοῦ ἐσχίσθη, καὶ τοσαῦτα ἐγέννησεν, ὅσα ἦν ὁ ἀριθμός. Ἀρχὴ οὖν καὶ πηγὴ ὑποστάσεως τοῖς οὖσιν ὁ ἀριθμὸς ὁ πρῶτος καὶ ἀληθής. Διὸ καὶ ἐνταῦθα μετ' ἀριθμῶν ἡ γένεσις ἑκάστοις, κἂν ἄλλον ἀριθμὸν λάβῃ τι, ἢ ἄλλο γεννᾷ, ἢ γίγνεται οὐδέν. Καὶ οὗτοι μὲν πρῶτοι ἀριθμοί, ὡς ἀριθμητοί· οἱ δ' ἐν τοῖς ἄλλοις, ἤδη ἀμφότερα ἔχουσιν, ἢ μὲν παρὰ τούτων, ἀριθμητοὶ, ἢ δὲ κατὰ τούτους τὰ ἄλλα μετροῦσι, καὶ ἀριθμοῦντες τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰ ἀριθμητά. Τίνι γὰρ δέκα ἂν λέγοιεν, ἢ τοῖς παρ' αὐτοῖς ἀριθμοῖς;

sciens illic scitumque, et scientia idem simul exsistunt, ceteraque similiter. Quam ob rem unumquodque primo illic exsistit : neque accidens est ibi justitia : quamvis anima, qua ratione anima est, sit accidens : nam in potentia potius in anima hæc esse videntur : in actu denique, quando ad intellectum surgit, habitatque cum illo. Præter hoc autem ipsum jam ens exsistit, numerusque in eo, cum quo entia generat, agitatum videlicet secundum numerum : atque ita numeros exsistentiæ entium anteponens, ad eamque accommodans. Quemadmodum et ipsius unum ejusdem existentiæ est præfectum, ens ipsum copulans ad ipsum primum : numeri vero ad primum alia non conjungunt : sufficit enim ad hoc ens ipsum ipsi uni prorsus annexum : ens autem evadens numerus secum ipso conciliat entia. Dividitur enim non quatenus exsistit unum, sed permanet ipsum ipsius unum. Divisum vero suapte natura, in quot utique voluisset, animadvertit in quot prorsus divideretur, numerumque genuit in ipso igitur exsistentem : viribus namque numeri divisum est, totque genuit, quot ipse numerus erat. Principium igitur fonsque exsistendi entibus omnibus numerus ipse est primus et verus. Quapropter et hoc in mundo singulorum generatio certis numeris agitur, ac, si alius numerus assumatur, aut gignitur aliud, aut nihil penitus generatur : atque ii quidem primi numeri sunt tanquam numerabiles. Qui vero sunt in aliis, jam utraque habent : qua enim ratione sunt ab his, numerabiles sunt : qua vero præter eos exsistentes secundum eos agunt, alia metiuntur, cum numeros, tum numerabilia numerantes. Quo enim potissimum decem dicere queant, nisi numeris penes se exsistentibus?

Quando homines forte decurrentes numeras, numerum ipse novum penes te facis in genere quantitatis. Quando vero decem homines ad idem ordinatos in choro consideras, præter denarium tuum est et in eis denarius ordinatus in genere quantitatis, sed numerus partium in re qualibet naturalium essentialis est, et naturaliter in substantiæ genere collocatus.

Essentialis quoque numerus est in anima, ex pluribus videlicet suapte natura harmonice constituta, essentialis in mente divina numerus, cum idearum inter se serie certa dispositarum, tum etiam partium in quavis idea suarum, tum denique super ideas numerus ipse simpliciter.

ΙϚ'. Τούτους δὴ, οὓς φαμὲν πρώτους ἀριθμοὺς καὶ ἀληθεῖς, ποῦ, ἄν τις φαίη, θείη τε καὶ εἰς τί γένος τῶν ὄντων; ἐν μὲν γὰρ τῷ ποσῷ δοκοῦσιν εἶναι παρὰ πᾶσι· καὶ δὴ καὶ ποσοῦ μνήμην ἐν τῷ πρόσθεν ἐποιεῖσθε, ἀξιοῦντες ὁμοίως ἐν τῷ συνεχεῖ καὶ τὸ διωρισμένον ἐν τοῖς οὖσι τιθέναι. Πάλιν τε αὖ λέγετε, ὡς πρώτων ὄντων οὗτοί εἰσιν οἱ ἀριθμοί· ἄλλους τε αὖ ἀριθμοὺς παρ' ἐκείνους εἶναι λέγετε ἀριθμοῦντας. Πῶς οὖν ταῦτα διατάττεσθε, λέγετε ἡμῖν· ἔχει γὰρ πολλὴν ἀπορίαν, ἐπεὶ καὶ τὸ ἓν τὸ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς, πότερα ποσόν τι, ἢ πολλάκις μὲν τὸ ἓν ποσὸν, αὐτὸ δὲ μόνον ἀρχὴ ποσοῦ, καὶ οὐ ποσόν. Καὶ πότερα ἀρχὴ οὖσα συγγενὲς, ἢ ἄλλο τι; ταῦτα ἡμῖν πάντα δίκαιοι διασαφεῖν ἐστέ. Λεκτέον οὖν ἀρξαμένοις ἐντεῦθεν περὶ τούτων· ὡς ὅταν μὲν (πρῶτον δ' ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν ποιητέον τὸν λόγον) ὅταν τοίνυν ἄλλο μετ' ἄλλου λαβὼν εἴπῃς δύο, οἷον κύνα καὶ ἄνθρωπον, ἢ καὶ ἀνθρώπους δύο, ἢ πλείους, δέκα εἰπὼν, καὶ ἀνθρώπων δεκάδα, ὁ ἀριθμὸς οὗτος οὐκ οὐσία, οὐδ' ὡς ἐν αἰσθητοῖς, ἀλλὰ καθαρῶς ποσόν· καὶ μερίζων καθ' ἕνα, καὶ τῆς δεκάδος ταύτης μέρη ποιῶν τὰ ἕνα, ἀρχὴν ποιεῖς καὶ τίθεσαι ποσοῦ, εἷς γὰρ τῶν δέκα οὐχ ἓν καθ' αὑτό. Ὅταν δὲ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ λέγῃς ἀριθμόν τινα, οἷον δυάδα, ζῷον, καὶ λογικὸν, οὐχ εἷς ἔτι ὁ τρόπος ἐνταῦθα,

XVI. Percontabitur nos aliquis fortasse deinceps hunc in modum : Numeros istos quos primos nominatis et veros, ubinam ponitis? et in quo potissimum rerum genere collocatis? Apud omnes sane in genere quantitatis esse videntur. Vos etiam in superioribus mentionem de quantitate fecistis, existimantes, sicut continuam, ita quoque discretam quantitatem in ipso entium ordine statuendam. Sed rursus affertis numeros istos entium esse primorum aliosque iterum numeros præter illos esse dicitis numerantes. Quoniam igitur modo talia disponatis, nobis, precor, exponite. plurima enim ex hac opinione dubitatio nascitur : quandoquidem et unum, quod rebus sensibilibus inest, in controversiam venit, utrum sit quantum aliquid : an potius, si unum sæpius assumatur, sit quantum. Sin autem excipiatur solum, tunc non quantum quicquam, sed quantitatis initium. Rursus, ubi est principium quantitatis, utrum cognatum sit vel alienum? Hæc itaque omnia explanare nobis jure debetis. Tractandum igitur nobis his de rebus hinc forsan exordientibus. Quando sane? (At primum in materia hoc sensibili pertractandum), quando, inquam, aliud una cum alio accipiens duo dicis, velut canem et hominem, vel etiam duos homines, aut plures, ceu decem computans, hominumque denarium dicens, hic numerus non est substantia, neque etiam ut rebus sensibilibus inest, sed pure quantitas. Jam vero tu partiens secundum unum, faciensque hujus denarii singulas unitates, principium ejus quantitatis : unus enim ex ipso decem numero non est ipsum per se unum. Quando vero hominum ipsum in se ipso numerum quendam dicis, ceu binarium, animal atque rationale, non unus amplius modus hic observatur

ἀλλ', ἦ μὲν διεξοδεύεις καὶ ἀριθμεῖς, ποσόν τι ποιεῖς· ἢ δὲ τὰ ὑποκείμενά ἐστι δύο καὶ ἑκάτερον ἕν, εἰ τὸ ἓν ἑκάτερον συμπληροῦν τὴν οὐσίαν, καὶ ἡ ἑνότης ἐν ἑκατέρῳ, ἀριθμὸν ἄλλον καὶ οὐσιώδη λέγεις· καὶ ἡ δυὰς αὕτη οὐχ ὕστερον, οὐδὲ ὅσον λέγει μόνον ἔξωθεν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ καὶ συνέχον τὴν τοῦ πράγματος φύσιν· οὐ γὰρ ποιεῖς ἀριθμὸν σὺ ἐνταῦθα, ἐν διεξόδῳ ἐπιὼν πράγματα καθ' αὑτὰ ὄντα, οὐδὲ συνιστάμενα ἐν τῷ ἀριθμεῖσθαι. Τί γὰρ ἂν γένοιτο εἰς οὐσίαν ἄλλῳ ἀνθρώπῳ μετ' ἄλλου ἀριθμουμένῳ; οὐδὲ γάρ τις ἑνὰς, ὥσπερ ἐν χορῷ, ἀλλ' ἡ δεκὰς αὕτη τῶν ἀνθρώπων ἐν σοὶ τῷ ἀριθμοῦντι τὴν ὑπόστασιν ἂν ἔχοι, ἐν δὲ τοῖς δέκα, οὓς ἀριθμεῖς, μὴ συντεταγμένοις εἰς ἕν, οὐδὲ δεκὰς ἂν λέγοιτο, ἀλλὰ δέκα σὺ ποιεῖς ἀριθμῶν καὶ ποσῶν τοῦτο τὸ δέκα· ἐν δὲ τῷ χορῷ καὶ ἔστι τι ἔξω, καὶ ἐν τῷ στρατῷ· πῶς δ' ἐν σοί; ἢ ὁ μὲν πρὸ τοῦ ἀριθμεῖν ἐγκείμενος, ἄλλως· ὁ δ' ἐκ τοῦ φανῆναι ἔξωθεν πρὸς τὸν ἐν σοὶ, ἐνέργεια ἢ ἐκείνων, ἢ κατ' ἐκείνους, ἀριθμοῦντος ἅμα καὶ ἀριθμὸν γεννῶντος καὶ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ὑπόστασιν ποιοῦντος ποσοῦ, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ βαδίζειν ὑπόστασιν τινὸς κινήσεως. Πῶς οὖν ἄλλως ὁ ἐν ἡμῖν; ἢ ὁ τῆς οὐσίας ἡμῶν, μετέχουσα, φησὶν, ἀριθμοῦ καὶ ἁρμονίας, καὶ ἀριθμὸς αὖ καὶ ἁρμονία· οὔτε γὰρ σῶμα, φησί τις, οὔτε μέγεθος· ἀριθμὸς ἄρα ἡ ψυχὴ, εἴπερ οὐσία. Ὁ μὲν δὴ τοῦ σώματος ἀριθμὸς οὐσία, ὡς σῶμα, ὁ δὲ τῆς ψυχῆς οὐσίαι, ὡς ψυχαί· καὶ δὴ ὅλως ἐπὶ τῶν νοητῶν, εἴ ἔστι τὸ ἐκεῖ ζῶον αὐτὸ πλείω, οἷον τριὰς, αὕτη ἡ τριὰς οὐσιώδης ἡ ἐν τῷ ζώῳ. Ἡ δὲ τριὰς ἡ μήπω ζώου, ἀλλ' ὅλως τριὰς ἐν τῷ ὄντι, ἀρχὴ οὐσίας. Εἰ δ' ἀριθμοῖς ζῶον καὶ καλὸν, ἑκάτερον μὲν ἕν, σὺ δὲ γεννᾷς ἀριθμὸν ἐν σοὶ, καὶ ἐνεργεῖς ποσὸν καὶ δυάδα. Εἰ μέντοι ἀρετὴν τέτταρα λέγοις, (καὶ τετρὰς ἔστι τις, οἷον τὰ μέρη αὐτῆς εἰς ἕν,) καὶ ἑνάδα τετράδα, οἷον τὸ ὑποκείμενον, καὶ σὺ τετράδα ἐφαρμόττεις τὴν ἐν σοί.

sed, quatenus discurris et numeras, quantum aliquid efficis. Qua vero ratione subjecta sunt duo, et utrumque unum, si quidem unum utrumque complet essentiam, et in ambobus est unitas, numerum alium essentialemque pronuntias: atque hic binarius non posterius incidit, neque solum quantitatem quandam significat extra rem ipsam, sed quod est in essentia, continetque ipsam rei naturam. Non tu hic efficis numerum discurrendo, dum res per se exsistentes prosequeris, quæ quidem tuo numerandi actu non procreantur. Quid enim accedat alteri homini ad essentiam, quando cum alio quopiam numeratur? Non enim ibi est unitas aliqua, qualis in choro, sed iste denarius hominum in te duntaxat enumerante exsistere poterit: in ipsis vero decem, quos numeras, siquidem nullo ordine conciliantur in unum, ne denarius quidem esse dicetur, sed decem ipse facis, numerans videlicet, et quantum reddens hunc ibi denarium: at in ipso choro atque exercitu est et aliquid extra te, præter id, quod exsistit in te. Sed quonam modo in te? Forsan ipse numerus tibi ante numerandi actum insitus se aliter habet. Numerus autem resultans ex eo, quod apparet extrinsecus, ad illum, qui est in te, actus est vel illorum, vel secundum illos, dum tu videlicet simul numeras et procreas numerum, atque in hoc ipso actu exsistentiam efficis quantitatis: quemadmodum in gradiendo motionis cujusdam efficis exsistentiam. Quo igitur modo, qui nobis est insitus, se aliter habet? Est ipse profecto nostræ essentiæ numerus, quam Plato inquit esse numeri harmoniæque participem, rursusque numerum harmoniamque exsistere. Ait itaque aliquis neque corpus esse, neque magnitudinem, ideoque animam esse numerum, siquidem sit essentia: corporis quidem numerus essentia est, ut corpus: numerus autem animæ essentiæ quædam est, ut animæ sunt. Jam vero in ipso prorsus intelligibili mundo, si ipsum ibi animal plura quædam est, velut trinitas aliqua, hæc ipsa trinitas, quæ est in animali, essentialis exsistit. Trinitas autem, quæ nondum est animalis, sed omnino trinitas in ente, principium est essentiæ. Si autem illic enumeres animal et pulchrum, utrumque sane est unum: tu vero penes te concipis numerum, agisque quantitatem atque binarium. Verumtamen, si virtutem dixeris quædam quatuor, certe quaternarius quidam est, velut partes virtutis conferentes ad unum: licetque dicere unitatem quaternarium, velut subjectum aliquod: tu vero illi quaternarium, qui in te est, accommodas.

Corpora quidem in dimensiones, hæ vero in numeros resolvuntur. In primo igitur exemplari numeri quidem dimensiones, hæ autem corpora antecedunt.

Profecto ante corpus naturale est ipsum simpliciter corpus: igitur et principia hujus ante illius principia sunt. Dimensiones igitur, quæ sunt termini corporis, item numeri, qui dimensionum mensuræ sunt, ante propria rerum naturalium principia cogitantur: quapropter et sine materia sensibili cognoscuntur. Corpus profecto neque per materiam, neque per qualitatem proprie corpus est, sed quantitatem: nisi enim hæc accesserit, utraque est incorporea. Numeri igitur, cum quantitatis principia sint, probabiliter a Pythagoricis initia corporum appellantur: habent enim principiorum proprietatem: siquidem primis minimisque sunt differentiis constituti, et a simplicissima mox unitate procedunt. Quæ quidem situm libere supereminens antecedit punctum situi consignatum: imo et ipsa superessentialis unitas omnem præcedit essentiam specie designatam. Sunt in divinis certe figurarum ideæ, per quas et mundi sphæris et unicuique speciei determinatæ figuræ sunt. Illic autem dimensio vel figura non aliter, quam destinatione quadam intelligentiæ, terminatur. Linea illic hac tantum ratione dicitur infinita, quoniam idealis lineæ ratio nullum habet terminum quantitatis; alioquin non æque cum lineis quibuslibet majoribus minoribusve congrueret. Essentia prima in primis consideratur viva, deinde intellectualis agnoscitur: sed cum primum intellectualis est, simul etiam vivens intellectuale, vel intellectuale animal definitur: numeri et figuræ prius illic involuta, mox cum intellectuali illic animali pariter evolvuntur.

ΙΖ'. Ὁ δὲ λεγόμενος ἄπειρος ἀριθμὸς πῶς; πέρας γὰρ οὗτοι αὐτῷ διδόασιν οἱ λόγοι, ἢ καὶ ὀρθῶς, εἴπερ ἔσται ἀριθμός· τὸ γὰρ ἄπειρον μάχεται τῷ ἀριθμῷ. Διὰ τί οὖν λέγομεν ἄπειρος ὁ ἀριθμός; ἆρ' οὖν ὥσπερ ἄπειρον λέγομεν γραμμήν; λέγομεν δὲ γραμμὴν ἄπειρον, οὐχ ὅτι ἔστι τις τοιαύτη, ἀλλ' ὅτι ἔξεστιν ἐπὶ τῇ μεγίστῃ, οἷον τοῦ παντὸς, ἐπινοῆσαι μείζω· οὕτω καὶ

XVII. Reliquum est explanare, qua conditione dicatur numerus infinitus. Hæ namque rationes numero terminum adhibent, et forsan recte admodum, siquidem numerus sit futurus: infinitum namque numero adversatur. Curnam igitur sæpe solemus dicere numerum infinitum? an forte sicut dicimus lineam infinitam? Dicimus autem infinitam lineam, non quia sit aliqua talis, sed quia licet maxima linea seu linea mundi majorem excogitare: sic et

ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ · γνωσθέντος γὰρ, ὅσος ἐστὶν, ἔστιν αὐτὸν διπλασίονα ποιῆσαι τῇ διανοίᾳ, οὐκ ἐκείνῳ συνάψαντα. Τὸ γὰρ ἐν σοὶ μόνῳ νόημα καὶ φάντασμα πῶς ἂν τοῖς οὖσι προσάψαις; ἢ φήσομεν ἄπειρον ἐν τοῖς νοητοῖς εἶναι γραμμήν· ποσὴ γὰρ ἂν εἴη ἡ ἐκεῖ γραμμή. Ἀλλ' εἰ μὴ ποσή τις, ἐν ἀριθμῷ ἄπειρος ἂν εἴη, ἢ τὸ ἄπειρον ἄλλον τρόπον, οὐχ ὡς ἀδιεξίτητον · ἀλλὰ πῶς ἄπειρος; ἢ ἐν τῷ λόγῳ τῆς αὐτογραμμῆς οὐκ ἔνι προσνοούμενον πέρας. Τί οὖν ἐκεῖ γραμμὴ καὶ ποῦ; ὕστερον μὲν ἀριθμοῦ, ἐνορᾶται γὰρ ἐν αὐτῇ τὸ ἕν, καὶ γὰρ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς μίαν διάστασιν. Ποσὸν δὲ τὸ τῆς διαστάσεως μέτρον οὐκ ἔχει· ἀλλὰ ποῦ; τοῦτο ἄρα μόνον ἐν νοήσει οἷον ὁριστικῇ· ἢ καὶ πρᾶγμα, νοερὸν μέντοι. Πάντα γὰρ οὕτως, ὡς καὶ νοερὰ, καὶ πῶς τὸ πρᾶγμα · καὶ δὴ καὶ περὶ ἐπιπέδου καὶ στερεοῦ καὶ πάντων τῶν σχημάτων, ποῦ καὶ ὅπως · οὐ γὰρ δὴ ἡμεῖς τὰ σχήματα ἐπινοοῦμεν. Μαρτυρεῖ δὲ τό τε τοῦ παντὸς σχῆμα πρὸ ἡμῶν, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα φυσικὰ σχήματα, ἐν τοῖς φύσει οὖσιν, ἃ δὴ ἀνάγκη πρὸ τῶν σωμάτων εἶναι, ἀσχημάτιστα ἐκεῖ καὶ πρῶτα σχήματα. Οὐ γὰρ μορφαὶ ἐν ἄλλοις, ἀλλὰ αὐτὰ αὐτῶν ὄντα οὐκ ἐδεῖτο ἐκταθῆναι · τὰ γὰρ ἐκταθέντα ἄλλων. Πάντοτε οὖν σχῆμα ἐν ἐν τῷ ὄντι, διεκρίθη δὲ ἤτοι ἐν τῷ ζώῳ, ἢ πρὸ τοῦ ζώου. Λέγω δὲ διεκρίθη, οὐχ ὅτι ἐμεγεθύνθη, ἀλλ' ὅτι ἕκαστον ἐμερίσθη πρὸς ἕκαστον, ὡς τὸ ζῶον. Καὶ τοῖς σώμασιν ἐδόθη τοῖς ἐκεῖ, οἷον πυρὶ, εἰ βούλει, τῷ ἐκεῖ ἡ ἐκεῖ πυραμίς. Διὸ καὶ τοῦτο μιμεῖσθαι θέλει, μὴ δυνάμενον ὕλης αἰτίᾳ. Καὶ τὰ ἄλλα ἀνάλογον ὡς λέγεται περὶ τῶν τῇδε. Ἀλλ' οὖν ἐν τῷ ζώῳ καθ' ὃ ζῶον; ἢ ἐν τῷ νῷ πρότερον; ἔστι μὲν γὰρ ἐν τῷ ζώῳ, εἰ μὲν οὖν τὸ ζῶον περιεκτικὸν ἦν τοῦ νοῦ, ἐν τῷ ζώῳ πρώτως, εἰ δὲ νοῦς κατὰ τὴν τάξιν, πρότερον ἐν νῷ. Ἀλλ' εἰ ἐν τῷ ζώῳ τῷ παντελεῖ καὶ ψυχαὶ, πρότερος νοῦς. Ἀλλὰ νοῦς, φησὶν, ὅσα ὁρᾷ, ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ · εἰ οὖν ὁρᾷ, ὕστερος · ἢ δυνατὸν τὸ ὁρᾷ οὕτως εἰρῆσθαι, ὡς ἐν τῇ ὁράσει τῆς ὑποστάσεως γιγνομένης · οὐ γὰρ ἄλλος, ἀλλὰ πάντα ἕν, καὶ ἡ νόησις δὲ, ψιλὴν ἔχει σφαῖραν, τὸ δὲ ζῶον ζώου σφαῖρα.

in numero. Postquam enim, quantus sit numerus, cognoverimus, licet ipsum animo duplicare, non conjungendo quidem hunc illi numerum. Quo enim pacto notionem imaginationemque, quæ tibi soli inest, cum rebus extrinsecus exsistentibus copulabis? Alioquin forte dicemus infinitam in regione intelligibili lineam : erit enim quanta, quæ linea illic erat. Verum si non est ibi quanta, quædam erit in numero infinita : sed profecto infinitum ibi alia quadam dicitur ratione, non tanquam quod non liceat pertransire : quonam modo igitur infinitum? Forsan, quia in ipsa ipsius lineæ ratione nullus per intelligentiam terminus additur. Quidnam igitur et ubi illic est linea? Est sane numero posterius aliquid, in ea enim inspicitur unum siquidem et ab uno incipit, et ad dimensionem producitur unam. Quantitas vero dimensionis non habet terminum. Sed ubinam? Hoc igitur solum in intelligentia tanquam determinatrice consistit : aut etiam res ipsa est, intellectualis tamen. Omnia namque sic ibi sunt, ut et intellectualia sint, et quomodo res ipsa se habet. Atqui et de plano ac solido omnibusque figuris, ubi et quomodo disponantur, illic est præsignatum : non enim nos dumtaxat figuras excogitando creamus. Quod sane testatur ipsa mundi figura nos antecedens, et figuræ ceteræ naturales rebus natura constantibus naturaliter assignatæ, quæ quidem necessario ante corpora sunt, tanquam infiguratiles ibi primæque figuræ. Non enim formæ quædam sunt jacentes in aliis, sed ipsæ sui juris exsistunt, ideoque extensione non indigent : nam, quæ extensa sunt, aliis sunt addicta. Una igitur undique figura est in ente, discretio vero facta est vel in ipso animali seu vivente, vel ante animal atque vivens. Dico autem fuisse unumquodque discretum, non quia protractum aliquid sit in molem, sed quia sua cuique animali sit distributa figura. Proinde corporibus illic exsistentibus suæ sunt accommodatæ figuræ, velut igni, si placet, illi pyramis illa. Quapropter et hic mundus illa imitari contendit, quamvis propter materiam assequi omnino non valeat. Aliæ præterea figuræ secundum analogiam et proportionem quandam et hic pariter sunt et ibi. Sed numquid in animali sunt, quatenus animal seu vivens? An prius in intellectu figuræ sunt? Sunt certe in animali. Si igitur animal comprehenderet intellectum, animali prius inessent : sin vero vicissim, prius ordine sunt in mente. Quin imo, etsi in illo penitus absoluto vivente sunt et animæ, prior est intellectus. Sed quidnam dicemus ad Platonicum illud : Quot, inquit, in universo vivente inspicit intellectus, et quæ ibi sequuntur. Si ergo intellectus inspicit illud, posterior esse videtur, nisi forte hoc ipsum, quod dicitur « inspicit », ita sit positum a Platone, ut in ipsa perspectione animalis ipsius, et animalium natura subsistat : non enim alius est, qui cernit et qui videtur, sed cuncta sunt unum, ipsaque intelligentia nudam habet sphæram : ipsum vero animal sphæram possidet animalis.

Numerus rerum inter se formaliter differentium determinatus est in mundo incorporeo per numerum idealem, certum in mundo divino, qui tamen illic infinitus dicitur, sicut et quævis idea : quia totam naturæ suæ virtutisque possidet plenitudinem, nec extrinsecus terminatur.

Pulchritudo primæ essentiæ suapte natura viventis est intelligentia sua, conversa semper ad se ipsam et ad ipsum bonum. Præterea omnis intellectus et animus vitam illam intellectualem re vera contemplans, atque igitur inde lumine intellectuali pariter et vitali et accedente statim amore transformatur in illam. Prima essentia nec ab ullo ente, velut a contrario, patitur : est enim totius entis causa, et omne ens eminenter, nec a non ente pati potest. Et quoniam per se ipsam est, merito semper est atque plenissime. Pendet autem ab ipso bono, dum vitam et intelligentiam antecedit : quam ob rem vivere et intelligere nobis est appetendum, ut et esse plenissimum habeamus : hoc autem ut habeamus, esse bonum. Principium denique est, quod sibi sufficit. Anima quidem sibimet ad motum sufficit : ens autem ad ipsum esse sibi satis est : ipsum vero bonum ad bonum, atque omnia. Tria igitur principia videri possunt.

ΙΗ'. Ἀλλὰ γὰρ ὁ ἀριθμὸς ἐκεῖ ὥρισται· ἡμεῖς δ' ἐπινοήσομεν πλείονα τοῦ προτεθέντος, καὶ τὸ ἄπειρον οὕτως ἀριθμούντων. Ἐκεῖ δὲ ἐπινοῆσαι πλέον οὐκ ἔστι τοῦ ἐπινοηθέντος ἤδη γὰρ ἔστιν· οὐδ' ἐλείφθη τις οὐδὲ λειφθήσεται, ἵνα τις καὶ προστεθῇ αὐτῷ. Εἴη δ' ἂν

XVIII. Proinde numerus illic omnis est definitus : huic autem numero quocumque dato majorem fingimus, atque sic infinitum in numerando contingit. Illic autem non potest, semel intellecto numero, major intelligi numerus : jam enim exsistit; neque relictus est ullus, neque in posterum relinquetur, ut ipsi alius adjungatur. Fas est itaque

κἀκεῖ ἄπειρος, ὅτι οὐκ ἔστι μεμετρημένος. Ὑπὸ τίνος γάρ; ἀλλ' ὃς ἔστι, πᾶς ἐστιν, ἓν ὢν καὶ ὁμοῦ, καὶ ὅλος ὴ, καὶ οὐ περιειλημμένος πέρατί τινι, ἀλλ' ἑαυτῷ ὤν, ὅς ἐστι· τῶν γὰρ ὄντων ὅλως οὐδὲν ἐν πέρατι, ἀλλ' ἐστι τὸ πεπερασμένον καὶ μεμετρημένον, τὸ εἰς ἀπειρίαν κωλυθὲν δραμεῖν καὶ μέτρου δεόμενον· ἐκεῖνα δὲ πάντα μέτρα, ὅθεν καὶ καλὰ πάντα. Καὶ γὰρ, ᾗ ζῶον, καλὸν, ἀρίστην τὴν ζωὴν ἔχον, οὐδεμιᾷ ζωῇ ἐλλεῖπον, οὐδ' αὖ πρὸς θάνατον συμμιγῆ ἔχον τὴν ζωήν· οὐδὲν γὰρ θνητὸν οὐδ' ἀποθνῆσκον, οὐδ' αὖ ἀμενηνὴ ἡ ζωὴ τοῦ ζώου αὐτοῦ, ἀλλ' ἡ πρώτη καὶ ἐναργεστάτη καὶ τὸ τρανὸν ἔχουσα τοῦ ζῆν, ὥσπερ τὸ πρῶτον φῶς, ἀφ' οὗ καὶ αἱ ψυχαὶ ζῶσί τε ἐκεῖ, καὶ αἱ δεῦρο ἰοῦσαι κομίζονται. Οἶδε δὲ, καὶ ὅτου χάριν ζῇ, καὶ πρὸς ὃ ζῇ, ἀφ' οὗ καὶ ζῇ, ἐξ οὗ γὰρ καὶ εἰς ὃ ζῇ. Ἡ δὲ πάντων φρόνησις καὶ ὁ πᾶς νοῦς ἐπὼν καὶ συνὼν καὶ ὁμοῦ ὤν, ἀγαθώτερον αὐτὸ ἐπιχρώσας καὶ συγκερασάμενος φρόνησιν, σεμνότερον αὐτοῦ τὸ κάλλος παρέχεται· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα φρόνιμος ζωὴ τὸ σεμνὸν καὶ τὸ καλὸν κατὰ ἀλήθειάν ἐστι, καίτοι ἀμυδρῶς ὁρᾶται, ἐκεῖ δὲ καθαρῶς ὁρᾶται. Δίδωσι γὰρ τῷ ὁρῶντι ὅρασιν καὶ δύναμιν εἰς τὸ μᾶλλον ζῆν, καὶ μᾶλλον εὐτόνως ζῶντα ὁρᾶν, καὶ γενέσθαι, ὃ ὁρᾷ. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἡ προσβολὴ, καὶ πρὸς ἄψυχα ἡ πολλὴ, καὶ ὅταν πρὸς ζῶα, τὸ μὴ ζῶν αὐτῶν προβέβληται, καὶ ἡ ἔνδον ζωὴ μέμικται. Ἐκεῖ δὲ ζῶα πάντα, καὶ ὅλα ζῶντα καὶ καθαρὰ, κἂν ὡς οὐ ζῶόν τι λάβῃς, ἐξέλαμψεν αὐτοῦ εὐθέως καὶ αὐτὸ τὴν ζωήν· τὴν δὲ οὐσίαν ἐν αὐτοῖς διαβᾶσαν ἀκίνητον εἰς μεταβολὴν παρέχουσαν αὐτοῖς τὴν ζωὴν καὶ τὴν φρόνησιν καὶ τὴν ἔν αὐτοῖς σοφίαν καὶ ἐπιστήμην θεασάμενος, τὴν κάτω φύσιν ἅπασαν γελάσει τῆς εἰς οὐσίαν προσποιήσεως. Παρὰ γὰρ ταύτης μένει μὲν ζωὴ, μένει δὲ νοῦς, ἕστηκε δὲ ἐν αἰῶνι τὰ ὄντα· ἐξίστησι δὲ οὐδὲν, οὐδέ τι τρέπει, οὐδὲ παρακινεῖ αὐτό· οὐδὲ γὰρ ἔστι τι ὂν μετ' αὐτὸ, ὃ ἐφάψεται αὐτοῦ· εἰ δέ τι ἦν, ὑπὸ τούτου ἂν ἦν· καὶ εἰ ἐναντίον τι ἦν, ἀπαθὲς ἂν ἦν τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἐναντίου. Ὃν δὲ αὐτὸ οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησεν ὄν, ἀλλ' ἕτερον πρὸ αὐτοῦ κοινὸν καὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ ὄν· ὥστε ταύτῃ Παρμενίδης ὀρθῶς ἓν εἰπὼν τὸ ὄν, καὶ οὐ δι' ἐρημίαν ἄλλου ἀπαθὲς, ἀλλ' ὅτι ὄν. Μόνῳ γὰρ τούτῳ παρ' αὐτοῦ ἔστιν εἶναι. Πῶς ἂν οὖν τις τὸ ὂν παρ' αὐτοῦ ἀφέλοιτο, ἢ ὁτιοῦν ἄλλο, ὅσα ὄντως ἐνεργείᾳ, καὶ ὅσα ἀπ' αὐτοῦ; ἕως γὰρ ἂν ᾖ, χορηγεῖ· ἔστι δ' ἀεὶ, ὥστε κἀκεῖνα· οὕτω δ' ἐστὶν ἐν δυνάμει καὶ κάλλει μέγα, ὥστε θέλγειν καὶ τὰ πάντα ἀνηρτῆσθαι αὐτοῦ, καὶ ἵχνος αὐτοῦ παρ' αὐτοῦ ἔχοντα ἀγαπᾷν, καὶ μετὰ τοῦτο ἀγαθὸν ζητεῖν. Τὸ γὰρ εἶναι πρὸ ἐκείνου ὡς πρὸς ἡμᾶς, καὶ ὁ πᾶς δὲ κόσμος οὗτος καὶ ζῆν καὶ φρονεῖν, ἵνα ᾖ, θέλει, καὶ πᾶσα ψυχὴ καὶ πᾶς νοῦς, ὅ ἐστιν, εἶναι· τὸ δὲ εἶναι αὐτάρκες ἑαυτῷ.

illic etiam appellare numerum infinitum, propterea quod non sit mensuratus. A quo enim mensurari queat? Sed qui est, universus exsistit, unum exsistens atque simul : atqui et totus nec ullo termino comprehensus, sed qui est sibimet seque ipso consistens : nullum enim omnino entium termino circumscribitur : nam terminatum mensuratumque censetur illud, quod in infinitum prolabi cohibetur egetque termino : illa vero mensuræ sunt omnia, quam ob rem ibi pulchra sunt omnia : etenim, qua ipsum animal est, exsistit et pulchrum, vita optima præditum, cui nihil omnino vitæ desit, neque vitam habeat morti permixtam. Nihil enim ibi mortale, nihil est moriens : neque rursus exilis debilisve vita est animalis ipsius, sed prima, certissima, habens integrum vitæ vigorem, ceu lumen primum, a quo animæ quoque et illic vivunt, et quæ huc deveniunt, inde ducunt. Novit autem, et cujus gratia vivat, et ad quod vivat, a quo videlicet vivit, nempe ex quo vivit, iterum vivit ad idem. Ipsa vero omnium sapientia intellectusque universus adstans, et coexsistens, et simul exsistens, melius ipsum reddit quasi colorans, sapientiamque commiscens, venerabiliorem venustioremque ejus efficit pulchritudinem : quando et hic vita sapiens re vera est ipsum apud nos pulchrum atque venerandum, quamvis obscure a nobis prospiciatur, illic autem pure discernitur : tribuit enim videnti visionem ipsam, vimque simul, qua magis et vivat, efficaciusque vivens cernat etiam perspicacius, ipsumque, quod videt, efficiatur. Apud nos enim intuitus ad inanimata sæpissime flectitur : et quando ad animalia vertitur, tunc, quod in eis est non vivens, primum nobis occurrit : et vita, quæ latet intus, jam est admixta. Illic autem animalia viventiaque sunt omnia totaque et pura viventia, ac si quid tanquam non animal illic acceperis, mox illud quoque suam ex se vitam edit in lucem. Si quis denique essentiam in illis se diffundentem, eisque præbentem vitam prorsus immobilem, rursusque prudentiam et illis propriam sapientiam et scientiam fuerit contemplatus, totam protinus naturam hanc deridebit inferiorem, quod sibi essentiam communi judicio vindicet. Ab illa namque essentia penesque illam permanet vita, permanet intellectus : entia vero in ævo consistunt : nihil inde discedit, nihil vertit, nihil dimovet ipsum. Neque enim est ens ultra ipsum aliquod, quod illud attingat : ac, si quid foret, sub ipso procul dubio foret : et si quid foret illi contrarium, illud adhuc a contrario minime pateretur. Ens autem ipsum hoc nequaquam effecisset ens, sed alterum super ipsum commune, essetque illud ens ipsum. Quapropter hac ratione Parmenides recte, cum unum dixisset ipsum ens, non ob alius absentiam esse addidit, impassibile, sed duntaxat, quia sit ens ipsum. Hoc enim solum ex se ipso possidet esse. Quo igitur modo quis ab illo ens adimat, vel aliud quicquam eorum, quæ re vera est in actu, et quotcumque possidet ex se ipso? Quatenus enim exstat, sua sibi suggerit : est autem semper, ideo sunt semper et illa. Adeo vero potentia est et pulchritudine magnum, ut ad se alliciat rapiatque omnia penitus ex ipso pendentia, satisque inde putantia sibi factum, si vel ejus vestigium consequantur, quæ sane post hoc quærunt et bonum. Esse namque ipsum, quantum spectat ad nos, est ante bonum. Hic denique mundus omnis, ad hoc ipsum, ut sit, vitam sapientiamque affectat : omnisque anima et intellectus omnis hoc ipsum, quod est, optat exsistere : ipsum vero esse sibi ipsi sufficit.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ϛ

ΛΟΓΟΣ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ ΥΠΕΣΤΗ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER VII.

QUO MODO IDEARUM EXSTITIT MULTITUDO, ATQUE DE IPSO BONO.

(692,693.) [1267—1269.]

Deus providens animali non ita cogitavit, primo quidem animal inter contraria positum pati posse: secundo opus esse sensibus, ut caveret: tertio sensuum instrumentis: sed uno statim intelligentiæ ictu virtutisque momento cuncta in ipso penes deum animali simul ordinate disposita sunt.

Intelligentia enim virtusque perfecta motum ac sensum et sensibilia mirabiliter antecedens, nec a sensu vel sensibili exorditur, nec instar mobilis alicujus ab hoc in istud, ab isto in illud ordine ducitur quasi gradibus, sed in uno semel omnia possidet. Idea rei cujusque quantumlibet compositæ motibusque distractæ in deo simplex est, totaque simul præsentia possidens quæcumque, in rebus, apud nos temporibus, evolvuntur.

Α'. Εἰς γένεσιν πέμπων ὁ θεὸς ἢ θεός τις τὰς ψυχὰς φωσφόρα περὶ τὸ πρόσωπον ἔθηκεν ὄμματα, καὶ τὰ ἄλλα ὄργανα ταῖς αἰσθήσεσιν ἑκάσταις ἔδωκε, προορώμενος, ὡς οὕτως ἂν σώζοιτο, εἰ προορῷτο καὶ προακούοι, καὶ ἁψαμένη, τὸ μὲν φεύγοι, τὸ δὲ διώκοι. Πόθεν δὴ προϊδὼν ταῦτα; οὐ γὰρ δὴ πρότερον γενομένων ἄλλων, εἶτα δι' ἀπουσίαν αἰσθήσεων φθαρέντων, ἔδωκεν ὕστερον, ἃ ἔχοντες ἔμελλον ἄνθρωποι καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, τὸ παθεῖν φυλάξασθαι. Ἢ εἴποι ἄν τις· ἤδει, ὅτι ἐν θερμοῖς καὶ ψυχροῖς ἔσοιτο τὸ ζῶον καὶ τοῖς ἄλλοις σωμάτων πάθεσι· ταῦτα δὲ εἰδὼς, ὅπως μὴ φθείροιτο ῥᾳδίως τῶν ζώων τὰ σώματα, τὸ αἰσθάνεσθαι ἔδωκε, καὶ δι' ὧν ἐνεργήσουσιν αἱ αἰσθήσεις ὀργάνων· ἀλλ' ἦτοι ἐχούσαις τὰς δυνάμεις ἔδωκε τὰ ὄργανα, ἢ ἄμφω; ἀλλ' εἰ μὲν ἔδωκε καὶ τὰς αἰσθήσεις, οὐκ ἦσαν αἰσθητικαὶ πρότερον ψυχαὶ οὖσαι. Εἰ δ' εἶχον, ὅτε ἐγένοντο ψυχαὶ, καὶ ἐγένοντο, ἵν' εἰς γένεσιν ἴωσι, σύμφυτον αὐταῖς τὸ εἰς γένεσιν ἰέναι. Παρὰ φύσιν ἄρα τὸ ἀπὸ γενέσεως καὶ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι· καὶ πεποίηνται δή, ἵνα ἄλλου ὦσι καὶ ἵνα ἐν κακῷ εἶεν· καὶ ἡ πρόνοια, ἵνα σώζοιντο ἐν τῷ κακῷ, καὶ ὁ λογισμὸς ὁ τοῦ θεοῦ οὗτος καὶ ὅλως λογισμός. Ἀρχαὶ δὲ λογισμῶν τίνες; καὶ γὰρ εἰ ἐξ ἄλλων λογισμῶν, δεῖ ἐπί τι πρὸ λογισμοῦ ἢ τινά γε πάντως ἰέναι. Τίνες οὖν ἀρχαί; ἢ γὰρ αἴσθησις, ἢ νοῦς· ἀλλὰ αἴσθησις μὲν οὔπω, νοῦς ἄρα. Ἀλλ' εἰ νοῦς αἱ προτάσεις, τὸ συμπέρασμα ἐπιστήμη, περὶ αἰσθητοῦ οὐδενὸς ἄρα· (οὐ γὰρ ἀρχὴ μὲν ἐκ τοῦ νοητοῦ, τελευτὴ δὲ εἰς τὸ μὴ νοητὸν ἀφικνεῖται,) πῶς ἔνι ταύτην τὴν ἕξιν πρὸ αἰσθητοῦ καὶ διανόησιν ἀφικνεῖσθαι; οὔτ' οὖν ζώου πρόνοια, οὔθ' ὅλως τοῦδε τοῦ παντὸς ἐκ λογισμοῦ ἐγένετο· ἐπεὶ οὐδὲ ὅλως λογισμὸς ἐκεῖ, ἀλλὰ λέγεται λογισμὸς, εἰς ἔνδειξιν τοῦ πάντα οὕτως, ὡς ἄλλος σοφὸς ἐκ λογισμοῦ ἐν τοῖς ὕστερον· καὶ προόρασις, ὅτι οὕτως ὡς ἄν τις σοφὸς ἐν τοῖς ὕστερον προΐδοιτο. Ἐν γὰρ τοῖς μὴ γενομένοις πρὸ λογισμοῦ ὁ λογισμὸς χρήσιμον ἀπορίᾳ δυνάμεως τῆς πρὸ λογισμοῦ· καὶ πρόορασις, ὅτι μὴ ἦν ζύναμις τῷ προορῶντι, καθ' ἣν οὐκ ἐδεήθη προορά-

I. Cum ipse deus, vel saltem deus aliquis, animas in generationem demitteret, luciferos in facie oculos fabricavit, et instrumenta cetera reliquis adhibuit sensibus, prævidens videlicet, ita demum animal posse servari, si antevideat audiatque singula, et denique tangat atque ita alia quidem fugiat, alia prosequatur. Sed undenam prævidit hæc deus? Non enim putandum est, facta quondam ab eo animalia quædam, quæ carentia sensibus repente perierint, taque deum hinc admonitum, ea in posterum tribuisse, quibus instructi homines et animalia cetera æque monita perniciem devitarent. Forsan vero quispiam asserat, deum antea cognovisse, animal in calore et frigore, ceterisque corporum passionibus versaturum: itaque talia cognoscentem, ne facile animalium corpora perderentur, sensum attribuisse, et instrumenta, quibus sensus commodius uterentur. Verum quærendum est deinceps, utrum animis ejusmodi jam vires habentibus adjunxerit instrumenta, an utraque dederit. Si sensus quoque tradidit, non erant antea sensuales, cum tamen animæ jam tunc existerent. Sin autem habebant jam, quando factæ sunt, animæ, factæque sunt, ut in generationem veniant, certe innatum est eis, ut in generationem veniant. Ex quo sequi videbitur ut præter naturam sit a generatione discedere et in mundo intelligibili vivere: itaque factæ videntur, ut alienæ sint juris, habitentque in malo, idque providentia machinatur, ut custodiantur in malo: atqui et ratiocinatio dei sic se haberet, et omnino in deo ratiocinatio foret. Unde quærendum erit, quænam discursionis ejusmodi principia sint. Si enim ex discursionibus aliis, oportet tandem in aliquid, vel aliqua saltem ante discursionem exstantia pervenire. Quænam igitur principia sunt? aut sensus, aut potius intellectus. Verum sensus quidem nondum erat exortus: igitur intellectus. Verum si intellectus quidem est propositiones quædam, conclusio vero scientia, sequitur, ut de nullo sensibili tunc fuerit consultum. Non enim principium quidem ex intelligibili pendet, finis autem in quiddam non intelligibile devenit. Tum vero quonam modo contigit, ante sensibile talem quendam habitum excogitationemque incidere? Quam ob rem neque animalis ullius, neque omnino mundi hujus ex quadam ratiocinatione providentia contigit: siquidem nec omnino ulla apud deum argumentatio est, nominatur tamen interdum rationale quoddam in deo consilium, ut ita potissimum indicetur, sic ab eo singula constituta, ut sapiens aliquis in rebus posterioribus consilio faceret. Tum vero prævisio nuncupatur in deo: quoniam ita disposuit, quemadmodum sapiens aliquis rebus posterioribus providisset. In his enim, quæ ante argumentationem minime fiunt, argumentatio confert ob potentiæ illius infirmitatem, quæ actum argumentandi præcedit. Confert quoque prævisio, quoniam penes eum, qui prævidet, non erat facultas, per quam

σεως· καὶ γὰρ ἡ προόρασις, ἵνα μὴ τοῦτο, ἀλλὰ τοῦτο, καὶ οἷον φοβεῖται τὸ μὴ τοιοῦτον· οὗ δὲ τοῦτο μόνον, οὐ προόρασις, καὶ ὁ λογισμὸς, τοῦτο ἀντὶ τούτου. Μόνου δ' ὄντος θατέρου, τί καὶ λογίζεται; πῶς οὖν τὸ μόνον καὶ ἓν καὶ ἁπλῶς ἔχει ἀναπτυσσόμενον τὸ τοῦτο, ἵνα μὴ τοῦτο; καὶ ἐμελλε γὰρ τοῦτο, εἰ μὴ τοῦτο· καὶ χρήσιμον τοῦτο ἀνεφάνη, καὶ σωτήριον τοῦτο γενόμενον. Προείδετο ἄρα, καὶ προελογίσατο ἄρα. Καὶ δὴ καὶ τὸ νῦν ἐξ ἀρχῆς λεχθὲν τὰς αἰσθήσεις διὰ τοῦτο καὶ ἔδωκε τὰς δυνάμεις, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἄπορος ἡ δόσις, καὶ πῶς; οὐ μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ ἑκάστην ἐνέργειαν μὴ ἀτελῆ εἶναι, μηδὲ θεμιτὸν θεοῦ ὁτιοῦν ὄν, ἄλλο τι νομίζειν ἢ ὅλον τε καὶ πᾶν, δεῖ ἐν ὁτῳοῦν τῶν αὐτοῦ πάντα ἐνυπάρχειν. Δεῖ τοίνυν καὶ τοῦ μέλλοντος ἤδη παρόντος εἶναι, οὐ δὴ ὕστερόν τι ἐν ἐκείνῳ, ἀλλὰ τὸ ἤδη ἐκεῖ παρὸν ὕστερον ἐν ἄλλῳ γίνεται. Εἰ οὖν ἤδη πάρεστι τὸ μέλλον, ἀνάγκη οὕτω παρεῖναι, ὡς προενοημένον εἰς τὸ ὕστερον· τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς μηδὲν δεῖσθαι μηδενὸς τότε, τοῦτο δ' ἐστὶ, μηδὲν ἐλλείψοντος. Πάντα ἄρα ἤδη ἦν, καὶ ἀεὶ ἦν, καὶ οὕτως ἦν, ὡς εἰπεῖν ὕστερον τόδε μετὰ τόδε· ἐκτεινόμενον μὲν γὰρ καὶ οἷον ἁπλούμενον ἐκεῖ, δείκνυται τόδε μετὰ τόδε· ὁμοῦ δὲ ὄν, πᾶν τόδε, τοῦτο δέ ἐστιν ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν αἰτίαν.

non egeret prævisione. Prævisio enim huc tendit, ut non hoc quidem, sed illud eveniat: ubi quodammodo timetur, ne quid incidat alienum. Ubi autem non hoc vel illud imminet, sed hoc tantum adest, non est ulla prævisio: quin etiam argumentatio hoc pro illo quærere vel assumere solet. At ubi alterum adest solum, quidnam argumentatione sit opus? Quomodo igitur illud, quod est solum et unum, et omnino se simpliciter habet, revolutionem in se admittit ejusmodi, in qua hoc aliquid statuatur, ne forsitan eveniat aliud? In qua et dicatur, Nisi hoc fiat, accideret illud: in qua rursus addatur, Hoc jam apparuit utile, et si hoc fiat, servabit effectum. Si enim apud deum ita cogitaretur, igitur prævidisset: igitur et ante esset argumentatus. Atqui et quod modo ab initio dicebatur, sensus ac vires ob hoc ipsum dedisse videtur: quamvis tributio hæc utrum fiat, et quomodo fiat, dubitationem plurimam subeat. Verumtamen si oportet quamlibet illic actionem esse defectus expertem, neque fas est penes deum esse aliquid, quod non sit totum et universum, profecto necessarium est, in unoquoque eorum, quæ dei ipsius propria sunt, omnia contineri. Quam ob rem cum et ipsum futurum sit ibi jam præsens, nihil est in eo posterius: verum, quod ibi jam adest, posterius evadit in alio. Si ergo futurum jam est præsens, necesse est sic esse præsens, tanquam præcognitum in posterius: id est, ut nihil tunc indigeat aliquo: id est, ut nihil defuturum sit omnino. Omnia igitur jam erant: erantque semper, et ita erant, ut posterius liceret dicere, hoc esse post illud: nempe quando, quod illic est, explicatur et panditur, tunc hoc post illud appareret. Qua vero ratione secum simul exsistit, non occurrit hoc amplius atque illud, sed potius hoc universum: id est causam quoque possidens in se ipso.

Hæc de quolibet potissima quæri solent: quid videlicet, et propter quid res ipsa sit. Illud quidem explicatur definitione, hoc autem declaratur assignatione causæ efficientis atque finalis: et invicem conjuncta sunt ambo.

Sensus quidem neutrum quærit: ratio vero quærit utrumque seorsum: intellectus autem possidet utrumque simul. Atque in hoc ratio simul consequitur ambo: nempe cum primum, quid ipsa rei natura sit, definierit, mox in ea ipsa definitione deprehendit efficientem ejus causam et finalem, atque vicissim, cum primum ejusmodi causam apprehenderit, comprehendit ibidem ipsius rei naturam. Præterea in animali cum mundano, tum quolibet, ita membra invicem sunt contexta totaque simul prodeunt, ut quovis inspecto, causa statim ejusdem conspiciatur, atque e converso. Multo major in mundo divino est utriusque copula, ubi in quavis idea ceteræ sunt connexæ. Atque mens ipsa quidem simul, et propter quid de unoquoque tenens idea quælibet ipsamet exsistit. Denique ignis quidem quod nascatur, quod ita se habeat, quod sic agat, sic patiatur, sortitur causam aliunde: quod autem sit hoc ipsum, quod naturaliter est, scilicet corpus calidum, siccum, lucidum, non aliunde reportat: sed ob hoc tantum, quod est ignis, profert hæc tria simul, atque vicissim. Hac igitur ratione quid in ejus natura, et propter quid, minime segregantur: unde rerum species definitionesque solent a Platonicis necessariæ æternæque nuncupari.

Β'. Διὸ καὶ ἐντεῦθεν ἄν τις οὐχ ἧττον καταμάθοι τὴν νοῦ φύσιν, ἣν καὶ πλέον τῶν ἄλλων ὁρῶμεν, οὐδ' ὡς, ὅσον ἐστὶ τὸ νοῦ χρῆμα, ὁρῶμεν. Τὸ μὲν γὰρ ὅ τι εἰδῶμεν αὐτὸν ἔχειν, τὸ δὲ διότι οὐκέτι, ἢ, εἰ δοίημεν, χωρίς· καὶ ὁρῶμεν ἄνθρωπον ἢ ὀφθαλμὸν, εἰ τύχοι, ὥσπερ ἄγαλμα, ἢ ἀγάλματος· τόδε ἐστὶν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ διὰ τί ἄνθρωπος; εἴπερ καὶ νοερὸν αὐτὸν δεῖ τὸν ἐκεῖ ἄνθρωπον εἶναι καὶ ὀφθαλμὸν, καὶ διὰ τί· ἢ οὐκ ἂν ὅλως εἴη, εἰ μὴ διὰ τί, ἐνταῦθα δὲ ὥσπερ ἕκαστον τῶν μερῶν· χωρὶς, οὕτω καὶ τὸ διὰ τί. Ἐκεῖ δ' ἐν ἑνὶ πάντα, ὥστε ταὐτὸν τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ διὰ τί τοῦ πράγματος. Πολλαχοῦ δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ διὰ τί ταὐτὸν, οἷον τί ἐστιν ἕλευψις. Τί οὖν κωλύει καὶ ἕκαστον διὰ τί εἶναι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο εἶναι τὴν οὐσίαν ἑκάστου. Μᾶλλον δὲ ἀνάγκη, καὶ πειρωμένοις οὕτω τὸ τί ἦν εἶναι λαμβάνειν, ὀρθῶς συμβαίνει. Ὅ γάρ ἐστιν ἕκαστον, διὰ τοῦτό ἐστι. Λέγω δὲ οὐχ, ὅτι τὸ εἶδος ἑκάστῳ αἴτιον τοῦ εἶναι· (τοῦτο μὲν γὰρ ἀληθές·) ἀλλ' ὅτι, εἰ καὶ αὐτὸ

II. Hinc igitur aliquis non minus naturam mentis perdiscere potest, quam magis etiam, quam alia, cernimus: neque sic tamen, ut, quanti sit mens, videamus. Jam vero mentem dicimus penes se habere, quid unumquodque sit, propter quid autem minime. Aut si id concesserimus, non tamen alterum seorsum habebit ab altero. Videamus, age, hominem, aut oculum, si contingat, illic exsistentem tanquam simulacrum aliquod et spectaculum, vel spectaculi partem. Tale profecto quiddam est homo illic, et propter quid rursus homo? Siquidem intellectualem oportet illic esse hominem atque oculum, et in eo intellectuali conditione, propter quid sit, contineri; alioquin illic omnino non erit, nisi hoc ipsum, quod dicitur propter quid, in se ipso contineat. Apud nos autem quemadmodum partes aliæ ab aliis quodammodo separatæ sunt, sic et ipsum propter quid ab eo, quod quid est, similiter separatur. At vero illic in uno sunt omnia: quapropter idem est omnino res ipsa, et propter quid res ita se habeat. Sæpe etiam in regione corporea res ipsa, et propter quid ad rem eandem pertinens, prorsus est idem: velut quid est solis lunæve defectus. Quidnam igitur prohibet, et unumquodque cum quid, tum propter quid esse? Atque hoc ipsum propter quid esse essentiam cujuscumque: imo vero necessarium est. Unde illis, qui sic, quid unumquodque sit, conantur accipere, recte succedit. Quod enim est unumquodque; propter hoc et exsistit. Non autem dico nunc ita, quia species unicuique causa sit essendi. id nam-

τὸ εἶδος ἕκαστον πρὸς αὐτὸ ἀναπτύσσοις, εὑρήσεις ἐν αὐτῷ τὸ διὰ τί. Ἀργὸν μὲν γὰρ ὂν καὶ ζωὴν ἔχον τὸ διὰ τί οὐ πάντως ἔχει. Εἶδος δὲ ὂν καὶ νοῦ ὂν πόθεν ἂν λάβοι τὸ διὰ τί; εἰ δὲ παρὰ νοῦ τις λέγοι, οὐ χωρίς ἐστιν, εἴ γε καὶ αὐτό ἐστιν· εἰ οὖν δεῖ ἔχειν ταῦτα μηδενὶ ἐλλείποντα, μηδὲ τῷ διὰ τί ἐλλείπειν. Νοῦς δὲ ἔχει τὸ διὰ τί οὕτως ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ· τὰ δὲ ἐν αὐτῷ αὐτὸς ἕκαστον ἂν εἴη τῶν ἐν αὐτῷ, ὥστε μηδὲν προσδεῖσθαι τοῦ διὰ τί γέγονεν, ἀλλ' ὁμοῦ γέγονε, καὶ ἔχει ἐν αὐτῷ τὴν τῆς ὑποστάσεως αἰτίαν. Γεγονὸς δὲ οὐκ εἰκῇ οὐδὲν ἂν παραλελειμμένον ἔχοι τοῦ διὰ τί· ἀλλὰ πᾶν ἔχον ἔχει καὶ τὸ καλῶς ὁμοῦ τῆς αἰτίας. Καὶ τοῖς ἄρα μεταλαμβάνουσιν οὕτω δίδωσιν, ὡς τὸ διὰ τί ἔχειν. Καὶ μὴν, ὥσπερ ἐν τῷδε τῷ παντὶ ἐκ πολλῶν συνεστηκότι συνείρεται πρὸς ἄλληλα τὰ πάντα, καὶ ἐν τῷ πάντα εἶναι ἔστι καὶ τὸ διότι ἕκαστον, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἑκάστου τὸ μέρος πρὸς τὸ ὅλον ἔχον δρᾶται, (οὐ τούτου γενομένου, εἶτα τούτου μετὰ τόδε, ἀλλὰ πρὸς ἄλληλα ὁμοῦ τὴν αἰτίαν, καὶ τὸ αἰτιατὸν συνιστάντων), οὕτω χρὴ πολὺ μᾶλλον ἐκεῖ τά τε πάντα πρὸς τὸ ὅλον ἕκαστα, καὶ ἕκαστον πρὸς αὐτό. Εἰ οὖν ἡ συνυπόστασις ὁμοῦ πάντων καὶ οὐκ εἰκῇ πάντων, καὶ δεῖ μὴ ἀπηρτῆσθαι, ἐν αὐτοῖς ἂν ἔχοι τὰ αἰτιατὰ τὰς αἰτίας, καὶ τοιοῦτον ἕκαστον οἷον ἀναιτίως τὴν αἰτίαν ἔχειν. Εἰ οὖν μὴ ἔχει αἰτίαν τοῦ εἶναι, αὐτάρκη δέ ἐστι, καὶ μεμονωμένα αἰτίας ἐστὶν, εἴη ἂν ἐν αὐτοῖς ἔχοντα σὺν αὐτοῖς τὴν αἰτίαν. Καὶ γὰρ αὖ εἰ μηδέν ἐστι μάτην ἐκεῖ, πολλὰ δὲ ἐν ἑκάστῳ, καὶ ἔστι πάντα ὅσα ἔχει, ἔχοις ἂν εἰπεῖν διότι ἕκαστον. Προῆν ἄρα καὶ συνῆν τὸ δι' ὅ τι ἐκεῖ, οὐκ ὂν δι' ὅ τι, ἀλλ' ὅ τι, μᾶλλον δὲ ἅμφω ἕν. Τί γὰρ ἂν καὶ περιττὸν εἶχε νοῦς; ὡς ἂν νοῦ νόημα μὴ τοιοῦτον ὄν, οἷον μὴ τέλεον γέννημα. Εἰ οὖν τέλεον, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτῳ ἐλλείπει, οὐδὲ διὰ τί τοῦτο οὐ πάρεστι. Παρὸν ἄρα ἔχοις ἂν εἰπεῖν διότι πάρεστιν· ἐν ἄρα τῇ ὑποστάσει τὸ διὰ τί· ἐν ἑκάστῳ τοίνυν νοήματι καὶ ἐνεργήματι, οἷον καὶ ἀνθρώπου πᾶς προεφάνη ὁ ἄνθρωπος συμφέρων ἑαυτὸν αὐτῷ· καὶ πάντα, ὅσα ἔχει ἐξ ἀρχῆς, ὁμοῦ ἔχων ἕτοιμός ἐστιν ὅλος. Εἶτα, εἰ μὴ πᾶς ἐστιν, ἀλλὰ δεῖ τι αὐτῷ προσθεῖναι, γεννήματός ἐστιν. Ἔστι δὲ ἀεὶ, ὥστε πᾶς ἐστιν. Ἀλλ' ὁ γιγνόμενος ἄνθρωπος γενητός.

que verum esse constat : sed quia, si quamlibet speciem penes se ipsam evolvas, statim propter quid in ea reperies. Quod enim inefficacem et vanam essentiam vitamque sortitur, non omnino propter quid possidet in se ipso. Quod autem et species est, et mentis proprium, quonam modo aliunde propter quid ita sit, accipere poterit? Si quis autem accipere propter quid dicat a mente, certe non est seorsum : siquidem mens hæc ipsa species est. Si igitur oportet mentem habere hæc absque ullo defectu, necessarium est, neque ipsum quidem propter quid eis ullo modo deesse. Mens autem penes se ipsam habet, propter quid potissimum singula, quæ in ea sunt, ita se habeant : quæ vero in ea sunt, eadem ipsa mens existit, cum summatim, tum etiam singulatim : adeo ut nihil eorum hoc ipso, quod dicitur, propter quid factum sit, egeat : sed simul et factum sit, et habet in se propriæ substantiæ causam. Cum vero non sit temere genitum, nihil prætermisit omnino, quod ad rationem, propter quid sit, pertineat; sed, possidens universum, habet simul et rationem, propter quod ita bene fiat ad causam pertinentem. Præterea et his, quæ participant, ita naturam tradit, ut etiam, propter quid sic eam acceperint, nanciscantur. Proinde, sicut in hoc mundo ex multis composito omnia inter se connexa sunt, atque in eo ipso, quod in eo sunt omnia, inest insuper propter quid ita sit unumquodque, quemadmodum et in quovis corpore pars ad totum se habere videtur : ubi profecto non sit quidem hoc primo, deinde post hoc et illud ; sed invicem causam simul continent et effectum. Sic oportet multoque magis illic et omnia ad totum singulatim esse habere, et quodlibet ad se ipsum. Quam ob rem, si ejusmodi simul omnium consistentia est, neque temere omnium, oportetque nullo modo sejungi, nimirum effectus causas in se habent : et unumquodque tale est, ut quasi causam habeat sine causa. Si ergo causam ea-ch non habent, sibi ipsis vero sufficientia sunt, etiam si solitaria sint, quantum ad societatem causæ pertinet, profecto sunt in se ipsis secum habentia causam. Præterea, si nihil ibi temere est, multa vero in unoquoque sunt, et unumquodque est cuncta, quæ possidet, poteris utique, propter quid sit, quodlibet explicare. Præerat igitur, et simul erat propter quid ibi, non propter quid proprie, sed quid prorsus exsistens : imo vero ambo sunt unum. Profecto si intellectualis ipse mentis conceptus, qua mentis est, talis foret, qualis imperfecta quædam genitura, connihil etiam superflui pateretur. Si ergo conceptus est perfectus, in quo deficiat, assignari non potest : neque afferri, propter quid hoc non adsit. Cum igitur adsit, potes, propter quid sit præsens, asseverare : in ipsa igitur substantia ipsum, propter quid sit, continetur. In qualibet igitur mentis notione actioneque totum simul occurrit, velut in ea, quæ ad hominem pertinet, totus præfulget homo, simul afferens cum ea se ipsum, atque omnia, quæcumque habet a principio, simul possidens : itaque in promptu simul totus est positus. Jam vero, nisi sit totus, sed aliquid insuper sit addendum, ad genituram id potius pertinebit. At ille semper est : quapropter est totus. Qui vero fit homo, est procul dubio generabilis.

Quoniam intellectualis forma, per quam deus agit, est ipsa natura dei, facitque eadem semper eodem modo, merito non tam consilio quodam agit, quam naturali quadam forma se ipsam foras quasi naturaliter exprimente.

In qualibet forma divinitus procreata variæ quædam formæ sunt, quasi totius essentiæ partes. Propter ejusmodi partes tota exsistit essentia, et essentiæ gratia partes sunt adhibitæ : et cunctæ partes ejusmodi ipsa sunt essentia. Vides igitur in formali ratione rei, quid ipsa sit et propter quid, pariter declarari.

Γ'. Τί οὖν κωλύει προβουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ; ἢ κατ' ἐκεῖνόν ἐστιν, ὥστε οὔτε τι ἀφελεῖν δεῖ, οὔτε προσθεῖναι, ἀλλὰ τὸ βουλεύσασθαι καὶ λελογίσθαι διὰ τὴν ὑπόθεσιν. Ὑπέθετο γὰρ γιγνόμενα, καὶ οὕτω μὲν ἡ βούλησις καὶ ὁ λογισμός· τῷ δ' ἀεὶ γιγνόμενα ἐνδείξασθαι καὶ ὅτι λογίζεται ἀνεῖλεν. Οὐ γὰρ ἑνὶ λογίζεσθαι ἐν τῷ ἀεί· καὶ γὰρ αὖ ἐπιλελησμένου ἦν, ὅπως καὶ πρότερον· εἶτα εἰ μὲν ἀμείνω ὕστερον, οὐκ

III. Quæret hic aliquis, quidnam prohibeat, quominus de illo intellectus antea consultaverit. Sed dicendum est, esse penitus secundum illum, ideoque nihil adimendum esse, nihil addendum : verumtamen ob ipsam suppositionem fingitur ille consultare atque argumentari. Suppositum namque est, illa fieri : atque ita nimirum deliberatio et discursio quædam protinus adhibetur. Ex eo autem, quod demonstratum est fieri semper, argumentatio tollitur. Non enim in eo, quod semper exstat, argumentatio competit namque etiam conditio hæc esset obliti, quomodo prius egerit : deinde, si melius efficit postea, opera ejus prius

ἂν καλὰ πρότερον· εἰ δ' ἦν καλά, ἔχει τὸ ὡσαύτως. Καλὰ δ' ἐστὶ μετὰ τῆς αἰτίας, ἐπεὶ καὶ νῦν καλόν τι, ὅτι πάντα. Τοῦτο γὰρ καὶ εἶδος τὸ πάντα, καὶ ὅτι τὴν ὕλην κατέχει· κατέχει δέ, εἰ μηδὲν αὐτῆς ἀμόρφωτον καταλείποι. Καταλείπει δέ, εἴ τις μορφὴ ἐλλείποι, οἷον ὀφθαλμὸς ἢ ἄλλο τι, ὥστε αἰτιολογῶν πάντα λέγεις. Διὰ τί οὖν ὀφθαλμοί, ἵνα πάντα; καὶ διὰ τί ὀφρύες, ἵνα πάντα; καὶ γὰρ εἰ ἕνεκα σωτηρίας λέγοις, φυλακτικὸν τῆς οὐσίας λέγεις ἐν αὐτῇ ὑπάρχον, τοῦτο δὲ εἶναι συμβαλλόμενον· οὕτως ἄρα οὐσία ἦν πρὶν καὶ τοῦτο, καὶ τὸ αἴτιον ἄρα μέρος τῆς οὐσίας, καὶ ἄλλο τοίνυν τοῦτο, ὃ ὅ' ἐστὶ τῆς οὐσίας. Πάντα τοίνυν ἀλλήλοις, καὶ ἡ ὅλη καὶ τελεία καὶ πᾶσα, καὶ τὸ καλῶς μετὰ τῆς αἰτίας, καὶ ἐν τῇ αἰτίᾳ, καὶ ἡ οὐσία, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ τὸ διότι ἕν. Εἰ τοίνυν ἔγκειται τὸ αἰσθητικὸν εἶναι, καὶ οὕτως αἰσθητικόν, ἐν τῷ εἴδει ὑπὸ ἀϊδίου ἀνάγκης καὶ τελειότητος νοῦ, ἐν αὐτῷ ἔχοντος, εἴπερ τέλειος, τὰς αἰτίας, ὥστε ἡμᾶς ὕστερον ἰδεῖν, ὡς ἄρα ὀρθῶς οὕτως ἔχει, (ἐκεῖ γὰρ ἓν καὶ συμπληρωτικὸν τὸ αἴτιον, καὶ οὐχὶ ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖ μόνον νοῦς ἦν, προσετέθη δὲ τὸ αἰσθητικόν, ὅτε εἰς γένεσιν ἐστέλλετο,) πῶς οὐκ ἂν ἐκεῖνος ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇδε ῥέποι; Τί γὰρ ἂν εἴη αἰσθητικόν; ἢ ἀντιληπτικὸν αἰσθητῶν; πῶς δ' οὐκ ἄτοπον, ἐκεῖ μὲν αἰσθητικὸν ἐξ ἀϊδίου, ἐνταῦθα δὲ αἰσθάνεσθαι, καὶ τῆς ἐκεῖ δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν πληροῦσθαι ἐνταῦθα, ὅτε χείρων ἡ ψυχὴ γίγνεται;

pulchra non essent: sin vero pulchra erant, eodem modo res ipsa se habet. Pulchra vero sunt, siquidem sint una cum causa: quandoquidem et nunc pulchrum aliquid est, quoniam sua possidet omnia. Hoc enim et ipsa species est, quod omnia possidet, præsertim si materiam occupet: occupat autem, si nihil ipsius reliquerit non formatum. Informe vero relinqueret, si qua forma deesset, velut oculus aut quodlibet aliud: quam ob rem, ubi assignas causam, omnia dicis. Curnam igitur oculi sunt, ut videlicet adsint omnia? iterum cur supercilia, ut omnia prorsus adsint? Jam vero, si gratia salutis tribui hæc adducas, custodem essentiæ quendam afferes in ipsamet exsistentem: id autem esse aliquid conferens judicabis. Sic igitur et ante hoc erat essentia: atque ita causa pars est essentiæ. Ac si aliud sit, hoc ipsum tamen, quod est essentia ipsius, exsistit. Omnia igitur inter se conspirant, atque tota et perfecta et universa essentia est, atque hoc ipsum, ut bene se habeat, una cum causa est, et est in causa. Atqui et essentia, et quod quid est, propter quid est, unum esse convincitur. Si igitur in ipsa specie velut humana inclusa hæc conditio est, ut sensualis homo sit, et, quomodo sensualis, æterna quadam necessitate perfectioneque mentis: quæ si modo perfecta est, causas in se ipsa complectitur, adeo ut nos animadvertamus in posterum, sic rem recte disponi: ibi enim causa unum est cum essentia complens essentiam, atque homo illic non intellectus tantum est, cui postea, dum in generationem mittitur, sentiendi vis adjungatur: si, inquam, res ita se habeat, dubitatur, quidnam prohibeat, quominus ille intellectus ad hæc inclinetur. Quid enim erit hoc ipsum, quod dicitur sensuale? An forte, quod apprehendere quandoque sensibilia possit? Si ita sit, quomodo non absurdum fuerit, ibi quidem esse sensitivum aliquid ab æterno, hic vero demique persentire, actumque illius potentiæ hic duntaxat expleri, quando anima deterior jam evasit?

Unaquæque res hoc ipsum, quod est intrinsecus, a forma speciali naturaliter habet. Qui igitur hominem definit id, quod est ex anima corporeque conjunctum, nondum rationem formalem assignat, qua homo hoc ipsum, quod est, exsistit.

Δ'. Πάλιν οὖν πρὸς ταύτην τὴν ἀπορίαν ἀνωθεν ληπτέον τὸν ἄνθρωπον ὅστις ἐκεῖνος ἐστίν. Ἴσως δὲ πρότερον χρὴ τὸν τῇδε ἄνθρωπον, ὅστις ποτ' ἐστὶν, εἰπεῖν, μή ποτε οὐδὲ τοῦτον ἀκριβῶς εἰδότες, ὡς ἔχοντες τοῦτον, ἐκεῖνον ζητοῦμεν. Φανείη δ' ἂν ἴσως τισὶν ὁ αὐτὸς οὗτός τε κἀκεῖνος εἶναι· ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεως ἐντεῦθεν. Ἆρα ὁ ἄνθρωπος οὗτος λόγος ἐστὶ ψυχῆς ἕτερος, τῆς τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ποιούσης καὶ ζῆν αὐτὸν καὶ λογίζεσθαι παρεχομένης; ἢ ἡ ψυχὴ ἡ τοιαύτη ὁ ἄνθρωπος ἐστίν; ἢ ἡ τῷ σώματι τῷ τοιῷδε ψυχὴ προσχρωμένη; Ἀλλ' εἰ μὲν ζῶον λογικὸν ὁ ἄνθρωπος, ζῶον δὲ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐκ ἂν εἴη ὁ λόγος οὗτος τῇ ψυχῇ ὁ αὐτός. Ἀλλ' εἰ τὸ ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος ὁ λόγος τοῦ ἀνθρώπου, πῶς ἂν εἴη ὑπόστασις ἀΐδιος; τούτου τοῦ λόγου τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου γιγνομένου, ὅταν σῶμα καὶ ψυχὴ συνέλθῃ, ἔσται γὰρ ὁ λόγος οὗτος δηλωτικὸς τοῦ ἐσομένου, οὐχ οἷος ὃν φαμὲν αὐτοάνθρωπος, ἀλλὰ μᾶλλον, ἐοικὼς ὅρῳ, καὶ τοιούτῳ, οἵῳ μηδὲ δηλωτικῷ τοῦ τί ἦν εἶναι. Οὐδὲ γὰρ εἴδους ἐστὶ τοῦ ἐνύλου, ἀλλὰ τὸ συναμφότερον δηλῶν, ὅ ἐστιν ἤδη· εἰ δὲ τοῦτο, οὔπω εὕρηται ὁ ἄνθρωπος· ἦν γὰρ ὁ κατὰ τὸν λόγον. Εἰ δέ τις λέγοι, τὸν λόγον δεῖ τὸν τῶν τοιούτων εἶναι συναμφότερόν τι, τὸ δὲ ἐν τῷδε, καθ' ὅ ἐστιν ἕκαστον, οὐκ ἀξιοῖ λέγειν, χρὴ δέ, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τῶν ἐνύλων εἰδῶν καὶ μετὰ ὕλης τοὺς λόγους χρὴ λέγειν, ἀλλὰ τὸν λόγον αὐτὸν τὸν πεποιη-

IV. Rursus ad dubitationem hanc enodandam, quid homo ille sit, tanquam ab initio nobis est assumendum. Ac forsan prius, quid homo sit hic vivens, satius est explicare: ne forte, nondum omnino, quid hic sit, cognoscentes, tanquam hunc jam teneamus, curiosius illum investigemus. Fortasse enim quibusdam videri potest homo idem esse hic noster et ille: initium vero considerandi hinc potissimum assumatur. Quærendum est sane, numquid noster hic homo sit ratio quædam ab anima differens hunc hominem faciente, eique vitam rationisque discursum suppeditante? an potius ipsa anima (talis, inquam, anima) homo sit? An denique homo sit anima tali quodam corpore utens? Verum si homo est animal rationale, animal autem est, quod ex anima corporeque componitur, definitiva hæc hominis ratio non eadem atque anima erit. Atqui, si ipsa hominis ratio est, quod ex anima rationali constat et corpore, quomodonam erit substantia sempiterna? Quippe cum ratio hæc talis hominis tunc denique fiat, quando anima et corpus congrediuntur: nempe ejusmodi ratio futurum significat, neque talis est, quale, quando dicimus ipse homo, sed potius definitioni cuidam similis, descriptioni, inquam, tali, qualis, quod quid sit, non explicet. Nam neque speciei cujusquam est materialis, sed designat potius compositum quiddam aliquando factum: si autem id sit, nondum inventus est homo, quem profecto secundum rationem ipsam esse constat. Si quis autem dicat, rationem quidem talium oportere conjunctum aliquid esse, quod autem hac ipsa in re inest, secundum quod est unumquodque, non existimet afferendum: quod tamen adducendum est, etsi quam maxime rationes formarum materialium cum materia sint assignandæ. Verumtamen rationem ipsam, quæ facit ut homo sit homo, oportet accipere,

κότα οἷον τὸν ἄνθρωπον λαμβάνειν, καὶ μάλιστα, ὅσοι τοῦ τί ἦν εἶναι ἀξιοῦσιν ἑφ' ἑκάστου ὁρίζεσθαι, ὅταν κυρίως ὁρίζωνται. Τί οὖν ἐστι τὸ εἶναι ἀνθρώπῳ; τοῦτο δ' ἔστι, τί ἐστι τὸ πεποιηκὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἐνυπάρχον, οὐ χωριστόν. Ἆρ' οὖν αὐτὸς ὁ λόγος ζῷόν ἐστι λογικόν, ἢ τὸ συναμφότερον, αὐτὸς δέ τις ποιητικὸς ζώου λογικοῦ; τίς ὢν αὐτός, ἢ τὸ ζῷον ἀντὶ ζωῆς λογικῆς ἐν τῷ λόγῳ; ζωὴ τοίνυν λογικὴ ὁ ἄνθρωπος. Ἆρ' οὖν ζωὴ ἄνευ ψυχῆς; ἢ γὰρ ἡ ψυχὴ παρέξεται τὴν ζωὴν τὴν λογικήν, καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος ἐνέργεια ψυχῆς καὶ οὐκ οὐσία, ἢ ἡ ψυχὴ ὁ ἄνθρωπος ἔσται. Ἀλλ' εἰ ἡ ψυχὴ ἡ λογικὴ ὁ ἄνθρωπος ἔσται, ὅταν εἰς ἄλλο ζῷον ἴῃ ἡ ψυχή, πῶς οὐκ ἄνθρωπος;

apud eos præsertim, qui existimant in unaquaque re rite definienda ipsum, quod quid est, penitus explicandum Quidnam igitur est esse ipsum homini? Id est perinde, ac si quæramus, quid est, quod efficit hunc esse hominem, ita tamen, ut non separatum sit, sed insit. Num igitur ratio ipsa est animal rationale? an potius hoc est conjunctum? Ipsa vero ratio rationalis animalis effectrix, aliquid exsistens ipsa, quidnam exsistit? An forte in ipsa definitiva hominis ratione rationale animal ponitur pro vita quadam rationali? Atque ita homo vita rationalis erit. Sed num quid vita sine anima? Aut enim anima rationalem præbebit vitam, homoque ipse erit non substantia quædam, sed actus aliquis animæ: aut potius anima homo erit. Verum si anima scilicet rationalis ipse homo erit, quando in animal aliud anima transit, quidnam prohibet adhuc hominem esse?

Homo est anima intellectualis rationalisque simul et sensualis. Atque hæc animæ humanæ conditio exasussim ad ideæ nostræ characterem est expressa.

Quæ quidem idea primus homo est: anima vero ita, sicut dixi, se habens est homo secundus: tertius vero homo est et quæ jam non homo, animal compositum ex corpore nostro simul atque vita quadam huic infusa ab anima præcedente, in qua sensus est efficacior, in animali vero sensus obtusior, sed humana quædam affectio, quæ declarat hanc animalis vitam non ab anima tantum sphæræ, sed a nostra etiam pendere, sicut nostra divinitus pendet semper et agit.

Ε'. Λόγον τοίνυν δεῖ τὸν ἄνθρωπον ἄλλον παρὰ τὴν ψυχὴν εἶναι. Τί κωλύει συναμφότερόν τι τὸν ἄνθρωπον εἶναι ψυχὴν ἐν τοιῷδε λόγῳ; ὄντος τοῦ λόγου οἷον ἐνεργείας τοιᾶσδε, τῆς δὲ ἐνεργείας μὴ δυναμένης ἄνευ τοῦ ἐνεργοῦντος εἶναι. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἐν τοῖς σπέρμασι λόγοι· οὔτε γὰρ ἄνευ ψυχῆς, οὔτε ψυχαὶ ἁπλῶς. Οἱ γὰρ λόγοι οἱ ποιοῦντες οὐκ ἄψυχοι, καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, τὰς τοιαύτας οὐσίας λόγους εἶναι. Οἱ οὖν μὴ ποιοῦντες ἄνθρωπον λόγοι ποίας ψυχῆς ἐνέργειαι; ἆρα τῆς φυτικῆς, ἢ τῆς ζῷον ποιούσης, ἐναργεστέρας τινὸς καὶ αὐτὸ τοῦτο ζωτικωτέρας; ἡ δὲ ψυχὴ ἡ τοιαύτη ἡ ἐγγενομένη τῇ τοιαύτῃ ὕλῃ, ἅτε οὖσα τοῦτο, οἷον οὕτω διακειμένη καὶ ἄνευ τοῦ σώματος ἄνθρωπος, ἐν σώματι δὲ μορφώσασα καθ' αὑτὴν καὶ ἄλλο εἴδωλον ἀνθρώπου, ὅσον ἐδέχετο τὸ σῶμα ποιήσασα, ὥσπερ καὶ τούτου αὖ ποιήσει ὁ ζωγράφος ἔτι ἐλάττω ἄνθρωπόν τινα, τὴν μορφὴν ἔχει καὶ τοὺς λόγους, ἢ τὰ ἤθη, τὰς διαθέσεις, τὰς δυνάμεις ἀμυδρὰς πάντα, ὅτι μὴ οὗτος πρῶτος· καὶ δὴ καὶ εἴδη αἰσθήσεων ἄλλων, αἰσθήσεις ἄλλας ἐναργεῖς δοκούσας εἶναι, ἀμυδροτέρας δὲ, ὡς πρὸς τὰς πρὸ αὐτῶν καὶ εἰκόνας· ὁ δὲ ἐπὶ τούτῳ ἄνθρωπος ψυχῆς ἤδη θειοτέρας, ἐχούσης βελτίω ἄνθρωπον καὶ αἰσθήσεις ἐναργεστέρας. Καὶ εἴη ἂν ὁ Πλάτων τοῦτον ὁρισάμενος· προσθεὶς δὲ τὸ χρωμένην σώματι, ὅτι προϋπόκειται τῇ ἥτις προσχρῆται πρώτως σώματι, ἡ δὲ δευτέρως ἡ θειοτέρα. Ἤδη γὰρ αἰσθητικοῦ ὄντος τοῦ γενομένου ἐπηκολούθησεν αὕτη τρανοτέραν ζωὴν διδοῦσα· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐπηκολούθησεν, ἀλλὰ οἷον προσέθηκεν αὐτήν· οὐ γὰρ ἐξίσταται τοῦ νοητοῦ, ἀλλὰ συναψαμένη οἷον ἐκκρεμαμένην ἔχει τὴν κάτω, συμμίξασα ἑαυτὴν λόγῳ πρὸς λόγον. Ὅθεν καὶ ἀμυδρὸς οὗτος ὢν ἐγένετο φανερὸς τῇ ἑλλάμψει.

V. Oportet igitur hominem aliam quandam rationem esse præter animam. Jam vero quidnam obstat, adhuc conjunctum aliquid hominem esse? animam scilicet in tali quadam ratione potissimum constitutam? ubi profecto hæc ipsa ratio sit tanquam quidam actus, ejusmodi actus autem absque agente esse non possit. Sic enim et, quæ seminibus rationes insunt, se habere videntur: nam neque absque anima sunt, neque sunt simpliciter animæ. Efficaces enim rationes non sunt animæ prorsus expertes. Neque mirari quisquam debet tales essentias rationes exsistere. Sed enim rationes illæ, quæ non faciunt hominem, qualis animæ potissimum actus sunt? num forte vegetalis animæ? an potius animal facientis, clarioris profecto efficaciorisque, atque ob hoc ipsum vivacioris? Anima vero talis, assistens videlicet materiæ tali, utpote quæ sit hoc ipsum, tanquam sic affecta, etiam absque corpore esse judicatur homo. Quæ profecto secundum se ipsam aliquid formet in corpore, et simulacrum hominis aliud, quantum capit natura corporis, efficit: quemadmodum et hujus insuper simulacrum pictor efficere solet: efficit, inquam, hominem quendam deteriorem, qui tamen et formam habet et rationes vel mores affectionesque et vires debiles et obscuras: obscura denique omnia, quoniam hic non est homo primus: atque et species sensuum aliter, et sensus alios, qui, etsi perspicaces apparent, obtusi tamen sunt et velut imagines quædam, si cum superioribus sensibus conferantur: ipse vero huic præsidens homo animæ jam divinioris exsistit habentis hominem meliorem sensusque admodum clariores. Atque hunc fortasse hominem Plato definit. Adjungit autem in definiendo animam utentem corpore, quoniam anima, quæ definitur homo, incubat illi animæ, quæ proxime corpore utitur, divinior autem anima secundo loco utitur corpore. Quando enim id, quod factum est, sensuale jam erasit, consequitur hæc vitam tradens integriorem: imo vero non consequitur, sed quasi ipsam adhibet: non enim a mundo intelligibili distat, sed contingens assidue illum velut sibi suspensam tenet inferiorem, commiscens se ipsam cum ratione ad rationem. Quapropter homo hic in se obscurus fit ejusmodi illustratione lucidior.

Anima nostra sensum adeo radicitus habet, ut sensu quodam semper utatur.

Nam et extra terrenum corpus per corpus aerium sentit in aere, et per cæleste corpus in cælo, hic quidem aeris maxime, ibi vero cælestia. Quin etiam extra cælum intimo quodam imaginationis sensu ipsas intelligentiæ notiones in conceptus transformat imaginabiles. Unusquisque nostrûm tres homines habet, idealem, rationalem, sensualem: qui sibi deinceps ordine sunt con-

next. Sed alii nostrum atque alias secundum alium horum trium atque alium vitam agunt, et, quatenus formas vivendi mutant, eatenus commutant et dæmonas proprios præsentis vitæ duces. Tum vero, quæ vitam intellectualem potissimum agunt, dæmonem sublimiorem nactæ per eum etiam deum ducem adipiscuntur. Ludit post hæc Ægyptio more Plotinus circa irrationalis animæ transmigrationem atque etiam circa transitum rationalis animæ in ipsam bruti naturam : quæ nec ipse prorsus affirmat, nec alii Platonici comprobant, et nos alibi confutavimus.

Ϛ'. Πῶς οὖν ἐν τῇ κρείττονι τὸ αἰσθητικόν; ἢ τὸ αἰσθητικὸν τῶν ἐκεῖ ἀναισθήτων, καὶ ὡς ἐκεῖ τὰ αἰσθητά. Διὸ καὶ οὕτως αἰσθάνεται τὴν αἰσθητὴν ἁρμονίαν, τῇ δὲ αἰσθήσει παραδεξαμένου τοῦ αἰσθητικοῦ ἀνθρώπου, καὶ συναρμόσαντος εἰς ἔσχατον πρὸς τὴν ἐκεῖ ἁρμονίαν, καὶ πυρὸς ἐναρμόσαντος πρὸς τὸ ἐκεῖ πῦρ, οὗ αἴσθησις ἦν ἐκείνῃ τῇ ψυχῇ, ἀνάλογον τοῦ πυρὸς τοῦ ἐκεῖ φύσει. Εἰ γὰρ ἦν ἐκεῖ σώματα ταῦτα, ἦσαν αὐτῶν τῇ ψυχῇ αἰσθήσεις καὶ ἀντιλήψεις· καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐκεῖ ἡ τοιαύτη ψυχὴ ἀντιληπτικὴ τούτων, ὅθεν καὶ ὁ ὕστερος ἄνθρωπος τὸ μίμημα εἶχε τοὺς λόγους ἐν μιμήσει· καὶ ὁ ἐν νῷ ἄνθρωπος τὸν πρὸ πάντων τῶν ἀνθρώπων ἄνθρωπον· ἐλλάμπει δ' οὗτος τῷ δευτέρῳ, καὶ οὗτος τῷ τρίτῳ· ἔχει δέ πως πάντας ὁ ἔσχατος, οὐ γιγνόμενος ἐκείνοις, ἀλλὰ παρακείμενος ἐκείνοις. Ἐνεργεῖ δὲ ὁ μὲν ἡμῶν κατὰ τὸν ἔσχατον· τῷ δέ τι καὶ παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ, τῷ δὲ, καὶ παρὰ τοῦ τρίτου ἡ ἐνέργεια, καὶ ἔστιν ἕκαστος καθ' ὃν ἐνεργεῖ, καίτοι πάντας ἕκαστος ἔχει καὶ οὗ οὐκ ἔχει. Τοῦ δὲ σώματος χωρισθείσης τῆς τρίτης ζωῆς, καὶ τοῦ τρίτου ἀνθρώπου, εἰ συνέποιτο ἡ δευτέρα, συνέποιτο δὲ μὴ χωρισθεῖσα τῶν ἄνω, οὗ ἐκείνη καὶ αὕτη λέγεται εἶναι. Μεταλαβούσης δὲ θήρειον σῶμα θαυμάζεται, πῶς λόγος οὖσα ἀνθρώπου· ἢ πάντα ἦν, ἄλλοτε δὲ ἐνεργεῖ κατ' ἄλλον. Καθαρὰ μὲν οὖν οὖσα καὶ πρὶν κακυνθῆναι ἄνθρωπον θέλει, καὶ ἄνθρωπός ἐστι. Καὶ γὰρ κάλλιον τοῦτο, καὶ τὸ κάλλιον ποιεῖ. Ποιεῖ δὲ καὶ δαίμονας προτέρους, ὁμοειδεῖς τῇ ἀνθρώπου [ποιούσῃ], καὶ ὁ πρὸ αὐτῆς δαιμονιώτερος, μᾶλλον δὲ θεὸς, καὶ ἔστι μίμημα θεοῦ δαίμων εἰς θεὸν ἀνηρτημένος, ὥσπερ ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον. Οὐ γὰρ λέγεται θεὸς, εἰς ὃν ἄνθρωπος. Ἔχει γὰρ διαφοράν, ἣν ἔχουσι ψυχαὶ πρὸς ἀλλήλας, κἂν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὦσι στίχου. Λέγειν δὲ δεῖ δαίμονας εἶδος δαιμόνων, οὓς φησιν ὁ Πλάτων δαίμονας. Ὅταν δὲ συνέπηται τὴν θήρειον φύσιν ἑλομένη ψυχὴ ἡ συνηρτημένη τῇ ὅτε ἄνθρωπος ἦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον ἐκείνου τοῦ ζώου ἔδωκεν. Ἔχει γάρ, καὶ ἡ ἐνέργεια αὕτη χείρων.

VI. Sed quonam modo in anima illa præstantiore est sentiendi facultas? Profecto sentiendi vis illa ad ea proprie, quæ illic dicuntur insensibilia, pertinet : atque ita ibi sensus est, sicut et sensibilia. Quapropter et ita sensibilem illo sensu percipit harmoniam, dum videlicet sensualis homo sensu continetur et percipit, atque coaptat, quod sequitur ad ultimum usque, ad harmoniam ibi vigentem. Quin etiam ignis hic cum illo igne congruit, quem suo quodam sensu anima illa percipiebat, sensu, inquam, proportionem quandam habente ignis illius naturæ convenientem. Si enim essent hæc ibi corpora, hæc et ibi anima sentiret atque animadverteret. Jam vero homo illic vivens talis quædam anima est, hæc apprehendere potens, unde et posterior homo, imitatio quædam illius, in imitatione quadam habet et rationes. Atque homo, qui est in mente, hominem præfert omnes homines præcedentem, qui sane secundo fulget homini; secundus tertio quoque subrutilat. Habet autem quodammodo omnes homo postremus, non factus illis, sed potius adjacens. Agit autem hic quidem noster ad ultimum : huic vero aliquid refulget a præcedente : illi rursus a tertio superiore subgeritur actus : atque est unusquisque secundum quem et agit, quamvis unusquisque habeat omnes, rursusque non habeat. Postquam vero tertia hæc vita separata est a corpore, similiterque tertius homo, si proxime præcedens anima consequatur, consequens videlicet a supernis minime segregata : tunc, ubicumque est ultima, præcedens quoque dicitur esse. At cum in bruti corpus traducitur, mirum videri potest, quonam pacto eodem transferatur et illa, quæ hominis ipsius est, ratio : sed profecto jam omnia erat : alias autem agit secundum aliam rationem. Quatenus igitur exsistit pura, necdum depravata est, hominem vult, homoque exsistit. Id namque melius est, quodve est melius, agit. Agit quoque dæmones priores quidem, sed conformes illi, quæ agit hominem : et qui ante ipsam est, magis est dæmonicus : imo vero est deus. Nempe imitatio quædam dei est annexus deo dæmon, quemadmodum homo hic suspensus ad hominem illum. Non enim deus dicitur, in quem proxime homo suspensus erigitur. Differentia namque hic eadem est, quam et animæ inter se habent, si quidem ex ordine sint eodem. Oportet autem dæmones dicere speciem dæmonum, quos Plato dæmones nuncupat. Quando vero comitatur animam, quæ eligit jam bruti naturam, tunc, quæ annexa est eratque animæ superiori, etiam dum agebat hominem, insitam sibi seminalem animalis illius exhibet rationem. Habet enim eam, actusque deterior judicatur.

Cum Plotinus velit ideam hominis cum idea equi commisceri non posse item intellectum nostrum in divinis perpetuo permanere, rationemque ab intellectu proxime regi, rursus divinam animæ nostræ naturam ad inferiora nequaquam præcipitari, sed vicissim anniti hæc ad illam, consequens erat dicere, humanam speciem in equinam minime permutari. Notabis in nostro corpore ultra vitale vestigium impressum ab anima mundi, quod nimirum est commune, imprimi vestigium quoque vitale propriumque ab anima nostra, atque hanc ab anima mundi diversam esse, nec ab externis, sed a se ipsa potius permutari. Unde consequens est, nulla ejusmodi mutatione speciem propriam prorsus exuere. Anima denique etiam in mundo divino sensibus uti dicitur, quoniam corporea percipit, quamvis ab excelsiore specula prospicere videatur.

Ζ'. Ἀλλ' εἰ κακυνθεῖσα καὶ χείρων γενομένη πλάττει θήρειον φύσιν, οὐκ ἦν ὅ ἐξ ἀρχῆς βοῦν ἐποίει ἢ ἵππον, καὶ ὁ λόγος δὲ ἵππου καὶ ἵππος παρὰ φύσιν, ἢ ἔλαττον, οὐ μὴν παρὰ φύσιν, ἀλλ' ἐκεῖνό πως καὶ ἐξ ἀρχῆς ἵππος ἢ κύων· καὶ εἰ μὲν ἔξει, ποιεῖ τὸ κάλλιον,

VII. Verum si anima jam depravata factaque deterior brutam fingit naturam, non erat ab initio, quod bovem faceret aut equum, seminalisque ratio equi et equus præter naturam erunt : imo vero minus aliquid sunt, neque tamen præter naturam. At illud quodammodo etiam ab initio equus, aut canis erat, atque si facultas suppetat, quod est melius

εἰ δὲ μή, ὃ δύναται, ἤ γε ποιεῖν προσταχθεῖσα· οἷα καὶ οἱ πολλὰ εἴδη ποιεῖν εἰδότες δημιουργοί, εἶτα τοῦτο ποιοῦντες, ἢ ὃ προσετάχθησαν, ἢ ὃ ἡ ὕλη ἐθέλει τῇ ἐπιτηδειότητι. Τί γὰρ κωλύει τὴν μὲν δύναμιν τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς προϋπογράφειν, ἅτε λόγον πάντα οὖσαν, πρὶν καὶ παρ' αὐτῆς ἥκειν τὰς ψυχικὰς δυνάμεις, καὶ τὴν προϋπογραφὴν οἷον προδρόμους ἐλλάμψεις εἰς τὴν ὕλην εἶναι; ἤδη δὲ τοῖς τοιούτοις ἴχνεσιν ἐπακολουθοῦσαν τὴν ἐξεργαζομένην ψυχήν, κατὰ μέρη τὰ ἴχνη διαρθροῦσαν ποιῆσαι καὶ γενέσθαι ἑκάστην τοῦθ', ᾧ προσῆλθε σχηματίσασα ἑαυτήν, ὥσπερ τὸν ἐν ὀρχήσει πρὸς τὸ δοθὲν αὐτῷ δρᾶμα; Ἀλλὰ γὰρ ἐπισπώμενοι τῷ ἐφεξῆς εἰς τοῦτο ἥκομεν. Ἦν δὲ ἡμῖν ὁ λόγος, τὸ αἰσθητικὸν ὅπως τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πῶς οὐκ ἐκεῖνα πρὸς γένεσιν βλέπει· καὶ ἡμῖν ἐφαίνετο καὶ ὁ λόγος ἐδείκνυεν, οὐκ ἐκεῖνα πρὸς τὰ τῇδε βλέπειν, ἀλλὰ ταῦτα εἰς ἐκεῖνα ἀνηρτῆσθαι καὶ μιμεῖσθαι ἐκεῖνα, καὶ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον παρ ἐκείνου ἔχοντα τὰς δυνάμεις πρὸς ἐκεῖνα, καὶ συνεζεῦχθαι ταῦτα τὰ αἰσθητὰ τούτῳ, ἐκεῖνα δ' ἐκείνῳ· ἐκεῖνα γὰρ τὰ αἰσθητά, ἃ οὕτως ὠνομάσαμεν, ὅτι ἀσώματα, ἄλλον δὲ τρόπον ἐν ἀντιλήψει, καὶ τήνδε τὴν αἴσθησιν, ὅτι σωμάτων ἦν, ἀμυδροτέραν οὖσαν τῆς ἐκεῖ ἀντιλήψεως, ἐκείνην δέ, ἣν ὀνομάζομεν αἴσθησιν, ἐναργεστέραν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῦτον αἰσθητικόν, ὅτι ἐλαττόνως, καὶ ἐλαττόνων ἀντιληπτικὸν εἰκόνων ἐκείνων, ὥστε εἶναι τὰς αἰσθήσεις ταύτας ἀμυδρὰς νοήσεις, τὰς δὲ ἐκεῖ νοήσεις, ἐναργεῖς αἰσθήσεις.

efficit: sin minus, saltem quodcumque potest anima, ipsa videlicet addicta jam ad agendum: quemadmodum artifices, qui, etsi sciunt species plurimas fabricare, id postea tamen agunt, ad quod vel addicti sunt, vel quod sua quadam præparatione materia postulat. Quid enim obstat, quin virtus animæ mundi, utpote quæ est ratio universa, materiam quodammodo præfiguret, prius etiam quam ab ea animales potentiæ veniant, et ipsa præfiguratio sit velut illustrationes quædam in materiam præcurrentes? atque vestigia jam ejusmodi anima prosequens peragendo, singulaque vestigia membratim dearticulando proprium perficiat opus, et quælibet anima potissimum id evadat, in quod inciderit, se ipsam videlicet figurando? quemadmodum unusquisque in tripudio atque ludo se ipsum ad mandatum sibi actum gestumque accommodat. Sed enim eo, quod deinceps sequebatur, ducti hucusque devenimus. Institutum vero nostrum erat inquirere, quomodo in ipso homine sit sentiendi facultas: et quomodo divina illa ad generationem minime inclinentur. Jam vero nobis apparuit, et ratio demonstravit, non illa quidem ad hæc adspicere, sed hæc potius ad illa prorsus anniti, inde pendere, illa pro viribus imitari, hominemque hunc ab illo habere vires ad illa: quin etiam sensibilia hæc cum hoc homine conjugari, illa vero cum illo. Illa enim quodammodo etiam sensibilia sunt: quæ ita nominavimus, quia corpora sunt, sed aliter, quam hæc nostra percipiuntur. Constitit insuper hunc sensum illa perceptione obscuriorem esse, quam sensum ideo nuncupavimus, quia corpora percipit, sed longe perspicaciorem esse concessimus. Atque ob hoc hunc quoque hominem esse diximus sensualem, quoniam deteriori modo deterioraque apprehendit, scilicet illorum duntaxat imagines, ut merito dici possit, hos quidem sensus obscuras intelligentias esse, intelligentias autem illas, sensus admodum perspicaces.

Intellectus primus fecunditate lucis exuberante in quam plurimos se ipsum intus naturaliter propagat radios ideales. Ex hac propagatione intellectuali simul et naturali naturales rerum formæ foras, tanquam lumina, profluunt.

Illic igitur non excogitatur equus, ut hic fiat equus: alioquin et hinc illa penderent, et notus ibi foret equus antequam notus. Tum vero multitudo illic formarum eatenus enumerabilis esse videtur, quatenus, quicquid acceperis in eo, quod est post ipsum unum, semper occurrit ut multiplex. Plenitudo quinetiam prima quicquid habet intus omnium habet æque plenum.

Η'. Ἀλλὰ τὸ μὲν αἰσθητικὸν οὕτως. Τὸ δὲ ἵππος ὅλος καὶ ἕκαστον τῶν ζώων ἐκεῖ, πῶς οὐ πρὸς τὰ ἐνταῦθα ἐθέλει βλέπειν; ἀλλ' εἰ μέν, ἵνα ἐνταῦθα ἵππος γένοιτο ἢ ἄλλο τι ζῷον, ἐξεῦρε νόησιν ἵππου· καίτοι πῶς οἷόν τε ἦν, βουλόμενον ἵππον ποιῆσαι, νοῆσαι ἵππον; Ἤδη γὰρ δῆλον, ὅτι ὑπῆρχεν ἵππου νόησις, εἴπερ ἠβουλήθη ἵππον ποιῆσαι· ὥστε οὐκ ἔστιν ἵνα ποιήσῃ νοῆσαι, ἀλλὰ πρότερον εἶναι τὸν μὴ γενόμενον ἵππον πρὸ τοῦ μετὰ ταῦτα ἐσομένου. Εἰ οὖν πρὸ τῆς γενέσεως ἦν, καὶ οὐχ, ἵνα γένηται, ἐνοήθη, οὐ πρὸς τὰ τῇδε βλέπων εἶχε παρ' ἑαυτῷ ὃς εἶχε τὸν ἐκεῖ ἵππον, οὐδ' ἵνα τὰ τῇδε ποιήσῃ, εἶχε τοῦτόν τε καὶ τὰ ἄλλα· ἀλλὰ ἦν μὲν ἐκεῖνα, ταῦτα δὲ ἐπηκολούθει ἐξ ἀνάγκης ἐκείνοις· οὐ γὰρ ἦν στῆναι μέχρι τῶν ἐκεῖ. Τίς γὰρ ἂν ἔστησε δύναμιν μένειν τε καὶ προϊέναι δυναμένην; ἀλλὰ διὰ τί ἐκεῖ ζῶα ταῦτα; τί γὰρ ἐν θεῷ ταῦτα; τὰ μὲν γὰρ λογικὰ ἔστω· ἀλόγων δὲ τοσοῦτον πλῆθος τί τὸ σεμνὸν ἔχει; τί δὲ οὐ τοὐναντίον; ὅτι μὲν οὖν πολλὰ δεῖ τοῦτο τὸ ἓν εἶναι, ὂν μετὰ τὸ πάντῃ ἓν δῆλον, ἢ οὐκ ἂν ἦν μετ' ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκεῖνο. Μετ' ἐκεῖνο δὲ ὄν, ὑπὲρ μὲν ἐκεῖνο πρὸς τὸ μᾶλλον ἐν γενέ-

VIII. Verum sentiendi quidem facultas ita se habeat. Sed quonam pacto equus ille totus, et quodlibet illic animal, ad hæc nostra non respicit? siquidem ut hic generetur equus vel aliud quodvis animal, intellectus ille ipsam equi invenerit notionem, tametsi impossibile cognitu est, illam jam volendo equum facere, equum deinde cogitavisse. Jam enim procul dubio equi intellectio exstitisset, si modo equum volebat efficere. Quapropter non datur, ut faciat, illum excogitasse, sed prius equum ingenitum exstitisse patet ante futurum hic equum. Si ergo ante generationem erat, neque, ut gigneretur, intellectus fuit, nimirum non ad hæc nostra respiciens penes se ipsum habuit equum, qui ipsum ibi possidet equum: neque, ut hæc efficeret, equum habuit atque alia; sed erant illa quidem, hæc autem ad illa sunt necessario subsecuta: non enim dabatur usque ad illa duntaxat progredi ibique desistere. Quis enim potestatem illam cohibuisset manere pariter progredique potentem? Ceterum quæri potest, cur nam ibi sint hæc animalia. Quid enim hæc in deo? Rationalia quidem ibi sint: tanta vero irrationalium multitudo quidnam habet honesti? Quin potius turpitudinem videtur inferre. Patet utique ens ipsum unum oportere quinetiam esse multa: quippe cum sit post illud, quod est penitus unum: alioquin post illud minime foret, sed potius illud. Cum vero sit post illud, fieri nequit, ut in eo, quod est unum, esse superet ipsum: sed necesse est sub illo deficere. Cum

σθαι οὐκ ἦν, ἐλλεῖπον δὲ ἐκείνου· τοῦ δ' ἀρίστου ὄντος ἑνὸς ἔδει πλέον ἢ ἓν εἶναι· τὸ γὰρ πλῆθος ἐν ἐλλείψει. Τί οὖν κωλύει δυάδα εἶναι; ἢ ἑκάτερον τῶν ἐν τῇ δυάδι οὐχ οἷόν τε ἦν ἓν παντελῶς εἶναι. Ἀλλὰ πάλιν αὖ δύο τοὐλάχιστον εἶναι, καὶ ἐκείνων αὖ ὡσαύτως, εἶτα καὶ κίνησις ἦν ἐν τῇ δυάδι τῇ πρώτῃ καὶ στάσις. Ἦν δὲ καὶ νοῦς, καὶ ζωὴ ἦν ἐν αὐτῷ· καὶ τέλεος νοῦς, καὶ ζωὴ τελεία. Ἦν τοίνυν οὐχ ὡς νοῦς εἷς, ἀλλὰ πᾶς· καὶ πάντας τοὺς καθ' ἕκαστα νοῦς ἔχων, καὶ τοσοῦτος, ὅσοι πάντες, καὶ πλείων. Καὶ ἔζη οὐχ ὡς ψυχὴ μία, ἀλλ' ὡς πᾶσαι, καὶ πλείω δύναμιν εἰς τὸ ποιεῖν ψυχὰς ἑκάστας ἔχων, καὶ ζῶον παντελὲς ἦν, οὐκ ἄνθρωπον ἐν αὑτῷ μόνον ἔχον· μόνος γὰρ ἄνθρωπος ἐνταῦθα ἦν.

vero optimum omnino sit unum, oportuit hoc plus esse quam unum: multitudo enim in defectu versatur. Sed quid prohibet, ens ipsum ad binarium usque tantum multiplicari? Nempe quia utrumque in binario positum tale est, ut penitus unum esse non possit. Sed necessarium est, alterum atque alterum, rursus duo quædam saltem exsistere: rursusque eorum quodlibet eodem pacto multiplicari, proinde in primo binario motus est insuper atque status. Est etiam intellectus, est et vita: perfectus, inquam, intellectus, et vita perfecta. Est igitur non tanquam intellectus unus, sed intellectus omnis, intellectus omnes continens singulatim: multiplicatus eatenus, quatenus intellectus omnes, imo rursus et amplior. Vivit profecto mens illa non ut anima una, sed ut omnes, vimque possidens ampliorem ad singulas animas procreandas. Est et animal universum, non hominem in se solum habens: alioquin solus hic homo foret.

Cum in ente primo sit primus numerus origo rerum, merito illic est omnis rerum numerus. Item, cum sit prima forma, jure illic res inter se formarum gradibus differunt, tanquam species. Rursus in vita intelligentiaque perfecta idea quælibet rerum, hic etiam non viventium vita est et intelligentia quædam.

Similiter metallorum formæ in se etiam non lucentium in planetis suis lucent omnes varietate lucis: et animalium formæ deformium formosæ sunt in cælo. Vita illic intelligentiaque mirabiliter efficax movetur intra se quam plurimum: ejusmodi motu se derivando quasi se dividit; nec tamen materiali quadam divisione continui, ergo formali. Plurimis interim formarum gradibus se distinguit: atque sicut divisio progressioque mundana, sic illa deinceps in angustiora procedit, minorum deinceps ideas intra se proferens. Sed quoniam omnes illic ideæ ex una et in una individuaque vita et intelligentia sunt, nimirum omnes in qualibet continentur: sicut in quavis stella sunt et aliarum vires, quatenus omnes in cælo in eodem solis lumine congruunt, quamvis singulæ et aspectu et effectu primo proprietatem suam præferant. Similiter profert et quævis idea suam, reliquas interea continens.

Θ'. Ἀλλ' ἔστω, φήσει τις, τὰ τίμια τῶν ζώων· πῶς αὖ τὰ εὐτελῆ καὶ τὰ ἄλογα ἦν; τὸ εὐτελὲς δηλονότι τῷ ἀλόγῳ ἔχοντα, εἰ τῷ λογικῷ τὸ τίμιον, καὶ εἰ τῷ νοερῷ τὸ τίμιον, τῷ ἀνοήτῳ τὸ ἐναντίον. Καίτοι πῶς ἀνόητον ἢ ἄλογον, ἐκείνου ὄντος ἐν ᾧ ἕκαστα ἢ ἐξ οὗ; Πρὸ δὴ τῶν περὶ ταῦτα καὶ πρὸς ταῦτα λεχθησομένων λάβωμεν, ὡς ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐνταῦθα οὐ τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ἐκεῖνος, ὥστε καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, οὐχ οἷα τὰ ἐνταῦθα, κἀκεῖ, ἀλλὰ μειζόνως δεῖ ἐκεῖνα λαμβάνειν· εἶτα οὔτε τὸ λογικὸν ἐκεῖ, ὧδε γὰρ ἴσως λογικός· ἐκεῖ δὲ ὁ πρὸ τοῦ λογίζεσθαι· διὰ τί οὖν ἐνταῦθα λογίζεται οὗτος, τὰ δ' ἄλλα οὔ; ἢ διαφόρου ὄντος ἐκεῖ τοῦ νοεῖν ἔν τε ἀνθρώπῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις, διάφορον καὶ λογίζεσθαι· ἐνι γάρ πως καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις πολλὰ διανοίας ἔργα. Διὰ τί οὖν οὐκ ἐπ' ἴσης λογικά; διὰ τί δὲ ἄνθρωποι πρὸς ἀλλήλους οὐκ ἐπ' ἴσης; δεῖ δὲ ἐνθυμεῖσθαι, ὡς τὰς πολλὰς ζωὰς οἷον κινήσεις οὔσας, καὶ τὰς πολλὰς νοήσεις, οὐκ ἐχρῆν τὰς αὐτὰς εἶναι, ἀλλὰ καὶ ζωὰς διαφόρους καὶ νοήσεις ὡσαύτως· τὰς δὲ διαφοράς πως φωτεινοτέρας καὶ ἐναργεστέρας, καὶ τὸ ἐγγὺς δὲ τῶν πρώτων πρώτας καὶ δευτέρας καὶ τρίτας. Διόπερ τῶν νοήσεων αἱ μὲν θεοί, αἱ δὲ δευτερόν τι γένος, ἐν ᾧ τὸ λογικὸν ἐπίκλην ἐνταῦθα, ἐξῆς δ' ἀπὸ τούτων τὸ ἄλογον κληθέν· ἐκεῖ δὲ καὶ τὸ ἄλογον λεγόμενον λόγος ἦν, καὶ τὸ ἄνουν νοῦς ἦν, ἐπεὶ καὶ ὁ νοῶν ἵππον νοῦς ἔστι, καὶ ἡ νοήσις ἵππου νοῦς ἦν. Ἀλλ' εἰ μὲν νόησις μόνον, ἄτοπον οὐδὲν τὴν νόησιν αὐτὴν νόησιν οὖσαν ἀνόητον εἶναι. Νῦν δ' εἰ ταὐτὸν ἡ νόησις τῷ πράγματι, πῶς ἡ μὲν [νόησις] νόησις, ἀνόητον δὲ τὸ πρᾶγμα; οὕτω γὰρ ἂν νοῦς ἄνοητον ἑαυτὸν ποιοῖ. Ἢ οὐκ ἀνόητον, ἀλλὰ νοῦς τοιόσδε, ζωὴ γὰρ τοιάδε. Ὡς γὰρ ἠτιοῦν ζωὴ οὐκ ἀπήλλα-

IX. At vero sint, ibi dicet aliquis, animalia potissimum honoranda: sed quonam pacto viliora rursus et ratione capta? Quæ profecto propterea, quod ratione orbata sint, abjecta censentur: siquidem ob virtutem rationalem animal honorandum existimatur. Ac si ob naturam intellectualem est aliquid honorandum, merito propter ejus absentiam contemnendum. Quamquam difficile dictu est, quomodo sit ibi aliquid mente vel ratione vacans: quippe cum illud, in quo vel ex quo singula sunt, ratio ipsa et intellectus primus exsistat. Jam igitur ante illa, quæ circa hæc et ad hæc dicenda sunt, in ipso prorsus conveniamus, hominem videlicet hic viventem, non talem, qualis ille est, esse: similiterque nec animalia cetera qualia hic sunt, talia illic exsistere: sed præstantiori quodam gradu illa prorsus accipienda; præterea nec rationale quicquam proprie illic exsistere. Hic enim fortasse aliquis ratione discurrat: illic autem actus viget rationali discursione superior. Sed cursum hic homo quidem ratiocinatur, cetera vero nequaquam? Profecto quia illic intelligentia in homine aliisque animalibus differens est, ideoque et hic ratiocinatio differens: insunt enim quodammodo ceteris etiam animantibus multa cogitationis officia. Cur igitur non æque rationalia sunt? Ad id vero objiciendum est rursus interrogando, cur nec ipsi homines æque inter se rationales exsistant? Operæ pretium est considerare multas utique vitas, velut motiones quasdam, multasque intelligentias nequaquam oportuisse easdem inter se exsistere, sed et differentes vitæ intelligentias similiter differentes, ipsasque quodammodo differentias magis minusve lucidas et perspicuas esse: atque, quod primis est proximum, per primas differentias designari: quod vero secundum, similiter per secundas: tertium quoque per tertias. Quam ob rem in ipso intelligentiarum ordine aliæ quidem dii sunt, aliæ vero secundum obtinent genus: in quo sane id continetur, quod rationale apud nos appellatur: deinceps vero natura sequitur, quæ irrationalis nuncupatur a nobis. Illic autem illud etiam ratio quædam est, quod a nobis irrationale vocatur, et quod mente vacans, illic est intellectus: quippe cum et qui intelligit equum, sit intellectus, et intelligentia equi sit similiter intellectus. Proinde si intelligentia ibi sola esset, nihil foret absurdum intelligentiam, quæ intelligentia est, in quodam mentis experte versari. Nunc autem, si idem est intelligentia ipsaque res intellecta, quonam pacto hæc quidem intelligentia est, res ipsa vero intellectu privata? alioquin sic utique mens ipsa faceret se amentem. Sed profecto ipsa res ibi non intellectu vacans, sed intellectus

κται τοῦ εἶναι ζωὴ, οὕτως οὐδὲ νοῦς τοιόσδε ἀπήλλακται τοῦ εἶναι νοῦς, ἐπεὶ οὐδὲ ὁ νοῦς ὁ κατὰ ὁτιοῦν ζῶον ἀπήλλακται αὖ τοῦ νοῦς εἶναι πάντων, οἷον καὶ ἀνθρώπου· εἴπερ ἕκαστον μέρος, ὅ τι ἂν λάβῃς, πάντα, ἀλλ' ἴσως ἄλλως. Ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ ἐκεῖνο, δύναται δὲ πάντα· λαμβάνομεν δὲ καθ' ἕκαστον τὸ ἐνεργείᾳ· τὸ δ' ἐνεργείᾳ ἔσχατον, ὥστε τοῦδε τοῦ νοῦ τὸ ἔσχατον ἵππον εἶναι, καὶ ᾗ ἔληξε, προϊὼν ἀεὶ εἰς ἐλάττω ζωὴν, ἵππον εἶναι, ἄλλον δὲ κατωτέρω λῆξαι. Ἐξελιττόμεναι γὰρ αἱ δυνάμεις καταλείπουσιν ἀεὶ εἰς τὸ ἄνω. Προΐασι δέ τι ἀφεῖσαι, καὶ ἐν τῷ ἀφεῖναι δὲ ἄλλα, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐνδεὲς τοῦ ζώου τοῦ φανέντος, ἐκ τοῦ ἐλλείποντος ἕτερον ἐξευροῦσαι προσθεῖναι, οἷον ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἔτι τὸ ἱκανὸν εἰς ζωὴν, ἀνεφάνη ὄνυξ καὶ τὸ γαμψώνυχον, ἢ τὸ καρχαρόδουν, ἢ κέρατος φύσις· ὥστε ἢ κατῆλθεν ὁ νοῦς, ταύτῃ πάλιν αὖ τῷ αὐτάρκει τῆς φύσεως ἀνακύψαι, καὶ εὑρεῖν ἐν αὑτῷ τοῦ ἐλλείποντος κειμένην ἴασιν.

ejusmodi : est enim et ejusmodi vita. Sicut enim vita quælibet non eo munere caret, quo sit et vita, sic neque intellectus talis a simili abest munere, quo sit intellectus. Quandoquidem neque intellectus secundum unumquodque animal illic vigens ea dote privatur, qua sit intellectus et omnium, velut et hominis : siquidem, quamcumque acceperis partem, hæc ipsa illic est omnia, sed forte aliter atque aliter. Actu enim pars quædam est, sed interim omnia potest : nos autem in singulis, quod actu existit, accipimus. Quod vero exsistit actu, est ultimum : adeo ut hujus utique intellectus ultimum equus sit : et qua parte desinit intellectus, ille in minorem semper progrediens vitam, suboriatur equus : ubi vero inferius desinit, et inferius animal. Vires enim illæ dum explicantur, continue desuper quidem relinquunt. Procedunt autem semper aliquid dimittentes, et in dimittendo alia semper et alia suggerunt : ac propter indigentiam animalis jam emicantia, ex eo, quod defectum patitur, adhibere aliud machinantur : velut, quoniam non est amplius ad vitam sufficientia, apparuit unguis et rostrum, apparuerunt cornua, dentes. Quapropter, quocumque mens ipsa descendit, ibidem rursus naturæ suæ sufficientia superne se recipit et emergit, reperitque in se deficientis expositam medicinam.

Vita et intelligentia prima, et animal perfectissimum omnes, quotcumque cogitari possunt vitæ et intelligentiæ, et animalium gradus speciesque continet.

Cum ibi prima multiplicatio sit, merito, quod melius est, multiplicatur in species : quæ et unitæ invicem magnopere sunt pariterque distinctæ. In materia quidem tenebrosa formæ rerum et vix invicem uniuntur, et mox inter se confunduntur : in prima vero forma efficacissima simul atque clarissima formæ rerum omnes una cum communi natura proprietates suas mirifice servant, universumque illic uniforme pariter occurrit et omniforme.

Ι'. Ἀλλὰ πῶς ἐκεῖ ἐνέλειπε; τί γὰρ κέρατα ἐκεῖ πρὸς ἄμυναν; ἢ πρὸς τὸ αὐτάρκες ὡς ζώου καὶ τὸ τέλεον. Ὡς γὰρ ζῶον ἔδει τέλεον εἶναι, καὶ ὡς νοῦν δὲ τέλεον, καὶ ὡς ζωὴν δὲ τέλεον, ὥστε, εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ τοῦτο. Καὶ ἡ διαφορὰ τῷ ἄλλο ἀντὶ ἄλλου, ἵνα ἐκ πάντων μὲν τὸ τελειότατον ζῶον, καὶ ὁ τέλειος νοῦς, καὶ ἡ τελειοτάτη ζωὴ, ἕκαστον δὲ, ὡς ἕκαστον τέλειον. Καὶ μὴν, εἰ ἐκ πολλῶν δεῖ εἶναι αὖ ἕν, ἢ οὐχ οἷόν τε ἐκ πολλῶν μὲν εἶναι, τῶν αὐτῶν δὲ πάντων, ἢ αὐτάρκες ἦν ἂν ἕν. Δεῖ τοίνυν ἐξ ἑτέρων ἀεὶ κατ' εἶδος, ὥσπερ καὶ πᾶν σύνθετον, καὶ σωζομένων ἑκάστων, οἷαι καὶ αἱ μορφαὶ καὶ οἱ λόγοι. Αἵ τε γὰρ μορφαὶ, οἷον ἀνθρώπου, ἐξ ὅσων διαφορῶν, καίτοι τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἓν καὶ βελτίω καὶ χείρω ἀλλήλων, ὀφθαλμὸς καὶ δάκτυλος, ἀλλ' ἑνὸς, καὶ χεῖρον ὡς πρὸς τὸ πᾶν. Ἀλλ' ὅτι οὕτω, βέλτιον, καὶ ὁ λόγος δὲ ζῶον, καὶ ἄλλο τι, ὃ μὴ ταὐτὸν τῷ ζῶον. Καὶ ἀρετὴ δὲ τὸ κοινὸν καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τὸ ὅλον καλὸν, ἀδιαφόρου τοῦ κοινοῦ ὄντος.

X. Sed quonam pacto defectus illic est ullus? quid cornua illic? numquid propugnaculi gratia? Profecto talia quædam ibi sunt ad ipsam per se sufficientiam perfectionemque tanquam animalis ipsius. Prout enim animal oportuit esse perfectum : ut mens, perfectum : ut vita, perfectum : quapropter nisi hoc, attamen illud. Et ipsa quidem differentia est ex eo, quod aliud sit pro alio, ut ex omnibus sit animal perfectissimum, perfectissima mens, perfectissima vita : singula vero ut singula quoque perfecta. Tum vero, etsi constat ex multis, esse rursus oportet et unum, atque vicissim : alioquin impossibile est, ut ex multis quidem sit, multa vero illa inter se sint eadem : alioquin per se sufficiens exstitisset unum. Oportet igitur constare ex rebus semper specie differentibus, sicut et omne compositum : ita tamen ut singula proprie conserventur, quales sunt et formæ et rationes. Formæ namque, velut hominis forma, ex quot differentiis constant, tot et præferre debent : quamvis aliquid in cunctis sit unum, ubi et meliora quædam et deteriora sunt invicem, ut oculus atque digitus : sunt tamen unius ejusdemque membra, quorum quodlibet est toto deterius. Sed ita se rem habere procul dubio præstat : quin etiam ratio animal est, et aliud quiddam insuper, quod non idem est omnino, quod animal. Virtus quoque commune aliquid in se habet et proprium, totumque pulchrum est, ubi, quod est commune, est æque commune.

Sicut corporeum cælum formas animalium inferiorum etiam vilium in se continet ratione non vili : sic intellectuale cælum totius mundi formas modo quodam præstantiore possidet, quam cælesti.

Iεquid enim est usquam ordinis atque formæ, a mente et sapientia prima est impressum, expressius idem in se habente. Expressiores autem illic earum rerum ideæ sunt, quæ una cum ordine formali vitam manifestiorem habent. Expressissimæ tandem rerum, quæ intelligentiam quoque possident : tametsi omnes in mundo species una cum formali munere motuque vitale insuper et intellectuale aliquid habent, ut non injuria illic omnes exsistere videantur. Omnes materiales formæ proxime generantur a seminariis rationibus suis in vita mundi viventibus : hæc vero ab ideis earumdem formarum in mente divina vitam habentibus veriorem. In omnibus elementis viventia multa elemento conformia generantur, præsente videlicet anima, quæ certe inest, et fortasse una quatuor elementis, velut globi ejusmodi humoribus, insita : permanetque semper, elementis etiam permutatis, sicut lumen aere volitante. Nota, intellectuales animas adesse corporibus, non tanquam addictas, sed tanquam effectrices corporalium specierum.

ΙΑ'. Λέγεται δὲ οὐδ' ὁ οὐρανὸς, καὶ πολλὰ δὲ φαίνεται, οὐκ ἀτιμάσαι τὴν τῶν ζώων πάντων φύσιν, ἐπεὶ

XI. Traditur præterea, cælum non renuisse ullam animalium formam, quarum multæ suspiciuntur.

καὶ τόδε τὸ πᾶν πάντα ἔχει. Πόθεν οὖν ἔχει; πάντα οὖν ἔχει, ὅσα ἐνταῦθα τὰ ἐκεῖ, ἢ ὅσα λόγῳ πεποίηται, καὶ κατ' εἶδος. Ἀλλ' ὅταν πῦρ ἔχῃ, καὶ ὕδωρ ἔχει, ἔχει δὲ πάντως καὶ φυτά. Πῶς οὖν τὰ φυτὰ ἐκεῖ; καὶ πῶς πῦρ ζῇ; καὶ πῶς γῆ; ἢ γὰρ ζῇ, ἢ οἷον νεκρὰ ἔσται ἐκεῖ, ὥστε μὴ πᾶν τὸ ἐκεῖ ζῇν· καὶ τί ὅλως ἐστὶν ἐκεῖ καὶ ταῦτα; τὰ μὲν οὖν φυτὰ δύναιτ' ἂν τῷ λόγῳ συναρμόσαι, ἐπεὶ καὶ τὸ τῇδε φυτὸν λόγος ἐστὶν ἐν ζωῇ κείμενος. Εἰ δὴ ὁ ἔνυλος λόγος ὁ τοῦ φυτοῦ, καθ' ὃν τὸ φυτόν ἐστι, ζωή τις ἐστὶ τοιάδε, καὶ ψυχή τις, καὶ ὁ λόγος ἕν τι, ἤτοι τὸ πρῶτον φυτόν ἐστιν οὗτος, ἢ οὔ, ἀλλὰ πρὸ αὐτοῦ φυτὸν τὸ πρῶτον, ἀφ' οὗ καὶ τοῦτο. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο ἕν, ταῦτα δὲ πολλὰ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐξ ἀνάγκης. Εἰ δὴ τοῦτο, δεῖ πολὺ πρότερον ἐκεῖνο ζῆν, καὶ αὐτὸ τοῦτο φυτὸν εἶναι, ἀπ' ἐκείνου δὲ ταῦτα δευτέρως καὶ τρίτως, καὶ κατ' ἴχνος ἐκείνου ζῆν. Γῆ δὲ πῶς; καὶ τί τὸ γῇ εἶναι; καὶ τίς ἡ ἐκεῖ γῆ τὸ ζῆν ἔχουσα; ἢ πρότερον, τίς αὕτη; τοῦτο δ' ἔστι, τί τὸ εἶναι ταύτῃ. Δεῖ δὴ μορφήν τινα εἶναι καὶ ἐνταῦθα καὶ λόγον. Ἐκεῖ μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ φυτοῦ ἔζη καὶ ὁ τῇδε αὐτοῦ λόγος. Ἆρ' οὖν καὶ ἐν τῇδε τῇ γῇ; ἢ εἰ λάβοιμεν τὰ μάλιστα γήϊνα γεννώμενα καὶ πλαττόμενα ἐν αὐτῇ εὕροιμεν ἂν καὶ ἐνταῦθα τὴν γῆς φύσιν, λίθων τοίνυν αὐξήσεις τε καὶ πλάσεις καὶ ὀρῶν ἀναφυομένων ἔνδοθεν μορφώσεις, πάντως που λόγου ἐμψύχου δημιουργοῦντος ἔνδοθεν καὶ εἰδοποιοῦντος χρὴ νομίζειν γίγνεσθαι· καὶ τοῦτο εἶναι τὸ εἶδος τῆς γῆς τὸ ποιοῦν, ὥσπερ ἐν τοῖς δένδροις τὴν λεγομένην φύσιν. Τῷ δὲ ξύλῳ τοῦ δένδρου ἀνάλογον τὴν λεγομένην εἶναι γῆν, καὶ ἀποτμηθέντα τὸν λίθον οὕτως ἔχειν, ὡς εἰ ἐκ τοῦ δένδρου τι κοπείη. Μὴ παθόντος δὲ τούτου, ἀλλ' ἔτι συνηρτημένου, ὡς τὸ μὴ κοπὲν ἐκ τοῦ ζῶντος φυτοῦ, τὴν δημιουργοῦσαν ἐγκαθημένην τῇ γῇ φύσιν ζωὴν ἐν λόγῳ ἀνευρόντες, πιστοίμεθα ἂν τὸ ἐντεῦθεν ῥᾳδίως τὴν ἐκεῖ γῆν, πολὺ πρότερον ζῶσαν εἶναι καὶ ζωὴν ἔλλογον γῆς, αὐτογῆν καὶ πρώτως γῆν, ἀφ' ἧς καὶ ἡ ἐνταῦθα γῆ. Εἰ δὲ καὶ τὸ πῦρ λόγος τις ἐν ὕλῃ ἐστί, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτομάτου πῦρ, πόθεν γάρ; οὐ γὰρ ἐκ παρατρίψεως, ὡς ἄν τις οἰηθείη· ἤδη γὰρ ὄντος ἐν τῷ παντὶ πυρὸς ἡ παράτριψις, ἐχόντων τῶν παρατριβομένων σωμάτων· οὐδὲ γὰρ ἡ ὕλη οὕτω δυνάμει, ὥστε παρ' αὐτῆς. Εἰ δὴ κατὰ λόγον δεῖ τὸ ποιοῦν εἶναι ὡς μορφοῦν, τί ἂν εἴη; ἢ ψυχὴ ποιεῖν πῦρ δυναμένη· τοῦτο δ' ἐστὶ ζωὴ καὶ λόγος, ἓν καὶ ταὐτὸν ἄμφω. Διὸ καὶ Πλάτων ἐν ἑκάστῳ τούτων ψυχήν φησιν εἶναι, οὐκ ἄλλως, ἢ ὡς ποιοῦσαν τοῦτο δὴ τὸ αἰσθητὸν πῦρ. Ἔστιν οὖν καὶ τὸ ἐνταῦθα ποιοῦν πῦρ ζωή τις πυρίνη, ἀληθέστερον πῦρ. Τὸ ἔρα ἐπέκεινα πῦρ μᾶλλον δὲ πῦρ μᾶλλον ἂν εἴη ἐν ζωῇ, ζῇ ἄρα καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὕδατός τε καὶ ἀέρος. Ἀλλὰ διὰ τί οὐκ ἔμψυχα καὶ ταῦτα ὥσπερ ἡ γῆ; ὅτι μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐν ζώῳ τῷ παντί, δῆλόν που, καὶ ὅτι μέρη ζώου· οὐ φαίνεται δὲ ζωὴ ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τῆς γῆς.

quoniam et hoc universum omnia possidet. Sed undenam accipit? Num igitur, quæcumque habet, accepit ex alto? Profecto inde habet, quæcumque ratione facta sunt, et secundum speciem esse censentur. Sed quando habet ignem, habet et aquam, habet et plantas: quonam pacto plantæ sunt ibi? Et quomodo ignis illic vivit? quomodo vivit et terra? Aut enim vivunt hæc ibi, aut velut mortua jacent: adeo ut non, quicquid illic est, vivat. Quidve omnino hæc quoque sunt ibi? Plantæ quidem ipsi rationi facile possunt accommodari: quoniam et apud nos planta ratio quædam est in vita consistens. Si utique materialis ratio plantæ, secundum quam est planta, vita quædam talis est, et anima quædam, et ipsa ratio unum aliquid, numquid hæc ipsa est prima planta? Non profecto: sed ante hanc est planta prima, a qua et hæc nascitur. Nam illa quidem unum quiddam est: hæc autem multa necessarioque ab uno. Si igitur hoc, oportet multo prius illud vivere, atque hoc ipsam esse plantam: ab illa vero hæc esse secundo quodam tertioque gradu pendentia, atque secundum illius vestigia vivere. Terra vero quomodo illic exsistit? Quidve ipsius terræ est esse? Et quænam illic est terra vitam habens? Forsan vero præstat prius investigare, quæ sit hæc infima terra, id est, quid hujus sit esse. Oportet utique formam hic aliquam rationemque inesse. Certe, quantum ad plantam pertinet, vivit etiam apud nos ratio plantæ. Num igitur et in hac terra ipsa terræ ratio vivit? Forsan vero si acceperimus, quæ plurimum terrena sunt, genita fictaque in terra, inveniemus in his quoque ipsius terræ naturam. Existimandum est ergo, lapidum incrementa concretionesque, et montium surgentium coalescentiumque intus formationes procul dubio fieri, animali quadam ratione fabricante intrinsecus atque formante. Atque hanc esse terræ speciem, quæ efficit terram, quemadmodum in arboribus se habet illa, quæ natura vocatur. Ligno vero arboris proportione quadam similem esse illam, quæ terra communiter appellatur: atque lapidem excisum sic se habere, ceu si quid ex arbore fuerit detruncatum. Quando vero saxum non id patitur, sed adhuc est annexum, sicut ramus nondum amputatus ex arbore viva, nimirum invenientes naturam terræ insitam fabricantem esse vitam quandam in ratione vigentem, facilius inde credemus, supernam terram multo prius esse viventem, atque vitam terræ rationalem esse terram ipsam, primoque terram, a qua hæc quoque terra procedit et vivit. Si autem et ignis ratio quædam est in materia, ceteraque ejusmodi, neque sponte vel casu nascitur ignis. Unde enim? nempe non ex quadam (ut aliquis putet) collisione: jam enim præsente igne in universo fit attritio corporum, ubi profecto, quæ inter se conteruntur corpora, ignem jam possident. Neque rursus materia sic potentia ignem habet, ut fiat ignis ab ipsa. Si, inquam, res ita se habet, oportetque secundum rationem esse, quod efficit velut formans: quidnam hoc erit? Profecto anima potens ignem efficere: id est autem vita quædam et ratio, ita tamen, ut unum idemque sint ambo. Quam ob rem Plato in uno quoque horum animam esse dicit non aliter, quam velut efficientem, sicut hunc ignem sensibus manifestum. Est igitur et, quod hic ignem efficit, ignea quædam vita, profecto verior ignis. Ignis ergo superior, cum magis sit ignis, magis versatur in vita: igitur et ignis ipse vivit. Eadem quoque de ceteris, scilicet aqua et aere, ratio esse videtur. Sed cur non animata hæc quoque sunt, sicut et terra? Profecto esse etiam hæc in universo animali constat, et partes animalis exsistere: non apparet tamen in eis vita, quemadmodum nec in

Συλλογίζεσθαι δ' ἦν κἀκεῖ καὶ ἐκ τῶν γιγνομένων ἐν αὐτῇ, ἀλλὰ γίγνεται καὶ ἐν πυρὶ ζῶα καὶ ἐν ὕδατι δὲ φανερώτερον· καὶ ἀέρινοι δὲ ζώων συστάσεις· γιγνόμενον δὲ τὸ πῦρ ἕκαστον καὶ ταχὺ σβεννύμενον τὴν ἐν τῷ ὅλῳ ψυχὴν παρέρχεται. Εἰς τε ὄγκον οὐ γεγένηται μένον, ἵν' ἔδειξε τὴν ἐν αὐτῷ ψυχήν, ἀήρ τε καὶ ὕδωρ ὡσαύτως· ἐπεί, εἰ παγείη πως κατὰ φύσιν, δείξειεν ἄν· ἀλλ' ὅτι ἔδει εἶναι κεχυμένα, ἣν ἔχει οὐ δείκνυσι· καὶ κινδυνεύει ὅμοιον εἶναι, οἷον τὸ ἐπὶ τῶν ὑγρῶν τῶν ἐν ἡμῖν, οἷον αἵματος· ἡ μὲν γὰρ σὰρξ ἔχειν δοκεῖ, καὶ ὅτι ἂν σὰρξ γένηται ἐκ τοῦ αἵματος, τὸ δ' αἷμα αἴσθησιν οὐ παρεχόμενον ἔχειν οὐ δοκεῖ· καίτοι ἀνάγκη ἐνεῖναι καὶ ἐν αὐτῷ, ἐπεὶ καὶ οὐδέν ἐστι βίαιον γενόμενον περὶ αὐτό, ἀλλ' ἕτοιμόν ἐστι διεστάναι τῆς ἐνυπαρχούσης ψυχῆς, οἷον καὶ ἐπὶ τῶν στοιχείων τῶν τριῶν δεῖ νομίζειν εἶναι, ἐπεὶ καὶ ὅσα ἐξ ἀέρος συστάντος μᾶλλον ζῶα ἔχει τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι εἰς τὸ παθεῖν. Ὥσπερ δὲ ὁ ἀὴρ, τὸ φῶς ἀτενὲς ὂν καὶ μένον, ἕως μένει, αὐτὸς παρέρχεται, τοῦτον τὸν τρόπον πάρεστι καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ κύκλῳ, καὶ οὐ πάρεισι, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως.

terra. Argumentari vero licet, animatam esse terram, ex illis etiam, quæ in ea gignuntur : similiter autem conjectare licet de igne. Nam in eo etiam animalia generantur. Sed in aqua etiam manifestius : nec non aeriæ quædam concretiones sunt animalium. Singulæ vero ignis flammæ quæ quotidie fiunt, et mox exstinguuntur, præterent animam in toto vigentem. Cumque ignis hic nactus non fuerit molem aliquam permanentem, nimirum instar animam non ostendit : similiterque aër et aqua : quoniam, si in constantiorem substantiam cohærescerent naturaliter, infusam animam demonstrarent : sed quoniam oportet esse diffusa, præsentem animam minime patefaciunt. Atqui perinde elementa hæc se habere videntur, atque corporis viventis humores, velut sanguis. Caro enim habere se animam patefacit : sed hæc ex sanguine concreta est. Sanguis tamen non exhibens sensum animam non videtur habere : quanquam inesse animam sanguini etiam necessarium est. Id tamen ideo non apparet, quoniam nihil admodum ei accidit violentum : sed paratissimus est facile ab anima infusa discedere : quemadmodum in elementis tribus contingere judicandum. Quoniam et quæcumque ex aere concreto magis animalia coalescunt, naturam habent, ut sine passione persentiant. Quemadmodum vero aer lumen fixum et permanens, qualenus illud permanet, eatenus ipse præterit : sic adest undique globo aeris anima, rursusque non adest : atque in ceteris eodem pacto.

In prima vita omnium effectrice sunt omnia viva : et cum sit prima forma ob efficaciam vitæ mirabilem in se ipsam penitus propagabilis, omnia ibi viventia formaliter distinguuntur. Est autem illa forma ferme sic omnes formæ, sicut natura solis et omnes stellarum vires, et lux ejus radii omnes atque colores, et vita vegetalis omnes formæ membrorum inde per rationes seminarias nascituræ.

ΙΒ'. Ἀλλὰ πάλιν ὧδε λέγωμεν· ἐπεὶ γὰρ φαμὲν πρὸς οἷον παράδειγμα ἐκείνου τόδε τὸ πᾶν εἶναι, δεῖ κἀκεῖ πρότερον τὸ πᾶν ζῷον εἶναι, καὶ, εἰ παντελὲς τὸ εἶναι αὐτῷ, πάντα εἶναι, καὶ οὐρανὸν δὲ ἐκεῖ ζῷον εἶναι, καὶ οὐκ ἔρημον τοίνυν ἄστρων τῶν ἐνταῦθα τοῦτο λεγομένων οὐρανόν, καὶ τὸ οὐρανῷ εἶναι, τοῦτο. Ἔστι δ' ἐκεῖ δῆλον, ὅτι καὶ γῆ οὐκ ἔρημος, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐζωωμένη, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ ζῶα ξύμπαντα, ὅσα πεζὰ καὶ χερσαῖα λέγεται ἐνταῦθα, καὶ φυτὰ δηλονότι ἐν τῷ ζῇν ἱδρυμένα· καὶ θάλασσα δέ ἐστιν ἐκεῖ, καὶ πᾶν ὕδωρ, ἐν βοῇ καὶ ζωῇ μενούσῃ, καὶ τὰ ἐν ὕδατι ζῶα πάντα, ἀέρος τε φύσις τοῦ ἐκεῖ παντὸς μοῖρα, καὶ ζῶα ἀέρια ἐν αὐτῷ, ἀνάλογον αὐτῷ τῷ ἀέρι. Τὰ γὰρ ἐν ζῶντι πῶς ἂν οὐ ζῶντα; ὅπου δὴ καὶ ἐνταῦθα. Πῶς οὖν οὐ πᾶν ζῷον ἐξ ἀνάγκης ἐκεῖ; ὡς γὰρ ἕκαστον τῶν μεγάλων μερῶν ἔστιν ἐξ ἀνάγκης, οὕτως ἔχει καὶ ἡ τῶν ζώων ἐν αὐτοῖς φύσις, ὅπως οὖν ἔχει, καὶ ἔστιν ἐκεῖ οὐρανός, οὕτω καὶ ἔχει καὶ ἔστιν ἐκεῖ τὰ ἐν οὐρανῷ ζῶα πάντα, καὶ οὐκ ἔστι μὴ εἶναι, ἢ οὐδ' ἐκεῖνα ἔσται. Ὁ οὖν ζητῶν πόθεν ζῶα, ζητεῖ πόθεν οὐρανὸς ἐκεῖ. Τοῦτο δ' ἐστὶ ζητεῖν, πόθεν ζῶον, τοῦτο δὲ ταὐτὸν, πόθεν ζωὴ καὶ ζωὴ πᾶσα, καὶ ψυχὴ πᾶσα, καὶ νοῦς ὁ ξύμπας, μηδεμιᾶς ἐκεῖ πενίας, μηδ' ἀπορίας οὔσης, ἀλλὰ πάντων ζωῆς πεπληρωμένων καὶ οἷον ζεόντων. Ἔστι δ' αὐτῶν ἡ οἷον βοὴ ἐκ μιᾶς πηγῆς, οὐχ οἷον ἑνός τινος πνεύματος, ἢ θερμότητος μιᾶς, ἀλλ' οἷον εἴ τις ἦν ποιότης μία, πάσας ἐν αὐτῇ ἔχουσα καὶ σώζουσα τὰς ποιότητας, γλυκύτητος μετ' εὐωδίας, καὶ ὁμοῦ οἰνώδους ποιότητος, καὶ χυλῶν ἁπάντων δυνάμεις, καὶ

XII. Sed rursus ita dicemus : profecto cum concedimus hunc mundum, velut ad illius exemplar effingi : oportet illic quoque multo prius universum animal esse, atque, si omnino perfectum esse ejus exsistit, esse cuncta : jam vero cælum illic esse animal, neque his vacuum stellis, quæ in hoc cælo suspiciuntur, atque in hoc ipso ipsum cæli esse consistere. Patet quinetiam terram quoque illic non esse vacuam, sed multo magis ibi viventem, vitæque plenam, esseque in ea animalia omnia quæcumque hic gradientia, et terrestria nuncupantur : plantas insuper, videlicet in vita fundatas. Est ibi et mare : est omnis aqua in vita et flumine non fluente : sunt aquatilia cuncta. Aeria quoque natura universi illius est portio quædam : aeria in eo sunt animalia, aeri videlicet illi prorsus accommodata. Quæ enim in ipso vivente sunt, cur non ipsa vivacia sint? siquidem et hic ita se habent. Quid igitur obstat, quin omne animal ibi necessario sit? Sicut enim se habet quælibet ingentium partium, necessario sic se habet et animalium in eis natura viventium, quomodocumque habeat. Sicut est ibi cælum, sic et habet : sic ibi adsunt quæcumque in cælo sunt animalia. Neque non adesse possunt : alioquin neque forent et illa. Qui ergo quærit undenam illic animalia, videtur quærere, unde illic cælum : id est autem quærere, unde sit animal : id rursus perinde est, ac si quæratur, unde vita, et vita omnis, et omnis anima, et mens universa : ubi profecto indigentia nulla nullusque defectus; sed omnia vitæ plena sunt, et velut exuberant. Est autem eorum (ut ita loquar) efflatus ex uno fonte manans, non tanquam ex uno quodam spiritu sive flatu, aut ex una quadam caliditate : sed perinde ac si qua esset qualitas una, omnes in se qualitates possidens et conservans, dulcedinem videlicet suavi odoris suavitate, vigorem vini succorumque vires cu

χρωμάτων ὄψεις, καὶ ὅσα ἁφαὶ γιγνώσκουσιν. Ἔστωσαν δὲ καὶ ὅσα ἀκοαὶ ἀκούουσι, πάντα μέλη καὶ ῥυθμὸς πᾶς.

um, colores perspicuos, et quæcumque tactu percipiuntur. Sint et ibi quæcumque aures haurire solent : vocalis omnis numerus, omnisque concentus.

Vita mensque prima, quoniam est omnium formarum prima, ideo simplicissima omnium, uniformisque quam maxime, tum vero quia omnium principium est, ideo est etiam omniformis.

Est autem forma illa perfectissime forma quælibet, ideo per modum formalis actus. Est igitur omnis actus, quoniam, cum sit actus motusque primus efficacissimusque, nimirum omnes in se profert actus. Item, quia multitudo est unitissima, in quolibet sui sua omnia continet. Motus omnis varietatem quandam ab hoc in illud inter hoc et illud necessario insitam habet, sed præter hanc in corpore quidem motus loco indiget atque tempore : in anima vero præter varietatem solum insuper habet tempus : in mente solam sine tempore varietatem servat, ob miram virtutis actionisque potestatem. Varietas autem in motione et vita menteque prima et varietas omniformis, sicut ibidem est vita omnis et actus. Profecto sicut radius quilibet ab amplo solis orbe in comm prosilit, atque in præcedente latitudine sua omnes complectitur solis vires, in cono unam præcipue profert, et vario ictu varia perficit : sic ab intellectu primo actus quilibet intellectualis progreditur intus, et ubi exorditur omnes ideas amplectitur, desinit autem unusquisque in unam prorsus ideam quasi conum. Quælibet enim idea et ab alia diversa est, et aliis est connexa.

ΙΓ'. Ἔστι γὰρ οὔτε νοῦς ἁπλοῦν, οὔτε ἡ ἐξ αὐτοῦ ψυχή, ἀλλὰ ποικίλα πάντα ὅσῳ ἁπλᾶ, τοῦτο δὲ ὅσῳ μὴ σύνθετα, καὶ ὅσῳ ἀρχαί, καὶ ὅσῳ ἐνέργειαι. Τοῦ μὲν γὰρ ἐσχάτου ἡ ἐνέργεια ὡς ἂν λήγουσα ἁπλῆ, τοῦ δὲ πρώτου πᾶσαι· νοῦς τε κινούμενος κινεῖται μὲν ὡσαύτως, καὶ κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὅμοια ἀεί· οὐ μέντοι ταὐτὸν, καὶ ἕν τι ἐν μέρει, ἀλλὰ πάντα, ἔπειτα καὶ τὸ ἐν μέρει οὗ οὐχ ἕν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄπειρον διαιρούμενον. Ἀπό τινος δὲ φαμὲν ἂν, καὶ πάντως ἐπί τι, ὡς ἔσχατον. Τὸ δὲ μεταξὺ πᾶν ἆρα ὥσπερ γραμμὴ, ἢ ὥσπερ ἕτερον σῶμα ὁμοιομερές τι καὶ ἀποίκιλον; ἀλλὰ τί τὸ σεμνόν; εἰ γὰρ μηδεμίαν ἔχει ἐξαλλαγὴν, μηδὲ τις ἐξεγείρει αὐτὸ εἰς τὸ ζῆν ἑτερότης, οὐδ' ἂν ἐνέργεια εἴη. Οὐδὲν γὰρ ἂν ἡ τοιαύτη κατάστασις μὴ ἐνεργείας διαφέροι. Κἂν κίνησις δὲ ᾖ τοιαύτη, οὐ πανταχῶς, μοναχῶς δ' ἂν εἴη ζωή. Δεῖ δὲ πάντα ζῆν, καὶ πανταχόθεν, καὶ οὐδὲν μὴ ζῇν. Ἐπὶ πάντα οὖν κινεῖσθαι ἀεί, μᾶλλον δὲ κεκινῆσθαι. Ἁπλοῦν δὲ εἰ κινοῖτο, ἐκεῖνο μόνον ἔχει, καὶ ᾖ αὐτὸ, καὶ οὐ προῦβη εἰς οὐδὲν, ἢ εἰ προῦβη, ἄλλο μένον ὥστε δύο· καὶ εἰ ταὐτὸ τοῦτο ἐκείνῳ, μένει ἕν, καὶ οὐ προελήλυθεν· εἰ δ' ἕτερον, προῆλθε μετὰ ἑτερότητος, καὶ ἐποίησεν ἐκ ταὐτοῦ τινος καὶ ἑτέρου τρίτον ἕν. Γενόμενον δὴ ἐκ ταὐτοῦ καὶ ἑτέρου τὸ γενόμενον φύσιν ἔχει ταὐτὸν καὶ ἕτερον εἶναι· ἕτερον δὲ οὐ τι, ἀλλὰ πᾶν ἕτερον, καὶ γὰρ τὸ ταὐτὸν αὐτοῦ πᾶν. Πᾶν δὲ ταὐτὸν ὂν, καὶ πᾶν ἕτερον, οὐκ ἔστιν ὅ τι ἀπολείπει τῶν ἑτέρων. Φύσιν ἄρα ἔχει ἐπὶ πᾶν ἑτεροιοῦσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἐστι πρὸ αὐτοῦ τὰ ἕτερα πάντα, ἤδη πάσχοι ἂν ὑπ' αὐτῶν· εἰ δὲ μή ἐστιν, οὗτος τὰ πάντα ἐγέννα, μᾶλλον δὲ τὰ πάντα ἦν. Οὐκ ἔστιν ἄρα τὰ ὄντα εἶναι μὴ νοῦ ἐνεργήσαντος· ἐνεργήσαντος δὲ ἀεὶ ἄλλο μετ' ἄλλο, καὶ οἷον πλανηθέντος πᾶσαν πλάνην καὶ ἐν αὐτῷ πλανηθέντος, οἷα νοῦς ἐν αὐτῷ ὁ ἀληθινὸς πέφυκε πλανᾶσθαι· πέφυκε δ' ἐν οὐσίαις πλανᾶσθαι, συνθεουσῶν τῶν οὐσιῶν ταῖς αὐτοῦ πλάναις. Πανταχοῦ δ' αὐτός ἐστι, μένουσαν οὖν ἔχει τὴν πλάνην. Ἡ δὲ πλάνη αὐτῷ ἐν τῷ τῆς ἀληθείας πεδίῳ, οὗ οὐκ ἐκβαίνει. Ἔχει δὲ καταλαβὼν πᾶν, καὶ αὐτῷ ποιήσας εἰς τὸ κινεῖσθαι οἷον τόπον, καὶ ὁ τόπος ὁ αὐτὸς τῷ οὗ τόπος. Ποικίλον δέ ἐστι τὸ πεδίον τοῦτο, ἵνα καὶ διεξίοι· εἰ δὲ μὴ κατὰ

XIII. Ibi enim neque intellectus est omnino simplex aliquid, neque anima ex ipso pendens prorsus est simplex : sed varia longe sunt omnia, quatenus et simplicia : id est, quatenus non composita, quatenus principia sunt, quatenus actus exsistunt. Illius namque, quod illic judicatur quasi postremum, actus velut jam desinens, nimirum simplex exsistit : illius autem, quod primum perpenditur, actus ipse omnes actus exsistit. Intellectus quoque motus eodem quidem modo movetur, et secundum eadem semper atque similia. Non tamen illic aliquid idem, et unum quiddam velut in parte, sed potius omnia, quoniam id rursus, quod est in parte, non est aliquid unum, sed hoc quoque infinite divisum. Dicere vero possumus ab aliquo processum ejusmodi et omnino ad aliquid dirigi, velut ultimum. Quod autem medium est universum, numquid est velut linea quædam, vel corpus aliquod partibus consimilibus constitutum, ac minime varium? Sed quidnam ibi hoc decoris afferret? Si enim nullam habet diversitatem, neque alteritas ulla illud excitat ad vivendum, certe neque actus erit. Nihilo enim ejusmodi habitus ab ipsa actus vacatione distabit. Atque etiam si motus sit talis, non omnibus quidem modis, sed uno tantum pacto vita erit. Oportet autem et omnia illic et undique vivere, neque quicquam inesse, quod non vivat. Necessarium est igitur moveri ad omnia, imo vero fuisse jam ad omnia motum. Tum vero, si omnino simplex movetur, illud solum habet : atque sit idem ipsum : et ita non processit profecitque ad aliquid : vel, si processit atque profecit, aliud jam evasit : quapropter evasit duo : atque, si idem hoc est cum illo, permanet unum, neque processit. Si alterum, certe cum alteritate processit, fecitque ex eodem simul et altero unum aliquid tertium. Cum vero ex eodem atque altero factum sit, quod est jam factum, merito naturam habet, qua idem sit simul et alterum : alterum, inquam, non quiddam, sed omne penitus alterum : nam et quod in eo idem est, est universum idem. Cum igitur sit omne idem, et omne simpliciter alterum, non est aliquid eorum, quæ dicuntur altera, ab eo relictum. Naturam itaque habet, qua in universum alteritate prorsus distribuatur. Si ergo sunt altera omnia super ipsum, ab illis jam pati potest : sin vero non sunt, intellectus hic omnia genuit : imo vero jam exstitit omnia. Quam ob rem entia esse non possunt, nisi operata mens fuerit : operata, inquam, aliud assidue præter aliud, et quasi pervagata omni prorsus pervagandi conditione : pervagata, inquam, in semet ipsa, quemadmodum intellectus verus natus est in se ipso vagari : natus autem est in essentiis pervagari, dum videlicet essentiæ cum ejus ambagibus æque concurrunt. Ubique vero ipsemet intellectus exsistit : pervagantiam igitur stabilem agit. Pervagatio vero mentis in ipso veritatis campo versatur, unde nunquam excidit. Occupat autem totum, quippe cum sibimet ad motum suum effecerit locum : atqui et locus idem cum ipso est, cujus est locus. Præterea varius est ejusmodi campus, ut et discurrere possit : ac nisi per universum

πᾶν καὶ ἀεὶ ποικίλον, καθ' ὅσον μὴ ποικίλον, ἔστηκεν. Ὃ δ' ἔστηκεν, οὐ νοεῖ, ὥστε, καὶ εἰ ἔστη, οὐ νενόηκεν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδ' ἔστιν· ἔστιν οὖν νόησις· ἡ δὲ κίνησις πᾶσα πληροῦσα οὐσίαν πᾶσαν, καὶ ἡ πᾶσα οὐσία, νόησις πᾶσα ζωὴν περιλαβοῦσα πᾶσαν, καὶ μετ' ἄλλο ἀεὶ ἄλλο, καὶ ὅτι αὐτοῦ ταὐτὸν καὶ ἄλλο, καὶ διαιροῦντι ἀεὶ τὸ ἄλλο ἀναφαίνεται· πᾶσα δὲ διὰ ζωῆς ἡ πορεία, καὶ διὰ ζώων πᾶσα· ὥσπερ καὶ τῷ διὰ γῆς ἰόντι πάντα, ἃ διέξεισι, γῆ, κἂν διαφορὰς ἔχῃ ἡ γῆ. Καὶ ἐκεῖ ἡ μὲν ζωή, ὃι' ἧς ἡ αὐτή· ὅτι δὲ ἀεὶ ἄλλη, οὐχ ἡ αὐτὴ, ἀεὶ δ' ἔχων τὴν αὐτὴν διὰ τῶν οὐχ αὐτῶν διέξοδον· ὅτι μὴ ἀμείβει, ἀλλὰ σύνεστι τοῖς ἄλλοις τὸ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταὐτά. Ἐὰν γὰρ μὴ περὶ τὰ ἄλλα τὸ ὡσαύτως καὶ τὰ κατὰ τὰ αὐτά, ἀργεῖ πάντῃ, καὶ τὸ ἐνεργείᾳ καὶ ἡ ἐνέργεια οὐδαμοῦ. Ἔστι δὲ καὶ τὰ ἄλλα αὐτὸς, ὥστε πᾶς αὐτός. Καὶ εἴπερ αὐτὸς, πᾶς, εἰ δὲ μή, οὐκ αὐτός. Εἰ δὲ πᾶς αὐτὸς, καὶ πᾶς, ὅτι τὰ πάντα, καὶ οὐδέν ἐστιν, ὅ τι μὴ συντελεῖ εἰς τὰ πάντα, οὐδέν ἐστιν αὐτοῦ, ὅ τι μὴ ἄλλο, ἵνα ἄλλο ὄν καὶ τοῦτο συντελῇ. Εἰ γὰρ μὴ ἄλλο, ἀλλὰ ἄλλῳ ταὐτὸν, ἐλαττώσει αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, ἰδίαν οὐ παρεχόμενον εἰς συντέλειαν αὐτοῦ φύσιν.

semperque sit varium, certe, quatenus non est varium, conquiescit. Qui si quiescit, etiam non intelligit: itaque, si quievit, nec etiam intellexit. Si neque hoc, certe nec exstat. Intelligentia igitur est. Universus vero motus illic universam implet essentiam: et essentia tota, intelligentia tota vitam complexa totam, ac præter aliud semper et aliud: præsertim cum id ipsum, quod in eo est idem, sit et aliud, adeo ut perpetuo dividenti aliud deinceps atque aliud semper occurrat. Progressio vero illic omnis per vitam agitur, perque animalia omnia: quemadmodum et iter in terris agenti, quæcumque attinguntur, terrena passim occurrunt, quamvis diversa sint ratione terrena. Atque illic vita quidem, per quam proceditur, eadem est: quoniam vero quodammodo est semper et alia, non eadem semper occurrit: agit vero semper discursionem prorsus eandem, per illa, quæ non sunt similiter eadem: quoniam ipse quidem discursionem minime mutat; sed una cum diversis servatur interea ipsa conditio eodem modo et secundum eadem pervagandi. Nisi enim tenor ipse eodem modo et secundum eadem pervagandi saltem circa varia diversetur, certe torpebit omnino. Unde sequetur, quod in actu esse dicitur, ipsumque actum esse nusquam. Sunt autem et alia diversaque ipse: quapropter omnis ipse. Et siquidem ipse, nimirum et omnis: alioquin nec ipse quidem. Si autem omnis ipse, certe et omnis, quia cuncta. Neque quicquam invenitur illic, quod non ad omnia conferat: neque aliquid usquam ipsius est, quin sit et aliud: ut exsistens aliud, hoc ipsum quoque conducat. Nisi enim exstiterit aliud, sed penitus idem cum alio, comminuet ejus essentiam: quippe cum ad communem ipsam conspirationis perfectionem naturam propriam non accommodet.

Ubique in mundo partibusque ejus vel minimis ordinata distinctio est per formas. Ejusmodi formalis et ordinata varietas neque casu accidit, neque fit a materia tenebrosa, pendet autem ab uno, quoniam conducit in unum. Exprimitur igitur a simili formarum varietate vigente cum in ipsa mundi vita, tum in mente.

Sed tam mens, quam anima, in se unum quiddam est, non quidem ex multis compositum, sed præferens in se multa, non ad externa, sed ad intima, motum, ac velut ad centrum se convolvens, ampliores deinceps formarum universaliorum orbes redigens in minores, et ad species specialissimas se denique cohibens.

ΙΔ'. Ἔστι δὲ καὶ παραδείγμασι νοεροῖς χρώμενον εἰδέναι, οἷόν ἐστι νοῦς, ὡς οὐκ ἀνέχεται οἷον κατὰ μονάδα μὴ ἄλλος εἶναι. Τίνα γὰρ καὶ βούλει εἶ; παράδειγμα λαβεῖν λόγον εἴτε φυτοῦ, εἴτε ζώου; εἰ γὰρ ἓν τι καὶ μὴ ἓν τοῦτο ποικίλον, οὔτ' ἂν λόγος εἴη· τό τε γενόμενον ὕλη ἂν εἴη τοῦ λόγου μὴ πάντα γενομένου, εἰς τὸ πανταχοῦ τῆς ὕλης ἐμπεσόντα μηδὲν αὐτῆς ἐᾶσαι τὸ αὐτὸ εἶναι, οἷον πρόσωπον οὐκ ὄγκος εἷς, ἀλλὰ καὶ ῥῖνες καὶ ὀφθαλμοί· καὶ ἡ ῥὶς οὐχὶ οὖσα ἕν, ἀλλ' ἕτερον τὸ δ' ἕτερον αὖ πάλιν αὐτῆς, εἰ ἔμελλε ῥὶς εἶναι. Ἓν γάρ τι ἁπλῶς οὖσα ὄγκος ἂν ἦν μόνον· καὶ τὸ ἄπειρον οὕτως ἐν νῷ, ὅτι ἂν ὡς ἓν πολλὰ, οὐχ ὡς οἶκος εἷς, ἀλλ' ὡς λόγος πολὺς ἐν αὐτῷ, ἐν ἑνὶ σχήματι νοῦ, οἷον περιγραφῇ, ἔχων περιγραφὰς ἐντὸς καὶ σχηματισμοὺς αὖ ἐντὸς, καὶ δυνάμεις, καὶ νοήσεις καὶ τὴν διαίρεσιν μὴ κατ' εὐθὺ, ἀλλ' εἰς τὸ ἐντὸς ἀεὶ, οἷον τοῦ παντὸς ζώου ἐμπεριεχομένας ζώων φύσεις, καὶ πάλιν αὖ ἄλλας ἐπὶ τὰ μικρότερα τῶν ζώων, καὶ εἰς τὰς ἐλάττους δυνάμεις, ὅπου στήσεται εἰς εἶδος ἄτομον· ἡ δὲ διαίρεσις ἔγκειται οὐ συγκεχυμένων, καίτοι εἰς ἓν ὄντων, ἀλλ' ἔστιν ἡ λεγομένη ἐν τῷ παντὶ φιλία τοῦτο, οὐχ ἡ ἐν τῷδε τῷ παντί· μιμεῖται γὰρ αὕτη ἐκ διεστηκότων οὖσα φιλη· ἡ δὲ ἀληθὴς πάντα ἓν εἶναι, καὶ μήποτε διακριθῆναι. Διακρίνεσθαι δέ φησι τὸ ἐν τῷδε τῷ οὐρανῷ.

XIV. Possumus præterea intellectualibus utentes exemplis, qualis sit intellectus, cognoscere, et quo pacto non ferat, esse se unitatis instar, prorsus omnis diversitatis expertem. Licet sane, si libet, exempli loco adducere rationem vel plantæ, vel animalis. Si enim unum aliquid sit, nec ullo modo varium, neque ratio quidem erit. Rursus, quod inde fit, materia tantum erit: nisi videlicet ratio ipsa sit omnia, ad hoc ipsum videlicet, ut, ubique in materiam incidens, nihil materiæ idem esse permittat, quemadmodum vultus non est una duntaxat moles, sed nares habet, et oculos. Atque nasus non unicum in se quiddam habet, sed aliud rursus et aliud, ni modo futurus est nasus. Profecto si nasus unum quiddam sit duntaxat, nihil aliud erit præter molem. Atque ita profecto in mente est infinitum, quoniam et ipsa, et quicquid est in ea, velut unum est et multa. Neque sic intellectus est unus, atque multa, ut una domus, sed tanquam ratio: in se quam plurima, in una mentis figura, quasi circumscriptione quadam, habens circumscriptiones et ambitus intus, et figurationes intrinsecas, et vires et intelligentias intus, habens sane distinctionem non productam in rectum, sed semper ad intima propagatam: quasi in universo animali naturæ animalium ingentium comprehendantur, rursusque aliæ ad minora quædam animalia derivatæ, et ad vires deductæ minores, ubi ad individuam speciem denique processio desinat: neque tamen ibi rerum discretio fit antea confusarum, quamvis in unum mirifice conspirantium. Jam vero conspiratio talis ipsa est amicitia, quæ traditur in universo consistere, non quidem talis, qualis in hoc apparet mundo. Imitatur enim hæc illam, ex distantibus discordibusque concordia confluens. Vera autem amicitia est, qua sunt omnia unum, adeo, ut nusquam a se invicem disjungantur. Disjungi vero sive distare in hoc cælo res asserit.

Cum intellectus primus sit vita prima, sola intellectualis vita est vera vita.

Essentia prima per actum vitalem conversa ad ipsum bonum fit boniformis, et propter formam suam multiplicabilem : unum boni donum in formas plurimas in se derivat, ipsa videlicet potestate dei. Imaginari licet mentem primam quasi vultus innumerabiles inter se varios ordine contextos in sphæram lucentes admodum atque vivos. Quodsi, conservatis vultuum formis inter se variis, actuque in orbem quasi reflexo, distantiam inde localem demseris, intellectum primum mox intelliges, præsertim si ipse talis inprimis evaseris, deinde inspexeris tenet ipsum.

ΙΕ'. Ταύτην οὖν τὴν ζωὴν τὴν πολλὴν καὶ πᾶσαν καὶ πρώτην καὶ μίαν τίς ἰδὼν οὐκ ἐν ταύτῃ εἶναι ἀσπάζεται, τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀτιμάσας; σκότος γὰρ αἱ ἄλλαι αἱ κάτω καὶ σμικραὶ σκιαὶ καὶ ἀμυδραὶ, καὶ εὐτελεῖς, καὶ οὐ καθαραὶ, καὶ τὰς καθαρὰς μολύνουσι. Κἂν εἰς αὐτὰς ἴδῃς, οὐκ ἔτι τὰς καθαρὰς οὔτε ὁρᾷς, οὔτε ζῇς ἐκείνας τὰς πάσας ὁμοῦ, ἐν αἷς οὐδέν ἐστιν ὃ τι μὴ ζῇ, καὶ καθαρῶς ζῇ, κακὸν οὐδὲν ἔχον· τὰ γὰρ κακὰ ἐνταῦθα ὅτι ἴχνος ζωῆς, καὶ νοῦ ἴχνος· ἐκεῖ δὲ τὸ ἀρχέτυπον τὸ ἀγαθοειδές φησιν, ὅτι ἐν τοῖς εἴδεσι τὸ ἀγαθὸν ἔχει. Τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἀγαθὸν, ὁ δὲ ἀγαθός ἐστιν ἐν τῷ θεωρεῖν τὸ ζῆν ἔχων· θεωρεῖ δὲ ἀγαθοειδῆ ὄντα τὰ θεωρούμενα καὶ αὐτὰ, ἃ ἐκτήσατο, ὅτε ἐθεώρει τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν. Ἦλθε δὲ εἰς αὐτὸν οὐχ ὡς ἐκεῖ ἦν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἔσχεν. Ἀρχὴ γὰρ ἐκεῖνος, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐν τούτῳ, καὶ οὗτος ὁ ποιήσας ταῦτα ἐξ ἐκείνου. Οὐ γὰρ ἦν θέμις βλέποντα εἰς ἐκεῖνον μηδὲν νοεῖν, οὐδ' αὖ τὰ ἐν ἐκείνῳ· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸς ἐγέννα. Δύναμιν οὖν εἰς τὸ γεννᾷν εἶχε παρ' ἐκείνου, καὶ τῶν αὐτῶν πληροῦσθαι γεννημάτων, διδόντος ἐκείνου ἃ μὴ εἶχεν αὐτός· ἀλλ' ἐξ ἑνὸς αὐτοῦ πολλὰ τούτῳ· ἦν γὰρ ἐκομίζετο δύναμιν ἀδυνατῶν ἔχειν συνέθραυε, καὶ πολλὰ ἐποίησε τὴν μίαν, ἵν' οὕτω δύναιτο κατὰ μέρος φέρειν. Ὅ τι οὖν ἐγέννα, ἀγαθοῦ ἐκ δυνάμεως ἦν, καὶ ἀγαθοειδὲς ἦν, καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς ἐξ ἀγαθοειδῶν, ἀγαθὸν ποικίλον. Διὸ καὶ εἴ τις αὐτὸν ἀπεικάζοι σφαίρᾳ ζώσῃ ποικίλῃ, εἴτε παμπρόσωπόν τι χρῆμα λάμπον ζῶσι προσώποις, εἴτε ψυχὰς τὰς καθαρὰς πάσας εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμούσας φαντάζοιτο, οὐκ ἐνδεεῖς, ἀλλὰ πάντα τὰ αὐτῶν ἐχούσας, καὶ νοῦν τὸν πάντα ἐπ' ἀκραις αὐταῖς ἱδρυμένον ὡς φέγγει νοερῷ καταλάμπεσθαι τὸν τόπον, φανταζόμενος μὲν οὕτως ἔξω πως ἄλλος ὢν ὁρᾴη ἄλλον. Δεῖ δὲ ἑαυτὸν ἐκεῖνο γενόμενον τὴν θέαν ἑαυτὸν ποιήσασθαι.

XV. Si quis igitur hanc ipsam vitam, complurimam, omnem, primam, unam, intueatur, supra quam existimari possit, hac ipsa gaudebit, omnem prorsus aliam aspernatus. Aliæ namque inferiores vitæ tenebræ sunt : vitæ, inquam, exiguæ, obscuræ, viles, impuræ, purasque vitas contaminantes. In quas cum primum adspexeris, neque puras cernes ulterius, neque vives amplius secundum illas simul omnes, in quibus nihil est omnino, quin vivat; vivatque pure, mali nihil admittens. Mala enim hic tantum regnant, quoniam hic est duntaxat vitæ vestigium. Hic nihil mentis est nisi vestigium : illic autem principale viget exemplar, quod Plato nuncupat boniforme : quoniam in speciebus, id est formis, bonum possidet. Aliud sane est ipsum bonum, hic autem bonus vitam habens in contemplando : contemplatur autem spectacula boniformia : quæ quidem tunc ipse sibimet comparavit, cum primum contemplatus est ipsam boni naturam. Influxit autem in mentem ipsum bonum, non omnino sicut ibi erat, sed sicut ipsa mens accepit. Principium namque illud ipsum est, atque in hanc bonum ex illo traducitur : et hæc ipsa horum effectrix omnium, id muneris habet ex illo. Neque enim fas erat intuentem illud intelligere nihil, neque rursus in illo spectacula contueri : alioquin nec ipsa quidem mens spectacula genuisset. Vim igitur ad gignendum accepit ab illo, per quam ipsis genituris penitus impleretur : tradente videlicet illo, quæ ipsum in se minime possidebat. Sed ex illo penitus uno huic plurima contigerunt : nempe mens cum non posset acceptam inde potentiam ipsam proprie possidere, in fragmenta distinxit, fecitque, ut una multa prorsus evaderet, ut ita saltem per partes ferre valeret. Quicquid itaque genuit, ex ipsa boni genuit potestate, idque genitum est boniforme, ipsaque mens est bona, varium quiddam bonum ex boniformibus constitutum. Quam ob rem si quis ipsam mentem sphæræ comparet variæ prorsus atque viventi : aut si quis fingat spectaculum quoddam vultibus omnibus undique constitutum, vultibusque viventibus ubique refulgens : aut fortasse cogitet puras animas omnes concurrentes in idem, nec ullo modo indigas, sed sua ad votum omnia possidentes : præterea mentem universam, illarum apicibus insidentem, adeo ut omnis illa regio splendore refulgeat : si quis, inquam, sic intellectum ipsum imaginetur, ipse profecto extra quodammodo exsistens alius, intellectum ut alium intuebitur. Sed operæ pretium est, omnino animum nostrum primo quidem in se intellectum ipsum spectandum fieri : deinde in se velut factum jam ipsum spectaculum contueri.

Essentia prima, cum primum exsistit ex ipso bono, conversa est ad ipsum, non tam modo quodam intellectuali, quam instinctu vitali : quemadmodum planta vergit ad solem vel humorem : hic enim actus ordine quodam antecedit illum. Sed ubi, directus in bonum, impletus illic radio quodam lucente pariter et calente, statim omnes rerum formas, quasi colores concipit in se ipso, reflexusque in conceptus suos percipiendos intellectus evasit. Denique sicut sol visum coloresque procreat invicemque conciliat, neque ipse interim visus est vel color, sed superior : ita bonum et intellectum et intelligenda creat, mutuoque conjungit his ipsum interim eminentius.

ΙϚ'. Χρὴ δὲ μηδ' ἀεὶ ἐν τῷ πολλῷ τούτῳ καλῷ μένειν, μεταβαίνειν δ' ἔτι πρὸς τὸ ἄνω ἀΐξαντα, ἀφέντα καὶ τοῦτο, οὐκ ἐκ τούτου τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου, θαυμάσαντα τίς ὁ γεννήσας, καὶ ὅπως. Ἕκαστον μὲν οὖν εἶδος, ἕκαστον, καὶ ἴδιος οἷον τύπος· ἀγαθοειδὲς δὲ ὂν κοινὸν τὸ ἐπιθέον ἐπὶ πᾶσι πάντα ἔχει. Ἔχει μὲν οὖν καὶ τὸ ὂν ἐπὶ πᾶσιν, ἔχει δὲ καὶ τὸ ζῶον ἕκαστον ζωῆς κοινῆς ἐπὶ πᾶσιν ὑπαρχούσης, τάχα δ' ἂν καὶ

XVI. Non expedit autem in hoc pulchro quamplurimo moras semper protrahere. Oportet enim hinc animum progredi ad sublimia se propensius attollentem, et cum cælum hoc dimiserit, illud quoque dimittere : neque ex hoc duntaxat, sed ex illo potius transcendentem protinus admirari, quisnam illius sit genitor, et qua ratione genuerit. Unumquodque igitur illic exsistens species quædam est, et quasi certa figura. Cumque illud boniforme sit propter commune quiddam in cunctis ubique collucens, omnia possidet boniformia. Habet igitur et ens in omnibus : habet animal unumquodque : habet communem vitam

ἀλλα. Ἀλλὰ καθ' ὅσον ἀγαθὰ, καὶ διότι ἀγαθά; τί ἂν εἴη; πρὸς δὴ τὴν τοιαύτην σκέψιν τάχ' ἂν εἴη προὔργου ἄρξασθαι ἐντεῦθεν. Ἆρα, ὅτε ἑώρα πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἐνόει ὡς πολλὰ τὸ ἓν ἐκεῖνα, καὶ ἓν ὂν αὐτὸς ἐνόει αὐτὸν πολλὰ μερίζων αὑτὸν παρ' αὐτῷ τῷ νοεῖν μὴ ὅλον ὁμοῦ δύνασθαι; ἀλλ' οὔπω νοῦς ἦν ἐκεῖνο βλέπων· ἀλλ' ἔβλεπεν ἀνοήτως; ἢ φατέον ὡς οὐδ' ἑώρα πώποτε; ἀλλ' ἔζη μὲν πρὸς αὐτὸ καὶ ἀνήρτητο αὐτοῦ, καὶ ἐπέστραπτο πρὸς αὐτό· ἡ δὴ κίνησις αὕτη πληρωθεῖσα τῷ ἐκεῖ κινεῖσθαι καὶ περὶ ἐκεῖνο ἐπλήρωσεν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἔτι κίνησις ἦν μόνον, ἀλλὰ κίνησις διακορὴς καὶ πλήρης· ἐξῆς δὲ πάντα ἐγένετο, καὶ ἔγνω τοῦτο ἐν συναισθήσει αὑτοῦ, καὶ νοῦς ἤδη ἦν, πληρωθεὶς μὲν, ἵν' ἔχῃ, ὃ ὄψεται, βλέπων δὲ αὐτὰ μετὰ φωτὸς παρὰ τοῦ δόντος ἐκεῖνα, καὶ τοῦτο κομιζόμενος· διὰ τοῦτο οὐ μόνον λέγεται τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὁρᾶσθαι αὐτὴν, αἴτιος ἐκεῖνος εἶναι. Ὥσπερ δὲ ὁ ἥλιος τοῦ ὁρᾶσθαι τοῖς αἰσθητοῖς καὶ τοῦ γίγνεσθαι αἴτιος ὢν, αἴτιός πως καὶ τῆς ὄψεώς ἐστιν, οὐκ ὢν οὔτε ὄψις οὔτε τὰ γιγνόμενα, οὕτω καὶ ἡ ταῦ ἀγαθοῦ φύσις αἰτία οὐσίας καὶ νοῦ· οὖσα καὶ φῶς καὶ τὸ ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ ὁρατοῖς καὶ τῷ ὁρῶντι οὔτε τὰ ὄντα οὔτε νοῦς ἐστιν, ἀλλὰ αἴτιον τούτων, καὶ νοεῖσθαι φωτὶ τῷ ἑαυτοῦ εἰς τὰ ὄντα καὶ εἰς τὸν νοῦν παρέχον. Πληρούμενος μὲν οὖν ἐγίγνετο, πληρωθεὶς δὲ ἦν, καὶ ὁμοῦ ἀπετελέσθη καὶ ἑώρα. Ἀρχὴ δὲ αὐτοῦ ἐκεῖνο τὸ πρὶν πληρωθῆναι ἦν. Ἑτέρα δὲ ἀρχὴ οἱονεὶ ἔξωθεν ἡ πληροῦσα ἦν, ἀφ' ἧς οἷον ἐτυποῦτο πληρούμενος.

omnibus insitam : habet fortassis et alia. Verum quidnam illud est, propter quod potissimum bona sunt, et quatenus bona censentur? Ad hanc vero contemplationem in primis fortasse conducet, hinc potissimum exordiri. Num igitur, quando aspexit in bonum, intellexit unum illud velut multa, atque cum intellectus ipse unum ens existeret, illud intellexit ut multa, illud apud se partitus, propterea quod nequiret simul intelligere totum? Verum nondum intellectus erat, dum primo suspiceret illud. Sed numquid absque intellectu prospexit? Profecto putandum est nondum etiam vidisse illud. Nam vivebat quidem ad ipsum, totusque inde pendebat, totus conversus ad ipsum. Hic itaque motus tunc impletus, cum primum ferebatur illuc, et circa illud penitus versabatur, implevit ipsum, nec amplius motus duntaxat exstitit, sed motus jam satur et plenus. Mox vero ens ipsum omnia factum est, idque ipsum agnovit animadvertendo se ipsum : ac jam intellectus evasit, imbutus quidem, ut, quod posset inspicere, possideret, inspiciens vero ipsa cum lumine quodam ab eodem prorsus accepto, a quo suscepit et illa. Quam ob rem supernus ille deus traditur non solum essentiæ auctor, sed etiam causa, ut videatur essentia. Quemadmodum vero sol causa est rebus, quæ sentiuntur, ut sint, atque videantur, simulque est causa visionis, cum tamen interea ipse neque visio sit, neque etiam quæ videnda fiunt : sic et ipsius boni natura causa procul dubio est essentiæ atque mentis. Est et lumen in proportione quadam analogiæ, qua visibilia hæc et visus essentiam illam intellectumque referunt, neque est entia, neque etiam intellectus, sed causa utrorumque, præbetque menti rerum intelligentiam suo quodam lumine super entia mentemque diffuso. Impletus igitur jam factus est : impletus autem erat, simulque est absolutus et vidit. Initium vero ejus illud exstitit, quod ejus antecessit impletionem. Principium vero alterum ejus est velut externum, quod implevit, a quo velut formatus est, dum impleretur.

Quæcumque sunt, cum primum et quamdiu sunt, naturaliter agunt ad bonum : unde argumentamur, essentiam primam ad primum bonum naturaliter agere. Ipsum ergo bonum superius est essentia actuque ejus et vita et intellectu. Non ergo proprie dicendum est esse, vivere, agere, intelligere : neque putandum est, eas in se proprie formas habere, quas tribuit intellectui, sicut nec unitas est plena numeris, nec signum dimensionibus, neque lux in solis centro vigens radios illos in se proprios habet, qui virtute ipsius innumerabiles a circumferentia solis emicant ab orbe desinentes in angulum. Præterea, sicut neque lumen foras effusum, radiis ejusmodi plenum, qualitates rerum illas in se proprias sustinet, quas per varios radiorum ictus apud nos generat, ita neque mens, quamvis in se omniformis, materiales ipsa, quas procreat, formas habet. Tum vero vita quidem prima, quasi indeterminatus informisque essentiæ actus, exoritur : qui sane, directus in ipsum unum, inde terminos ideales sibi vindicat, eosque quam plurimos, ob conditionem suam numero jam obnoxiam et processioni proclivem. Eodem mox momento vita fit absoluta, quo et intellectus evadit. Denique, sicut intellectus se habet ad animam, ita bonum ad intellectum. Quapropter, quemadmodum intellectus rationem format in anima, atque ipse est a rationali discursione secretus, ita bonum species imprimens intellectui est a speciebus mirabiliter segregatum.

ΙΖ'. Ἀλλὰ πῶς ταῦτα ἐν αὐτῷ καὶ αὐτὸς, οὐκ ὄντων ἐκεῖ ἐν τῷ πληρώσαντι, οὐδ' αὖ ἐν αὐτῷ τῷ πληρουμένῳ; ὅτε γὰρ μήπω ἐπληροῦτο, οὐκ εἶχεν. Ἢ οὐκ ἀνάγκη, ὅ τις δίδωσι, τοῦτο ἔχειν, ἀλλὰ δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις τὸ μὲν διδὸν μεῖζον νομίζειν, τὸ δὲ διδόμενον ἔλαττον τοῦ διδόντος. Τοιαύτη γὰρ ἡ γένεσις ἐν τοῖς οὖσι. Πρῶτον γὰρ δεῖ τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι, τὰ δ' ὕστερα εἶναι δυνάμει τὰ πρὸ αὐτῶν· καὶ τὸ πρῶτον δὲ ἐπέκεινα τῶν δευτέρων, καὶ τοῦ διδομένου τὸ διδὸν ἐπέκεινα ἦν· κρεῖττον γάρ· εἴ τι τοίνυν ἐνεργείας πρότερον, ἐπέκεινα ἐνεργείας, ὥστε καὶ ἐπέκεινα ζωῆς. Εἰ οὖν ζωὴ ἐν τούτῳ, ὃ διδοὺς ἔδωκε μὲν ζωὴν, καλλίων δὲ καὶ τιμιώτερος ζωῆς. Εἶχεν οὖν ζωὴν, καὶ οὐκ ἐδεῖτο ποικίλου τοῦ διδάντος, καὶ ἦν ἡ ζωὴ ἴχνος τι ἐκείνου, οὐκ ἐκείνου ζωή. Πρὸς ἐκεῖνο μὲν οὖν βλέπουσα ἀόριστος

XVII. Sed quonam modo hæc in intellectu sunt, et ipse intellectus exsistunt, cum in eo non sint, qui implet, nec rursus in eo fuerint, qui impletur? Quando enim nondum erat imbutus, minime possidebat. Sed fortasse non necessarium est, quod quis tribuit, in se habere : sed oportet in rebus ejusmodi illud quidem, quod tradit, majus existimare; quod vero traditur, minus esse tradente. Talis namque in ipso entium ordine generatio est. Primum enim oportet esse, quod exsistit in actu : posteriora vero in potentia esse superiora. Jam vero, quod primum est, sequentibus est superius : et quod tradit, munere tradito, eadem ratione superius : nam præstantius est. Si quid igitur sit actu prius, id actu superius est : quapropter et vita superius. Si ergo in hoc est vita, profecto, qui dedit eam, tribuit quidem vitam, ipse vero melior et honorabilior, quam vita, censetur. Habuit itaque vitam, neque indiguit vario largitore : ipsaque vita vestigium quoddam exstitit largitoris, non illius quidem vita. Nempe ista, cum primum ad suum suspiceret largitorem, adhuc indeterminata erat : postquam vero respexit illuc, mox determi-

ἦν, βλέψασα δ' ἐκεῖ ὡρίζετο ἐκείνου ὅρον οὐκ ἔχοντος. Εὐθὺς γὰρ πρὸς ἕν τι ἰδοῦσα ὁρίζεται τούτῳ, καὶ ἴσχει ἐν αὑτῇ ὅρον καὶ πέρας καὶ εἶδος. Καὶ τὸ εἶδος ἐν τῷ μορφωθέντι, τὸ δὲ μορφῶσαν ἄμορφον ἦν· ὁ δὲ ὅρος οὐκ ἔξωθεν, οἷον μεγέθει περιτεθείς, ἀλλ' ἦν πάσης ἐκείνης τῆς ζωῆς ὁ ὅρος πολλῆς καὶ ἀπείρου οὔσης, ὡς ἂν παρὰ τοιαύτης φύσεως ἐκλαμψάσης, ζωή τε ἦν οὐ τοῦδε· ὥριστο γὰρ ἂν ὡς ἀτόμου ἤδη, ἀλλ' ὥριστο μέντοι· ἦν ἄρα ὁρισθεῖσα ὡς ἑνός τινος πολλοῦ. Ὥριστο δὴ καὶ ἕκαστον τῶν πολλῶν, διὰ μὲν τὸ πολὺ τῆς ζωῆς πολλὰ ὁρισθεῖσα, διὰ δὲ αὖ τὸν ὅρον, ἕν. Τί οὖν τὸ ἓν ὡρίσθη; νοῦς· ὁρισθεῖσα γὰρ ζωὴ νοῦς· τί δὲ τὸ πολλά; νόες πολλοί. Πάντα οὖν νόες, καὶ ὁ μὲν πᾶς νοῦς, οἱ δὲ ἕκαστοι νοῖ. Ὁ δὲ πᾶς νοῦς ἕκαστον περιέχων, ἆρα ταὐτὸν ἕκαστον περιέχει; ἀλλ' ἕνα ἂν περιεῖχεν. Εἰ οὖν πολλοί, διαφορὰν δεῖ εἶναι. Πάλιν ὧν πῶς ἕκαστος διαφορὰν ἔσχεν; ἢ ἐν τῷ καὶ εἷς ὅλως γενέσθαι εἶχε τὴν διαφοράν. Οὐ γὰρ ταὐτὸν ὁτουοῦν νοῦ τὸ πᾶν. Ἦν οὖν ἡ μὲν ζωὴ δύναμις πᾶσα, ἡ δὲ ὅρασις ἡ ἐκεῖθεν δύναμις πάντων, ὁ δὲ γενόμενος νοῦς αὐτὰ ἀνεφάνη τὰ πάντα. Ὁ δὲ ἐπικάθηται αὐτοῖς, οὐχ ἵνα ἱδρυθῇ, ἀλλ' ἵνα ἱδρύσῃ εἶδος εἰδῶν τῶν πρώτων, ἀνείδεον αὐτό. Καὶ νοῦς δὲ γίγνεται πρὸς ψυχήν, οὕτω φῶς εἰς αὐτήν, ὡς ἐκεῖνος εἰς νοῦν· καὶ ὅταν καὶ οὗτος ὁρίσῃ τὴν ψυχήν, λογικὴν ποιεῖ, δοὺς αὐτῇ, ὧν ἔσχεν ἴχνος. Ἴχνος οὖν καὶ νοῦς ἐκείνου. Ἐπεὶ δὲ ὁ νοῦς εἶδος καὶ ἐν ἐκστάσει καὶ πλήθει ἐκεῖνος ἄμορφος καὶ ἀνείδεος· οὕτω γὰρ εἰδοποιεῖ· εἰ δ' ἦν ἐκεῖνος εἶδος, ὁ νοῦς ἦν ἂν λόγος· ἔδει δὲ τὸ πρῶτον μὴ πολὺ μηδαμῶς εἶναι· ἀνήρτητο γὰρ ἂν τὸ πολὺ αὐτοῦ εἰς ἕτερον αὖ πρὸ αὐτοῦ.

nata est ab illo terminum non habente. Statim enim ad unum aliquid spectans, hoc ipso determinatur, et terminum finemque et speciem in se ipsa reportat. Quæ quidem species in formata re jacet : formator autem est prorsus informe. Verumtamen terminus ipse non sic ibi est adhibitus, ut extrinsecus adjectus fuerit, quemadmodum magnitudini undique solet apponi : sed totius omnino vitæ illius terminus, multæ quidem infinitæque exsistentis : utpote quæ a tali natura jam effulserat. Atqui vita quidem erat, non tamen hujus vita : alioquin jam determinata fuisset quasi jam individui propria : attamen determinata est. Fuit ergo determinata tanquam unius alicujus multi : determinatum quoque est unumquodque multorum. Ac propter multam vitæ conditionem multa determinata sunt : rursumque propter ipsum terminum sunt et unum. Quid igitur unum determinatum est? Sane intellectus. Vita enim determinata intellectus est. Quid rursus, quod multa dicitur esse determinata? Intellectus videlicet multi. Omnia igitur intellectus sunt, et hic quidem intellectus omnis, hi autem singuli sunt intellectus. Ipse vero intellectus omnis unumquemque complexus, numquid velut eundem continet unumquemque? Nullo modo : alioquin unicum contineret. Si ergo multi sunt, differre inter se necessarium est. Rursus quærendum est, quomodo differat unusquisque. Forsan vero in eo etiam, quod factus est omnino unus, suscipit differentiam. Non enim idem est universum et quilibet intellectus. Est igitur vita quidem illic potentia omnis, visio vero, quæ inde micat, potentia omnium. Qui autem ibi gignitur intellectus, ipsa omnia prorsus apparet. Alius denique insidet illis, non quidem, ut fundetur in eis, sed ut fundet primarum speciem specierum, ipse tamen a specie procul exsistens. Atqui sic ferme intellectus se habet ad animam, videlicet tanquam ei lumen infusum, quemadmodum ille se habet ad intellectum : nempe quando intellectus determinat animam, reddit rationalem, eorum, quæ habet ipse, vestigium exhibens. Igitur et intellectus illius vestigium est. Quoniam vero intellectus species est in differentia quadam educta multitudineque consistens, merito ille extra formam speciemque exsistit; sic enim reliquum specie formaf. Si autem ille species esset, intellectus deinceps ratio foret. Oportuit tamen primum ipsum nullo modo multum esse : alioquin multitudo ejus ad aliquid superius referretur.

Quod primo procreatum est ab ipso bono, totum penitus bonum est : sed in eo essentia quidem est inchoatio quædam ortusque operis boni. Vita vero adolescentia boni : intelligentia speciesque idealis bonum illic est adultum.

Quodlibet horum idcirco bonum est, quoniam, cum sit ab ipso bono, non nihil ipsius quamvis adhuc ineffabile in se possidet, commune cunctis : sicut motus linguæ, manus, pedum, ideo concentus similiter appellatur, quoniam ab eadem musica ratione ordinem similem nanciscuntur : sed communis illa natura boni menti admodum interior est, quam musicus ordo membris.

ΙΗ'. Ἀλλ' ἀγαθοειδῆ κατὰ τί τὰ ἐν τῷ νῷ; ἆρα, ἢ εἶδος ἕκαστον, ἢ ἢ καλά; ἢ τί; Εἰ δὴ τὸ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἦκον πᾶν ἴχνος καὶ τύπον ἔχει ἐκείνου, ἢ ἀπ' ἐκείνου, ὥσπερ τὸ ἀπὸ πυρὸς ἴχνος πυρός, καὶ τὸ ἀπὸ γλυκέος γλυκέος ἴχνος, ἥκει δὲ εἰς νοῦν καὶ ζωὴ ἀπ' ἐκείνου, (ἐκ γὰρ τῆς παρ' ἐκείνου ἐνεργείας ὑπέστη, καὶ νοῦς δὲ δι' ἐκεῖνον, καὶ τὸ τῶν εἰδῶν κάλλος ἐκεῖθεν,) πάντα ἂν ἀγαθοειδῆ εἴη καὶ ζωὴ καὶ νοῦς καὶ ἰδέα. Ἀλλὰ τί τὸ κοινόν; οὐ γὰρ δὴ ἀρκεῖ τὸ ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸ ταὐτόν, ἐν αὐτοῖς γὰρ δεῖ τὸ κοινὸν εἶναι· καὶ γὰρ ἂν γένοιτο ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μὴ ταὐτόν, ἢ καὶ δοθὲν ὡσαύτως ἐν τοῖς δεξομένοις ἄλλο γίγνεσθαι, ἐπεὶ καὶ ἄλλο τὸ εἰς πρώτην ἐνέργειαν, ἄλλο δὲ τὸ τῇ πρώτῃ ἐνεργείᾳ δοθέν· τὸ δ' ἐπὶ τούτοις ἄλλο ἤδη. Ἢ οὐδὲν κωλύει καθ' ἕκαστον μὲν ἀγαθοειδὲς εἶναι, μᾶλλον μὴν κατ' ἄλλο. Τί οὖν καθ' ὃ μάλιστα; ἀλλὰ πρότερον ἐκεῖνο ἀναγκαῖον ἰδεῖν· ἆρά γε ἀγαθὸν ἡ ζωή, ἧς αὐτὸ τοῦτο ζωή, ἡ ψιλὴ θεωρουμένη, καὶ ἀπογεγυ-

XVIII. Ceterum quæ sunt in mente, secundum quid potissimum boniformia sunt? Numquid qua ratione species est unumquodque? An quia pulchra sunt singula? An propter aliud quiddam? Si vero quicquid a bono provenit, vestigium figuramque habet illius, aut ab illo, quatenus inde descendit, quemadmodum ab igne genitum ignis habet vestigium, et quod a dulci similiter dulcis impressionem, provenit autem in intellectum ab illo et vita; (nam ex actu quodam ab illo pendente exstitit, atque intellectus exstitit propter illum : item specierum inde pulchritudo descendit;) omnia profecto boniformia erunt, vita, intellectus, idea. Verum quidnam commune? Non enim sufficit hoc ipsum scilicet esse ab illo, ad hoc tandem, ut aliquid propterea sit in omnibus idem : in ipsis enim commune ipsum oportet inesse. Fieri namque potest, ut ab eodem non idem efficiatur : aut etiam, quod similiter datum est, in accipientibus diversum evadat : quoniam et aliud illud, in quod munus boni traducitur, primus est actus, aliud vero ipsum est, quod actui primo tribuitur. Quod autem in his resultat, aliud jam exsistit : aut fortasse nihil prohibet, secundum quodlibet quidem esse boniforme, magis tamen secundum aliud. Quid igitur hoc ipsum est, secundum quod potissimum boniforme censetur? Sed forsan prius illud expedit indagare : numquid bonum sit ipsa vita, hoc ipso videlicet, quod est

μνωμένη; ἢ ἡ ζωὴ ἡ ἀπ' αὐτοῦ, τὸ δ' ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο τι ἢ τοιαύτη; πάλιν οὖν, τί ἡ τοιαύτη ζωή; ἢ ἀγαθοῦ; ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ ἦν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ. Ἀλλ' εἰ ἐν τῇ ζωῇ ἐκείνῃ ἐνίοιτο [l. ἐνείη τὸ] ἐξ ἐκείνου, καὶ ἔστιν ἡ ὄντως ζωὴ, καὶ οὐδὲν ἄτιμον παρ' ἐκείνου λεκτέον εἶναι, καὶ καθ' ὃ ζωὴ, ἀγαθὸν εἶναι, καὶ ἐπὶ νοῦ δὴ τοῦ ἀληθινοῦ, ἀνάγκη λέγειν, τοῦ πρώτου ἐκείνου, ὅτι ἀγαθόν· καὶ δῆλον ὅτι καὶ εἶδος ἕκαστον ἀγαθὸν καὶ ἀγαθοειδές· ἢ οὖν τι ἔχει ἀγαθὸν, εἴτε κοινὸν, εἴτε μᾶλλον ἄλλο, εἴτε τὸ μὲν πρώτως, τὸ δὲ τῷ ἐφεξῆς καὶ δευτέρως. Ἐπεὶ γὰρ εἰλήφαμεν ἕκαστον ὡς ἔχον ἤδη ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ ἀγαθόν τι, καὶ διὰ τοῦτο ἦν ἀγαθόν. Καὶ γὰρ ἡ ζωὴ ἦν ἀγαθὸν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι ἐλέγετο ἀληθινὴ, καὶ ὅτι παρ' ἐκείνου, καὶ νοῦς ὁ ὄντως, δεῖ τι τοῦ αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς ὁρᾶσθαι. Διαφόρων γὰρ ὄντων, ὅταν τὸ αὐτὸ αὐτῶν κατηγορῆται, κωλύει μὲν οὐδὲν ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν τοῦτο ἐνυπάρχειν, ὅμως δ' ἔστι λαβεῖν αὐτὸ χωρὶς τῷ λόγῳ, οἷον καὶ τὸ ζῶον ἐπ' ἀνθρώπου καὶ ἵππου, καὶ τὸ θερμὸν ἐπὶ ὕδατος καὶ πυρὸς, τὸ μὲν, ὡς γένος, τὸ δ' ὡς τὸ μὲν πρώτως, τὸ δὲ δευτέρως. Ἢ ὁμωνύμως ἂν ἑκάτερον ἢ ἕκαστον λέγοιτο ἀγαθόν. Ἆρ' οὖν ἐνυπάρχει τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν τὸ ἀγαθόν; ἢ ὅλον ἕκαστον ἀγαθόν ἐστιν; οὐ καθ' ἓν τὸ ἀγαθόν. Πῶς οὖν; ἢ ὡς μέρη; ἀλλὰ ἀμερὲς τὸ ἀγαθόν. Ἢ ἓν μὲν αὐτό· οὕτωσι δὲ τόδε· καὶ γὰρ ἡ ἐνέργεια ἡ πρώτη ἀγαθὸν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ ὁρισθὲν ἀγαθὸν, καὶ τὸ συνάμφω. Καὶ τὸ μὲν ὅτι γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ, τὸ δ' ὅτι κόσμος ἀπ' αὐτοῦ, τὸ δ' ὅτι συνάμφω. Ἀπ' αὐτοῦ οὖν, καὶ οὐδὲν ταὐτὸν, οἷον εἰ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φωνὴ καὶ βάδισις, καὶ ἄλλο τι πάντα κατορθούμενα. Ἢ ἐνταῦθα, ὅτι τάξις καὶ ῥυθμός· ἐκεῖ δὲ τί; ἀλλ' εἴποι τις ἄν, ὡς ἐνταῦθα ὅλον εἰς τὸ καλῶς ἔξωθεν, διαφόρων ὄντων τῶν περὶ ἃ ἡ τάξις, ἐκεῖ δὲ καὶ αὐτά. Ἀλλὰ διὰ τί καὶ αὐτά; οὐ γὰρ, ὅτι ἐπ' ἐκείνου δεῖ πιστεύοντας ἀφεῖναι. Δεῖ μὲν γὰρ συγχωρεῖν ἀπ' ἐκείνου ὄντα τίμια εἶναι, ἀλλὰ ποθεῖ ὁ λόγος λαβεῖν, κατὰ τί τὸ ἀγαθὸν αὐτῶν;

vita, etiam si pura prorsus et nuda consideretur? An potius vita proprie, quæ sit a bono? esse autem a bono nihil sit aliud, quam vitam esse talem? Rursus ergo, quidnam est vita talis? Numquid vita boni? At vero non ipsius est proprie, sed ex ipso. Verum si in illa vita insit hoc ipsum, quod sit ex illo, atque est ipsa vera vita, nihilque ab illo profluens vile esse dicendum: profecto et qua ratione vita judicanda est esse bonum, similiterque in intellectu vero primoque illo necessarium est concedere, illum scilicet esse bonum: et quamlibet speciem bonum esse, atque boniforme. Si igitur ita se res habet, fortasse unum quodque horum bonum aliquod habet, sive commune, sive potius aliud, sive hoc quidem primo bonum habet, illud autem deinceps graduque secundo. Cum enim acceperimus unumquodque tanquam in essentia sua jam boni aliquid habens, nimirum et ob hoc ipsum est unumquodque bonum. Constitit sane vitam esse bonum, non quidem simpliciter, sed quoniam vera vita, atque ab illo, intellectusque similiter bonum: quoniam verus sit, et inde progenitus, oportet certe aliquid ipsius ejusdem in his inveniri. Quando enim de rebus inter se differentibus idem aliquid prædicatur, nihil prohibet, in illorum quidem essentia illud inesse, simul tamen licet ipsum accipere ratione seorsum: quemadmodum et animal in homine simul et equo, calidum in aqua et igne. Sed ibi quidem tanquam genus, hic autem tanquam hoc quidem primo tale sit, illud vero posterius. Num igitur vita et intellectus et cetera singulatim univoce, an æquivoce, an potius analogia quadam dicuntur bonum? An igitur inest eorum essentiæ bonum? Vel potius totum unumquodque bonum est? Non secundum unum bonum. Quomodo igitur? Numquid velut partes? At vero impartibile est ipsum bonum. Forsan vero unum quidem est ipsum: id autem hoc modo se habet. Etenim actus primus est bonum: idque, quod in eo determinatum est, exsistit bonum: itemque ambo. Atque id quidem idcirco bonum est, quia factum est ab eo: hoc autem quia ornamentum est ab ipso: illud vero, quoniam ambo censetur. Hæc igitur omnia ab ipso eodemque sunt: nihilque est idem, velut si ab eodem vox proveniat et incessus, aliudve quiddam, omnia denique recte composita. Fortasse vero in his dicuntur similiter omnia recte disponi, quoniam ordo numerusque omnibus inest. In illis autem quidnam est commune? Dicet fortasse quispiam, in his quidem totum unumquodque, ut recte se habeat, extrinsecus adipisci, cum differentia sint ea, circa quæ ordo versatur: ibi vero ipsa quoque singulatim esse bonum. Sed carnam et ipsa? Non enim hoc ipso duntaxat confidendum est, scilicet hæc esse bona, quoniam sint ab illo, atque ita quiescere. Concedendum est profecto, hæc, cum ab illo sint, esse admodum pretiosa: sed ulterius accipere ratio desiderat, secundum quid potissimum illorum existimetur bonum.

Bonum neque definiendum est per id, quod sit appetibile, neque per id, quod sit uniuscujusque virtus. In prima enim descriptione adhibentur posteriora bono. Atque propter appetentium appetibilumque diversitatem judicium veri boni restat ambiguum. In secunda adhuc superest quærendum, quare et quomodo virtus aliqua vel virtus ipsa sit bonum.

ΙΘ'. Ἆρ' οὖν τῇ ἐφέσει καὶ τῇ ψυχῇ ἐπιτρέψομεν τὴν κρίσιν; καὶ τῷ ταύτης πάθει πιστεύσαντες τὸ ταύτῃ ἐφετὸν ἀγαθὸν φήσομεν; διότι δὲ ἐφίεται οὐ ζητήσομεν. Καὶ τί μὲν ἕκαστον, περὶ τούτου ἀποδείξεις κομιοῦμεν, τὸ δ' ἀγαθὸν τῇ ἐφέσει δώσομεν; ἀλλὰ πολλὰ ἄτοπα ἡμῖν φαίνεται. Πρῶτον μὲν, ὅτι καὶ τὸ ἀγαθὸν ἓν τι τῶν πέρι· ἔπειτα, ὅτι πολλὰ τὰ ἐφιέμενα καὶ ἄλλα ἄλλων. Πῶς οὖν κρινοῦμεν τῷ ἐφιεμένῳ εἰ βέλτιον; ἀλλ' ἴσως οὐδὲ τὸ βέλτιον γνωσόμεθα τὸ ἀγαθὸν ἀγνοοῦντες. Ἀλλὰ ἆρα τὸ ἀγαθὸν ὁριούμεθα κατὰ τὴν ἑκάστου ἀρετήν; ἀλλ' οὕτως εἰς εἶδος καὶ λόγον ἀνάξομεν ὀρθῶς μὲν πορευόμενοι. Ἀλλὰ ἐλθόντες ἐκεῖ τί ἐροῦμεν, αὐτὰ ταῦτα ζητοῦντες, πῶς ἀγαθά; ἐν μὲν

XIX. Num igitur desiderio atque animæ judicium tribuemus? atque hujus affectui fidem penitus adhibentes, quod huic appetibile est, bonum esse censebimus? propter quid autem desideratur, nequaquam investigabimus. Atque quid unumquodque ipsorum sit, demonstrationibus explicabimus: ipsam vero boni rationem appetitui committemus? Verumtamen multa sic absurda nobis occurrunt. Primum quidem, quod et bonum unum aliquid erit eorum, quæ sunt circa aliud: deinde quoniam multa sunt, quæ appetunt, aliaque ab aliis appetuntur. Quomodo igitur ipso appetentis affectu, utrum aliquid sit, melius judicabimus? Sed fortasse neque ipsum quidem melius cognoscemus, ignorantes bonum. Sed numquid bonum existimabimus secundum uniuscujusque virtutem? Sed ita certe id in speciem rationemque reducemus recte quidem progredientes. Postquam vero illuc denique processerimus, quidnam respondebimus, si investigandum fuerit, qua ratione hæc ipsa sint bona? In rebus quidem deterioribus, ut videtur,

γὰρ τοῖς χείροσιν, ὡς ἔοικε, γιγνώσκοιμεν ἂν τὴν φύσιν τὴν τοιαύτην, καίτοι οὐκ ἔχουσαν εἰλικρινῶς. Ἐκεῖ δὲ οὐ πρώτως τῇ πρὸς τὰ χείρω παραθέσει· ὅπου δὲ μηδέν ἐστι κακὸν, αὐτὰ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν ἐστι τὰ ἀμείνω, ἀπορήσομεν. Ἆρ' οὖν ἐπειδὴ λόγος τὸ διότι ζητεῖ, ταῦτα δὲ ἀγαθὰ παρ' αὐτῶν, διὰ τοῦτο ἀπορεῖ, τοῦ δι' ὅ τι τὸ ὅ τι ὄντος; ἐπεὶ κἂν ἄλλο φῶμεν αἴτιον τὸν θεὸν, λόγου μὴ φθάνοντος ἐκεῖ, ὁμοίως ἡ ἀπορία. Οὐ μὴν ἀποστατέον, εἴ πῃ κατ' ἄλλην ὁδὸν πορευομένοις τι φανείη.

facile naturam talem cognoscemus, quamvis non sincere admodum se habentem. Illic autem non primo comparatione quadam ad deteriora censebimus: ubi autem nihil est malum, ipsa vero meliora in se ipsis exsistunt, dubitationibus implicabimur. An igitur, quoniam ratio præsens, propter quid investigat, hæc autem penes se ipsa sunt bona, propterea dubitat? Quippe cum ibi hoc ipsum, quod dicitur propter quid, idem sit, atque illud, quod quid est appellatur: quoniam et si aliam hujus causam afferamus, videlicet ipsum deum, cum tamen ratio illuc usque nequaquam pervenerit, similis imminet ambiguitas. Neque tamen retrahere hinc pedem tentandum nobis est, conantibus, si quo pacto alia incedentibus via occurrat aliquid manifestius.

Quærentibus, quid sit ipsum bonum, intellectus palam occurrit nobis ut bonum: quoniam et per ipsum de bonis re vera judicamus ac malis: et ordo speciesque rerum et vita ab intellectu procedit. Vita quinetiam adulta, quam animus optat, est intellectus. Neque tamen intellectus est ipsum bonum. Hoc enim, non illum, omnia cupiunt. Jam vero animæ prius et frequentius bonum, quam intelligentiam, appetunt, neque in hac quiescunt, sed in illo. Cupiunt quidem esse, vivere, agere, non sub ratione essendi, vivendi, agendi, intelligendi, sed boni: quapropter bonum ab his omnibus diversum est, atque superius.

Κ'. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀπιστοῦμεν ἐν τῷ παρόντι ταῖς ὀρέξεσι, πρὸς τὰς τοῦ τί ἐστιν ἢ ποῖόν ἐστι θέσεις, ἆρα χρὴ πρὸς τὰς κρίσεις ἰέναι, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων ἐναντιώσεις, οἷον τάξιν ἀταξίαν, σύμμετρον ἀσύμμετρον, ὑγείαν νόσον, εἶδος ἀμορφίαν, οὐσίαν φθοράν, ὅλως συστασίαν ἀφάνισιν; τούτων γὰρ τὰ πρῶτα καθ' ἑκάστην συζυγίαν τίς ἂν ἀμφισβητήσειε μὴ οὐκ ἐν ἀγαθοῦ εἴδει εἶναι; εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὰ ποιητικὰ αὐτῶν ἀνάγκη ἐν ἀγαθοῦ μοίρᾳ τίθεσθαι, καὶ ἀρετὴ δὴ καὶ νοῦς καὶ ζωὴ καὶ ψυχή, ἥ γε ἔμφρων, ἐν ἀγαθοῦ εἴδει, καὶ ὧν ἐφίεται τοίνυν ἔμφρων ζωή. Τί οὖν οὐ στησόμεθα, φήσει τις, εἰς νοῦν, καὶ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν θησόμεθα; καὶ γὰρ ψυχὴ καὶ ζωὴ νοῦ ἴχνη· καὶ τούτου ἐφίεται ψυχὴ, καὶ κρίνει τοίνυν, καὶ ἐφίεται νοῦ, κρίνουσα μὲν δικαιοσύνην ἀντ' ἀδικίας ἀμεινον, καὶ ἕκαστον εἶδος ἀρετῆς πρὸ κακίας εἴδους, καὶ τῶν αὐτῶν ἡ προτίμησις, ὧν καὶ ἡ αἵρεσις. Ἀλλ' εἰ μὲν νοῦ μόνον ἐφίεται, τάχ' ἂν πλείονος ἐδέησε λόγου, δεικνύντων, ὡς οὐ τὸ ἔσχατον ὁ νοῦς, καὶ νοῦ μὲν οὐ πάντα, ἀγαθοῦ δὲ πάντα. Καὶ τῶν μὲν μὴ ἐχόντων νοῦν οὐ πάντα νοῦν κτήσασθαι ζητεῖ· τὰ δὲ ἔχοντα νοῦν οὐχ ἵσταται ἤδη, ἀλλὰ πάλιν τὸ ἀγαθὸν ζητεῖ, καὶ νοῦν μὲν ἐκ λογισμοῦ, τὸ δ' ἀγαθὸν καὶ πρὸ τοῦ λόγου. Εἰ δὲ καὶ ζωῆς ἐφίεται καὶ τοῦ ἀεὶ εἶναι καὶ ἐνεργεῖν, οὐχ, ἢ νοῦς ἂν εἴη τὸ ἐφετὸν, ἀλλ' ἢ ἀγαθὸν καὶ ἀπὸ ἀγαθοῦ, καὶ εἰς ἀγαθόν· ἐπεὶ καὶ ἡ ζωὴ οὕτως.

XX. Cum igitur in præsentia diffidamus affectibus, quantum spectat ad asseverandum, quid unumquodque sit et quale: numquid forsan operæ pretium est, ad alia quædam judicia pervenire, et ad rerum oppositiones accedere? velut ordinem et vacationem ordinis, contemperatum incompositum, sanitatem infirmitatem, formam informitatem, essentiam corruptionem, consistentiam evanescentiam. Horum namque prima secundum conjugationem quamlibet, quisnam dubitet, quin in boni specie computentur? Si res ita se habet, horum etiam effectiva necessarium est in boni sorte connumerare: atqui et virtus, intellectus, vita, anima sapiens in boni gradu versantur, ideoque ibidem ponuntur et illa, quæ sapiens vita desiderat. Cur non igitur, dicet aliquis, gradum in mente sistamus, eamque esse bonum asseveremus? Etenim anima et vita mentis vestigia sunt, eamque affectat anima, et secundum illam judicat, et judicando se confert ad mentem, judicans quidem justitiam injustitia melius, et quamlibet virtutis speciem speciei pravitatis procul dubio antеponit: constatque illa in honore præferre, quæ præ ceteris judicat eligenda. Sed utrum intellectum solum appetat, nec ne, disputationem plurimam exigit, qua demonstretur, intellectum non esse supremum ultimumque finem: item non omnia intellectum desiderare; bonum vero omnia cupere. Præterea ex eorum numero, quæ intellectu vacant, non omnia possessionem mentis optare: quæ vero mentem habent, nondum quiescere, sed bonum ulterius affectare. Denique intellectum quidem ex quodam rationis discursu: bonum vero etiam ante rationem desiderari. Quodsi vitam appetunt, et esse semper, et agere, profecto hoc ipsum, non qua ratione intellectus sit, est expetendum, sed qua bonum et a bono pendet, ad bonumque refertur: nam et vita quidem sic est duntaxat optanda.

Vita, intelligentia, species, boniformia appetenda sunt: quoniam illa est actus circa bonum, ista actus jam determinatus a bono, hæc ipse terminus impressus a bono. Geminam ab ipso bono hæc omnia lucem habent. Una quidem nascenti facta est uniculique propria, in aliis alia, sicut color: altera superfertur quasi cunctis unum commune lumen, alibi tamen magis gratiusve, quam alibi fulgens. Per primam bona quidem sunt, et clam ac leviter appetuntur: per secundam meliora, atque palam et ardenter amantur.

ΚΑ'. Τί οὖν ἓν ὂν ἐν πᾶσι τούτοις ποιεῖ ἀγαθὸν ἕκαστον; ὧδε τοίνυν τετολμήσθω· εἶναι μὲν τὸν νοῦν, καὶ τὴν ζωὴν ἐκείνην ἀγαθοειδῆ, φέρειν δὲ εἶναι καὶ τούτων, καθ' ὅσον ἀγαθοειδῆ. Ἀγαθοειδῆ δὲ λέγω τῷ τὴν μὲν τἀγαθοῦ εἶναι ἐνέργειαν, μᾶλλον δὲ ἐκ τἀγαθοῦ ἐνέργειαν, τὸν δὲ, ἤδη ὁρισθεῖσαν ἐνέργειαν· εἶναι δ' αὐτὰ μεστὰ μὲν ἀγλαΐας καὶ διώκεσθαι ὑπὸ ψυχῆς, ὡς ἐκεῖθεν καὶ πρὸς ἐκεῖνα αὖ, ὡς τοίνυν οἰκεῖα, ἀλλ' οὐχὶ ἀγαθά. Ἀγαθοειδῆ δὲ ὄντα οὐδὲ ταύτῃ ἀπόβλητα

XXI. Quidnam igitur unum in his omnibus idemque exsistens efficit unumquodque bonum? Sic igitur audeamus asserere: esse quidem intellectum, vitamque illam procul dubio boniformem: expeti vero hæc etiam, qua boniformia sunt. Esse, inquam, boniformia propterea, quod vita quidem ipsius boni sit actus, imo vero actus ex ipso bono pendens: intellectus vero actus jam determinatus exsistat. Atque hæc splendore quodam desuper circumfundi, animamque hæc ideo prosequi, quoniam inde proficiscantur: et ad illa rursus affici quodammodo velut ad propria quædam, non tamen tanquam per se bona. Cum vero boniformia sint, neque sic quidem contemnenda putantur.

εἶναι. Τὸ γὰρ οἰκεῖον, εἰ μὴ ἀγαθὸν εἴη, οἰκεῖον μέν ἐστι, φεύγει δέ τις αὐτό· ἐπεὶ καὶ ἄλλα πόρρω ὄντα καὶ κάτω κινήσειεν ἄν. Γίγνεται δὲ πρὸς αὐτὰ ἔρως ὁ σύντονος, οὐχ ὅταν ᾖ, ἅπερ ἐστίν, ἀλλ' ὅταν ἐκεῖθεν ἤδη ὄν, ἅπερ ἐστίν, ἄλλο προσλάβῃ. Οἷον γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων φωτὸς ἐμμεμιγμένου, ὅμως δεῖ φωτὸς ἄλλου, ἵνα καὶ φανείη τὸ ἐν αὐτοῖς χρῶμα, τὸ φῶς, οὕτω τοι δεῖ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκεῖ, καίπερ πολὺ φῶς ἐχόντων, φωτὸς κρείττονος ἄλλου, ἵνα κἀκεῖνα καὶ ὑπ' αὐτῶν καὶ ὑπ' ἄλλου ὀφθῇ.

Quod enim familiare propriumque est, nisi sit bonum, proprium quidem est, fugere tamen hoc aliquis aliquando potest. Nempe et alia quædam longe distantia, inferiusque etiam posita, appetitum ad se nonnunquam attrahunt. Incitatur autem vehemens ad hæc amor, non quando id solum, quod sunt, exsistunt, sed quando jam id ipsum, quod sunt, exsistentia, aliud quiddam ex alto suscipiunt. Sicut enim in corporibus quamvis mixtum naturaliter sit intus lumen, alio tamen opus est lumine, ut palam appareat color eis infusus, id est lumen naturaliter insitum, sic supernis quoque rebus, quamvis lumen habeant plurimum, præstantiore quodam opus est lumine, ut et a se ipsis, et a quovis alio discernantur.

Absque mirifica primi boni gratia nec amant res ullæ, nec amantur.

Quod in spectandis formosis amore nos corripit, neque materia est, neque proportio, sed vividus quidam fulgor ab anima in proportione refulgens. Quod iterum in excogitandis animis eorumque virtutibus et officiis ardenti quadam benevolentia capit, intellectualis quidam splendor est ab intellectu divino subrutilans. Quod tandem, dum intellectus et intelligibilia contemplamur, novo quodam nos accendit amore, radius est a primo bono micans, hinc quidem inflammans et excitans voluntatem, inde vero, quæ contemplanda nobis occurrunt, gratia mirifica donans. Cum vero gradatim inde omnia pendeant, sequitur, ut nec etiam in sensibus et corporibus absque influxu primi boni proprio vel amabilis usquam gratia fulgeat, vel accendatur amor.

ΚΒ'. Ὅταν οὖν τὸ φῶς τοῦτό τις ἴδῃ, τότε δὴ καὶ κινεῖται ἐπ' αὐτά, καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ ἐπιθέοντος ἐπ' αὐτοῖς γλιχόμενος εὐφραίνεται. Ὥσπερ καὶ τῶν ἐνταῦθα σωμάτων οὐ τῶν ὑποκειμένων ἐστὶν ὁ ἔρως, ἀλλὰ τοῦ ἐμφανταζομένου κάλλους ἐπ' αὐτοῖς. Ἔστι γὰρ ἕκαστον, ὅ ἐστιν ἐφ' αὑτοῦ· ἐφετὸν δὲ γίγνεται ἐπιχρώσαντος αὐτὸ τοῦ ἀγαθοῦ, ὥσπερ χάριτας δόντος αὐτοῖς, καὶ εἰς τὰ ἐφιέμενα ἔρωτας· καὶ τοίνυν ψυχὴ λαβοῦσα εἰς αὐτὴν ἐκεῖθεν ἀπορρύην κινεῖται, καὶ ἀναβακχεύεται, καὶ οἴστρων πίμπλαται, καὶ ἔρως γίγνεται. Πρὸ τοῦ δὲ οὐδὲ πρὸς τὸν νοῦν κινεῖται, καίπερ καλὸν ὄντα, ἀργόν τε γὰρ τὸ κάλλος αὐτοῦ, πρὶν τοῦ ἀγαθοῦ φῶς λάβῃ, ὑπτία τε ἀναπέπτωκεν ἡ ψυχὴ παρ' αὐτῆς, καὶ πρὸς πᾶν ἀργῶς ἔχει, καὶ παρόντος νοῦ ἐστὶ πρὸς αὐτὸν νωθής. Ἐπειδὰν δὲ ἥκῃ εἰς αὐτὴν ὥσπερ θερμασία ἐκεῖθεν, ῥώννυταί τε καὶ ἐγείρεται καὶ ὄντως πτεροῦται, καὶ πρὸς τὸ παρακείμενον καὶ πλησίον, καίπερ ἐπτοημένη, ὅμως πρὸς ἄλλο, οἷον τῇ μνήμῃ μεῖζον, κουφίζεται. Καὶ ἕως τί ἐστιν ἀνωτέρω τοῦ παρόντος, αἴρεται φύσει ἄνω, αἰρομένη ὑπὸ τοῦ δόντος τὸν ἔρωτα, καὶ νοῦν μὲν ὑπεραίρει, οὐ δύναται δὲ ὑπὲρ τὸ ἀγαθὸν δραμεῖν, ὅτι μηδέν ἐστι τὸ ὑπερκείμενον. Ἐὰν δὲ μένῃ ἐν νῷ, καλὰ μὲν καὶ σεμνὰ θεᾶται, οὔπω μὴν, ὃ ζητεῖ, πάντῃ ἔχει. Οἷον γὰρ προσώπῳ πελάζει, καλῷ μέν, οὔπω δὲ ὄψιν κινεῖν δυναμένῳ, ᾧ μὴ ἐμπρέπει χάρις ἐπιθέουσα τῷ κάλλει. Διὸ καὶ ἐνταῦθα φατέον μᾶλλον τὸ κάλλος, τὸ ἐπὶ τῇ συμμετρίᾳ ἐπιλαμπόμενον, ἢ τὴν συμμετρίαν εἶναι, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἑράσμιον. Διὰ τί γὰρ ἐπὶ μὲν ζῶντος προσώπου μᾶλλον τὸ φέγγος τοῦ καλοῦ, ἴχνος δ' ἐπὶ τεθνηκότος, καὶ μήπω τοῦ προσώπου ταῖς σαρξὶ καὶ ταῖς συμμετρίαις μεμαρασμένου; καὶ τῶν ἀγαλμάτων δὲ τὰ ζωτικώτερα καλλίω, κἂν συμμετρότερα τὰ ἕτερα ᾖ; καὶ αἰσχίων ζῶν καλλίων τοῦ ἐν ἀγάλματι καλοῦ; ἢ ὅτι τοδὶ ἐφετὸν μᾶλλον· τοῦτο δ' ὅτι ψυχὴν ἔχει· τοῦτο δ' ὅτι ἀγαθοειδέστερον· τοῦτο δὲ ὅτι ἀγαθοῦ ἀμηγέπῃ φωτὶ κέχρωσται, καὶ χρωσθεῖσα ἐγήγερται καὶ ἐγείρει καὶ πτεροῖ πρὸς τὸ ὅμοιον ἑαυτῇ, ὅσον δύναται, καὶ ἐπὶ πλέον ἀνάπτει τὸν ἔρωτα.

XXII. **Quotiens igitur animus lumen hoc inspicit, totiens ad res divinas hoc circumfusas lumine incitatur, affectansque lumen in his præfulgens occursu ejus admodum gratulatur. Quemadmodum et, qui corpora hæc videntur amare, non subjecta quidem amant, sed pulchritudinem palam in corporibus effulgentem. Exsistit enim quodlibet hoc ipsum, quod est in se ipso: evadit autem optabile, cum hoc bonum ipsum quasi colorat, dum videlicet rebus quidem expetendis gratias abunde largitur, appetentibus vero infundit amores. Jam vero animus, cum influxum inde susceperit, movetur, debacchatur, stimulis incitatur: atque ita in hunc influit amor. Antea vero neque ad mentem quidem movetur, quamvis pulchram: ipsius enim pulchritudo torpet, priusquam boni lumen acceperit, ipseque animus ex se recidit resupinus, et ad omnia torpet, menteque præsente ad eam dormitare videtur. Postquam vero inde accensus est calor, corroboratur protinus excitaturque, alisque fulcitur. Ac dum ad id, quod proximum est, vehementer afficitur, ad aliud interim quasi reminiscentia quadam excellentius elevatur. Et quousque aliquid restat præsente superius, natura sursum attollitur, ab eo sublatus, qui infudit amorem: et intellectum quidem transcendit, nequit autem supergredi bonum: quoniam nihil bono superius esse potest. Si autem in mentem defigat intuitum, pulchra quidem cernit atque veneranda, nondum tamen habet omnino, quod quærit. Quasi enim propinquat vultui formoso quidem, nondum tamen aspectum ad se rapienti: quippe cum ea adhuc decora gratia careat, quæ solet in pulchritudine refulgens allicere. Quam ob rem et hic pulchritudinem esse putandum est id ipsum potius, quod in proportione refulget, quam ipsam proportionem: idque esse proprie, quod est amabile. Cur enim in facie quidem viventis magis pulchritudinis splendor apparet, in facie vero defuncti, necdum manifeste permutata figura, vix pulchritudinis restat vestigium? Cur iterum inter imagines, quæ videntur vivaciores, etiam pulchriores occurrunt, quamvis aliæ quædam exactiori sint mensura compositæ? Cur ipsa viventis forma, etiam si minus composita sit, pulchrior tamen occurrit quavis imaginis pulchritudine? Forsan, quia hoc re vera magis est expetendum: id vero quoniam habet animam: id vero quia magis est boniforme: id rursus, quia hæc quodam ipsius boni lumine est insignita; inde vero colorata protinus excitatur, et quasi levior attollitur altius, elevatque,**

γερται καὶ ἀναχεχούφισται, καὶ ἀναχουφίζει, ὃ ἔχει, καὶ ὡς οἷόν τε αὐτῷ ἀγαθοποιεῖ αὐτὸ καὶ ἐγείρει.

quod habet, et quatenus capere potest, bonum reddit et excitat.

Primum rerum principium idem est atque ipsum bonum : nihil enim melius ipso bono : nihil similiter primo rerum principio melius. Item ipsum bonum per se sibi sufficientissimum est : sufficere vero sibi principium solum potest. Præterea, malum per discessum quidem a principio crescit, per accessum vero augetur bonum. Infimum ergo rerum est ipsum malum : primum vero similiter ipsum bonum. Denique quoniam omnia bonum appetunt, atque ejus participatione proficiunt, plane constat, ab ipso cuncta et esse et conservari, ejusque virtute moveri, et agere quicquid rite et naturaliter agunt.

ΚΓ'. Ἐκεῖ δὴ, ὃ ψυχὴ διώκει, καὶ ὃ νῷ φῶς παρέχει, καὶ ἐμπεσὸν αὐτοῦ ἴχνος κινεῖ, οὕτοι δεῖ θαυμάζειν, εἰ τοιαύτην δύναμιν ἔχει, ἕλκον πρὸς αὐτὸ καὶ ἀναλαλούμενον ἐκ πάσης πλάνης, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἀναπαύσαιτο. Εἰ γὰρ ἐκ τούτου τὰ πάντα, οὐδέν ἐστι κρεῖττον αὐτοῦ, ἐλάττω δὲ πάντα· τὸ δὴ ἄριστον τῶν ὄντων πῶς οὐ τἀγαθόν ἐστι; καὶ μὴν εἰ δεῖ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν αὐταρκεστάτην τε εἶναι αὐτῇ, καὶ ἀνενδεᾶ ἄλλου ὁτουοῦν παντὸς, τίνα ἂν ἄλλην ἢ ταύτην οἷόν εὕροι τις; ἢ πρὸ τῶν ἄλλων ἦν, ὅπερ ἦν, ὅτε μηδὲ κακία πω ἦν. Εἰ δὲ τὰ κακὰ ὕστερον, ἐν τοῖς μηδὲ καθ' ἓν τούτου μετειληφόσι, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις, καὶ οὐδὲν ἐπέκεινα τῶν κακῶν πρὸς τὸ χεῖρον, ἐναντίως ἂν ἔχοι τὰ κακὰ πρὸς αὐτὸ, οὐδὲν ἔχοντα μέσον πρὸς ἐναντίωσιν. Τὸ ἄρα ἀγαθὸν τοῦτο ἂν εἴη· ἢ γὰρ οὐκ ἔστιν ὅλως ἀγαθὸν, ἢ εἰ ἀνάγκη εἶναι, τοῦτο ἂν καὶ οὐκ ἄλλο εἴη. Εἰ δέ τις λέγοι μὴ εἶναι, οὐδὲ κακὸν ἂν εἴη· ἀδιάφορα ἄρα πρὸς αἵρεσιν τῇ φύσει· τοῦτο δ' ἀδύνατον. Ἃ δ' ἄλλα λέγουσιν ἀγαθὰ, εἰς τοῦτο, αὐτὸ δὲ εἰς οὐδέν. Τί οὖν ποιεῖ τοιοῦτον ὄν; ἢ ἐποίησε νοῦν, ἐποίησε ζωὴν, ψυχὰς ἐκ τούτου, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα λόγου ἢ νοῦ ἢ ζωῆς μετέχει. Ὁ δὴ τούτων πηγὴ καὶ ἀρχὴ, τίς ἂν εἴποι, ὅπως ἀγαθὸν καὶ ὅσον; ἀλλὰ τί νῦν ποιεῖ; ἢ καὶ νῦν σώζει ἐκεῖνα, καὶ νοεῖν ποιεῖ τὰ νοοῦντα, καὶ ζῆν τὰ ζῶντα, ἐμπνέον νοῦν, ἐμπνέον ζωὴν, εἴ δέ τι μὴ δύναται ζῆν, εἶναι.

XXIII. Neque vero mirari quisquam debet, ipsum, quod anima sequitur, quod menti lumen infundit, cujus vestigium hæc passim concitat, tantam habere potentiam, dum videlicet ad se ipsum trahit animam atque mentem, et passim revocat ab errore, ut penes ipsum denique conquiescant. Si enim illud, a quo sunt omnia, nihil se melius esse patitur, minus vero bona sunt omnia, sequitur, ipsum rerum omnium optimum bonum ipsum exsistere. Quin etiam, si oportet ipsam boni naturam per se sibi sufficientissimam esse, nec indigam alicujus, quam potissimum aliam ipsam quis esse reperiat, præter hanc? quæ ante alia est hoc ipsum, quod exsistit, quando nondum est malum. Si autem mala posterius sunt, in his rebus, quæ nihil hujus [*sc.* boni ipsius] participant, atque postremis, neque mali quicquam est apud superos, neque aliquid ipso malo pejus, [sicut neque melius aliquid ipso bono,] profecto mala contrario modo se habent ad primum : nihil ad contrarietatem habentia medium. Ipsum itaque bonum hoc prorsus exsistit. Aut enim omnino nihil est bonum, aut, si necessarium est, bonum esse, hoc utique duntaxat, nec aliud erit. Si quis autem objiciat, bonum omnino non esse, cogetur non esse malum similiter confiteri : unde sequetur, res omnes ad electionem esse secundum naturam indifferentes : id autem est impossibile. Cetera vero, quæ appellantur bona, referuntur ad primum, ipsum vero refertur ad nullum. Cum igitur ipsum bonum tale sit, quidnam agit? Profecto fecit mentem, fecit vitam, fecit ex mente animas, et reliqua prorsus, quæcumque rationis vel mentis vel vitæ participia sunt. Quisnam igitur exprimere possit, quale quantumve bonum sit, quod horum fons est atque principium? Verum quid nunc operatur? nunc certe servat illa, quæ fecit. Efficit enim, ut et intelligentia passim intelligant, et viventia vivant, inspirans mentem, inspirans et vitam, inspirans esse saltem, ubi accipi vita non potest.

Esse appetibile non tam est ipsa natura boni, quam conditio quædam consequens ad ipsam boni naturam. Ambigitur, quidnam sit ipsa natura ratioque boni, et quæ consequuntur bonum, utrum voluptatem solam, an et aliud insuper inde reportent : quove indicio certo verum adesse bonum discernere valeamus.

ΚΔ'. Ἡμᾶς δὲ τί ποιεῖ; ἢ πάλιν περὶ τοῦ φωτὸς λέγωμεν τί τὸ φῶς, ᾧ καταλάμπεται μὲν νοῦς, μεταλαμβάνει δὲ αὐτοῦ ψυχή; ἢ τοῦτο νῦν εἰς ὕστερον ἀφέντες εἰκότως ἐκεῖνα πρότερον ἀπορήσωμεν· ἆρά γε τὸ ἀγαθὸν, ὅτι ἐστὶν ἄλλῳ ἐφετὸν, ἔστι καὶ λέγεται ἀγαθὸν, καὶ τινὶ μὲν ὂν ἐφετὸν, τινὶ δὲ ἀγαθὸν, πᾶσι δὲ ὂν τοῦτο λέγομεν εἶναι τὸ ἀγαθόν· ἢ μαρτύριον μὲν ἂν τις τοῦτο ποιήσαιτο τοῦ εἶναι ἀγαθόν; δεῖ δέ γε φύσιν αὐτὸ τὸ ἐφετὸν ἔχειν τοιαύτην, ὡς δικαίως ἂν τυχεῖν τῆς τοιαύτης προσηγορίας. Καὶ πότερα τῷ τι δέχεσθαι τὰ ἐφιέμενα ἐφίεται, ἢ τῷ χαίρειν αὐτῷ; καὶ εἰ μέν τι δέχεται, τί τοῦτο; εἰ δὲ τῷ χαίρειν, διὰ τί τούτῳ, ἀλλὰ μὴ ἄλλῳ τινί; ἐν ᾧ δὴ, καὶ πότερα τῷ οἰκείῳ τὸ ἀγαθὸν, ἢ ἄλλῳ τινί; καὶ δὴ καὶ πότερα τὸ ἀγαθὸν ὅλως ἄλλου ἐστὶν, ἢ καὶ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν ἀγαθόν ἐστιν; ἢ ὃ ἂν ᾖ ἀγαθὸν, αὐτῷ μὲν οὐκ ἔστιν, ἄλλου δὲ ἐξ ἀνάγκης; καὶ τίνι φύσει ἀγαθόν ἐστιν; ἔστι δέ τις φύσις, ᾗ μηδὲν ἀγαθόν ἐστι. Κἀκεῖνο δὲ οὐκ

XXIV. Reliquum foret inquirere, quid potissimum erga nos operetur. Sed rursus de lumine dicturi sumus : quidnam sit lumen, quo mens illustratur, cujus est et anima particeps. Verum præstat in præsentia, hoc in posterum differentes, prius investigare, numquid ipsum propterea, quod alteri sit expetendum, bonum sit atque dicatur : et, quod alicui est appetibile, sit et alicui bonum : quod autem omnibus appetendum, ipsum bonum asseveremus : an potius indicium hoc boni aliquis judicet, oporteatque, quod est appetibile, eam habere naturam, qua jure sibi appellationem ejusmodi vindicet. Quærendum est præterea, numquid hoc appetentia id appetant ab eo nonnihil accipiendo, an duntaxat ipso gaudendo? et si quid accipiant, quidnam sit illud? Sin tantum gaudeant, cur hoc duntaxat, nec alio quopiam? Ubi sane et hoc indagandum, num bonum per ipsius proprii rationem, an per aliud perpendendum? Tum vero, numquid bonum omnino alterius sit, an etiam sibimet bonum ipsum sit bonum? An potius cuicumque bonum sit, sibi quidem non sit bonum, sed alteri necessario? Item, cui potissimum naturæ sit bonum? Est enim nonnulla natura, cui nihil est bonum Neque illud silentic

ἀφετέον, ὃ τάχ' ἄν τις δυσχεραντικὸς ἀνὴρ εἴποι, ὡς ὑμεῖς, ὦ οὗτοι, τί δὴ ἀποσεμνύνετε τοῖς ὀνόμασιν, ἄνω καὶ κάτω ζωὴν ἀγαθὸν λέγοντες, καὶ νοῦν ἀγαθὸν λέγοντες, καίτοι ἐπέκεινα τούτων; τί γὰρ ἂν καὶ ὁ νοῦς ἀγαθὸν εἴη; ἢ τί ὁ νοῦν τὰ εἴδη αὐτὰ ἀγαθὸν ἔχοι, αὐτὸ ἕκαστον θεωρῶν; ἠπατημένος μὲν γὰρ ἂν καὶ ἡδόμενος ἐπὶ τούτοις τάχ' ἂν ἀγαθὸν λέγοι καὶ τὴν ζωὴν ἡδεῖαν οὖσαν. Στὰς δ' ἐν τῷ ἀνήδονος εἶναι διὰ τί ἂν φήσειεν ἀγαθά; ἢ τὸ αὐτὸν εἶναι; τί γὰρ ἂν ἐκ τοῦ εἶναι καρπώσαιτο; ἢ τί ἂν διαφέροι ἐν τῷ εἶναι, ἢ ὅλως μὴ εἶναι, εἰ μή τις τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν αἰτίαν τούτων θεῖτο; ὥστε διὰ ταύτην τὴν ἀπάτην φυσικὴν οὖσαν, καὶ τὸν φόβον τῆς φθορᾶς τὴν τῶν ἀγαθῶν νομισθῆναι θέσιν.

praetereundum censeo, quod forsan aliquis pertinax et contentiosus objiciat: Quidnam, o viri, dicet, sursum deorsumque spectando rem vestram gloriosius exornatis? Vitam bonum dicitis, mentem quoque bonum: quamvis super haec statuatis ipsum bonum. Dicite, quaeso, quidnam mens ipsa sit bonum? quid species ipsas intelligens habeat bonum, dum, quid unumquodque sit, contemplatur? Fieri fortasse potest, ut horum oblectatione deceptus appellet bonum etiam ipsam vitam, tanquam sibi dulcem. Qui si forte sit in eo habitu constitutus, ut nulla voluptate tangatur, curnam bona haec affirmabit? An forte bonum esse putabit, videlicet se exsistere? Sed quidnam fructus ex ipso esse percipiet? quidve apud ipsum interierit esse, aut omnino non esse, nisi quispiam quandam erga se amicitiam esse horum causam asserat? Adeo ut ob hanc deceptionem nobis naturaliter insitam mortisque timorem bonorum existimatio sit inducta.

Bonum materiae quidem forma est, corpori vero anima, animae intellectus, intellectui simul et omnibus principium omnium. Forma materiae actum exhibet atque ordinem tanquam bonum: anima corpori vitam atque motum, intellectus animae virtutem, principium intellectui actum vitalem intellectualemque, et lumen inaestimabile: sicut naturam ignis id sequitur, ut distantia quidem illuminet, propinquantia vero etiam calefaciat: imo sicut centrum gravia trahit et sistit, ita naturam boni haec conditio comitatur, ut remota quidem trahat per appetitum, praesentia vero detineat atque delectet.

ΚΕ'. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων ἡδονὴν τῷ τέλει μιγνὺς, καὶ τὸ ἀγαθὸν οὐχ ἁπλοῦν οὐδὲ ἐν νῷ μόνῳ τιθέμενος, ὡς ἐν τῷ Φιλήβῳ γέγραπται, τάχα ἂν αἰσθόμενος ταύτης τῆς ἀπορίας οὔτε παντάπασιν ἐπὶ τὸ ἡδὺ τίθεσθαι τὸ ἀγαθὸν ἐτράπετο, ὀρθῶς ποιῶν, οὔτε τὸν νοῦν ἀνήδονον ὄντα ᾠήθη δεῖν θέσθαι ἀγαθὸν, τὸ κινοῦν ἐν αὐτῷ οὐχ ὁρῶν. Τάχα δὲ οὐ ταύτῃ, ἀλλ' ὅτι ἠξίου τὸ ἀγαθὸν, ἔχον φύσιν ἐν αὑτῷ, τοιαύτην δεῖν ἐξ ἀνάγκης χαρτὸν εἶναι, τό τε ἐφετὸν τῷ τυγχάνοντι καὶ τυχόντι πάντως ἔχειν τὸ χαίρειν, ὥστε, ᾧ μὴ τὸ χαίρειν, ἀγαθὸν μηδὲ εἶναι, καὶ ὥστε, εἰ τὸ χαίρειν τῷ ἐφιεμένῳ τῷ πρώτῳ μὴ εἴη, μηδὲ τὸ ἀγαθόν· καὶ οὐκ ἄτοπον τοῦτο. Αὐτὸς γὰρ οὐ τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ἐζήτει, τὸ δὲ ἡμῶν, καὶ ὅλως ἑτέρου ὄντος ἔστιν αὐτὸ, ἕτερον ὂν αὐτοῦ, ἐλλειποῦς ὄντος αὐτοῦ, καὶ ἴσως συνθέτου· ὅθεν καὶ τὸ ἔρημον καὶ μόνον μηδὲν ἔχειν ἀγαθὸν, ἀλλ' εἶναι ἑτέρως καὶ μειζόνως· ἐφετὸν μὲν οὖν δεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι, οὐ μέντοι τῷ ἐφετὸν εἶναι ἀγαθὸν γίγνεσθαι, ἀλλὰ τῷ ἀγαθὸν εἶναι ἐφετὸν γίγνεσθαι. Ἆρ' οὖν τῷ μὲν ἐσχάτῳ ἐν τοῖς οὖσι τὸ πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἀεὶ ἡ ἀνάβασις τὸ ὑπὲρ ἕκαστον διδοῦσα ἀγαθὸν εἶναι τῷ ὑπ' αὐτὸ, εἰ ἡ ἀνάβασις οὐκ ἐξίσταιτο τοῦ ἀναλόγου, ἀλλὰ ἐπὶ μεῖζον ἀεὶ προχωροῖ. Τότε δὲ στήσεται ἐπ' ἐσχάτῳ, μεθ' ὃ οὐδέν ἐστιν εἰς τὸ ἄνω λαβεῖν· καὶ τοῦτο τὸ πρῶτον καὶ τὸ ὄντως, καὶ τὸ μάλιστα κυρίως ἔσται καὶ αἴτιον δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις. Τῇ μὲν γὰρ ὕλῃ τὸ εἶδος. Εἰ γὰρ αἴσθησιν λάβοι, ἀσπάσαιτο ἄν. Τῷ δὲ σώματι ψυχή· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν εἴη, οὐδ' ἂν σώζοιτο· ψυχῇ δὲ ἀρετή· ἤδη δὲ καὶ ἀνωτέρω νοῦς, καὶ ἐπὶ τούτῳ, ἣν δὴ φαμὲν πρώτην φύσιν. Καὶ δὴ καὶ τούτων ἕκαστον ποιεῖν τι εἰς τὰ ὧν ἀγαθά ἐστι, τὰ μὲν τάξιν καὶ κόσμον, τὰ δ' ἡδὴ ζωὴν, τὰ δὲ φρονεῖν καὶ ζῆν εὖ, τῷ δὲ νῷ τὸ ἀγαθὸν, ὃ φαμὲν καὶ εἰς τοῦτο ἥκειν, καὶ ὅτι ἐνέργεια ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὅτι καὶ νῦν δίδωσι φῶς λεγόμενον· ὃ δὴ τί ποτ' ἐστὶν, ὕστερον.

XXV. Plato igitur, cum voluptatem admisceret fini, ipsumque bonum neque simplex neque in solo intellecta poneret, sicut scribitur in Philebo, fortasse ambiguitatem ejusmodi sentiens, neque ausus est ipsum bonum prorsus in voluptate statuere; et recte quidem, neque intellectum voluptatis expertem existimavit bonum ipsum esse censendum: quippe cum non videret in eo, quod incitaret affectum. Forsan vero nec ita prorsus accepit: sed ita bonum idcirco composuit, quoniam judicavit bonum ipsum, cum naturam in se talem habeat, necessario esse delectabile: et optabile prosequenti, et delectabile consecuto. Quapropter, cui non insit gaudium, nec adesse bonum: ideoque, si primo desideranti non insit laetitia, nec etiam assistere bonum: neque ab re bonum ita composuit. Non enim primum ibi bonum investigabat, sed bonum duntaxat humanum: quod quidem omnino et alterius est, et ipsum est pariter alterum, cum ipsum sit deficiens, ac fortasse compositum. Quam ob rem, quod solitarium est atque solum, nullum habere judicat bonum, sed alia quadam conditione excellentiorique ratione ipsum exsistere bonum. Necessarium est igitur, bonum ipsum expetendum esse, non tamen, quia sit appetendum, idcirco fieri bonum: sed potius, quia sit bonum, ideo appetibile fieri. An igitur ultimo quidem in ordine rerum, quod praecedit, est bonum, semperque ascensus ejusmodi facit, ut, quod superius est, sequenti deinceps adsit ut bonum, si modo ascensus a proportione analogiae nusquam discedat, sed semper in majora procedat. Sed gradum denique sistet in eo, quod est supremum, ultra quod nihil reliquum est, quod superius accipi possit: idque primum est ac re vera bonum, et bonum praecipue maximum, ceterisque causa bonitatis. Materiae igitur bonum est ipsa forma. Si enim sensum materia nanciscatur, adventu formae procul dubio gratulabitur. Corpori vero bonum est anima: nam absque anima neque esset, neque etiam servaretur: at animae bonum virtus: jamque etiam superius, intellectus: intellectui denique bonum est illa, quam naturam primam appellare solemus. Existimandum est praeterea, horum quaelibet aliquid in ea facere, quorum sunt et bona. Haec quidem adhibere ordinem et ornatum; illa vero jam vitam: alia sapientiam beneque vivendi dotem: intellectui denique bonum ipsum largiri munus, quod dicimus in intellectum inde venire, ac bonum evadere, quoniam est actus ex illo: et quoniam etiam nunc, quod lumen appellatur, inde in hunc infunditur; quod sane quid sit, in sequentibus disseremus.

Quæ sensu prædita sunt, hoc potissimum boni jam præsentis signum habere possunt, quod hoc ipso stabiliter delectantur, atque in eo libentissime conquiescunt, meliusque inde se habent.

Quemadmodum circa res sensu carentes duo hæc, scilicet inclinatio ad naturale bonum finemque suum, et quies in eo, scilicet in fine habitusque naturali, aliud quiddam sunt præter naturale bonum : sunt enim quidam rei prosequentis actus ad bonum, vel circa bonum, vel in bono : sic in rebus sensu præditis appetitus et voluptas aliud quiddam sunt, quam bonum, nec voluptas ipsa sufficit. Optabilius enim est præsente bono, quod appetimus, delectari, quam delectari similiter absque illo.

ΚϚ'. Καὶ δὴ τὸ πεφυκὸς αἰσθάνεσθαι παρ' αὐτὸν, εἰ ἥκει αὐτῷ, τὸ ἀγαθὸν γιγνώσκειν, καὶ λέγειν ἔχειν. Τί οὖν εἰ ἠπάτηται· δεῖ ἄρα τινὰ εἶναι ὁμοίωσιν, καθ' ἣν ἠπάτηται. Εἰ δὲ τοῦτο, ἐκεῖνο ἀγαθὸν ἂν αὐτῷ εἴη, ἀφ' οὗ ἠπάτηται· ἐπεὶ καὶ, ὅταν ἐκεῖνο ἥκῃ, ἀφίσταται ἀφ' οὗ ἠπάτηται. Καὶ ἡ ἔφ σις δ' αὐτοῦ ἑκάστου καὶ ἡ ὠδὶς μαρτυρεῖ, ὅτι ἔστι τι ἀγαθὸν ἑκάστου· τοῖς μὲν γὰρ ἀψύχοις παρ' ἄλλου του ἀγαθοῦ αὐτοῖς ἡ δόσις, τῷ δὲ ψυχὴν ἔχοντι ἡ ἔφεσις τὴν δίωξιν ἐργάζεται, ὥσπερ καὶ τοῖς νεκροῖς γεγενημένοις σώμασι παρὰ τῶν ζώντων ἡ ἐπιμέλεια καὶ ἡ κήδευσις, τοῖς δὲ ζῶσι παρ' αὐτῶν ἡ πρόνοια. Ὅτι δ' ἔτυχε, πιστοῦται, ὅταν βέλτιόν τι γίγνηται, καὶ ἀμετανόητον ᾖ, καὶ πεπληρῶσθαι αὐτῷ γίγνηται, καὶ ἐπ' ἐκείνου μένῃ, καὶ μὴ ἄλλο ζητῇ. Διὸ καὶ ἡ ἡδονὴ οὐκ αὐτάρκες, οὐ γὰρ ἀγαπᾷ ταὐτόν· οὐ γὰρ, ὅτι ἡδονὴν πάλιν ταὐτὸν, ἄλλο γὰρ ἀεὶ τὸ ἐφ' ᾧ ἥδεται. Δεῖ δὴ τὸ ἀγαθὸν, ὃ αἱρεῖταί τις, εἶναι οὐ τὸ πάθος τὸ ἐπὶ τῷ τυχόντι· ὅθεν καὶ κενὸς μένει ὁ τοῦτο ἀγαθὸν νομίζων, τὸ πάθος μόνον ἔχων, ὃ ἔσχεν ἄν τις ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ· διὸ οὐκ ἂν ἀνάσχοιτό τις τοῦ πάθους, ἐφ' ᾧ οὐκ ἔχων, οἷον ἐπὶ τῷ παιδὶ, ὅτι πάρεστιν ἥδεσθαι, οὐ παρόντος· οὐδέ γε οἶμαι οἷς ἐν τῷ πληροῦσθαι σωματικῶς τὸ ἀγαθὸν ἥδεσθαι ὡς ἐσθίοντα μὴ ἐσθίοντα, ὡς ἀφροδισίοις χρώμενον μὴ συνόντα ᾗ ἐβούλετο, ἢ ὅλως μὴ δρῶντα.

XXVI. Tum vero, quod natura sentire potest, quod accedit ad ipsum, si quando accedit bonum, cognoscere potest, idque habere se dicere. Sed quidnam dicendum est, si forte decipiatur? Oportet profecto aliquam esse similitudinem, qua sit deceptum. Quod si ita sit, illud certe huic erit bonum, a quo est et deceptum : nam et quando illud advenit, ab eo, quod fefellerat, jam discedit. Jam vero uniuscujusque appetitus et stimulus testatur, esse aliquod unicuique bonum. Rebus quidem inanimatis ab alio fit largitio ipsis boni : in eo autem, quod habet animam, appetitus ipse suum prosequitur bonum : quemadmodum corpora naturaliter vita carentia a viventibus curantur atque coluntur ; viventia vero sibimet pro viribus provident. Quod autem bonum aliquis jam fuerit consecutus, credi procul dubio potest, quando videlicet se habet melius, nec afficitur pœnitentia, sed impletur, et in eo permanet, neque aliud expetit. Quare voluptas non est per se sufficiens : nam qui voluptate afficitur, non affectat idem. Nam etiam si voluptatem ipsam affectare dicatur, nondum tamen idem expetere convincetur : aliud namque semper est illud, quo delectatur. Oportet utique bonum, quod aliquis in primis exoptet, esse non passionem affectionemve quandam, qua, qui consequitur, intus afficiatur : unde et vacuus restare potest, qui affectionem ipsam esse judicat bonum, quando affectionem habet solam, quam similiter præsente bono alius possideret. Quam ob rem nullus inprimis eliget ita se affici non habendo bonum aliquod, sicut alter habendo : ceu gaudere, quasi habeat filium, cum non habeat. Neque, qui ventrem implere cupiunt, eligunt tanquam bonum ita delectari, non comedendo quasi comedant : neque, qui Veneri prorsus indulgent, tanquam suum eligent bonum, ita duntaxat voluptate perfundi, muliere amata non potiundo, neque omnino rem peragendo, perinde ac si potiantur et peragant.

Neque appetitus nequo voluptas efficit, ut aliquid bonum sit, sed ipsa natura boni eminus quidem allicit appetitum, cominus autem voluptate demulcet. Similiter nec propria quædam familiaritas causa est, ut aliquid tibi sit bonum.

Non enim optabile salutareque tibi est quodlibet simile vel propinquum, neque satisfacit æqualitas, sed ipsam boni naturam virtus ejusmodi comitatur, qua tanquam domesticum propriumque nobis occurrat, quamvis ubique sit natura superius. Bonum igitur uniuscujusque se habet ubique, vel tanquam species quædam ad subjectum, vel tanquam speciei principium ad speciem et subjectum.

ΚΖ'. Ἀλλὰ τίνος γενομένου ἑκάστῳ τὸ αὐτῷ προσῆκον ἔχει; ἢ εἴδους τινὸς φήσομεν· καὶ γὰρ τῇ ὕλῃ εἶδος, καὶ ψυχῇ ἡ ἀρετὴ εἶδος. Ἀλλὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἆρά γε τῷ οἰκεῖον εἶναι ἀγαθόν ἐστιν ἐκείνῳ; καὶ ἡ ἔφεσις πρὸς τὸ οἰκεῖον, ἢ οὔ; καὶ γὰρ τὸ ὅμοιον οἰκεῖον, κἂν ἐθέλῃ αὐτὸ, καὶ χαίρῃ τῷ ὁμοίῳ, οὔπω τὸ ἀγαθὸν ἔχει, ἀλλ' οὐκ οἰκεῖον φήσομεν ἀγαθὸν εἰπόντες εἶναι, ἢ φατέον τοῦ οἰκείου τῷ κρείττονι κρίνειν δεῖ καὶ τῷ βελτίονι αὐτοῦ, πρὸς ὃ δυνάμει ἐστίν. Ὃν γὰρ δυνάμει πρὸς ὅ ἐστιν ἐνδεές ἐστιν αὐτοῦ, οὗ δὲ ἐνδεές ἐστι κρείττονος ὄντος, ἀγαθόν ἐστιν αὐτῷ ἐκεῖνο. Ἡ δὲ ὕλη πάντων ἐνδεέστατον, καὶ τὸ ἔσχατον εἶδος προσεχὲς αὐτῇ· μετ' αὐτὴν γὰρ πρὸς τὸ ἄνω. Εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ ἀγαθόν ἐστι, πολὺ μᾶλλον ἂν εἴη ἀγαθὸν αὐτῷ ἡ τελειότης αὐτοῦ καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸ κρεῖττον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἑαυτοῦ φύσει ὂν τοιοῦτον καὶ αὐτῷ, ὅτι καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν ποιεῖ. Ἀλλὰ διὰ τί αὐτῷ

XXVII. Sed quidnam oportet contingere unicuique, ut, quod ipsis est consentaneum, habeat? Profecto speciem quandam dicemus : consentanea enim est materiæ species, et animæ species, id est virtus. Hæc vero species numquid ex eo, quod propria est familiarisque illi, est et illi bonum? appetitioque vergit ad proprium? Fortasse non ita. Simile enim proprium est : atque si velit aliquis habeatque simile, eoque gaudeat, nondum tamen possidet bonum. An igitur, quando concesserimus esse bonum, non etiam proprium concedemus? Dicendum est utique, judicium de proprio ad ipsum præstantius ac melius referendum esse, ad quod videlicet aliquid est in potentia. Cum enim in potentia sit ad aliud, illo procul dubio indiget : illud autem, quo velut præstantiore id indiget, certe huic est bonum. Materia vero maxime omnium est egena, cui forma ultima conveniens et proxima est. At ultra materiam gradatim ad superiora consurgitur. Proinde, si idem sibimet bonum est, multo magis est ei bonum perfectio ejus et species, quodve est eo præstantius : quod sane et sua natura tale est, et ei tale provenit, quoniam et ipsi bonum affert. Sed curnam ei est bonum? An quo-

ἀγαθὸν ἔσται; ἆρα ὅτι οἰκειότατον αὐτῷ; ἢ οὔ· ἀλλ' ὅτι ἐστί τις ἀγαθοῦ μοῖρα. Διὸ καὶ μᾶλλον οἰκείωσις πρὸς αὐτοὺς τοῖς εἰλικρινέσι καὶ τοῖς μᾶλλον ἀγαθοῖς. Ἄτοπον δὴ τὸ ζητεῖν, διὰ τί ἀγαθὸν ὂν αὑτῷ ἀγαθόν ἐστιν, ὥσπερ δέον πρὸς αὐτὸ ἐξίστασθαι τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, καὶ μὴ ἀγαπᾷν ἑαυτὸ ὡς ἀγαθόν. Ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ τοῦτο σκεπτέον, εἰ, ὅπου μηδαμῶς ἕνι ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο ἐστὶν ἡ οἰκείωσις πρὸς αὐτό, ἀγαθόν ἐστιν ἑαυτῷ. Νῦν δὲ εἰ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, καὶ ἡ ἐπανάβασις ἔχει τὸ ἀγαθὸν ἐν φύσει τινὶ κείμενον, καὶ οὐχ ἡ ἔφεσις ποιεῖ τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἡ ἔφεσις ὅτι ἀγαθόν· καὶ γίγνεταί τι τοῖς κτωμένοις, καὶ τὸ ἐπὶ τῇ κτήσει ἡδύ· ἀλλὰ τὸ μὲν, εἰ μὴ ἔποιτο ἡδονὴ, αἱρετέον, τὸ ἀγαθὸν καὶ αὐτὸ ζητητέον.

niam ei est maxime proprium? Non sane: sed quoniam est quædam sors et portio boni. Quam ob rem illis, qui sinceri melioresque sunt, familiaritas cum ad se, tum inter se magis propria est. Jam vero perabsurdum est inquirere, curnam aliquid, cum sit bonum, sibimet sit bonum, quasi vero oporteat ab ipsa sui natura distare, neque amare se ipsum tanquam bonum. Sed in re ipsa simplici hoc est indagandum: numquid, ubi nullo modo inest aliud, atque aliud sit propria quædam ad se ipsum necessitudo, ideo sibimet sit bonum. In præsentia vero si recte hæc a nobis dicta sunt, atque ascensus gradatim continet bonum in natura aliqua constitutum, nec appetitio facit bonum, sed appetitio surgit potius, quia bonum: item aliquid eis fit qui nanciscuntur bonum, quodve ipsam boni comitatur adeptionem, est voluptas: profecto, etiamsi voluptas nulla comitaretur, adhuc tamen eligendum esset ipsum bonum, ipsumque per se quærendum.

Materiam primam cogitamus quasi potentiam quandam informem quidem, sed naturaliter capiendæ formæ paratam. Qua igitur ratione informis est, malum est, neque proprie sic appetit bonum: qua vero ratione potentia parata formæ, non est malum. Ac si, quo modo possit appetere, sic bonum, id est formam, appetit, præsertim occulto quodam suæ deformitatis odio. Sicut ipsum bonum sibi et omnibus est amabile, ita, si fingatur ipsum malum, nec aliis, nec sibi erit amandum. Unicuique bonum est sua quædam species, forma, perfectio, actus superne pendens: sed forma speciesque materiali informitati passim opponitur. Quo igitur forma est a materia separatior, eo gradatim magis species est, magisque bonum: separatissima tandem species optimum. Ipsum vero bonum nec species ulla jam est, nec alicujus bonum, sed specierum auctor pariter et bonorum.

ΚΗ'. Τὸ δ' ἐκ τοῦ λόγου συμβαῖνον νῦν ὀπτέον.

Εἰ γὰρ πανταχοῦ τὸ παραγιγνόμενον ὡς ἀγαθὸν εἶδος, καὶ τῇ ὕλῃ δὲ εἶδος ἕνι τὸ ἀγαθὸν, πότερον ἠθέλησεν ἂν ἡ ὕλη, εἴπερ ἦν αὐτῇ τὸ θέλειν, εἶδος μόνον γενέσθαι; ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἀπολέσθαι θελήσει. Τὸ δὲ ἀγαθὸν αὐτὸ πᾶν ζητεῖ. Ἀλλ' ἴσως οὐχ ὕλη εἶναι ζητήσει, ἀλλὰ εἶναι, τοῦτο δ' ἔχουσα ἀφεῖναι αὐτῆς θελήσει τὴν κάκην. Ἀλλὰ τὸ κακὸν πῶς ἔφεσιν ἕξει τοῦ ἀγαθοῦ; ἢ οὐδὲ τὴν ὕλην ἐν ἐφέσει ἐτιθέμεθα, ἀλλὰ ὑπόθεσιν ἐποιεῖτο ὁ λόγος, αἴσθησιν δοὺς, εἴπερ οἷόν τε ἦν δοῦναι ὕλην τηροῦσιν· ἀλλὰ τοῦ εἴδους ἐπελθόντος, ὥσπερ ὀνείρατος ἀγαθοῦ, ἐν καλλίονι τάξει γεγονέναι. Εἰ μὲν οὖν τὸ κακὸν ἡ ὕλη, εἴρηται· εἰ δ' ἄλλο τι, οἷον κακία, εἰ αἴσθησιν λάβοι τὸ εἶναι αὐτῆς, ἆρ' οὖν ἔτι τὸ οἰκεῖον πρὸς τὸ κρεῖττον τὸ ἀγαθὸν ἔσται; ἢ οὐχ ἡ κακία ἦν ἡ αἱρουμένη, ἀλλὰ τὸ κακούμενον. Εἰ δὲ ταὐτὸν τὸ εἶναι καὶ τὸ κακὸν, πῶς τοῦτο τὸ ἀγαθὸν αἱρήσεται; ἀλλ' ἆρά γε, εἰ αἴσθησιν αὐτοῦ λάβοι τὸ κακὸν, ἀγαπήσει αὐτό; καὶ πῶς ἀγαπητὸν τὸ μὴ ἀγαπητὸν ἔσται; οὐ γὰρ δὴ τῷ οἰκείῳ ἐθέμεθα τὸ ἀγαθόν. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Ἀλλ' εἰ εἶδος τὸ ἀγαθὸν πανταχοῦ, καὶ μᾶλλον ἐπαναβαίνουσι μᾶλλον εἶδος, (μᾶλλον γὰρ ψυχὴ εἶδος, ἢ σώματος εἶδος, καὶ ψυχῆς τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δ' ἐπὶ μᾶλλον, καὶ νοῦς ψυχῆς,) τὸ ἀγαθὸν ἂν προσχωροῖ τῷ τῆς ψυχῆς ἐναντίῳ, καὶ οἷον καθαιρομένῳ καὶ ἀποτιθεμένῳ, κατὰ δύναμιν μὲν ἑκάστῳ, τὸ δὲ μάλιστα πᾶν ὅ τι ὕλης ἀποτιθεμένῳ. Καὶ δὴ καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις πᾶσαν ὕλην φυγοῦσα, μᾶλλον δὲ οὐδαμῇ οὐδαμῶς πλησίον γενομένη, ἀναπεφευγυῖα ἂν εἴη εἰς τὴν ἀνείδεον φύσιν, ἀφ' ἧς τὸ πρῶτον εἶδος. Ἀλλὰ περὶ τούτου ὕστερον.

XXVIII. Quod autem ex superioribus sequitur, considerandum nunc arbitramur.

Si ubique, quod tanquam bonum adest, species quædam est, et species est ipsi materiæ bonum, quærendum est, numquid, si materia volendi aliquid compos evaserit, velle possit solam se speciem fieri? Verum si hoc voluerit, interire volet. Omnia vero bonum ipsum appetunt. Sed fortasse non exoptabit quidem esse materia, sed esse duntaxat: id vero habens malum suum abjicere volet. At vero malum quomodo bonum appetet? Sed profecto neque materiæ appetitionem attribuimus: sed suppositionem quandam adduxit conditio disputandi, attribuens quidem sensum, si modo attribui possit servata materia. Et sane adveniente specie velut insomnio quodam boni, in meliori ordine constitit materiam collocari. Si ergo malum materia est, quomodo res se habeat, jam est dictum: sin autem aliud quiddam, tanquam (ut ita loquar) malitia, atque ipsum ejus esse sensum accipiat, numquid adhuc ipsum proprium familiareque penes id, quod est præstantius, erit bonum? Sed profecto non erat malitia ipsa, quæ eligebat bonum, sed potius, quod habebat in se malum. Sin autem idem ibi sit esse atque malum, quonam pacto hoc bonum expetet? An forsan videri poterit, si malum se ipsum sentiat, amaturum esse se ipsum? Sed profecto quonam modo amari poterit ipsum non amabile? Non enim in eo ipso, quod proprium dicitur et domesticum, rationem boni censuimus collocandam. Et de his quidem nunc ita sit dictum. Verum si species ubique est ipsum bonum, semperque altius ascendendo species magis occurrit: magis enim species est anima, quam corporis species; ac penes animam species magis atque magis; et denique intellectus magis species est, quam anima: certe ipsum bonum opposita quadam ipsi materiæ via procedit, eique præcipue convenit, quod purgatum est, et a materia longe semotum, pro puritatis quidem gradibus unicuique: maximum vero bonum ipsi congruit, a quo, quicquid materiæ cogitari potest, longe sejungitur. Atqui et ipsius boni natura omnem materiam fugiens, imo vero nec usquam, nec ulla conditione propinquans, procul dubio in naturam aufugit specie omnino vacantem: a qua prima species oritur. Sed de hoc in sequentibus pertractabitur.

Manifestiore solemus voluptate moveri, dum extra perfectum corporis vel animi habitum positi restituimur in illum, quam ubi perfectum jam sumus habitum consequuti : ex quo patet, voluptatem illam, quæ quasi motio quædam est, non esse finem perfectionemque naturæ.

Nempe in habitu naturali statuque vitæ perfecto mobilis quidem voluptas illa desinit, facta jam tranquillitas, et optima (ut ita dixerim) valetudo habitudoque naturalis mobili voluptate constantior, verior, optabilior. Contra illos, qui opinantur, nec sine voluptate, nec præter voluptatem aliquid esse bonum, Plotinus asserit, esse, vivere, sentire, intelligere et similia esse bona eligendaque, non eo duntaxat argumento, quod communiter cum voluptate quadam manifesta contingant : sed quoniam eorum opposita tanquam mala naturaliter fugiantur.

ΚΘ'. Ἀλλ' εἰ μὴ ἔποιτο ἡδονὴ τῷ ἀγαθῷ, γίγνοιτο δὲ πρὸ τῆς ἡδονῆς τι, δι' ὃ καὶ ἡ ἡδονὴ, διὰ τί οὐκ ἀσπαστόν; ἢ εἰπόντες ἀσπαστὸν ἡδονὴν ἤδη εἴπομεν· ἀλλ' εἰ ὑπάρξει μὲν, ὑπάρξαντος δὲ, δυνατὸν μὴ ἀσπαστὸν εἶναι· ἀλλ' εἰ τοῦτο, παρόντος τοῦ ἀγαθοῦ, αἴσθησιν ἔχον τὸ ἔχον οὐ γνώσεται, ὅτι [ἔχει]· ἢ τί κωλύει καὶ γιγνώσκειν καὶ μὴ κινεῖσθαι, ἀλλ' ὡς μετὰ τὸ αὐτὸ ἔχειν, ὃ μᾶλλον ἂν τῷ σωφρονεστέρῳ ὑπάρχοι καὶ μᾶλλον τῷ μὴ ἐνδεεῖ. Διὸ οὐδὲ τῷ πρώτῳ, οὐ μόνον ὅτι ἁπλοῦν, ἀλλ' ὅτι ἡ κτῆσις δεηθέντος ἡδεῖα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο καταφανὲς ἔσται τὰ ἄλλα, ὅσα λοιπὰ, προσαναλαθηραμένοις, καὶ ἐκεῖνον τὸν ἀντίτυπον λόγον ἀπωσαμένοις. Ἔστι δὲ οὗτος, ὃς ἀπορεῖ, τί ἂν καρπώσαιτο ὁ νοῦν ἔχων εἰς ἀγαθοῦ μοῖραν, οὐδὲν πληττόμενος, ὅταν ταῦτα ἀκούῃ, τῷ μὴ σύνεσιν αὐτῶν ἴσχειν, ἢ ὄνομα ἀκούων, ἢ ἄλλο τι ἕκαστον αὐτῶν ὑπολαμβάνων, ἢ αἰσθητόν τι ζητῶν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐν χρήμασιν ἢ τισι τοιούτοις τιθέμενος. Πρὸς ὃν λεκτέον, ὡς, ὅταν ταῦτα ἀτιμάζῃ, ὁμολογεῖ τίθεσθαί τι παρ' αὑτῷ ἀγαθὸν, ἀπορῶν δὲ ὅπῃ, τῇ ἐννοίᾳ τῇ παρ' αὑτῷ ταῦτα ἐφαρμόττει. Οὐ γὰρ ἔστι λέγειν, μὴ τοῦτο, πάντῃ ἄπειρον καὶ ἀνεννόητον ὄντα τούτου. Τάχα δὲ καὶ τὸ ὑπὲρ νοῦν ἀπομαντεύεται. Ἔπειτα δὲ, εἰ τῷ ἀγαθῷ ἢ τῷ ἐγγὺς τούτου προσβάλλων ἀγνοεῖ, ἐκ τῶν ἀντικειμένων εἰς ἔννοιαν ἴτω· ἢ οὐδὲ κακὸν τὴν ἄνοιαν θήσεται· καίτοι πᾶς αἱρεῖται νοεῖν, καὶ νοῶν σεμνύνεται. Μαρτυροῦσι δὲ καὶ αἱ αἰσθήσεις, εἰδήσεις εἶναι θέλουσαι. Εἰ δὴ νοῦς τίμιον καὶ καλὸν καὶ νοῦς ὁ πρῶτος μάλιστα, τί ἂν φαντασθείη τις, εἴ τις δύναιτο τὸν τούτου γεννητὴν καὶ πατέρα; τὸ δὲ εἶναι καὶ τὸ ζῆν ἀτιμάζων ἀντιμαρτυρεῖ ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ πάθεσι πᾶσιν. Εἰ δέ τις δυσχεραίνει τὸ ζῆν ᾧ θάνατος μέμικται, τὸ τοιοῦτο δυσχεραίνει, οὐ τὸ ἀληθῶς ζῆν.

XXIX. Verum, nisi voluptas sequatur bonum, fiat autem ante voluptatem aliquid, propter quod et voluptas soleat comitari, cur non bonum etiam tunc gratum amabileque occurrat? Sed cum gratum lætumque dixerimus, simul jam diximus voluptatem : at, si exsistat quidem bonum, exsistente vero, possibile sit non esse jucundum, quidnam dicemus? Sed forsan, si ita sit, etiam præsente bono, qui sensum habet bonum, non agnoscet adesse. Fortasse etiam nihil prohibet, aliquem cognoscere quidem bonum, neque tamen moveri aliter, postquam illud habet, quod quidem maxime convenit admodum temperato et nullius egeno. Quapropter nec primo exhilaratio convenit, non solum, quia simplex est omnino, sed quoniam ipsa duntaxat adeptio, quæ indigentis est, voluptate perfunditur. Sed hoc quidem tunc demum perspicue apparebit, postquam reliqua omnia purgaverimus, sermonemque illum nobis oppositum expulerimus. Hic vero est, qui dubitat, quidnam fructus accipiat, qui mentem habet ad comparandam boni sortem, si nullo prorsus moveatur affectu, dum hæc audit, propterea quod hæc re ipsa nequaquam percipiat, sive dum audit nomen, vel aliud quodvis eorum animo concipit singulatim, sive aliquid sensibile quærit, bonumque in divitiis vel aliis ejusmodi ponit. Adversus hunc ergo dicendum est, quando hæc despicit, interea confiteri, positum esse aliquid apud se bonum, cum vero dubitet, ubi potissimum, et qua ratione sit positum, nimirum notioni illius apud se insitæ hæc deinceps accommodare. Fieri namque non potest, ut, qui hujus ipsius omnino imperitus est et ignarus, aliquando dicat : Istud aut illud hoc ipsum esse non potest. Fortasse etiam ejusmodi sermo ipsum bonum supra mentem esse vaticinatur. Præterea, si ad ipsum bonum vel ad illius proximum suspiciens non discernit, expedit saltem ex oppositis bonum excogitare : alioquin nec ignorantiam quidem malum esse fatebitur : quamquam omnes intelligere cupiunt, omnes intelligentia gloriantur. Testantur hoc et sensus, qui ad notitiam ac velut intelligentiam natura contendunt. Si igitur intellectus pulchrum quiddam est atque venerandum, maxime vero primus : dic age, quidnam imagineris æstimaturum, si quis genitorem patremque mentis inspicere possit? Proinde, qui esse et vivere verbis spernit, ipse interim contra testatur, et omnes verbis habet repugnantes affectus. Quodsi quis graviter ferat vitam, is certe non veram vitam, sed illam potius, quæ morti miscetur, respuere judicatur.

Finis intellectualis animæ est expeditus et summus actus intelligentiæ in ipsum universi bonum prorsus intentus.

Actus ejusmodi beatitudo est, etiamsi nulla huic voluptas exterior adjungatur, neque tamen ipse est voluptatis expers. Ipsa enim expedita actionis integritas atque summitas est voluptas. Tunc vero maxime et simplex unumque exsistit : gaudet vero se ipsa penitus ex superiori lumine jam formata. Profecto sicut summitas luminis circa speculum concavum jam est calor, ita summitas essendi jam est vita. Similiter vivendi sensus, sentiendi imaginatio, imaginandi ratio, rationis intelligentia, intelligentiæ gaudium, gaudii bonum : nempe ad supremum universi gradum, non per divisionem, sed per unionem, ascenditur paulatim. Jam vero sicut elementa eodem naturæ nixu, quod sibi consentaneum est, petunt atque fruuntur : ita mens eodem actu, quando summus est, vergit in finem ultimum tanquam verum, et fruitur tanquam bono. Sed de fine et intelligentia et voluptate in Commentariis Philebi latius disputamus.

Λ'. Ἀλλὰ εἰ δεῖ τῷ ἀγαθῷ τὴν ἡδονὴν μεμίχθαι, καὶ μὴ τέλεόν ἐστι τὸ ζῆν, εἴ τις τὰ θεῖα θεῷτο, καὶ μάλιστα τὴν τούτων ἀρχὴν, νῦν ἰδεῖν ἐφαπτομένους τοῦ ἀγαθοῦ πάντως προσήκει. Τὸ μὲν οὖν οἴεσθαι τὸ ἀγα-

XXX. Post hæc, utrum voluptatem bono oporteat esse permixtam, alioquin imperfecta sit vita, etiam si quis divina eorumque principium speculetur, attingentes bonum animo investigare debemus. Jam vero, ubi Plato bonum componere videtur ex intellectu tanquam subjecto, atque

ὂν ἔκ τε τοῦ νοῦ ὡς ὑποκειμένου, ἔκ τε τοῦ πόθους τῆς ψυχῆς, ὃ γίγνεται ἐκ τοῦ φρονεῖν, οὐ τὸ τέλος οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τὸ συναμφότερόν ἐστι τιθέντος, ἀλλὰ νοῦς ἂν εἴη τὸ ἀγαθόν, ἡμεῖς δὲ χαίροντες τῷ τὸ ἀγαθὸν ἔχειν, καὶ εἴη ἂν αὕτη τις δόξα περὶ ἀγαθοῦ. Ἑτέρα δὲ εἴη ἂν παρὰ ταύτην, ἡ μίξασα τῷ νῷ τὴν ἡδονήν, ὡς ἕν τι ἐξ ἀμφοῖν ὑποκείμενον τοῦτο τίθεται εἶναι, ἵν' ἡμεῖς τὸν τοιοῦτον νοῦν κτησάμενοι ἢ καὶ ἰδόντες τὸ ἀγαθὸν ἔχωμεν· τὸ γὰρ ἔρημον καὶ μόνον οὔτε γενέσθαι, οὔτε αἱρετὸν εἶναι δυνατὸν ὡς ἀγαθόν. Πῶς ἂν οὖν μιχθείη νοῦς ἡδονῇ εἰς μίαν συντέλειαν φύσεως; ὅτι μὲν οὖν τὴν σώματος ἡδονὴν οὐκ ἄν τις οἰηθείη νῷ δυνατὴν εἶναι μίγνυσθαι, παντὶ δήπου δῆλον, ἀλλ' οὐδ' ὅσαι χαραὶ ψυχῆς ἀνάλογοι γένοιντο. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάσῃ ἐνεργείᾳ καὶ διαθέσει δὲ καὶ ζωῇ ἕπεσθαι δεῖ οἷον καὶ συνεῖναι τὸ ἐπιθέον, καθ' ὃ τῇ μέν ἐστι κατὰ φύσιν ἰούσῃ τὸ ἐμποδίζον, καί τι τοῦ ἐναντίου παραμεμιγμένον, ὃ οὐκ ἐᾷ τὴν ζωὴν ἑαυτῆς εἶναι· τῇ δὲ καθαρὸν καὶ εἰλικρινὲς τὸ ἐνέργημα, καὶ ἡ ζωὴ ἐν διαθέσει φαιδρᾷ, τὴν τοιαύτην τοῦ νοῦ κατάστασιν ἀσμενιστὴν καὶ αἱρετωτάτην εἶναι τιθέμενοι, ἡδονῇ μεμίχθαι λέγουσιν, ἀπορίᾳ οἰκείας προσηγορίας, οἷα ποιοῦσι καὶ τὰ ἄλλα ὀνόματα παρ' ἡμῖν ἀγαπώμενα μεταφέροντες, τὸ μεθυσθεὶς ἐπὶ τοῦ νέκταρος, καὶ ἐπὶ δαῖτα, καὶ ἐπὶ ἑστίασιν, καὶ τὸ μείδησεν δὲ πατὴρ, οἱ ποιηταὶ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα μυρία. Ἔστι γὰρ καὶ τὸ ἀσμένον ὄντως ἐκεῖ, καὶ τὸ ἀγαπητότατον καὶ τὸ ποθεινότατον, οὐ γιγνόμενον, οὐδ' ἐν κινήσει, αἴτιον δὲ τὸ ἐπιχρῶσαν αὐτὰ καὶ ἐπιλάμψαν καὶ φαιδρῦναν. Διὸ καὶ ἀλήθειαν τῷ μίγματι προστίθησι, καὶ τὸ μετρῆσον πρὸ αὐτοῦ ποιεῖ, καὶ ἡ συμμετρία, καὶ τὸ κάλλος ἐπὶ τῷ μίγματι ἐκεῖθεν, φησὶν, εἰς τὸ καλὸν ἐλήλυθεν· ὥστε κατὰ τοῦτο ἂν ἡμεῖς καὶ ἐν τούτῳ μοίρας. Τὸ δὲ ὄντως ὀρεκτὸν ἡμῖν, ἄλλως μὲν ἡμεῖς αὐτοῖς εἰς τὸ βέλτιστον ἑαυτῶν ἀνάγοντες ἑαυτούς· τοῦτο δὴ τὸ σύμμετρον καὶ καλὸν, καὶ εἶδος σύνθετον, καὶ ζωὴν ἐναργῆ καὶ νοερὰν καὶ καλήν.

ex affectione quadam animæ, quæ intelligentiam sequitur, ibi certe neque finem neque bonum ipsum compositum esse asserit, sed illic ipse intellectus est bonum, nos autem hujus boni possessione gaudemus : atque hæc una de bono opinio est. Altera vero opinio vel expositio est illa, quæ sic admiscet intellectui voluptatem, ut unum aliquid ex utrisque subjectum ponat, ut nos intellectum ejusmodi comparantes, sive cernentes, bonum jam habeamus. quippe cum desertum aliquid atque solum neque fieri possit, neque, si possit, tanquam bonum nobis sit exoptandum. Sed quærendum est, qua conditione potissimum intellectus voluptati in unam naturæ conspirationem perfectionemque communem permisceatur. Constat procul dubio, corporis voluptatem menti permisceri non posse : quin etiam neque lætitiam ullam animi cum voluptate corporis congruentem. Sed profecto quamlibet actionem, affectionem, vitam sequi oportet et pariter comitari, quasi aliquid superfusum, dum videlicet alicui quidem actui naturaliter contendenti obstat impedimentum, et contrarii aliquid admiscetur, quod quidem non permittit, vitam sui juris exsistere : alicui vero actionis ipse tenor purus sincerusque procedit, vitaque viget affectione serena. Hanc ob causam, qui talem mentis habitum esse libentissimum et optatissimum arbitrantur, illum interea dicunt cum voluptate misceri ; idque appellationis proprie defectu afferre videntur, quemadmodum faciunt et qui alia quoque nomina nobis amata transferunt ad divina : quorum illud est : Intellectus nectare ebrius. Item : Ad convivium itur et pabulum. Rursus apud poetas, Juppiter ipse subrisit : similiaque permulta. Est enim illic re vera vitæ sors libentissima amabilissimaque et maxime omnium exoptanda : conditioque ejusmodi neque fit aliquando, neque in motu versatur : cujus quidem causa est, quod colorat ipsa et illustrat atque serenat. Quam ob rem Plato veritatem adhibet mixtioni, præponitque mixturæ moderatorem. Ait etiam, contemperationem et pulchritudinem in mixtura in pulchrum inde procedere. Itaque secundum hoc nos in hac ponimus portiones. Hoc autem est re vera nobis amandum, quatenus ad id, quod in nobis est optimum, nosmet pro viribus revocamus. Hoc itaque contemperatum et pulchrum, et speciem ita compositam, constat esse vitam perspicuam intellectualemque et pulchram.

Ipsum bonum universi principium non solum mentem animamque procreat, sed etiam radio his infuso, velut amatorio quodam hamo, assidue revocat ad se ipsum : ubi radium cum in anima, tum in mente, tandem in lumen vitale gratissimumque convertit atque hæc utrobique est ipsa felicitas.

Anima non solum per amorem divinitus insitum, verum etiam per rationem ad supernam pulchritudinem provocatur. Quam videlicet argumentatur, corpoream pulchritudinem tanquam in deformitate, distantia, mobilitate positam necessario imperfectam esse : ideoque ab incorporea proficisci. Sic anima tandem divina mente formatur : unde mox patrem divinæ mentis agnoscit.

ΚΑ'. Ἀλλ' ἐπεὶ ἐκαλλύνθη τὰ πάντα ἐκείνῳ τῷ πρὸ τούτων, καὶ φῶς ἔσχε, νοῦς μὲν τὸ τῆς ἐνεργείας τῆς νοερᾶς φέγγος, ᾧ τὴν φύσιν ἐξέλαμψε, ψυχὴ δὲ δύναμιν ἔσχεν εἰς τὸ ζῆν, ζωῆς πλείονος εἰς αὐτὴν ἐλθούσης· ἤρθη μὲν οὖν ἐκεῖ, καὶ ἔμεινεν ἀγαπήσας τὸ περὶ ἐκεῖνον εἶναι· ἐπιστραφεῖσα δὲ καὶ ψυχὴ ἡ δυνηθεῖσα, ὡς ἔγνω καὶ εἶδεν, ἤσθη τε τῇ θέᾳ, καὶ ὅσον οἷά τε ἦν ἰδεῖν, ἐξεπλάγη. Εἶδε δὲ οἷον πληγεῖσα, καὶ ἐν αὑτῇ ἔχουσά τι αὐτοῦ συνῆσθετο, καὶ διατεθεῖσα ἐγένετο ἐν πόθῳ, ὥσπερ οἱ ἐν τῷ εἰδώλῳ τοῦ ἐρασμίου κινούμενοι εἰς τὸ αὐτὸ ἰδεῖν ἐθέλειν τὸ ἐρώμενον. Ὥσπερ δὲ ἐνταῦθα σχηματίζονται εἰς ὁμοιότητα τῷ

XXXI. Cum igitur omnia ex illo facta sint pulchra, quod est ante omnia, et inde cuncta refulgeant, intellectus quidem intellectualis actionis fulgorem illinc adeptus sui, quo deinceps naturam proferens illustravit; anima vero vim inde accipiat ad vivendum, plurima videlicet vita in eam exuberante : nimirum et intellectus illuc protinus erectus est, atque permansit : satis sibi factum putans, dum illi propius adstat; et, anima illuc conversa, quæcunque potest, cum primum agnovit atque perspexit, admodum spectaculo gaudet : et, quatenus videndi compos est, protinus obstupescit. Videt autem velut inde pulsata, atque illius aliquid in se habens, velut sui conscia simul in se ipsa persentit. Atqui quodammodo jam affecta desiderare capit, instar eorum, qui ex quadam rei amandæ imagine incitantur ad ipsius rei spectaculum exoptandum. Quemadmodum vero apud nos amatores se ad amati ima-

ἐραστῷ οἳ ἂν ἐρῶσι, καὶ τὰ σώματα εὐπρεπέστερα καὶ τὰς ψυχὰς ἄγοντες εἰς ὁμοιότητα, ὡς μὴ λείπεσθαι κατὰ δύναμιν θέλειν τῇ τοῦ ἐρωμένου σωφροσύνῃ τε καὶ ἀρετῇ τῇ ἄλλῃ, ἢ ἀπόβλητοι ἂν εἶεν τοῖς ἐρωμένοις τοῖς τοιούτοις, καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ συνεῖναι δυνάμενοι· τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ψυχὴ ἐρᾷ μὲν ἐκείνου, ὑπ' αὐτοῦ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸ ἐρᾶν κινηθεῖσα, καὶ ἡ πρόχειρον ἔχουσα τὸν ἔρωτα ὑπόμνησιν οὐ περιμένει ἐκ τῶν καλῶν τῶν τῇδε, ἔχουσα δὲ τὸν ἔρωτα καὶ ἂν ἀγνοῇ, ὅτι ἔχει, ζητεῖ ἀεὶ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο φέρεσθαι θέλουσα ὑπεροψίαν τῶν τῇδε ἔχει, καὶ ἰδοῦσα τὰ ἐν τῷδε τῷ παντὶ καλὰ ὑποψίαν ἔχει πρὸς αὐτά, ὅτι ἐν σαρξὶ καὶ σώμασιν ὁρᾷ αὐτὰ ὄντα, καὶ μιαινόμενα τῇ παρούσῃ οἰκήσει, καὶ τοῖς μεγέθεσι διειλημμένα, καὶ οὐκ αὐτὰ τὰ καλὰ ὄντα, (μὴ γὰρ ἂν τολμῆσαι ἐκεῖνα, ἃ ἔστιν, εἰς βόρβορον σωμάτων ἐμβῆναι, καὶ ῥυπᾶναι ἑαυτὰ καὶ ἀφανίσαι·) ὅταν δὲ καὶ παραῤῥέοντα ἴδῃ, ἤδη πανταλῶς γιγνώσκει, ὅτι ἄλλοθεν ἔχει, ὃ ἦν αὐτοῖς ἐπιθέον. Εἶτα ἐκεῖ φέρεται δεινὴ ἀνευρεῖν, οὗπερ ἐρᾷ, οὖσα, καὶ οὐκ ἂν, πρὶν ἑλεῖν, ἀποστᾶσα, εἰ μή πού τις αὐτῆς καὶ τὸν ἔρωτα ἐξέλοι· ἔνθα δὴ εἶδε μὲν καλὰ πάντα καὶ ἀληθῆ ὄντα, καὶ ἐπερῥώσθη πλέον τῆς τοῦ ὄντος ζωῆς πληρωθεῖσα, καὶ ὄντως ὂν καὶ αὐτὴ γενομένη, καὶ σύνεσιν ὄντως λαβοῦσα, ἐγγὺς οὖσα αἰσθάνεται, οὗ πάλαι ζητεῖ.

litudinem configurant, cum corpora concinniora, tum elegantiores animos pro amati similitudine studiose reddentes, ut, quoad fieri potest, amati temperantia aliisque virtutibus nihilo inferiores evadant, alioquin ab amatis virtute præditis prorsus contemnerentur, atque ii sunt ex amantium numero, qui amati familiaritate frui possunt: eodem pacto et anima amat quidem ipsum bonum, sed ab ipso eodem statim ab initio provocata est ad amandum. Et profecto, quæcumque promptum habet amorem, nequaquam exspectat, ut ex his, quæ apud nos pulchra sunt, in ipsius boni memoriam revocatur: sed amorem in se habens, etiam si, quod habet, ignoret, assidue quærit, volensque ad illud accedere, nostra hæc omnia despicit: nempe considerans, qui in hoc mundo pulchra videntur, suspecta habet, cum ea in carne corporeque jacentia videat, præsentique subjecto locoque polluta, dimensionibus quoque dispersa: quæ profecto etsi pulchra dicuntur, non tamen ipsa vera sunt pulchra. Nefas enim est opinari, quæ re vera pulchra sunt, se ipsa, qualia sunt, in corporum lutum immergere, et fœdare se ipsa atque disperdere. Jam vero quando, quæ apud nos pulchra putantur, considerat in perpetuo fluxu versari, deprehendit omnino, hoc, quod in eis emicat, aliunde nancisci. Post hæc illuc prorsus attollitur, potens videlicet, quod amat, denique consequi, neque prius desistit, quam assequatur, nisi forte quis illi exstirpet amorem: ubi tandem et omnia pulchra et vere exsistentia cernit, et impleta entis ipsius vita valde corroboratur: fitque et ipsa ipsum vere ens, intelligentiamque vere comprehendens, et proxime habitans, quod jam diu quærit, perspicue sentit.

Quicquid est in mundo intelligibili, species quædam est: et ipse totus est species constans ex speciebus. Species autem unaquæque est aliquid intelligentia definitum. Unde et altera ab altera plane distinguitur. Universa rursus species constans ex definitis est denique definita. Item in multitudine specierum unus illic pulchritudinis splendor emicat.

Oportet igitur et super definitam illius mundi naturam pervenire ad ipsam incomparabilis virtutis immensitatem, et a pulchritudine, quæ splendor quidam est in multis, quasi stellis, ascendere ad simplicem ipsius boni lucem, velut solis. Quæ quamvis species nulla sit, est tamen ipsa pulchritudinis pulchritudo. Et quoniam bonitas pulchritudoque infinita est, infinitum propinquantibus accendit amorem. Hinc argumentari possumus animarum beatitudinem sempiternam.

ΑΒ. Ποῦ οὖν ὁ ποιήσας τὸ τοσοῦτον κάλλος καὶ τὴν τοσαύτην ζωὴν, καὶ γεννήσας οὐσίαν; ὁρᾷς τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἅπασι ποικίλοις οὖσιν εἴδεσι κάλλος; καλὸν μέν, ὡδὶ μένειν· ἀλλ' ἐν καλῷ ὄντα δεῖ βλέπειν ὅθεν ταῦτα καὶ ὅθεν καλά. Δεῖ δ' αὐτὸν εἶναι τούτων μηδὲ ἕν· εἰ γὰρ αὐτῶν ἔσται, μέρος τι ἔσται. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τοιαύτη μορφὴ οὐδέ τις δύναμις, οὐδ' αὖ πᾶσαι αἱ γεγεννημέναι καὶ οὖσαι ἐνταῦθα, ἀλλὰ δεῖ ὑπὲρ πάσας εἶναι δυνάμεις, καὶ ὑπὲρ πάσας μορφάς. Ἀρχὴ δὲ τὸ ἀνείδεον, οὐ τὸ μορφῆς δεόμενον, ἀλλ' ἀφ' οὗ πᾶσα μορφὴ νοερά. Τὸ γὰρ γενόμενον εἴπερ ἐγίγνετο, ἔδει γενέσθαι τι, καὶ μορφὴν ἰδίαν ἔσχεν· ὃ δὲ μηδεὶς ἐποίησε, τίς ἂν ποιήσειεν; οὐδὲν οὖν τοῦτο τῶν ὄντων καὶ πάντα, οὐδὲν μέν, ὅτι ὕστερα τὰ ὄντα, πάντα δὲ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ. Πάντα δὲ ποιεῖν δυνάμενον τί ἂν μέγεθος ἔχοι; ἢ ἄπειρον ἂν εἴη; ἀλλ' εἰ ἄπειρον, μέγεθος ἂν ἔχοι οὐδέν· καὶ γὰρ μέγεθος ἐν τοῖς ὑστάτοις. Καὶ δεῖ, εἰ καὶ τοῦτο ποιήσει, αὐτὸν μὴ ἔχειν, τό τε τῆς οὐσίας μέγα οὐ ποσόν· ἔχοι δ' ἂν καὶ ἄλλο τι μετ' αὐτὸν τὸ μέγεθος. Τὸ δὲ μέγα αὐτοῦ, τὸ μηδὲν αὐτοῦ εἶναι δυνατώτερον, παρισοῦσθαί τε μηδὲν δύνασθαι. Τίνι γὰρ τῶν αὐτοῦ εἰς ἴσον ἄν τι ἔλθοι, μηδὲν ταὐτὸν ἔχον, τό τε εἰς ἀεὶ καὶ εἷς πάντα, οὐ μέτρον αὐτῷ δίδωσιν, οὐδ' αὖ ἀμε-

XXXII. Hic jam fas est quærere hunc in modum: Age dic, anima, ubinam ille sit, qui tam ingentem pulchritudinem procreavit, qui tam excellentem progenuit vitam, qui primam fecit essentiam? Cernis, o anima, ipsam in omnibus et variis speciebus pulchritudinem coruscantem? Pulchrum quidem est ibi consistere. Sed operæ pretium est, animum in pulchro jam exsistentem, undenam hæc sint, et unde pulchra fiant, investigare. Oportet sane ipsum pulchrorum omnium auctorem eorum nullum penitus esse: alioquin, si quid eorum sit, pars tantum quædam erit. Igitur neque forma quædam talis est, neque potentia quædam. Neque rursus est cunctæ, quæ ibi fiunt exsistuntque, formæ atque potentiæ: sed oportet super omnes exstare potentias atque formas. Est ergo principium ipsum specie vacans, non ita quidem, ut indigeat forma, sed potius, a quo omnis forma intellectualis exoritur. Quod enim factum est, si modo fiebat, oportuit aliquid effici: ideoque propriam accepit formam: quod autem a nullo factum est, nimirum neque factum est aliquid. Hoc igitur nullum entium est, et entia cuncta: nullum quidem, quoniam posteriora hoc entia sunt: cuncta vero, quoniam ex ipso nascuntur. Cum vero facere omnia possit, quam in se habeat magnitudinem? An forsan erit immensum? Verum si immensum, magnitudinem habet nullam. Magnitudo enim in rebus solum postremis habet locum. Jam vero oportet ipsum magnitudinis effectorem non esse participem magnitudinis. Quin etiam ipsa, quæ dici solet, essentiæ magnitudo non est quantitas ulla. Habere procul dubio potest, quod post illud est, magnitudinem. Magnitudo vero illius est, nihil eo potentius esse, nihil æquari posse cum illo: quo enim ex suis illi æquari quid possit, cum nihil possideat idem? Præterea quod dici solet, deum

τρίαν, (πῶς γὰρ ἂν τὰ ἄλλα μετρήσειεν;) οὐ τοίνυν αὖ οὐδὲ σχῆμα. Καὶ μὴν, ὅτου ἂν ποθεινοῦ ὄντος μήτε σχῆμα μήτε μορφὴν ἔχοις λαβεῖν, ποθεινότατον καὶ ἐρασμιώτατον ἂν εἴη, καὶ ὁ ἔρως ἂν ἄμετρος εἴη· οὐ γὰρ ὥρισται ἐνταῦθα ὁ ἔρως, ὅτι μηδὲ τὸ ἐρώμενον, ἀλλ' ἄπειρος ἂν εἴη ὁ τούτου ἔρως, ὥστε καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ ἄλλον τρόπον, καὶ κάλλος ὑπὲρ κάλλος· οὐδὲν γὰρ ὃν τί κάλλος; ἐράσμιον δὲ ὂν τὸ γεννῶν ἂν εἴη τὸ κάλλος. Δύναμις οὖν παντὸς καλοῦ ἄνθος ἐστὶ κάλλους καλλοποιόν· καὶ γὰρ γεννᾷ αὐτὸ καὶ κάλλιον ποιεῖ τῇ παρ' αὑτοῦ περιουσίᾳ τοῦ κάλλους, ὥστε ἀρχὴ κάλλους καὶ πέρας κάλλους. Οὖσα δὲ κάλλους ἀρχὴ, ἐκεῖνο μὲν καλὸν ποιεῖ, οὗ ἀρχὴ, καὶ καλὸν ποιεῖ οὐκ ἐν μορφῇ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ γενόμενον ἄμορφον, ἄλλον δὲ τρόπον ἐν μορφῇ. Ἡ γὰρ λεγομένη αὐτὸ τοῦτο μόνον μορφὴ, ἐν ἄλλῳ· ἐφ' ἑαυτῆς δὲ οὖσα ἄμορφον. Τὸ οὖν μετέχον κάλλους μεμόρφωται, οὐ τὸ κάλλος.

per omnia secula perque universum ubique regnare, neque significat in deo mensuram, neque vastam rursus immensitatem: (alioquin, quonam pacto reliqua metiretur?) Neque igitur figuram rursus in eo ullam fingere decet. Proinde res illa desiderabilis, cujus neque figuram neque formam accipere ullam potes, summopere desideranda est et amanda, immensusque illius est amor. Neque enim hic finitus est amor, quando neque amatum quidem ipsum est finitum: sed amor hujus est infinitus. Quapropter et pulchritudo ejus alia ratione se habet: est enim ipsa super pulchritudinem pulchritudo. Cum enim nullum sit entium, quonam pacto esse potest aliqua pulchritudo? Cum vero amabile sit, nimirum est pulchritudinis auctor. Est itaque pulchritudinis universæ potestas [ac] flos ipse, pulchram efficiens pulchritudinem: eam namque generat, et genitam suæ pulchritudinis abundantia efficit pulchriorem: quam ob rem pulchritudinis principium est et finis. Cumque sit principium pulchritudinis, illud quidem, cujus principium est, efficit pulchrum: pulchrum vero facit non in forma, sed ipsum quoque factum illic est non formatum, et alio quodam pacto consistit in forma. Quæ enim hoc ipsum, quod est, duntaxat exsistit, forma, sedet in alio: quæ quidem, si sedeat in se ipsa, aliquid sine forma censetur. Quod igitur est pulchritudinis particeps, formatum est: non autem ipsa pulchritudo formatur.

Pulchritudo ipsius boni specie universa superior: pulchritudo intelligibilis mundi est species universa: itemque pura, quoniam nihil ibi est informe, nihil ita formatum, quin ipsum sit et forma. Pulchritudo mundi corporei est inferior vera specie, quoniam ex forma simul atque informi, atque etiam deformitate componitur.

Omniformis illa divini mundi formositas, etsi quam plurimum admiranda, tamen definitum quiddam est: nec amanda summopere, sed ipsa bonitas melior omni forma. Nam et in mundo divino, quamvis unumquodque sit forma quædam, est tamen aliquid ibi ad aliud comparatum quasi materia. Unde et hoc et illud est aliquid definitum. Pulchritudo igitur in mundo divino tanquam ipsius boni splendor animam illic admirabundam per amorem clam revocat ad ipsum bonum: pulchritudo similiter in anima tanquam splendor intelligentiæ per amorem ad amandum intellectum latenter invitat. Pulchritudo in corpore velut pulchritudinis animalis imago ad desiderandam incorpoream pulchritudinem adhortatur.

ΛΙ᾽. Διὸ, καὶ ὅταν κάλλος λέγηται, φευκτέον μᾶλλον ἀπὸ μορφῆς τοιαύτης, ἀλλ' οὐ πρὸ ὀμμάτων ποιητέον, ἵνα μὴ ἐκπέσῃς τοῦ καλοῦ εἰς τὸ ἀμυδρᾷ μετοχῇ καλὸν λεγόμενον, τὸ δὲ ἄμορφον εἶδος καλὸν, εἴπερ εἶδός ἐστι. Καὶ ὅσον ἂν ἀποσυλήσας ἴῃς εἰς πᾶσαν μορφὴν, οἷον καὶ τὴν ἐν λόγῳ, ᾗ διαφέρειν ἄλλο ἄλλου λέγομεν, ὡς δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἀλλήλων ἕτερα, καίτοι καλὰ ὄντα· ἐπειδὴ ὁ νοῦς ἴδιόν τι νοεῖ, ἠλάττωται, κἂν ὁμοῦ πάντα λάβῃ, ὅσα ἐν τῷ νοητῷ, κἂν ἕκαστον, μίαν μορφὴν νοητὴν ἔχει· ὁμοῦ δὲ πάντα οἷον ποικίλην τινὰ, ἔτι ἐν δεήσει, οἷον δεῖ θεάσασθαι ὂν ὑπὲρ ἐκεῖνο τὸ πάγκαλον καὶ ποικίλον, καὶ οὐ ποικίλον, οὗ ὀρέγεται μὲν ψυχὴ, οὐ λέγουσα διὰ τί τοιοῦτον ποθεῖ. Ὁ δὲ λόγος λέγει, ὅτι τοῦτο τὸ ὄντως, εἴπερ ἐν τῷ πάντῃ ἀνειδέῳ ἡ τοῦ ἀρίστου φύσις, καὶ ἡ τοῦ ἐρασμιωτάτου, διὸ ὅ τι ἂν εἰς εἶδος ἀνάγων τῇ ψυχῇ δεικνύῃς, ἐπὶ τούτῳ ἄλλο τὸ μορφῶσαν ζητεῖ. Λέγει δὴ ὁ λόγος, ὅτι τὸ μορφὴν ἔχον καὶ ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος μεμετρημένον πᾶν, τοῦτο δὲ οὐ πᾶν οὐδὲ αὐταρκες, οὐδὲ παρ' αὐτοῦ καλὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μέμικται. Δεῖ τοίνυν ταῦτα μὲν καλὰ, τὸ δὲ ὄντως ἢ τὸ ὑπέρκαλον μὴ μεμετρῆσθαι· εἰ δὲ τοῦτο, μὴ μεμορφῶσθαι, μηδὲ εἶδος εἶναι· ἀνείδεον ἄρα τὸ πρώτως καὶ πρῶτον, καὶ ἡ καλλονὴ ἐκεῖ νοητοῦ ἀγαθοῦ φύσις. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ τῶν ἐραστῶν πάθος, ὡς ἕως ἐστὶν ἐν ἐκείνῳ τῷ τὸν αἰσθητὸν ἔχοντι, οὔπω ἐρᾷ·

XXXIII. Quando igitur pulchritudo dicitur, procul a tali quadam forma nobis est fugiendum, neque ponenda nobis est ante oculos, ne ab ipso re vera pulchro in aliquid, quod exigua participatione pulchrum dicitur, corruamus: nempe species non formata re vera pulchra est, si modo sit species. Et profecto, quatenus a materia segregando in formam omnem progredieris, velut ad ipsam in ratione formam, in qua differre aliud ab alio dicimus: quemadmodum justitia et temperantia inter se distinguuntur, etsi pulchra sunt; quoniam intellectus proprium quiddam in his intelligit: profecto ex eo, quod proprium aliquid designatur, quodammodo diminuta deprehendes, etiam si cuncta simul, quæ in mundo intelligibili sunt, comprehenderis: nempe si unumquodque singulatim illic acceperis, formam unam intelligibilem habere videbis: si cuncta simul, velut formam quandam varietate discretam. Jam vero, si huc usque processeris, considerare te ulterius oportebit, quale potissimum illud excogitandum sit, quod sane hoc ipso superius est undique pulchro et omniformi varietate distincto, ipsum tamen nulla varietate discretum: quod animus quidem appetit, neque tamen, cur tale quiddam appetat, unquam exprimit. Ratio vero dictat, hoc esse, quod re vera est, siquidem in eo gradu, qui omnem speciem supereminet, ipsius optimi maximeque amandi natura consistit. Quam ob rem, quodcunque in speciem referens monstraveris animo, in hoc ipso aliud quiddam semper, quod formaverit, expetit. Docet itaque ratio, quod formam habet ipsamque formam speciemque esse aliquid mensuratum: id vero nec universum esse, neque per se sufficiens, neque suapte natura pulchrum, sed et hoc esse permixtum. Oportet igitur hæc quidem esse pulchra, sed mensurata: ipsum vero, quod re vera pulchrum, vel potius superpulchrum, nullius mensuræ limite circumscribi: si ita se habet, certe nec esse formatum, item nec esse speciem. Quod igitur primo est amabile primumque exsistit, omnem prorsus speciem superminet, pulchrique intelligibilis illic pulchritudo decorque exstat, ipsa boni natura. Testantur hoc amantium passiones. Quamdiu enim circa figuram oculis manifestam

ὅταν δ' ἀπ' ἐκείνου αὐτὸς ἐν αὑτῷ οὐκ αἰσθητὸν γεννήσῃ τύπον ἐν ἀμερεῖ ψυχῇ, τότε ἔρως φύεται. Βλέπειν δὲ ζητεῖ τὸ ἐρώμενον, ἵν' ἐκεῖνο ἐπάρδῃ μαραινόμενον. Εἰ δὲ σύνεσιν λάβοι, ὡς δεῖ μεταβαίνειν ἐπὶ τὸ ἀμορφότερον, ἐκείνου ἂν ὀρέγοιτο, καὶ γὰρ ὃ ἐξ ἀρχῆς ἔπαθεν, ἐκ σέλαος ἀμυδροῦ ἔρως φωτὸς μεγάλου. Τὸ γὰρ ἴχνος τοῦ ἀμόρφου μορφή· τοῦτο γοῦν γεννᾷ τὴν μορφήν, οὐχ ἡ μορφὴ τοῦτο, καὶ γεννᾷ, ὅταν ὕλη προσέλθῃ. Ἡ δὲ ὕλη πορρωτάτω ἐξ ἀνάγκης, ὅτι μηδὲ τῶν ὑστάτων μορφῶν παρ' αὐτῆς τινα ἔχει. Εἰ οὖν ἐράσμιον μὲν οὐχ ἡ ὕλη, ἀλλὰ τὸ εἰδοποιηθὲν διὰ τὸ εἶδος, τὸ δ' ἐπὶ τῇ ὕλῃ εἶδος παρὰ ψυχῆς, ψυχὴ δὲ μᾶλλον εἶδος, καὶ μᾶλλον ἐράσμιον, καὶ νοῦς μᾶλλον ταύτης εἶδος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐρασμιώτερον, ἀνείδεον δεῖ τὴν καλοῦ τίθεσθαι φύσιν τὴν πρώτην.

duntaxat quis intuendo versatur, nondum amore corripitur : sed cum primum animus ab illa se revocans, figuram in se ipso concipit non ultra visibilem in anima non dividua, amor protinus oritur. Amatum tamen adhuc intueri desiderat, ut, quod in amante arescit, amati jugiter irrigetur aspectu. Sin autem animadvertat, transcendendum esse ad aliquid a forma remotius, illud manifestius exoptabit. Etenim, quod ab initio passus est, id certe est quidam ex tenui quodam lumine incitatus ingentis luminis amor. Forma namque rei cujusdam (ut ita loquar) informis vestigium est : quod quidem gignit formam, non ipsum vero forma : giguit, inquam, formam, quando materia jam propinquat. Materia vero suapte natura necessario remotissima est : quippe cum ne postremarum quidem formarum ullam ex se ipsa possideat. Quam ob rem, si amabile nobis est, non quidem materia, sed quod specie formatum est : species autem in materia fit ab anima, anima vero magis species est magisque amanda : item intellectus magis est, quam anima, species, magisque amabilis : procul dubio primam ipsam pulchri naturam oportet super omnes formæ limites constituere.

Cum pulchritudo quælibet, a quocumque ametur, semper appetatur sub ratione boni, necessarium est ipsum bonum esse pulchritudinis principium et amoris.

Bonum igitur ipsum semper ubique præsens, cum primum illuxerit animo jam sereno, mirificum accendit amorem : quando videlicet animus formas omnes intentionesque non solum imaginabiles, sed etiam intellectuales exuerit : tunc per amorem infiniti boni infinitum una cum bono mirabiliter copulatur, gaudio illinc ineffabili plenus. Quod quidem non solum post vitam præsentem, verum etiam in hac vita consequi quandoque potest.

ΛΔ'. Καὶ οὐκ ἔτι θαυμάσομεν τὸ τοὺς δεινοὺς πόθους παρέχον, εἰ πάντῃ ἀπήλλακται καὶ μορφῆς νοητῆς. Ἐπεὶ καὶ ψυχή, ὅταν αὐτοῦ ἔρωτα σύντονον λάβῃ, ἀποτίθεται πᾶσαν, ἣν ἔχει, μορφὴν, καὶ ἥτις ἂν καὶ νοητοῦ ᾖ ἐν αὐτῇ. Οὐ γὰρ ἔστιν ἔχοντά τι ἄλλο καὶ ἐνεργοῦντα περὶ αὐτὸ οὔτε ἰδεῖν, οὔτε ἐναρμοσθῆναι, ἀλλὰ δεῖ μήτε κακὸν μήτε αὖ ἀγαθὸν μηδὲν ἄλλο πρόχειρον ἔχειν, ἵνα δέξηται μόνη μόνον. Ὅταν δὲ τούτου εὐτυχήσῃ ἡ ψυχὴ καὶ ἥκῃ πρὸς αὐτὴν, μᾶλλον δὲ παρὸν φανῇ, ὅταν ἐκείνη ἐκνεύσῃ τῶν παρόντων, καὶ παρασκευάσασα αὐτὴν ὡς ὅτι μάλιστα καλὴν, καὶ εἰς ὁμοιότητα ἐλθοῦσα, (ἡ δὲ παρασκευὴ καὶ ἡ κόσμησις δήλη που τοῖς παρασκευαζομένοις,) ἰδοῦσα δὲ ἐν αὐτῇ ἐξαίφνης φανέντα, μεταξὺ γὰρ οὐδὲν, οὐδ' ἔτι δύο, ἀλλ' ἓν ἄμφω· οὐ γὰρ ἂν διακρίναις ἔτι, ἕως πάρεστι, (μίμησις δὲ τούτου, καὶ οἱ ἐνταῦθα ἐρασταὶ καὶ ἐρώμενοι συγκρῖναι θέλοντες,) καὶ οὔτε σώματος ἔτι αἰσθάνεται, ὅτι ἐστὶν ἐν αὐτῷ, οὔτε ἑαυτὴν ἄλλο τι λέγει, οὐκ ἄνθρωπον, οὐ ζῷον, οὐκ ὄν, οὐδὲ πᾶν· (ἀνώμαλος γὰρ ἡ τούτων πως θέα, καὶ οὐδὲ σχολὴν ἄγει πρὸς αὐτὰ, οὔτε θέλει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ζητήσασα ἐκείνῳ παρόντι ἀπαντᾷ, κἀκεῖνο ἀντ' αὐτῆς βλέπει· τὶς δὲ οὖσα βλέπει, οὐδὲ τοῦτο σχολάζει δρᾷν·) ἔνθα δὴ οὐδὲν πάντων ἀντὶ τούτου ἀλλάξαιτο, οὐδ' εἴ τις αὐτῇ πάντα τὸν οὐρανὸν ἐπιτρέποι, ὡς οὐκ ὄντος ἄλλου ἔτι ἀμείνονος οὐδὲ μᾶλλον ἀγαθοῦ· οὔτε γὰρ ἀνωτέρω τρέχει, τά τε ἄλλα πάντα κατιούσης, κἂν ᾖ ἄνω· ὥστε τότε ἔχει καὶ τὸ κρίνειν καλῶς, καὶ γιγνώσκειν ὅτι τοῦτό ἐστιν, οὗ ἐφίετο, καὶ τίθεσθαι, ὅτι μηδέν ἐστι κρεῖττον αὐτοῦ. Οὐ γάρ ἐστιν ἀπάτη ἐκεῖ, ἢ που ἂν τοῦ ἀληθοῦς ἀληθέστερον τύχοι. Ὃ οὖν λέγει, ἐκεῖνο ἔστι, καὶ ὕστερον λέγει, καὶ σιωπῶσα δὲ λέγει, καὶ εὐπαθοῦσα οὐ ψεύδεται, ὅτι εὐπαθεῖ· οὐδὲ γαργαλιζομένου

XXXIV. Cum ita se res habeat, haudquaquam admiraturi sumus ulterius, quod acerrimos amoris stimulos incitat, procul ab omni forma etiam intelligibili esse semotum. Quandoquidem et anima, cum ardenti illius flagrat amore, quamcumque formam habet in se, deponit, etiam si qua intelligibilis ipsius in ea sit forma. Fieri namque non potest, ut, qui aliud quodvis habet, vel circa aliud agit, aut videat illud, aut congruat cum illo atque copuletur : sed oportet neque mali neque boni aliud quicquam in promptu habere, ut quandoque capiat sola solum. Postquam vero id anima feliciter consequuta fuerit, idque ad eam accesserit ; imo vero jam præsens nuper illuxerit, quando videlicet illa se ipsam a ceteris præsentibus revocaverit præparans, se ipsam interea, ut pulcherrima fiat, similisque evadat; (apparatus autem ejus atque ornatus illis, qui se rite præparant, duntaxat est cognitus :) postquam, inquam, ita se animus compara verit, cernet in se deum ipsum subito coruscantem : nihil enim intervenit medium, neque ibi duo quædam discernentur ulteriús, sed ambo jam unum : neque enim, quamdiu adest, discernere licet. Id autem apud nos imitari solent amantes et amati mutuo redamantes, qui conflari nituntur in unum. Jam vero animus ita defixus in deum corpus suum non sentit ulterius, neque se esse animadvertit in corpore, neque se ipsum aliud quiddam esse pronuntiat, non hominem, non animal, non ens, non universum. Horum namque prospectus inæqualis quodammodo est atque distractus. Neque tantum animus tunc habet otii, ut aciem ad ea convertat, neque velit habere : verum, cum ipsum studiose quæsiverit, illi præsenti se prorsus insinuat, illudque pro se ipso jam cernit, neque tantum ei vacat, ut hunc agnoscat eventum. Quo quidem in statu nullis thesauris præsentem thesaurum commutabit, neque etiam, si quis ei cælum totum elargiatur : quippe cum cognoscat, nihil esse præstantius, nihil melius : nempe nec superius ascendere potest. Cetera vero contueri nihil aliud esset, quam descendere, quamvis et illa sint excelsa, et animus ipse sublimis. Tunc demum animus judicium omnino verum assequitur : tunc prorsus agnoscit, hoc ipsum esse, quod olim totis viribus affectabat : tunc procul dubio asserit nihil esse præstantius. Nulla enim est ibi fallacia : alioquin in aliquid veritate verius licebit incidere. Quod igitur tunc dicit animus, ipse jam illud exsistit, dicitque posterius, dicitque silendo. Cumque beata jam suavitate sit affectus, quod optime sit affectus, minime

λέγει τοῦ σώματος, ἀλλὰ τοῦτο γενομένη, ὃ πάλαι, ὅτε εὐτύχει. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, οἷς πρὶν ἥδετο, ἀρχαῖς, ἢ δυνάμεσιν, ἢ πλούτοις, ἢ κάλλεσιν, ἢ ἐπιστήμαις, ταῦτα ὑπεριδοῦσα λέγει, οὐκ ἂν εἰποῦσα, μὴ κρείττοσι συντυχοῦσα τούτων· οὐδὲ φοβεῖται, μή τι πάθῃ, μετ' ἐκείνου οὖσα, οὐδ' ὅλως ἰδοῦσα· εἰ δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ περὶ αὐτὴν φθείροιτο, εὖ μάλα καὶ βούλεται, ἵνα πρὸς τούτῳ ἢ μόνον, εἰς τόσον ἥκει εὐπαθείας.

fallitur. Non enim hoc ait quasi corpore titillante, sed jam illud effectus, quod et quondam, quando felix existeret. Tum vero cetera prorsus omnia, quibus delectari antea consueverat, quando potentia, opibus, ornamentis, formis, doctrinis oblectabatur, agnoscit jam penitus contemnenda. Quod quidem non facile tunc deprehendere poterat, quando nondum meliora fuerat consequutus. Præterea nihil timet adversi, dum vel copulatur illi, vel omnino aspicit illud. Denique, si contigerit alia circa animum omnia destrui, hoc ipsum libentius approbabit, ut solum sit penes ipsum, eo usque jam affectionis prosperæ suavisque processit.

ipsum bonum ita est ab omni multiplicitatis mobilitatisque suspicione semotum, ut anima illo fruens intelligentiam exuere compellatur, quodammodo actioni cuidam multiplici mobilique consimilem.

In hac autem fruitione idem ipse deus est lumen, quod intuetur animus, et per quod intuetur : evaditque ibi visio ipsa luminis ipsum lumen. Est autem in intellectu primo intuitus atque contuitus. Ille directus in deum, inde formatur, fitque mox naturæ suæ sic jam formatæ contuitus. Illo supra se ipsum deo fruitur : hoc autem se ipso potitur. In anima quoque est unitas intellectu superior, per quam deo fruitur visione quadam intelligentiam superante.

ΛΕ'. Οὕτω δὲ διάκειται τότε, ὡς καὶ τοῦ νοεῖν καταφρονεῖν, ὃ τὸν ἄλλον χρόνον ἠσπάζετο, ὅτι τὸ νοεῖν κίνησίς τις ἦν, αὐτὴ δὲ οὐ κινεῖσθαι θέλει· καὶ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνόν φησιν, ὃν ὁρᾷ, καίτοι νοῦς γενόμενος, αὐτὴ θεωρεῖ, οἷον νοωθεῖσα καὶ ἐν τῷ τόπῳ τῷ νοητῷ γενομένη· ἀλλὰ γενομένη μὲν ἐν αὐτῷ καὶ περὶ αὐτὸν, ἔχουσα τὸ νοητὸν νοεῖ. Ἐπὰν δὲ ἐκεῖνον ἴδῃ τὸν θεὸν, πάντα ἤδη ἀφίησιν, οἷον εἴ τις εἰσελθὼν εἰς οἶκον ποικίλον καὶ οὕτω καλὸν θεωροῖ ἔνδον ἕκαστα τῶν ποικιλμάτων καὶ θαυμάζοι πρὶν ἰδεῖν τὸν τοῦ οἴκου δεσπότην. Ἰδὼν δ' ἐκεῖνον καὶ ἀγασθεὶς οὐ κατὰ τὴν τῶν ἀγαλμάτων φύσιν ὄντα, ἀλλ' ἄξιον τῆς ὄντως θέας, ἀφεὶς ἐκεῖνα, τοῦτον μόνον τοῦ λοιποῦ βλέποι, εἶτα βλέπων καὶ μὴ ἀφαιρῶν τὸ ὄμμα, μηκέτι ὅραμα βλέποι τῷ συνεχεῖ τῆς θέας, ἀλλὰ τὴν ὄψιν αὐτοῦ συγκεράσαιτο τῷ θεάματι, ὥστε ἐν αὐτῷ ἤδη τὸ ὁρατὸν πρότερον ὄψιν γεγονέναι, τῶν δ' ἄλλων πάντων ἐπιλάθοιτο θεαμάτων. Καὶ τάχ' ἂν σώζοι τὸ ἀνάλογον ἡ εἰκὼν, εἰ μὴ ἄνθρωπος εἴη ὁ ἐπιστὰς τῷ τὰ τοῦ οἴκου θεωμένῳ, ἀλλά τις θεὸς, καὶ οὗτος οὐ κατ' ὄψιν φανείς, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ἐμπλήσας τοῦ θεωμένου· καὶ τὸν νοῦν τοίνυν τὴν μὲν ἔχειν δύναμιν εἰς τὸ νοεῖν, ᾗ τὰ ἐν αὐτῷ βλέπει, τὴν δὲ, ᾗ τὰ ἐπέκεινα αὐτοῦ ἐπιβολῇ τινι καὶ παραδοχῇ, καθ' ἣν καὶ πρότερον ἑώρα μόνον, καὶ ὁρῶν ὕστερον καὶ νοῦν ἔσχε, καὶ ἓν ἐστι· καὶ ἔστιν ἐκείνη μὲν ἡ θεὰ νοῦ ἔμφρονος, αὕτη δὲ νοῦς ἐρῶν. Ὅταν ἄφρων γένηται μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος, τότε ἐρῶν γίγνεται, ἁπλωθεὶς εἰς εὐπάθειαν τῷ κόρῳ· καὶ ἔστιν αὐτῷ μεθύειν βέλτιον, ἢ σεμνοτέρῳ εἶναι τοιαύτης μέθης. Παρὰ μέρος δὲ ὁ νοῦς ἐκεῖνος, ἄλλα, τὰ δὲ ἄλλοτε ἄλλα ὁρᾷ, ἢ οὔ; Ὁ δὲ λόγος διδάσκων γιγνόμενα ποιεῖ, τὸ δὲ ἔχει τὸ νοεῖν ἀεὶ, ἔχει δὲ καὶ τὸ μὴ νοεῖν, ἀλλὰ ἄλλως ἐκεῖνον βλέπειν. Καὶ γὰρ ὁρῶν ἐκεῖνον ἔσχε γεννήματα, καὶ συνήσθετο καὶ τούτων γενομένων καὶ ἐνόντων· καὶ ταῦτα μὲν ὁρῶν, λέγεται νοεῖν, ἐκεῖνο δὲ, ᾗ δυνάμει ἔμελλε νοεῖν. Ἡ δὲ ψυχὴ οἷον συγχέασα καὶ ἀφανίσασα μένοντα τὸν ἐν αὐτῇ νοῦν, μᾶλλον δὲ ὁ νοῦς αὐτῆς ὁρᾷ πρῶτος, ἔρχεται δὲ ἡ θεὰ καὶ εἰς αὐτὴν, καὶ τὰ δύο ἓν γίγνεται.

XXXV. Adeo vero tunc ad votum affectus est animus, ut intelligentiam quoque nihili pendat, quodve prius eam admiratus fuerit, jam minime probet : quippe cum intelligentiam esse motionem quandam plane cognoscat, ipse vero moveri non optet. Atqui neque etiam illum esse pronuntiat intellectum, quem cernit, quamvis animus ipse intellectus jam factus intueatur : utpote intellectu penitus occupatus, in locoque intelligibili constitutus : at vero positus quidem in ipso et circa ipsum, habens intelligibile nimirum intelligat. Postquam vero deum illum vidit, omnia prorsus omittit : perinde ac si quis domum ingressus varie admodum exornatam, singula intus ornamenta consideret, et, priusquam dominum ejus viderit, admiretur. At postquam inspexerit dominum, imaginum illarum pulchritudinem admodum superantem : utpote qui non velut imago quædam pulchra, sed re vera pulcher occurrat, ideoque supra modum hunc admiretur; illisque dimissis, solum in posterum contempletur, attentisque oculis in eum defixis inspiciens, haud ulterius ipsa videndi continuitate ipsum proprie visibile videat, sed visionem misceat cum visibili, adeo ut in ipso, quod prius erat visibile, ipsa jam visio fiat, cetera vero spectacula eum interea lateant. Forsan vero similitudo hæc analogiam proportionemque servaret, si quidem ille, qui contemplatori domus occurrit, non homo, sed deus quidem foret; et hic quidem non aspectui patens, sed contemplantis mentem penitus implens. Existimandum est igitur, intellectum geminam vim habere : alteram quidem ad intelligendum, per quam interna sibi conspiciat; alteram vero, qua superiora suspiciat jactu quodam intuendi et perceptione quadam : quo quidem intuitu atque acceptione prius etiam videbat solum, videndoque accepit posterius intellectum, unumque exsistit. Atqui illa quidem sanæ mentis visio est : hæc autem ipsa mens est amans. Quando enim insanit nectare penitus ebria, tunc amore corripitur, se ipsam in affectionem suavitatemque beatam saturitate diffundens. Et profecto huic satius est ebrietate hac occupari, quam procul ab ejusmodi potu sobrie vivere. Sed nunquid mens illa vicissim alia prius, alia posterius contemplatur? nequaquam : quamvis disputatio docendi gratia introducat eam quasi alternis vicibus contemplantem. Intellectus autem ipse semper exercet actum, quo et intelligit proprie et rursus proprie non intelligit, sed alia quadam dei inspicit ratione. Nempe dum cerneret deum, inde fetus in se ipso concepit, eosque jam genitos insitosque persensit; ac dum hos contuetur, intelligere dicitur : deum vero ea suspexit potentia, qua deinceps intellectus erat. Proinde anima intellectum in ipsa manentem quasi confundens ac delens suspicit deum : imo vero intellectus ipsius inspector primus, sed visio in eam quoque traducitur : duoque ita unum fiunt. Ipsum vero bonum per hæc se propagans,

Ἐκταθὲν δὲ τὸ ἀγαθὸν ἐπ' αὐτοῖς καὶ συναρμοσθὲν τῇ ἀμφοτέρων συστάσει, ἐπιδραμὸν καὶ ἑνῶσαν τὰ δύο, ἔπεστιν αὐτοῖς μακαρίαν διδοὺς αἴσθησιν καὶ θέαν, τοσοῦτον ἄρας, ὥστε μήτε ἐν τόπῳ εἶναι, μήτε ἐν τῷ ἄλλῳ, ἐν οἷς πέφυκεν ἄλλο ἐν ἄλλῳ εἶναι· οὐδὲ γὰρ αὐτός που. Ὁ δὲ νοητὸς τόπος ἐν αὐτῷ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐν ἄλλῳ. Διὸ οὐδὲ κινεῖται ἡ ψυχὴ τότε, ὅτι μηδ' ἐκεῖνο, οὐδὲ ψυχὴ τοίνυν, ὅτι μηδὲ ζῇ ἐκεῖνο, ἀλλὰ ὑπὲρ τὸ ζῆν, οὐδὲ νοῦς, ὅτι μηδὲ νοεῖ. Ὁμοιοῦσθαι γὰρ δεῖ· νοεῖ δὲ οὐδ' ἐκεῖνο, ὅτι οὐδὲ νοεῖ.

horumque constitutioni applicans semetipsum, supervolat eis, et duo conjungens in unum, imminet ipsis, felicem sensum largiens contemplationemque beatam. Præterea usque adeo hæc attollit, ut neque amplius sint in loco, neque in quovis alio, quacumque conditione aliud esse possit in alio : neque enim est ipse deus alicubi. Locus autem intelligibilis est in eo, ipse vero in nullo prorsus exsistit. Quam ob rem neque tunc movetur anima, quoniam nec ille movetur : neque igitur est anima proprie, cum neque proprie vivat : quoniam nec ille proprie vivit, sed vivendi munus excedit : sed neque etiam est intellectus, quoniam nec intelligit. Assimilari namque oportet; intelligit autem non illum, quoniam nec intelligit quidem.

Scala, per quam ascenditur ad principium, septem gradus habet : primus est purgatio animi : secundus, cognitio operum divinorum singulatim comparata : tertius, contemplatio ordinis, quo opera inferiora reducuntur ad superiora gradatim : quartus, comparatio quædam proportionalis ex ordine hujusmodi ad divinum ordinem sese conferens : quintus, negatio, per quam cuncta, quæ concipis, separes a principio : sextus, supplex ad deum oratio, ut ipse intellectualis mundi pater te reddat mundum intellectualem actu : es enim potentia mundus hic ab initio : septimus, ut, cum ipse intellectualis mundus evaseris, ulterius amore boni concitus ex statu intellectuali transformeris in bonum superius intellectu.

Cum bonum sit longe superius intellectu, et idcirco fruitio ejus non recte dicatur intelligentia, videtur neque cognitio nominanda. Est enim naturalior et optabilior, quam cognitio. Appellamus tamen, utcumque possumus, tum visionem propter lucem et puritatem, tum tactum propter maximam unionem. Appellatur et gustus propter suavitatem illic penitus infusam animo, nutrientemque salubriter et mirabiliter in melius transformantem.

ΑΖ'. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δῆλα. Εἴρηται δέ τι καὶ περὶ τούτου· ἀλλ' ὅμως καὶ νῦν ἐπ' ὀλίγον λεκτέον, ἀρχομένοις μὲν ἐκεῖθεν, διὰ λογισμῶν δὲ προϊοῦσιν. Ἔστι μὲν γὰρ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ εἴτε γνῶσις εἴτε ἐπαφὴ μέγιστον, καὶ μεγιστόν φησι τοῦτο εἶναι μάθημα, οὐ τὸ πρὸς αὐτὸ ἰδεῖν μάθημα λέγων, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ μαθεῖν τι πρότερον. Διδάσκουσι μὲν οὖν ἀναλογίαι τε καὶ ἀφαιρέσεις, καὶ γνώσεις τῶν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἀναβασμοί τινες. Πορεύουσι δὲ καθάρσεις πρὸς αὐτὸ καὶ ἀρεταί τε καὶ κοσμήσεις, καὶ τοῦ νοητοῦ ἐπιβάσεις, καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἱδρύσεις, καὶ τῶν ἐκεῖ ἑστιάσεις, ὅστις γέγηται ὁμοῦ θεατής τε καὶ θέαμα αὐτὸς αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων, καὶ γενόμενος οὐσία, καὶ νοῦς, καὶ ζῷον παντελὲς μηκέτι ἔξωθεν αὐτὸ βλέποι· τοῦτο δὲ γενόμενος ἐγγύς ἐστι καὶ τὸ ἐφεξῆς ἐκεῖνο καὶ πλησίον, αὐτὸ ἤδη ἐπὶ παντὶ τῷ νοητῷ ἐπιστίλβον. Ἔνθα δὴ ἐάσας τις πᾶν μάθημα, καὶ μέχρι τούτου παιδαγωγηθείς, καὶ ἐν καλῷ ἱδρυθείς, ἐν ᾧ μέν ἐστι, μέχρι τούτου νοεῖ· ἐξενεχθεὶς δὲ τῷ αὐτῷ τοῦ νοῦ οἷον κύματι, καὶ ὑψοῦ ὑπ' αὐτοῦ οἷον οἰδήσαντος ἀρθεὶς εἰσεῖδεν ἐξαίφνης, οὐκ ἰδὼν ὅπως, ἀλλ' ἡ θέα πλήσασα φωτὸς τὰ ὄμματα, οὐ δι' αὐτοῦ πεποίηκεν ἄλλο ὁρᾶν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ φῶς τὸ ὅραμα ἦν. Οὐ γὰρ ἦν ἐν ἐκείνῳ τὸ μὲν ὁρώμενον, τὸ δὲ φῶς αὐτοῦ, οὐδὲ νοῦς καὶ νοούμενον, ἀλλ' αὐτῇ γεννῶσα ταῦτα εἰς ὕστερον, καὶ ἀφεῖσα εἶναι παρ' αὐτῷ. Αὐτὸς δὲ αὐγὴ μόνον γεννῶσα νοῦν, οὐτι σβέσασα αὑτῆς ἐν τῷ γεννῆσαι, ἀλλὰ μείνασα μὲν αὐτή, γενομένου δ' ἐκείνου τῷ τοῦτο εἶναι. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο τοιοῦτον ἦν, οὐκ ἂν ὑπέστη ἐκεῖνο.

XXXVI. Cetera quidem perspicua sunt. Dictum vero de hoc etiam est nonnihil : veruntamen nunc rursus nonnihil addendum, exordiendo quidem inde, per argumentationes autem progrediendo. Est enim ipsius boni sive cognitio sive tactus aliquid procul dubio maximum : cujus disciplinam Plato maximam appellavit, non appellans quidem disciplinam ibi boni ipsius intuitum, sed notitiam quandam hunc intuitum præcedentem. Docent itaque nos hoc analogiæ, id est proportionum convenientiæ quædam : item negationes : rursus eorum, quæ fiunt ab ipso, cognitio : denique ascensus quidam rite gradibus procedentes. Pervenimus autem ad ipsum purgationibus, precibus, cultu animum exornante, ascensu ad intelligibilem mundum, ibidem perseverantia, dum videlicet illius mundi dapibus animus vescitur, quicumque spectator simul spectaculumque evadit, cum ipse sui ipsius, tum etiam aliorum : factusque essentia et intellectus et animal universum non ulterius ipsum extrinsecus aspicit, sed id denique factus jam summo propinquat. Quod quidem summum illic est procul dubio proximum per totum prorsus intelligibilem mundum supreme conscans : ubi certe dimissis omnibus disciplinis animus hucusque perductus et collocatus in pulchro, usque ad illud, in quo est, intelligit hactenus : eductus autem inde quasi unda quadam intellectus ejusdem, altiusque ab ipso velut tumescente et exundante sublatus, nesciens quomodo subito perspicit. Sed ipse intuitus oculos lumine complens non efficit quidem, ut per illud interim aliud videatur : imo lumen ipsum idem est penitus, quod videtur. Non enim est in illo hoc quidem visibile, hoc autem ejus lumen, neque intellectus et intellectum : sed viget ibi lux hæc in sequentibus generans, concedensque apud se permanere. Ipsa tamen solum lux exsistit generans intellectum, nec exstinguitur generando : sed dum ipsa permanet, sequitur aliud ex eo, quod ipsa consistit. Nisi enim sic illa consisteret, inde aliud non subsisteret.

Cum Plotinus semel intelligentiam definierit, actum reflexum essentiæ vivæ dependentis a bono, conatuque ejusmodi quærentis se simul atque causam, unientisque cum partes secum suas, tum se ipsam causæ, merito negat principium ejusmodi intelligentiæ adminiculis indigere.

Videtur quidem, sicut se habet visus ad lumen, sic ad boni lucem intelligentia se habere, similiterque distingui : veruntamen multo magis a bono differt intelligentia, quam visus a lumine : siquidem altitudine latitudineque majore bonum transgredi videtur intelligentiam, quam lumen visum. Cum igitur boni ipsius intelligentiæque rationes adeo distinctæ sint, ideoque naturæ sint duæ, jure cum bonum primo dixeris, ut conserves ipsum simplex, sibique sufficiens, noli intelligentiam adhibere,

quæ quidem essentiam vitamque sequitur : bonum vero excedit utramque. Esse enim atque vivere ratione et gratia boni dumtaxat optatur. Neque tamen demens deus est mente præstantior : neque quicquam latet eum, per quem omnia patent.

ΛΖ'. Οἱ μὲν οὖν νόησιν αὐτῷ δόντες τῷ λόγῳ τῶν μὲν ἐλαττόνων καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ οὐκ ἔδοσαν· καίτοι καὶ τοῦτο ἄτοπον τὰ ἄλλα φασί τινες μὴ εἰδέναι. Ἀλλ' οὖν ἐκεῖνοι, ἄλλο τιμιώτερον αὐτοῦ οὐχ εὑρόντες, τὴν νόησιν αὐτῷ αὐτοῦ εἶναι ἔδοσαν, ὥσπερ τῇ νοήσει σεμνοτέρου αὐτοῦ ἐσομένου, καὶ τοῦ νοεῖν κρείττονος ἢ κατ' αὐτόν, ὅ ἐστιν, ὄντος, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ σεμνύνοντος τὴν νόησιν. Τίνι γὰρ τὸ τίμιον ἕξει, τῇ νοήσει, ἢ αὐτῷ; εἰ μὲν οὖν τῇ νοήσει, αὐτῷ οὐ τίμιον, ἢ ἧττον, εἰ δὲ αὐτῷ, πρὸ τῆς νοήσεώς ἐστι τέλειος, καὶ οὐ τῇ νοήσει τελειούμενος. Εἰ δ', ὅτι ἐνέργειά ἐστιν, ἀλλ' οὐ δύναμις, δεῖ νοεῖν, εἰ μὲν οὐσία ἐστὶν ἀεὶ νοοῦσα, καὶ τούτῳ ἐνέργειαν λέγουσι, δύο ὅμως λέγουσι, τὴν οὐσίαν καὶ τὴν νόησιν, καὶ οὐχ ἁπλοῦν λέγουσιν, ἀλλά τι ἕτερον προστιθέασιν αὐτῷ, ὥσπερ ὀφθαλμοῖς τὸ ὁρᾶν κατ' ἐνέργειαν, κἂν ἀεὶ βλέπωσιν. Εἰ δὲ ἐνεργείᾳ λέγουσιν, ὅτι ἐνέργειά ἐστι καὶ νόησις, οὐκ ἂν οὖσα νόησις νοοῖ, ὥσπερ οὐδὲ κίνησις κινοῖτο ἄν. Τί οὖν; οὐ καὶ αὐτοὶ λέγετε οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν εἶναι ἐκεῖνα; ἀλλὰ πολλὰ ταῦτα ὁμολογοῦμεν εἶναι, καὶ ταῦτα ἕτερα, τὸ δὲ πρῶτον ἁπλοῦν, καὶ τῷ ἐξ ἄλλου δίδομεν νοεῖν καὶ οἷον ζητεῖν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, καὶ αὐτὸ, καὶ τὸ ποιῆσαν αὐτὸ, καὶ ἐπιστραφὲν ἐν τῇ θέᾳ καὶ γνωρίσαν νοῦν ἤδη δικαίως εἶναι. Τὸ δὲ μήτε γενόμενον μήτε ἔχον πρὸ αὐτοῦ, ἀλλ' ἀεί, ὅ ἐστι, τίς αἰτία τοῦ νοεῖν ἕξει; διόπερ νοῦν φησιν ὁ Πλάτων εἶναι ὀρθῶς. Νοῦς μὲν γὰρ μὴ νοῶν ἀνόητος· ᾧ γὰρ ἡ φύσις ἔχει τὸ νοεῖν, εἰ μὴ τοῦτο πράττοι, ἀνόητον· ᾧ δὲ μηδὲν ἔργον ἐστὶ, τί ἂν τούτῳ τις ἔργον προσάγων κατὰ στέρησιν αὐτοῦ κατηγορεῖ τοῦτο, ὅτι μὴ πράττει; οἷον εἰ ἀνίατρον. αὐτόν τις λέγοι· μηδὲν δὲ ἔργον εἶναι αὐτῷ, ὅτι μηδὲν ἐπιβάλλει αὐτῷ ποιεῖν· ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς, καὶ οὐδὲν δεῖ ζητεῖν παρ' αὐτὸν ὑπὲρ τὰ πάντα ὄντα· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ὢν αὐτὸς, ὅ ἐστιν.

XXXVII. Quicumque igitur disputationibus suis intelligentiam summo rerum principio tradiderunt, minorum quidem eorumve, quæ ab eo proficiscuntur, cognitionem penitus abstulerunt Quamquam et hoc nonnullis videtur absurdum, deum alia nullo modo cognoscere. Verum illi quidem, cum nihil eo præstantius invenirent, cognitionem illi sui ipsius attribuerunt : perinde ac si illud ex ipso intelligentiæ munere venerabilius sit futurum, ipsumque intelligentiæ munus præstantius sit, quam principium, dum hoc ipsum, quod est duntaxat, exsistit : quasi illud non dignitatem omnem præstet intelligentiæ, sed accipiat. Proinde quærendum est, quonam potius ipse deus suam habeat dignitatem : intelligentiane, an se ipso. Si per intelligentiam comparat dignitatem, certe se ipso aut nullo modo, aut certe minus est venerandum : sin autem se ipso suam possidet dignitatem, certe ante intelligentiam est perfectus, nec fit perfectus intelligendo. Ac si quis dixerit, quoniam deus non potentia est, sed actus, idcirco eum intelligere oportere, ita protinus distinguemus : aut deus essentia est semper intelligens, aut actus tantum intelligendi. Si essentia semper intelligens, et propterea actum nominant, duo simul afferunt, essentiam scilicet, atque intelligentiam : neque simplex ita ponunt, sed aliud quiddam illi adhibent, sicut oculis adjungere solent visionem secundum actum, etiam si semper aspiciant. Sin autem in actu deum esse dicant, propterea quod actus et intelligentia sit, sequitur, ut, cum sit intelligentia, non intelligat, quemadmodum neque motus ipse movetur. Sed hic aliquis ita nobis objiciet : Nonne et vos divina essentiam et actum esse dicitis? Nos profecto talia quædam esse multa et diversa fatemur : primum vero penitus esse simplex, eique, quod pendet ex alio, intelligentiam assignamus, per quam quasi sui ipsius quærat essentiam ac se ipsum et effectorem : idque intuendo conversum et ita discernens, nimirum esse jam dicimus intellectum. Quod autem neque factum est, neque supra se aliud habet, sed semper id ipsum, quod est, exsistit, quam intelligendi occasionem habeat, non videmus. Quam ob rem Plato summum deum intellectui recte præfecit. Intellectus itaque, nisi intelligat, demens merito judicatur. In quo enim natura intelligentiam postulat, nisi intelligat, amens jure censetur Cui vero opus est nullum, quodnam opus aliquis huic assignans, deinde ob operis hujus absentiam, jure objicere possit, ab opere et officio id vacare? perinde ac si quis deum medendi muneris dicat expertem. Opus autem deo assignamus nullum, quoniam facere deo non expedit : sufficit enim ipse, neque huic ultra se aliud est quærendum super omnia exsistenti. Sufficit enim tum sibi, tum aliis, dum ipse hoc ipsum, quod est, exsistit.

Cum ipsa essentia ratio et alia sit, et inferior, quam ratio boni, non recte prædicatur esse de bono. Et si bonum ob summam simplicitatem nihil de se quasi intrinsecus loquendo componit, non tamen sibimet obscurum est et incertum. Ipsum siquidem certitudinis est origo paterque luminum.

ΛΗ'. Ἔστι δὲ οὐδὲ τὸ ἔστιν, οὐδὲν γὰρ οὐδὲ τούτου δεῖται, ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ἀγαθός ἐστι κατὰ τούτου, ἀλλὰ καθ' οὗ τὸ ἔστι, τόδε ἔστιν, οὐχ ὡς κατ' ἄλλου ἄλλο, ἀλλ' ὡς σημαῖνον, ὅ ἐστι. Λέγομεν δὲ τἀγαθὸν περὶ αὐτοῦ, λέγοντες οὐκ αὐτῷ, οὐδὲ κατηγοροῦντες, ὅτι αὐτῷ ὑπάρχει, ἀλλ' ὅτι αὐτό· εἶτα οὐδ' ἔστιν ἀγαθὸν λέγειν ἀξιοῦντες, οὐδὲ τὸ προτιθέναι αὐτοῦ, δηλοῦν δὲ οὐ δυνάμενοι, εἴ τις αὐτὸ παντάπασιν ἀφέλοι, ἵνα μὴ ἄλλο τὸ δ' ἄλλο ποιῶμεν, ὡς μὴ δεῖσθαι τοῦ ἔστιν ἔτι, οὕτω λέγομεν τἀγαθόν. Ἀλλὰ τίς παραδέξεται φύσιν οὐκ οὖσαν αἰσθήσει καὶ γνώσει αὑτῆς; τί οὖν; γνώσεται, ἐγὼ εἰμί. Ἀλλ' οὐκ ἔστι· διὰ τί οὖν οὐκ ἐρεῖ τὸ ἀγαθὸν εἰμί; ἢ πάλιν τὸ ἔστι κατηγορήσει αὐτοῦ. Ἀλλὰ

XXXVIII. Præterea neque verbum quidem *est* de deo prædicare debemus : neque enim hoc indiget : quoniam neque etiam de ipso prædicamus, deus est bonus. Sed de quo prædicatur *est*, de eodem prædicatur, est bonus. Deo autem convenit ipsum *est*, non tanquam aliud de alio prædicetur, sed tanquam hoc ipsum, quod est, significet. Dicimus autem de ipso bonum, non aliquid assignantes illi, neque sic prædicantes, tanquam illi bonum adsit, sed quoniam ipsum exsistit bonum. Præterea cum nequaquam existimemus de illo dicendum esse, est bonum ; neque præponendam esse illi ejusmodi dictionem, scilicet hoc, aut illud, neque tamen ipsum exprimere valeamus : si quis omnino circa id auferat, cavendo videlicet, ne forte aliud ipsum et aliud faciamus, profecto quasi non etiam hoc verbo *est* indigeat, ita simpliciter bonum pronuntiamus. Verum quisnam admittet naturam ejusmodi, neque sentientem, neque cognoscentem ullo modo se ipsam? Quid ergo? Cognoscet saltem : ego sum. Sed quonam modo cum minime

τὸ ἀγαθὸν μόνον ἐρεῖ τί προσθείς; ἀγαθὸν μὲν γὰρ νοήσειεν ἄν τις ἄνευ τοῦ ἔστιν, εἰ μὴ κατ' ἄλλου κατηγορεῖ. Ὁ δὲ αὐτὸ νοῶν ὅτι ἀγαθόν, πάντως νοήσει τὸ ἐγὼ εἰμὶ τὸ ἀγαθόν, εἰ δὲ μή, ἀγαθὸν μὲν νοήσει· οὐ παρέσται δὲ αὐτῷ τὸ ὅτι αὐτός ἐστι τοῦτο νοεῖν. Δεῖ οὖν τὴν νόησιν εἶναι, ὅτι ἀγαθόν εἰμί. Καὶ εἰ μὲν νόησις αὐτὴ τὸ ἀγαθόν, οὐκ αὐτοῦ ἔσται νόησις, ἀλλ' ἀγαθοῦ, αὐτός τε οὐκ ἔσται τὸ ἀγαθόν, ἀλλ' ἡ νόησις. Εἰ δὲ ἑτέρα τοῦ ἀγαθοῦ ἡ νόησις τοῦ ἀγαθοῦ, ἔστιν ἤδη τὸ ἀγαθὸν πρὸ τῆς νοήσεως αὐτοῦ. Εἰ δέ ἐστι πρὸ τῆς νοήσεως τὸ ἀγαθὸν αὔταρκες, αὔταρκες ὂν αὐτῷ εἰς ἀγαθόν, οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς νοήσεως τῆς περὶ αὐτοῦ· ὥστε ἢ ἀγαθὸν οὐ νοεῖ ἑαυτὸ, ἀλλὰ ἤ τι.

sit? An forsan dicet bonum sum? Sed rursus ipsum *est* ita de se prædicabit. At vero, si bonum duntaxat pronuntiet, quidnam adjungere judicabitur? Bonum sane cognoscere potest aliquis absque hoc verbo, quod *est* appellatur, nisi forte bonum de alio prædicet. Qui vero se ipsum bonum esse cognoscit, prorsus hoc ipsum intelliget, scilicet ego sum bonum: alioquin bonum quidem intelliget, non tamen id assequetur, ut scilicet se ipsum hoc esse intelligat. Oportet igitur, si illic boni intelligentia est, talem esse, ut bonum, *sum*, intelligat. Atqui si ipsa intelligentia bonum ipsum est, certe non ipsius, sed boni intelligentia erit, nec ipse quidem, imo intelligentia erit, ipsum bonum. Sin autem intelligentia boni diversa est a bono, sequitur, ut bonum ante ipsius intelligentiam jam exsistat. Quodsi ante intelligentiam bonum ipsum est suapte natura sufficiens, et certe sufficiens sibimet ad bonum, nullo modo sui intelligentia indigebit: quapropter, qua ratione bonum, se ipsum nequaquam intelligit, sed qua ratione aliquid.

In primo rerum principio nec est intelligentia sui, nec aliorum: si modo intelligentia est cognitio quædam, ejusmodi habens conditiones.

Primam quidem, ut una cum stabilitate habeat nonnihil simile motioni. Secundam, ut una cum identitate admittat et differentiam. Tertiam, ut simul componendo discernat. Quartam, ut natura, cujus actus intelligentia est, sit in se difformis, dum est intellectus, intelligibile, intellectio. Quintam, ut sit etiam omniformis, si modo per hanc intelligentia sit omnia perceptura. Perceptionem ejusmodi varietate plenam Plotinus in deo negat, simplicem certitudinem et claritatem lucemque non negat: similiter actionem providentiamque a bonitate differentem, forasque declinantem negat: sed interea omnia illinc effici vult, provideque disponi.

ΛΘ'. Ἢ οὐδὲν ἄλλο πάρεστιν αὐτῷ, ἀλλὰ ἁπλῆ τις ἐπιβολὴ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν ἔσται. Ἀλλ' οὐκ ὄντος οἷον διαστήματός τινος, οὐδὲ διαφορᾶς πρὸς αὐτὸ τὸ ἐπιβαλεῖν ἑαυτῷ, τί ἂν εἴη ἢ αὐτό; διὸ καὶ ὀρθῶς ἑτερότητα λαμβάνει, ὅπου νοῦς καὶ οὐσία. Δεῖ γὰρ τὸν νοῦν ἀεὶ ἑτερότητα καὶ ταυτότητα λαμβάνειν, εἴπερ νοήσει. Ἑαυτόν τε γὰρ οὐ διακρινεῖ ἀπὸ τοῦ νοητοῦ τῇ πρὸς αὐτὸ ἑτέρου σχέσει, τά τε πάντα οὐ θεωρήσει, μηδεμιᾶς ἑτερότητος γενομένης, εἰς τὸ πάντα εἶναι, οὐδὲ γὰρ ἂν οὐδὲ δύο. Ἔπειτα εἰ νοήσει, οὐ δήπου ἑαυτὸν μόνον νοήσει, εἴπερ ὅλως νοήσει. Διὰ τί γὰρ οὐχ ἅπαντα; ἢ ἀδυνατήσει; ὅλως δὲ οὐχ ἁπλοῦς γίγνεται νοῶν ἑαυτὸν, ἀλλὰ δεῖ τὴν νόησιν τὴν περὶ αὐτοῦ ἑτέρου εἶναι, εἴ τι ὅλως δύναιτο νοεῖν αὐτό. Ἐλέγομεν δὲ, ὅτι οὐ νόησις τοῦτο, εἰ δὴ ἄλλον αὐτὸν ἐθέλοι ἰδεῖν. Νοήσας δὲ αὐτὸς πολὺς γίγνεται, νοητὸς, νοῶν, κινούμενος, καὶ ὅσα ἄλλα προσήκει νῷ. Πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο ὁρᾶν προσήκει, ὅπερ εἴρηται ἤδη ἐν ἄλλοις, ὡς ἑκάστη νόησις, εἴπερ νόησις ἔσται, ποικίλον τι δεῖ εἶναι, τὸ δὲ ἁπλοῦν καὶ τὸ αὐτὸ πᾶν οἷον κίνημα, εἰ τοιοῦτον εἴη οἷον ἐπαφὴ, οὐδὲν νοερὸν ἔχει. Τί οὖν; οὔτε τὰ ἄλλα οὔτε αὐτὸν εἰδήσει, ἀλλὰ σεμνὸν ἑστήξεται; τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὕστερα αὐτοῦ, καὶ ἦν πρὸ αὐτῶν, ὃ ἦν, καὶ ἐπίκτητος αὐτῶν ἡ νόησις, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ ἀεὶ, καὶ οὐχ ἑστηκότων, κἂν τὰ ἑστῶτα δὲ νοῇ, πολύς ἐστιν. Οὐ γὰρ δὴ τὰ μὲν ὕστερα μετὰ τῆς νοήσεως καὶ τὴν οὐσίαν ἕξει, αἱ δὲ τούτων νοήσεις θεωρίαι κεναὶ μόνον ἔσονται. Ἡ δὲ πρόνοια ἀρχεῖ ἐν τῷ αὐτὸν εἶναι, παρ' οὗ τὰ πάντα. Τὸ δὲ πρὸς αὐτὸν, πῶς, εἰ μὴ αὐτὸν, ἀλλὰ σεμνὸν ἑστήξεται; ἔλεγε μὲν οὖν ὁ Πλάτων περὶ τῆς οὐσίας λέγων, ὅτι νοήσει, ἀλλ' οὐ σεμνὸν ἑστήξεται· ὡς τῆς οὐσίας μὲν νοούσης, τοῦ δὲ μὴ νοοῦντος σεμνοῦ ἑστηξομένου, τὸ μὲν ἑστήξοιτο τῷ μὴ ἄλλως ἂν δεδυνῆσθαι ἑρμηνεῦσαι, σεμνότερον δὲ καὶ

XXXIX. Si deus non intelligit se ipsum, qua ratione bonum, quæri potest, qua potissimum ratione. Ac respondere quis potest, nihil aliud adesse deo: sed simplicem quendam intuitum ipsi exsistere ad se ipsum. Verumtamen cum non sit ibi velut aliquod intervallum, nec differentia ad se ipsum prorsus ulla, merito hoc ipsum, quod dicitur intendi in se, vel intueri se ipsum, nihil aliud nisi ipsummet exsistit. Quam ob rem, ubi intellectus est et essentia, recte diversitas accidit. Oportet enim intellectum, si quando intellecturus sit, diversitatem identitatemque semper admittere. Neque enim se ipsum ab intelligibili discernet aliquando habitudine quadam diversæ rationis ab ipsum, neque reliqua intelliget omnia, si nulla diversitas insit, ad hoc, ut sint ibi omnia, conferens: quin etiam absque ratione diversitatis neque duo quidem ibi saltem erunt. Præterea, si intelliget, non se ipsum intelliget tantum, si omnino intelliget: quid enim obstat, quominus intelligat omnia? Num forte intelligere minus poterit cetera, quam se ipsum? Omnino autem, qui se intelligit, evadit inde non simplex: si quidem necessarium est, ipsam sui ipsius intelligentiam alicujus differentis exsistere, si quid omnino se intelligere valeat. Diximus autem hoc ipsum non esse intelligentiam, nisi se contueatur ut alium. Intelligens vero se ipsum fit necessario multiplex, intelligibilis, intelligens, motus, et quæcumque accommodata sunt menti. Præterea, quod et alibi diximus, est in præsentia cogitandum, intelligentiam quamlibet, si modo futura sit intellectio, esse quiddam varium oportere; ubi vero simplex eademque omnino velut motio quædam est uniformis, si perinde se habeat, velut tactus, intellectualem nullam habet conditionem. Quid ergo? neque alia neque se cognoscet, atque ita dignitatem suam integram retinebit? Alia profecto posteriora sunt ipso, estque ipse hoc ipsum, quod est, ante illa. Eorumque intellectio adventitia est, neque semper eadem, neque manentium; atque etiam si intelligat permanentia, nihilo minus evadit multiplex. Neque enim dicendum est, posteriora quidem illo una cum intellectione habere insuper et essentiam, illius autem intelligentias speculationes quasdam vacuas duntaxat exsistere. Proinde providentia ratio satis ex eo servatur, quod deus ipse est, a quo sunt omnia. Quod autem refertur ad ipsum, quonam modo deus intelliget, nisi se intellexerit, sed ita purum in sua majestate perstiterit? Plato igitur de essentia loquens ait, intelliget quidem essentiâ, sed non propterea exsistet ipsum maxime venerandum. Quasi essentia quidem intelligat, id vero, quod non intelligit, consistere in primis valeat venerandum. Quibus in verbis Plato ait exsistere, sive consistere, quoniam exprimere aliter non valebat. Augustinus au-

ὄντως σεμνὸν νομίζων εἶναι τὸ ὑπερβεβηκὸς τὸ νοεῖν.

tem vereque augustum et venerandum existimavit, quod intelligentiam supereminet.

Actionem omnem et alicujus exsistere et versari circa aliquid aliud arbitratur : mox intelligentiam esse vult actionem : deinde essentiam existimat actionis et intelligentiæ fundamentum. Merito igitur actionem, intelligentiam, essentiam principa- negat : quod quidem neque subest actui, neque circa aliud ullo modo versatur. Si, posita semel ipsa bonitate, mox intelligen tiam huic attribuis : aut nihilo differre putas, aut aliquo. Si nihilo, frustra intelligentiam ibi nominas, si aliquo cum summo bono misces, minus bonum. Sit ergo bonitas ipsa non intelligentia quidem proprie, sed intelligentiæ causa, lux, certitudo, veritas in se consistens : in quam velut summum optabilissimumque desinit totus intelligentiæ nixus. Est denique bonitate tanta potestas, ut intelligentia, quæ imago prima ejus exsistit, sit substantia prima.

Μ'. Καὶ ὅτι μὲν μὴ δεῖ νόησιν περὶ αὐτὸν εἶναι, εἰδείεν ἂν οἱ προσαψάμενοι τοῦ τοιούτου. Δεῖ γε μὴν παραμύθια ἅττα πρὸς τοῖς εἰρημένοις κομίζειν, εἴ πῃ οἷόν τε τῷ λόγῳ σημῆναι. Δεῖ δὲ τὴν πειθὼ μεμιγμένην ἔχειν τὴν ἀνάγκην. Δεῖ τοίνυν γιγώσκειν, ἐπιστήσαντα, ὡς νόησις πᾶσα ἔκ τινός ἐστι καὶ τινός. Καὶ ἡ μὲν συνοῦσα τῷ ἐξ οὗ ἔστιν, ὑποκείμενον μὲν ἔχει τὸ οὗ ἐστι νόησις· οἷον δὲ ἐπικείμενον αὐτῇ γίγνεται ἐνέργεια αὐτοῦ οὖσα, καὶ πληροῦσα τὸ δυνάμει ἐκεῖνο, οὐδὲν αὐτὴ γεννῶσα. Ἐκείνου γάρ ἐστιν, οὗ ἔστι μόνον, οἷον τελείωσις. Ἡ δὲ οὖσα νόησις μετὰ οὐσίας καὶ ὑποστήσασα τὴν οὐσίαν οὐκ ἂν δύναιτο ἐν ἐκείνῳ εἶναι, ἀφ' οὗ ἐγένετο, οὐ γὰρ ἂν ἐγέννησέ τι ἐν ἐκείνῳ οὖσα. Ἀλλ' οὖσα δύναμις τοῦ γεννᾶν ἐφ' ἑαυτῆς ἐγέννα, καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτῆς ἐστιν οὐσία, καὶ σύνεστιν ἐν τῇ οὐσίᾳ, καὶ ἔστιν οὐχ ἕτερον ἡ νόησις καὶ ἡ οὐσία αὕτη, καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν νοεῖ ἡ φύσις, οὐχ ἕτερον, ἀλλ' ἢ λόγῳ τὸ νοούμενον καὶ τὸ νοοῦν, πλῆθος ὄν, ὡς δέδεικται πολλαχῇ. Καὶ ἔστιν αὕτη πρώτη ἐνέργεια ὑπόστασιν γεννήσασα εἰς οὐσίαν καὶ ἴνδαλμα ὂν ἄλλου, οὕτως ἐστὶ μεγάλου τινός, ὥστε ἐγένετο οὐσία. Εἰ δ' ἦν ἐκείνου καὶ μὴ ἀπ' ἐκείνου, οὐδ' ἂν ἄλλο τι, ἢ ἐκείνου ἦν, καὶ οὐκ ἂν ἐφ' ἑαυτῆς ὑπόστασις ἦν. Πρώτη δὲ οὖσα αὕτη ἐνέργεια καὶ πρώτη νόησις, οὐκ ἂν ἔχοι οὔτε ἐνέργειαν πρὸ αὐτῆς οὔτε νόησιν. Μεταβαίνων τοίνυν τις ἀπὸ ταύτης τῆς οὐσίας καὶ νοήσεως οὔτε ἐπὶ τὴν οὐσίαν ἥξει οὔτε ἐπὶ νόησιν, ἀλλ' ἐπέκεινα ἥξει οὐσίας καὶ νοήσεως ἐπί τι θαυμαστὸν, ὃ μήτε ἔχει ἐν αὑτῷ οὐσίαν μήτε νόησιν, ἀλλ' ἔστιν ἔρημον αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ, τῶν ἐξ αὐτοῦ οὐδὲν δεόμενον. Οὐ γὰρ ἐνεργήσας πρότερον ἐγέννησεν ἐνέργειαν· ἤδη γὰρ ἂν ἦν, πρὶν γενέσθαι· οὐδὲ νοήσας ἐγέννησε νόησιν· ἤδη γὰρ ἂν νενοήκει. Ὅλως γὰρ νόησις, εἰ μὲν ἀγαθοῦ, χεῖρον αὐτοῦ, ὥστε οὐ τοῦ ἀγαθοῦ ἂν εἴη. Λέγω δὲ, οὐ τοῦ ἀγαθοῦ, οὐχ ὅτι μή ἐστι τὸ ἀγαθὸν (τοῦτο γὰρ ἔστω), ἀλλ' ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ ἀγαθῷ οὐκ ἂν εἴη νόησις, ἢ ἓν ἔσται ὁμοῦ τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἔλαττον αὐτοῦ, ἡ νόησις αὐτοῦ. Εἰ δὲ χεῖρον ἔσται, ὁμοῦ ἡ νόησις ἔσται καὶ οὐσία. Εἰ δὲ κρεῖττον ἡ νόησις, τὸν νοητὸν χεῖρον ἔσται, οὗδὲ ἐν τῷ ἀγαθῷ ἡ νόησις, ἀλλὰ χεῖρον οὖσα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ἀξιωθεῖσα, ἑτέρωθι ἂν εἴη αὐτοῦ καθαρὸν ἐκεῖνο, ὥσπερ τῶν ἄλλων καὶ αὐτῆς ἀφεῖσα. Καθαρὸν δὲ ὂν νοήσεως εἰλικρινές ἐστιν, ὅ ἐστιν, οὐ παραποδιζόμενον τῇ νοήσει παρούσῃ, ὡς μὴ εἰλικρινὲς καὶ ἓν εἶναι. Εἰ δέ τις καὶ τοῦτο ἅμα νοοῦν καὶ νοούμενον ποιεῖ καὶ οὐσίαν καὶ νόησιν συνοῦ-

XL. Intelligentiam circa primum esse non oportere, cognoscere quidem poterunt, qui tale quiddam attigerint. Præstat autem persuasiones quasdam superioribus adhibere, si qua conditione, quod volumus, verbis significare possimus Oportet sane necessitatem cum probabili persuasione mi scere. Animadvertendum est in primis, omnem intelligentiam tum ex aliquo, tum alicujus exsistere. Et profecto, qui cum illo, ex quo est, cohæret, subjectum quidem habet illud, cujus est intellectio : atque ipsa est velut inhærens aliquid, et actus illius, ejusdemque potentiam implens, nihil interea generans. Illius namque est cujus est duntaxat tanquam ejus perfectio quædam. Intelligentia vero, qua cum essentia est, et per quam consistit essentiæ subsistentia, non potest in eo esse, a quo facta est : alioquin, si esset in eo, nihil utique genuisset. Verum, dum sit quædam generandi potestas, genuit in se ipsa, actioque ejus est essentia, coexsistitque in essentia. Neque illic diversum est intelligentia atque hæc ipsa essentia : sed hæc ipsa natura se ipsam intelligit, non tanquam diversum aliquid, nisi ratione tantum ibi sit, quod intelligitur et quod intelligit, quamvis multitudo quædam sit, ut sæpe jam est demonstratum. Jam vero hæc ipsa est actio prima subsistentiam generans in essentiam. Cumque alterius sit imago, tanquam excelsi imago est, ut sit et essentia. Sin autem illius qui esset foret, neque tamen ab illo, nihil in se aliud esset, quam quod foret illius, neque in se ipsa substantia foret. Cum igitur actio hæc prima sit et intelligentia prima, nimirum nullam super se vel actionem vel intelligentiam habet. Quisquis ergo hanc essentiam intellectionemque transcenderit, neque ad essentiam neque ad intelligentiam ultra perveniet, sed super essentiam intelligentiamque ascendet ad aliquid admirandum, quod nec essentiam, nec intellectionem in se ullam prorsus admittit : sed solum porumque in se ipso consistit, nullo eorum, quæ ab ipso sunt, indigens. Non enim prius agens genuit actionem : alioquin jam actus exsisteret, antequam actus exoriretur. Neque intelligens intelligentiam genuit : alioquin prius quidem intellexisset, quam intellectio nasceretur. Omnino vero intelligentia, siquidem boni est, aliquid est bono deterius : quapropter non est ipsius boni. Dico autem, non ipsius boni, non quia bonum intelligi nequeat : hoc enim in præsentia concedatur sed quoniam in ipso bono nulla est intellectio : alioquin unum erit simul bonum ipsum, quodve minus est bono, id est ipsius intelligentia. Si autem aliquid deterius sit, simul intelligentia essentiaque exsistit. At si bonum ipsum præstantius est intelligentia ; simul intelligibile deterius erit, nec intellectio erit in bono : sed cum hæc sit deterius aliquid, et propterea majestatem boni revereatur, purum habitat seorsum a bono, purum illud dimittens ab aliis, sic et ab ipsa liberum permanere. Cum vero ab intellectione sit purum, sincere admodum hoc ipsum, quod est, exsistit, nulla intellectionis præsentia impedimentum, quominus unum sit penitus et sincerum. Si quis autem hoc intelligens simul intellectumque confingat, et essentiam intelligentiamque simul cum essentia con-

σαν τῇ οὐσίᾳ, καὶ οὕτως αὐτὸ νοοῦν θέλῃ ποιεῖν, ἄλλου δεήσεται καὶ τούτου πρὸ αὐτοῦ· ἐπείπερ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ νόησις ἢ ἄλλου ὑποκειμένου τελείωσις ἢ συνυπόστασις οὖσα, πρὸ αὐτῆς καὶ αὐτὴ ἄλλην ἔχει φύσιν, ᾗ καὶ τὸ νοεῖν εἰκότως· καὶ γὰρ ἔχει, ὃ νοήσει, ὅτι ἄλλο πρὸ αὐτῆς· καὶ ὅταν αὐτὴ αὐτὴν οἷον καταμανθάνει, ἃ ἔσχεν ἐκ τῆς ἄλλου θέας ἐν αὐτῇ· ᾧ δὲ μήτε τι ἄλλο πρὸ αὐτοῦ, μήτε τι σύνεστιν αὐτῷ ἐξ ἄλλου, τί καὶ νοήσει ἢ πῶς ἑαυτό; τί γὰρ ἐζήτει; ἢ τί ἐπόθει; ἢ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὅση; ὡς ἐκτὸς οὔσης αὐτοῦ, καθ' ὃ ἐνόει· λέγω δέ, εἰ ἄλλη μὲν ἡ δύναμις αὐτοῦ, ἣν ἐμάνθανεν, ἄλλη δέ, ᾗ ἐμάνθανεν· εἰ δὲ μία, τί ζητεῖ;

rantem, atque illud se ipsum intelligens effingere moliatur, certe alio quodam et hoc quidem prorsus superiore egebit. Siquidem actus intelligentiaque vel alterius subjecti perfectio quædam est, vel si sit (ut ita dixerim) consubstantia quædam, adhuc ante se ipsam quoque aliam habet naturam, cujus virtute hunc jure convenit intelligere. Jam vero idcirco, quod intelligat, habet, quoniam aliud est super ipsam: quin etiam, quando se ipsam intelligit, tunc velut agnoscit, quæ prius ex quodam alterius intuitu reportavit. Illud autem, quo nihil superius est, cui nihil inest ex alio, quidnam intelliget? quove modo se ipsum? nempe si ad se convertatur intelligendo, quidnam quærit? quidve desiderat? Numquid, quanta sui potentia sit, metiri contendit? quasi videlicet illa extra ipsum sit, quatenus intelligit ipsam: dico autem, si quidem alia quidem sit ejus potentia, quam perdiscit, alia vero, qua discit. Sin autem omnino sit una, quidnam perquirit?

Visus factus est, et nititur ad capiendum lumen: lumini igitur non est opus visu: ita nec ipsi bono opus est intellectu ejus actuque, qui ad id duntaxat natura contendit, ut accipiat boni lumen.

Si ipsum bonum dixeris intelligere, aut intelligendo nihil proficit: intelligit ergo frustra: aut proficit, nec igitur erat prius ipsum bonum. Si sui ipsius intelligentia ad hoc ipsum confert, ut intimæ partes enumerentur, totumque sibi concilietur, non est opus intelligentia simplicissimo. Ubi summum in cognitionis ordine posuisti primum, scilicet intellectum, non adjungis rationem, imaginationem, sensum, oculum, ne et adjungas temere, et inficias, quod est optimum. Similiter ubi concesseris immensam sufficientissimi boni lucem, quæ est intelligentiæ finis, intelligentiam huic adhibere non debes.

ΜΑ'. Κινδυνεύει γὰρ βοήθεια τὸ νοεῖν δεδόσθαι ταῖς φύσεσι ταῖς θειοτέραις μὲν, ἐλάττοσι δὲ οὔσαις, καὶ οἷον αὐταῖς τυφλαῖς οὔσαις ὄμμα. Ὁ δ' ὀφθαλμὸς τί ἂν δέοιτο τὸ ὂν ὁρᾷν φῶς αὐτὸς ὤν; ὃ δ' ἂν δέηται δι' ὀφθαλμοῦ, σκότον ἔχον παρ' αὐτῷ, φῶς ζητεῖ. Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ νοεῖν, τὸ δὲ φῶς φῶς οὐ ζητεῖ, οὐκ ἂν ἐκείνη ἡ αὐτὴ, φῶς μὴ ζητοῦσα, ζητήσειε νοεῖν, οὐδὲ προσήκει αὐτῇ τὸ νοεῖν. Τί γὰρ καὶ ποιήσει, ἢ τί προσθήσει δεόμενος καὶ αὐτὸς ὁ νοῦς, ἵνα νοῇ; οὐκ αἰσθάνεται ὢν ἑαυτοῦ, οὐ γὰρ δεῖται, οὐδ' ἔστι δύο, μᾶλλον δὲ πλείω αὐτὸς ἡ νόησις, οὐ γὰρ δὴ νόησις αὐτός. Δεῖ δὲ τρίτον καὶ τὸ νοούμενον εἶναι. Εἰ δὲ ταὐτὸν νοῦς, νόησις, νοητὸν, πάντῃ ἓν γενόμενα, ἀφανιεῖ αὐτὰ ἐν αὐτοῖς· διακριθέντα δὲ τὸ ἄλλο πάλιν οὗ οὐκ ἐκεῖνο ἔσται. Ἑατέον οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἐπὶ φύσεως ἀρίστης οὐδεμιᾶς ἐπικουρίας δεομένης· ὃ γὰρ ἂν προσθῇς, ἠλάττωσας τῇ προσθήκῃ τὴν οὐδενὸς δεομένην. Ἡμῖν μὲν γὰρ ἦν ἡ νόησις καλὸν, ὅτι ψυχὴ δεῖται νοῦν ἔχειν, καὶ νῷ, ὅτι τὸ εἶναι αὐτῷ ταὐτὸν, καὶ ἡ νόησις πεποίκεν αὐτόν. Συνεῖναι οὖν δεῖ τῇ νοήσει τοῦτον, καὶ συνεσιν αὐτοῦ λαμβάνειν ἀεὶ, ὅτι τοῦτο τοῦτο, ὅτι τὰ δύο ἕν· εἰ δὲ ἓν ἦν μόνον, ἤρκεσεν ἂν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἂν ἐδεήθη λαβεῖν. Ἐπεὶ καὶ τὸ γνῶθι σαυτὸν λέγεται τούτοις, οἳ διὰ τὸ πλῆθος ἑαυτῶν ἔργον ἔχουσι διαριθμεῖν ἑαυτοὺς καὶ μαθεῖν, ὅσα καὶ ποῖα ὄντες οὐ πάντα ἴσασιν, ἢ οὐδὲν, οὐδ' ὅτι ἄρχει, οὐδὲ κατὰ τί αὐτοί. Εἰ δέ τί ἐστιν αὐτῷ, μειζόνως ἐστὶν, ἢ κατὰ γνῶσιν καὶ νόησιν καὶ συναίσθησιν αὐτοῦ, ἐπεὶ οὐδὲ ἑαυτῷ οὐδέν ἐστιν. Οὐδὲν γὰρ εἰσάγει εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ ἀρκεῖ αὐτό. Οὐ τοίνυν οὐδ' ἀγαθὸν αὐτῷ, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις. Ταῦτα γὰρ καὶ δεῖται αὐτοῦ, αὐτὸ δὲ οὐκ ἂν δέοιτο ἑαυτοῦ· γελοῖον γὰρ, οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἐνδεὲς ἦν αὐτοῦ· οὐδὲ βλέπει δὴ ἑαυτό· δεῖ γάρ τι εἶναι καὶ γίγνεσθαι αὐτῷ ἐκ τοῦ βλέπειν. Τούτων γὰρ ἁπάντων παραχεχώρηκε τοῖς μετ' αὐτὸ, καὶ κινδυνεύει μηδὲν τῶν προσόντων τοῖς ἄλλοις ἐκείνῳ

XLI. Videtur autem intelligendi donum naturis quidem divinis, quamvis non primis, adminiculi gratia fuisse tributum, ac velut oculus illis, natura sua quasi cæcis, adhibitus. Oculus autem ipse si lumen ipsum foret, nequaquam indigeret ens velut lumen aspicere: qui autem indiget, tanquam ex se tenebrosus, per oculum quærit lumen. Si ergo intelligentiæ unxus quærit lumen, lumen autem non expetit lumen, certe natura prima, cum non desideret lumen, nec etiam appetit intelligere. Huic ergo intelligentiam non debes adjungere: nihil enim inde proficies. Ac si vel animus vel intellectus contendat adjungere, idcirco, quia ipse adminiculo ad intelligentiam indiget, adducitur, ut intelligat. Igitur neque se ipsum sentit (non enim hoc indiget), neque duo quædam est, imo vero, si ibi sit intellectio, plura quam duo erit: non enim ipse est intellectio. Oportet insuper adesse tertium, ipsum videlicet quod intelligitur. Si autem idem prorsus intellectus, intelligentia, intelligibile sit, certe unum prorsus effecta se ipsis penitus confundent: ac si discernantur, ut aliud ibi aliudque sit, rursus primum ipsum esse non poterunt. Oportet igitur in optima natura consideranda cetera omnia prorsus omittere, quippe cum nullo indigeat adjumento: quidquid enim adjunxeris, naturam nullius egenam addendo diminues. Nobis quidem intelligentia pulchrum aliquid est, quoniam anima indiget intellectu: pulchrum etiam intellectui, quoniam esse huic est idem, ipsaque intelligentia fecit ipsum. Huic igitur expedit cum intelligentia copulari, suique ipsius semper effici conscium, animadvertendo videlicet, hoc ibi esse, quod duo illic unum sint: sin autem unum duntaxat exsisteret, sibi certe sufficeret, neque sibi quidquam forte accipiendum. Jam vero præceptum illud: Cognosce te ipsum, illos tantum admonet, qui propter multitudinem sibi insitam ad hoc adducuntur, ut se ipsos enumerent discantque, quot et qualia ipsi in se habentes nondum omnia cognoverunt, vel nullum potius: neque quid teneat principatum, neque secundum quid potissimum exsistere judicandi sint. Si quid autem sit hoc ipsum singulariter unum, excellentius est, quam si cognoverit et intellexerit senseritque se ipsum: quoniam neque sibimet ipsum aliquid est. Nihil enim in se introducit, sed procul dubio sibi sufficit ipsum. Quam ob rem neque sibimet bonum est, sed ceteris. Reliqua enim eo semper indigent, illud autem se ipso non indiget: ridiculum namque id foret: sic enim sui ipsius foret egenum. Neque igitur se ipsum inspicit: oporteret enim aliquid esse fierique illi ob actum ipsum respiciendi. Hæc utique omnia sequentibus facile concessisse videtur, apparetque nihil eorum, quæ ceteris adsunt, illi usquam adesse: quemadmodum neque illi adest essentia. Neque

παρεῖναι, ὥσπερ οὐδὲ οὐσία· οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ νοεῖν, εἴπερ ἐνταῦθα ἡ οὐσία, καὶ ὁμοῦ ἄμφω ἡ νόησις ἡ πρώτη καὶ κυρίως, καὶ τὸ εἶναι· διὸ οὔτε λόγος, οὔτε αἴσθησις, οὔτε ἐπιστήμη, ὅτι μηδέν ἐστι κατηγορεῖν αὐτοῦ ὡς παρόν.

igitur intellectio : siquidem cum intelligentia concurrit essentia, simulque sunt ambo prima præcipuaque intelligentia et ipsum esse conspirans. His ergo de causis, inquit Plato, neque sermonem, neque sensum, neque scientiam habere posse de primo : quoniam videlicet nihil de illo tanquam accedens prædicari possit.

Tria sunt præcipua rerum principia, bonum, prima mens, anima mundi. Sicut in anima mundi hæc ipsa mundi membra illinc genita collocari non debent : ita nec mobiles animæ discursiones affectionesque pendentes ab intellectu sunt in intellecta ponendæ, ita denique nec intelligentiæ speciesque rerum intellectui propriæ pendentesque ex bono attribuendæ sunt bono.

ΜΒ'. Ἀλλ' ὅταν ἀπορῇς ἐν τῷ τοιούτῳ καὶ ζητῇς, ὅπου δεῖ ταῦτα θέσθαι, λογισμῷ ἐπ' αὐτὰ στελλόμενος ἀπόθου ταῦτα, ἃ νομίζεις σεμνὰ εἶναι ἐν τοῖς δευτέροις, καὶ μήτε τὰ δεύτερα προστίθει τῷ πρώτῳ, μήτε τὰ τρίτα τοῖς δευτέροις, ἀλλὰ τὰ δεύτερα περὶ τὸ πρῶτον τίθει, καὶ τὰ τρίτα περὶ τὸ δεύτερον· οὕτω γὰρ αὐτὰ ἕκαστα ἐάσεις, ὡς ἔχει, καὶ τὰ ὕστερα ἐξαρτήσεις ἐκείνων, ὡς ἐκεῖνα περιθέοντα, ἐφ' ἑαυτῶν ὄντα. Διὸ καὶ ὀρθῶς καὶ ταύτῃ λέγεται, περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστί, κἀκείνου ἕνεκα πάντα, τὰ πάντα ὄντα λέγοντος αὐτοῦ καὶ τὸ ἐκείνου ἕνεκα, ἐπειδὴ καὶ τοῦ εἶναι, αἴτιος αὐτοῖς, καὶ οἷον ὀρέγεται ἐκείνου ἑτέρου ὄντος τῶν πάντων, καὶ οὐδὲν ἔχοντος, ὃ ἐκείνοις πάρεστιν, ἢ οὐκ ἂν εἴη ἔτι τὰ πάντα, εἴ τι ἐκείνῳ τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτὸν παρείη. Εἰ οὖν καὶ νοῦς τῶν πάντων, οὐδὲ νοῦς ἐκείνῳ. Αἴτιον δὲ λέγων πάντων καλῶν τὸ καλὸν ἐν τοῖς εἴδεσι φαίνεται τιθέμενος, αὐτὸ δὲ ὑπὲρ τὸ καλὸν πᾶν τοῦτο. Ταῦτα δὴ δεύτερα τιθεὶς εἰς τὰ τρίτα φησὶν ἀνηρτῆσθαι, τὰ μετ' αὐτὰ γενόμενα. Καὶ περὶ τὰ τρίτα δὲ τιθεὶς εἶναι, δῆλον ὅτι τὰ γενόμενα ἐκ τῶν τρίτων, κόσμον τόνδε εἰς ψυχήν. Ἀνηρτημένης δὲ ψυχῆς εἰς νοῦν, καὶ νοῦ εἰς τὸ ἀγαθὸν, οὕτω πάντα εἰς ἐκεῖνο διὰ μέσων, τῶν μὲν πλησίον, τῶν δὲ τοῖς πλησίον γειτονούντων· ἐσχάτην δ' ἀπόστασιν τῶν αἰσθητῶν ἐχόντων εἰς ψυχὴν ἀνηρτημένων.

XLII. Tu vero, quando circa hæc ambigis, quærisque ubi hæc potissimum sint ponenda, rationis discursu ad hæc denique tractus, hæc ipsa, quæ in sequentibus existimas honoranda, rejice protinus in sequentia, neque secunda primo adhibeas, neque tertia secundis adjungas ; sed secunda quidem pone circa primum, tertia vero circa secundum : sic enim singulas, sicut in se sunt, se habere permittes, et sequentia suspendes ex illis, utpote circa illa se undique diffundentia, cum illa interim in se consistant. Quapropter hanc quoque ob causam recte scribitur a Platone : circa omnium regem omnia sunt : illius gratia omnia : ipse causa est pulchrorum omnium. Cum omnia dicit, omnia intelligit entia. Addit et illius gratia, nec injuria, quoniam ille causa est eorum, quæ quidem illum appetunt, tanquam qui ab omnibus sit diversus, neque quicquam eorum, quæ illis conveniunt, ipse habeat : alioquin haud ultra omnia forent, si quid eorum, quæ post ipsum sunt, ipsi contingeret. Si ergo et intellectus in omnium numero computatur, merito illi nec intellectus inest. Præterea ubi causam appellat deum pulchrorum omnium, ponere videtur pulchrum in speciebus, summum vero deum super universum hoc pulchrum in speciebus proprie constitutum. Proinde cum intelligibilia hæc secundo in gradu posuerit, ad hæc deinceps subnecti tertia tradit, quæ videlicet post illa fiunt. Deinde circa tertia ponit illa videlicet, quæ nascuntur ex tertiis, nostrum hunc scilicet mundum ex anima pendentem. Cum vero tertia, id est, quæ ad animam pertinent, subnectantur ad mentem, ac mens redigatur ad bonum, ita nimirum ad illud omnia certis gradibus reducuntur : alia quidem proxime, alia vero proximis adhærentia. Sed inter omnia longissime ab eo sensibilia distant, quæ quidem ad animam continue referuntur.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ϛ

ΛΟΓΟΣ Η.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΚΟΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΛΗΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΕΝΟΣ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER VIII.

DE LIBERTATE ET VOLUNTATE UNIUS.

Voluntarium apud nos est, quod ipsi voluntate libera certaque facimus. Libera, id est, violentia nulla compulsi : certa, hoc est, nulla prorsus ignorantia lapsi; circa idem re vera domini sumus.

Α'. Ἆρ' ἔστι καὶ ἐπὶ θεῶν, εἴ τι ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς, ζητεῖν, ἢ ἐν ἀνθρώποις ἀδυναμίαις τε καὶ ἀμφισβητησίμοις δυνάμεσι τὸ τοιοῦτον ἂν πρέποι ζητεῖν; θεοῖς δέ τε τὰ πάντα δύνασθαι ἐπιτρεπτέον, καὶ ἐπ' αὐτοῖς οὐ μόνον τι, ἀλλὰ καὶ πάντα εἶναι. Ἢ τὴν δύναμιν δὴ πᾶσαν καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ δὴ πάντα ἑνὶ ἐπιτρεπτέον; τοῖς δ' ἄλλοις τὰ μὲν οὕτως, τὰ δ' ἐκείνως ἔχειν, καί τισιν ἑκατέρως· ἢ καὶ ταῦτα μὲν ζητητέον, τολμητέον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων καὶ τοῦ ἄνω ὑπὲρ πάντα ζητεῖν τὸ τοιοῦτον, πῶς τὸ ἐπ' αὐτῷ, κἂν πάντα συγχωρῶμεν δύνασθαι. Καίτοι καὶ τὸ δύνασθαι τοῦτο, σκεπτέον πῶς ποτε λέγεται, μήποτε οὕτως τὸ μὲν δύναμιν, τὸ δ' ἐνέργειαν φήσομεν, καὶ ἐνέργειαν μέλλουσαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ παρόντι ἀναβλητέον, πρότερον δὲ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, ἐφ' ὧν καὶ ζητεῖν ἔθος, εἴ τι ἐφ' ἡμῖν ὂν τυγχάνει. Πρῶτον ζητητέον τί ποτε δεῖ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναί τι λέγειν· τοῦτο δέ ἐστι τίς ἔννοια τοῦ τοιούτου; οὕτω γὰρ ἄν πως γνωσθείη, εἰ καὶ ἐπὶ θεούς, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ θεὸν ἁρμόζει μεταφέρειν ἢ οὐ μετενεκτέον. Ἢ μετενεκτέον μέν, ζητητέον δὲ, πῶς τὸ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς τε ἄλλοις καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων. Τί τοίνυν νοοῦντες τὸ ἐφ' ἡμῖν λέγομεν, καὶ διὰ τί ζητοῦντες; ἐγὼ μὲν οἶμαι ἐν ταῖς ἐναντίαις κινούμενοι τύχαις τε καὶ ἀνάγκαις καὶ παθῶν ἰσχυραῖς προβολαῖς τὴν ψυχὴν κατεχούσαις ἅπαντα ταῦτα κύρια νομίσαντες εἶναι, καὶ δουλεύοντες αὐτοῖς καὶ φερόμενοι ἦ ἐκεῖνα ἄγοι, μή ποτε οὐδέν ἐσμεν οὐδέ τί ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, ἠπορήσαμεν, ὡς τούτου ἐσομένου ἂν ἐφ' ἡμῖν, ὃ μὴ τύχαις δουλεύοντες, μηδὲ ἀνάγκαις, μηδὲ πάθεσιν ἰσχυροῖς, πρᾶξαι μὲν ἂν βουληθέντες, οὐδενὸς ἐναντιουμένου ταῖς βουλήσεσιν. Εἰ δὲ τοῦτο, εἴη ἂν ἡ ἔννοια τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ὃ τῇ βουλήσει δουλεύει, καὶ παρὰ τοῦτο ἂν γένοιτο ἢ μή, παρ' ὅσον βουληθείημεν ἄν. Ἑκούσιον μὲν γὰρ πᾶν, ὃ μὴ βίᾳ μετὰ τοῦ εἰδέναι, ἐφ' ἡμῖν δὲ, ὃ καὶ κύριοι πρᾶξαι· καὶ συνθεῖ μὲν ἂν πολλαχοῦ ἄμφω, καὶ τοῦ λόγου αὐτῶν ἑτέρου ὄντος, ἔστι δ' οὗ καὶ διαφωνήσειεν ἄν· οἷον εἰ κύριος ἦν τοῦ ἀποκτεῖναι, ἦν ἂν οὐχ ἑκούσιον αὐτῷ πεπραχότι, εἰ τὸν πατέρα ἠγνόει τοῦτον εἶναι. Τάχα δ' ἂν κἀκείνῳ διαφωνοῖ ἔχοντι τὸ ἐφ' ἑαυτῷ. Δεῖ δὴ καὶ τὴν εἴδησιν ἐν τῷ ἑκουσίῳ, οὐκ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα μόνον εἶναι ἀλλὰ καὶ ὅλως. Διὰ τί γὰρ, εἰ μὲν

I. Numquid circa deos etiam decet inquirere, utrum aliquid in eorum arbitrio positum sit, necne, an potius circa homines ob eorum imbecillitatem et dubiam facultatem tale aliquid quærere decet? Deos autem omnia posse concedendum est, atque in eorum arbitrio non solum aliquid esse situm, sed et omnia posita. An forsan potentiam quidem omnem liberumque cunctorum arbitrium attribuere uni tantum debemus? in ceteris autem hæc quidem hoc modo, illa vero illo se modo habere : atque in quibusdam utraque pariter ratione se habere licet asserere. An potius et hæc quidem investiganda sunt, audendum vero et in primis, et in eo, quod super omnia est, tale aliquid indagare? qua videlicet conditione accipiendum sit, quod dici solet, in eorum esse arbitrio positum, quamvis posse omnia concedamus. Quin etiam et de hoc, quod posse dicimus, quomodo dicatur rite, considerandum, ne forte, ità loquentes, apud deos aliud quidem potentiam, aliud vero actum esse confiteamur : et actum quidem futurum forsitan concedamus. Sed hæc quidem in posterum differenda videntur, ac prius idem in nobis investigandum, de quibus investigari solet, si quid in nostro sit arbitrio positum. In primis ergo quærendum, quid hoc ipsum esse dicendum sit, quod fertur esse in nobis aliquid, id est, in nostro arbitrio constitutum. Quærendum, inquam, quænam facultatis hujus definitio sit : sic enim quodammodo cognoscetur, utrum et ad deos, multoque magis ad ipsum deum hæc transferre conveniat, necne. An potius deceat quidem, attamen investigandum sit, quomodo sit aliquid in eorum arbitrio collocatum, cum in aliis, tum etiam in supremis. Quidnam igitur cogitamus, quando in nobis aliquid esse dicimus? quamve ob causam hoc inquirimus? Contrariis igitur (ut arbitror) agitati fortunis, et adversis compulsi necessitatibus, perturbationumque vehementibus incursibus raptati animum obsidentibus, nimirum hæc omnia imperium in nos jam habere putavimus, eisque servientes et, quocumque trahunt, præcipitati, merito in controversiam hanc incidimus, verentes, ne forte nihil penes nos ipsi simus, nihilque in nostra auctoritate consistat : quasi hoc in nostro arbitrio sit futurum, quod aliquando, neque fortunis, neque necessitatibus, neque perturbationibus vehementibus servientes, et agamus voluntate, et nihil voluntati interim adversetur. Si autem hoc ita se habet, ratio ejus, quod in nostro consistit arbitrio, erit ejusmodi, quod videlicet voluntati servit, atque eatenus vel fit, vel non fit, quatenus ipsi velimus. Jam vero voluntarium quidem est, quod et absque violentia et cum cognitione peragitur : in nobis autem, id est, in nostro arbitrio est, ad quod agendum domini ipsi sumus. Atqui ambo hæc inter se sæpe concurrunt, quamvis sit eorum ratio differens : nonnunquam vero dissentire videntur. Perinde ac si quis dominationem auctoritatemque habeat ad hominem perimendum, neque tamen id illi, postquam egerit, sit voluntarium, si, quando quem interfecit, patrem esse nesciverit. Forsan vero hoc ipsum, quod dicitur voluntarium, nunquam penes illum, qui verum arbitrium habeat, ab ipso arbitrio dissonabit. Oportet saue cognitionem de hoc, quod dicitur voluntarium, non circa singula tantum, sed omnino simpliciterque haberi. Dic age, curnam, si ignorat quidem, illum esse patrem vel amicum, homicidium in-

ἀγνοεῖ, ὅτι φίλιος, ἀκούσιον; εἰ δὲ ἀγνοεῖ, ὅτι μὴ δεῖ, οὐκ ἀκούσιον; εἰ δ', ὅτι ἔδει μανθάνειν, οὐχ ἑκούσιον τὸ μὴ εἰδέναι, ὅτι ἔδει μανθάνειν, ἢ τὸ ἀπάγον ἀπὸ τοῦ μανθάνειν.

voluntarium judicetur? Sin autem ignoret, patrari homicidium non decere, non etiam involuntarium censeatur? At si dicatur non existimari homicidium hoc involuntarium, quoniam discere hoc oportuerit, certe non voluntarium est ignorare, quod discere id oportuerit, vel etiam quod prohibet, ne addiscat.

Non agimus tanquam re vera liberi actioniave domini, quatenus agimus secundum motum animi, incitatum per sensus affectusque sensuum a corporibus externis, vel etiam a corpore nostro. Jam vero motu sic incitato ratio vel nihil agit, vel ducitur a motu, vel ducit. In primo quidem et secundo gradu servi corporis et fortunæ sumus: in tertio vero dum videmur auctoritate quadam corpus resque similes gubernare, obsequimur et vivimus alienis, indulgemus necessitati, nec vivimus ea tranquillitate, qua volumus. Nec igitur omnino liberi dominique sumus.

Β'. Ἀλλ' ἐκεῖνο ζητητέον, τοῦτο δὴ τὸ ἀναφερόμενον εἰς ἡμᾶς ὡς ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχον, τίνι δεῖ διδόναι; ἢ γὰρ τῇ ὁρμῇ καὶ ἠτινιοῦν ὀρέξει, οἷον ὃ θυμῷ πράττεται, ἢ ἐπιθυμίᾳ, ἢ λογισμῷ τοῦ συμφέροντος μετ' ὀρέξεως, ἢ μὴ πράττεται. Ἀλλ' εἰ μὲν θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, καὶ παισὶ καὶ θηρίοις τὸ ἐπ' αὐτοῖς τι εἶναι δώσομεν, καὶ μαινομένοις καὶ ἐξεστηκόσι καὶ φαρμάκοις ἁλοῦσι καὶ ταῖς προπιπτούσαις φαντασίαις, ὧν οὐ κύριοι. Εἰ δὲ λογισμῷ μετ' ὀρέξεως, ἆρα εἰ καὶ πεπλανημένῳ τῷ λογισμῷ, ἢ τῷ ὀρθῷ λογισμῷ καὶ τῇ ὀρθῇ ὀρέξει; Καίτοι καὶ ἐνταῦθα ζητήσειεν ἄν τις, πότερα ὁ λογισμὸς τὴν ὄρεξιν ἐκίνησεν ἢ τοῦτον ἡ ὄρεξις. Καὶ γάρ, εἰ κατὰ φύσιν αἱ ὀρέξεις, εἰ μὲν ὡς ζώου καὶ τοῦ συνθέτου, ἠκολούθησεν ἡ ψυχὴ τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ· εἰ δὲ ὡς ψυχῆς μόνης, πολλὰ τῶν νῦν ἐφ' ἡμῖν λεγομένων, ἕξω ἂν τούτου γένοιτο. Εἶτα καί τις λογισμὸς ψιλὸς πρόεισι τῶν παθημάτων, ἥ τε φαντασία ἀναγκάζουσα, ἥ τε ὄρεξις ἐφ' ὅ τι ἂν ἀνάγκη ἕλκουσα, πῶς ἐν τούτοις κυρίους ποιεῖ; πῶς δ' ὅλως κύριοι, οὗ ἀγόμεθα; τὸ γὰρ ἐνδεὲς ἐξ ἀνάγκης πληρώσεως ὀρεγόμενον οὐκ ἔστι κύριον τοῦ ἐφ' ὃ παντελῶς ἄγεται. Πῶς δ' ὅλως αὐτό τι παρ' αὐτοῦ, ὃ παρ' ἄλλου, καὶ ἀρχὴν εἰς ἄλλο ἔχει, κἀκεῖθεν γεγένηται, οἷόν ἐστι; κατ' ἐκεῖνο γὰρ ζῇ, καὶ ὡς πέπλασται, ἢ οὕτω γε καὶ τὰ ἄψυχα ἕξει τὸ ἐπ' αὐτοῖς τι εἰληφέναι· ποιεῖ γὰρ ὡς γεγένηται καὶ τὸ πῦρ. Εἰ δ' ὅτι γιγνώσκει καὶ τὸ ζῶον καὶ ἡ ψυχὴ, ὃ ποιεῖ, εἰ μὲν αἰσθήσει, τίς ἡ προσθήκη πρὸς τὸ ἐπ' αὐτοῖς εἶναι; οὐ γὰρ ἡ αἴσθησις πεποίηκε τοῦ ἔργου κύριον, ἰδοῦσα μόνον. Εἰ δὲ γνώσει, εἰ μὲν γνώσει τοῦ ποιουμένου, καὶ ἐνταῦθα οἷδε μόνον, ἄλλο δὲ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἄγει. Εἰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ὄρεξιν ὁ λόγος ποιεῖ ἢ ἡ γνῶσις, καὶ κρατεῖ, εἰς τί ἀναφέρει ζητητέον, καὶ ὅλως ποῦ τοῦτο συμβαίνει; καὶ εἰ μὲν αὐτὸς ἄλλην ὄρεξιν ποιεῖ, πῶς ληπτέον· εἰ δὲ τὴν ὄρεξιν παύσας, ἔστη καὶ ἐνταῦθα τὸ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ ἐν πράξει τοῦτο ἔσται, ἀλλ' ἐν νῷ στήσεται τοῦτο, ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν πράξει πᾶν, κἂν κρατῇ ὁ λόγος, μικτὸν καὶ οὐ καθαρὸν δύναται τὸ ἐφ' ἡμῖν ἔχειν.

II. Reliquum est indagare hoc ipsum, quod in nos refertur, tanquam sit in nobis, cui potissimum attribuere deceat. Aut enim impetu et appetitu quodam id constare dicemus, velut quod ira vel concupiscentia fieri solet: aut ratiocinationi conferentis ipsius una cum appetitu, ut aliquid fiat vel non fiat, id muneris tribuemus. Verum, si iræ concupiscentiæque tribuerimus, consequenter fateri cogemur, pueros quoque et bruta ac furentes et mente prorsus alienatos: item veneficiis irretitos, et incidentibus imaginationibus occupatos, id arbitrii munus habere, cum tamen eorum, quæ narravimus, domini esse non possint. Sin autem rationis discursioni una cum appetitu conjunctæ arbitrium liberum concedamus, quærendum erit, utrum aberranti etiam rationi, an potius rationi rectæ et appetitui recto. Quin etiam quæret hic aliquis, utrum ratiocinatio moveat appetitum, vel vicissim hanc appetitus. Etenim, si secundum naturam sint appetitus, ita distinguere licet: si tanquam animalis sint compositique ipsius, sic utique anima naturæ sequetur necessitatem: sin autem tanquam solius animæ, multa, quæ nunc in nobis dicuntur consistere, extra id fieri videbuntur. Præterea ratiocinatio quædam nuda affectus præcedere solet: item imaginatio ipsa compellens, et appetitus, quo necessitas postulat, trahens, quonam pacto in iis nos efficit dominos? Rursus, quonam modo illius, quo ducimur, domini sumus? Quod enim indiget, impleri necessario cupiens, nimirum ei non dominatur, ad quod prorsus adducitur. Denique, quomodo penes illud aliquid est arbitrii, quod et ab alio pendet, et principium in aliud habet, atque inde qualecumque sit, effectum est? Nempe secundum illud vivit, atque ita vivit, ut est formatum: alioquin, si hoc habere dicatur arbitrium, inanimata quoque idem concedentur habere. Nam et ignis, sicut genitus est, sic agit. At si dicatur propterea interesse, quoniam animal et anima, quid agant, cognoscunt, ita distinguendum erit: si sensu id cognoscunt, quænam conditio huic adhibetur ad id obtinendum, ut arbitrio agant? Sensus namque, percipiens tantum, non efficit dominum actionis. Sin autem cognitione alia præter sensum libere aliquid agi dicatur, quæretur insuper, utrum ipsa ejus, quod fiat, cognitione, convincaturque et hic cognoscere tantum, duci vero ab alio ad agendum. Sin autem et præter appetitum ratio vel cognitio quædam facit, atque dominatur, perscrutandum est, ad quid potissimum referat, et omnino ubi et quomodo id contingat: atque si ratio ipsa alium efficiat appetitum, quo hunc modo faciat assumendum. Sin autem appetitum sedando sic rationem aliquis in se consistere dicat, atque hoc in statu liberum arbitrium collocari, certe id non in actione versabitur, sed in mente consistet: quoniam, quicquid in agendo versatur, quamvis ratio superet, mixtum quiddam est, neque purum id arbitrii munus habet, per quod in nobis id esse judicari possit.

Sicut duo servitutis gradus, ita libertatis duo: unus autem est inter utramque medius.

Servus enim est, qui imaginationem solam sequitur a corpore nostro vel externis corporibus incitatam: servus item, cujus etiam ratio imaginationi huic prorsus indulget. Liber primo, qui mente vivit sola contemplatione contentus, ceteris omnibus neglectis. Liber secundo, qui, si quid agit præterea, id solum legibus a contemplatione susceptis eligit, resque agendas refert

ad contemplandum. Ex libertate quadam et servitute permixtus esse videtur, qui imaginationem quidem subigit rationi rectæ, sed vitam activam, alioquin honestam, eligit tanquam finem.

Γ'. Διὸ σκεπτέον περὶ τούτων. Ἤδη γὰρ ἂν καὶ ἐγγὺς γιγνόμεθα τοῦ λόγου τοῦ περὶ θεῶν· ἀναγαγόντες τοίνυν τὸ ἐφ' ἡμῖν εἰς βούλησιν, εἶτα ταύτην ἐν λόγῳ θέμενοι, εἶτα ἐν λόγῳ ὀρθῷ. Ἴσως δὲ δεῖ προσθεῖναι τῷ ὀρθῷ τὸ τῆς ἐπιστήμης. Οὐ γὰρ, εἴ τις ἐδόξασεν ὀρθῶς καὶ ἔπραξεν, ἔχοι ἂν ἴσως ἀναμφισβήτητον τὸ αὐτεξούσιον, εἰ μὴ εἰδὼς διότι ὀρθῶς, ἀλλὰ τύχῃ ἢ φαντασίᾳ τινὶ πρὸς τὸ δέον ἀχθείς. Ἐπεὶ καὶ τὴν φαντασίαν οὐκ ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγοντες τοὺς κατ' αὐτὴν ὁρῶντας πῶς ἂν εἰς τὸ αὐτεξούσιον τάξαιμεν; ἀλλὰ γὰρ ἡμεῖς τὴν μὲν φαντασίαν, ἣν ἄν τις καὶ φαντασίαν κυρίως εἴποι, τὴν ἐκ τοῦ σώματος τῶν παθημάτων ἐγειρομένην. Καὶ γὰρ κενώσεις σίτων καὶ ποτῶν φαντασίας οἷον ἀναπλάττουσι, καὶ πληρώσεις αὖ, καὶ μεστός τις σπέρματος ἄλλα φαντάζεται, καὶ καθ' ἑκάστας ποιότητας ὑγρῶν τῶν ἐν σώματι τοὺς κατὰ τὰς τοιαύτας φαντασίας ἐνεργοῦντας εἰς ἀρχὴν αὐτεξούσιον ὡ τάξομεν. Διὸ καὶ τοῖς φαύλοις κατὰ ταύτας πράττουσι τὰ πολλὰ οὔτε τὸ ἐπ' αὐτοῖς οὔτε τὸ ἑκούσιον ὡσομεν, τῷ δὲ διὰ νοῦ τῶν ἐνεργειῶν ἐλευθέρῳ τῶν παθημάτων τοῦ σώματος τὸ αὐτεξούσιον δώσομεν, εἰς ἀρχὴν τὸ ἐφ' ἡμῖν καλλίστην ἀνάγοντες τὴν τοῦ νοῦ ἐνέργειαν καὶ τὰς ἐντεῦθεν προτάσεις ἐλευθέρας ὄντως δώσομεν, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς ἐκ τοῦ νοεῖν ἐγειρομένας οὐκ ἀκουσίους εἶναι δώσομεν, καὶ τοῖς θεοῖς τοῦτον ζῶσι τὸν τρόπον, ὅσοι νῷ καὶ ὀρέξει τῇ κατὰ νοῦν ζῶσι, φήσομεν παρεῖναι.

III. De iis ergo diligenter considerandum. Jam enim prope ad illud accedimus, quod de diis videbatur esse quærendum : quippe cum hoc ipsum, quod est in nobis, id est arbitrium, in voluntatem principio retulerimus, deinde hanc in ratione collocaverimus : post hæc in ratione recta. Forsan vero decet adjungere, in ratione, inquam, recta scientiam includente. Non enim, si quis recte opinatus aliquid egerit, jam arbitrium absque controversia liberum videtur habere, nisi, propter quid recte sic opinetur, agnoverit, sed sorte vel imaginatione quadam in id, quod opportunum est, incidisse videtur. Nempe cum imaginationem haud prorsus in arbitrio nostro positam concedamus, merito eos, qui secundum eam agunt, in statu libero minime computamus. Verum hic nos imaginationem illam accipimus, quam imaginationem proprie quis acceperit, quæ scilicet ex corporis passionibus excitatur. Vacuitas enim cibi potusque itemque saturitas imaginationem aliter quasi aliterque effingit, et aliquis genitali plenus semine imaginatur alia et aliter, quam exhaustus : ac summatim secundum singulas humorum corporis qualitates imaginationes variæ admodum incitantur. Eos igitur, qui per ejusmodi imaginationes agunt, in principio agendi libero minime collocamus. Quapropter et pravis, secundum imaginationes ejusmodi plurima facientibus, neque auctoritatem agendi liberam, neque munus voluntarium tribuemus : sed illi potius, qui per mentem agit liber ab omnibus corporis passionibus, arbitrium procul dubio liberum concedemus, atque ita ipsam agendi liberam potestatem in principium quam pulcherrimum reducemus, ad actum mentis præcipue referentes. Quin etiam propositiones deliberationesque inde profectas, rursusque appetitiones ab intelligentia excitatas re vera liberas confitebimur. Deos quinetiam hac ratione viventes, quicumque mente et appetitu quodam mentem sequente vivunt, ejusmodi libertatem habere dicemus.

Cum ratio libertatis in libero quodam motu consistat, adque volendum bonumque convertantur, intellectus libero voluntarioque incedit motu, quando certus ad verum sibi bonum agendo atque etiam gubernando procedit.

Quin etiam si pro natura sua intelligit, vult, eligit, agit, non ideo cogi dicitur, quoniam hoc ipsum inprimis sibi voluntarium est : nec ab alienis ad hoc adducitur : neque dici debet intellectualis actio intellectuali naturæ servire : ibi enim actio est, ipsâ naturâ, nec ab ipso bono sibi prorsus intimo cogi. Cum enim hoc ipsum, quod dicitur sui juris existere, ratione et gratia boni sit volendum, maxime omnium sui juris est intellectus summo bono quam proximus.

Δ'. Καίτοι ζητήσειεν ἄν τις, πῶς ποτε τὸ κατ' ὄρεξιν γιγνόμενον αὐτεξούσιον ἔσται, τῆς ὀρέξεως ἐπὶ τὸ ἔξω ἀγούσης, καίτοι ἐνδεὲς ἐχούσης. Ἄγεται γὰρ τὸ ὀρεγόμενον, κἂν εἰ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἄγοιτο. Καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ νοῦ αὐτοῦ ἀπορητέον, εἰ, ὅπερ πέφυκε καὶ ὡς πέφυκεν ἐνεργῶν, λέγοιτο ἂν τὸ ἐλεύθερον ἔχειν καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ, οὐκ ἔχων ἐπ' αὐτῷ τὸ μὴ ποιεῖν· ἔπειτα, εἰ ὅλως κυρίως λέγοιτο ἐπ' ἐκείνων τὸ ἐπ' αὐτοῖς, οἷς πρᾶξις οὐ πάρεστιν, ἀλλὰ καὶ οἷς πρᾶξις, ἡ ἀνάγκη ἔξωθεν· οὐ γὰρ μάτην πράξουσιν. Ἀλλ' οὖν πῶς τὸ ἐλεύθερον δουλευόντων καὶ τούτων τῇ αὐτῶν φύσει; ἢ εἰ μὴ ἑτέρῳ ἕπεσθαι ἠνάγκασται, πῶς ἂν τὸ δουλεύειν λέγοιτο; πῶς δὲ πρὸς τὸ ἀγαθόν τι φερόμενον ἠναγκασμένον ἂν εἴη, ἑκουσίου τῆς ἐφέσεως οὔσης, εἰ εἰδὼς, ὅτι ἀγαθὸν, ὡς ἐπ' ἀγαθὸν ἴοι; τὸ γὰρ ἀκούσιον ἀπαγωγὴ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πρὸς τὸ ἠναγκασμένον, εἰ πρὸς τοῦτο φέροιτο, ὃ μὴ ἀγαθὸν αὐτῷ, καὶ δουλεύει τοῦτο, ὃ μὴ κύριόν ἐστιν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἐλθεῖν, ἀλλ' ἑτέρου κρείττονος ἐφεστηκότος, ἀπάγεται τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν, δουλεῦον ἐκείνῳ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δουλεία

IV. Ceterum inquiret hinc aliquis, quonam pacto, quod efficitur appetitu, sit liberum, cum ad externum aliquid appetitio ducat, permixtamque habeat egestatem. Quod enim appetit, ducitur, quamvis ducatur ad bonum. Quin etiam de mente similiter dubitandum : numquid videlicet, si et, quod et quomodo naturaliter instituta est, agit, simul tamen libertatem et principium in se agendi dicatur habere, cum non sit in sua facultate non agere. Præterea dubitatione dignum est, utrum, quibus non convenit actio, in eis proprie liberum censeatur arbitrium. Jam vero, et quibus actio competit, necessitas infertur extrinsecus : non enim temere prorsus nullove proposito fine agunt. Atqui quonam pacto libertas his servabitur naturæ suæ penitus servientibus? Contra vero sic objici potest : Quod aliud sequi non cogitur, quonam modo servire dici potest? Quo autem modo aliquid, dum ad bonum fertur, potest esse coactum, cum appetitus ipse sit voluntarius, si cognoscens esse bonum, tanquam ad bonum proficiscatur? Involuntarium namque est abductio quædam ab ipso bono. Coactum vero dicitur violentiaque compulsum, quod fertur ad illud, quod non est ipsi bonum. Idque proprie servit, quod auctoritatem non habet ad bonum proficiscendi, sed potentiore quodam instante, a suis bonis abducitur, illi interea serviens. Ob hanc causam servitus

φέγεται, οὐχ οὗ τις οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ἐπὶ τὸ κακὸν ἐλθεῖν, ἀλλ' οὗ ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ ἑαυτοῦ, ἀγόμενος πρὸς τὸ ἀγαθὸν τὸ ἄλλου· τὸ δὲ καὶ δουλεύειν λέγειν τῇ αὐτοῦ φύσει δύο ποιοῦντός ἐστι, τό τε δουλεῦον καὶ τὸ ᾧ. Φύσις δὲ ἁπλῆ καὶ ἐνέργεια μία καὶ οὐδὲ τὸ δυνάμει ἔχουσα ἄλλο, ἄλλο δὲ τὸ ἐνεργείᾳ, πῶς οὐκ ἐλευθέρα; οὐδὲ γὰρ, ὡς πέφυκε, λέγοιτο ἂν ἐνεργεῖν, ἄλλης οὔσης τῆς οὐσίας, τῆς δὲ ἐνεργείας ἄλλης, εἴπερ τὸ αὐτὸ τὸ εἶναι ἐκεῖ καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Εἰ οὖν οὔτε δι' ἕτερον οὔτε ἐφ' ἑτέρῳ, πῶς οὐκ ἐλευθέρα; καὶ εἰ μὴ τὸ ἐπ' αὐτῷ ἁρμόσει, ἀλλὰ μεῖζον ἐνταῦθα τοῦ ἐπ' αὐτῷ, καὶ οὕτως ἐπ' αὐτῷ, ὅτι μὴ ἐφ' ἑτέρῳ, μηδ' ἄλλο τῆς ἐνεργείας κύριον· οὐδὲ γὰρ τῆς οὐσίας, εἴπερ ἀρχή. Καὶ εἰ ἄλλην δὲ ἀρχὴν ὁ νοῦς ἔχει, ἀλλ' οὐκ ἔξω αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ ἀγαθῷ. Καὶ εἰ κατ' ἐκεῖνο τὸ ἀγαθὸν, πολὺ μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὸ ἐλεύθερον, ἐπεὶ καὶ τὸ ἐλεύθερον καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ τις ζητεῖ τοῦ ἀγαθοῦ χάριν. Εἰ οὖν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνεργεῖ, μᾶλλον ἂν τὸ ἐπ' αὐτῷ. Ἤδη γὰρ ἔχει τὸ πρὸς αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ ὁρώμενον καὶ ἐν αὐτῷ, εἴπερ πρὸς αὐτό, ὃ ἄμεινον ἂν εἴη αὐτῷ ἐν αὐτῷ ἂν εἶναι, εἴπερ πρὸς αὐτό.

improbatur, non quidem ubi aliquis non habeat ad malum eundi licentiam, sed ubi ad ipsum sui bonum accedere nequit, ad bonum alterius interea tractus. Ubi vero quis dicit aliquid naturæ suæ servire, illud efficit, ut sit duo, cum videlicet, quod est serviens, tum etiam, cui servit. Simplex vero natura et actus unus, non habens aliud quidem in potentia, aliud autem in actu positum, cur non sit et libera? Hæc utique dici non decet proprie sic, ut nata est, operari: siquidem nec etiam hoc ipsum, quod in ipsa est, operari debet dicere, quasi aliud quidem sit essentia, aliud vero sit actio: siquidem idem illic est esse atque agere. Si ergo neque propter aliud, neque in alio est vel agit, quid obstat, quominus et libera vivat? Et si non decet dicere, sicut alibi dici solet, hoc ipsum, quod in se est, attamen majus hic aliquid est eo, quod dicitur in se esse. Atque ita in se esse censetur, quoniam non est in alio, neque alius ullus actionis ejus est dominus: sed neque rursus essentiæ, siquidem sit principium. Et quamvis intellectus principium aliud habeat, non tamen extra se ipsum illud habet, sed in ipso bono. Atque si secundum illud est intellectui bonum, multo magis hoc ipsum, quod est in se esse, atque libertas illinc ei convenit: quandoquidem et libertatem et in se esse quivis boni gratia quærit. Si ergo secundum bonum agit, magis tunc habet hoc ipsum, quod in se esse dicitur et arbitrium. Jam enim habet, quod ad ipsum vergit ex ipso perspectum, ideoque in se est, quoniam est ad ipsum. Quod quidem ei satius est, scilicet ita demum in se ipso esse, siquidem sit ad ipsum.

Intellectus in contemplando vivit liber, liberoque decreto constituit ad contemplationem actiones omnes privatas publicasque referre.

Scit quinetiam incommoda multa, quæ minus optaret, cum suis, tum corpori, tum etiam animo sæpe ventura. Deliberavit et his opportuna remedia pro viribus adhibere. Universa hæc in mente hactenus dispositio voluntaria est, nec aliunde pendet: actiones vero, quæ sequuntur in dies incommodis involuntariis succurrentes, non adeo sui juris exsistunt, sed quodammodo ex opportunitate pendent.

Ε'. Ἆρ' οὖν ἐν νῷ μόνῳ νοοῦντι τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐν νῷ τῷ καθαρῷ; ἢ καὶ ἐν ψυχῇ κατὰ νοῦν ἐνεργούσῃ καὶ κατὰ ἀρετὴν πραττούσῃ; τὸ μὲν οὖν πραττούσῃ εἴπερ δώσομεν, πρῶτον μὲν οὐ πρὸς τὴν τεῦξιν ἴσως χρὴ διδόναι· οὐ γὰρ ἡμεῖς τοῦ τυχεῖν κύριοι. Εἰ δὲ πρὸς τὸ καλῶς καὶ τὸ πάντα ποιῆσαι τὰ παρ' αὐτοῦ, τάχα μὲν ἂν τοῦτο ὀρθῶς λέγοιτο. Ἐκεῖνο δὲ πῶς ἐφ' ἡμῖν; οἷον εἰ, διότι πόλεμος, ἀνδριζοίμεθα. Λέγω δὲ τὴν τότε ἐνέργειαν πῶς ἐφ' ἡμῖν, ὁπότε πολέμου μὴ καταλαβόντος οὐκ ἦν τὴν ἐνέργειαν ταύτην ποιήσασθαι; ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πράξεων τῶν κατὰ ἀρετὴν ἁπασῶν, πρὸς τὸ προσπῖπτον ἀεὶ ἀναγκαζομένης τῆς ἀρετῆς τοδὶ ἢ τοδὶ ἐργάζεσθαι. Καὶ γὰρ εἴ τις αἵρεσιν αὐτῇ δοίη τῇ ἀρετῇ, πότερα βούλεται, ἵν' ἔχοι ἐνεργεῖν, εἶναι πολέμους, ἵνα ἀνδρίζοιτο, καὶ εἶναι ἀδικίαν, ἵνα τὰ δίκαια ὁρίζῃ καὶ κατακοσμῇ, καὶ πενίαν, ἵνα τὸ ἐλευθέριον ἐνδεικνύοιτο, ἢ πάντων εὖ ἐχόντων ἡσυχίαν ἄγειν, ἕλοιτο ἂν τὴν ἡσυχίαν τῶν πράξεων, οὐδενὸς θεραπείας δεομένου τοῦ παρ' αὐτῆς· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰατρὸς, οἷον Ἱπποκράτης, μηδένα δεῖσθαι τῆς παρ' αὐτοῦ τέχνης. Εἰ οὖν ἐνεργοῦσα ἐν ταῖς πράξεσιν ἡ ἀρετὴ ἠναγκασται βοηθεῖν, πῶς ἂν καθαρῶς ἔχοι τὸ ἐπ' αὐτῇ; ἆρ' οὖν τὰς πράξεις μὲν ἀναγκαίας, τὴν δὲ βούλησιν τὴν πρὸ τῶν πράξεων καὶ τὸν λόγον οὐκ ἠναγκασμένον φήσομεν; ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἐν ψιλῷ τιθέμενοι τὸ πρὸ τοῦ πραττομένου, ἔξω τῆς πράξεως τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ τῇ ἀρετῇ θήσομεν. Τί δὲ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀρετῆς τῆς κατὰ τὴν

V. Num igitur in intellectu puro duntaxat atque intelligente libertas ponitur et arbitrium? an et in anima secundum intellectum operante et secundum virtutem agente? Jam vero si agenti hoc tribuamus, fortasse non, quantum ad consecutionem spectat, est tribuendum. Non enim consequendi nos domini sumus. Sin autem ad officia sua honeste componenda id designemus, recte fortasse dicetur. At illud quonam pacto in nobis esse potest? Ceu si dicatur, quoniam urget bellum, nos fortitudinis officium exercere. Dico autem, actionem eo tempore frequentatam quonam modo in nobis tunc esse judicare possimus, quando quidem, nisi circumveniret prœlium, non daretur nobis actione ejusmodi uti: similiter in ceteris actionibus virtute compositis, virtute ipsa videlicet ad id, quod incidit, semper hoc vel illud operari compulsa. Etenim, si quis optionem virtuti dederit, utrum velit, ut agendi nanciscatur occasionem, adversa nobis accidere, velut prœlia imminere, ut fortitudinis demonstret officia; et injurias perpetrari, ut quid juris sit, definiat litesque dissolvat; inopiamque premere, ut munera liberalitatis ostendat, an potius cunctis rite pacatis, quietem agere: eligeret procul dubio vacationem ejusmodi actionum, nemine videlicet per ipsam curatione aliqua indigente: quemadmodum, si quis legitimus medicus, qualis Hippocrates, optet neminem suis medicinis egere. Si ergo virtus in actionibus constituta opem ferre compellitur, quonam modo purum id munus possidet, quo in ea rem ipsam omnino consistere judicemus? Num igitur actiones quidem esse fatebimur necessarias; voluntatem vero rationemque actiones antecedentem affirmabimus omnino non esse necessario comparatam? Ac si ita, cum in eo duntaxat, quod agenda præcedit, arbitrium statuamus, nimirum extra actionem collocabimus libertatem, et quod in virtutis auctoritate consistere judicatur. Sed quidnam de ipsa virtute secundum habitum

ξιν καὶ τὴν διάθεσιν; ἆρ' οὐ κακῶς ψυχῆς ἐχούσης φήσομεν αὐτὴν εἰς κατακόσμησιν ἐλθεῖν συμμετρουμένην τὰ πάθη καὶ τὰς ὀρέξεις; Τίνα οὖν τρόπον λέγομεν ἐφ' ἡμῖν τὸ ἀγαθοῖς εἶναι, καὶ τὸ ἀδέσποτον τὴν ἀρετήν; ἢ τοῖς γε βουληθεῖσι καὶ ἑλομένοις; ἢ ὅτι ἐγγενομένη αὕτη κατασκευάζει τὸ ἐλεύθερον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐᾷ ἔτι δούλους εἶναι, ὧν πρότερον ἦμεν. Εἰ οὖν οἷον νοῦς τις ἄλλος ἐστὶν ἀρετὴ καὶ ἕξις οἷον νοωθῆναι τὴν ψυχὴν ποιοῦσα, πάλιν αὖ ἥκει οὐκ ἐν πράξει τὸ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐν νῷ ἡσύχῳ τῶν πράξεων.

dispositionemque considerata dicemus? Nonne languente animo eam accedere ad curandum perturbationes appetitusque componentem? Qua igitur ratione bonum dicimus in nostra auctoritate consistere, virtutemque nulli servire? Fortasse vero in nobis volentibus eligentibusque id consistere judicabimus. Fortasse etiam, quia virtus assistens libertatem munusque, quod in nobis esse dicitur, comparat, neque, quibus serviebamus ante, ultra nos servire permittit. Si ergo virtus est velut intellectus quidam alter, et habitus animam quasi transformans in mentem : rursus hoc ipsum, quod in nobis consistere dicitur, non ad actiones quidem declinat, sed ad mentem se recipit actionibus expeditam.

Non solum intellectus sola contemplatione contentus putandus est tanquam liber sibi vivere, verum etiam ratio per virtutem ab intellectu conceptam libera secum habitat, quatenus videlicet pro fine non statuit rerum actionumque exitum, sed honestatem contemplationemque internam.

Intellectus primus maxime vivit liber, ubi vivere quidem intelligere est. Intelligit autem quemadmodum et vult : siquidem voluntas et intelligentia vix ibi discernitur : sunt enim actus fere idem : qui vergens ad bonum voluntas dicitur, attingens bonum intelligentia nominatur : quemadmodum radius in cursu se habet ad splendorem in reverberatione perspectum. Si maximum bonum est maxime voluntarium, summopere vivit, ut vult, et liber, qui in ipso bono vitam agit.

ϛ'. Πῶς οὖν εἰς βούλησιν πρότερον ἀνήγομεν τοῦτο, λέγοντες, ὃ παρὰ τὸ βουληθῆναι γένοιτο ἄν; ἢ κἀκεῖ ἐλέγετο, ἢ μὴ γένοιτο. Εἰ οὖν τά τε νῦν ὀρθῶς λέγεται, ἐκεῖνά τε τούτοις συμφώνως ἕξει, φήσομεν τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ τὸν νοῦν κύρια εἶναι, καὶ εἰς ταῦτα χρῆναι ἀνάγειν τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ ἐλεύθερον. Ἀδέσποτα δὲ ὄντα ταῦτα, τὸν μὲν ἐφ' αὑτοῦ εἶναι, τὴν δὲ ἀρετὴν βούλεσθαι μὲν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι ἐφεστῶσαν τῇ ψυχῇ, ὥστε εἶναι ἀγαθὴν, καὶ μέχρι τούτου, αὐτήν τε ἐλευθέραν καὶ τὴν ψυχὴν ἐλευθέραν παρασχέσθαι· προσπιπτόντων δὲ τῶν ἀναγκαίων καὶ παθημάτων τε καὶ πράξεων, ἐφεστῶσαν ταῦτα μὲν μὴ βεβουλεῦσθαι γενέσθαι, ὅμως γε μὴν καὶ ἐν τούτοις διασώσειν τὸ ἐφ' ἑαυτῇ, εἰς αὐτὴν καὶ ἐνταῦθα ἀναφέρουσαν· οὐ γὰρ τοῖς πράγμασιν ἐφέψεσθαι, οἷον σώζουσα τὸν κινδυνεύοντα, ἀλλ' εἰ δοκεῖ αὐτῇ καὶ προϊεμένην τοῦτον, καὶ τὸ ζῆν κελεύουσαν προΐεσθαι, καὶ χρήματα καὶ τέκνα καὶ αὐτὴν πατρίδα, σκοπὸν τὸ καλὸν αὐτῆς ἔχουσαν, ἀλλ' οὐ τὸ εἶναι τῶν ὑπ' αὐτήν· ὥστε καὶ τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ εἰς τὸ πράττειν ἀνάγεσθαι, οὐδ' εἰς τὴν ἔξω, ἀλλ' εἰς τὴν ἐντὸς ἐνέργειαν καὶ νόησιν καὶ θεωρίαν αὐτῆς τῆς ἀρετῆς. Δεῖ δὲ τὴν ἀρετὴν ταύτην νοῦν τινα λέγειν εἶναι, οὐ συναριθμοῦντα τὰ πάθη τὰ δουλωθέντα ἢ μετρηθέντα τῷ λόγῳ. Ταῦτα γὰρ ἔοικε, φησὶν, ἐγγύς τι τείνειν τοῦ σώματος ἕξεσι καὶ ἀσκήσεσι κατορθωθέντα. Ὥστε εἶναι σαφέστερον, ὡς τὸ ἄῦλόν ἐστι τὸ ἐλεύθερον, καὶ εἰς τοῦτο ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἐφ' ἡμῖν καὶ αὕτη ἡ βούλησις ἡ κυρία καὶ ἐφ' ἑαυτῆς οὖσα· καὶ εἴ τι ἐπιτάξειε πρὸς τὰ ἔξω, ἐξ ἀνάγκης. Ὅσα οὖν ἐκ ταύτης καὶ διὰ ταύτην, ἐφ' ἡμῖν, ἔξω τε καὶ ἐφ' αὐτῆς, ὃ αὐτὴ βούλεται καὶ ἐνεργεῖ ἀνεμποδίστως, τοῦτο καὶ πρῶτον ἐφ' ἡμῖν. Ὁ δὲ θεωρητικὸς νοῦς καὶ πρῶτος οὕτω τὸ ἐφ' ἑαυτὸ, διότι τὸ ἔργον αὐτοῦ μηδαμῶς ἐπ' ἄλλῳ, ἀλλὰ πᾶς ἐπέστραπται πρὸς αὐτὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ αὐτὸς, καὶ ἐν τῷ ἀγαθῷ κείμενος, ἀνενδεὴς καὶ πλήρης ὑπάρχων, καὶ οἷον κατὰ βούλησιν ζῶν· ἡ δὲ βούλησις ἡ νόησις· βούλησις δὲ ἐλέχθη, ὅτι κατὰ νοῦν· καὶ γὰρ λεγομένη βούλησις τὸ

VI. Sed quanam ratione id muneris ad voluntatem supra retulimus, dicentes id in nobis esse, quod pro voluntate fieret? Profecto respondendum est, ibi quoque fuisse subjunctum, vel non fieret. Quam ob rem, si et hæc in præsentia recte dicuntur, et illa cum iis omnino consentiunt, mentem ac virtutem esse dominas asseremus, ad easque, quod consistit in nobis, atque libertatem referri decere. Cum vero duo hæc minime serviant, putandum est, mentem quidem in se ipsa sedere, virtutem vero velle quidem in se ipsa quiescere, animæ videlicet præsidentem, ut inde sit bona : atque hucusque et ipsam liberam permanere, et animum inde fieri liberum : quando vero necessariæ passiones actionesque incidunt, his gubernandis incumbere, neque voluisse quidem hæc accidere ; attamen in eis etiam ipsum, quod in se est, arbitrium conservare, dum videlicet horum quoque curam ad se ipsam refert. Non enim res ipsa sequitur, quasi velit omnino servare periclitantem : imo si sibi præstare judicet hunc, abjicit, jubetque pecunias, et filios, et patriam, vitamque projicere : statuens scilicet sibi pro fine non inferiorum salutem, sed propriam honestatem. Ex quo apparet, libertatem et quod est in nobis inter res agendas effectum, neque ad actiones neque ad exteram actionem, sed ad actum intimum et intelligentiam contemplationemque virtutis ipsius omnino referri. Hanc vero virtutem oportet mentem quandam existimare : non connumerando cum ea perturbationes redactas in servitutem ratione vel temperatas. De his utique Plato loquens ait more quodam curandi corporis hæc usu exercitationeque corrigi dirigique solere. Hinc itaque constat apertius, libertatem ad rem ipsam expertem materiæ pertinere : atque ad hanc reduci, quod est in nobis : atque hanc ipsam voluntatem esse dominam, et in se ipsa consistere. Jam vero, si quid ad externa præcipit, necessitate quadam adducta præcipere solet. Quotcumque igitur ex hac atque propter hanc aguntur, consistunt in nobis : atque extra simul et in se ipsa illud est, quod ipsa vult peragitque minime impedita : idque etiam primum est in nobis. Intellectus autem contemplator et primus sic habet, quod dicitur in se ipso, quod opus illius nullo modo consistit in alio, sed totus reflectitur ad se ipsum, opusque ipsius est ipse, positusque in bono, nec indigens ultra, sed plenus pro voluntate vivit ad votum : ipsa vero voluntas ipsa intelligentia est, sed est appellata voluntas, quoniam secundum intellectum videtur exsistere. Etenim, quæ voluntas dicitur, ipsum, quod secundum intellectum est,

κατὰ νοῦν μιμεῖται. Ἡ γὰρ βούλησις θέλει τὸ ἀγαθόν· τὸ δὲ νοεῖν ἀληθῶς ἐστιν ἐν τῷ ἀγαθῷ· ἔχει οὖν ἐκεῖνος, ὅπερ ἡ βούλησις θέλει, καὶ οὗ τυχοῦσα ἂν ταύτῃ νόησις γίγνεται. Εἰ οὖν βουλήσει τοῦ ἀγαθοῦ ἐτίθεμεν τὸ ἐφ' ἡμῖν, τὸ ἤδη, ἐν ᾧ θέλει ἡ βούλησις εἶναι, ἱδρυμένον, πῶς οὐ τὸ ἐφ' ἑαυτῷ ἔχει; ἢ μεῖζον εἶναι θετέον, εἰ μή τις ἐθέλει εἰς τοῦτο ἀναβαίνειν τὸ ἐφ' αὑτῷ.

imitatur. Voluntas enim bonum vult. Vere autem intelligere est in bono : intellectus igitur habet, quod voluntas expetit, quodve consequuta jam ea ratione evadit intelligentia. Quam ob rem si boni ipsius voluntati dedimus, quod est in nobis, quod in eo jam situm est, in quo esse voluntas appetit, cur non habeat, quod dicitur in se ipso? Jam vero si quis ad hoc pertinere nolit, quod sit in se ipso, excellentius aliquid est putandum.

Si anima per virtutem intellectualem fit quandoque libera, sequitur, ut intellectus primo sit liber. Item si intellectus vitam possidet summopere liberam atque voluntariam, quoniam ipsi bono sit quam proximus, merito ipsum bonum est ipsa libertas. Si servitus et fortuna circa inferiora versantur, sed libertas et ordo ad superiora pertinent, et quo quid superius, eo est ordinatius pariter et liberius, certe principium omnium neque fortuitum est, neque coactum : quippe cum sit ordinis omnis ac liberæ auctoritatis origo. In quo cum tanquam summo bono sit tota voluntarii ratio, tota est et ratio libertatis. Ubi si modo essentia et actio nominari possint, non potes dicere actionem essentiæ suæ servire : quippe cum nulla sit ibi distinctio. Quapropter, si, quemadmodum exsistit naturaliter, ita et agit, vicissim sicut agit, ita naturaliter et exsistit. Sed de his in Theologia nostra satis diximus.

Ζ'. Γίγνεται οὖν ψυχὴ μὲν ἐλευθέρα διὰ νοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπεύδουσα ἀνεμποδίστως, καὶ ὃ διὰ τοῦτο ποιεῖ, ἐφ' ἑαυτῇ. Νοῦς δὲ δι' αὑτόν· ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις αὐτὸ τὸ ἐφετὸν, καὶ δι' ὃ τὰ ἄλλα ἔχει, τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅταν τὸ μὲν τυγχάνειν ἀνεμποδίστως δύνηται, τὸ δὲ ἔχειν. Πῶς δὴ αὐτὸ τὸ κύριον ἁπάντων τῶν μετ' αὐτὸ τιμίων καὶ ἐν πρώτῃ ἕδρᾳ ὄν, πρὸς ὃ τὰ ἄλλα ἀναβαίνειν θέλει καὶ ἐξήρτηται αὐτοῦ, καὶ τὰς δυνάμεις ἔχει παρ' αὐτοῦ, ὥστε δύνασθαι τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἔχειν, πῶς ἄν τις εἰς τὸ ἐπ' ἐμοὶ ἢ ἐπί σοι ἄγοι; ὅπου καὶ νοῦς μόλις, ὅμως δὲ βίᾳ εἵλκετο, εἰ μή τις τολμηρὸς λόγος ἐτέρωθεν σταλεὶς λέγοι, ὡς τυχοῦσα οὕτως ἔχειν, ὡς ἔχει, καὶ οὐκ οὖσα κυρία τοῦ ὅ ἐστιν, οὖσα τοῦτο ὅ ἐστιν, οὐ παρ' αὐτῆς, οὔτε τὸ ἐλεύθερον ἂν ἔχοι, οὔτε τὸ ἐπ' αὐτῇ ποιοῦσα, ἢ μὴ ποιοῦσα, ὃ ἠνάγκασται ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν· ὃς δὴ λόγος, ἀντίτυπός τε καὶ ἄπορος καὶ παντάπασι τὴν τοῦ ἑκουσίου τε καὶ αὐτεξουσίου φύσιν καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἴη ἂν ἀναιρῶν, ὡς μάτην εἶναι ταῦτα λέγεσθαι, καὶ φωνὰς πραγμάτων ἀνυποστάτων. Οὐ γὰρ μόνον μηδὲν ἐπὶ μηδενὶ εἶναι λέγει, ἀλλ' οὐδὲ νοεῖν, οὐδὲ συνιέναι ἀναγκαῖον αὐτῷ λέγειν ταύτην τὴν φωνήν. Εἰ δὲ ὁμολογεῖ συνιέναι, ἤδη ἂν ῥᾳδίως ἐλέγχοιτο τῆς ἐννοίας τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐφαρμοζομένης, οἷς ἐφαρμόττειν οὐκ ἔφη. Ἡ γὰρ ἔννοια τὴν οὐσίαν οὐ πολυπραγμονεῖ, οὐδὲ ἐκείνην προσπαραλαμβάνει. Ἀδύνατον γὰρ δι' ἑαυτοῦ τι ποιεῖν καὶ εἰς ὑπόστασιν ἄγειν, ἀλλὰ ἐθέλει θεωρεῖν ἡ ἐπίνοια, τί τῶν ὄντων δοῦλον ἑτέρων, καὶ τί ἔχει τὸ αὐτεξούσιον, καὶ τί μὴ ὑπ' ἄλλῳ, ἀλλ' αὐτὸ τῆς ἐνεργείας κύριον, ὃ καθαρῶς τοῖς ἀϊδίοις ὑπάρχει, καὶ τοῖς καθ' ὅ εἰσιν ἀΐδιοι, καὶ τοῖς ἀκωλύτως τὸ ἀγαθὸν διώκουσιν ἢ ἔχουσιν. Ὑπὲρ δὴ ταῦτα τοῦ ἀγαθοῦ ὄντος αὐτοῦ, οἷον ἄλλο παρ' αὐτοῦ ἀγαθὸν ζητεῖν, ἄτοπον, ἐπεὶ καὶ τὸ κατὰ τύχην λέγειν αὐτὸ εἶναι οὐκ ὀρθόν· ἐν γὰρ τοῖς ὕστερον καὶ ἐν πολλοῖς ἡ τύχη· τὸ δὲ πρῶτον οὔτε κατὰ τύχην ἂν λέγοιμεν, οὔτε οὗ κύριον τῆς αὐτοῦ γενέσεως, ὅτι μηδὲ γέγονε· τὸ δὲ ὅτι, ὡς ἔχει, ποιεῖ, ἄτοπον, εἰ τις ἀξιοῖ τότε εἶναι τὸ ἐλεύθερον, ὅταν παρὰ φύσιν ποιῇ ἢ ἐνεργῇ· οὐδὲ δὴ τὸ τὸ μοναχὸν ἔχον ἀφῄρηται τῆς ἐξουσίας, εἰ τὸ μοναχὸν μὴ τὸ κω-

VII. Evadit igitur anima per mentem libera ad bonum absque impedimento se conferens, quodve propter hoc agit, consistit in ipsa. Intellectus autem per se ipsum liber. Ipsius vero boni natura est ipsum, quod omnibus appetendum, et propter quod habent alia, quod consistat in eis, quando hoc quidem sine impedimento consequi potest, illud autem jam possidere. Ipsum itaque omnium dominum, quæ sub eo pretiosa censentur, primaque in sede consistens, ad quod cetera passim ascendere volunt, pendentque ex illo, et ab eo vires accipiunt, per quas habere munus possint, quod consistat in ipsis, quonam pacto poterit aliquis ad hanc ipsam conditionem redigere, in qua est proprie, quod vel in me vel in te consistere dicitur? quandoquidem ipse intellectus ad hanc conditionem vix quidem, et violentia quadam tractus esse videtur : nisi quis forte temerarius sermo aliunde huc injectus afferat, naturam primam sorte quadam id nactam fuisse, ut sic se haberet, ut habet, neque hujus ipsius, quod est, exsistere dominam : cum videlicet hoc ipsum, quod est, non sit a se ipsa, ideoque nec libertatem, nec, quod in ea consistat, habere : quippe cum faciat vel non faciat, quod facere vel non facere est jam necessitate compulsa. Qui sane sermo adversus in se est et incertus, omnemque voluntarii ac liberi, ejusque, quod est in nobis, naturam et rationem e medio tollit : adeo ut frustra hæc nominentur a nobis, sintque voces quædam nusquam exsistentium rerum. Sermonis namque illius auctor fateri compellitur, non solum nihil esse auctoritatis in aliquo, verum etiam se nec intelligere, neque ullo modo cognoscere, quid vox ejusmodi sibi velit. Quodsi cognoscere id affirmet, jam facile refelletur, ratione videlicet ejus, quod est in nobis, congruente cum illis, quibus non accommodari dicebat. Ipsa namque rei notio nec disturbat essentiam, nec eam adaget cum alio assumendo. Non potest enim aliquid per se facere ac perducere quippiam ad substantiam vel exsistentiam : sed conatur notio meditari, quidnam inter alia serviat aliis, quidve habeat libertatem, nec subjiciatur aliis in agendo, sed suæ sit dominus actionis : quod quidem munus pure convenit sempiternis, et iis quidem, quatenus sempiterni sunt, et omnino, qui bonum absque impedimento vel jam habent, vel etiam prosequuntur. Proinde absurdum dictu est, bonum ipsum omnibus his superius, tanquam aliud ultra se ipsum bonum desiderare. Tum vero nullo modo recte dicitur ipsum fortuna quadam exsistere : in rebus namque posterioribus ac multis fortuna contingit : ipsum vero primum neque secundum fortunam esse fas est asserere, neque rursus suæ generationis dominum non exsistere : quoniam neque genitum quidem esse potest. Præterea, quando quis negat primum esse liberum propterea, quod ita duntaxat faciat, ut se naturaliter habet, absurdum est, si quis existimet, quippiam tunc esse liberum, quando præter naturam facit vel operatur. Neque vero, quod unica ratione se habet, ob hoc ipsum liber

λύεσθαι παρ' ἄλλου ἔχοι, ἀλλὰ τῷ τοῦτο αὐτὸ εἶναι, καὶ οἷον ἀρέσκειν ἑαυτῷ καὶ μὴ ἔχειν ὅ τι κρεῖττον αὐτοῦ, ἢ οὕτω γε τὸ μάλιστα τυγχάνον τοῦ ἀγαθοῦ ἀφαιρήσεταί τις τὸ αὐτεξούσιον. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, ἀτοπώτερον ἂν γίγνοιτο αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἀποστερεῖν τοῦ αὐτεξουσίου, ὅτι ἀγαθόν, καὶ ὅτι ἐφ' ἑαυτοῦ μένει, οὐ δεόμενον κινεῖσθαι πρὸς ἄλλο, τῶν ἄλλων κινουμένων πρὸς αὐτό, οὐδὲν δεόμενον πρὸς οὐδενός. Ὅταν δὲ ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ ἡ οἷον ἐνέργεια ᾖ, οὐ γὰρ ἡ μὲν ἕτερον, ἡ δὲ ἕτερόν ἐστιν, εἴ γε μηδὲ ἐπὶ τοῦ νοῦ τοῦτο, ὅτι μᾶλλον κατὰ τὸ εἶναι ἡ ἐνέργεια, ἢ κατὰ τὴν ἐνέργειαν τὸ εἶναι· ὥστε οὐκ ἔχει τὸ ὡς πέφυκεν ἐνεργεῖν, οὐδὲ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ οἷον ζωὴ ἀνενεχθήσεται εἰς τὴν οἷον οὐσίαν· ἀλλ' ἡ οἷον οὐσία συνοῦσα καὶ οἷον συγγενομένη ἐξ ἀϊδίου τῇ ἐνεργείᾳ ἐξ ἀμφοῖν τὸ αὐτὸ ποιεῖ καὶ ἑαυτοῦ καὶ οὐδενός.

tate privatur: si unicum hoc non ex eo habeat, quod habere aliud cohibeatur ab alio, sed ex eo, quod ipsum proprie sit hoc ipsum, sicque sibi ipsi placeat, neque liceat, neque libeat aliquid excellentius esse: alioquin posset aliquis, quod maxime compos est boni, asserere libertate privatum. Sin autem id foret absurdum, multo absurdius erit ipsum bonum libertate privare: quoniam bonum, et quia permanet in se ipso, nec moveri ad aliud usquam indiget: cum alia potius moveantur ad illud, nec ipsum ulla conditione indigeat aliquo. Denique, cum ipsa velut ejus substantia sit ipsa velut ejusdem actio: neque enim hæc quidem aliud, illa vero est aliud: siquidem nec in intellectu etiam discrimen id accidit: profecto non magis secundum esse illic editur actio, quam secundum actionem esse consistat. Quapropter nec illic conditioni subjicitur, ut sic operetur, sicut est naturaliter institutum. Neque actio et velut vita in ipsam velut essentiam redigetur: sed ipsa illic velut essentia quasi conspirans cum actione, et tanquam in unum ab æterno conflata, idem omnino conficit ex ambobus, quod quidem et nullius sit, et sui ipsius duntaxat exsistat.

Neque libertatem neque aliud quicquam venerandum tribuere deo debemus ea ratione, qua sequentibus, sed ineffabili. Ejusmodi conditio, qua aliquid sic exsistat et agat, sicut ad hoc est naturaliter institutum, rebus subjectis tempori proprie competit, æternis translatione quadam, essentiæ primæ abusione quadam. Nam proprie dicitur ex se ipsa exsistere: principio nullo modo. Sors vero contingens tam remota est a primo, ut vix etiam reperiatur in ultimis ordinante primo.

Η'. Ἡμεῖς δὲ θεωροῦμεν οὐ συμβεβηκὸς τὸ αὐτεξούσιον ἐκείνῳ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἄλλα αὐτεξουσίων, ἀφαιρέσει τῶν ἐναντίων, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτὸ πρὸς αὐτό, τὰ ἐλάττω ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων μεταφέροντες, ἀδυναμίᾳ τοῦ τυχεῖν τῶν ἃ προσήκει λέγειν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα ἂν περὶ αὐτοῦ εἴποιμεν· καίτοι οὐδὲν ἂν εὕροιμεν εἰπεῖν διὰ ὅτι κατ' αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ περὶ αὐτοῦ κυρίως. Πάντα γὰρ ἐκείνου καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ σεμνὰ ὕστερα· τούτων γὰρ αὐτὸς ἀρχή, καίτοι ἄλλον τρόπον οὐκ ἀρχή, ἀποτιθεμένοις δὲ πάντα, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ ὡς ὕστερον, καὶ τὸ αὐτεξούσιον. Ἤδη γὰρ εἰς ἄλλο ἐνέργειαν λέγει, καὶ ὅτι ἀνεμποδίστως, καὶ ὄντων ἄλλων τῶν εἰς αὐτὰ ἀκωλύτως. Δεῖ δὲ ὅλως πρὸς οὐδὲν αὐτὸν λέγειν· ἔστι γὰρ ὅπερ ἐστὶ καὶ πρὸ αὐτῶν, ἐπεὶ καὶ τὸ ἔστιν ἀφαιροῦμεν, ὥστε καὶ πρὸς τὰ ὄντα ὀπωσοῦν. Οὐδὲ δεῖ τὸ ὡς πέφυκεν· ὕστερον γὰρ καὶ τοῦτο· καὶ εἰ λέγοιτο καὶ ἐπ' ἐκείνων, ἐπὶ τῶν ἐξ ἄλλου ἂν λέγοιτο, ὥστε πρώτως ἐπὶ τῆς οὐσίας, ὅτι ἐξ ἐκείνου ἔφυ. Εἰ δ' ἐν τοῖς ἐν χρόνῳ ἡ φύσις, οὐδὲ ἐπὶ τῆς οὐσίας, οὐδὲ δὴ τὸ οὐ παρ' αὐτῆς εἶναι λεκτέον· τό τε γὰρ εἶναι ἀφῃροῦμεν· τό τε οὐ παρ' αὐτῆς λέγοιτο ἄν, ὅταν ὑπ' ἄλλου. Οὕτως οὖν συνέβη, ἢ οὐδὲ τὸ συνέβη λεκτέον· οὔτε γὰρ αὐτῷ, οὔτε πρὸς ἄλλο· ἐν γὰρ πολλοῖς τὸ συνέβη, ὅταν τὰ μὲν ᾖ, τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις συμβῇ. Πῶς οὖν τὸ πρῶτον συνέβη; οὐδὲ γὰρ ἦλθεν, ἵνα ζητῇς· πῶς οὖν ἦλθε; τύχη τις ἤγαγεν ἢ ὑπέστησεν αὐτό· ἐπεὶ οὐδὲ τύχη πω ἦν, οὐδὲ τὸ αὐτόματόν γε· καὶ γὰρ τὸ αὐτόματον καὶ παρ' ἄλλου καὶ ἐν γιγνομένοις.

VIII. Nos utique cogitamus libertatis munus illi non tanquam accidens aliquod convenire, sed a muneribus libertatis, quæ tribuuntur aliis, subtractione videlicet contrariorum, ipsum in se ipso ad se ipsum excogitamus, dum minora a minoribus illuc usque transferimus: quippe cum illa, quæ de illo decet loqui, consequi nequeamus. Atque ita de illo hæc loqui contingit: tametsi nihil invenire possimus, quod rite loquamur, nedum prædicando de illo, sed nec ei ulla proprie ratione accommodando. Omnia namque et pulchra et veneranda posteriora sunt illo. Illud enim horum omnium est principium, quamvis modo etiam alio non principium, cum omnia secernamus ab eo, ideoque, quod liberum arbitrium operandi, quodve in ipso consistere dici solet, velut posterius aliquid sejungamus ab illo. Id namque actionem in aliud tendentem significare videtur: tendentem, inquam, absque impedimento, item esse et alia, quæ ad idem non impedita contendant: omnino vero ad nullum oportet primum ipsum dicendo referre. Est enim hoc ipsum, quod exsistit, etiam ante omnia, quandoquidem et hoc, quod dicitur est, ab eo secernimus: ideoque esse quoquo modo ad entia rite negamus. Proinde neque sic exsistere id dicemus, ut est naturaliter institutum: nam et hoc posterius est. Atque si de supernis quoque dicatur, certe de illis, quæ ex alio sunt, dicetur. Itaque de essentia primo dicetur, quoniam nata est ex illo. Quodsi in rebus subjectis tempori natura versatur, nimirum neque de essentia ipsa dicemus, ita, ut nata fuerit, se habere: neque sane dicendum est essentiam ex se ipsa non esse; sic enim et esse ipsum auferremus. Et profecto non a se ipsa diceretur esse, quando esse acciperet aliunde. Num igitur de summo rerum principio dicendum est, sic exsistere contigisse? sed certe neque contigisse dicendum. Neque enim ipsi contigit, neque ad aliud accidit. In rebus namque multis contingentia locum habet: ubi hæc quidem sunt, hoc autem his accidit. Qua igitur sorte primum ipsum evenisse potest? Neque enim venit, ut quærere, quomodo venerit, nos oporteat, et quæ nam fortuna perduxerit ipsum vel constituerit: quando neque fortuna quidem erat, neque casus fortuitus ullo modo. Casus enim et ab alio accidit, et in his, quæ fiunt, contingere solet.

Non licet fingere contingenter evenisse, ut hoc ipsum, quod nunc omnium principium est, omnium sit principium, quasi contingere potuerit aliud, et aliter affectum fore principium.

Unica enim est principii ratio, ipsa videlicet summitas, quam et infinitatem possumus nominare, quæ, cum aliis præsertim propinquioribus firmitatem necessitatemque imponat, merito non est contingenter, sed necessario, imo est ipsa necessitas. Et, quoniam primum est et ipsum bonum, ideo est et sua sponte necessitas: neque quodlibet contingenter exstitisse potuit: neque

rursus oportuit esse, vel est determinatum hoc aut illud, sed est plus quam universa potestas necessario, pariter, atque ultro id ipsum, quod est, exsistens.

Θ'. Ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ εἴ τις λαμβάνοι τὸ συνέβη, οὕτοι δεῖ πρὸς τὸ ὄνομα ἵστασθαι, ἀλλὰ, ὅπως νοεῖ ὁ λέγων, συνιέναι. Τί οὖν νοεῖ τοῦτο, ὅτι ταύτην ἔχον τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν ἀρχήν; καὶ γὰρ εἰ ἄλλην εἶχεν, ἦν ἂν ἀρχὴ τοῦτο, ὅπερ ἦν, καὶ εἰ χεῖρον, ἐνήργησεν ἂν κατὰ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν. Πρὸς δὴ τὸ τοιοῦτον λεκτέον, ὅτι μὴ οἷόν τε ἦν ἀρχὴν οὖσαν πάντων τὸ τυχεῖν εἶναι, μὴ ὅτι χεῖρον, ἀλλ' οὐδ' ἀγαθὸν μέν, ἀγαθὸν δ' ἄλλως, οἷον ἐνδεέστερον. Ἀλλὰ δεῖ κρείττονα εἶναι τὴν ἀρχὴν πάντων τῶν μετ' αὐτὴν, ὥστε ὡρισμένον τι. Λέγω δὲ ὡρισμένον, ὅτι μοναχῶς καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἀνάγκη· ἐν γὰρ τοῖς ἑπομένοις τῇ ἀρχῇ ἡ ἀνάγκη, καὶ οὐδὲ αὕτη ἔχουσα ἐν αὐτοῖς τὴν βίαν. Τὸ δὲ μοναχὸν τοῦτο παρ' αὐτοῦ· τοῦτο οὖν καὶ οὐκ ἄλλο, ἀλλ' ὅπερ ἐχρῆν εἶναι· οὐ τοίνυν οὕτω συνέβη, ἀλλ' ἔδει οὕτω· τὸ δ' ἔδει τοῦτο ἀρχὴ τῶν ὅσα ἔδει. Τοῦτο τοίνυν οὐκ ἂν οὕτως εἴη, ὡς συνέβη· οὐ γὰρ, ὅπερ ἔτυχεν, ἔστιν, ἀλλ' ὅπερ ἐχρῆν εἶναι, μᾶλλον δὲ, οὐδὲ ὅπερ ἐχρῆν. Ἀλλὰ ἀναμένειν δεῖ τὰ ἄλλα, τί ποτε αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς φανείη, καὶ τοῦτο, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς, τοῦτο αὐτὸν θέσθαι, οὐχ ὡς συνέβη φανέντα, ἀλλὰ ὄντως βασιλέα καὶ ὄντως ἀρχὴν καὶ τὸ ἀγαθὸν ὄντως, οὐκ ἐνεργοῦντα κατὰ τὸ ἀγαθόν· (οὕτω γὰρ ἂν δόξειεν ἕπεσθαι ἄλλῳ·) ἀλλ' ὄντα ἕν, ὅπερ ἐστὶν, ὥστε οὐ κατ' ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκεῖνο. Εἰ τοίνυν οὐδὲ ἐπὶ τοῦ ὄντος τὸ συνέβη· τῷ γὰρ ὄντι, εἴ τι συμβήσεται, συνέβη· ἀλλ' οὐκ αὐτὸ τὸ ὂν συνέβη, οὐδὲ συνέκυρσε τὸ ὂν οὕτως εἶναι, οὐδὲ παρ' ἄλλου τὸ οὕτως εἶναι ὄν, ὡς ἔστιν, ἀλλ' αὕτη ὄντος φύσις ὂν εἶναι· πῶς ἄν τις ἐπὶ τοῦ ἐπέκεινα ὄντος τοῦτο ἐνθυμοῖτο, τὸ οὕτω συνέβη, ᾧ ὑπάρχει γεγεννηκέναι τὸ ὄν, ὃ οὐχ οὕτω συνέβη, ἀλλ' ἔστιν, ὡς ἔστιν ἡ οὐσία οὖσα, ὅπερ ἐστὶν οὐσία, καὶ ὅπερ ἐστὶ νοῦς· ἐπεὶ οὕτως τις καὶ τὸν νοῦν εἴποι, οὕτω συνέβη νοῦν εἶναι, ὥσπερ ἄλλο τι ἂν τὸν νοῦν ἐσόμενον, ἢ τοῦτο, ὃ δὴ φύσις ἐστὶ νοῦ. Τὸ δὴ οὐ παρεκβεβηκὸς ἑαυτὸ, ἀλλ' ἀκλινὲς ὂν ἑαυτοῦ, αὐτὸ ἂν τις κυριώτατα λέγοι εἶναι, ὅ ἐστι. Τί ἂν οὖν τις λέγοι ἐκεῖ εἰς τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἀναβὰς καὶ εἰσιδών; ἆρά γε τὸ οὕτως, ὡς εἶδεν αὐτὸν ἔχοντα τὸ οὕτω, συνέβη; ἢ οὔτε τὸ οὕτω οὔτε τὸ ὀπωσοῦν συνέβη; ἀλλ' οὐδὲ ὅλως τὸ συνέβη, ἀλλὰ τὸ οὕτω μόνον καὶ οὐκ ἂν ἄλλως, ἀλλ' οὕτως· ἀλλ' οὐδὲ τὸ οὕτως· οὕτω γὰρ ἂν ὁρίσας εἴης καὶ τόδε τι. Ἀλλ' ἔστι τῷ ἰδόντι οὐδὲ τὸ οὕτως εἰπεῖν δύνασθαι, οὐδ' αὖ τὸ μὴ οὕτως. Τί γὰρ ἂν εἴποις αὐτὸ τῶν ὄντων, ἐφ' ὧν τὸ οὕτως; ἄλλο τοίνυν παρ' ἅπαντα τὸ οὕτως. Ἀλλ' ἀόριστον ἰδὼν αὐτὸ πάντα μὲν ἕξεις εἰπεῖν τὰ μετ' αὐτό· φήσεις δὲ οὐδὲν ἐκείνων εἶναι, ἀλλὰ εἴπερ δύναμιν πᾶσαν αὐτῆς ὄντως κυρίαν τοῦτο οὖσαν, ὃ θέλει, μᾶλλον δὲ ὃ θέλει ἀποῤῥίψασαν εἰς τὰ ὄντα, αὐτὴν δὲ μείζονα παντὸς τοῦ θέλειν οὖσαν τὸ θέλειν μετ' αὐτὴν θεμένην· οὔτ' οὖν αὐτὴ ἠθέλησε τὸ οὕτως, ἵνα ἂν ἔποιτο, οὔτε ἄλλος πεποίηκεν οὕτως.

IX. Verum si quis hoc ipsum, quod dici solet, Contigit vel evenit, acceperit ad ipsum idem, non decet in appellatione hac immorari, sed, qua ratione, qui hoc dicit, intelligat, animadvertere. Quidnam igitur id sibi vult? Numquid ipsum, naturam hanc et potestatem habens, principium exstitisse? Ac, si quam aliam habuisset, posse etiam exstitisse principium, secundum hoc ipsum, quod esset, et si forte deterius, esset tamen secundum suam essentiam operatum. Ad hæc autem objiciendum est, fieri non potuisse, ut, cum principium esset omnium, contingens fortuitumve foret: ac nedum contigisse deterius, sed neque etiam bonum quidem, aliter vero bonum velut aliquid indigentius. Sed oportet principium omnium esse sequentium præstantissimum: ideoque quasi determinatum quiddam: determinatum, inquam, propter singularem et unicam rationem; neque tamen ita determinatum et unica ratione consistens, quasi ex necessitate dico. Nondum enim necessitas erat. In his enim quæ sequuntur principium, necessitas dominatur: neque hæc quidem violentiam eis infert. Unicum vero hoc et singulare possidet a se ipso. Hoc ipsum igitur est, non aliud: sed quod expediebat sive debebat esse. Non igitur ita contigit, sed oportuit ita. Hoc ipsum vero, quod oportuit dicitur, omnium est, quæ oportebat esse, principium. Hoc igitur nequaquam ita est, ut contigit: non enim, ut sorte incidit, exstat, sed quod oportebat esse: imo vero neque id quidem, quod oportuerit esse. Jam vero decet alia exspectare, quid quandoque rex illis appareat, idque duntaxat, quod exsistit ipse, illum prorsus asseverare, certe non, ut evenit, apparentem, sed vere regem, vere principium, vere bonum: nec secundum bonum quidem agentem (sic enim sequi alterum videretur), sed unum hoc ipsum, quod est, penitus exsistentem: itaque nec secundum bonum agere, sed ipsum prorsus exsistere bonum. Si ergo neque in ipso quidem ente aliquid est contingens: alioquin ens quiddam foret, et certe cuidam enti incideret aliquid; non tamen ipsum ens ullo modo contigit, neque sorte quadam nactum est ens ipsum ita esse: nec ab alio sic esse ens, ut est, accepit, sed ipsa natura entis est ens exsistere: quonam modo aliquis in eo, quod ente superius exstat, conditionem hanc scilicet ita contigisse vel evenisse poterit cogitare? quippe cum illud ens ipsum genuerit. Quod quidem non ita contigit, sed est, prout est essentia ipsa exsistens hoc ipsum, quod est essentia, et hoc ipsum, quod est intellectus: alioquin simili quispiam ratione intellectum quoque dixerit sic accidisse, perinde quasi aliud quiddam intellectus fore potuerit, præter hoc, quod natura ipsius exsistit. Quod itaque naturam propriam non transgreditur, nec usquam a se ipso declinat, facile quis potissimum hoc ipsum, quod est, exsistere dixerit. Quidnam igitur dicet ille, qui hoc quoque transcenderit, summumque inspexerit? Numquid, quemadmodum ipsum viderit se habere, ita et contigisse? sed profecto neque sic neque quolibet modo contigisse dicendum, imo nec omnino et simpliciter accidisse. An igitur dici potest ita solum, neque aliter, sed duntaxat ita? imo vero neque hoc ipsum, quod dicitur ita, vel hoc modo illi est assignandum: alioquin eo pacto circumscriberes ipsum, et hoc aliquid redderes. Nempe qui cernit illud, neque ita debet dicere, neque non ita; alioquin aliquid ipsum ex rerum numero dixeris, quibus inest hoc ipsum, quod ita vel hoc modo dici solet. Est igitur aliud præter omnia, quæ ita et hoc modo se habere dicuntur. Tu vero, cum ipsum intueris infinitum, omnia quidem, quæ sunt post illud, dicere poteris. Illud autem nullum eorum esse dices, sed tanquam universam potestatem re vera sui ipsius dominam, quodve vult, exsistentem: imo vero hoc ipsum, quod vult, in res ipsas projicientem, dum videlicet ipsa excellentior est omni voluntatis actu, actumque ejusmodi sibi subdit. Neque igitur ipsa hoc ipsum voluit, quod dicitur ita se habere, adeo ut id secum ipsa duxerit, neque quisquam alius, ut ita se haberet, effecit.

Cum principium omnibus formam et terminum ordinemque imponat, atque ordo rationalis sit fortunæ contrarius, merito, si principium fortuitum rebus inciderit, nullus usquam ordo restabit. Quod principium unice firmiterque sit, maneatque hoc ipsum, quod jam exsistit, nec aliunde sortitur : hæc enim ipsa ejus natura est. Nec ulla debilitas in causa est, ut nec aliud exstitisse, nec ad aliud processisse potuerit. Esse enim et permanere immensam bonitatem atque potestatem, hæc ipsa est summa libertas pariter et potestas.

Ι'. Καὶ τοίνυν καὶ ἐρωτῆσαι χρὴ τὸν λέγοντα, τῷ οὕτω συνέβη, πῶς ἂν ἀξιώσειε ψεῦδος εἶναι, τὸ συνέβη, εἴ τι εἴη; καὶ πῶς ἄν τις ἀφέλοι τὸ συνέβη; καὶ εἴ τις εἴη φύσις, τότε φύσει οὐκ ἐφαρμόσειε τὸ συνέβη, εἰ γὰρ τὴν τῶν ἄλλων ἀφαιροῦσαν τὸ οὕτω συνέβη ἀνατίθησι τύχῃ, ποῦ ποτε τὸ μὴ ἐκ τύχης εἶναι γένοιτο; ἀφαιρεῖ δὲ τὸ ὡς ἔτυχεν αὕτη ἡ ἀρχὴ τῶν ἄλλων, εἶδος καὶ πέρας καὶ μορφὴν διδοῦσα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς οὕτω κατὰ λόγον γιγνομένοις τύχῃ ἀναθεῖναι. Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο λέγω τὴν αἰτίαν, ἐν δὲ τοῖς μὴ προηγουμένως καὶ μὴ ἀκολούθως, ἀλλὰ συμπτώμασιν ἡ τύχη. Τὴν δὴ ἀρχὴν παντὸς λόγου τε καὶ τάξεως καὶ ὅρου πῶς ἂν τις τὴν τούτου ὑπόστασιν ἀναθείη τύχῃ; καὶ μὴν πολλῶν μὲν ἡ τύχη κυρία, νοῦ δὲ καὶ λόγου καὶ τάξεως εἰς τὸ γεννᾷν ταῦτα οὐ κυρία. Ὅπου τε καὶ ἐναντίον δοκεῖ λόγῳ εἶναι τύχη, πῶς ἂν γεννήτειρα αὐτοῦ γένοιτο; εἰ οὖν μὴ γεννᾷ νοῦν τύχη, οὐδὲ τὸ πρὸ νοῦ, οὐδὲ τὸ κρεῖττον νοῦ. Οὔτε γὰρ εἶχεν ὅθεν γεννήσει, οὔτε ἦν τὸ παράπαν αὕτη, οὐδ' ὅλως ἐν τοῖς ἀϊδίοις. Εἰ οὖν μηδὲν πρὸ ἐκείνου, αὐτὸς δὲ πρῶτος, στῆναι ἐνταῦθα δεῖ, καὶ μηδὲν ἔτι περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀλλὰ τὰ μετ' αὐτὸ ζητεῖν, πῶς ἐγένετο, αὐτὸ δὲ μηκέτι, ὅπως, ὅτι ὄντως τοῦτο μὴ ἐγένετο. Τί οὖν, εἰ μὴ ἐγένετο, ἔστι δέ, οἷόν ἐστιν, οὐχὶ ὂν τῆς αὐτοῦ οὐσίας κύριος; καὶ εἰ μὴ οὐσίας δὲ, ἀλλ' ὧν ὅς ἐστιν, οὐχ ὑποστήσας ἑαυτὸν, χρώμενος δὲ ἑαυτῷ οἷός ἐστιν, ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἂν εἴη, ὅ ἐστι, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως· ἢ οὐχ ὅτι ἄλλως οὕτως, ἀλλ' ὅτι τὸ ἄριστον οὕτως. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ βέλτιον ἐλθεῖν οὐ πᾶν αὐτεξούσιον, πρὸς δὲ τὸ χεῖρον ἐλθεῖν οὐδὲν ὑπ' ἄλλου κεκώλυται, ἀλλ' ὅτι μὴ ἦλθε παρ' αὐτοῦ, οὐκ ἐλήλυθεν οὐ τῷ κεκωλύσθαι, ἀλλὰ τῷ αὐτὸ εἶναι, ὃ μὴ ἐλήλυθεν. Καὶ τὸ ἀδύνατον ἐλθεῖν πρὸς τὸ χεῖρον οὐκ ἀδυναμίαν σημαίνει τοῦ μὴ ἥκοντος, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν τὸ μὴ ἥκειν. Καὶ τὸ μὴ ἥκειν πρὸς μηδὲν ἄλλο, τὴν ὑπερβολὴν τῆς δυνάμεως ἐν αὐτῷ ἔχει, οὐκ ἀνάγκῃ κατειλημμένου, ἀλλ' αὐτοῦ ἀνάγκης τῶν ἄλλων οὔσης καὶ νόμου. Αὐτὴν οὖν ἡ ἀνάγκη ὑπέστησεν, ἢ οὐδὲ ὑπέστη, τῶν ἄλλων ὑποστάντων τῶν μετ' αὐτὸ δι' αὐτό. Τὸ οὖν πρὸ ὑποστάσεως πῶς ἂν ἢ ὑπ' ἄλλου ἢ ὑφ' αὑτοῦ ὑπέστη;

X. Interrogare licet eum, qui deum ait sic accidisse, quanam conditione fieri posse existimet, ut deprehendatur contingentiam esse falsam, sicubi falsa fuerit? quove pacto quispiam ipsam auferat contingentiam? Atqui, si qua natura sit tollens e medio contingentiam, profecto conditio contingentis cum natura non congruet. Si enim naturam hoc ipsum, quod est sorte contingere, ab aliis cunctis auferentem, fortunæ committas, nusquam dabitur aliquid, quod non casu proveniat. Tollit autem ab omnibus fortnitam contingentiam ipsum principium aliorum, speciem, terminum, formam unicuique tribuens, neque fas est usquam, in rebus sic ratione dispositis, fortunæ seriem hanc adscribere. Sed, causam hic rationi assignando, sic putamus causam afferendam. In rebus autem, quæ nec ex antecedenti proposito fiunt, neque procedunt ordine consequentis, sed casu potius incidunt, fortuna versatur. Ipsum vero rationis omnis et ordinis terminique principium quonam pacto quispiam fortuita quadam sorte constare concesserit? Fortuna certe multorum domina est, intellectum vero et rationem et ordinem generare non potest. Nempe cum fortuna rationis contraria videatur, nullo modo potest esse genitrix rationis. Si ergo fortuna non generat intellectum, merito neque quod est superius ac melius intellectu. Nec enim habuisse potest, unde crearet, nec ipsa erat omnino nec prorsus inest sempiternis. Quam ob rem, si nihil est super illud, ipsumque exsistit primo, sistere in eo gradum expedit, neque ulterius de hoc aliquid dicere : sed perscrutari potius, quomodo sequentia facta fuerint : de illo vero nullo modo, quomodo exortum sit, indagare, quoniam re vera non est natum. Quid ergo, si ortum quidem non fuerit, est autem, quale est, non exsistens proprie essentiæ dominus? Ac si non essentiæ dominus sit, sed hoc ipsum, quod est, exsistat, sibi quidem ipsi non exhibens exsistentiam, sed se ipso, qualiscumque sit, utens, ideoque hoc ipsum, quod est, necessario sit, nec aliter unquam. Sed profecto non propterea ita se habet, quia non aliter se habere potuerit, sed quia optimum est, ita se duntaxat habere. Procedere quidem in melius non ubique voluntarium est : ad deterius autem venire nequaquam ab alio prohibitum esse potest : sed quod in deterius non devenerit, a se ipso habet non devenisse, non propterea, quod cohibitum fuerit, sed quoniam illud hoc ipsum sit, quod nullo modo processit. Jam vero ad deterius devenire non posse, nullam significat in eo, qui non venit, debilitatem : sed hoc ipsum non ire illud a se ipso et propter se ipsum habet. Quodve dicitur ad aliud nusquam accedere, excellentiam in eo potestatis plane demonstrat : dum videlicet ipsum non quidem necessitate comprehenditur, sed necessitas est et lex omnium aliorum. Num igitur ipsa necessitas sibimet præbuit exsistentiam? imo vero neque exstitit quidem : quippe cum cetera, quæ sunt post primum, virtute ipsius exsistant. Quod igitur super exsistentiam sive subsistentiam est, quonam pacto vel ab alio vel a se ipso exstitisse vel substitisse dici debet?

Ordo mirabilis universi intellectuali ratione perspectus purgatis tandem mentis oculis principum suum offert, quasi incomparabilem summitatem, simplicitatem, potestatem, bonitatem. Sed tu, postquam principium simpliciter tibi sic illuxerit, noli, quid sit et propter quid, inquirere.

Si enim, quidnam sit, indagaveris, ad angustiam illud tuæ intelligentiæ contrahes et compones, tibique protinus subterfugiet. Tum vero, cum ratio principium invenerit super essentiam, non potest ulterius indagare quid sit : siquidem ejusmodi quæstio desinit in essentiam. Neque fas est de principio propter quid perscrutari : sane quæstio hæc resolvitur in principium. Denique, cum de eo sis negaturus essentiam, multoque magis et accidentia, quonam pacto in eo contingentem sortem poteris affirmare?

ΙΑ'. Ἀλλὰ τὸ μὴ ὑποστὰν τοῦτο τί; ἢ σιωπήσαντας δεῖ ἀπελθεῖν καὶ ἐν ἀπόρῳ τῇ γνώμῃ θεμένους μηδὲν

XI. Hoc autem, quod non proprie subsistit vel exsistit, quidnam esse dicendum? Sed profecto incerta mente silentes

ἔτι ζητεῖν. Τί γὰρ ἂν τις καὶ ζητήσειεν εἰς οὐδὲν ἔτι ἔχων προελθεῖν, πάσης ζητήσεως εἰς ἀρχὴν ἰούσης καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ ἱσταμένης. Πρὸς δὲ τούτοις ζήτησιν ἅπασαν χρὴ νομίζειν ἢ τοῦ τί ἐστιν εἶναι, ἢ τοῦ οἷον, ἢ τοῦ διὰ τί, ἢ τοῦ εἶναι. Τὸ μὲν οὖν εἶναι, ὡς λέγομεν ἐκεῖνο εἶναι, ἐκ τῶν μετ' αὐτό· τὸ δὲ διὰ τί, ἀρχὴν ἄλλην ζητεῖ, ἀρχὴ δὲ τῆς πάσης οὐκ ἔστιν ἀρχή· τὸ δὲ οἷόν ἐστι ζητεῖν τί συμβέβηκεν αὐτῷ, ᾧ συμβέβηκε μηδέν· τὸ δὲ τί ἐστι δηλοῖ μᾶλλον τὸ μηδὲν δεῖν περὶ αὐτοῦ ζητεῖν, αὐτὸ μόνον, εἰ δυνατὸν, αὐτοῖς λαβόντας, ἐν τῷ μηδὲν αὐτῷ θεμιτὸν εἶναι προσάπτειν μαθόντας. Ὅλως δὲ ἐοίκαμεν ταύτην τὴν ἀπορίαν ἐνθυμηθῆναι περὶ ταύτης τῆς φύσεως, εἴπερ ἐνεθυμήθημεν, ἐκ τοῦ πρῶτον μὲν τίθεσθαι χώραν καὶ τόπον, ὥσπερ τι χάος, εἶτα χώρας ἤδη οὔσης ἐπαγαγεῖν ταύτην τὴν φύσιν εἰς τὸν ἐν τῇ φαντασίᾳ ἡμῶν γεγονότα ἤ ὄντα τόπον. Εἰσάγοντες δὲ αὐτὸν εἰς τὸν τοιοῦτον τόπον οὕτω τοι ζητεῖν, οἷον πόθεν καὶ πῶς ἐλήλυθεν ἐνταῦθα, καὶ ὥσπερ ἔπηλυν ὄντα ἐζητηκέναι αὐτοῦ τὴν παρουσίαν καὶ οἷον τὴν οὐσίαν, καὶ δὴ καὶ ὥσπερ ἐκ τινος βάθους ἢ ἐξ ὕψους τινὸς ἐνθάδε ἐρρίφθαι. Διόπερ δὴ τὸ αἴτιον τῆς ἀπορίας ἀνελόντα ἔξω ποιήσασθαι τῆς ἐπιβολῆς τῆς πρὸς αὐτὸ πάντα τόπον, καὶ μηδὲ ἐν ὁτῳοῦν τίθεσθαι αὐτὸ, μήτε ἀεὶ κείμενον ἐν αὐτῷ καὶ ἱδρυμένον, μήτε ἐληλυθότα, ἀλλ' ὄντα μόνον, ὡς ἔστι λεγόμενον, ὑπ' ἀνάγκης τῶν λόγων εἶναι, τὸν δὲ τόπον, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὕστερον, καὶ ὕστερον ἀπάντων. Τὸ οὖν ἄτοπον τοῦτο νοοῦντες ὡς νοοῦμεν, οὐδὲν περὶ αὐτὸ ἔτι τιθέντες οἷον κύκλῳ, οὐδὲ περιλαβεῖν ἔχοντες, ὅσος, οὐδὲ τὸ ὅσον αὐτῷ συμβεβηκέναι φήσομεν, οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ποιόν· οὐδὲ γὰρ μορφή τις περὶ αὐτὸν, οὐδὲ νοητὴ ἂν εἴη, οὐδὲ τὸ πρὸς ἄλλο. Ἐφ' αὑτοῦ γὰρ καὶ ὑφέστηκε, πρὶν ἄλλο. Τί ἂν οὖν ἔτι εἴη τὸ οὕτω συνέβη; ἢ πῶς φθεγξόμεθα τοῦτο, ὅτι καὶ τὰ ἄλλα ἐν ἀφαιρέσει πάντα τὰ περὶ τούτου λεγόμενα; ὥστε ἀληθὲς μᾶλλον, οὐ τὸ οὕτως συνέβη, ἀλλὰ τὸ οὐδὲ οὕτως συνέβη, ὅπου καὶ τὸ οὐδὲ συνέβη ὅλως.

hinc decet abire, nec quicquam ulterius indagare. Quid enim quispiam indagaverit, cum nihil pateat ulterius, quo procedat? quippe cum omnis quæstio se conferat ad principium, et in tali quodam denique conquiescat. Accedit ad hæc, quod omnis quæstio, vel, quid aliquid sit, inquirit, vel quale, vel propter quid, vel utrum sit, necne. Esse quidem rerum principium omnium, sicut dicimus illud esse per ea, quæ sunt ab illo, conjectare solemus: quæstio vero propter quid desiderans, principium aliud expetit: sed universi principii nullum potest esse principium. Præterea quærere, quale sit illud, nihil aliud est, quam inquirere, quid accidat ei, cui nihil penitus accidit. Ipsum vero quid est declarat magis hoc ipsum, quod nihil de illo quærere debeamus, ipsum videlicet solummodo, si possimus, accipientes, atque in eo, quod nihil ei fas sit, adjungere cognoscentes. Omnino autem dubitationis hujus scrupulum de hac ipsa natura in animum injecisse videmur, si quidem injecerimus, propterea, quod primo quidem regionem locumque ponamus, quasi chaos, deinde posita regione hanc naturam introducamus in locum jam vel imaginatione confictum, vel in natura compertum. Cum vero illud in ejusmodi locum introduxerimus, nimirum adducimur sciscitari, undenam et qua conditione protinus huc accesserit: et, tanquam advenam judicantes, inquirere, qua ratione sit præsens, quæve et qualis sit ejus essentia: quasi vel ex profundo quodam huc emerserit, vel ab excelso descenderit. Quam ob rem operæ pretium est, sublata dubitationis occasione, omnem prorsus locum ab intuitu in deum directo longe secernere, nec in aliquo ipsum ponere, sive semper in eo sit fundatus, sive aliquando venerit: sed exsistentem solum, sicut dicitur ex necessitate rationum exsistere, fas est cogitare; locum vero, sicut et alia, posteriorem esse, omniumque postremum. Hoc ipsum igitur vigens mirabiliter extra locum intelligentes, utcumque intelligamus, nihil penitus circa ipsum ultra possumus admovere, quasi aliquid circumdemus: neque, quantus sit, metiri valemus, neque ipsum, quantum ei contingere concedemus: neque rursus, quale sit, effingemus. Neque enim forma est circa ipsum ulla, nedum sensibilis, sed nec etiam intelligibilis aliqua. Præterea nec ei, quod ullo modo ad aliud referri dicatur, licet accommodare: nam et in se ipso constitit, et, antequam aliud quicquam exsisteret, exstitit. Cum igitur ita sit, quonam modo possumus illic dicere, ita id contigisse? vel quomodo audebimus id proferre, quandoquidem et alia omnia, quæ de hoc dicuntur, negatione dicantur? adeo, ut non verum quidem sit de illo dicere, ita contigit: sed contra non ita contigit, mulloque verius: quando nec simpliciter quidem contigisse dicendum.

Summus deus rectius dicitur suapte natura libertas, quam naturæ suæ dominus. Non enim actio penes eum ullo modo distinguitur a natura, ideo non debet dici in agendo naturæ suæ dominus: sed est vel simplicissimus actus, per quem libertas potius appellatur, vel principium finisque actuum actionumque omnium: unde libertas iterum in se nominatur: dominus vero non tam sui, quam aliorum. Essentia prima per actionem suam quodammodo ab ipsa distinctam suæ exsistentiæ domina dici potest. Anima vero cum non sit essentia ipsa simpliciter, sed essentia quædam, nequaquam dicenda est essentiæ suæ domina, quamvis quodammodo domina sui. Forma postremo corporea tanquam expers essentiæ liberum sui dominatum nullum habet. Contra vero deus, per quem superiora sunt libera, dominanturque sequentibus, libertas est simul et dominatio summa.

ιβ'. Τί οὖν; οὐκ ἔστιν, ὃ ἐστι; τοῦ δὲ εἶναι, ὃ ἐστιν, ἢ τοῦ ἐπέκεινα εἶναι ἆρά γε κύριος αὐτός; πάλιν γὰρ ἡ ψυχὴ οὐδέν τι πειαθεῖσα τοῖς εἰρημένοις ἄπορός ἐστι. Λεκτέον τοίνυν πρὸς ταῦτα ὧδε, ὡς ἕκαστος μὲν ἡμῶν κατὰ μὲν τὸ σῶμα πόρρω ἂν εἴη οὐσίας, κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ ὃ μάλιστα ἐσμὲν, μετέχομεν οὐσίας, καὶ ἐσμέν τις οὐσία. Τοῦτο δέ ἐστιν οἷον σύνθετόν τι ἐκ διαφορᾶς καὶ οὐσίας, οὐκουν κυρίως οὐσία, οὐδ' αὐτοουσία· διὸ οὐδὲ κύριοι τῆς αὐτῶν οὐσίας. Ἄλλο γάρ πως ἡ οὐσία, καὶ ἡμεῖς ἄλλο· καὶ κύριοι οὐχ ἡμεῖς τῆς αὑτῶν οὐσίας. Ἀλλ' ἡ οὐσία αὐτὴ ἡμῶν, εἴπερ αὕτη

XII. Quid ergo dicimus? nonne hoc ipsum, quod est, exsistit? Ipsius autem esse, quod est, vel ipsius, quod sit, ipso esse superius, numquid ipsemet deus est dominus? Rursus animus, nondum persuasus ex dictis, restat ambiguus: ad hæc igitur in præsentia nobis est ita dicendum: Unusquisque nostrûm secundum corpus quidem est ab essentia longe remotus, secundum vero animam, et quod maxime ipsi sumus, essentiæ participes sumus, et profecto sumus essentia quædam. Id autem est velut quiddam ex differentia simul essentiaque compositum: itaque nec essentia præcipue, nec ipsa essentia quam ob rem neque sumus nostræ essentiæ domini. Aliud namque quodammodo essentia est, aliud nos exsistimus. Nec nos quidem sumus essentiæ nostræ domini: sed ipsa essentia potius est domina nostra: siquidem hæc ipsa et

καὶ τὴν διαφορὰν προστίθησιν. Ἀλλ' ἐπειδή, ὅπερ κύριον ἡμῶν, ἡμεῖς πως ἐσμὲν, οὕτω τοι οὐδὲν ἧττον καὶ ἐνταῦθα λεγοίμεθα ἂν αὐτῶν κύριοι· ὃ δέ γε παντελῶς ἐστιν, ὅ ἐστιν αὐτοουσία, καὶ οὐκ ἄλλο μὲν αὐτὸ, ἄλλο δὲ ἡ οὐσία αὐτοῦ, ἐνταῦθα ὅπερ ἐστὶ, τοῦτο ἐστὶ καὶ κύριον, καὶ οὐκ ἔτι εἰς ἄλλο, ἢ ἐστι, καὶ ἢ ἐστιν οὐσία. Καὶ γὰρ αὖ ἀφείθη κύριον εἶναι αὐτοῦ, ἢ ὃ πρῶτον εἰς οὐσίαν. Τὸ δὴ πεποιηκὸς ἐλεύθερον τὴν οὐσίαν, πεφυκὸς δηλονότι ποιεῖν ἐλεύθερον καὶ ἐλευθεροποιὸν ἂν λεχθέν, τίνι ἂν δοῦλον εἴη; εἴπερ ὅλως καὶ θεμιτὸν ᾠθέγγεσθαι· τὸ δὲ τῇ παρ' αὐτοῦ οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ αὕτη παρ' αὐτοῦ ἐλευθέρα καὶ ὑστέρα, καὶ αὐτὸ οὐκ ἔχον οὐσίαν. Εἰ μὲν οὖν ἐστί τις ἐνέργεια ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ αὐτὸν θησόμεθα, οὐδ' ἂν διὰ τοῦτο εἴη ἂν ἕτερον αὑτοῦ· καὶ οὐκ αὐτὸς αὑτοῦ κύριος, ἀφ' οὗ ἡ ἐνέργεια, ὅτι μὴ ἕτερον ἐνέργεια καὶ αὐτός. Εἰ δ' ὅλως ἐνέργειαν οὐ δώσομεν ἐν αὐτῷ εἶναι, ἀλλὰ ταῦτα περὶ αὐτὸν ἐνεργοῦντα τὴν ὑπόστασιν ἴσχειν, ἔτι μᾶλλον οὔτε τὸ κύριον οὔτε τὸ κυριευόμενον ἐκεῖ εἶναι δώσομεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ αὐτοῦ κύριος, οὐχ ὅτι ἄλλο αὐτοῦ κύριον, ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτοῦ κύριον τῇ οὐσίᾳ ἀπέδομεν, τὸ δὲ ἐν τιμιωτέρῳ, ἢ κατὰ τοῦτο, ἐθέμεθα. Τί οὖν τὸ ἐν τιμιωτέρῳ τοῦ ὅ ἐστιν αὐτοῦ κύριον; ἢ ὅτι ἐπειδὴ οὐσία καὶ ἐνέργεια ἐκεῖ, δύο πως ὄντα, ἐκ τῆς ἐνεργείας τὴν ἔννοιαν ἐδίδου τοῦ κυρίου· τοῦτο δὲ ἦν τῇ οὐσίᾳ ταὐτόν. Διὰ τοῦτο καὶ χωρὶς ἐγένετο τὸ κύριον εἶναι καὶ αὐτὸ αὐτοῦ ἐλέγετο κύριον. Ὅπου δὲ οὐ δύο, ὡς ἑνὸς, ἀλλὰ ἕν (ἢ γὰρ ἐνέργεια μόνον, ἢ οὐδ' ὅλως ἐνέργεια), οὐδὲ τὸ κύριον αὐτοῦ ὀρθῶς.

differentiam adhibet. Sed quoniam nos quodam modo sumus et illud, quod dominatur nobis, hac utique conditione nihilo minus et hic domini nostri [ipsorum] possumus appellari. Quod autem omnino est id, quod est ipsa essentia, neque aliud quidem ipsum, aliud autem ejus essentia est: certe hoc ipsum, quod exsistit, est dominans, nec amplius refertur in aliud, qua videlicet ratione est, et qua exsistit essentia. Etenim rursus dimissum est sui ipsius dominum esse: siquidem, quod ibi primum est, redigitur in essentiam. Jam vero quod liberam facit essentiam, utpote cujus natura sit, res facere liberas, riteque liberator cognominatur, cuinam serviret? si modo fas est id etiam quoquo modo pronuntiare. Hoc autem sui ipsius essentia liberum judicatur: sed et hæc ab ipso libera est atque posterior: ipsum vero non habet essentiam. Si qua igitur in eo actio est, ipsumque ponemus in actione, non tamen ob hoc erit alterum a se ipso, neque minus sui ipsius dominus, a quo editur actio: quoniam non est alterum quiddam ibi actio, alterum vero ipsum. Si autem omnino actionem in eo esse non concedamus, sed alia circa ipsum operantia retinere substantiam, multo minus ibi vel dominum vel dominatorem esse fatebimur: sed neque etiam sui ipsius dominum esse dicemus: non quoniam deo quicquam aliud dominetur: sed quoniam sui ipsius esse dominum essentiæ jam attribuimus. Summum vero deum in gradu quodam excellentiore locavimus, quam quod sibimet dominetur. Quidnam igitur est excelsius eo, qui sui ipsius sit dominus? Profecto quoniam in ipso, qui primo sui ipsius dominus appellatur, essentia et actio duo quædam quodammodo sunt, nimirum ex actione ipsam domini præstitit rationem. Hæc autem idem, atque essentia est: propterea et seorsum factum est, ut dominus esset, suique ipsius dominus id est appellatum. Ubi autem non duo quidem sunt ut unius, sed est penitus unum; (aut enim solum actus est, aut omnino non est ibi actus:) illic nec etiam recte dicitur dominum sui ipsius exsistere.

Quocumque modo essentia, voluntas, actio in deo nominari possint, penitus idem sunt. Si ergo, sicut naturaliter ejus essentia fert, ita deus vult et agit: viciasim quoque quemadmodum vult et agit, sic ejus natura se habet. Est igitur neque fortuna neque fato, sed propria voluntate, quod est.

Estemus unum quodque se ipsum vult, suique juris exsistit, quatenus est cum bono. Ipsum ergo bonum penitus, ut vult, exsistit et liberum: ac si detur optio commutandi, nunquam aliud, quam quod est, se esse sit voliturum. Præterea cum voluntates omnium in bonum confluant, et uniantur in eo, certe in ipso bono eadem est cum bonitate voluntas, quæ nec aliud vult esse, quam se ipsam. Jam vero maximopere sibi, quod est, placet, siquidem sola participatione boni res habeat, ut sibimet ipsæ placeant. Post hæc Plotinus, Si velle, inquit, et esse idem est penes bonum, sequitur, sicut est ipsum in se naturaliter, ita velle: atque vicissim, ut vult, sic ipsum naturaliter et exsistere. Excogitat interim, Christianorum more, deum per voluntatis actum aliquam in se producere (ut ita dixerim) subsistentiam. Alibi quoque dixit, deum per intelligentiam in se, nescio quam, subsistentiam genuisse. Denique sicut voluntatis actum excellentiorem voluntate concedit ipsi bono, similiter actum intelligentiæ intelligentia excelsiorem est procul dubio concessurus.

ΙΓ'. Ἀλλ' εἰ καὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα ἐπάγειν δεῖ οὐκ ὀρθῶς τοῦ ζητουμένου, πάλιν αὖ λεγέσθω, ὡς τὰ μὲν ὀρθῶς εἴρηται, ὅτι οὐ ποιητέον, οὐδ' ὡς εἰς ἐπίνοιαν δύο, τὰ δὲ νῦν τῆς πειθοῦς χάριν, καίτοι παρανοητέον ἐν τοῖς λόγοις. Εἰ γὰρ δοίημεν ἐνεργείας αὐτῷ, τὰς δὲ ἐνεργείας αὐτοῦ οἷον βουλήσει αὐτοῦ, οὐ γὰρ ἀβουλῶν ἐνεργεῖ, αἱ δὲ ἐνέργειαι ἡ οἷον οὐσία αὐτοῦ, ἡ βούλησις αὐτοῦ καὶ ἡ οὐσία ταὐτὸν ἔσται. Εἰ δὲ τοῦτο, ὡς ἄρα ἐβούλετο, οὕτω καὶ ἔστιν. Οὐ μᾶλλον ἄρα, ὡς πέφυκε, βούλεταί τε καὶ ἐνεργεῖ, ἢ, ὡς βούλεταί τε καὶ ἐνεργεῖ, ἡ οὐσία ἐστὶν αὐτοῦ. Κύριος ἄρα πάντῃ ἑαυτοῦ, ἐφ' ἑαυτῷ ἔχων καὶ τὸ εἶναι. Ἴδε δὴ καὶ τόδε· τῶν ὄντων ἕκαστον ἐφιέμενον τοῦ ἀγαθοῦ βούλεται ἐκεῖνο μᾶλλον, ἢ ὅ ἐστιν, εἶναι, καὶ τότε μάλιστα οἴεται

XIII. Ceterum si hæc quoque nomina, etsi non recte, tamen circumque, introducere cogimur: rursus circa id, quod a principio quæritur, dicendum videtur, partim quidem recte fuisse dictum, videlicet non esse ponenda duo quædam in summo, etiam si tantum differant ratione, partim vero in præsentia persuasionis gratia liberius videtur esse loquendum, et a severa intelligentiæ norma in loquendo aliquantulum declinandum. Si ergo summo deo actiones attribuamus, actiones autem ejus tanquam voluntati suæ accommodemus, non enim operatur nolens, actiones vero sunt ipsa velut ejus essentia, nimirum voluntas ejus essentiaque idem penitus erit. Quod si ita, ergo, ut voluit, ita prorsus exsistit. Ideoque non magis, ut sua fert natura, ita vult et agit, quam, ut vult agitque, sic essentia ejus exsistit. Omnino igitur sui ipsius est dominus, suum videlicet esse proprio arbitrio possidens. Præterea ita considera: eorum quæ sunt unumquodque, bonum appetens, mavult illud, quam quod est, esse, maximeque tunc esse se

εἶναι, ὅταν τοῦ ἀγαθοῦ μεταλάβῃ, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ αἱρεῖται ἑαυτῷ ἕκαστον τὸ εἶναι, καὶ ὅσον ἂν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἴσχῃ, ὡς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως ἑαυτῇ δηλονότι πολὺ πρότερον αἱρετῆς οὔσης, εἴπερ τὸ ὅση μοῖρα ἀγαθοῦ παρ' ἄλλῳ αἱρετωτάτη, καὶ οὐσία ἑκούσιος, καὶ παραγενομένη θελήσει, καὶ ἓν καὶ ταὐτὸν οὖσα θελήσει καὶ διὰ θελήσεως ὑποστᾶσα. Καὶ ἕως μὲν τὸ ἀγαθὸν μὴ εἶχεν ἕκαστον, ἠθέλησεν ἄλλο, ἧ δὲ ἔσχεν, ἑαυτό τε θέλει ἤδη καὶ ἔστιν οὔτε κατὰ τύχην ἡ τοιαύτη παρουσία, οὔτε ἔξω τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ἡ οὐσία, καὶ τούτῳ καὶ ὁρίζεται, καὶ ἑαυτῆς ἐστι τούτῳ. Εἰ οὖν τούτῳ αὐτό τι ἕκαστον ἑαυτὸ ποιεῖ, δῆλον δήπου γίγνεται ἤδη, ὡς ἐκεῖνο γίγνεται ἂν ἤδη ἑαυτῷ τοιοῦτον πρώτως, ὃ καὶ τὰ ἄλλα ἑαυτοῖς ἐστιν εἶναι, καὶ σύνεστιν αὐτοῦ τῇ οἷον οὐσίᾳ ἡ θέλησις, τοῦ οἷον τοιοῦτον εἶναι, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτὸν λαβεῖν ἄνευ τοῦ θέλειν ἑαυτῷ, ὅπερ ἐστὶ· καὶ σύνδρομος αὐτὸς ἑαυτῷ, θέλων αὐτὸς εἶναι, καὶ τοῦτο ὤν, ὅπερ θέλει, καὶ ἡ θέλησις καὶ αὐτὸς ἕν, καὶ τούτῳ οὐχ ἧττον ἕν, ὅτι μὴ ἄλλο αὐτὸς, ὅπερ ἔτυχεν, ἄλλο δὲ τὸ ὡς ἐβουλήθη ἂν. Τί γὰρ ἂν καὶ ἠθέλησεν, ἢ τοῦτο, ὅ ἐστι; καὶ γὰρ εἰ ὑποθοίμεθα ἐλέσθαι αὐτῷ, ὅ τι θέλοι, γενέσθαι, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ ἀλλάξασθαι τὴν αὑτοῦ φύσιν εἰς ἄλλο, μήτε ἂν ἄλλο τι γενέσθαι βουληθῆναι, μήτ' ἂν ἑαυτῷ τι μέμψασθαι ὡς ὑπὸ ἀνάγκης τοῦτο ὄν, ὅ ἐστι τοῦτο τὸ αὐτὸς εἶναι, ὅπερ αὐτὸς ἀεὶ ἠθέλησε καὶ θέλει. Ἔστι γὰρ ὄντως ἡ ἀγαθοῦ φύσις θέλησις αὐτοῦ, οὐ δεδεκασμένου, οὐδὲ τῇ ἑαυτοῦ φύσει ἐπισπωμένου, ἀλλ' ἑαυτὸν ἑλομένου, ὅτι μηδὲ ἦν ἄλλο, ἵνα πρὸς ἐκεῖνο ἐλχθῇ. Καὶ μὴν κἀκεῖνο ἄν τις λέγοι, ὡς ἐν τῇ αὐτῶν ἕκαστον τὰ ἄλλα οὐσίᾳ οὐ περιείληφε τὸν λόγον τὸν τοῦ ἀρέσκεσθαι αὐτῷ. καὶ γὰρ ἂν καὶ δυσχεραίνοι τι αὐτό· ἐν δὲ τῇ ὑποστάσει τοῦ ἀγαθοῦ ἀνάγκη τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν αὐτοῦ θέλησιν ἐμπεριειλημμένην εἶναι, ἢ σχολῇ γ' ἂν ἄλλῳ ὑπάρχοι ἑαυτῷ ἀρεστῷ εἶναι, ἃ μετουσίᾳ ἢ ἀγαθοῦ φαντασίᾳ ἀρέσκεται αὐτοῖς. Δεῖ δὲ συγχωρεῖν τοῖς ὀνόμασιν, εἴ τις περὶ ἐκείνου λέγων ἐξ ἀνάγκης ἐνδείξεως ἕνεκα αὐτοῖς χρῆται, ἃ ἀκριβείᾳ οὐκ ἐῶμεν λέγεσθαι. Λαμβανέτω δὲ καὶ τὸ οἷον ἐφ' ἑκάστου. Εἰ οὖν ὑφέστηκε τὸ ἀγαθὸν, καὶ συνυφίστησιν αὐτὸ ἡ αἵρεσις καὶ ἡ βούλησις, ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔσται. Δεῖ δὲ τοῦτο μὴ πολλὰ εἶναι, συνακτέον ὡς ἓν τὴν βούλησιν καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὸ θέλειν, τὸ δὲ θέλειν παρ' αὐτοῦ ἀνάγκη καὶ τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι αὐτῷ εἶναι· ὥστε αὐτὸν πεποιηκέναι αὐτὸν ὁ λόγος ἀνεῦρεν. Εἰ γὰρ ἡ βούλησις παρ' αὐτοῦ καὶ οἷον ἔργον αὐτοῦ, αὕτη δὲ ταὐτὸν τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ, αὐτὸς ἂν οὕτως ὑποστήσας ἂν εἴη αὐτόν· ὥστε οὐχ ὅπερ ἔτυχέν ἐστιν, ἀλλ' ὅπερ ἠβουλήθη αὐτός.

putat, quando particeps evadit boni: et in tali quodam suum eligit esse, eoque magis suum esse probat, quo magis habet a bono, quasi ipsa boni natura multo prius sibimet sit potissimum eligenda. Siquidem quo major electionque portio boni alteri attribuitur, eo magis ejus essentia eligenda est libenter et expetenda voluntatique assistens, unumque et idem voluntati exsistens, neque per ipsam voluntatem ipsa subsistens. Proinde, quousque unumquodque non habet bonum, aliud quiddam vult: quando autem habet, hac statim conditione jam vult se ipsum. Neque secundum fortunam ejusmodi præsentia fit, neque extra voluntatem ipsius essentia est, atque hoc ipso etiam determinatur, eoque sui ipsius exsistit. Si igitur hoc ipso quodlibet se efficit ipsum aliquid, constat plane illud se ipso esse primo tale, quo et alia, ut se ipsis sint, nanciscantur: simulque eum ipsa velut illius essentia copulari penitus voluntatem, tanquam exsistendi tale, neque licere illud accipere absque volendi actu sibimet hoc ipsum, quod est, approbante. Itaque concurrit deus ipse secum, volens ipse exsistere, idque exsistens, quod et vult, voluntasque et ipse unum est, atque ex hoc non minus est unum: quoniam non aliud quidem est ipse, quod videlicet contigit, aliud autem, quod esse voluisset exsistere. Quid enim voluerit aliud præter hoc, quod nunc exsistit? Etenim si fingamus in ejus optionem adduci, ut, quodcumque velit, efficiatur, eique licere naturam suam in aliud commotare, constat sane, hunc nolle se aliud esse vel exstitisse: neque quicquam in se incusare, quasi cogente necessitate id ipsum, quod est, evaserit, propterea, quod id proprie ipse sit, quod ipsemet et voluit semper, et vult. Est enim re vera ipsa boni natura ipsiusmet voluntas, non adeo quidem, ut portio quædam illi fuerit assignata, vel propriam quandam sequutus naturam, sed ipse potius voluerit semet ipsum, quoniam nec erat aliud, ad quod potius traheretur. Accedit ad hæc, quod aliorum nullum in essentia sua rationem sibi placendi comprehendit: nonnihil etiam esse potest, quod se ipsum offendat, sibique displiceat. At in ipsa boni substantia necessarium est electionem sui ipsius et voluntatem procul dubio contineri: aliquin nihil usquam id assequetur, ut quandoque valeat sibi ipsi placere: quæ quidem vel participatione quadam, vel saltem imagine boni sibi ipsis placere solent. Decet autem veniam præstare nominibus, si quis, de illo loquens, nominibus quibusdam minus accommodatis uti demonstrandi gratia compellatur: quæ tamen exactior disputandi regula non admitteret. Saltem vero in nomine quolibet minus congruo dictiones ejusmodi, quasi, et velut, et tanquam singulatim accipiantur. Si igitur bonum ipsum exsistit, simulque cum eo exsistit electio atque voluntas: absque enim his non erit; oportet autem hoc multa non esse, nimirum voluntatem et essentiam atque velle, redigere prorsus debemus in unum. Cum vero ipsum velle sit ab illo, necessarium est ab illo quoque ipsum esse sibimet adesse. Quapropter et ipsum effecisse se ipsum ratio hæc invenit. Si enim voluntas est a se ipso, ac velut ipsius opus, hæc autem idem atque ejus substantia est, profecto sic ipse se in actum edidit exsistendi. Quam ob rem non illud est, quod esse contigerit, sed potius, quod ipse voluerit.

Confirmatio superiorum.

Singula in corporibus individua possunt quidem contingenter in exitum processisse: in quibus præter specialem necessariamque essentiam est aliquid adventicium. Anima vero intellectualis et idea quælibet, ubi totum est ad essentiam ac speciem necessarium, hoc ipsum, quod exsistit, ex intima sui natura prodit, non fortuito quidem, sed necessario. Cum vero hæc, tanquam principio proxima, id bonum consequantur ab eo, ipsum in primis id munus habet extra fortunam. Præterea in omni idea, itemque substantia vel forma ad ideam ex animum expressa, hæc duo invicem conjunguntur, scilicet quid et propter quid

existat. Quapropter, si diligenter inspexeris, in ipsa dispositione naturæ ex partibus suis constante rationem causamque partium totiusque invenies : tantum vero munus a principio rerum habent, idem eminentius in se habente. Alienissima vero illinc est fortuna, ubi existendi ratio causaque intrinsecus continetur.

ΙΔ'. Ἔτι δὲ ὁρᾶν δεῖ καὶ ταύτῃ· ἕκαστον τῶν λεγομένων εἶναι ἢ ταὐτόν ἐστι τῷ εἶναι αὐτοῦ, ἢ ἕτερον· οἷον ἄνθρωπος δὸε ἕτερος, καὶ τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι ἄλλο· μετέχει γε μὴν ὁ ἄνθρωπος τοῦ ὅ ἐστιν ἀνθρώπῳ εἶναι. Ψυχὴ δὲ καὶ τὸ ψυχῇ εἶναι ταὐτόν, εἰ ἁπλοῦν ψυχή, καὶ μὴ κατ' ἄλλου· καὶ ἄνθρωπος αὐτὸ, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι, καὶ τὸ μὲν ἂν κατὰ τύχην γένοιτο ἄνθρωπος, ὅτῳ ἕτερον τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι· τὸ δὲ ἀνθρώπῳ εἶναι οὐκ ἂν γένοιτο κατὰ τύχην· τοῦτο δέ ἐστι παρ' αὐτοῦ ἄνθρωπος αὐτό. Εἰ δὴ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι παρ' αὐτοῦ καὶ οὐ κατὰ τύχην τοῦτο οὐδὲ συμβέβηκε, πῶς ἂν τὸ ὑπὲρ τὸ ἄνθρωπος αὐτὸ τὸ γεννητικὸν τοῦ ἀνθρώπου αὐτὸ, καὶ οὗ τὰ ὄντα πάντα, κατὰ τύχην ἂν λέγοιτο, φύσις ἁπλουστέρα τοῦ ἀνθρώπου εἶναι καὶ τοῦ ὅλως τὸ ὂν εἶναι· εἰ πρὸς τὸ ἁπλοῦν ἰόντι οὐκ ἔστι συναναφέρειν τὴν τύχην, ὥστε καὶ εἰς τὸ ἁπλούστατον ἀδύνατον ἀναβαίνειν τὴν τύχην. Ἔτι δὲ κἀκεῖνο ἀναμνησθῆναι προσήκει ἤδη που εἰρημένον, ὡς ἕκαστον τῶν κατ' ἀλήθειαν ὄντων καὶ ὑπ' ἐκείνης τῆς φύσως ἐλθόντων εἰς ὑπόστασιν, καὶ εἴ τι δὲ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τοιοῦτον, τῷ ἐπ' ἐκείνῳ τοιοῦτον· λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον τὸ σὺν αὐτῷ τῇ οὐσίᾳ ἔχειν καὶ τῆς ὑποστάσεως τὴν αἰτίαν, ὥστε τὸν ὕστερον θεατὴν ἑκάστου ἔχειν εἰπεῖν, διὰ ὃ ἕκαστον τῶν ὑπαρχόντων, οἷον διὰ τί ὀφθαλμὸς, καὶ διὰ τί πόδες τοῖσδε τοιοῖδε, καὶ τὴν αἰτίαν συναπογεννῶσαν ἕκαστον μέρος ἑκάστου εἶναι, καὶ διαλλήλα τὰ μέρη εἶναι· διὰ τί πόδες εἰς μῆκος; ὅτι καὶ τόδε τοιόνδε, καὶ ὅτι πρόσωπον τοιόνδε, καὶ πόδες τοιοῖδε, καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἄλληλα πάντων συμφωνία ἀλλήλοις αἰτία· καὶ τὸ διὰ τί τόδε· ὅτι τοῦτο ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι, ὥστε ἓν καὶ τὸ αὐτὸ τὸ εἶναι καὶ τὸ αἴτιον. Ταῦτα δὲ ἐκ μιᾶς πηγῆς οὕτως ἦλθεν οὐ λελογισμένης, ἀλλὰ παρεχούσης ὅλον ἀθρόον τὸ διὰ τί καὶ τὸ εἶναι. Πηγὴ οὖν τοῦ εἶναι καὶ διὰ τί εἶναι ὁμοῦ ἄμφω διδοῦσα· ἀλλὰ οἷα τὰ γινόμενα πολὺ ἀρχετυπώτερον καὶ ἀληθέστερον, καὶ μᾶλλον ἢ κατ' ἐκεῖνα πρὸς τὸ βέλτιον τὸ ἀφ' οὗ ταῦτα. Εἰ οὖν μηδὲν εἰκῇ, μηδὲ κατὰ τύχην, μηδὲ τὸ συνέβη γὰρ οὕτως, τῶν ὅσα τὰς αἰτίας ἐν αὐτοῖς ἔχει, ἔχει δὲ τὰ ἐξ αὐτοῦ ἅπαντα, λόγου ὢν καὶ αἰτίας καὶ οὐσίας αἰτιώδους πατὴρ, ἃ δὴ πάντα πόῤῥω ὑπάρχει τύχης, τὸ ὄντως καὶ τὸ πρῶτον ἀμιγὲς τύχαις, καὶ αὐτομάτῳ καὶ συμβάσει αἴτιον ἑαυτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτὸν αὐτός· καὶ γὰρ πρώτως αὐτὸς καὶ ὑπερόντως αὐτός.

XIV. Proinde considerare idem hac etiam ratione nos decet. Unumquodque eorum, quæ esse dicuntur, aut idem est, quod et ipsum ejus esse, aut potius aliud : quemadmodum alius est hic homo, aliud ipsum esse homini : particeps tamen est hic homo ejus, quod est ipsum esse homini. Anima vero et esse animæ idem est, si est anima simplex, nec de alio prædicatur. Item idealis ipse homo idem est atque ipsum esse homini. Et hoc quidem fortuna quadam homo fieri potest, ubi aliud est ipsum esse homini. Quod autem est ipsum homini esse, sive hominem esse, nunquam id fieri fortuna contingit. Id est autem a se ipso est ipse homo. Quam ob rem, si hoc ipsum, quod dicitur esse homini, vel esse hominem, est id a se ipso, neque secundum fortunam hoc exsistit, neque sic accidit esse, quonam pacto illud, quod ipso homine superius est, ipsumque generat hominem idealem, giguit et illud, quo entia omnia continentur, secundum fortunam potest? præsertim cum simplicior natura sit eo, quod est esse hominem, atque eo, quod est ens ipsum prorsus exsistere? siquidem ad simplex ordine procedenti non licet secum eodem ferre fortunam. Quocirca ad illud, quod est omnium simplicissimum, ascendere fortuna non potest. Præterea in memoriam revocandum est, quod et jam dictum fuit, unumquodque videlicet eorum, quæ re vera sunt, et ab illa natura in substantiam provenerunt, una cum ejus essentia habere etiam substantiæ sive subsistentiæ causam : ac si quid inter illa, quæ sentiuntur, est tale, propterea quod præcipue ab illis pendeat esse tale : quo efficitur, ut, qui aliquid postea contemplatur, assignare possit, propter quid potissimum singula, quæ insunt, aut sint, aut ita se habeant : velut propter quid oculus, et quam ob causam pedes talibus dati sint tales : causamque probare valeat partem quamlibet concreantem uniuscujusque esse, partesque se invicem in ipsa causæ ratione juvare. Curnam pedes in longitudinem protenduntur? Quoniam videlicet et hoc est tale, et quoniam talis est facies : ideoque tales sunt et pedes : atque omnino mutua omnium consonantia invicem causa est. Item curnam hoc est? Quoniam scilicet hoc ipsum est esse homini : quapropter unum idemque est esse simul et causa. Hæc autem sic ex fonte unico profluxerunt, nullo rationis ad hæc utente discursu, sed simul totum ipsum propter quid ipsumque esse protinus exhibente. Est itaque fons ipsius esse, ipsiusque, propter quid esse dicatur, ambo simul præbens. Qualia vero sunt, quæ fiunt, tale est illud, a quo proveniunt, sed potiori quadam veriorique admodum ratione, atque ad id quod melius est, illa, quæ fiunt, supra modum exsuperante. Cum igitur nullum eorum, quæ in se causas possident, temere, vel fortuito, vel ulla sortis conditione sic potius contingentis, ita se habeat, habeat autem primum illud, quæ ex ipso sunt cuncta : pater rationis et causæ et essentiæ (ut ita dixerim) causalis, quæ quidem omnia a fortuna sunt longe remota, erit profecto principium ac velut exemplar eorum, quæcumque nullum habent cum fortuna commercium : hoc ipsum videlicet, quod re vera primumque nullam habet cum fortuna casuque et sorte commixtionem : quippe cum sit sui ipsius causa, atque a se ipso et propter se sit hoc ipsum, quod dicitur ipse. Est enim primo ipse, vel supervere, et (ut ita dixerim) superenter ipse.

Confirmatio superiorum.

Si unumquodque eatenus sibi est amabile, quatenus fit boni particeps, ipsum certe bonum sibimet potissimum est amabile : ibique amor et amatus est idem. Non est igitur aliud, quam quod semper esse se amat. Præterea tunc demum extra contingentia positi sumus, experimurque libertatem, quando, ceteris omnino posthabitis, unico ipsius boni lumini intelligentiam superanti nos exponimus. Ipsum ergo bonum libertas ipsa est extra fortunam. Denique cum ratio casui opposita sit, atque a principio

tota ratio universi processerit, consequens est, ipsum non solum extra casum, sed etiam super rationem id ipsum, quod est, exsistere.

ΙΕ'. Καὶ ἐράσμιον καὶ ἔρως ὁ αὐτὸς, καὶ αὐτοῦ ἔρως, ἅτε οὐκ ἄλλως καλὸς, ἢ παρ' αὑτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ. Καὶ γὰρ καὶ τὸ συνεῖναι ἑαυτῷ οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι, εἰ μὴ τὸ συνὸν καὶ τὸ ᾧ σύνεστιν, ἓν καὶ ταὐτὸν εἴη. Εἰ δὲ τὸ συνὸν τῷ ᾧ σύνεστιν ἓν, καὶ τὸ οἷον ἐφιέμενον τῷ ἐφετῷ ἕν, τὸ δὲ ἐφετὸν κατὰ τὴν ὑπόστασιν καὶ οἷον ὑποκείμενον, πάλιν αὖ ἡμῖν ἀνεφάνη ταὐτὸ ἡ ἔφεσις καὶ ἡ οὐσία. Εἰ δὲ τοῦτο, πάλιν αὖ αὐτός ἐστιν οὗτος ὁ ποιῶν ἑαυτὸν καὶ κύριος ἑαυτοῦ, καὶ οὐχ ὥς τι ἕτερον ἠθέλησε γενόμενος, ἀλλ' ὡς θέλει αὐτός· καὶ μὴν καὶ λέγοντες αὐτὸν οὔτε τι εἰς αὐτὸν δέχεσθαι, οὔτε ἄλλο αὐτὸν, καὶ ταύτῃ ἂν εἴημεν ἔξω ποιοῦντες τοῦ τύχῃ εἶναι τοιοῦτον, οὐ μόνον τῷ μονοῦν αὐτὸν καὶ τῷ καθαρὸν ποιεῖν ἁπάντων, ἀλλ' ὅτι, εἴ ποτε καὶ αὐτοὶ ἐν αὐτοῖς ἐνίδοιμέν τινα φύσιν τοιαύτην οὐδὲν ἔχουσαν τῶν ἄλλων, ὅσα συνήρτηται ἡμῖν, καθ' ἃ πάσχειν ὅ τι περ ἂν συμβῇ καὶ κατὰ τύχην ὑπάρχει. Πάντα γὰρ τὰ ἄλλα ὅσα ἡμῶν δοῦλα καὶ κείμενα τύχοις, καὶ οἷον κατὰ τύχην προσελθόντα. Τούτῳ δὲ μόνῳ τὸ κύριον αὐτοῦ καὶ τὸ αὐτεξούσιον φωτὸς ἀγαθοειδοῦς καὶ ἀγαθοῦ ἐνεργείᾳ, καὶ μείζονος ἢ κατὰ νοῦν, οὐκ ἐπακτὸν τὸ ὑπὲρ τὸ νοεῖν ἐχούσης, εἰς ὃ δὴ ἀναβάντες καὶ γενόμενοι τοῦτο μόνον, τὰ δ' ἄλλα ἀφέντες, τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸ, ἢ ὅτι πλέον ἢ ἐλεύθεροι, καὶ πλέον ἢ αὐτεξούσιοι; Τίς δ' ἂν ἡμᾶς προσάψειε τότε τύχαις ἢ τῷ εἱκῇ, ἢ τῷ συμβέβηκεν, αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ζῆν γενομένους, ἢ ἐν τούτῳ γενομένους, ὃ μηδὲν ἔχει ἄλλο, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸ μόνον; Τὰ μὲν οὖν ἄλλα μονούμενα οὐκ ἔστιν αὐτοῖς αὐτάρκη εἶναι εἰς τὸ εἶναι· τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅ ἐστι καὶ μονούμενον· ὑπόστασις δὲ πρώτη οὐκ ἐν ἀψύχῳ, οὐδ' ἐν ζωῇ ἀλόγῳ· ἀσθενὴς γὰρ εἰς τὸ εἶναι καὶ αὕτη, σκέδασις οὖσα λόγου καὶ ἀοριστία. Ἀλλ' ὅσῳ πρόεισιν εἰς λόγον, ἀπολείπει τύχην· τὸ γὰρ κατὰ λόγον οὐ τύχῃ. Ἀναβαίνουσι δὲ ἡμῖν ἐκεῖνο μὲν οὐ λόγος, κάλλιον δὲ ἢ λόγος, τοσοῦτο ἀπέχει τοῦ τύχῃ συμβῆναι. Ῥίζα γὰρ λόγου παρ' αὐτῆς, καὶ εἰς τοῦτο λήγει τὰ πάντα, ὥσπερ φυτοῦ μεγίστου κατὰ λόγον ζῶντος ἀρχὴ καὶ βάσις· μένουσα γὰρ αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς, διδοῦσα δὲ κατὰ λόγον τῷ φυτῷ, ὃν ἔλαβεν, εἶναι.

XV. Idem præterea deus et amabile est et amor, suique ipsius est amor, utpote qui non aliter, quam a se ipso, et in se ipso, pulcher exsistit. Atqui et hoc ipsum, quod dicitur simul esse secum, non aliter habere potest, quam si et quod simul inest, et qui, cum est simul, unum sit penitus atque idem. Si ergo et coexsistens et illud, cui coexsistit, est unum, atque, quod ibi est velut appetens, similiter unum est cum illo, quod est appetendum, et, quod illic appetibile dicitur, vel appetendum, secundum substantiam et quasi subjectum consideratur: rursus hinc nobis apparuit, appetitum et essentiam esse idem. Quod si ita se habet, constat iterum, deum se ipsum efficere, suique exsistere dominum, neque sic esse factum, ut aliud quicquam voluerit, sed quemadmodum ipse vult. Proinde ubi deum dicimus nec quicquam in se accipere, nec ab alio capi, hac quoque ratione eum ab ea conditione longius segregamus, per quam sorte quadam talis evasisse dicatur, non solum ex eo, quod agat seu reddat se unicum et (ut ita dixerim) solitarium, purumque conservet ab omnibus: verum etiam, quoniam, si quando et nos in nobis naturam ejusmodi quandam inspiciamus, aliorum nihil habentem, quotcumque nobis adhærent, per quæ nobis accidere solet, quicquid contigerit perpeti, casuque vivere, libertatem prorsus experiemur. Alia enim quæcumque nostra dicuntur, serviunt fortunæque exposita sunt, et quasi fortuito nobis accidunt. In hoc autem solo consistit sui ipsius dominum liberumque exsistere, per actum videlicet quendam luminis boniformis, et boni exsuperantis mentem, actum, inquam, vim non adventitiam in se habentem, quæ omnem excedat intelligentiam. Huc ergo cum ascenderimus, solumque id evaserimus, ceteris longe posthabitis, age, quidnam de hoc statu dicemus? Profecto clamabimus, nos esse tunc libertate omnique arbitrio valde superiores. Quisnam nos eo tempore fortunis exponet, vel temeritati faciet sortique obnoxios? quippe cum ipsa vera vita tunc effecti simus, aut in eo penitus constituti, quod sane nihil habet aliud, sed solum ipsum prorsus exsistit. Cetera quidem, si sola sint ab aliis segregata, ad suum esse sufficere nequeunt: ipsum vero principium id ipsum, quod est, exsistit pariter, etsi segregatum. Substantia sane prima non consistit in re non vivente, neque etiam in vita rationis experte. Hæc enim ad exsistendum debilis est: quippe cum rationis dispersio sit et natura quædam indefinita. At quatenus in rationem procedit, eatenus relinquit fortunam: quod enim ratione progreditur, nequaquam in fortuna versatur. Nobis vero altius procedentibus principium ipsum non occurrit ut ratio, sed quiddam pulchrius ratione: tantum abest, ut sorte contingat. Est enim radix quædam rationis suapte natura: atque huc tandem omnia desinunt. Est tanquam ingentis cujusdam arboris ratione viventis principium atque fundamentum in se ipso quidem permanens, tradens vero Esse arbori per rationem inde susceptam.

Confirmatio superiorum.

Si deus nec est in tempore, nec est in loco, non potest hoc ipsum, quod est, vel aliquando, vel alicubi contigisse. Est autem deus non tam semper, quam sempiternitas ipsa, nec proprie ubique habitat, sed ipse certe hoc ipsum est, quod a nobis appellari solet ubique. Intellectus ibi deo mirus, intelligibili intellectu superior, tam efficaciter in se agit, ut exsistentiam generet in se ipso: similiter et voluntas, appetente voluntate superior exsistentiam in se volendo producit. Cum vero nihil in deo sit præter ipsum, sic certe intelligendo ac volendo in se ipse emicat a se ipso, adeo, ut neque sorte neque aliunde vi illata, sed pro intelligentia voluntateque sua id ipsum, quod est, exsistat. Sed hæc et quæ sequuntur, in Theologia nostra diligentius explicamus.

ΙϚ'. Ἐπεὶ δὲ φαμὲν καὶ δοκεῖ πανταχοῦ τε εἶναι τοῦτο καὶ αὖ εἶναι οὐδαμοῦ, τοῦτό τοι χρὴ ἐνθυμηθῆναι καὶ νοῆσαι, οἷον δεῖ, καὶ ἐντεῦθεν σκοπουμένους θέσθαι, περὶ ὧν ζητοῦμεν· εἰ γὰρ μηδαμοῦ, οὐδαμοῦ συμβέβηκε, καὶ εἰ πανταχοῦ, ὅσος ἐστὶν αὐτὸς, τοσοῦτον

XVI. Quoniam vero fatemur, probabileque videtur deum et ubique esse et nusquam, de hoc quoque, quale sit, nobis diligenter considerandum, hinc rursus, quod quærimus, indagantibus: si enim nusquam est, nusquam certe contigit: rursus, si est ubique, procul dubio quantus ipse est, tantus est et ubique. Quapropter hoc

πανταχοῦ. Ὥστε τὸ πανταχοῦ καὶ τὸ πάντῃ αὐτὸς, οὐκ ἐν ἐκείνῳ ὢν τῷ πανταχοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὢν τοῦτο, καὶ δοὺς εἶναι τοῖς ἄλλοις ἐν τῷ πανταχοῦ παρακεῖσθαι. Οὐδ' ὑπερτάτην ἔχων τάξιν, μᾶλλον δ' οὐκ ἔχων, ἀλλ' ὢν ὑπέρτατος αὐτὸς δοῦλα πάντα ἔχει, οὐ συμβὰς αὐτοῖς, αὐτῷ δὲ τῶν ἄλλων, μᾶλλον δὲ περὶ αὐτὸν τῶν ἄλλων, οὐ πρὸς αὐτὰ βλέποντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκείνων πρὸς αὐτόν. Οὐδ' εἰς τὸ εἴσω οἷον φέρεται αὐτοῦ, οἷον ἑαυτὸν ἀγαπήσας, αὐγὴν καθαρὰν, αὐτὸς ὢν τοῦτο ὅπερ ἠγάπησε· τοῦτο δ' ἐστὶν ὑποστήσας αὐτὸν, εἴπερ ἐνέργεια μένουσα, καὶ τὸ ἀγαπητότατον οἷον νοῦς. Νοῦς δὲ ἐνέργημα, ὥστε ἐνέργημα αὐτός· ἀλλὰ ἄλλου μὲν οὐδενὸς, ἑαυτοῦ ἄρα ἐνέργημα αὐτός· οὐκ ἄρα, ὡς συμβέβηκεν, ἐστὶν, ἀλλ' ὡς ἐνεργεῖ αὐτός. Ἔτι τοίνυν, εἰ ἔστι μάλιστα, ὅτι πρὸς αὐτὸν οἷον στηρίζει, καὶ οἷον πρὸς αὐτὸν βλέπει, καὶ τὸ οἷον εἶναι τοῦτο αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βλέπειν, οἷον ποιοῖ ἂν αὐτόν· οὐχ, ὡς ἔτυχεν, ἄρα ἐστὶν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἐθέλει, καὶ οὐδ' ἡ θέλησις εἰκῇ, οὐδ' οὕτω συνέβη. Τοῦ γὰρ ἀρίστου ἡ θέλησις οὖσα οὐκ ἔστιν εἰκῇ. Ὅτι δ' ἡ τοιαύτη νεῦσις αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, οἷον ἐνέργεια οὖσα αὐτοῦ, καὶ μονὴ ἐν αὐτῷ τὸ εἶναι, ὅ ἐστι, ποιεῖ, μαρτυρεῖ ὑποτεθὲν τοὐναντίον· ὅτι, εἰ πρὸς τὸ ἔξω νεύσειεν αὐτοῦ, ἀπολεῖ τὸ εἶναι, ὅπερ ἐστί. Τὸ ἄρα εἶναι, ὅπερ ἐστὶν, ἡ ἐνέργεια ἡ πρὸς αὐτόν· τοῦτο δὲ ἓν καὶ αὐτός. Αὐτὸς ἄρα ὑπέστησεν αὐτὸν συνεξενεχθείσης τῆς ἐνεργείας μετ' αὐτοῦ, καὶ οἷον ἐγρήγορσις οὐκ ἄλλου ὄντος τοῦ ἐγρηγορότος, ἐγρήγορσις καὶ ὑπερνόησις ἀεὶ οὖσα, ἔστιν οὕτως ὡς ἐγρηγόρησεν. Ἡ δὲ ἐγρήγορσίς ἐστιν ἐπέκεινα οὐσίας καὶ νοῦ καὶ ζωῆς ἔμφρονος· ταῦτα δὲ αὐτός ἐστιν· αὐτὸς ἄρα ἐστὶν ἐνέργεια ὑπὲρ νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ ζωήν· ἐξ αὐτοῦ δὲ ταῦτα, καὶ οὐ παρ' ἄλλου. Παρ' αὐτοῦ ἄρα αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι· οὐκ ἄρα, ὡς συνέβη, οὕτως ἐστὶν, ἀλλ', ὡς ἠθέλησεν, αὐτός ἐστιν.

ipsum, quod ubique et quod undique dicitur, ipsemet exsistit, neque ipsum ubique est in eo, neque vicissim, sed ipse potius est hoc ipsum, ceterisque largitur esse, propterea quod in eo, quod ipsum ubique est, admittantur. Hic autem supremum obtinens ordinem, imo vero non obtinens, sed exsistens ipse supremus, subdita habet omnia, non illis quidem ipse contingens, sed sibi cetera contingentia, imo vero cetera circa ipsum. Nec ille quidem ad illa prospicit, sed ad ipsum cuncta suscipiunt. Ille autem intra se æque per totum quasi perfertur, tanquam se ipsum amans, puram lucem, ipse hoc ipsum, quod amat, exsistens, id est autem in subsistentiam se producens, siquidem actus est permanens, et quod ibi amabilissimum est, velut intellectus exsistit. Intellectus autem ipsius est opificium : quapropter opificium ipse est. Cum vero non sit opus alterius, sequitur, ut sui ipsius ipse sit opus. Quam ob rem non ita est, ut contigit, sed potius, ut ipse agit. Præterea si ex eo maxime est, quoniam quasi sibimet innititur, et quasi respicit ad se ipsum, ipsumque velut esse sibi est respicere ad se ipsum, nimirum quasi efficit semet ipsum. Non igitur est, ut contigit, sed ut ipse vult : neque voluntas ibi temeraria est et vana, neque sic accidit. Cum enim optimi sit voluntas, non est inanis atque fortuita. Quod autem ejusmodi nutus erga se ipsum, quasi quædam ejus actio et quies in semet ipso, efficiat ut hoc ipsum, quod est, exsistat, testatur muneris hujus oppositum, si concedatur. Nempe si prospiciat, annuatque extra se ipsum, protinus, quod est, amittit. Esse igitur hoc ipsum, quod exsistit, est actio ad se ipsum : hoc autem atque ipse est unum. Ille igitur sibimet exhibet subsistentiam, una cum ipso ejus actione collata. Si ergo facta non est ejus actio, sed semper exstitit quasi vigilantia quædam, nec aliud ibi vigilans est, aliud vigilantia, quæ quidem superintelligentia quædam est semper vigens, profecto sic est, sicut et vigilavit. Vigilantia vero super essentiam intellectumque et vitam sapientem exstat : id autem ipse est. Ille igitur actus est super intellectum et sapientiam atque vitam : ex eo autem hæc sunt, nec ab alio quopiam. Ab illo igitur et ex illo suum esse producitur. Non ergo, sicut contigit, sed ut ipse voluit, sic prorsus exsistit.

Confirmatio superiorum.

In homine quidem aliud est natura, per quam generat similem : aliud ars et providentia, per quam artificiosa facit. At in opifice mundi vita eadem est intelligentia simul atque natura. Cum igitur provida et artificiosa dispositio mundi illinc proveniat intellectuali pariter naturalique ratione, necesse est hanc ibi quasi formam ejus exsistere naturalem. Si igitur ejusmodi mundi forma, multo magis et illius procul est a casu : remotissimum denique a fortuna est illius formæ principium, quod pro natura et voluntate sua segregavit filium a fortuna. Denique, si principium aspiciat aliorsum, se perdet. Dum ergo se tantum respicit, se ipsum quasi conservat atque agit. Igitur ex se ipso id, quod est, exsistit : non contingit ex fortuna.

ΙΖ'. Ἔτι δὲ καὶ ὧδε· ἕκαστα φαμὲν τὰ ἐν τῷ παντὶ, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως ἔχειν, ὡς ἂν ἔσχεν, ὡς ἡ τοῦ ποιοῦντος προαίρεσις ἠθέλησε· καὶ οὕτως ἔχειν, ὡς ἂν προϊέμενος καὶ προϊδὼν ἐν λογισμοῖς κατὰ πρόνοιαν οὕτως εἰργάσατο· ἀεὶ δὲ οὕτως ἐχόντων, καὶ ἀεὶ οὕτως γιγνομένων, οὕτω τοι καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς συνοῦσι κεῖσθαι τοὺς λόγους ἐν μείζονι εὐθημοσύνῃ ἑστῶτας· ὥστε ἐπέκεινα προνοίας τάχει εἶναι καὶ ἐπέκεινα προαιρέσεως, καὶ πάντα ἀεὶ νοερῶς ἑστηκότα εἶναι, ὅσα ἐν τῷ ὄντι· ὥστε τὴν οὕτω διάθεσιν εἴ τις ὀνομάζει πρόνοιαν, οὕτω νοείτω, ὅτι ἐστὶ πρὸ τοῦδε νοῦς θεοῦ παντὸς ἑστὼς, ἀφ' οὗ καὶ καθ' ὃν τὸ πᾶν τόδε. Εἰ μὲν νοῦς πρὸ πάντων οὖν καὶ ἀρχὴ ὁ τοιοῦτος νοῦς, οὐκ ὂν εἶη. ὡς ἔτυχε, πολὺς μὲν ὢν, συνῳδὸς δὲ αὐτῷ, καὶ οἷον

XVII. Præterea idem hac ratione probamus : singula in mundo posita, totumque mundum sic se habere asserimus, quemadmodum se habuisset, si auctor suus quasi deliberando sic elegisset, ac si præcedente concilio et argumentatione quadam id prævidente, secundum providentiam mundus sic esset effectus. Cum vero sic semper omnia et sint, et fiant, ita profecto et semper in his, quæ simul exsistunt, constat esse insitas rationes, in concinniore dispositione firmiter permanentes. Quapropter super providentiam illa sunt superque electionem atque propositum : omniaque semper intellectuali conditione firma perseverant, quæcumque in ipso ente consistunt. Si quis igitur dispositionem ejusmodi nominet providentiam, sic id accipiat, esse videlicet super id universum intellectum firmiter permanentem, a quo, et secundum quem totum id constituitur. Si igitur intellectus est ante omnia, principiumque est intellectus ejusmodi, nunquam, ut sorte contigit, ita se habet, præcipue cum multiplex quidem sit, sed secum ipse conspirans ac velut conflatus in unum.

εἰς ἓν συντεταγμένος. Οὐδὲν γὰρ πολὺ καὶ πλῆθος συντεταγμένον, καὶ λόγοι πάντες, καὶ περιληφθέντες ἐν ἰδίᾳ παντὸς, ὡς ἔτυχε καὶ ὡς συνέβη, ἀλλὰ πόῤῥω φύσεως τῆς τοιαύτης, καὶ ἐναντίον ὅσον τύχη ἐν ἀλογίᾳ κειμένη λόγῳ. Εἰ δὲ πρὸ τοῦ τοιούτου ἀρχὴ, δηλονότι προσεχὴς τούτῳ τῷ οὕτω λεγομένῳ, καὶ τὸ οὕτω λεγόμενον τοῦτο κατ' ἐκεῖνο, καὶ μετέχον ἐκείνου, καὶ οἷον θέλει ἐκεῖνο καὶ δύναμις ἐκείνου. Ἀδιάστατος τοίνυν ἐκεῖνος, εἷς πάντα λόγος, εἷς ἀριθμὸς, καὶ εἷς μείζων τοῦ γενομένου καὶ δυνατώτερος, καὶ οὐδὲν μεῖζον αὐτοῦ οὐδὲ κρεῖττον· οὐδὲ ἄρα ἐξ ἄλλου ἔχει οὔτε τὸ εἶναι οὔτε τὸ ὁποῖός ἐστιν εἶναι. Αὐτὸς ἄρα αὐτῷ, ὅ ἐστι, πρὸς αὐτὸν καὶ ἐς αὐτὸν, ἵνα μηδὲ ταύτῃ πρὸς τὸ ἔξω, ἢ πρὸς ἄλλον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν πᾶς.

Quod enim multiplex multitudoque ordinata simul exsistit, et in quo rationes omnes per totum comprehenduntur in unum, nullo modo, utcumque contigit vel sorte evenit, se habere putandum : sed a natura ejusmodi procul abest fortunæ temeritas, ipsaque fortuna in quadam rationis orbitate se versans, rationi prorsus opponitur. Si autem, quod ante tale quiddam exsistit, ipsum omnium est principium, certe proximum est huic ita, ut dictum est, affecto. Idque ita dispositum, secundum illud dispositum est, ejusque participat, taleque exsistit, quale vult illud illiusque potestas. Ille igitur deus est indistans : una quidem omnia ratio, numerus unus : unus autem major genio atque potentior, nihil illo majus, nihil est melius. Itaque nec esse, nec esse tale, qualiscumque dicatur, ab alio accipit. Ipse igitur se ipso id, quod est, exsistit, ad se ipsum et penitus in se ipsum : ut neque etiam hac conditione aspiciat extra, vel ad alium usquam, sed totus potius ad se ipsum.

Confirmatio superiorum.

Nihil extra deum licet fingere. Nam deus excogitatur tanquam superessentialis potestatis, imo actus immensitas, cum comprehendens superficies omnium, tum se tota penetrans profunda rerum. Intellectus primus ad deum comparatur, tanquam circulus inferior, ad centrum superioris circuli sese applicans et naturaliter inde pendens : rursum, quemadmodum lumen, radiis quam plurimis foras effusum, ad simplicem et intimum solis lucem. Cum igitur intellectus sit imago quædam naturalis primi dei, sitque totus penitus tota ratio, constat primum illud, cum natura tum voluntate rationis universæ patrem fortuitum in se nihil admittere. Denique, cum tota ratio decentis expedientis opportuni tanquam bona contineatur in ipso bono, merito bonum ipsum est ipsum decus et opportunum. Non igitur, utcumque contigit, sed ut per suum naturale decus decet, naturaliter exsistit.

ΙΗ'. Καὶ σὺ ζητῶν μηδὲν ἔξω ζήτει αὐτοῦ, ἀλλ' εἴσω πάντα τὰ μετ' αὐτόν· αὐτὸν δὲ ἔα. Τὸ γὰρ ἔξω αὐτός ἐστι, περίληψις πάντων καὶ μέτρον, ἢ εἴσω ἐν βάθει. Τὸ δ' ἔξω αὐτοῦ, οἷον κύκλῳ ἐφαπτόμενον αὐτοῦ καὶ ἐξηρτημένον πᾶν, ὁ λόγος καὶ νοῦς· μᾶλλον δ' ἂν εἴη νοῦς, καθ' ὃ ἐφάπτεται, καὶ ᾗ ἐφάπτεται αὐτοῦ, καὶ ᾗ ἐξήρτηται, ἅτε παρ' ἐκείνου ἔχων τὸ νοῦς εἶναι· ὥσπερ ἂν οὖν κύκλος ἐφάπτοιτο κέντρου κύκλῳ, ὁμολογοῖτο ἂν τὴν δύναμιν παρὰ τοῦ κέντρου ἔχειν, καὶ οἷον κεντροειδής· ᾗ γραμμαὶ ἐν κύκλῳ πρὸς κέντρον ἓν συνιοῦσαι, τὸ πέρας αὐτῶν τὸ πρὸς τὸ κέντρον ποιοῦσι τοιοῦτον εἶναι οἷον τὸ πρὸς ὃ ἠνέχθησαν καὶ ἀφ' οὗ οἷον ἐξέφυσαν, μείζονος ὄντος, ᾗ κατὰ ταύτας τὰς γραμμὰς καὶ τὰ πέρατα αὐτῶν, σημεῖα τῶν γραμμῶν. Καὶ ἔστι μὲν οἷον ἐκεῖνο, ἀμυδρὰ δὲ καὶ οἷον ἴχνη ἐκείνου, τοῦ ὃ δύναται αὐτὰ καὶ τὰς γραμμὰς δυνάμενον, αἳ πανταχοῦ ἔχουσιν αὐτὸ, καὶ ἐμφαίνεται διὰ τῶν γραμμῶν, οἷον ἔστιν ἐκεῖνο, οἷον ἐξελιχθὲν οὐκ ἐξεληλιγμένον, οὕτω τοι καὶ τὸν νοῦν καὶ τὸ ὂν χρὴ λαμβάνειν, γενόμενον ἐξ ἐκείνου καὶ οἷον ἐκχυθὲν καὶ ἐξελιχθὲν, καὶ ἐξηρτημένον ἐκ τῆς αὐτοῦ νοερᾶς φύσεως μαρτυρεῖν τὸν οἷον ἐν ἑνὶ νοῦν, οὐ νοῦν ὄντα, ἓν γὰρ, ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖ γραμμὰς, οὐδὲ κύκλον τὸ κέντρον, κύκλου δὲ καὶ γραμμῶν πατέρα, ἴχνη αὐτοῦ δόντα, καὶ δυνάμει μενούσῃ γραμμὰς καὶ κύκλον οὐ πάντῃ ἀπηρτημένα αὐτοῦ, ῥώμῃ τινὶ γεγεννηκότα. Οὕτω τοι κἀκεῖνα τῆς νοερᾶς περιθεούσης δυνάμεως, τὸ οἷον ἐνδάλματος αὐτοῦ ἀρχέτυπον, ἐν ἑνὶ νοῦν πολλοὺς καὶ εἰς πολλὰ οἷον κεκινημένου, καὶ νοῦ διὰ ταῦτα γενομένου ἐκείνου, πρὸ νοῦ μείναντος, τῆς δυνάμεως αὐτοῦ νοῦν γεννήσαντος· τίς ἂν συντυχία, ἢ τὸ αὐτόματον, ἢ τὸ ἐκ τύχης, ἢ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐνδεχομένου, ἢ τὸ ἐκ τοῦ ἐνδεχομένου, ἢ τὸ ἐκ τοῦ ἐνδεχομένου, ἢ τὸ ἐκ

ματον, ἢ τὸ ὡς συνέβη εἶναι, τῆς τοιαύτης δυνάμεως τῆς νοοποιοῦ, καὶ οἷον ὄντως ποιητικῆς πλησίον ἦκοι; οἷον γὰρ τὸ ἐν νῷ πολλαχῇ μεῖζον, ἢ τοιοῦτον τὸ ἐν ἑνὶ ἐκείνῳ, ὥσπερ φωτὸς ἐπὶ πολὺ σκεδασθέντος ἐξ ἑνός τινος ἐν αὐτῷ ὄντος διαφανοῦς, εἴδωλον μὲν τὸ σκεδασθὲν, τὸ δ' ἀφ' οὗ τὸ ἀληθές· οὐ μὴν ἀλλοειδὲς τὸ σκεδασθὲν εἴδωλον ὁ νοῦς, ὃς οὐ τύχῃ, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον αὐτοῦ λόγος καὶ αἰτία. Αἴτιον δὲ ἐκεῖνο τοῦ αἰτίου· μειζόνως ἄρα οἷον αἰτιώτατον καὶ ἀληθέστερον αἰτία, ὁμοῦ πάσας ἔχον τὰς μελλούσας ἀπ' αὐτοῦ ἔσεσθαι νοερὰς αἰτίας καὶ γεννητικὸν τοῦ οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν αὐτός. Ἡ δὲ θέλησις οὐκ ἄλογος ἦν, οὐδὲ τοῦ εἰκῇ, οὐδ' ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἔδει, ὡς οὐδενὸς ὄντος ἐκεῖ εἰκῇ. Ὅθεν καὶ δέον καὶ καιρὸν ὁ Πλάτων ὡς οἷόν τε ἦν σημῆναι ἐφιέμενος, ὅτι πόρρω τοῦ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ὅπερ ἐστί, τοῦτο δέον. Εἰ δὲ τὸ δέον τοῦτο, οὐκ ἀλόγως τοῦτο, καὶ εἰ καιρὸς, τὸ μάλιστα κυριώτατον ἐν τοῖς μετ' αὐτὸ, καὶ πρότερον αὐτῷ, καὶ οὐχ, οἷον ἔτυχε, τοῦτο ἐστίν· ἀλλὰ τοῦτο ἐστὶν, ὅπερ οἷον ἐβουλήθη αὐτὸς, εἴπερ τὰ δέοντα βούλεται καὶ ἓν τὸ δέον, καὶ ἡ τοῦ δέοντος ἐνέργεια. Καὶ ἔστι δέον οὐχ ὡς ὑποκείμενον, ἀλλ' ὡς ἐνέργεια πρώτη, τοῦτο ἑαυτὴν ἐκφήνασα, ὅπερ ἔδει. Οὕτω γὰρ αὐτὸν λέγειν, ἀδυνατοῦντα λέγειν ὥς τις ἐθέλει.

vereque effectricem accidere potest? Quale enim est id, quod est in mente, tale ferme cogitatur, quod est in uno, quamvis sit longe præstantius: perinde ac si lumen longe diffusum ex uno quodam in se manente penitusque perspicuo prodeat: ubi profecto, quod est diffusum, alterius est imago; illud autem, unde hoc emicat, lumen est procul dubio verum: non tamen imago diffusa aliena est et difformis, ipse scilicet intellectus: qui sane nullam admittit fortunam, sed quicquid singulatim est in eo, ratio quædam in se est et causa. Deus autem est causa causæ. Potiori itaque gradu causa deus exsistit, utpote summopere causa: causa, inquam, ratione admodum veriore, omnes intellectuales causas pullulaturas inde simul in se complectens, opusque suum generans non utcumque contigit, sed ut ipse voluit. Voluntas autem non erat rationis expers, neque temere frustraque ferebatur, neque ut forte protinus incidebat, sed potius ut decebat: quippe cum nihil ibi temerarium sit et vanum. Hinc Plato ipsum appellavit decens atque opportunum, optans utcumque posset significare, deum esse a sorte fortuita remotissimum, sed hoc ipsum, quod est, ipsum esse decens. Si autem ipsum decens hoc exsistit, certe non absque ratione hoc exsistit. Ac si est opportunitas ipsa, cujus proprietas in sequentibus maxime dominatur, nimirum multo prius sibi ipsi opportunitas adest. Itaque non quale accidit, hoc exsistit: sed hoc est potius, quod tanquam ipse voluerit: siquidem decentia velit, unumque ibi est ipsum decens vel opportunum actioque decentis. Estque decens non velut subjectum, sed tanquam actio prima, hoc proprie se ipsam in lucem edens, quod et decuit. Danda est nominibus nostris venia: nam ita de deo nos oportet loqui, postquam loqui de illo non valemus ad votum.

Confirmatio superiorum.

A primo rerum principio multa id munus habent, ut in se ipsis consistant, multa etiam, ut quasi ex se ipsis exsistant. Illud igitur, si modo dicendum est exsistere, summopere est exsistentiæ suæ dominus, omni apud intellectum cogitabili exsistentia longe superior.

ΙΘ'. Λαμβανέτω τις οὖν, ἐκ τῶν εἰρημένων ἀνακινηθεὶς πρὸς ἐκεῖνο, ἐκεῖνο αὐτὸ, καὶ θεάσεται καὶ αὐτὸς, οὐχ, ὅσον θέλει, εἰπεῖν δυνάμενος. Ἰδὼν δὲ ἐκεῖνο ἐν αὐτῷ, πάντα λόγον ἀφεὶς θήσεται παρ' αὐτοῦ ἐκεῖνο τοῦτο ὄν, ὡς, εἴπερ εἶχεν οὐσίαν, δούλην ἂν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν εἶναι, καὶ οἷον παρ' αὐτοῦ εἶναι. Οὐδ' ἂν τολμήσειέ τις ἰδὼν ἔτι τὸ ὡς συνέβη λέγειν, οὐδ' ἂν ὅλως φθέγξασθαι δύναται. Ἐκπλαγείη γὰρ ἂν τολμῶν, καὶ οὐδ' ἂν ἔχοι ἀΐξας που εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ· πάντῃ αὐτῷ ἐκείνου, οἷον πρὸ ὀμμάτων τῆς ψυχῆς, προφαινομένου καὶ, ὅποι ἂν ἀτενίσῃ, ἐκεῖνον βλέποντος, εἰ μή που ἄλλῃ ἀφεὶς τὸν θεὸν ἀτενίσῃ, μηδὲν ἔτι περὶ αὐτοῦ διανοούμενος· χρὴ δὲ ἴσως καὶ τὸ ἐπέκεινα οὐσίας καὶ ταύτῃ νοεῖσθαι τοῖς παλαιοῖς λεγόμενον δι' αἰνίξεως· οὐ μόνον ὅτι γεννᾷ οὐσίαν, ἀλλ' ὅτι οὐ δουλεύει οὔτε οὐσίᾳ, οὔτε ἑαυτῷ, οὐδέ ἐστιν αὐτῷ ἀρχὴ ἡ οὐσία αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ἀρχὴ τῆς οὐσίας ὤν, οὐχ αὑτῷ ἐποίησε τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ ποιήσας ταύτην ἔξω εἴασεν ἑαυτοῦ, ἅτε οὐδὲν τοῦ εἶναι δεόμενος, ὃς ἐποίησεν αὐτό· οὐ τοίνυν, οὐδὲ καθ' ὅ ἐστι ποιεῖ τὸ ἔστι.

XIX. Ex superioribus igitur aliquis ad summum rerum principium provocatus, illud ipsum accipiat: atque ita et ipse perspiciet, quamvis non, quantum velit, exprimere valeat. Videns autem illud in se, omni sermone dimisso affirmabit illud a se ipso id exsistens, adeo ut, si haberet essentiam, sua sibi serviret essentia, ac velut emanaret ab ipso. Qui ergo id fuerit contemplatus, non audebit amplius dicere, utcumque contigit esse, nec omnino proferre valebit. Nam si pronuntiare id ausus fuerit, stupore repente corripietur. Quin etiam hucusque sublatus, nec poterit usquam quidquam de eo dicere, quippe cum illud ubique coram animæ oculis pariter se demonstret, et, quacumque animus defigat intuitum, inspiciat illud. Nisi forte, deo dimisso, animus retro respiciat, nihil videlicet de illo amplius cogitans: forsan vero operæ pretium est, priscorum illud mysterium verbis obscurioribus involutum, deum scilicet esse super essentiam, hac quoque ratione considerare: non solum quoniam gignit essentiam, verum etiam, quia nec essentiæ, nec sibi ipsi servit; neque principium ejus est essentia sua, sed ipse potius principium est essentiæ: nec eam quidem sibi ipse fecit, sed hanc a se factam dimisit extra se ipsum, utpote qui ipso esse non egeat, qui sane ipsum effecit. Neque igitur secundum quod est, facit hoc ipsum, quod est appellatur.

Confirmatio superiorum.

Cum omnis essentia ad actum pro viribus, tanquam ad melius et superius aliquid, annitatur, excogitare decet principium tanquam actum essentia longe superiorem: est igitur omnis essentiæ dominus. Nec non si ipse dici possit et esse, certe qua ratione actus est, exsistere se declarat: actus, inquam, non in essentia, sed superior. Ergo non essentiæ vel naturæ servus, itaque liber. Et quatenus non aliunde servatus ipse se servat, dicitur et generare se ipsum, generatione videlicet sempiterna. Deni-

que ubi agere et quomodocumque exsistere idem est, actus autem solet tanquam præstantius cogitari, illic certe actus considerari potest exsistentiam suam quasi comitem secum ferre.

Κ'. Τί οὖν; οὐ συμβαίνει, εἴποι τις ἄν, πρὶν ἢ γενέσθαι γεγονέναι; εἰ γὰρ ποιεῖ ἑαυτὸν, τῷ μὲν ἑαυτὸν οὔπω ἐστὶ, τῷ δ' αὖ ποιεῖν ἔστιν ἤδη πρὸ ἑαυτοῦ, τοῦ ποιουμένου ὄντος αὐτοῦ. Πρὸς δὴ λεκτέον, ὡς ὅλως οὐ τακτέον κατὰ τὸν ποιούμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸν ποιοῦντα, ἀπόλυτον τὴν ποίησιν αὐτοῦ τιθεμένοις, καὶ οὐχ ἵνα ἄλλο ἀποτελεσθῇ ἐξ αὐτοῦ τῆς ποιήσεως, ἀλλ' οὔσης ἐνεργείας αὐτοῦ οὐκ ἀποτελεστικῆς, ἀλλ' ὅλου τούτου ὄντος. Οὐ γὰρ δύο, ἀλλ' ἕν· οὐδὲ γὰρ φοβητέον ἐνέργειαν τὴν πρώτην τίθεσθαι ἄνευ οὐσίας· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τὴν οἷον ὑπόστασιν θετέον. Εἰ δὲ ὑπόστασιν ἄνευ ἐνεργείας τις θεῖτο, ἐλλιπὴς ἡ ἀρχὴ καὶ ἀτελὴς ἡ τελειοτάτη πασῶν ἔσται. Καὶ εἰ προσθείη ἐνέργειαν, οὐχ ἓν τηρεῖ. Εἰ οὖν τελειότερον ἡ ἐνέργεια τῆς οὐσίας, τελειότατον δὲ τὸ πρῶτον, πρῶτον ἂν ἐνέργεια εἴη· ἐνεργήσας οὖν ἤδη ἐστὶ τοῦτο, καὶ οὐκ ἔστιν, ὡς πρὶν γενέσθαι ἦν· ὅτε γὰρ οὐκ ἦν πρὶν γενέσθαι, ἀλλ' ἤδη πᾶς ἦν. Ἐνέργεια δὴ οὐ δουλεύουσα οὐσίᾳ καθαρῶς ἐστιν ἐλευθέρα, καὶ οἷον αὐτὸς παρ' αὐτοῦ αὐτός. Καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐσώζετο εἰς τὸ εἶναι ὑπ' ἄλλου, οὐ πρῶτος αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ. Εἰ δὲ αὐτὸς αὑτὸν ὀρθῶς λέγεται συνέχειν, αὐτός ἐστι καὶ ὁ παράγων ἑαυτὸν, εἴπερ, ὅπερ συνέχει κατὰ φύσιν, τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς πεποίηκεν εἶναι. Εἰ μὲν οὖν χρόνος ἦν, ὅθεν ἤρξατο εἶναι, τὸ πεποιηκέναι κυριώτατον ἂν ἐλέχθη. Νῦν δὲ εἰ καὶ πρὶν αἰῶνα εἶναι, ὅπερ ἐστὶν, ἦν, τὸ πεποιηκέναι ἑαυτὸν τοῦτο νοείτω, τὸ σύνδρομον εἶναι τὸ πεποιηκέναι καὶ αὐτό. Ἐν γὰρ τῇ ποιήσει καὶ οἷον γεννήσει ἀΐδίῳ τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ τὸ ἄρχον ἑαυτοῦ, καὶ εἰ μὲν δύο, κυρίως, εἰ δὲ ἕν, τὸ ἄρχον μόνον· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀρχόμενον. Πῶς οὖν ἄρχον οὐκ ὄντος πρὸς ὅ; ἢ τὸ ἄρχον ἐνταῦθα, πρὸς τὸ πρὸ αὐτοῦ, ὅτι μηδὲν ἦν. Εἰ δὲ μηδὲν ἦν, πρῶτον· τοῦτο δὲ οὐ τάξει, ἀλλὰ κυριότητι καὶ δυνάμει αὐτεξουσίῳ καθαρῶς. Εἰ δὲ καθαρῶς, οὐκ ἔστιν ἐκεῖ λαβεῖν τὸ μὴ αὐτεξουσίως· ὅλον οὖν αὐτεξουσίως, ἐν αὐτῷ. Τί οὖν αὐτοῦ, ὃ μὴ αὐτός; τί οὖν, ὃ μὴ ἐνεργεῖ; καὶ τί, ὃ μὴ ἔργον αὐτοῦ, εἰ γάρ τι εἴη μὴ ἔργον αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, οὐ καθαρῶς ἂν εἴη οὔτε αὐτεξούσιος οὔτε πάντα δυνάμενος· ἐκείνου τε γὰρ οὐ κύριος, πάντα τε οὐ δυνάμενος, ἐκεῖνο γοῦν οὐ δύναται, οὗ μὴ αὐτὸς κύριος εἰς τὸ ποιεῖν.

XX. Quid ergo? dicet aliquis, nonne ita sequetur, deum, priusquam fieret, exstitisse? Si enim se facit, certe qua ratione se ipsum, ibi dicitur nondum exsistit: qua vero dicitur facere, jam exsistit ante se ipsum: quippe cum ipse sit, quod fieri dicitur. Huic autem objectioni respondendum est, omnino deum non esse tanquam factum, sed tanquam facientem existimandum, effectionem ejus absolutam asseverando. Neque talem, ut aliud quiddam ex actione illius efficiatur: sed actio ejus non peragat ultra se quicquam, sed totum hoc simpliciter exstet. Non enim duo quædam ibi sunt, sed penitus unum. Neque verendum est actionem primam absque essentia ponere, sed hoc ipsum velut substantiam affirmare debemus. Si quis autem substantiam posuerit actione carentem, certe principium ipsum deficiens erit imperfectumque evadet: quod tamen est omnium perfectissimum. Ac si quis substantiæ adjunxerit actionem, unitatem simplicem non servabit. Quam ob rem si actus est perfectior, quam essentia, primum vero perfectissimum est, ipsum certe primum est actus: agens itaque deus jam est hoc ipsum. Neque licet dicere, priusquam fieret, exstitisse, quandoquidem non erat, antequam fieret, sed jam totus erat agendo. Profecto actus est essentiæ minime serviens: qui sane actus pure prorsus est liber, atque sic a se ipso ipse deus exsistit. Jam vero si in suo deus esse servatur ab alio, non ipse primus ex se ipso prorsus exsisteret. Sin autem ipse se recte dicitur continere, nimirum et ipsemet se producere judicandus, siquidem, quod secundum naturam continet aliquid, idem et ab initio fecit. Si igitur fuisset tempus, ex quo esse cœpit, merito hoc ipsum, quod se fecisse dictum est, ratione admodum propria esset dictum. Cum vero ante ipsam quoque æternitatem, hoc ipsum, quod est deus, exstiterit, quod dicitur se fecisse, sic præcipue cogitetur scilicet, æque concurrere cum effecisse, tum ipsum. Ibi namque ipsum esse una cum effectione, ac velut sempiterna quadam generatione prorsus est unum. Similiter, quod in deo sui ipsius princeps nuncupari solet, si ibi duo quædam sunt, proprie admodum est assumptum: sin vero unum, procul dubio princeps ibi solum est: non enim sibi subditum illic habet. Sed quoniam pacto dicitur sui princeps et dominus, cum non ibi sit, ad quod dominatio referatur? Forsan vero dominator ibi censetur, quantum superne consideratur: quoniam videlicet nihil superius exstet. Si autem nihil est superius, hoc est procul dubio primum: primum, inquam, non ordine quodam, sed auctoritate propria, ac pure libera potestate. Si autem pure, non licet illic accipere quicquam minime liberum. Totum igitur libere prorsus et libenter est in se ipso. Quidnam igitur est ipsius, quod non sit ipse? Quidnam est ibi, quod non agat ipse? Quid denique illic occurrit, quod non ipsius sit opus? Si quod enim in eo foret non opus ejusdem, haudquaquam pure vel esset liber, vel omnia potens. Illius namque non foret dominus, nec omnia potens, nimirum non posset illud, ad quod agendum dominus ipse non esset.

Confirmatio superiorum.

Principium est optima et immensa potestas. Si quis ergo fingat, hanc posse vel potuisse aliter se habere, impotentem fingit. Sicut enim permutari ex ipso bono malum est: similiter ex ipsa potentia summa totaque permutari posse est impotentia miseranda. Plotinus et in superioribus et in præsentia intellectum et voluntatem intelligibili intellectu et affectante voluntate superiorem non negat deo. Proinde voluntas in deo est ipsa natura dei. Sicut ergo deus consideratur ex sua natura, sic et voluntate propria prodiisse, penes quem exsistere et velle sunt idem. Nota, posse animum tuum penes deum nonnihil attingere, sed lumine quodam desuper illustrante: te vero mox, quicquid ultra succurrerit, auferre debere.

ΚΑ'. Ἐδύνατο οὖν ἄλλο τι ποιεῖν ἑαυτὸν, ἢ ὃ ἐποίησεν; ἢ οὕτω καὶ τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν ἀναιρήσομεν, ὅτι μὴ ἂν κακοποιοῖ. Οὐ γὰρ οὕτω τὸ δύνασθαι ἐκεῖ,

XXI. Quæritur igitur, num aliud facere se potuerit, quam quod effecit? Verumtamen, si id concesserimus, etiam negabimus facere bonum, malum certe non facere. Jam vero non sic ibi potestas accipitur, ut et opposita

ὡς καὶ τὰ ἀντικείμενα, ἀλλ' ὡς ἀστεμφεῖ καὶ ἀμεταxινήτῳ δυνάμει, ἣ μάλιστα δύναμίς ἐστιν, ὅταν μὴ ἐξίστηται τοῦ ἑνός· καὶ γὰρ τὸ τὰ ἀντικείμενα δύνασθαι ἀδυναμίας ἐστὶ τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀρίστου μένειν. Δεῖ δὲ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ, ἣν λέγομεν, καὶ ταύτην ἅπαξ εἶναι· καλὴ γάρ· καὶ τίς ἂν παρατρέψειε βουλήσει γενομένην θεοῦ καὶ βούλησιν οὖσαν; βουλήσει οὖν μήπω ὄντος; τί δὲ βούλησιν ἐκείνου ἀβουλοῦντος τῇ ὑποστάσει; πόθεν οὖν αὐτῷ ἔσται ἡ βούλησις; ἀπὸ οὐσίας ἀνενεργήτου; ἢ ἦν βούλησις ἔν γε τῇ οὐσίᾳ· οὐχ ἕτερον ἄρα τῆς οὐσίας οὐδέν. Ἤ τί ἦν, ὃ μὴ ἦν, οἷον ἡ βούλησις; πᾶν ἄρα βούλησις ἦν· καὶ οὐκ ἔνι τὸ μὴ βουλόμενον· οὐδὲ τὸ πρὸ βουλήσεως ἄρα. Πρῶτον ἄρα ἡ βούλησις αὐτὸς, καὶ τὸ ὡς ἐβούλετο ἄρα, καὶ οἷον ἐβούλετο· καὶ τὸ τῇ βουλήσει ἑπόμενον, ὃ ἡ τοιαύτη βούλησις ἐγέννα· ἐγέννα δὲ οὐδὲν ἔτι ἐν αὐτῷ· τοῦτο γὰρ ἤδη ἦν. Τὸ δὲ συνέχειν ἑαυτὸν οὕτω ληπτέον νοεῖν, εἴ τις αὐτὸ ὀρθῶς φθέγγοιτο, ὡς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὅσα ἐστὶ παρὰ τούτου συνέχεται. Μετουσίᾳ γάρ τινι αὐτοῦ ἐστι, καὶ εἰς τοῦτο ἡ ἀναγωγὴ πάντων· αὐτὸς δὲ ἤδη παρ' αὐτοῦ οὔτε συνοχῆς οὔτε μετουσίας δεόμενος, ἀλλὰ πάντα ἑαυτῷ· μᾶλλον δὲ οὐδὲν, οὐδὲ τῶν πάντων δεόμενος εἰς αὐτόν. Ἀλλ' ὅταν αὐτὸν εἴπῃς ἢ ἐννοηθῇς, τὰ ἄλλα πάντα ἄφες· ἀφελὼν πάντα, καταλιπὼν δὲ μόνον αὐτὸν μὴ, τί προσθῇς, ζήτει, ἀλλὰ μή τί πω οὐκ ἀφῄρηκας ἀπ' αὐτοῦ ἐν γνώμῃ τῇ σῇ. Ἔστι γάρ τινος ἐφάψασθαι καὶ σὲ, περὶ οὗ οὐκ ἔτι ἄλλο ἐνδέχεται οὔτε λέγειν οὔτε λαβεῖν· ἀλλ' ὑπεράνω κείμενον μόνον τοῦτο ἀληθείᾳ ἐλεύθερον, ὅτι μηδὲ δουλεῦόν ἐστιν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ, καὶ ὄντως αὐτὸ, εἴ γε τῶν ἄλλων ἕκαστον, αὐτὸ καὶ ἄλλο.

esse possit : sed quoniam constanti et immutabili fruitur potestate, quæ quidem potissimum est potestas, quando ab ipso, quod est unum, nullo modo digreditur : nam et opposita posse infirmitatis est omnino impotentis in optimo permanere. Oportet autem effectionem ejus, quam dicimus, ipsam simul semelque exsistere : est enim optima. Et quisnam eam pervertere possit, quæ et voluntate fit dei, et ipsa est dei voluntas? Sed quæritur, numquid voluntate fiat dei nondum exsistentis? Quid rursus dicamus illic voluntatem? numquid illius in ipsa substantia nondum volentis? et undenam sit ipsi voluntas? Num ab essentia nondum aliquid operante? Sed in essentia voluntas erat : ideoque nihil ab essentia ibi diversum : alioquin ibi aliquid exstitisset, quod non tanquam voluntas exsisteret. Totum ergo voluntas erat, nec quicquam erat ibi non volens : neque igitur, quod ante voluntatem esset. Principio igitur ipsa voluntas ipse deus exsistit : ita igitur exstat, sicut et voluit, et quale voluit. Tum vero, quod dicitur, quod est ibi voluntatem sequi, quod videlicet voluntas ejusmodi genuit, intelligendum est, voluntatem nihil in deo amplius genuisse : hoc namque jam erat. Præterea quod traditur, deum continere se ipsum, si modo recte dicatur, sic prorsus accipiendum, quoniam videlicet alia quidem omnia a deo penitus sustinentur. Nam quadam participatione dei sunt, ad ipsumque omnia reducuntur : ipse vero jam est a se ipso, neque connexione vel continentia, neque participatione vel præsentia indigens : sed sibi ipsi est omnia : imo vero sibi jam nihil, utpote qui ad se ipsum nequaquam omnibus indiget. Verum tu, quotiens eum dices vel cogitabis, reliqua inde auferes omnia. Cum autem abstuleris omnia, ipsum vero solum reliqueris, ne quæras ultra, quid addas : sed potius ne forte adhuc reliqueris aliquid, quod inde cogitatione tua nondum satis abstuleris. Nam licet et tibi attingere aliquid, de quo aliud præterea nec dicere nec assumere valeas. Sed illud desuper [*corr.* supra] exstet solum hoc ipsum, quod est vere liberum : quoniam nec sibi ipsi serviat, sed solum ipsum sit, ac re vera sit ipsum. Siquidem quodlibet aliorum est et ipsum, et insuper aliud.

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ϛ

ΛΟΓΟΣ Θ.

ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ Η ΤΟΥ ΕΝΟΣ.

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER IX.

DE BONO VEL UNO.

(767.) [1385,1386.]

Quicquid est præter primum, constat ex multis partibus aut viribus in unam totius formam conciliatis. Quatenus in sua cujusque multitudine viget unitas, eatenus perseverat essentia, quæ alioquin perdita unitate disperditur. Unitas ergo conservat essentiam : eadem igitur et essentiam conficit atque esse. Unitas certe, in opposita sibi multitudine dominans, nec ex se exsistit, nec ex opposita prodiit multitudine. Igitur ex unitate pura super essentiam ubique multiplicem in se ipsa simpliciter consistente. Cum dicis unum corpus et unus animus, unus calor et unum frigus, hic prædicata unitas nec unum corpus est, alioquin animo non competeret : nec frigus, alioquin calori minime conveniret. Simili quodam discursu invenies ipsum unum essentia qualibet eminentius, cujus virtute, quæ magis unius, eadem magis essentiæ participia fiunt. Præterea summa ipsius entis perfectio in identitate statuque consistit : hæc vero in unitate fundantur, sicut diversitas ac motus in numero. Unitas igitur, quæ causa enti perfectionis exsistit, est ente superior. Proinde aut ens dicis idem cum unitate, aut ab ea diversum : unitatem certe identitatis fundamentum esse fateberis : ergo, si primum illud dicis, scilicet ens esse idem cum unitate, exstat certe ante hanc unitatem unitas ipsa prior, per quam sit idem. Sin autem secundum dixeris, id est unitatem ab ente distinctam, est utique unitas ipsa prius per se idem sibi, quam ab ente distincta, atque prius erit in se absolute prima per absolutam primitatem, id est per naturam suam, antequam sit prior ente, videlicet ad ens relata : neque licet dicere, ita ens ab unitate distinctum, ut sit unitate prius : nam si ab ea distingui dicatur, prius erit sibi ipsi idem : idem, inquam, per unitatem. Accedit ad hæc, quod nihil potest ipsa simplicitate superius cogitari : hæc autem est ipsa unitas. Unitas igitur non solum est prima omnium, sed etiam est ipsa primitas, cujus ratione cetera sunt ubique priora. Per hanc et ipsum ens prius est sequentibus, per unitatem videlicet cum conjugatam sibi, tum etiam ipso superiorem. Neque licet dicere ens in primo signo, nec unum esse, nec non unum. Nisi enim sit unum, id est simplicissimum, nondum in primo erit signo. Quod igitur ibi sit, habere videtur per unitatem. Cogita concurrere ens simul atque unum : ens quidem, cum sit multitudinis capax, non cogit secum esse unum : at vero ipsum unum compellit ens esse vel unicum vel unitum. Merito igitur Boethius ait, Causa et ratio entis est unitas. Et Avicenna Averroesque confitentur, unitatem uniuscujusque suam esse naturam.

Α'. Πάντα τὰ ὄντα τῷ ἑνί ἐστιν ὄντα, ὅσα τε πρώτως ἐστὶν ὄντα καὶ ὅσα ὁπωσοῦν λέγεται ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι. Τί γὰρ ἂν καὶ εἴη, εἰ μὴ ἓν εἴη; ἐπεί περ ἀφαιρεθέντα τοῦ ἑνὸς, ὃ λέγεται, οὐκ ἔστιν ἐκεῖνα· οὔτε γὰρ στρατός ἐστιν, εἰ μὴ ἓν ἔσται, οὔτε χορὸς οὔτε ἀγέλη μὴ ἓν ὄντα· ἀλλ' οὐδὲ οἰκία ἢ ναῦς, τὸ ἓν οὐκ ἔχοντα· ἐπείπερ ἡ οἰκία ἓν καὶ ἡ ναῦς· ὃ εἰ ἀποβάλοι, οὔτ' ἂν ἡ οἰκία ἔτι οἰκία οὔτε ἡ ναῦς. Τὰ τοίνυν συνεχῆ μεγέθη, εἰ μὴ τὸ ἓν αὐτοῖς παρείη, οὐκ ἂν εἴη. Τμηθέντα γοῦν, καθ' ὅσον τὸ ἓν ἀπόλλυσιν, ἀλλάσσει τὸ εἶναι. Καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν φυτῶν καὶ ζώων σώματα, ἓν ὄντα ἕκαστα, εἰ φεύγει τὸ ἓν εἰς πλῆθος θρυπτόμενα, τὴν οὐσίαν αὐτῶν, ἣν εἶχεν, ἀπώλεσεν, οὐκ ἔτι ὄντα, ἃ ἦν, ἄλλα δὲ γενόμενα, καὶ ἐκεῖνα ὅσα ἓν ἐστι. Καὶ ἡ ὑγίεια δέ, ὅταν εἰς ἓν συνταχθῇ τὸ σῶμα, καὶ κάλλος, ὅταν ἡ τοῦ ἑνὸς τὰ μόρια κατάσχῃ φύσις, καὶ ἀρετὴ δὲ ψυχῆς, ὅταν εἰς ἓν καὶ εἰς μίαν ὁμολογίαν ἑνωθῇ. Ἆρ' οὖν ἐπειδὴ τὰ πάντα εἰς ἓν ἄγει, δημιουργοῦσα καὶ πλάττουσα καὶ μορφοῦσα καὶ συντάττουσα, ἐπὶ ταύτην ἐλθόντες δεῖ λέγειν, ὡς αὐτὴ τὸ ἓν χορηγεῖ, καὶ αὕτη ἐστὶ τὸ ἕν; ἢ ὥσπερ τὰ ἄλλα χορηγοῦσα τοῖς σώμασιν οὐκ ἔστιν αὐτὴ, ὃ δίδωσιν, οἷον μορφὴν καὶ εἶδος, ἀλλ' ἕτερα αὐτῆς· οὕτω χρὴ, εἰ καὶ ἓν δίδωσιν, ἕτερον ὂν αὐτῆς, νομίζειν αὐτὴν διδόναι, καὶ πρὸς τὸ ἓν βλέπουσαν ἓν ἕκαστον ποιεῖν· ὥσπερ καὶ πρὸς ἄνθρωπον ἄνθρωπον, συλλαμβάνουσαν μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ ἕν. Τῶν γὰρ ἓν λεγομένων οὕτως ἕκαστόν ἐστιν

I. Omnia entia ipso uno sunt entia, cum quæ primo entia sunt, tum etiam quæ quoquo modo in rerum ordine numerantur. Nam et quidnam forent, nisi unum foret? Siquidem privata uno, non amplius sunt, quod esse ante dicuntur. Neque enim exercitus erit, nisi fuerit unum : neque chorus, neque grex ullus, nisi similiter siat et unum. Tum vero nec domus neque navis erunt, nisi potiantur uno : siquidem domus unum aliquid est et navis. Quod quidem si abjecerint, nec domus ulterius erit domus, neque navis similiter erit navis. Continuæ igitur magnitudines, nisi insit unum, nunquam erunt. Cum itaque dividuntur, quatenus amittunt unum, esse quoque commutant. Quin etiam plantarum animaliumque corpora, quæ unum singula sunt, si quando fugerint unum, in multitudinem videlicet dissipata, essentiam statim suam, quam habebant, amittent, nec, quæ prius erant, ulterius erunt : sed statim evadent alia, quæ quidem et ipsa siat, quatenus sint et unum. Tunc præterea viget sanitas, quando corpus conciliatur in unum : tunc pulchritudo floret, quando virtus unius membra connectit : tunc virtus in anima regnat, quando in unum animus, et in unam conspirat consensionem. Cum vero anima omnia perducat ad unum, fabricans, fingens, formans, simul ordinans, numquid ad hanc usque profecti, asseverare debemus hanc quidem unum rebus suppeditare, ipsam vero jam ipsum unum exsistere? Sed profecto, quemadmodum alia corporibus suggerens non tam est ipsa, quod traditur, velut formam speciemque tradendo, sed alia sunt, quam anima, quæ tribuuntur ab ipsa : sic existimandum est, etsi largitur unum, diversum tamen ab anima unum esse, ipsamque animam ad unum aspicientem quodlibet unum efficere, sicut aspiciendo ad hominem rite hominem fabricari; simul tamen assumendo una cum homine ipsum in homine unum. Eorum sane, quæ dicuntur unum, quodlibet sic

ἓν, ὡς ἔχει, καὶ ὃ ἐστιν· ὥστε τὰ μὲν ἧττον ὄντα ἧττον ἔχει τὸ ἓν, τὰ δὲ μᾶλλον, μᾶλλον. Καὶ δὴ καὶ ψυχὴ, ἕτερον οὖσα τοῦ ἑνὸς, μᾶλλον ἔχει κατὰ τὸν λόγον τοῦ μᾶλλον, καὶ ὄντως εἶναι τὸ μᾶλλον ἓν, οὐ μὴν αὐτὸ τὸ ἕν· ψυχὴ γὰρ μία καὶ συμβεβηκός πως ἓν· καὶ δύο ταῦτα, ψυχὴ καὶ ἓν, ὥσπερ σῶμα καὶ ἓν· καὶ τὸ μὲν διεστηκὸς ὥσπερ χορὸς, πορρωτάτω τοῦ ἑνὸς· τὸ δὲ συνεχὲς ἐγγυτέρω, ψυχὴ δὲ ἔτι μᾶλλον κοινωνοῦσα καὶ αὐτή. Εἰ δ' ὅτι ἄνευ τοῦ ἓν εἶναι οὐδ' ἂν ψυχὴ εἴη, ταύτῃ εἰς ταὐτόν τις ἄγει ψυχὴν καὶ τὸ ἓν· πρῶτον μὲν καὶ τὰ ἄλλα ἐστὶν ἕκαστα μετὰ τοῦ ἓν εἶναί ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ἕτερον αὐτῶν τὸ ἕν. Οὐ γὰρ ταυτὸν σῶμα καὶ ἓν, ἀλλὰ τὸ σῶμα μετέχει τοῦ ἓν· ἔπειτα δὲ πολλὴ ἡ ψυχὴ καὶ ἡ μία, κἂν εἰ μὴ ἐκ μερῶν. Πλεῖσται γὰρ δυνάμεις ἐν αὐτῇ, λογίζεσθαι, ὀρέγεσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι, ἃ τῷ ἑνὶ, ὥσπερ δεσμῷ, συνέχεται. Ἐπάγει μὲν δὴ ψυχὴ τὸ ἓν, ἓν οὖσα καὶ αὐτὴ, ἄλλῳ· πάσχει δὲ τοῦτο καὶ αὐτὴ ὑπ' ἄλλου.

est unum, sicut et hoc ipsum, quod est, in se habet. Quapropter et minus quidem entia, minus unum possident : quo vero magis sunt, similiter sunt magis et unum. Jam vero anima cum aliud sit, quam unum, tamen quatenus magis verinsque est, eatenus magis possidet unum, neque tamen unum ipsum exsistit. Est enim anima una, ubi unum est quasi contingens. Duoque hæc sunt, anima videlicet atque unum, quemadmodum corpus simul et unum. Profecto quod discretum est, velut chorus, remotissimum est ab uno, quod vero continuum, est uni propinquius : sed anima etiam multo propinquior, unius et ipsa particeps. Si quis autem objiciat animam idem esse penitus atque unum, propterea, quod non sit anima, nisi sit unum : respondebimus, primo quidem, alia quoque similiter singulatim esse, simulque exsistere unum; verumtamen aliud unum esse, quam illa : non enim idem est omnino corpus et unum, sed corpus unius est particeps : præterea etiam unamquamque animam unam in se exsistere multam, quamvis ex partibus minime componatur. Nam multæ in ea sunt vires : nempe ratiocinatur, appetit, percipit sive animadvertit : quæ sane uno, tanquam vinculo, connectuntur. Tradit quidem anima alteri unum, quippe cum et ipsa sit unum : sed unum hoc ipsa quoque interim, velut patiens, ab alio suscipit.

Quælibet essentia naturalem sibi multitudinem possidet ab initio, atque interea est aliquid unum.

Singulatim discurrendo aliud quidem est hoc ens, aliud autem est hoc unum. Nam quatenus ens, est etiam multitudo quædam : qua vero ratione unum, esse multitudo non potest. Quam ob rem super singula entia aliud est ens ipsum, aliud ipsum unum, neque disponuntur ex æquo, ne duo rerum principia sint : neque unum esset sub ente, alioquin et unum esset multiplex, et ens non esset unius particeps. Ens igitur est sub uno præsertim, quoniam essentia prima atque mens est naturaliter omniformis, et ideo pura simplicitate posterior. Quæ quidem pura unitas, dum per unionem in essentia sua cuncta conservat, declarat per unitatem se omnes essentias confecisse. Præterea ipsum intelligibile amplius, quam ens, esse videtur. Intelligimus enim non solum entia atque esse, verum etiam non entia atque non esse. Non tamen est latius uno : nam etiam, ubi discretam prorsus multitudinem cogitamus, intelligimus hanc tanquam pluries unum. Si quis autem ens latissimum esse dicat, concedemus quidem, ad omnes species indeterminatum esse : interea tamen ad omnes determinabile. Ipsum vero unum determinabile est ad nullum : igitur simplicissimum atque primum. Item essentia, vita, intelligentia sunt tres quædam particulares perfectiones formaliter inter se distinctæ : ipsa igitur simpliciter perfectio, antequam in tres ejusmodi dividatur, indivisa est, et ita semper permanet in se ipsa. Hoc ipsum vero, scilicet esse in se indivisum, ratio est ipsius unius perfectioque ipsa simpliciter. Est igitur unitas ante ens et vitam, atque sapientiam. Quoniam vero perfectio simplex et bonitas idem sunt, consequitur, ipsum bonum esse superius ente. Itemque ens vel simplex est omnino vel compositum : si primum, ipsa ratio entis est ipsa essentialis unitas atque simplicitas : si secundum, essentia entis est ipsa essentialium principiorum suorum unio : sed super unitatem essentialem essentialiumque unionem et ipsa simpliciter unitas. Quæ si ente sit posterior, jam et ipsa non unitas est, sed multiplex, et ipsum ens in primo sui signo non erit unum aliquid : ergo multitudo infinita vel nihilum : sive dederis aliquod ens, sive ipsum simpliciter ens, divisibile est in partes, sive insitas, sive subjectas, et multitudinis alicujus natura capax. Ipsa vero unitas tale nihil admittit. Diversa est igitur et superior. Ens quidem divisione totius in entia derivatur : unitas autem non divisione, sed repetitione totius in unum, hoc et illud, se diffundit. Ens item divisione minuitur : unum vero contra divisione semper multiplicatur. Denique ipsi quoque Peripatetici declarant excellentiam unitatis. Nempe docent eandem esse formæ unitatisque naturam, quoniam, quo quidque ens est, eodem sit et unum. Ideoque, cum ex forma sit ens, eademque unum : merito formæ unitatisque naturam eadem esse. Addunt hujus et illius rationem esse diversam. Cum enim proprietas quidem formæ sit, per potentiam formabilem se diffundere, unitatis vero proprietas simpliciter in se consistere, atque interim unire cetera et intus et extra, constat, rationem unitatis non solum esse a forma, ideoque ab essentia, differentem, sed simpliciorem etiam prioremque, et magis ad excelsitudinem principii pertinentem.

Β'. Ἆρ' οὖν ἑκάστῳ μὲν τῶν κατὰ μέρος ἓν οὐ ταὐτὸν ἡ οὐσία αὐτοῦ καὶ τὸ ἕν; ὅλως δὲ τῷ ὄντι καὶ τῇ οὐσίᾳ ταὐτὸν ἡ οὐσία αὐτοῦ, καὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ὥστε τὸν ἐξευρόντα τὸ ὂν ἐξευρηκέναι καὶ τὸ ἕν, καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν αὐτὸ εἶναι τὸ ἕν, οἱονεὶ νοῦς ἡ οὐσία, νοῦν καὶ τὸ ἓν εἶναι, πρώτως ὄντα ὄν, καὶ πρώτως ἕν, μεταδιδόντα δὲ τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι οὕτω καὶ κατὰ τοσοῦτον καὶ τοῦ ἑνός. Τί γὰρ ἄν τις καὶ παρ' αὐτὰ εἶναι αὐτὸ φήσαι; ἢ γὰρ ταὐτὸν τῷ ὄντι (ἄνθρωπος γὰρ, καὶ εἷς ἄνθρωπος ταὐτὸν,) ἢ οἷον ἀριθμός τις ἑκάστου, ὥσπερεὶ δύο τινὰ ἔλεγες, οὕτως ἐπὶ μόνου τινὸς τὸ ἕν. Εἰ μὲν οὖν ὁ ἀριθμὸς τῶν ὄντων, ὅῆλον ὅτι καὶ τὸ ἕν, καὶ ζητητέον τί ἐστιν. Εἰ δὲ ψυχῆς

II. Reliquum est indagare, numquid in quolibet eorum, quæ singulatim sunt unum, non idem sit sua cujusque essentia, quod et unum : in universo autem ente atque essentia idem sit essentia vel ens prorsus et unum, adeo ut, qui ens ipsum invenerit, unum quoque fuerit assecutus : nempe cum ipsa essentia ipsum sit unum, velut si essentia sit intellectus, ipsum quoque unum intellectus exsistat : intellectus, inquam, qui primo ens, primoque sit unum : cumque tradat aliis essendi munus, sic et eatenus largiatur et unum. Quid enim aliud quispiam præter ens intellectumque esse dixerit unum? Ipsum namque unum, aut idem atque ens exsistit : (homo enim et homo unus est idem :) aut saltem, quemadmodum cujuslibet numerus quidam est, velut si duo quædam dixeris, ita profecto de re quadam sola dicitur unum. Si ergo numerus est aliquid entium, nimirum entium aliquid est et unum : quidve sit, superest inquirendum. Sin autem totum hoc machinatio quædam est animi, res dinumerare

ἐνέργημα τὸ ἀριθμεῖν ἐπεξιούσης, οὐδὲν ἂν εἴη ἐν τοῖς πράγμασι τὸ ἕν. Ἀλλ' ἔλεγεν ὁ λόγος, εἰ ἀπολεῖ ἕκαστον τὸ ἕν, μηδ' ἔσεσθαι τὸ παράπαν. Ὁρᾷν οὖν δεῖ, εἰ ταὐτὸν τὸ ἓν ἕκαστον, καὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ὅλως ὂν καὶ τὸ ἕν· ἀλλ' εἰ τὸ ὂν τὸ ἑκάστου πλῆθός ἐστι, τὸ δὲ ἓν ἀδύνατον πλῆθος εἶναι, ἕτερον ἂν εἴη ἑκάτερον. Ἄνθρωπος γοῦν καὶ ζῶον καὶ λογικὸν, καὶ πολλὰ μέρη, καὶ συνδεῖται ἑνὶ τὰ πολλὰ ταῦτα. Ἄλλο ἄρα ἄνθρωπος καὶ ἕν, εἰ τὸ μὲν μεριστὸν, τὸ δὲ ἀμερές. Καὶ δὴ καὶ τὸ ὅλον ὄν, πάντα ἐν αὑτῷ ἔχον τὰ ὄντα, πολλὰ μᾶλλον τὰ ὄντα ἂν εἴη, καὶ ἕτερον τοῦ ἑνὸς, μεταλήψει δὲ ἔχει καὶ μεθέξει τὸ ἕν. Ἔχει δὲ καὶ ζωὴν καὶ νοῦν τὸ ὄν· οὐ γὰρ δὴ νεκρόν· πολλὰ ἄρα τὸ ὄν. Εἰ δὲ νοῦς τοῦτο εἴη, καὶ οὕτω πολλὰ ἀνάγκη εἶναι, καὶ ἔτι μᾶλλον, εἰ τὰ εἴδη περιέχοι· οὐδὲ γὰρ ἡ ἰδέα ἕν, ἀλλ' ἀριθμὸς μᾶλλον, καὶ ἑκάστη, καὶ ἡ σύμπασα, καὶ οὕτως ἕν, ὥσπερ ἂν ᾖ ὁ κόσμος ἕν. Ὅλως δὲ τὸ μὲν ἓν τὸ πρῶτον, ὁ δὲ νοῦς καὶ τὰ εἴδη καὶ τὸ ὂν οὐ πρῶτα· εἶδός τε γὰρ ἕκαστον ἐκ πολλῶν καὶ σύνθετον καὶ ὕστερον. Ἐξ ὧν γάρ ἐστιν ἕκαστον, πρότερα ἐκεῖνα. Ὅτι δὲ οὐχ οἷόν τε τὸν νοῦν τὸ πρῶτον εἶναι, καὶ ἐκ τῶνδε δῆλον ἔσται· τὸν νοῦν ἀνάγκη ἐν τῷ νοεῖν εἶναι, καὶ τόν γε ἄριστον καὶ τὸν οὐ πρὸς τὸ ἔξω βλέποντα νοεῖν τὸ πρὸ αὐτοῦ· εἰς ἑαυτὸν γὰρ ἐπιστρέφων εἰς ἀρχὴν ἐπιστρέφει. Καὶ εἰ μὲν αὐτὸς τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον, διπλοῦς ἔσται καὶ οὐχ ἁπλοῦς, οὐδὲ τὸ ἕν· εἰ δὲ πρὸς τὸ ἕτερον βλέπει, πάντως πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ πρὸ αὐτοῦ· εἰ δὲ πρὸς αὑτὸν καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον, καὶ οὕτω δεύτερον. Καὶ χρὴ τὸν νοῦν τοιοῦτον τίθεσθαι, οἷον παρεῖναι μὲν τῷ ἀγαθῷ καὶ τῷ πρώτῳ, καὶ βλέπειν εἰς ἐκεῖνον, συνεῖναι καὶ ἑαυτῷ, νοεῖν τε καὶ ἑαυτὸν, καὶ νοεῖν ἑαυτὸν ὄντα τὰ πάντα. Πολλοῦ ἄρα δεῖ τὸ ἓν εἶναι ποικίλον ὄντα. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ ἓν τὰ πάντα ἔσται· οὕτω γὰρ οὐκέτι ἓν εἴη, οὐδὲ νοῦς. Καὶ γὰρ ἂν οὕτως εἴη τὰ πάντα, τοῦ νοῦ τὰ πάντα ὄντος· οὐδὲ τὸ ὄν· τὸ γὰρ ὂν τὰ πάντα.

aggredientis atque prosequentis, sequitur ipsum unum nihil re vera in rebus exsistere. Ratio tamen superior asserebat, quicquid amittit unum, esse simul amittere. Consideratione itaque dignum est, numquid singulatim idem sit hoc ens atque hoc unum, similiterque ipsum omnino ens, ipsumque simpliciter unum sit penitus idem: sed profecto, si ens uniuscujusque multitudo quædam est, ipsum vero unum esse multitudo non potest, procul dubio diversum inter se erit utrumque. Homo igitur est et animal et rationale, partesque multæ, multaque in eo uno quodam conglutinantur. Aliud igitur homo est, aliud unum: siquidem homo quidem dividuus est, unum vero penitus individuum. Atqui et totum ens cuncta in se omnia continens magis etiam exsistit multa, et ab uno diversum, participatione tamen possidet unum. Præterea ens vitam habet et mentem: nefas enim est, vita vacuum id opinari: ens igitur est et multa. Quodsi ens est intellectus, sic rursum est necessario multa, idque multo etiam magis, si species comprehendit: idea namque non est penitus unum, sed potius est numerus aliquis, cum idea quælibet, tum universa: atque ita unum, sicut mundus est unum. Omnino autem unum quidem exsistit primum: sed intellectus speciesque et ens prima esse non possunt. Quælibet enim species constat ex multis, et compositum quiddam est, ideoque posterius. Illa enim, ex quibus unumquodque componitur, rite priora censentur. Quod autem intellectus esse nequeat ipsum primum, per hæc quoque patebit. Intellectum necesse est in intelligendo consistere. Et certe optimum intellectum, et qui non externa prospicit, necessarium est, quod superius est, intelligere: nempe dum convertitur in se ipsum, revertitur in principium. Jam vero, si ipse idem est et quod intelligit et quod intelligitur, duplex jam exsistit: eumque simplex non sit, merito nec est unum. Sin autem ad aliud aspicit, omnino ad melius suspicit atque superius. Quodsi cum ad se, tum ad præstantius figit intuitum, sic quoque secundum gradum tenere videtur. Oportet sane mentem sic affectam asseverare, ut adsit quidem bono primoque, ipsumque suspiciat: præterea secum habitet, se ipsam animadvertens, atque ita cuncta se esse cognoscens. Cum igitur intellectus sit adeo varius, procul absit, ut ipsum sit unum. Quam ob rem nec ipsum quidem unum est omnia: alioquin non amplius foret unum: neque etiam est intellectus. Sic enim rursus omnia foret: quippe cum intellectus ipse sit cuncta. Denique neque ens esse putandum; ens enim ipsum prorsus est omnia.

Accessus ad deum.

Animus etiam, cum propemodum accedit ad deum, ambiguitate laborat: cum quia intellectus et species est, et speciebus consuevit imiti; deus autem speciem habet nullam: tum etiam, quia animus tunc demum accessisse potest, cum ipse factus est deus: ambigit ergo mox, utrum ipsemet sibi, an alter occurrat. Quisquis accedit ad deum bonum, summum, unum, discedat ab oppositis, id est a malo, ab infimis, a multitudine, excedat etiam intellectum. Intellectus enim non est ipsum simpliciter ens, sed ens duntaxat intellectuale. Deus autem est quolibet ente superior, imo et ipso simpliciter ente. Sicut enim ens sensibile forma sensibili terminatur, sic ens intelligibile forma finitur intelligibili. Sic denique ipsum ens ipsa entis forma determinatur. Principium vero super omne determinatum exstat. Neque stare dicitur, ne stare statu cogatur: nec alia ad res habitudine facit quicquam. Sed res ab illo fiunt quasi non faciente, sicut non mutato mutantur.

Γ'. Τί ἂν οὖν εἴη τὸ ἕν; καὶ τίνα φύσιν ἔχον; ἢ οὐδὲν θαυμαστὸν, μὴ ῥᾴδιον εἰπεῖν εἶναι, ὅπου μηδὲ τὸ ὂν ῥᾴδιον, μηδὲ τὸ εἶδος· ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν γνῶσις εἴδεσιν ἐπερειδομένη. Ὅσῳ δ' ἂν εἰς ἀνείδεον ἡ ψυχὴ ἴῃ, ἐξαδυνατοῦσα περιλαβεῖν τῷ μὴ ὁρίζεσθαι καὶ οἷον τυποῦσθαι ὑπὸ ποικίλου τοῦ τυποῦντος, ἐξολισθάνει καὶ φοβεῖται, μὴ οὐδὲν ἔχῃ. Διὸ κάμνει ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ ἀσμένη καταβαίνει πολλάκις ἀποπίπτουσα ἀπὸ πάντων, μέχρις ἂν εἰς αἰσθητὸν ἥκοι, ἐν στερεῷ ὥσπερ ἀναπαυομένη, οἷον καὶ ἡ ὄψις, κάμνουσα ἐν τοῖς μικροῖς,

III. Quidnam igitur est ipsum unum? quamve naturam habet? Sed profecto nihil mirum est non esse id dictu, quippe cum neque ens neque species expriuni facile possit: nempe cognitio nostra speciebus innititur. Quando vero ad informe aliquid fertur animus, cum comprehendere nequeat, propterea quod non determinetur, neque velut figuretur vario quopiam figurante, protinus inde prolabitur, metuens, ne forte nihil ibi reportet. Quam ob rem in rebus ejusmodi valde laborat, libenterque inde sæpe descendit, ab omnibus videlicet decidens, quousque ad aliquid sensibile proruat, ubi quasi in solido conquiescat velut aspectus, in discernendis sæpe parvis defatigatus,

τοῖς μεγάλοις ἀσμένως περιπίπτει. Καθ' ἑαυτὴν δὲ ἡ ψυχὴ, ὅταν ἰδεῖν ἐθέλῃ μόνην, ὁρῶσα τῷ συνεῖναι, καὶ ἓν οὖσα τῷ ἓν εἶναι αὐτῷ, οὐκ οἰεταί πω ἔχειν, ὃ ζητεῖ, ὅτι τοῦ νοουμένου μὴ ἕτερόν ἐστιν. Ὅμως δὲ χρὴ οὕτω ποιεῖν τὸν μέλλοντα περὶ τὸ ἓν φιλοσοφήσειν· ἐπεὶ τοίνυν ἓν ἐστιν, ὃ ζητοῦμεν, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων ἐπισκοποῦμεν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πρῶτον, οὔτε πόρρω δεῖ γενέσθαι τῶν περὶ τὰ πρῶτα, εἰς τὰ ἔσχατα τῶν πάντων πεσόντα, ἀλλ' ἱέμενον εἰς τὰ πρῶτα ἐπαναγαγεῖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐσχάτων ὄντων, κακίας τε πάσης ἀπηλλαγμένον εἶναι, ἅτε πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπεύδοντα γενέσθαι, ἐπί τε τὴν ἐν ἑαυτῷ ἀρχὴν ἀναβεβηκέναι, καὶ ἓν ἐκ πολλῶν γενέσθαι ἀρχὴν καὶ ἑνὸς θεατὴν ἐσόμενον. Νοῦν τοίνυν χρὴ γενόμενον, καὶ τὴν ψυχὴν τὴν αὐτοῦ νῷ πιστεύσαντα καὶ ὀφιδρύσαντα, ἵνα, ἃ ὁρᾷ ἐκεῖνος, ἐγρηγορυῖα δέχοιτο, τούτῳ θεᾶσθαι τὸ ἓν, οὐ προστιθέντα αἴσθησιν οὐδεμίαν, οὐδέ τι παρ' αὐτῆς εἰς ἐκεῖνα δεχόμενον, ἀλλὰ καθαρῷ τῷ νῷ τὸ καθαρώτατον θεᾶσθαι, καὶ τοῦ νοῦ τῷ πρώτῳ. Ὅταν τοίνυν ὁ ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ τοιούτου ἐσταλμένος ἢ μέγεθος ἢ σχῆμα ἢ ὄγκον περὶ ταύτην τὴν φύσιν φαντασθῇ, οὐ νοῦς τούτῳ ἡγεμὼν γίγνεται τῆς θέας, ὅτι μὴ νοῦς τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὁρᾶν, ἀλλ' ἔστιν αἰσθήσεως καὶ δόξης ἑπομένης αἰσθήσει ἡ ἐνέργεια. Ἀλλὰ δεῖ λαβεῖν παρὰ τοῦ νοῦ τὴν ἐπαγγελίαν ὧν δύναται. Δύναται δὲ ὁρᾶν ὁ νοῦς ἢ τὰ πρὸ αὐτοῦ, ἢ τὰ αὐτοῦ, ἢ τὰ παρ' αὐτοῦ. Καθαρὰ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, ἔτι δὲ καθαρώτερα καὶ ἁπλούστερα τὰ πρὸ αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ πρὸ αὐτοῦ· οὐδὲ νοῦς τοίνυν, ἀλλὰ πρὸ νοῦ. Τί γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ὁ νοῦς· ἐκεῖνο δὲ οὐ τί, ἀλλὰ πρὸ ἑκάστου· οὐδὲ ὄν, καὶ γὰρ τὸ ὂν οἷον μορφὴν τὴν τοῦ ὄντος ἔχει. Ἄμορφον δὲ ἐκεῖνο καὶ μορφῆς νοητῆς· γεννητικὴ γὰρ ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις οὖσα τῶν πάντων οὐδέν ἐστιν αὐτῶν· οὔτε οὖν τι, οὔτε ποιὸν, οὔτε ποσὸν, οὔτε νοῦν, οὔτε ψυχὴν, οὐδὲ κινούμενον, οὐ δ' αὖ ἑστὼς, οὐκ ἐν τόπῳ, οὐκ ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ τὸ καθ' αὐτὸ μονοειδές, μᾶλλον δὲ ἀνείδεον, πρὸ εἴδους ὂν παντὸς, πρὸ κινήσεως, πρὸ στάσεως. Ταῦτα γὰρ περὶ τὸ ὄν, ἃ πολλὰ αὐτὸ ποιεῖ. Διὰ τί οὖν, εἰ μὴ κινούμενον, οὐχ ἑστώς; ὅτι περὶ μὲν τὸ ὂν τούτων θάτερον ἢ ἀμφότερα ἀνάγκη, τό τε ἑστὼς, στάσει ἑστὼς, καὶ οὐ ταὐτὸν τῇ στάσει, ὥστε συμβήσεται αὐτῷ, καὶ οὐκ ἔτι ἁπλοῦν μένει, ἐπεὶ καὶ τὸ αἴτιον λέγειν οὐ κατηγορεῖν ἐστι συμβεβηκός τι αὐτῷ, ἀλλ' ἡμῖν, ὅτι ἔχομέν τι παρ' αὐτοῦ, ἐκείνου ὄντος ἐν αὐτῷ. Δεῖ δὲ μηδὲ τὸ ἐκεῖνο μηδὲ τὸ τοῦτο λέγειν, ἀκριβῶς λέγοντα· ἀλλ' ἡμᾶς οἷον ἔξωθεν περιθέοντας τὰ αὐτῶν ἑρμηνεύειν ἐθέλειν πάθη· ὁτὲ μὲν ἐγγὺς, ὁτὲ δὲ ἀποπίπτοντας ταῖς περὶ αὐτὸ ἀπορίαις.

libenter ad majora se flectit. Sed quando animus videre per se ipsum studet, cum se videat solum propterea quod cum ipso videndo confletur in unum, sitque cum illo jam unum, nimirum ex eo, quod cum ipso unum est, nondum, quod quærit, habere se putat: quoniam ab eo, quod intelligitur, non est diversus. Operæ pretium est inprimis eum, qui circa ipsum unum philosophaturus sit, ita se comparare: nempe cum unum sit id, quod quærimus, principiumque omnium et ipsum bonum atque primum, merito ab iis, quæ sunt circa prima, oportet non esse remotum, nec ullo modo ad omnium extrema præcipitari: sed ascendentem ad prima se ipsum ad excelsa reducere ab his, quæ sentiuntur postremaque sunt. Expedit rursus animum adhibere omni malignitate purgatum, dum ad bonum affectat accedere: præterea in principium sibi insitum se in primis attollere, unum ex multis evadere, si modo principium atque unum sit inspecturus. Oportet igitur animum fieri tunc intellectum, ideoque totam animam menti committere, et in ea penitus collocare, ut, quæ intellectus ipse videt, animus experrectus accipiat, ipsoque intellectu contempletur et unum: sic tamen, ut sensum adhibeat nullum, nec etiam aliquid a sensu proveniens; sed pura duntaxat mente, ipsoque mentis primo purissimum contempletur. Quotiens igitur ad id contemplandum tractus aliquis magnitudinem, vel figuram, vel quamcumque molem circa hanc naturam imaginatur, huic certe ad hanc speculationem dux non exstitit intellectus, quoniam intellectus suapte natura ad hæc inspicienda non vertitur: sed actio talis potius est sensus ipsius opinionisque sensum natura sequentis. Oportet autem ab intellectu accipere nuntium eorum, quæ in ejus sunt potestate. Potest vero intellectus inspicere vel quæ sunt super ipsum, vel sua, vel quæ aguntur ab eo. Pura quidem sunt etiam, quæ sunt in eo: puriora vero atque simpliciora, quæ superiora sunt intellectu, imo vero, quod est intellectu superius. Quam ob rem, quod intellectu superius est, non est intellectus, sed ante intellectum exstat. Intellectus enim est aliquid entium: illud vero non aliquid, sed uno quoque superius: neque est ens: nam ens velut formam ipsam entis habet. Sed illud est prorsus informe, ab intelligibili etiam forma secretum. Unius namque natura cum sit genitrix omnium, merito nullum exsistit illorum: igitur neque quid exsistit, neque quale, neque quantum. Præterea non est intellectus, non anima, non movetur, non quiescit, non est in loco, non est in tempore: sed ipsum secundum se uniforme, imo vero informe, super omnem exsistens formam, super motum, super statum. Hæc enim circa ens versantur, quæ quidem ipsum multa conficiunt. Verum cur non stat saltem, si non movetur? Quoniam circa ens quidem horum alterum vel utrumque versari necessarium est. Præterea, quod stat, ipso videlicet statu stans appellatur, neque idem est penitus atque status: ideoque accidit ipsi, neque simplex ulterius permanet. Jam vero, quando ipsum unum esse omnium causam affirmamus, non dicimus ob hoc aliquid ipsi contingens, sed nobis potius accidens: quoniam ab eo scilicet aliquid habeamus, ipso in se interim permanente. Proinde exactissima ratione de deo loquentem, neque illud neque hoc dicere fas est: sed nos velut extrinsecus circumvagantes affectiones sive passiones ibi nostras utcumque possumus interpretari conamur: et alias quidem propius ad hoc ipsum accedimus, alias autem incerti longius ambiguitate prolabimur.

Accessus ad deum.

Principium rerum est penitus incorporeum, immobile, unum. Cum igitur nequeamus illud attingere per opposita, merito nec imaginatione attingimus corporalia machinante, nec mobili ratione mutabile nonnihil semper excogitante, nec intelligentia suapte natura multiplici varium semper aliquid meditante. Sed attingimus tandem unitate quadam animæ intellectu superiorem, quando ad eam a multitudine, tam intima, quam externa, penitus segregati confugimus. Tunc primum præsentis ubique semper dei signum jam nobis perfecte præsentis habemus, præcipue trinum, novum lumen, insuetum amorem, mæ-

stimabile gaudium. Ad hoc consequendum duo conferunt : doctrina quidem tanquam via, segregatio vero dicta tanquam animi præparatio.

Δ'. Γίγνεται δὲ ἡ ἀπορία μάλιστα, ὅτι μηδὲ κατὰ ἐπιστήμην ἡ σύνεσις ἐκείνου, μηδὲ κατὰ νόησιν, ὥσπερ τὰ ἄλλα νοητά, ἀλλὰ κατὰ παρουσίαν ἐπιστήμης κρείττονα. Πάσχει δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ ἓν εἶναι τὴν ἀπόστασιν, καὶ οὐ πάντῃ ἐστὶν ἕν, ὅταν ἐπιστήμην του λαμβάνῃ. Λόγος γὰρ ἡ ἐπιστήμη, πολλὰ δὲ ὁ λόγος· παρέρχεται οὖν τὸ ἓν εἰς ἀριθμὸν καὶ πλῆθος πεσοῦσα. Ὑπὲρ ἐπιστήμην τοίνυν δεῖ δραμεῖν, καὶ μηδαμῇ ἐκβαίνειν τὸ ἓν εἶναι, ἀλλ' ἀποστῆναι δεῖ καὶ ἐπιστήμης καὶ ἐπιστητῶν καὶ παντὸς ἄλλου, καὶ καλοῦ θεάματος. Πᾶν γὰρ καλὸν ὕστερον ἐκείνου καὶ παρ' ἐκείνου, ὥσπερ πᾶν φῶς μεθημερινὸν παρ' ἡλίου. Διὸ οὐδὲ ῥητὸν οὐδὲ γραπτόν φησιν. Ἀλλὰ λέγομεν καὶ γράφομεν, πέμποντες εἰς αὐτὸ καὶ ἀνεγείροντες ἐκ τῶν λόγων ἐπὶ τὴν θέαν, ὥσπερ ὁδὸν δεικνύντες τῷ τι θεάσασθαι βουλομένῳ. Μέχρι γὰρ τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς πορείας ἡ δίδαξις· ἡ δὲ θέα αὐτοῦ ἔργον ἤδη τοῦ ἰδεῖν βεβουλημένου. Εἰ δὲ μὴ ἦλθέ τις ἐπὶ τὸ θέαμα μηδὲ σύνεσιν ἔσχεν ἡ ψυχὴ τῆς ἐκεῖ ἀγλαΐας, μηδὲ ἔπαθε, μηδὲ ἔσχεν ἐν ἑαυτῷ οἷον ἐρωτικὸν πάθημα ἐκ τοῦ ἰδεῖν, ἐραστοῦ, ἐν ᾧ ἐρᾷ, ἀναπαυσαμένου, δεξάμενον φῶς ἀληθινὸν, καὶ πᾶσαν τὴν ψυχὴν περιφωτίσας διὰ τὸ ἐγγυτέρω γεγονέναι, ἀναβεβηκέναι δὲ ἔτι ὀπισθοβαρὴς ὑπάρχων, ἃ ἐμπόδια ἦν τῇ θέᾳ, καὶ οὐ μόνος ἀναβεβηκὼς, ἀλλ' ἔχων τὸ διεῖργον ἀπ' αὐτοῦ, ἢ μήπω εἰς ἓν συναχθείς· οὐ γὰρ δὴ ἄπεστιν οὐδενὸς ἐκεῖνο, καὶ πάντων δὲ, ὥστε παρὼν μὴ παρεῖναι· ἀλλ' ἡ τοῖς δέχεσθαι δυναμένοις καὶ παρεσκευασμένοις, ὥστε ἐναρμόσαι καὶ οἷον ἐφάψασθαι καὶ θιγεῖν ὁμοιότητι καὶ τῇ ἐν αὐτῷ δυνάμει, συγγενεῖ τῷ ἀπ' αὐτοῦ, ὅταν οὕτως ἔχῃ, ὡς εἶχεν, ὅτε ἦλθεν ἀπ' αὐτοῦ, ἤδη δύναται ἰδεῖν, ὡς πέφυκεν ἐκεῖνος θεατὸς εἶναι. Εἰ οὖν μήπω ἐστὶν ἐκεῖ, ἀλλὰ διὰ ταῦτά ἐστιν ἔξω ἢ δι' ἔνδειαν τοῦ παιδαγωγοῦντος λόγου καὶ πίστιν περὶ αὐτοῦ παρεχομένου, δι' ἐκεῖνα μὲν αὐτὸν ἐν αἰτίᾳ τιθέσθω καὶ πειράσθω ἀποστὰς πάντων μόνος εἶναι· ἃ δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπιστεῖ ἐλλείπων, ὧδε διανοείσθω.

IV. Accidit autem dubitatio defectusque nobis circa cognoscendum deum, præcipue quoniam neque per quandam scientiam, neque per intelligentiam ullam cognoscimus illum, sicut alia solemus, quæ intelligibilia nuncupantur, sed per præsentiam quandam scientiâ meliorem. Anima vero procul evadit ab uno, neque est penitus unum, quando scientiam alicujus assumit. Scientia enim ratio quædam est, ratio vero multa. Unum ergo transgreditur in numerum multitudinemque prolapsa est. Scientiam ergo necessarium est transcendere, nec ullo modo ab eo, quod est esse unum, usquam prævaricari : sed a scientia rebusque sciendis omnique alio pulchroque spectaculo revocari. Omne namque pulchrum et illo est posterius, et ab illo, quemadmodum diurnum omne lumen a sole. Quam ob rem summum deum Plato sit neque scribi unquam neque dici posse. Scribimus autem loquimurque de illo frequenter, ut ita saltem disputationibus nostris animum excitemus, et ad divinum spectaculum dirigamus, quasi quandam ostendentes viam vivere nonnihil desideranti Doctrina quidem usque ad viam et iter suas vires extendit : deum vero videre jam opus illius est, qui videre voluerit. Ille profecto neque pervenit ad spectaculum, neque illius conspicit lucem, et idcirco neque afficitur inde, neque affectionem sive passionem gustat in se amatoriam ex intuitu solitam proficisci, si quando amator in amato jam conquiescat, ubi sane verum accipitur lumen, totam illuminans animam propius accedentem : ille, inquam, talia non assequitur, qui molitur illuc ascendere, iis adhuc retrogravatus tractusque a tergo, quæ sunt inspectoris obstacula. Neque illuc ascendit solus, sed trahit interea secum, quod disjungat ab illo, vel potius nondum est omnino redactus in unum. Deus enim a nullo usquam abest, et quodammodo abesse videtur ab omnibus, adeo, ut præsens ubique sit, iterumque non præsens. Nam iis duntaxat est præsens, qui capere possunt, atque ita parati sunt, ut cum illo congruere, ac velut ipsum attingere valeant, per similitudinem videlicet quandam insitamque potentiam, muneri inde tributo cognatam, quando scilicet animus omnino sic est affectus, sicut erat, cum inde processit : ideoque videre jam potest, sicut ipse deus est natura videndus. Ille, inquam, nondum illuc usque pervenit, qui propter hæc obstacula inde retrahitur, vel etiam protrahit ad iter moras, quoniam desit ratio disciplinaque illuc usque perducens, fidemque faciens de divinis : sed profecto, quantum ad cetera spectat obstacula, se ipsum quisque in culpa jure posuerit : nempe conari debet abesse procul ab omnibus, solusque evadere. Quantum vero ad rationes pertinet, quibus fortasse minus credat, sic denique profecturus excogitet.

Accessus ad deum.

In Theologia nostra, et libro de Amore, et secundo Epistolarum libro rationes diligentius assignavimus, quibus gradatim ascendendum sit a natura corporea, quæ dimensioni, motui, numero subjecta est, ad animam dimensione jam liberam. Ab anima mobili multiplicique ad intellectum immobilem quidem, sed multiplicem : atque interim ab intellectu ipsius animæ proprio ad ipsum simpliciter intellectum, tandem ab intellecto, qui necessario in se multiformis est, ad ipsum simpliciter unum, quod non sit ens unum, ne ita sit multiplex : siquidem ratio unius et entis est diversa. Ens enim et multitudinem admittit, et nihilum habet oppositum. Unum vero multitudinem non sustinet, sed respuit, ut oppositam. Est igitur non ens, sed principium entis penitus absoluti : atque interea principium specierum absolutarum. Omnes enim species naturalium in primo esse unum esse possident absolutum. Quando deum nominamus unum, simplicitatem ipsam vaticinamur penitus individuam, quæ super essentiam principium est essentiæ longe excellentius, quam ullus numerorum et signum dimensionum. Profecto, sicut ens continuum atque ens discretum ad aliquid individuum resolvuntur; ita ipsum simpliciter ens refertur ad ipsum simpliciter individuum.

Ε'. Ὅστις οἴεται τὰ ὄντα τύχῃ καὶ τῷ αὐτομάτῳ διοικεῖσθαι καὶ σωματικαῖς συνέχεσθαι αἰτίαις, οὗτος πόῤῥω ἀπελήλαται καὶ θεοῦ καὶ ἐννοίας ἑνός. Καὶ ὁ λόγος οὐ πρὸς τούτους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄλλην φύσιν

V. Quicumque res opinatur fortuna casuque temerario gubernari, causisque duntaxat corporeis contineri, is ab ipso deo uniusque ipsius intelligentia est longe remotus. Neque nos ad homines sic affectos verba facimus, sed ad illos tantum, qui naturam aliam præter corpora norunt

παρὰ τὰ σώματα τιθεμένους καὶ ἀνιόντας ἐπὶ ψυχήν. Καὶ δὴ δεῖ τούτους φύσιν ψυχῆς κατανενοηκέναι, τά τε ἄλλα, καὶ ὡς παρὰ νοῦ ἔστι, καὶ λόγου παρὰ τούτου κοινωνήσασα, ἀρετὴν ἴσχει· μετὰ δὲ ταῦτα, νοῦν λαβεῖν ἕτερον τοῦ λογιζομένου καὶ λογιστικοῦ καλουμένου, καὶ τοὺς λογισμούς, ἤδη οἷον ἐν διαστάσει καὶ κινήσει, καὶ τὰς ἐπιστήμας, λόγους ἐν ψυχῇ τὰς τοιαύτας ἐν φανερῷ ἤδη γεγονυίας, τῷ ἐν τῇ ψυχῇ γεγονέναι τὸν νοῦν τῶν ἐπιστημῶν αἴτιον καὶ νοῦν ἰδόντα οἷον αἰσθητὸν, τῷ ἀντιληπτὸν εἶναι ἐπαναβεβηκότα τῇ ψυχῇ καὶ πατέρα αὐτῆς ὄντα, κόσμον νοητὸν, νοῦν ἥσυχον, καὶ ἀτρεμῆ κίνησιν φατέον πάντα ἔχοντα ἐν αὑτῷ καὶ πάντα ὄντα, πλῆθος ἀδιάκριτον καὶ αὖ διακεκριμένον. Οὔτε γὰρ διακέκριται, ὡς οἱ λόγοι οἱ ἤδη καθ' ἓν νοούμενοι, οὔτε συγχέχυται τὰ ἐν αὐτῷ. Πρόεισι γὰρ ἕκαστον χωρὶς, οἷον καὶ ἐν ταῖς ἐπιστήμαις πάντων ἐν ἀμερεῖ ὄντων, ὅμως ἐστὶν ἕκαστον χωρὶς αὐτῶν. Τοῦτο οὖν τὸ ὁμοῦ πλῆθος ὁ κόσμος ὁ νοητός· ἔστι μὲν ὁ πρὸς τῷ πρώτῳ, καὶ φησὶν αὐτὸ ὁ λόγος ἐξ ἀνάγκης εἶναι, εἴπερ τις καὶ ψυχὴν εἶναι· τοῦτο δὲ κυριώτερον ψυχῆς, οὐ μέν τοι πρῶτον, ὅτι μὴ ἓν, μηδὲ ἁπλοῦν· ἁπλοῦν δὲ τὸ ἓν καὶ ἡ πάντων ἀρχή. Τὸ δὴ πρὸ νοῦ τοῦ ἐν τοῖς οὖσι τιμιωτάτου, εἴπερ δεῖ τι πρὸ νοῦ εἶναι, ἓν μὲν εἶναι βουλομένου, οὐκ ὄντος δὲ ἕν, ἐνοειδοῦς δὲ, ὅτι αὐτῷ μηδὲ ἐσκέδασται ὁ νοῦς, ἀλλὰ σύνεστιν ἑαυτῷ ὄντως, οὐ διαρτήσας ἑαυτὸν τῷ πλησίον μετὰ τὸ ἓν εἶναι, ἀποστῆναι δέ πως τοῦ ἑνὸς τολμήσας· τὸ δὴ πρὸ τούτου θαῦμα τὸ ἓν, ὃ μὴ ὄν ἐστιν, ἵνα μὴ καὶ ἐνταῦθα κατ' ἄλλου τὸ ἓν, ὧν ὄνομα μὲν κατ' ἀλήθειαν οὐδὲν προσῆκον. Εἴπερ δὲ δεῖ ὀνομάσαι, χρινῶς ἂν λεχθὲν προσηκόντως ἕν, οὐχ ὡς ἄλλο, εἶτα ἕν, χαλεπὸν μὲν γνωσθῆναι διὰ τοῦτο, γιγνωσκόμενον δὲ μᾶλλον τῷ ἀπ' αὐτοῦ γεννήματι τῇ οὐσίᾳ· καὶ ἄγει εἰς οὐσίαν νοῦς, καὶ αὐτοῦ ἡ φύσις τοιαύτη, ὡς πηγὴν τῶν ἀρίστων εἶναι, καὶ δύναμιν γεννῶσαν τὰ ὄντα, μένουσαν ἐν ἑαυτῇ καὶ οὐκ ἐλαττουμένην, οὐδ' ἐν τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτῆς οὖσαν· ὅτι καὶ πρὸ τούτων ὀνομάζομεν ἓν ἐξ ἀνάγκης, τῷ σημαίνειν ἀλλήλοις αὐτὴν τῷ ὀνόματι εἰς ἔννοιαν ἀμέριστον ἄγοντες, καὶ τὴν ψυχὴν ἑνοῦν θέλοντες, οὐχ οὕτως ἓν λέγοντες καὶ ἀμερὲς, ὡς σημεῖον ἢ μονάδα λέγοντες. Τὸ γὰρ οὕτως ἓν ποσοῦ ἀρχαὶ, ὃ οὐκ ἂν ὑπέστη, μὴ προούσης οὐσίας, καὶ τοῦ πρὸ οὐσίας. Οὔκουν δεῖ ἐνταῦθα βάλλειν τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ ταῦτα ὁμοίως αἰεὶ ἐκείνοις ἐν ἀναλογίαις τῷ ἁπλῷ καὶ τῇ φυγῇ τοῦ πλήθους καὶ τοῦ μερισμοῦ.

et ad animam saltem usque perveniunt. His igitur expedit, naturam animæ diligenter animadvertere, cum quantum spectat ad alia, tum vel maxime quemadmodum ab intellectu procedit, rationemque inde suscipiens assequitur et virtutem. Præter hæc autem intellectum alterum præter intellectum ratiocinantem, qui rationalis cognominatur, considerare decet. Item rationis discursiones, sive argumentationes, velut jam in distantia quadam atque motu: scientias quoque, rationes in anima tales in manifesto jam positas, propterea quod animæ infusus sit intellectus scientiarum causa, qui et intellectum videat quasi sensibilem, quia videlicet percipi animadvertique possit: intellectum, inquam, desuper incumbentem animæ et ejus patrem, mundum intelligibilem, intellectum omnino quietum, et velut tranquillum quendam motum omnia in se habentem, exsistentem omnia, multitudinem indiscretam rursusque discretam. Neque enim discernitur, sicut rationes in prolatione solent, sed tanquam rationes jam secundum unum quiddam excogitantes: neque rursus, quæ in ea mente sunt, confunduntur. Prodit enim unumquodque seorsum, quemadmodum et in scientiis accidit: nempe cum omnia in quodam individuo congruant, singula tamen ab aliis secernuntur. Hæc itaque multitudo collecta simul, hic mundus intelligibilis adstat quidem primo quam proxime; hunc ratio esse ex necessitate concludit, si qua ratio animam quoque esse convincit; hoc sane præstantius est, quam anima. Neque tamen est primum: quoniam neque unum est, neque simplex. At ipsum unum omniumque principium est procul dubio simplex. Proinde quod superius est mente, ipso entium præstantissimo, siquidem aliquid oportet esse mente superius, quæ quidem esse vult unum, neque tamen est unum, sed saltem est aliquid uniforme: quoniam intellectus non est in se ipso dispersus, sed re vera secum ipso conspirat, neque quasi articulatim compositum se attrectat, propterea quod sit uni quam proximum, quamvis ab uno quodammodo secedere videatur audere: quod, inquam, super hoc mirabiliter exsiat, velut miraculum est ipsum unum, quod sane ens non est dicendum, ne hic quoque ipsum unum de alio prædicetur: cui profecto nullum re vera convenit nomen. Sin autem nominare cogamur, commun quidem appellatione unum commode appellatur: non adeo tamen, ut primo quidem aliud sit, deinde unum. Difficile sane cognitu ob hanc præcipue causam: cognitum vero potissimum fit ex progenie ejus essentia: nempe in essentiam intellectus adducit. Ipsius autem unius natura talis exsistit, ut sit fons omnium optimorum, ac potestas entia generans, permanens in se ipsa, neque deminutionem subiens generando, neque in rebus genitis requiescens. Nempe et quod ante hæc exsistit, nominamus unum quadam necessitate compulsi, optantes videlicet primam omnium naturam ipso nomine inter nos designare, nos ipsos in notionem individuam adducentes, animamque in unum redigere contendentes. Ubi certe non sic unum et impartibile dicimus, velut signum et unitatem dicimus numeralem. Quod enim sic est unum, est quanti principium: quod quidem nunquam foret, nisi essentia, et quod ante essentiam est, præcederet. Quam ob rem cogitationis aciem in his defigere non debemus, sed unitatem hanc et signum analogica similitudine quadam unum ipsum repræsentare putandum, ob quandam simplicitatem multitudinis divisionisque expertem.

Accessus ad deum.

Oppositа quadam via accedimus in dimensionibus numerisque ad individuum suum, atque in entibus ad individuum illud, quod entium est principium. Illic enim ad intimum aliquid ac minimum pervenitur: hic autem ad extimum et amplissimum: maximum, inquam, simplicitate atque virtute. Est enim simplicius semper qualibet apud te excogitata simplicitate, atque potentius similiter potestate. Solum ipsum unum esse potest universi principium: solum namque se ipso sufficiens est omnino. Quicquid vero præter illud est necessario multiplex, quadruplicem saltem patitur indigentiam: siquidem in eo totum eget partibus: pars item parte: partes quoque toto: denique cuncta quodam extrinsecus componente. Jam vero ad principium pertinet nihil quærere, nihil accipere, nihil amittere. Solum vero unum ipsum id munus habet, alioquin unum certe non erit. Cum ipsum unum negamus intelligere, ne fore multiplex compellamus, non negamus, esse lucem miram intelligentiæ creatricem, vel intelligentiam esse, si modo intelligentia lucem significet intelligentia meliorem, habentem in se, imo penitus

existentem, quicquid intelligentibus est optandum. Nec igitur sui ipsius incertam, nec aliorum, sed absque compositione atque respectu sibi ipsi mirabiliter ceterisque lucentem. Denique, sicut alibi diximus, non aliter Plotinus, quam Dionysius Areopagita, principium super intelligentiam, vitam, essentiam esse putat.

ϛ'. Πῶς οὖν λέγομεν ἕν; καὶ πῶς τῇ νοήσει ἐφαρμοστέον; ἢ πλειόνως τιθέμενον ἕν, ἢ ὡς μονὰς καὶ σημεῖον ἐνίζεται. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ μέγεθος ἡ ψυχὴ ἀφελοῦσα καὶ ἀριθμοῦ πλῆθος καταλήγει εἰς τὸ σμικρότατον, καὶ ἐπερείδεταί τινι, ἀμερεῖ μέν, ἀλλὰ ὃ ἦν ἐν μεριστῷ καὶ ὅ ἐστιν ἐν ἄλλῳ. Τὸ δὲ οὔτε ἐν ἄλλῳ, οὔτε ἐν μεριστῷ, οὔτε οὕτως ἀμερές, ὡς τὸ σμικρότατον. Μέγιστον γὰρ ἁπάντων οὐ μεγέθει, ἀλλὰ δυνάμει, ὥστε καὶ τὸ ἀμέγεθες, δυνάμει, ἐπεὶ καὶ τὰ μετ' αὐτὸ ὄντα ταῖς δυνάμεσιν ἀμέριστα καὶ ἀμερῆ, οὐ τοῖς ὄγκοις. Ληπτέον δὲ καὶ ἄπειρον αὐτὸν, οὐ τῷ ἀδιεξιτήτῳ ἢ τοῦ μεγέθους ἢ τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλὰ τῷ ἀπεριλήπτῳ τῆς δυνάμεως. Ὅταν γὰρ αὐτὸν νοήσῃς οἷον νοῦν ἢ θεὸν, πλέον ἐστί· καὶ οὗ ὅταν αὐτὸν ἐνίσῃς τῇ διανοίᾳ, καὶ ἐνταῦθα πλέον ἐστίν· ἢ θεὸν ἂν αὐτὸν ἐφαντάσθης, εἰς τὸ ἐνικώτερον τῆς σῆς νοήσεως εἶναι· ἐφ' ἑαυτοῦ γάρ ἐστιν, οὐδενὸς αὐτῷ συμβεβηκότος. Τῷ αὐτάρκει δ' ἂν τίς καὶ τὸ ἓν αὐτοῦ ἓν οὐ μὴ θείη; Δεῖ μὲν γὰρ ἱκανώτατον ἁπάντων καὶ αὐταρκέστατον καὶ ἀνενδεέστατον εἶναι. Πᾶν δὲ πολὺ καὶ μὴ ἓν ἐνδεές, μὴ ἓν ἐκ πολλῶν γενόμενον. Δεῖται οὖν αὐτοῦ ἡ οὐσία ἓν εἶναι, τὸ δὲ οὐ δεῖται ἑαυτοῦ, αὐτὸ γάρ ἐστι, καὶ μὴν πολλὰ ὄν, τοσούτων δεῖται, ὅσα ἐστί. Καὶ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ μετὰ τῶν ἄλλων ὄν, καὶ οὐκ ἐφ' ἑαυτοῦ, ἐνδεὲς τῶν ἄλλων ὑπάρχον, καὶ καθ' ἓν καὶ κατὰ τὸ ὅλον τὸ τοιοῦτον ἐνδεὲς παρέχεται. Εἴπερ οὖν δεῖ τι αὐταρκέστατον εἶναι, τὸ ἓν εἶναι δεῖ, τοιοῦτον ὂν μόνον, οἷον μήτε πρὸς αὐτὰ, μήτε πρὸς ἄλλο ἐνδεὲς εἶναι. Οὐ γάρ τι ζητεῖ, ἵνα ᾖ, οὐδ' ἵνα εὖ ᾖ, οὐδὲ ἵνα ἐκεῖ ἱδρυθῇ· τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις αἴτιον ὂν οὐ παρ' ἄλλων ἔχει, ὅ ἐστι, τό τε εὖ, τί ἂν εἴη αὐτῷ ἔξω αὐτοῦ; ὥστε οὐ κατὰ συμβεβηκὸς αὐτῷ τὸ εὖ· αὐτὸ γάρ ἐστι. Τόπος τε οὐδεὶς αὐτῷ, οὐ γὰρ δεῖται ἱδρύσεως, ὥσπερ αὐτὸ φέρειν οὐ δυνάμενον· τό τε ἱδρυθησόμενον, ἄψυχον, καὶ ὄγκος πίπτων, ἐὰν μή πω ἱδρυθῇ. Ἵδρυται δὲ καὶ τὰ ἄλλα διὰ τοῦτον, δι' ὃν ὑπέστη ἅμα, καὶ ἔσχεν, εἰς ὃν ἐτάχθη τόπον. Ἐνδεὲς δὲ καὶ τὸν τόπον ζητοῦν. Ἀρχὴ δὲ οὐκ ἐνδεὲς τῶν μετ' αὐτὸ, ἡ δ' ἁπάντων ἀρχὴ ἀνενδεὲς ἁπάντων· ὅτι γὰρ ἐνδεὲς, ἐφιέμενον ἀρχῆς ἐνδεές. Εἰ δὲ τὸ ἓν ἐνδεές του, ζητεῖ δηλονότι τῷ μὴ εἶναι ἕν, ὥστε ἐνδεὲς ἔσται τοῦ φθεροῦντος. Πᾶν δ' ὃ ἂν λέγηται ἐνδεὲς, τοῦ εὖ καὶ τοῦ σώζοντός ἐστιν ἐνδεές· ὥστε τῷ ἑνὶ οὐδὲν ἀγαθόν ἐστιν, οὐδὲ βούλησις τοίνυν οὐδενός· ἀλλ' ἔστιν ὑπεράγαθον, καὶ αὐτὸ οὐχ ἑαυτῷ, τοῖς δ' ἄλλοις ἀγαθὸν, εἴ τι αὐτοῦ δύναται μεταλαμβάνειν· οὐδὲ νόησις, ἵνα μὴ ἑτερότης, οὐδὲ κίνησις· πρὸ γὰρ κινήσεως καὶ πρὸ νοήσεως. Τί γὰρ καὶ νοήσει; ἑαυτόν. Πρὸ νοήσεως τοίνυν ἀγνοῶν ἔσται, καὶ νοήσεως δεήσεται, ἵνα γνῷ ἑαυτὸν ὁ αὐτάρκης ἑαυτῷ. Οὐ τοίνυν, ὅτι μὴ γιγνώσκει, οὐδὲ νοεῖ ἑαυτὸν, ἄγνοια περὶ αὐτὸν

VI. Quonam igitur modo dicimus unum? quave ratione ad id potissimum accommodare intelligentiam possumus? Ita profecto, si excellentiori admodum ratione id asserimus unum, quam unitatem et signum asserere soleamus. Hic enim animus magnitudinem et multitudinem detrahens paulatim in minimum denique desinit, et tandem in aliquo residet, quod, quamvis individuum sit, erat tamen in re dividua, et jacebat in alio. At ipsum unum neque in alio, neque in re dividua residet: neque sic est individuum, ut quiddam minimum. Est enim omnium maximum, non magnitudine quidem, sed potentia. Quapropter quando dicitur individuum, indivisibilem dicimus potestate: quandoquidem et, quæ sunt post ipsum, non secundum moles, sed secundum vires individua judicantur. Deum præterea infinitum nominare debemus, non quasi sit magnitudo quædam vel multitudo, quam non licet pertransire, sed quia sit potestas, quam comprehendere nequeas. Quamvis enim excelsum pro viribus cogites illum, velut intellectum aut deum, adhuc tamen superest admodum excellentius. Ac rursus, quando illum cogitatione summopere perdueis ad unum, tunc quoque hanc abs te excogitatam simplicitate superat unitatem. Tu siquidem ad summam tuæ intelligentiæ unitatem illum pro viribus redigebas: ille vero supra modum superat: nam in se ipso permanet, nec ei unquam aliquid accidit. Præterea potest aliquis per id, quod se ipso sufficiens appellatur, summam dei unitatem nihilominus comprobare. Oportet enim summum rerum principium nullo modo indigum esse, sed sufficientissimum omnium, maximeque se ipso contentum. Quicquid autem non unum est, sed multum, necessario est egenum: quippe cum ipsum quidem non sit unum, sed ex multis unum evadat. Itaque ejus essentia indiget unum fieri. At ipsum unum se ipso non indiget: ipsum namque jam exsistit. Quin etiam, quod in se multa est, tot indiget, quot et exsistit. Et quodlibet eorum quæ sunt in eo, cum non in se ipso sit, sed una cum ceteris, certe indiget aliis, ideoque et secundum unumquodque et secundum totum ejusmodi aliquid esse declarat egenum. Si ergo necessarium est, aliquid esse sufficientissimum, esse oportet et unum, tale videlicet solum exsistens, ut neque ad se ipsum, neque ad aliud quicquam sit egenum. Non enim quærit aliquid, ut quandoque sit, neque rursus, ut bene sit, neque etiam, ut ibi fundetur: nempe cum aliis ipsum sit cum essendi, tum bene essendi causa, merito hoc ipsum, quod est, et bene est, non habet ab aliis. Quid enim ipsi bene esse aliunde redundet? Quapropter huic ipsum bene esse non accidit: ipsum namque exsistit hoc ipsum. Locus item huic est nullus, nullo enim indiget fundamento, quasi se sustinere non possit. Nam quod in alio fundandum est, vita vacuum judicatur, moleque labans, nisi forte sustineatur. Stabiliuntur et alia propter ipsum, per quem et simul exstiterunt, et locum sortita sunt, ubi ex ordine locarentur. Quod autem quærit locum, procul dubio est egenum. At vero principium his, quæ sequuntur, minime indiget: itaque principium omnium prorsus indiget nullis. Jam vero, quod indigum est, propterea indigens judicator, quoniam principium appetat. Si autem ipsum unum egeat aliquo, quæret jam non esse ulterius unum: destructore igitur indigebit. Verumtamen, quicquid indigum appellatur, boni habitus et servatoris est indigens. Quam ob rem uni nihil est bonum, neque voluntas igitur alicujus, sed est (ut ita dixerim) superbonum: ipsumque non sibimet, sed aliis exsistit bonum, si quid modo participare possit. Neque inest intelligentia uni, ne in eo sit inde diversitas. Rursum neque motus est ullus: est enim motu intelligentiaque superius. Quid enim intelliget? An forte se ipsum? Quod si ita sit, ante intelligentiam igitur esset ignorans et intelligentia indigeret, ut se prorsus agnoscat: quod tamen se ipso sibi sufficiens esse censetur. Proinde, etsi neque cognoscit, neque intelligit semet ipsum, non tamen idcirco in eo ignorantia est. Ignorantia enim contingit ad

ἔσται. Ἡ γὰρ ἄγνοια ἑτέρου ὄντος γίγνεται, ὅταν θάτερον ἀγνοῇ θάτερον. Τὸ δὲ μόνον οὔτε τι γιγνώσχει, οὔτε τι ἔχει ὃ ἀγνοεῖ· ἓν δὲ ὂν συνὸν αὑτῷ οὐ δεῖται νοήσεως ἑαυτοῦ, ἐπεὶ οὐδὲ τὸ συνεῖναι δεῖ προσάπτειν, ἵνα τηρῇς τὸ ἕν, ἀλλὰ καὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ συνιέναι ἀφαιρεῖν καὶ ἑαυτοῦ νόησιν καὶ τῶν ἄλλων. Οὐ γὰρ κατὰ τὸ νοοῦν δεῖ τάττειν αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ τὴν νόησιν. Νόησις δὲ οὐ νοεῖ, ἀλλ' αἰτία τοῦ νοεῖν ἄλλῳ· τὸ δὲ αἴτιον οὐ ταὐτὸν τῷ αἰτιατῷ· τὸ δὲ πάντων αἴτιον οὐδέν ἐστιν ἐκείνων. Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἀγαθὸν λεκτέον τοῦτο, ὃ παρέχει, ἀλλὰ ἄλλως τἀγαθὸν ὑπὲρ τὰ ἄλλα ἀγαθά.

alterum, quando hoc illud ignorat. Quod autem solum est, omnino neque cognoscit, neque rursus habet aliquid, quod ignoret : sed cum sit unum sibimet (ut ita dixerim) unitissimum, nimirum intelligentia sui non indiget : quoniam neque adhibendum illi est hoc ipsum, quod dicitur esse secum, ut ipsum unum serves : imo vero et intelligentiam et conscientiam animadversionemque propriam, et sui ipsius agnitionem et aliorum perceptionem inde prorsus auferre debemus. Jam vero neque secundum conditionem intelligentis, sed potius secundum ipsum intelligentiæ actum deum existimare decet. At intelligentia non intelligit, sed est aliis intelligendi causa : causa vero non idem est, atque quod a causa provenit : omnium itaque causa nihil prorsus est omnium. Neque igitur eam hoc bonum, quod præbet aliis, esse judicare debemus : sed ipsum alia ratione bonum ceteris bonis admodum excellentius.

Accessus ad deum.

Etsi deus est ubique, perspicue tamen in summo intelligentiæ lucet. Ad hanc lucem perspiciendam formæ omnes non solum imaginabiles, sed etiam intelligibiles, tanquam nubes, obstant. Has igitur omnes procul discute, divinam lucem mente serena feliciter perceptura.

Ζ'. Εἰ δ', ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶν, ἀοριστεῖς τῇ γνώμῃ, στῆσον σαυτὸν εἰς ταῦτα, καὶ ἀπὸ τούτων θεῶ· θεῶ δὲ, μὴ ἔξω ῥίπτων τὴν διάνοιαν· οὐ γὰρ κεῖταί που, ἐρημώσαν αὐτοῦ τὰ ἄλλα, ἀλλ' ἔστι τῷ δυναμένῳ θιγεῖν ἐκεῖ παρὸν, τῷ δ' ἀδυνατοῦντι οὐ πάρεστιν· ὥσπερ δὴ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἔστι τι νοεῖν, ἄλλο νοοῦντα καὶ πρὸς ἄλλῳ ὄντα, ἀλλὰ δεῖ μηδὲν προσάπτειν τῷ νοουμένῳ, ἵνα ᾖ αὐτὸ τὸ νοούμενον, οὕτω δεῖ καὶ ἐνταῦθα εἰδέναι, ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλου ἔχοντα ἐν τῇ ψυχῇ τύπον, ἐκεῖνο νοῆσαι ἐνεργοῦντος τοῦ τύπου· οὐδ' αὖ ἄλλοις κατειλημμένην τὴν ψυχὴν καὶ κατεχομένην τυπωθῆναι τῷ τοῦ ἐναντίου τύπῳ, ἀλλ' ὥσπερ περὶ τῆς ὕλης λέγεται, ὡς ἄρα ἄποιον εἶναι δεῖ πάντων, εἰ μέλλει δέχεσθαι τοὺς πάντων τύπους, οὕτω καὶ πολὺ μᾶλλον ἀνείδεον τὴν ψυχὴν γίγνεσθαι, εἰ μέλλει μηδὲν ἐμπόδιον ἐγκαθήμενον ἔσεσθαι, πρὸς πλήρωσιν καὶ ἐλλαμψιν αὐτῇ τῆς φύσεως τῆς πρώτης. Εἰ δὲ τοῦτο, πάντων τῶν ἔξω ἀφεμένην δεῖ ἐπιστραφῆναι πρὸς τὸ εἴσω πάντῃ, μὴ πρός τι τῶν ἔξω κεκλίσθαι, ἀλλὰ ἀγνοήσαντα τὰ πάντα, καὶ πρὸ τοῦ μὲν τῇ διαθέσει, τότε δὲ καὶ τοῖς εἴδεσιν· ἀγνοήσαντα δὲ καὶ αὐτὸν ἐν τῇ θέᾳ ἐκείνου γενέσθαι, κἀκείνῳ συγγενόμενον καὶ ἱκανῶς οἷον ὁμιλήσαντα ἥκειν ἀγγέλλοντα, εἰ δύναιτο, καὶ ἄλλῳ τὴν ἐκεῖ συνουσίαν· οἵαν ἴσως καὶ Μίνως ποιούμενος ἀριστὴς τοῦ Διὸς ἐφημίσθη εἶναι· ἧς μεμνημένος εἴδωλα αὐτῆς τοὺς νόμους ἐτίθει, τῇ τοῦ θείου ἐπαφῇ εἰς νόμων πληρούμενος θέσιν. Ἢ καὶ τὰ πολιτικὰ οὐκ ἄξια αὐτοῦ νομίσασα, εἰ ἐθέλει μένειν ἄνω, ὅπερ καὶ τῷ πολὺ ἰδόντι γένοιτ' ἂν πάθημα· οὐδενὸς, φησὶν, ἐστὶν ἔξω, ἀλλὰ πᾶσι σύνεστιν οὐκ εἰδόσι. Φεύγουσι γὰρ αὐτοὶ αὐτοῦ ἔξω, μᾶλλον δὲ αὐτῶν ἔξω· οὐ δύνανται οὖν ἑλεῖν, ὃν πεφεύγασιν, οὐδ' αὐτοὺς ἀπολωλεκότες ἄλλον ζητεῖν. Οὐδέ γε παῖς αὐτοῦ ἔξω ἐν μανίᾳ γεγενημένος εἰδήσει τὸν πατέρα· ὁ δὲ μαθὼν ἑαυτὸν εἰδήσει καὶ ὁπόθεν.

VII. Si autem ex eo, quod deus nihil horum sit, tu propterea indefinita mentis ambiguitate nutas, age, in his saltem fige mentis intuitum, ac deinceps ab his in deum tota mente recurre : neque tamen ita, ut extra jacias cogitationis intentionem : non enim positus est deus alicubi ita, ut destituat alia, sed, ubicumque est, quod possit attingere, ipse deus est præsens : solum non potenti non adest. Tum vero, quemadmodum in aliis non datur eum, qui intelligit aliquid eique totus incumbit, aliud interim intelligere, sed expedit intelligendæ rei nihil aliud adhibere, ut ipsum intelligibile sit : similiter et hic fieri non potest, ut, qui alterius cujusquam in animo figuram habet, intelligat interea deum, dum figura suum exsequitur actum. Neque rursus animam aliis occupatam possibile est figura contrarii figurari : sed quemadmodum materiam tradunt esse omnium qualitatibus vacuam oportere, si modo sit figuras omnium susceptura : sic et multo magis animam esse oportet informem, si omni carere debet obstaculo, quod forsitan impedire possit, ne ab ipsa omnium prima natura illustretur et impleatur ad votum. Si res ita se habet, operæ pretium est animum ab omnibus exteris segregatum ad intima penitus se convertere, neque ad externum aliquid revocari, sed jam omnia nescientem, et antea quidem affectione, tunc vero etiam speciebus, nescientem quoque se ipsum contemplationi illius incumbere, eique familiariter inhærere : ac deinde, quasi satis jam conversatum, si possit, accedere nuntium, consuetudinem illam aliis præterea declarantem : qua forsan et Minos quandoque fretus præcipue colloquio Jovis familiaris est habitus : cujus sane colloquii memor leges ad illius similitudinem condidit, divino videlicet illo commercio ad condendas leges instructus. Forsan vero animus aliquis civiles institutiones divina familiaritate minus dignas existimarit, si in excelsis perseverare maluerit, quod quidem illi qui quamplurimum est intuitus rite videtur accidere. Deum ergo, ait, extra nullum esse, sed inesse omnibus minime cognoscentibus. Ipsi namque fugiunt extra deum, imo vero extra se ipsos. Merito igitur, quem fugiunt, apprehendere nequeunt : et qui se ipsos jam perdiderunt, alium indagare non valent. Atqui et filius furore quodam extra se positus non agnoscet patrem : qui vero se ipsum didicerit, etiam, unde sit, jure cognoscet.

Accessus ad deum.

Deus est tanquam individuum et immobile centrum universi, a quo et ad quod omnia pendent. Similiter intellectus divini animique intellectuales inde creati sua quædam habent centra, id est, unitates essentiales intellectu superiores. In intellectibus ergo divinis præter ejusmodi centrum exstat orbis unus, id est, proprius intellectus : in anima vero ultra centrum suum

sunt tres orbes, intellectus, ratio, imaginatio. Centrum quidem semper copulatum est cum universi centro. Intellectualis orbis perpetuo revolvitur circa idem : orbis autem rationalis atque imaginalis aliquando circa centrum suum atque divinum volvitur, aliquando quasi frangitur, et per obliquum declinat ad alia. Interea, dum similem brutis vitam agimus, ratione ad deum non conversi intellectu, saltem clam revolvimur circa deum. Restat quinetiam affectus quidam in ratione stimulis quandoque suis revocaturus ad deum : cui quando penitus copulamur, quoniam per unitatem essentialem illi jungimur, interius longe pleniusque fruimur, quam qui re quavis cognoscendo potitur. Probabile vero est, ejusmodi copula nos conjunctos inde minime discessuros. Copula vero est arctissima, quando incorporeum incorporeo jungitur, si modo alterum eorum formulem diversitatem jam deposuerit, per quam utique solam discrepabat ab altero.

ΙΙ'. Εἴ τις οὖν ψυχὴ οἶδεν ἑαυτὴν τὸν ἄλλον χρόνον, καὶ οἶδεν ὅτι ἡ κίνησις αὐτῆς οὐκ εὐθεῖα, ἀλλ' ἢ ὅταν κλάσιν λάβῃ, ἡ δὲ κατὰ φύσιν κίνησις οἷα ἡ ἐν κύκλῳ περί τι οὐκ ἔξω, ἀλλὰ περὶ κέντρον· τὸ δὲ κέντρον, ἀφ' οὗ ὁ κύκλος, κινήσεται περὶ τοῦτο, ἀφ' οὗ ἐστί, καὶ τοῦτο ἀναρτήσεται, συμφέρουσα ἑαυτὴν πρὸς τὸ αὐτό, πρὸς ὃ ἐχρῆν μὲν πάσας. Φέρονται δὲ αἱ θεῶν ἀεί, πρὸς ὃ φερόμεναι θεοί εἰσι· θεὸς γὰρ τὸ ἐκείνῳ συνημμένον· τὸ δὲ πόρρω ἀφιστάμενον ἄνθρωπος ὁ πολὺς καὶ θηρίον. Τὸ οὖν τῆς ψυχῆς οἷον κέντρον τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον; ἢ ἄλλο τι δεῖ νομίσαι, εἰς ὃ οἷον πάντα κέντρα συμπίπτει, καὶ ὅτι ἀναλογία τοῦ κέντρου τοῦδε τοῦ κύκλου· οὐδὲ γὰρ οὕτω κύκλος ἡ ψυχή, ὡς τὸ σχῆμα, ἀλλ' ὅτι ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν ἡ ἀρχαία φύσις, καὶ ὅτι ἀπὸ τοιούτου, καὶ ἔτι μᾶλλον, καὶ ὅτι χωρισθεῖσαι ὅλαι. Νῦν δὲ ἐπεὶ μέρος ἡμῶν κατέχεται ὑπὸ τοῦ σώματος, οἷον εἴ τις τοὺς πόδας ἔχει ἐν ὕδατι, τῷ δ' ἄλλῳ σώματι ὑπερέχοι, τῷ δὴ μὴ βαπτισθέντι τῷ σώματι ὑπεράραντες, τούτῳ συνάπτομεν κατὰ τὸ ἑαυτῶν κέντρον τῷ οἷον πάντων κέντρῳ, καθάπερ τῶν μεγίστων κύκλων τὰ κέντρα τῷ τῆς σφαίρας τῆς περιεχούσης κέντρῳ ἀναπαυόμενοι. Εἰ μὲν οὖν σωματικοὶ ἦσαν, οὐ ψυχικοί, κύκλοι, τοπικῶς ἂν τῷ κέντρῳ συνῆπτον, καί που κειμένου τοῦ κέντρου περὶ αὐτὸ ἂν ἦσαν. Ἐπεὶ δὲ αὐταί τε αἱ ψυχαὶ νοηταί, ὑπὲρ νοῦν τε ἐκεῖνο, δυνάμεσιν ἄλλαις, ἢ πέφυκε τὸ νοοῦν πρὸς τὸ κατανοούμενον συνάπτειν, οἰητέον τὴν συναφὴν γίγνεσθαι, καὶ πλέον, ὡς τὸ νοοῦν παρεῖναι ὁμοιότητι καὶ ταυτότητι, καὶ συνάπτειν τῷ συγγενεῖ οὐδενὸς διείργοντος. Σώμασι μὲν γὰρ σώματα κωλύεται κοινωνεῖν ἄλλοις, τὰ δὲ ἀσώματα σώμασιν οὐ διείργεται· οὐδ' ἀφέστηκε τοίνυν ἀλλήλων τόπῳ, ἑτερότητι δὲ καὶ διαφορᾷ. Ὅταν οὖν ἡ ἑτερότης μὴ παρῇ, ἀλλήλοις τὰ μὴ ἕτερα πάρεστιν. Ἐκεῖνο μὲν οὖν μὴ ἔχον ἑτερότητα ἀεὶ πάρεστιν· ἡμεῖς δέ, ὅταν μὴ ἔχωμεν· κἀκεῖνο μὲν ἡμῶν οὐκ ἐφίεται, ὥστε περὶ ἡμᾶς εἶναι, ἡμεῖς δὲ ἐκείνου, ὥστε ἡμεῖς περὶ ἐκεῖνο, καὶ ἀεὶ μὲν περὶ αὐτό, οὐκ ἀεὶ δὲ εἰς αὐτὸ βλέπομεν· ἀλλ' οἷον χορὸς ἐξάδων, καίπερ ἔχων περὶ τὸν κορυφαῖον, τραπείη ἂν εἰς τὸ ἔξω τῆς θέας· ὅταν δὲ ἐπιστρέψῃ, ἄδει τε καλῶς καὶ ὄντως περὶ αὐτὸν ἔχει. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀεὶ μὲν περὶ αὐτόν, καὶ ὅταν ἡ λύσις ἡμῖν παντελὴς ἔσται, καὶ οὐκ ἔτι ἐσόμεθα· οὐκ ἀεὶ δὲ εἰς αὐτόν, ἀλλ' ὅταν εἰς αὐτὸν ἴδωμεν, τότε ἡμῖν τέλος καὶ ἀνάπαυλα, καὶ τὸ μὴ ἀπᾴδειν χορεύουσιν ὄντως περὶ αὐτὸν χορείαν ἔνθεον.

VIII. Si quis igitur animus se ipsum alio quodam tempore noverit, agnoveritque, motum ejus non esse rectum, nisi forsan, quando aliquam patitur fractionem, naturalem vero motum esse tanquam circularem circa aliquid, non externum quidem, sed circa centrum; centrum autem id esse, a quo circulus proficiscitur : is profecto circa hoc ipsum, a quo exstat, movebitur; atque ad id se undique conferens, ipsum ad illud penitus applicabit, ad quod animas omnes se conferre decebat. Feruntur autem illuc deorum animæ semper : et idcirco dii sunt, quoniam feruntur ad illun : deus enim est, quicquid est illi conjunctum. Quod autem procul distat, homo est, homo, inquam, multiplex atque brutum. Quod igitur est velut animæ centrum, num hoc ipsum est, quod est studiose quæsitum? Sed profecto aliud quiddam esse censendum, in quod omnia quasi centra concurrunt. Meminisse vero oportet appellationem centri hujus et circuli secundum quandam analogiæ comparationem hic adduci. Anima enim non sic est circulus, ut figura : sed quoniam in ea et circa eam est antiqua præcipuaque natura : atque a tali quodam anima pendet, magisque etiam, quando totus est animus separatus. Nunc vero, postquam pars aliqua nostri corpore mergitur, perinde ac si quis in aqua pedes habeat, reliquo autem corpore superet aquam, nimirum eo ipso, quod corpore non est submersum, erecti sublimius, per nostrum centrum cum ipso velut omnium centro conjungimur : sicut sæpe solemus circulorum multorum centra circumfusæ et continentis sphæræ centro prorsus affigere. Si igitur animorum orbes corpori essent orbes, certe quadam conditione loci communi inniterentur centro, et circa ejusmodi centrum alicubi situm orbes animi volverentur. Quoniam vero et animæ ipsæ intelligibiles sunt, et illud est intellectu superius, existimandum est, aliis quibusdam viribus, qua videlicet ratione intelligens ad id, quod intelligitur, naturaliter admoveri potest, copulam ejusmodi confici : atque etiam propinquius quam intelligens adesse similitudine et identitate (ut ita dicerim quadam, cognatoque copulari, nullo interim sejungente. Corpora enim propter corpora conjungi aliis prohibentur : at incorporea corporum obstaculo disjungi non possunt. Non igitur loco inter se incorporea distant, sed alteritate potius et differentia quadam. Quando igitur diversitas hæc et (ut ita loquar) alteritas abest, tunc, quæ propterea diversa non sunt, sibi invicem adsunt. Illud sane, cum nullam in se admittat diversitatem, semper adest nos autem tunc præsentes illi sumus, quando diversitatem nullam prorsus habemus. Illud rursus non appetit nos, ut inde circa nos versari cogatur : at nos illud appetimus, ideoque circa illud ipsi versamur. Jam vero semper revolvimur circa idem, non tamen assidue aspicimus ipsum sed quemadmodum cantantium chorus, quamvis circa summum ducem se revolvat, diverti tamen alicubi potest ab ipso ducis aspectu, atque dissonare : sed quando ad ipsum vertitur, recte admodum concinit, ac circa ipsum tunc se re vera convertit : ita et nos semper revolvimur circa deum, etiam quando inde solvemur omnino, neque illum ulterius cognoscemus. Non tamen in ipsum semper convertimur, sed quando in eum prorsus inspicimus, tunc denique nobis finis optatus requiesque contingit : neque amplius dissonamus, dum scilicet divinum re vera chorum agimus circa illum.

Beatitudo animæ contemplantis deum.

Sicut omnia bona sunt a primo bono, sic omnis amor ad quodcumque bonum feratur, accensus est naturaliter ab eodem. Amor ergo noster, cum in nullis tesquam bonis quiescat velut fine, pro fine, ubi sit quieturus, habet idem bonum, quod habuit et principium. Quemadmodum vero appetitus ad bonum naturaliter incitatur, sic et fruitionem exigit naturalem, non imaginalem tantum, et in cognitione quadam sola positam, sed re ipsa naturam nostram intus afficientem : quod quidem in sensibus apparet et corpore. Multo magis primi boni fruitio naturalis essentialisque nobis evadere debet, nec per modum intelligentiæ simplicis, sed naturæ : ubi fruitio tanto sit penetrantior in medullas quam intelligentia, quanto intelligentia solet objectum profundius penetrare quam sensus. Igitur frui deo non tam est videre, quam tangere, nec id quidem extrinsecus, sed penitus iliabi, ac divinitus affici, efficique deum, sicut qui et alimento vescitur, tandem efficitur alimentum, vel fortasse vicissim. Sed, o Plotine, postquam ista concesseras, consequenter et concessurus eras, animam in deum jam translatam inde non discessuram : et animam, quæ naturaliter apta est, ut actu intimo convertatur in deum fiatque deus, non esse aptam, ut motu proprio aliquando transferatur in brutum.

Θ'. Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ χορείᾳ καθορᾷ πηγὴν μὲν ζωῆς, πηγὴν δὲ νοῦ, ἀρχὴν ὄντος, ἀγαθοῦ αἰτίαν, ῥίζαν ψυχῆς, οὐκ ἐκχεομένων ἀπ' αὐτοῦ, εἶτ' ἐκείνων ἐλαττούντων. Οὐ γὰρ ὄγκος, ἢ φθαρτὰ ἂν ἦν τὰ γεννώμενα· νῦν δέ ἐστιν ἀΐδια, ὅτι ἡ ἀρχὴ αὐτῶν ὡσαύτως μένει, οὐ μεμερισμένη εἰς αὐτά, ἀλλ' ὅλη μένουσα. Διὸ κἀκεῖνα μένει, οἱονεὶ μένοντος ἡλίου καὶ τὸ φῶς μένει· οὐ γὰρ ἀποτετμήμεθα, οὐδὲ χωρὶς ἐσμέν, εἰ καὶ παρεμπεσοῦσα ἡ σώματος φύσις πρὸς αὑτὴν ἡμᾶς εἵλκυσεν. Ἀλλ' ἓν πνέομεν καὶ σωζόμεθα, οὐ δόντος, εἶτα ἀποστάντος ἐκείνου, ἀλλ' ἀεὶ χορηγοῦντος, ἕως ἂν ᾖ, ὅπερ ἐστί· μᾶλλον μέντοι ἐσμὲν νεύσαντες πρὸς αὐτὸ, καὶ τὸ εὖ ἐνταῦθα, τὸ πόρρω εἶναι μόνον, καὶ ἧττον εἶναι· ἐνταῦθα καὶ ἀναπαύεται ψυχὴ, καὶ κακῶν ἔξω, εἰς τὸν τῶν κακῶν καθαρὸν τόπον ἀναδραμοῦσα, καὶ νοεῖ ἐνταῦθα, καὶ ἀπαθὴς ἐνταῦθα, καὶ τὸ ἀληθῶς ζῆν ἐνταῦθα. Τὸ γὰρ νῦν καὶ τὸ ἄνευ θεοῦ ἴχνος ζωῆς ἐκείνην μιμουμένου· τὸ δὲ ἐκεῖ ζῆν ἐνέργεια μὲν νοῦ· ἐνέργεια δὲ καὶ γεννᾷ θεοὺς, ἐν ἡσύχῳ τῇ πρὸς ἐκεῖνο ἐπαφῇ, γεννᾷ δὲ κάλλος, γεννᾷ δικαιοσύνην, γεννᾷ ἀρετήν. Ταῦτα γὰρ κύει ψυχὴ, πληρωθεῖσα θεοῦ, καὶ τοῦτο αὐτῇ ἀρχὴ καὶ τέλος· ἀρχὴ μὲν, ὅτι ἐκεῖθεν, τέλος δὲ, ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖ· καὶ ἐκεῖ γενομένη γίγνεται αὐτὴ καὶ ὅπερ ἦν. Τὸ γὰρ ἐνταῦθα καὶ ἐν τούτοις ἔκπτωσις καὶ φυγὴ καὶ πτεροῤῥύησις. Δηλοῖ δὲ, ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖ, καὶ ὁ ἔρως ὁ τῆς ψυχῆς ὁ σύμφυτος, καθ' ὃ καὶ συνέζευκται ἔρως ταῖς ψυχαῖς καὶ ἐν γραφαῖς καὶ ἐν μύθοις, ἐπεὶ γὰρ ἕτερον θεοῦ ἐκείνη, ἐξ ἐκείνου δὲ, ἐρᾷ αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὖσα ἐκεῖ τὸν οὐράνιον ἔρωτα ἔχει· ἐνταῦθα δὲ πάνδημος γίγνεται. Καὶ γάρ ἐστιν ἐκεῖ Ἀφροδίτη οὐρανία· ἐνταῦθα δὲ γίγνεται πάνδημος οἷον ἑταιρισθεῖσα· καὶ ἔστι πᾶσα ψυχὴ Ἀφροδίτη, καὶ τοῦτο αἰνίττεται καὶ τὰ τῆς Ἀφροδίτης γενέθλια, καὶ ὁ Ἔρως ὁ μετ' αὐτῆς γενόμενος. Ἐρᾷ οὖν κατὰ φύσιν ἔχουσα ψυχὴ θεοῦ, ἑνωθῆναι θέλουσα ὥσπερ παρθένος καλοῦ πρὸς καλὸν ἔρωτα. Ὅταν δὲ εἰς γένεσιν ἐλθοῦσα οἷον μνηστείαις ἀπατηθῇ, ἄλλον ἀλλαξαμένη θνητὸν ἔρωτα, ἐρημίᾳ πατρὸς ὑβρίζεται· μισήσασα δὲ πάλιν τὰς ἐντεῦθεν ὕβρεις, ἀγνεύσασα τῶν τῇδε, πρὸς τὸν πατέρα αὖθις στελλομένη εὐπαθεῖ. Καὶ οἷς μὲν ἄγνωστόν ἐστι τὸ πάθημα τοῦτο, ἐντεῦθεν ἐνθυμείσθω ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα ἐρώτων, οἷόν ἐστι τυχεῖν, ὧν τις μάλιστα ἐρᾷ, καὶ ὅτι ταῦτα μὲν τὰ ἐρώμενα θνητὰ καὶ βλαβερὰ, καὶ εἰδώλων ἔρωτες, καὶ μετα-

IX. In hoc autem choro inspicit vitæ fontem, fontem mentis, entis ipsius principium, boni causam, radicem animæ : quæ quidem non ita ex deo effluunt, ut eum comminuant. Non enim moles est deus : alioquin inde genita corruptibilia forent. Nunc vero sempiterna sunt, quoniam eorum principium eodem se modo semper habet, neque in illa dividitur, sed permanet integrum, dum producit. Quam ob rem illa quoque permanent, velut si sole manente permaneret et lumen. Jam vero neque nos inde sejuncti sumus, neque seorsum vivimus, quamvis natura corporis incidens nos traxerit ad se ipsam. Simul enim afflamur inde atque servamur : non adeo tamen, ut ille quidem nobis tradiderit, deinde tamen distet a nobis ; sed continue largiatur : quatenus hoc ipsum, quod est, perseverat : imo vero quatenus ad illum ipsi verginius : hic profecto bonum consistit nostrum : hinc procul abesse nihil aliud est, quam esse minus : hic anima requiescit : hic tantum animus a malis est liber, postquam in locum a malis recurrerit liberum : hic vere intelligit, nec ullis est obnoxius passionibus : hic solum vivere re vera contingit. Quod enim nunc vivere dicitur sine deo, vestigium vitæ est supernam imitans vitam : illic autem vivere mentis est actus. Actus autem deos quoque generat, dum attingit deum tactu quodam occulto atque tranquillo : generat autem pulchritudinem, generat et justitiam, generat ipsam quoque virtutem. Hæc enim deo prægnans anima parit : atque hoc in animo principium est et finis. Principium quidem, quoniam inde procedit : finis autem, quoniam illic ejus est bonum, perveniensque illuc ipse hoc ipsum, quod erat, evadit. Quod enim hic est, in hisque versatur, casus est aliquis atque fuga alarumque jactura. Indicat autem, illic bonum nostrum consistere, amor ipse ingenitus animis et in scriptis et fabulis : nempe quoniam aliud animus est, quam deus, et tamen est ex illo, necessario amat illum. Jam vero, cum ibi vivit, cœlestem habet amorem : hic autem communis fit atque vulgaris. Cœlestis enim illic regnat Venus : hic autem vulgaris fit Venus, quasi jam (ut ita dicam) adulterata. Est autem omnis anima Venus : quod quidem, quamvis verbis obscuris, indicant natalia Veneris, Amorque simul cum Venere genitus. Animus ergo in naturali habitu constitutus amat deum, deo commisceri desiderans, quasi pulchram virginitatem honesto affectans amore. Postquam vero in generationem lapsus quibusdam quasi connubiis fallitur, amoremque commutans reportat pro divino caducum, tunc quasi a patre sejuncta lascivit : sed rursus, lascivias humanas exosus et ab his se castum eximens, ad patrem quandoque revertitur affectione jam beata potitus. Si quis autem affectionem sive passionem ejusmodi prorsus ignorat, hinc excogitet, ex humanis amoribus id conjectans, quanta videlicet felicitas æstimetur, re ardenter amata potiri. Tametsi, quæ hic a nobis amantur, mortalia sunt et noxia, et ad imagines quasdam amores ipsi feruntur, ac tandem in contrarium transmutantur : quippe cum,

πίπτει, ὅτι οὐκ ἦν τὸ ὄντως ἐρώμενον, οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν, οὐδ' ὃ ζητοῦμεν. Ἐκεῖ δὲ τὸ ἀληθινὸν ἐρώμενον, ᾧ ἐστι καὶ συνεῖναι, μεταλαβόντα αὐτοῦ καὶ οὕτως ἔχοντα, οὐ περιπτυσσόμενον σαρξὶν ἔξωθεν. Ὅστις δὲ εἶδεν, οἶδεν ὃ λέγω, ὡς ἡ ψυχὴ ζωὴν ἄλλην ἴσχει τότε, καὶ προϊοῦσα καὶ ἤδη προσελθοῦσα καὶ μετασχοῦσα αὐτοῦ, ὥστε γνῶναι διατεθεῖσαν, ὅτι πάρεστιν ὁ χορηγὸς ἀληθινῆς ζωῆς, καὶ δεῖ οὐδενὸς ἔτι· τοὐναντίον δὲ ἀποθέσθαι τὰ ἄλλα δεῖ, καὶ ἐν μόνῳ στῆναι τούτῳ, καὶ τοῦτο γενέσθαι μόνον, περικόψαντα τὰ λοιπά, ὅσα περικείμενα, ὥστε ἐξελθεῖν σπεύδειν ἐντεῦθεν, καὶ ἀγαναχτεῖν ἐπὶ θάτερα δεδεμένους, ἵνα τῷ ὅλῳ αὐτῶν περιπτυξώμεθα, καὶ μηδὲν μέρος ἔχοιμεν, ᾧ μὴ ἁψαπτόμεθα θεοῦ. Ὁρᾷν δή ἐστιν ἐνταῦθα κἀκεῖνον καὶ ἑαυτὸν, ὡς ὁρᾷν θέμις, ἑαυτὸν μὲν ἠγλαϊσμένον, φωτὸς πλήρη νοητοῦ, μᾶλλον δὲ φῶς αὐτὸ καθαρὸν, ἀβαρῆ, κοῦφον, θεὸν γενόμενον, μᾶλλον δὲ ὄντα, ἀναφθέντα μὲν τότε· εἰ δὲ πάλιν βαρύνοιτο, ὥσπερ μαραινόμενον.

quod sectati sumus amandum, sive nobis amatum re vera non fuerit, neque nostrum bonum, neque quod naturaliter exoptamus. Illic autem ipsum re vera viget amatum, quicum commisceri licet fierique participem, vereque prorsus habere : quippe cum extrinsecus carnibus non tegatur. Quisquis autem id novit, cognovit certe, quod loquor : quemadmodum scilicet anima tunc aliam agit vitam, atque progrediens et jam progressa, et deam denique consecuta, plane cognoscit jam prorsus affecta, quod adsit ipse veræ vitæ largitor. Et profecto nullo illic est opus ulterius : sed contra cetera prorsus deponere debet et in eo solo consistere, deusque fieri tantum, reliquis penitus amputatis, quæ circum nobis adhærent. Quam ob rem hinc emigrare properandum est, dolendumque nobis, quod aliqua hic ex parte alligati vivamus, ut toto penitus animo complectamur deum, nihilque reliqui sit in nobis, quo non pariter attingamus. Jam vero in eo vivendi statu videre licet deum atque se ipsum, quemadmodum fas est videre, se ipsum quidem illuminatum, intelligibili jam lumine plenum : imo vero lumen ipsum purum, leve, sublime, deum tunc effectum, imo vero jam existentem, tunc quidem accensum : sin autem gravatus animus rursus inde labatur, jam quasi rursus extinctum.

Fruitio dei.

Animus absoluta tandem præparatione deo quam proximus, ex infinito bono virtutem attrahendi infinitam prorsus habeat. amorem ergo ipsum concipit infinitum : utrimque igitur adeo transformatur in deum, ut intuenti mox non ut animus jam occurrat, sed ut deus : quemadmodum si acr attenuetur in lumen, quod jam fortasse ab initio contigit igni. Hinc illud Pauli nost. 1 : Qui adhæret deo, unus fit spiritus. Concessit quidem Plotinus, intellectum nostrum deo semel potitum nunquam inde diverti. Concedit et rationem converti ad intellectum, quando, discursione deposita, argumentatio in ea jam subito fit intuitus. Concessurus erat et rationem ibi perpetuo contueri, præsertim a corpore penitus absolutam, quod et hic inter loquendum tutigisse videtur.

I'. Πῶς οὖν οὐ μένει ἐκεῖ; ἢ ὅτι μήπω ἐξελήλυθεν ὅλως. Ἔσται δὲ ὅτε καὶ τὸ συνεχὲς ἔσται τῆς θέας, οὐκέτι ἐνοχλουμένῳ οὐδεμίαν ἐνόχλησιν τοῦ σώματος. Ἔστι δὲ τὸ ἑωρακὸς, οὐ τὸ ἐνοχλούμενον, ἀλλὰ τὸ ἄλλο, ὅτε τὸ ἑωρακὸς ἀργεῖ τὴν θέαν, οὐκ ἀργοῦν τὴν ἐπιστήμην τὴν ἐν ἀποδείξεσι καὶ πίστεσι καὶ τῷ τῆς ψυχῆς διαλογισμῷ· τὸ δὲ ἰδεῖν καὶ τὸ ἑωρακὸς ἔστιν, οὐκέτι λόγος, ἀλλὰ μεῖζον λόγου, καὶ πρὸ λόγου, καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ ὥσπερ καὶ τὸ ὁρώμενον. Ἑαυτὸν μὲν οὖν ἰδὼν τότε, ὅτε ὁρᾷ, τοιοῦτον ὄψεται, μᾶλλον δὲ αὐτῷ τοιούτῳ συνέσται, καὶ τοιοῦτον αἰσθήσεται ἁπλοῦν γενόμενον· τάχα δὲ οὐδὲ ὄψεται λεκτέον, τὸ δὲ ὀφθέν· εἴπερ δεῖ δύο ταῦτα λέγειν, τό τε ὁρῶν καὶ τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ μὴ ἓν ἄμφω· τολμηρὸς μὲν ὁ λόγος· τότε μὲν οὖν οὔτε ὁρᾷ, οὔτε διακρίνει ὅ τε ὁρῶν, οὐδὲ φαντάζεται δύο, ἀλλ' οἷον ἄλλος γενόμενος, καὶ οὐκ αὐτὸς, οὐδ' αὐτοῦ συντελεῖ ἐκεῖ· κἀκείνου γενόμενος ἓν ἐστιν, ὥσπερ κέντρῳ κέντρον συνάψας. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα συνελθόντα ἕν ἐστι, τότε δύο, ὅταν χωρίς· οὕτω καὶ ἡμεῖς νῦν λέγομεν ἕτερον· διὸ καὶ δύσφραστον τὸ θέαμα. Πῶς γὰρ ἂν ἀπαγγείλειέ τις ὡς ἕτερον, οὐκ ἰδὼν ἐκεῖνο, ὅτε ἐθεᾶτο ἕτερον, ἀλλὰ ἓν πρὸς ἑαυτόν;

X. Curnam igitur animus ibi non permanet? profecto, quoniam nondum hinc emigravit omnino. Erit autem et quando dabitur continuitas intuendi, cum scilicet corpus nullo modo intuitam perturbabit. Est autem, qui vidit, non quod proprie perturbatur, sed aliud quiddam. Atque et ipse, qui videbat, tunc præcipue vacat a visione, quando ab ea non vacat scientia, quæ in demonstrationibus conjecturisque et rationis discursione versatur : ipsum vero, quod est videre et ipse videns, non ulterius ratio quædam est, sed quiddam excellentius ratione, rationemque antecedens : atque, si quo modo in ratione sit, est ibi potius tanquam visum. Quisquis igitur se ipsum videt, certe, dum videt, se inspicit sic affectum : imo vero sibi sic disposito cohærebit, talemque persentiet, simplicem jam prorsus effectum. Forsan vero neque videre dicendum, sed fieri potius ipsum visum : siquidem hæc duo quædam esse putandum, scilicet videns atque visum, neque utraque unum ; tametsi sermo hic videtur audentior. Tunc sane neque proprie videt, neque tanquam videns ipse discernit; neque duo quædam imaginatur : sed animus tunc, tanquam factus jam alius, neque ipse ulterius, neque sui duntaxat, illuc se confert, eique se dedit, factusque totus illius, evadit protinus unum, tanquam centrum cum centro conjungens. Hic etenim concurrentia unum fiunt, tunc vero sunt duo, quando inter se disjunguntur. Sic et nos nunc dicimus alterum. Quam ob rem spectaculum hoc dictu admodum difficile est. Quo enim pacto pronuntiabit quispiam tanquam alterum, quod, cum videret, non videbat ut alterum, sed secum penitus unum?

Fruitio dei.

Virtute ipsius unius ubique fit unio : nec aliam ob causam similiora invicem facilius uniuntur, quam quoniam in qualitate sunt unum. Animus ergo cum ipso principio rerum uno tunc demum unitur artissime, quando ipse potissimum in se fit unum : id autem efficitur, quando exutus multitudinem, quæ ad imaginationem, rationem, intelligentiam pertinet, evadit sola sua unitas. atque hac ipsa per amatorium affectum fruitur unitate divina, centrum ita suum cum centro copulans universi. Plotinus animum sic affectum asserit intellectualem formam suam transtulisse ad unitatem : rursusque rationalem formam ad intellectualem similiter transtulisse. Hinc igitur concessurus erat, rationalem pro intellectuali jam habendam, atque hanc sicut et illam ibidem

perpetuo permansuram : præsertim cum dicat, animum in statu illic immobili constitutum evasisse quasi jam statum, ac nedum naturam mobilem, sed ipsam quoque primam essentiam transcendisse, ubi finem motibus faciat et laboribus. Nos certe, Magnanime Laurenti, laboribus in Plotinum nostris finem adjuvante Deo nunc imponimus : sic Deum omnipotentem suppliciter adorantes :

Gratias tibi agimus, summe Deus, illuminator mentium, auctorque bonorum, quod nobis præter meritum ad absolvendum opus tantum tua gratia vires suppeditasti. Da, precor, clementissime Deus, veram lectori pio prosperitatem : infunde præterea lumen, quo vera passim discernat a falsis, ne usquam vel meditando vel agendo a tua voluntate dissentiat.

ΙΑ'. Τοῦτο δὴ ἤθελε δηλοῦν τὸ τῶν μυστηρίων τῶνδε ἐπίταγμα, τὸ μὴ ἐκφέρειν εἰς μὴ μεμυημένους· ὡς οὐκ ἔκφορον ἐκεῖνο ὂν ἀπεῖπε δηλοῦν πρὸς ἄλλον τὸ θεῖον, ὅτῳ μὴ καὶ αὐτῷ ἰδεῖν εὐτύχηται. Ἐπεὶ τοίνυν δύο οὐκ ἦν, ἀλλ' ἓν ἦν αὐτὸς ὁ ἰδὼν πρὸς τὸ ἑωραμένον, ὡς ἂν μὴ ἑωραμένον, ἀλλ' ἡνωμένον, ὃς ἐγένετο, ὅτε ἐμίγνυτο, εἰ μεμνῷτο, ἔχοι ἂν παρ' ἑαυτῷ ἐκείνου εἰκόνα· ἦν δὲ ἓν καὶ αὐτὸς, διαφορὰν ἐν αὑτῷ οὐδεμίαν πρὸς ἑαυτὸν ἔχων, οὔτε κατὰ ἄλλα· οὐ γάρ τι ἐκινεῖτο παρ' αὐτῷ, οὐ θυμὸς, οὐκ ἐπιθυμία ἄλλου παρῆν αὐτῷ ἀναβεβηκότι, ἀλλ' οὐδέ τις λόγος, οὐδέ τις νόησις, οὐδ' ὅλως αὐτὸς, εἰ δεῖ καὶ τοῦτο λέγειν, ἀλλ' ὥσπερ ἁρπασθεὶς ἢ ἐνθουσιάσας ἡσυχῇ ἐν ἐρήμῳ καταστάσει γεγένηται ἀτρεμεῖ τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ, οὐδαμοῦ ἀποκλίνων, οὐδὲ περὶ αὐτὸν στρεφόμενος, ἑστὼς πάντῃ καὶ οἷον στάσις γενόμενος, οὐδὲ τῶν καλῶν, ἀλλὰ τὸ καλὸν ἤδη ὑπερθέων, ὑπερβὰς ἤδη καὶ τὸν τῶν ἀρετῶν χορὸν, ὥσπερ τις εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἀδύτου εἰσδὺς, εἰς τοὐπίσω καταλιπὼν τὰ ἐν τῷ ναῷ ἀγάλματα, ἃ ἐξελθόντι τοῦ ἀδύτου πάλιν γίγνεται πρῶτα μετὰ τὸ ἔνδον θέαμα, καὶ τὴν ἐκεῖ συνουσίαν πρὸς οὐκ ἄγαλμα οὐδ' εἰκόνα, ἀλλ' αὐτὸ, ἃ δὴ γίγνεται δεύτερα θεάματα. Τὸ δὲ ἴσως ἦν οὐ θέαμα, ἀλλὰ ἄλλος τρόπος τοῦ ἰδεῖν, ἔκστασις, καὶ ἁπλωσις, καὶ ἐπίδοσις αὐτοῦ, καὶ ἔφεσις πρὸς ἁφὴν καὶ στάσις καὶ περινόησις πρὸς ἐφαρμογὴν, εἴπερ τις τὸ ἐν τῷ ἀδύτῳ θεάσεται. Εἰ δ' ἄλλως βλέποι, οὐδὲν πάρεστι. Ταῦτα μὲν οὖν μιμήματα καὶ τοῖς οὖν σοφοῖς τῶν προφητῶν αἰνίττεται, ὅπως θεὸς ἐκεῖνος ὁρᾶται. Σοφὸς δὲ ἱερεὺς τὸ αἴνιγμα συνιεὶς ἀληθινὴν ἂν ποιοῖτο ἐκεῖ γενόμενος τοῦ ἀδύτου τὴν θέαν, καὶ μὴ γενόμενος δὲ, τὸ ἄδυτον τοῦτο ἀόρατόν τι χρῆμα νομίσας καὶ πηγὴν καὶ ἀρχὴν, εἰδήσει ὡς ἀρχὴν, ἀρχὴν ὁρᾷ, καὶ συγγίγνεται, καὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, οὐδὲν παραλιπὼν τῶν θείων, ὅσα δύναται ψυχὴ ἔχειν. Καὶ πρὸ τῆς θέας τὸ λοιπὸν ἐκ τῆς θέας ἀπαιτεῖ, τὸ δὲ λοιπὸν τῷ ὑπερβάντι πάντα, τὸ ὅ ἐστι πρὸ πάντων. Οὐ γὰρ δὴ εἰς τὸ πάντῃ μὴ ὂν ἧξει ἡ ψυχῆς φύσις, ἀλλὰ κάτω μὲν βᾶσα εἰς κακὸν ἥξει, καὶ οὕτως εἰς μὴ ὄν, οὐκ εἰς τὸ παντελὲς μὴ ὄν. Τὴν ἐναντίαν δὲ δραμοῦσα ἥξει οὐκ εἰς ἄλλο, ἀλλ' εἰς ἑαυτὴν, καὶ οὕτως οὐκ ἐν ἄλλῳ οὖσα ἐν οὐδενί ἐστιν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ, τὸ δ' ἐν αὐτῇ μόνῃ καὶ οὐκ ἐν τῷ ὄντι, ἐν ἐκείνῳ. Γίγνεται γὰρ καὶ αὐτός τις οὐκ οὐσία, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας, ταύτῃ ἢ προσομιλεῖ. Εἴ τις οὖν τοῦτο αὐτὸν γενόμενον ἴδοι, ἔχει ὁμοίωμα ἐκείνου αὑτόν· καὶ εἰ ἀφ' ἑαυτοῦ μεταβαίνει ὡς εἰκὼν πρὸς ἀρχέτυπον, τέλος ἂν ἔχοι τῆς πο-

XI. Hoc igitur mysteriorum talium institutio indicat, ubi vetat id hominibus nondum initiatis expiatisque patefacere. Nempe, tanquam non liceat explicare, vetuit, quod divinum est, alteri cuiquam aperire, nisi duntaxat illi, cui et videre contigerit. Quoniam igitur duo non erant, sed ipse videns, cum eo, quod videbatur, erat unum, tanquam non esset proprie visum aliquid, sed unitum, si quando, qui id evaserat, dum illi prorsus commisceretur, hujus forte reminiscatur, habebit quidem penes se ipsum illius imaginem. Erat autem et ipse unum, nullam in se ad se ipsum differentiam habens, neque rursus quantum ad cetera pertinet. Non enim apud eum aliquid movebatur : non ira, non appetitus inerat alicujus animo jam ad excelsa profecto : sed neque ratio, neque intelligentia quædam, neque omnino et ipsemet (si modo id dictu fas esse censetur), sed tanquam raptus, sive deo penitus occupatus in tuto quodam secessu habituque tranquillo prorsusque immobili jam constitutus est, ab essentia sua nullo modo declinans, neque etiam circa se ipsam se reflectens, quippe cum penitus conquiescat, et quasi ipse jam status evaserit. Jam vero neque versatur ulterius circa pulchrum, sed ipsam pulchritudinem jam transcendit, ipsum quoque virtutum jam superans chorum : perinde ac si quis, sacri cujusdam adyti penetralia jam ingressus, statuas omnes in templo dispositas a tergo relinquat, quæ quidem egressuro mox ex adyto primæ rursus occurrunt post spectaculum illud intimum : post quæ ipsum commercium non ad statuas, non ad imagines habitum, sed ad ipsum potius, quod statuæ, quod imagines repræsentant : quæ profecto spectacula quædam sequentia judicanda sunt. Ipsum vero forsan non est spectaculum judicandum : sed ratio quædam illic est videndi diversa : exitus videlicet aliquis ex ipso, et diffusio quædam profectusque mirificus, studiumque tangendi, et denique quies : omnisque illic excogitatio ad copulam prorsus annititur, si quis modo, quod est, in penetrali perspiciat. Qui vero prospicit aliter, nihil inde reportat. Sapientes igitur prophetarum imitationes ejusmodi divinorum obscuris involvunt, indicantes, qua ratione deus ille cernatur : sapiens vero sacerdos mysterium explicans involutum, adytumque ingressus, contemplationem ibi veram assequitur : qui si nondum ingressus fuerit, tunc adytum ipsum rem quandam existimans invisibilem, et fontem atque principium, cognoscet admodum ut principium. At vero illuc ingressus principium ipsum videt, eique conjungitur, similique simile percipit, nullum negligens divinorum, quotcumque animus consequi possit. Jam vero ante visionem ipsam, quod visioni reliquum est, desiderat. Ei vero, qui omnia jam transcendit, reliquum est ipsum, quod omnia superat. Non enim in aliquid omnino non ens animæ unquam natura deveniet : sed lapsa quidem deorsum cadet in malum : atque ita in non ens ruere judicatur, non quia in aliquid omnino non ens præcipitari possit. At, si quando contraria huic incesserit via, non in aliud quidem deveniet animus, sed perveniet in se ipsum : atque ita cum non sit in alio, non judicandus est propterea esse prorsus in nullo, sed potius in se ipso consistere : esse vero in se solo, neque in ente, nihil aliud est, quam esse prorsus in deo. Fit enim et ipse aliquis non essentia, sed essentia quoque superior, quatenus videlicet deo se prorsus insinuat. Si quis igitur se ipsum quandoque viderit id effectum, habebit utique se ipsum velut quandam illius imaginem : ac si a se ipso pertranseat, tanquam imago ad exemplar

ρείας. Ἐκπίπτων δὲ τῆς θέας πάλιν ἐγείρας ἀρετὴν τὴν ἐν αὐτῷ καὶ κατανοήσας ἑαυτὸν πάντῃ κεκοσμημένον, πάλιν κουφισθήσεται δι' ἀρετῆς, ἐπὶ νοῦν ἰὼν καὶ διὰ σοφίας ἐπ' αὐτό. Καὶ οὕτω θεῶν καὶ ἀνθρώπων θείων καὶ εὐδαιμόνων βίος ἀπαλλαγὴ τῶν ἄλλων τῶν τῇδε, βίος ἀνήδονος τῶν τῇδε, φυγὴ μόνου πρὸς μόνον.

usque traducta, erit jam finem ipsum itineris consecutus. At, si quando a contemplatione ecciderit, rursus virtutem sibi insitam excitans, seque ipsum prorsus excultum animadvertens, ad sublimia iterum attolletur, dum videlicet per virtutem procedet in mentem, ac per sapientiam progredietur ad deum. Hæc igitur est deorum et hominum divinorum feliciumque vita a mundanis libera, humanas omnino negligens voluptates, fugaque solius ad solum.

PLOTINI

LIBRORUM TITULI.

ENNEADIS PRIMÆ

LIBER I. — Quid animal, quid homo. 1
LIBER II. — De virtutibus. 8
LIBER III. — De triplici ad mundum intelligibilem ascensu. 13
LIBER IV. — De beatitudine. 16
LIBER V. — Utrum beatitudo tempore suscipiat incrementum. 27
LIBER VI. — De pulchritudine. 30
LIBER VII. — De primo bono atque aliis bonis. 38
LIBER VIII. — Quæ et unde sint mala. 40
LIBER IX. — De eductione animæ a corpore. 50

ENNEADIS SECUNDÆ

LIBER I. — De cælo. 51
LIBER II. — De motu cæli. 58
LIBER III. — Utrum stellæ aliquid agant. 61
LIBER IV. — De materia. 72
LIBER V. — De eo quod in potentia, et de eo quod in actu. 82
LIBER VI. — De essentia et qualitate. 86
LIBER VII. — De permistione per tota. 89
LIBER VIII. — De visu, vel quare remota procul a nobis parva videantur. . . . 92
LIBER IX. — Ad Gnosticos. 94

ENNEADIS TERTIÆ

LIBER I. — De fato. 111
LIBER II. — De providentia primus. 118
LIBER III. — De providentia secundus. 133
LIBER IV. — De proprio cujusque dæmone. 139
LIBER V. — De amore. 143
LIBER VI. — De impassibilitate incorporeorum. 151
LIBER VII. — De æternitate et tempore. 168
LIBER VIII. — De natura, et contemplatione, et uno. 181
LIBER IX. — Diversæ considerationes ad auctorem mundi et ad ipsum bonum pertinentes. 190

ENNEADIS QUARTÆ

LIBER I. — De essentia animæ summatim. 193
LIBER II. — De essentia animæ. 194
LIBER III. — De dubiis animæ primus. 198
LIBER IV. — De dubiis animæ secundus. 221
LIBER V. — De dubiis animæ tertius, vel de visione. 260
LIBER VI. — De sensu et memoria. 269
LIBER VII. — De animi immortalitate. 273
LIBER VIII. — De animæ descensu in corpora. 286
LIBER IX. — Utrum omnes animæ una sint anima. 294

ENNEADIS QUINTÆ

LIBER I. — De tribus principalibus substantiis, habentibus principii rationem. 298
LIBER II. — De generatione et ordine eorum quæ sunt post primum. 308
LIBER III. — De substantiis cognoscentibus, et de illo quod superius est. . . . 310
LIBER IV. — Quomodo, quod est post primum, fiat a primo, atque de uno. . . 327
LIBER V. — Quod intelligibilia non sunt extra intellectum : item de ipso bono. 330
LIBER VI. — Quod illud, quod est super ens, non intelligat; quidve sit intelligens primo, quidve secundum intelligens. 341
LIBER VII. — Utrum singulorum etiam sint ideæ. 346
LIBER VIII. — De intelligibili pulchritudine. 349
LIBER IX. — De intellectu et ideis et ente. 361

ENNEADIS SEXTÆ

LIBER I. — De generibus entis, primus. 370
LIBER II. — De generibus entis, secundus. 393
LIBER III. — De generibus entis, tertius. 411
LIBER IV. — Quod ens unum idemque simul totum est ubique. 433
LIBER V. — Quod ens, unum idemque exsistens, simul sit ubique totum. Liber secundus. 447
LIBER VI. — De numeris. 457
LIBER VII. — Quo modo idearum exstitit multitudo; atque de ipso bono. . . . 474
LIBER VIII. — De libertate et voluntate Unius. 509
LIBER IX. — De bono vel uno. 528

INDEX NOMINUM.

Academia, locus, *p.* 380, 33; *p.* 392, 5.

Adrastea quid, *p.* 127, 4.

Ægyptiorum sapientes, mysteria sua monstraturi, non verba scribebant, sed imagines insculpebant templis, *p.* 354, 1 *seqq.*

Amor Veneris filius, *p.* 144, 28. Platonica de eo, *ib. et seqq.*; *p.* 146, 35 *seqq.*, *etc. Vide* Ἔρως. Amor una cum Venere matre natus, *p.* 537, 34.

Anaxagoræ opinio de prima materia refutatur, *p.* 74, 42 *seqq.* Anaxagoras, « mentem puram et ἀμιγῆ » dicens, simplex ponit primum unumque separatum, sed, ut antiquus, rem non accurate discutit, *p.* 305, 16 *seqq.*

Apollinem Pythagorici symbolice inter se significabant negatione multorum (ἀ-πολλῶν), *p.* 335, 14 *seqq.* — Φοιβόλημπτος, *p.* 358, 9.

Aristoteles aliter quam Plato dixit de primo intelligibili, et de intelligibilibus, quæ tot statuit quot sunt sphæræ in cælo, *p.* 305, 22 *seqq.* Aristotelis suppositiones de quinto corpore, *p.* 52, 13; eoque immateriali, *p.* 84, 1. Ejusdem sententia de flamma et igne, *p.* 53, 22. Disputatur contra ejus sententiam, animum esse ἐντελέχειαν, *p.* 196, 44 *seqq.* (Ejus doctrina de decem prædicamentis sæpe tangitur tacite, *p.* 370 *et seqq.*)

Ἀθήνησι quid? *p.* 380, 45, 49.

Atropos, Parca, *p.* 68, 45.

Bacchi (Διονύσου) speculum, *p.* 206, 50.

Calypso, *p.* 36, 14.

Ceres, Δήμητρα, *p.* 244, 20; animæ nomen, *p.* 240, 44.

Circe venefica, *p.* 36, 14.

Clotho, Parca, *p.* 68, 42.

Cœlus, Οὐρανός. Ex Οὐρανῷ nata Venus Urania, *p.* 144, 40. Cœlus, pater Saturni sive Κρόνου, *p.* 145, 6.

Delphi, *p.* 380, 37.

Dione, Veneris mater, *p.* 144, 41.

Empedoclis opinio de elementis refutatur eorum corruptione, *p.* 74, 41. Empedocles statuit, animas quæ peccaverint huc decidere, ut ipse quoque a deo profugus in hunc mundum venerit furiosæ discordiæ credulus; quæ rem non magis explicant, quam Pythagorica involucra, *p.* 286, 18 *seqq.* Ejus philosophi antrum esse videtur hoc universum, *p.* 286, 35. Ejus « fuga et error a deo, et judicialis pœna quæ peccantem sequitur » , non abludit a Platonis mente, *p.* 289, 19 *seqq.* Apud eum νεῖκος et φιλία incorporea, sed elementa materiæ, *p.* 305, 20 *seqq.*

Epicurus providentiam sustulit et voluptatem commendat, *p.* 106, 19. (Tacito nomine perstringitur *p.* 112, 37 *seqq.*; 274, 17 *seqq.*)

Epimetheus rejiciens donum Promethei quid significet, *p.* 208, 33 *seqq.*

Erechtheus. Magnanimi Erechthei populus vultu formosissimus, *ex poeta*, *p.* 257, 8.

Ἔρως, Amor, unde dictus græce, *p.* 148, 35 *seqq.*

(Euclides) ὁ γεωμέτρης : ejus theorema, *p.* 297, 26.

Glaucus marinus (ex Platone), *p.* 6, 40.

Græcorum sapientia antiqua qualis, *p.* 97, 42 *seqq.* Græcos cavillantur Gnostici, *p.* 98, 29.

Gratiæ, Χάριτες, ornant feminam a Prometheo fictam, *p.* 208, 29. Gratiæ alicujus statua, *p.* 349, 11.

Helenæ περιμαχήτου pulchritudo, *p.* 136, 44; 350, 12.

Heraclidarum gens, *p.* 371, 13.

Heracliti sententia : ipsum quoque solem assidue fieri, *p.* 52, 12. Heraclitus obscure dixit de anima, *p.* 286, 12 *seqq.*, *ubi memorantur* ejus vicissitudines necessariæ ex contrariis, via sursum et deorsum, requies se commutantis, fatigatio in iisdem laborandi. Heracliti « in fuga requies, et tam voluntaria quam involuntaria conditio descendendi » non abludunt a mente Platonis, *p.* 289, 21 *seqq.* Idem philosophus, corpora semper fieri et fluere dicens, novit tamen unum sempiternum et intelligibile, *p.* 305, 19. (Heracliti dictum) νίκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι, *p.* 299, 46.

Hercules solvit Prometheum, *p.* 208, 37. Herculis simulacrum modo, εἴδωλον, est apud inferos, ipse autem inter deos versatur, *p.* 7, 10; quare, *ib.* 13. *Idem brevius refertur*, *p.* 217, 28. Unde Hercules superior et inferior; qualis uterque, *p.* 220, 36 *seq.*

Hippocrates medicus, *p.* 512, 41.

(Homerus) ὁ ποιητὴς *citatur p.* 7, 9. *Ejusdem versus*, *p.* 283, 20; 299, 29; 498, 24 *seq.*; 535, 37.

Idomeneus, *p.* 136, 45.

Juno. *Vide* Venus.

Jupiter omnia moderans, disponens, ornans, etc., *p.* 227, 7 *seqq.*; et artifex universi et moderator, *ib.* 28. Jupiter pater, *p.* 207, 6; deorum antiquissimus et princeps, *p.* 357, 12. Jupiter apud Rheam nutritus narratur in mysteriis et fabulis, *p.* 304, 19. Quid significet ejus reditus in Saturnum, qui eum generaverit jam κόρον, *ib.* 21 *seqq.* Jupiter in patris contemplatione non acquiescens, ultra processit ad avi actionem, *p.* 332, 39. Jupiter pater Veneris ex Dione, *p.* 144, 21. Jovi πάρεδρος Justitia, *p.* 353,

3. De Jove varie dixit Plato, *p.* 149, 17 *seqq.* Jovis anima Venus, *ib.* 32. Jovis horti (Platonici), *p.* 149, 12 *seqq.*; 45 *seqq.* Jupiter Phidiæ quomodo fictus, p. 350, 1. Jupiter sive Jovis stella, *p.* 63, 37.

Justitia, Δίκη, Jovi πάρεδρος, *p.* 353, 3.

Lachesis, Parca, *p.* 68, 43.

Lethes flumen, *p.* 217, 19.

Lucifer stella, ὁ Ἑῷος, *p.* 63, 38.

Lyceum, locus, *p.* 380, 33, 39; *p.* 392, 5.

Lynceus visu acutissimo, *p.* 352, 30.

Mars. Martis stella, ὁ Πυρόεις, *p.* 63, 39; Ἄρης, *p.* 64, 1.

Mercurius antiquus in mysteriis inducitur arrecto membro genitali : quo sensu, *p.* 167, 28 *seqq.* Mercurius sive Mercurii stella, *p.* 63, 40.

Minerva mentem humanam ad intima trahens, *p.* 451, 14.

Minos, Jovis δαριστής, *p.* 535, 36.

Musæ, *p.* 176, 45, 47. Musæ alicujus statua, *p.* 349, 11.

Necessitas, ἡ Ἀνάγκη, mater Parcarum, *p.* 65, 20.

Οὐρανός. *Vide* Cœlus.

Parcæ, Μοῖραι, *p.* 65, 18. Necessitas earum mater, *ib.* 20. Trium Parcarum munera, *p.* 68, 42 *sqq.*

Paris, *p.* 136, 45.

Parmenidis sententia de ente et animo, ex libris ejus explicata (nam Plato paulo aliter), *p.* 305, 1 *seqq.* Quatenus recte dixerit Parmenides, ens esse unum, non ob alius absentiam impatibile, sed quia sit ens, *p.* 473, 39. (Dissimulato nomine ejusdem placitum refertur *p.* 436, 26 *seqq.*)

Phalaridis taurus, *p.* 24, 13.

Pherecydes philosophus, *p.* 305, 46.

Phidias Jovem finxit πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν, sed (ut loquimur) idealiter, *p.* 350, 1.

Philosophi antiqui et beati, *p.* 168, 14.

Plato divinus multa multis modis de amore scripsit, *p.* 143, 6; et primus de anima utilia dixit, *p.* 286, 25 *seqq.* A Platone pleraque surripuere Gnostici, *p.* 97, 46, philosophum sæpe non intelligentes, *p.* 98, 2 *seqq.*, sive mala fide interpretando detorquentes, 8 *seqq.* Platonis sententia de anima cum Empedocle et Heraclito comparatur, *p.* 289, 15 *seqq.* *Vid.* Parmenides. — « Plato *citatur editionis princ.* pag. 6, 21, 38, 97, 99, 100, 101, 109, 145, 164, 203, 204, 215, 292, 296, 313, 329, 338, 357, 364, 372, 404, 473, 489, 491, 546, 594, 595, 614, 616, 674, 698, 717, 729, 753. *Et omisso nomine p.* 7, 8, 74, 75, 76, 77, 144, 259, 283, 284, 285, 287, 315, 337, 347, 356, 385, 417, 470, 615, 688, 690, 708, 721, 727, 732, 739. *Mythus Platonicus de* Penia *et* Poro, *p.* 295, 19, 317. *Citatur in* Theæteto, *p.* 491; *in* Phædro, *p.* 298; *in* Phædone, *p.* 491; *in* Philebo, *p.* 298, 376, 717; *in* Symposio, *p.* 293, 295; *in* Timæo, *p.* 142, 203, 285, 376, 469. *Respicitur Timæus Platonis, p.* 77 285, 286, 326, 330, 337, 356, 361, 376, 491, 562. » CREUZ.

Prometheus feminam ex luto finxit, quam dii deinde exornarunt; quid hoc significet, *p.* 208, 26 *seqq.* Prometheus ligatus et ab Hercule solutus quid significet, *p.* 208, 35 *seqq.*

Priami calamitates, *p.* 19, 29.

Πυρόεις. *Vide* Mars.

Pythagoras de harmonia dixit, *p.* 281, 21. Pythagorus et ejus sectatores obscure de animo dixerunt, propter poesin, *p.* 286, 22 *seqq.* Pythagoras et sectatores ejus studiose versati in indagatione rerum, *p.* 305, 45.

Pythagorici involucris usi, *p.* 286, 20. *Vide supra* Apollo. Quomodo numeros dixerint Pythagorici, *p.* 460, 11.

Saturnus, Κρόνος. Ex eo Venus Urania, p. 144, 44. *Vide* Cœlus. Ejus pater Uranus sive Cœlus, *p.* 145, 6. Saturnus, sapientissimus deus, quæ generat, in se rursus cohibet; quid sit quod dicitur Jovem generare jam κόρον, *p.* 304, 21 *seqq.* Vita sub Saturno, ἐπὶ Κρόνου qui est deus κόρος et νοῦς, *p.* 301, 2. — Saturnus sive Saturni stella, *p.* 63, 40.

Thersites, *p.* 120, 19.

Ulixes apud Circen et Calypso quid significet, *p.* 36, 15.

Venus pulcherrima, *p.* 350, 13; 360, 12. Venus alia Jovis et Diones filia, alia ex Saturno genita, *p.* 144, 39 *seqq.* Veneris natales, *p.* 144, 34; 146, 38; 537, 33. Venus a sacerdotibus et theologis pro eodem numine accipiebatur atque Juno, stellaque Veneris in cœlo vocabatur Junonis, *p.* 149, 34 *seqq.* Una cum Venere natus Amor, *p.* 537, 34. Venus ornat feminam a Prometheo fictam, *p.* 208, 29. Venus Οὐρανία *p.* 537, 31, et πάνδημος, *ib.* 32. Veneres multæ in mundo, ex universa quadam Venere profluentes, *p.* 146, 26 *seqq.* Venus est anima, *ib.* 30; *p.* 537, 33. — Venus sive Veneris stella, *p.* 64, 1.

Vesta, Ἑστία, terra, *p.* 244, 20. Vesta, animæ nomen, *p.* 240, 44.

PRISCIANI PHILOSOPHI

SOLUTIONES

EORUM DE QUIBUS DUBITAVIT CHOSROES PERSARUM REX.

EX CODICE SANGERMANENSI

EDIDIT

ET ANNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

FR. DÜBNER.

PRÆFATIO.

Bonum opus ante incognitum et prope novum in his literis nomen producere nobis contigit beneficio viri doctissimi JULII QUICHERAT. Plurimis enim illis, quæ jugiter ex Galliæ thesauris scriptorum monumentorum eruit, sagax atque sollers indagator anno MDCCCLIII ineunte addidit PRISCIANI *philosophi Solutiones eorum de quibus dubitavit Chosroes Persarum rex,* ante ipsum prorsus inauditas et immerita, ut statim intelligebatur, oblivione sepultas. Sed juvabit de philosopho atque opere ejus repertorem ipsum audire disserentem, cujus rectissimo judicio quoniam omnes facile assentient, verborum suavem elegantiam lectoribus nostris invidere nolebamus.

Jam edita dissertatione Quicheratii (*Bibliothèque de l'École des chartes, troisième série, tome IV, Janvier-Février* 1853, *p.* 248-263), insignis omnigena doctrina *Renan* ejusdem operis testimonium detexit in codice item Sangermanensi, lat. n. 1353, ubi anonymus fol. penultimo *De Preciano* (sic) *grammatico* loquens philosophi opus, quasi hominis ejusdem, ita commemorat: *Extat autem liber Preciani de naturalibus questionibus ad Cesarem* (sic) *regem Persarum directus.*

Nobis quidem particulam satis tenuem universi operis servatam esse colligitur ex procœmio, in quo Priscianus *triginta tres* scriptores et titulos operum diserte recenset, unde sua « constituerit », quum in reliquiis vix *duodecim* opera dispiciantur expilata. Magna vero jactura! nam in pauculis nostris luculenta supersunt ex deperditis scriptis *Theophrasti, Posidonii, Ptolemæi, Procli*, et fortasse Aristotelis « ex his quæ quasi in dialogis scripta sunt de Philosophia et Mundis. » Sed hanc de fontibus quæstionem et quæcumque ad explicationem spectant aliis lubens reliqui, aditum haud facilem patefecisse contentus.

Codicem Sangermanensem, olim 634, hodie *lat.* 1314, descripsit

et probabilem de auctore translationis conjecturam protulit carissimus Quicherat. Est codex accuratissime scriptus, neque ullum fere librarii lapsum passus : sed idem ab editore maxima cura et religione tractandus. Hoc ipsum enim quod tenemus exemplum translationis interpres ad græca iterum exegit diligenter et sæpissime emendavit, non raro tamen nec δεύτεραι φροντίδες sonant genuinum. Ad græca igitur Prisciani, quantum fieri potest, dispicienda plurimum intererat omnes illos locos indicari sedulo, in quibus interpres reperitur hæsitavisse intricatus. Solito sum vocabulo *primæ manus* et *secundæ* usus, sed intelligenda est ejusdem hominis retractatio. Græca, ut potui, subjeci ubicumque ad intelligendum necessaria esse videbantur. Quo labore, cui mensium duorum subsecivum omne tempus impendi, et summa in excutiendo codice ἀκριβείᾳ viam stravisse puto doctioribus ea, quibus est dignissimum, studia in hoc opere posituris. Mense Maio exeunte, MDCCCLV.

FR. DÜBNER.

JULII QUICHERAT

DISSERTATIO.

SOLUTION DES PROBLÈMES PROPOSÉS PAR CHOSROÈS.

TRAITÉ INÉDIT DE PRISCIEN LE PHILOSOPHE.

Agathias raconte que, sous le règne de l'empereur Justinien, sept professeurs, qu'il appelle la fine fleur de la philosophie du temps [1], furent contraints de s'expatrier. Il donne les noms de ces martyrs de la pensée, qui étaient Damascius de Syrie, Simplicius de Cilicie, Eulamius de Phrygie, Priscien de Lydie, Isidore de Gaza, Hermias et Diogène de Phénicie. « Ne trouvant pas de leur goût, dit-il, les dogmes religieux qui prévalaient alors chez les Romains, et s'imaginant, d'après ce qu'ils entendaient répéter partout, qu'en Perse régnait cette union de l'autorité et de la philosophie que Platon donne pour base au gouvernement modèle, de sorte que dans leur idée tout devait aller à la perfection dans ce pays; considérant d'ailleurs que leur opposition à l'ordre établi les exposait chez eux à des alarmes continuelles, ils partirent pour la Perse, avec le dessein d'y vivre désormais. Quel ne fut pas leur désenchantement, lorsqu'ils virent là des magistrats violents et prévaricateurs, des effondreurs de portes, des tireurs de manteaux, les petits opprimés par les grands, l'adultère dans toutes les maisons malgré la polygamie! Les entretiens qu'ils eurent avec le roi achevèrent de les convaincre de leur erreur. Ils trouvèrent en lui un homme qui faisait parade de philosophie, mais qui n'avait aucune notion des maîtres, qui ne s'entendait avec eux sur aucun point et qui pratiquait une foule d'habitudes contraires à la morale. Tout cela les chagrina fort et leur donna l'envie de s'en aller au plus vite. Chosroès, qui les avait pris en affection, fit tout ce qu'il put pour les retenir; mais plutôt que d'accepter ses offres magnifiques, ils aimèrent mieux retourner dans leur pays, dussent-ils, en y remettant les pieds, périr de mille morts. Leur voyage cependant ne fut pas sans profit pour eux. La paix ayant été conclue à peu de temps de là entre les Perses et les Romains, une clause du traité qui fut dicté par Chosroès portait, que les philosophes pourraient vivre en sûreté dans l'empire, sans avoir à professer d'autres opinions que celles qui convenaient à leur conscience. »

Ce récit d'Agathias arrive comme preuve à l'appui d'une thèse qu'il soutient avec beaucoup de vivacité contre la réputation de savant qu'on avait faite à Chosroès : c'est de la polémique, et non pas de l'histoire; par conséquent, il faut se défier du jour sous lequel il lui plaît de présenter les choses.

D'abord, le propos qu'il attribue aux philosophes n'est pas admissible. Damascius le Syrien et tous ses compagnons, qui étaient des Asiatiques élevés au contact des Perses, ne pouvaient pas avoir la simplicité de croire que Chosroès avait réalisé dans ses États la république de Platon. Ils fuyaient la persécution, non pas le spectacle de la corruption humaine, et le bien qu'ils allaient chercher sur la terre étrangère était la liberté. Que si quelque espoir s'était allié dans leur esprit au besoin d'indépendance, c'était celui qu'ont toujours emporté avec eux les exilés des causes vaincues. Ils pouvaient croire qu'ils relèveraient dans la Perse l'école fermée par les décrets de Justinien, et que l'Orient, recevant d'eux la doctrine de la Grèce, la rendrait un jour au monde ingrat qui l'avait proscrite. Il n'était pas absurde à eux de se flatter d'une pareille perspective lorsqu'ils se rendaient sous la domination d'un roi qui honorait toutes les opinions, qui avait attiré à lui les Nestoriens frappés de la même proscription que les philosophes, qui souffrait que sa femme professât ouvertement la religion chrétienne dans son palais [2]. Leur erreur fut d'avoir jugé la nation des Perses par son chef, et leur déception tint sans doute à ce que leur prosélytisme fut sans succès. Dans leur découragement, ils se prirent à regretter leur pays, au point de ne pouvoir être consolés par les bons procédés de Chosroès; et comme ils avaient acquis la conviction que le feu sacré dont ils étaient les dépositaires devait mourir entre leurs mains, ils jugèrent qu'il valait mieux le rapporter sur le sol qui l'avait vu naître, grâce à l'avantage qu'ils obtinrent de l'y entretenir jusqu'à leurs derniers moments.

Agathias n'est pas plus digne de foi, lorsqu'il dépeint le roi des Perses comme un personnage ridicule qui unissait à l'ignorance d'un barbare la sotte prétention de vouloir passer pour un penseur. Chosroès Nouschirwan eut incontestablement l'esprit très-élevé et très-cultivé. Il porta l'amour et la connaissance des lettres à un point étonnant pour la nation à laquelle il appartenait, et on le sait, non pas seulement par les louanges que l'exagération des Orientaux lui a décernées, mais par des témoignages certains et par les débris imposants, quoique transformés, d'une vaste littérature que sa protection avait fait éclore. C'est lui qui fit

[1] Τὸ ἄκρον ἄωτον, κατὰ τὴν ποίησιν, τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ φιλοσοφησάντων. *Hist.*, lib. II, édit. Paris., p. 69.

[2] D'Herbelot, Bibliothèque orientale, art. *Nouschirwan*.

écrire, d'après les traditions de son empire, la première histoire qu'aient eue les Perses; et il dicta lui-même pour l'instruction de son successeur un recueil de maximes que seraient heureux de pouvoir avouer des rois qui ne succèdent pas à Cyrus. Il suffit de dire, à la louange de ces deux ouvrages, que Ferdoucy a pris dans le premier la matière du Schah-Nameh [1], et que Saady a mis en vers le second [2], de sorte que les deux plus beaux génies de la Perse moderne tiennent du monarque sassanide une partie de leur inspiration.

Nous lui devons bien aussi quelque reconnaissance, nous autres Français, à cause du livre de Pidpaï, si heureusement mis à contribution par La Fontaine, après que nos rimeurs du moyen âge eurent vécu dessus pendant deux grands siècles. Ce livre est une conquête de Nouschirwan. Il envoya exprès une ambassade pour le chercher au fond de l'Inde, et en fit faire une traduction en pehlvi [3], qui fut le texte où les Arabes le prirent à leur tour pour le transmettre en leur langue aux nations de l'Occident.

Mais c'est surtout le goût de Nouschirwan pour Aristote et pour Platon qui l'avait mis en réputation parmi les Grecs du Bas-Empire. Agathias, qui lui dénie toute connaissance de ces grands philosophes, est obligé pourtant de convenir qu'il s'était fait traduire tous leurs ouvrages, même les plus transcendants. Pour concilier deux assertions si contradictoires, il se moque de ces traductions qu'il ne connaissait pas, contestant qu'un jargon aussi grossier et aussi pauvre que celui des Perses ait pu rendre, même approximativement, le style de deux écrivains comme Aristote et Platon [4].

En supposant que la langue pehlvie dont entend parler l'historien grec ait été ingrate à ce point (ce dont ne conviennent pas les philologues qui en ont étudié les restes), il y a tout lieu de croire que l'argument tombe à faux, parce que ce n'est pas en pehlvi que les versions dont il s'agit avaient été faites. M. Ernést Renan signalait récemment aux orientalistes un manuscrit du British-Museum qui contient un abrégé de la logique d'Aristote, écrit par un Nestorien du nom de Paul le Perse, pour « l'heureux Khosrou, roi des rois, le meilleur des hommes; » et cette traduction, qui ne s'adresse pas à un autre qu'à notre Chosroès, est en syriaque [5]. Très-vraisemblablement le syriaque, langue savante et très-travaillée, fut dans les autres occasions, comme dans celle-ci, l'intermédiaire dont usa Nouschirwan pour s'initier aux doctrines philosophiques de la Grèce [6].

Pour achever la réfutation d'Agathias, je vais administrer la preuve que le commerce des néoplatoniciens exilés avec Chosroès fut plus suivi qu'il ne le donne à entendre, que le roi fit preuve d'assez d'intelligence pour avoir été pris au sérieux par ses hôtes, enfin qu'il était homme à saisir les choses les plus subtiles du raisonnement. Tout cela est démontré par un ouvrage de Priscien de Lydie, le même qui figure dans le récit que j'ai rapporté au commencement.

On n'a encore signalé de Priscien que des écrits perdus qu'avait réfutés Philoponus, et un commentaire attaché au livre de Théophraste sur les sensations [7]. L'ouvrage dont je veux parler est donc non-seulement inédit, mais inconnu. Il existe traduit en latin et incomplet dans le ms. n° 1314 du fonds de Saint-Germain à la Bibliothèque impériale. Il est annoncé sous ce titre : *Prisciani philosophi solutiones eorum de quibus dubitavit Chosroes Persarum rex.* C'est une série de dissertations succinctes que l'auteur donne comme autant de réponses à des questions de psychologie, de physiologie, de physique générale et d'histoire naturelle, que le grand roi lui avait adressées.

Le traité, dans l'état où il est, se compose de neuf chapitres (le neuvième interrompu dès le début) et d'une préface dans laquelle Priscien fait connaître sa méthode et ses autorités. C'est l'occasion pour lui de nommer un grand nombre d'auteurs et d'ouvrages grecs dont quelques-uns manquent dans le répertoire de Fabricius. Après cela, il entre en matière, énonçant chacune des questions proposées à mesure qu'il se prépare à les résoudre.

Voici en substance l'énoncé des neuf questions :

1° Quelle est la nature de l'âme? L'âme est-elle la même dans tous les êtres? Est-ce la différence des âmes qui fait la différence des corps, ou, au contraire, la différence des corps qui fait celle des âmes?

2° Qu'est-ce que le sommeil? Est-il le produit de la même âme qui agit dans l'état de veille, ou celui d'une autre âme? Se rapporte-t-il au principe du chaud ou au principe du froid?

3° Qu'est-ce que la faculté de songer, et d'où vient-elle? Si elle est une perception de l'âme, est-elle procurée par les dieux ou par les esprits malfaisants?

4° Pourquoi dans tous les climats l'année subit-elle les quatre évolutions du printemps, de l'été, de l'automne et de l'hiver?

5° Pourquoi tels médecins qui s'accordent sur la nature d'une maladie ne s'accordent-ils pas sur le remède qu'il convient d'y appliquer, jusque-là que le remède déclaré nuisible par l'un sera appliqué avec succès par un autre?

6° Pourquoi la mer Rouge monte-t-elle et descend-elle tous les jours et toutes les nuits?

7° Comment se fait-il que des corps graves se soutiennent dans l'air, et que le feu puisse avoir pour réceptacle l'humidité, comme cela a lieu dans les phénomènes atmosphériques?

8° Pourquoi les diverses espèces d'animaux et de végétaux, lorsqu'on les change de région, présentent-elles après un certain laps de temps et un certain nombre de reproductions des formes propres au pays où elles ont été transplantées; et pourquoi, si c'est la nature de l'air et du sol qui les modifie, tous les individus des espèces qui ont été constamment soumises à ces influences n'ont-ils pas la même physionomie?

9° Pourquoi, lorsque tous les êtres animés sont pareillement composés de quatre éléments, n'y a-t-il que les reptiles qui portent en eux des venins mortels, et pourquoi tous les reptiles n'en ont-ils pas?

Telles sont les questions de Chosroès. A coup sûr elles dénotent un esprit habitué à réfléchir sur le fond des choses, et sont faites pour donner de la valeur au joli compliment

[1] Mohl, préface de la traduction du *Schah-Nameh*.

[2] Bibliothèque orientale, l. c.

[3] *Ibid.*, art. *Homaïoun-Nameh*.

[4] Ἱῶς μὲν γοῦν οἱόν τε ἦν τὸ ἀκραιφνὲς ἐκεῖνο τῶν παλαιῶν ὀνομάτων καὶ ἐλευθέριον, καὶ πρός γε τῇ τῶν πραγμάτων φύσει πρόσφορόν τε καὶ ἐπικαιρότατον, ἀγρίᾳ τινὶ γλώττῃ καὶ ἀμουσοτάτῳ ἀποσωθῆναι; *Hist.*, l. II, édit. Paris., p. 66.

[5] Journal asiatique du mois d'avril 1852.

[6] Sur l'importance du syriaque comme langue savante et sur les nombreux écrivains qui l'ont employé pour faire passer les idées helléniques dans l'Orient, depuis le cinquième siècle, voir le traité de M. Renan, *De Philosophia peripatetica apud Syros*; Paris, 1852, in-8°. Néanmoins je dois au même savant la connaissance d'un dictionnaire biographique arabe du X° siècle (*Kitâb el fihrist*, Ms. Bibl. imp., suppl. arabe, n° 1400[2]) où il est dit qu'avant l'islamisme, les Persans possédaient des traductions en leur langue, c'est-à-dire en pehlvi, de divers ouvrages de logique et de médecine.

[7] Harles, *Fabricii bibliotheca græca*, t. III, p. 441, 566 et 598.

que Paul le Perse a mis dans la dédicace de son abrégé d'Aristote : « En vous offrant un présent philosophique, je ne « fais que vous offrir un fruit cueilli dans le paradis de vos « domaines, de même que l'on offre à Dieu des victimes « prises parmi les créatures de Dieu[1]. » Quant aux réponses de Priscien, il ne m'appartient pas d'en juger la doctrine, ni de leur assigner la place qui leur convient parmi les autres productions de l'école néoplatonicienne. C'est une tâche dont auront à s'acquitter les maîtres qui ont créé de notre temps l'histoire de la philosophie. La grande habitude qu'ils ont de la matière ne sera pas de trop pour débrouiller un texte peu correct, et qu'il n'est possible de comprendre qu'à la condition de se reporter en esprit à la phrase grecque, dont le latin est constamment un calque servile.

Le manuscrit est du neuvième siècle, et exécuté certainement en France, peut-être dans le monastère de Corbie, auquel il appartenait avant de passer dans la bibliothèque de Saint-Germain des Prés. Je ne crois pas me tromper en attribuant également à la France et au neuvième siècle le travail de traduction. La raison que j'ai de le croire est que cette traduction étant nécessairement l'œuvre d'un littérateur latin qui vivait entre le sixième et le neuvième siècle, pour toute cette période on ne trouve qu'un homme dans l'Occident qui ait uni la science du grec à l'intelligence de la philosophie néoplatonicienne : et cet homme est notre Jean Scot, que d'autres appellent Érigène. Aussi bien l'idée du même auteur se présente encore à l'esprit quand on voit les Solutions de Priscien précédées dans le manuscrit par le traité de Scot sur la Prédestination[2]. Ainsi, la version de Priscien, comme celle du faux Denys, *De cœlesti Hierarchia*, serait due au philosophe extraordinaire qui fit briller dans le palais des fils de Charlemagne un génie que l'école d'Athènes, lorsqu'elle existait encore, n'aurait pas désavoué; peut-être même cette version fut-elle faite sur un ms. envoyé de Constantinople en même temps que celui de la Hiérarchie céleste, puisqu'il est avéré que le texte de ce dernier ouvrage est un cadeau de l'empereur Michel à Louis le Débonnaire. Le livre de Priscien peut donc passer, jusqu'à un certain point, pour un monument de notre histoire littéraire, et c'est à ce titre que j'ai cru pouvoir en parler dans ce recueil.

[1] Journal asiatique, l. c.

[2] Voici, dans leur ordre consécutif, les matières que contient ce manuscrit : 1° Liber Vincentii Lirinensis contra hæreticos, qui in fine notatur *Explicit tractatus peregrini contra hæreticos*. — 2° Tres epistolæ paschales Theophili, Alexandrini episcopi, ad totius Ægypti episcopos. — 3° Epistola Epiphanii episcopi ad Hieronymum presbyterum. — 4° Epistola sancti Hieronymi ad Theophilum episcopum. — 5° Homilia sancti Augustini de studio caritatis. — 6° Johannes Scotus de prædestinatione. — 7° Prisciani philosophi solutiones, etc. — 8° Carmen quoddam prænotatum : *Incipit libellulus sacerdotalis quem Lios monocus heroico metro composuit. Lege in pace.*

PRISCIANI PHILOSOPHI

SOLUTIONES

EORUM DE QUIBUS DUBITAVIT CHOSROES PERSARUM REX.

Cum sint multæ et variæ in quæstione propositiones, et unumquodque capitulum differentes habeat interrogationum occasiones, necessarium est, per singula separantes, similiter quæstionibus apte adunare solutiones, et eisdem diligentes ac validas approbationes, quantum possibile est, adhibere, veterum excerptas libris; brevi quidem et connexo sermone utentes, ita ut neque copia longa perturbet, neque quid prætermittat secundum nostram virtutem et hoc præsenti usui decorum disputari indigentium; propter hoc etiam corrigere quæ scripta sunt volentibus, aut eorum quasi recte et bene habentem recipere conceptionem, [ut] facile fiat accipere, ex qualibus hæc constituta sunt libris, recordari et ipsos ubi veteres cognovimus. Ex Platonico enim Timæo Phædoneque et Phædro et Politia, et aliis convenientibus disputationibus assumpta atque confecta sunt, et actionibus Aristotelis de Physica et de Cœli * generatione et corruptione et Μετεώρων; similiter quoque et ex his quæ sunt de Somno et somniis, et ex his quæ quasi in dialogis scripta sunt de Philosophia et de Mundis. Theophrastus item plurimas occasiones sermone dignas præstitit his quæ quæsita sunt ex Naturali historia et Naturali auditu, et ex his quæ dixit de Somno et somniis, Morsibusque simul nocivis, et de Ventis, et de Modis et moribus et habitationibus. Hippocrates quoque ad hoc perveniens de Aere, locis, aquis. Usi quoque sumus utilibus quæ sunt ex Strabonis Geographia, Lavini quoque, ex Gaii scholis, exemplaribus Platonicorum dogmatum; adhuc etiam ex commento Gemini Posidonii de Μετεώρων et Ptolomæi Geographia, de Klimatibus, et si quid utile nobis ex Astronomicis apparuit; Marcianique Periegesi, et Μετεώρων Arriani; Didymoque de Aristotele, et ipsius scriptore dogmatum, et Dorothei Naturalium Aristotelis commento. Æstimatus est autem et Theodotus nobis opportunas occasiones largiri ex Collectione Ammonii scholarum, et Porphyrius ex

Proœm. — 3 *occasiones*, ἀφορμάς. — 4 *separa* a sec. m. in rasura. *Similiter*, ἐοικότως? — 5 *deligentes* cod. — 7 *adhibere* a sec. m. in ras. paullo angustiore. Ibid. *excerptas* a sec. m. in ras. — 9 *perturbet*, ultima *et* in ras. fortasse trium litt. — 10 *mutat* a pr. pro *mittat*. Græcum ἐπιλίπῃ active ceperit : μήτ' ἐπιλίπῃ τι τῶν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν καὶ τὸ τῇ νῦν χρήσει πρέπον διαλαμβάνεσθαι δεόντων. — 11 *indigentium* a sec. in loco eluto. — 13 *eorum* a sec. in loco eluto. — 14 *recipere* a pr. m. scriptum, ἀποδέχεσθαι. Secundæ *recipi* vix dubites quin sit παραδιόρθωσις. Deinde cod. *conceptionem*. *Facile*, cum maxima distinctione et spatiolo. Sententia illud certe addi jubebat quod addidi : credibile in ipsis græcis ἵνα excidisse post διάληψιν. Deinde pro *accipere* exspectes aut « judicium ferre » aut « accipiendo *ex qualibus* etc. » An ita reddiderit græcum αἱρεῖσθαι, eligere, optare utrum sit faciendum, corrigendum an comprobandum? — 16 in *recordari* ultima syllaba a sec. in ras. Apparet græca ejusmodi expressa esse : ἐπιμνησθῆναι καὶ αὐτῶν που τῶν ἀρχαίων διέγνωμεν, ut ante hæc aliqua vel in græco codice omissa fuisse vel ab interprete neglecta esse videantur. — 17 *fædoneque et fædro* cod. — 19 *actionibus*, πραγματείαις. — 20 *generatione et de corruptione* a pr. m., sed *de* erasum. Transponendum erat : *de cœlo, de generatione et corr.* Quamquam in libris de Cœlo philosophus hoc etiam quærit : πότερον ὁ οὐρανὸς ἀγένητος ἢ γενητὸς καὶ ἄφθαρτος ἢ φθαρτός. — 21 cod. ΜΕΤΘΕΩΡΩΝ, cum duabus glossis, antiquiore : *cœlestium speculationibus*; recentiore : *de celestibus*. — 24 *theofrastus* cod. — 25 *præstetit* cod., et *sermo* in rasura angustiore. — 27 *quæ dt* (cum lineola super *t*) *de* cod. — 30 *perveniens*, προσήκων. — 32 *scolis* cod. Lavinum hunc me penitus ignorare fateor; Gaius inter Platonicos non minimi nominis. — 34 μετεώρων hic et lin. 37 prorsus eodem modo scriptum quo supra lin. 21. Nota Gemini ἐπιτομὴ τῶν Ποσειδωνίου μετεωρολογικῶν. — 35 *ptholomei* cod. — 36 *astronomicis* recte a m. prima; deinde *c* erasum. — 37 *martianique perigesi* cod. — 40 *estim.* cod. — 42 *scolarum* cod.

Commixtis quæstionibus, Iamblichusque de Anima scribens, et Alexander et Themistius, qui ea quæ sunt Aristotelis narrant. Plotinus quoque magnus, et Proclus in omnibus* deferentes singulos libros componens, et maxime de Tribus sermonibus, per quos apud Platonem animæ immortale ostenditur.

Prima igitur quæstio composita multiformiter, ubi hæc ait :

[QUÆSTIO PRIMA.]

DE ANIMA ET MAXIME HUMANA.

Primum quidem, quæ est animæ natura et utrum in omnibus corporibus una atque eadem est, an differt? et an formæ corporum differentia omnis animantis ab animæ differentia sit, an sit animæ differentia ex corporis differentia. Si enim vel maxime humana per simile genus ab una persona informata fuisse videtur, attamen unusquisque eorum ad alterum differentiam quandam habet, et non similiter ad se ipsos habent. Oportet autem scire et animæ differentiam ex quali causa sit. Si enim corpus convertit animam ac per hoc unaquæque anima ab altera differt, ecce videtur quia corpus dominatur animæ : si vero anima convertit corpus et formæ differentia ab hac eadem causa sit, ecce manifestum quia anima dominatur corpori. At si propter mixturam utrumque convertitur, præclarum quia mixtura utroque melior est, et restat videre quæ sit mixtura et quomodo miscentur corpus et anima.

His propositis, oportet primum quærere de anima, an quædam essentia et a se subsistens et non in altero esse sortita; et si hoc ostensum fuerit, utrum incorporalis est simplexque, et incomposita et insolubilis, ut uniformis : his necessario connectitur et immortalem eam et incorruptibilem, et perdi non posse, et segregatam esse corporibus; aut contraria horum accipienda sunt in anima.

UTRUM ANIMA ESSENTIA SIT AN ACCIDENS.

Igitur* indulgentas sequentes et veterum et potentum dogmata, nulla oportebat rationis via* ad rationalem animam essentiam incorporalem esse et incorruptibilem et separatam corpore, cui quidem naturaliter conjuncta sit : quæstionibus autem per multum æque auditum super hoc fideles* adhortantibus, oportet interim essentiam eam a se ipsa subsistentem hinc ostendere. Si enim proprium essentiæ a se ipsa subsistentis, dico autem individuæ et singularis, dum sit id ipsum et carens numero, secundum suam mobilitatem in qualitate factam receptivam esse contrariorum : sicut corpora receptiva albi et nigri, sanitatis et ægritudinis, contraria vicissim accipiunt; et anima quoque vicissim contrariorum est receptiva, justitiæ dico et intemperantiæ, prudentiæque et imprudentiæ, et simpliciter dicendum virtutis et malitiæ, ostenditur aperte anima, contrariis qualitatibus mobilis, receptiva earum subsistendo, essentia quædam a se ipsa

— 43 *quest.* cod. — 46 *differentes* Quicherat., ut mox l. 60 *differentiam*, ubi cod. *deferentiam*. Quod si verum est, in græcis fuerit καὶ Πλωτῖνος δὲ ὁ μέγας, καὶ Πρόκλος ὁ ἐν πᾶσι διαφορώτατα καθ' ἕνα βιβλία συντάξας, qui inter omnes maxime varia, ut unus homo, argumenta scriptis tractavit. Interpres reddit διάφορα τὰ καθ' ἓν βιβλία. Sic καὶ μάλιστα l. 47 intelligendum sit de eo libro quem potissimum in his quæstionibus excerpserit Priscianus. — 51 post *ait* elutæ septem vel octo literæ unciales, quarum cognosci possunt EXPI....

QUÆSTIO I. — 54 *utrum* a sec. in ras. — 57 *ex* a sec. m. (ne legatur *differentiæ*); prima *e*. — 58 *enim vel maxime* a pr. m. scriptum fuisse acri investigatione patuit, nimirum ℓ. Quo deleto sec. m. superscripsit *una*, hoc quoque sic adrasum ut *aia*, id est *anima*, fuisse videatur. Deinde *per* (compendio) *simile* a sec. in rasura 11 literarum. In primæ vestigiis cernitur compendium *pro*, quod haud dubie erat *propter*. Fuerit διὰ τὸ ὁμοιογενές. — 59 *at* a sec.; rasura ostendit *sed*. — 60 *deferentiam* cod. — 69 *precl.* cod. Frequens in his pro καταφανές vel σὔδηλον. — 70 *restat videre* a sec. in rasura 17 literarum. — 72 *præpositis* a pr. m., fortasse ab ipsa mutatum. — 78 *perdi non posse* a sec. in rasura 10 literarum, quasi fuerit *imperibilem*, ἄφθαρτον καὶ ἄφθιτον. — 83 *indulgen* a sec. in ras., *tas* a prima restat; sed sec. literis *nt* imposuit lineam, qua non raro significatur superlativus, ut legi voluerit *indulgentissimas*. Sic igitur ille, ni fallor, reddidit τὰ ἐπιεικέστατα τῶν ἀρχαίων καὶ δυνατῶν δόγματα. Ultima litera ex sequenti vocabulo adhæsit. — 84 *nulla* a sec. in ras. 7 vel 8 literarum. Fuerit *non una*, οὐδεμιᾷ. Ut statim dicam quod sentio, vocabulum certe unum excidisse vel ab interprete neglectum esse existimo : Τοῖς μὲν οὖν τοῖς ἐπιεικεστάτοις ἀκολουθοῦντας τῶν ἀρχαίων τε καὶ δυνατῶν δόγμασιν οὐδεμιᾷ ἔδει λόγου μεθόδῳ [δδηγῆσαι] εἰς τὸ τὴν λογικὴν ψυχὴν εἶναι οὐσίαν etc. — 85 *adratio* in fine lineæ, *nalem* a sec. adjectum in rasura extra contextum, ut nescias suasne an primæ m. literas deleverit. — 88, 89. His quoque vitium inest. Crediderim interpretem προτρέπειν vel legisse in græcis vel per errorem reddidisse quum deberet παρατρέπειν, in talibus : ζητήσεων δὲ (quæ de his agitantur) διὰ πολλῆς ἴσως ἀκοῆς ὑπὲρ (sive περὶ) τούτου τοὺς πιστοὺς παρατρεπουσῶν, avertentibus a recta via. — 92 a pr. m. fuisse videtur *individuam et singularem*; in ras. sunt *æ* et *is* a sec. — 94 *receptivum* a pr.

subsistens. Dum sit receptiva horum subsistendo, essentia quædam a se ipsa subsistens est, et non qualitas : neque enim consisteret si qualitas per se ipsam, sed in essentiis; neque qualitas fieret si receptiva qualitatum contrariarum, quæ neque per se ipsam prius substetit. Contrariorum igitur esse receptivum essentiam suggerit animam : essentiæ vero individuæ est hoc proprium, non recipere per se ipsam majus et minus. Per hoc ergo breviter et plura alia, essentia quædam a se ipsa subsistens rationalis anima manifesta est. Quia vero incorporalis, ex his ostendendum.

DE EO QUOD ANIMA INCORPOREA SIT.

Anima enim a se animato animali aut apponitur, aut miscetur, aut concreta est. Sed si quidem quasi tangens apponitur, non fortassis esset animal totum animatum; impossibile enim est corpus totum corpori toti apponi. Sed animal totum animatum : non igitur apponitur anima, ac per hoc corpus non est. Si autem miscetur, non jam unum erit anima, sed quiddam divisorum et partitorum; unum autem esse oportet animam; non igitur miscetur. Si vero concreta est, corpus totum per corpus totum pertransivit : impossibile autem hoc; duo enim in eodem corpora erunt. Itaque neque apponitur, neque miscetur, neque concreta est; et necessario neque corpus est. Sed pervenit ut essentia quædam incorporalis; proprium vero incorporalis pervenire per totum corpus.

QUOD ANIMA SEPARATA A CORPORE SIT ET AD SE IPSAM CONVERSA.

Et hæc quidem responsa sunt ad ostendendum incorporalem esse animam. Si quis vero ex irrationali anima et aliorum animalium animatione, id est ἐνδελεχείας, sicut solent vocare, oppositiones adduxerit de eo quod et in illis vita per totum veniat corpus et moveri faciat, sed intelligat differentiam separatæ et non separatæ animæ et quomodo irrationalis non substeterit sine corpore, neque tamen operabitur per se ipsam, infert autem quandam corpori speciem sive spiritum connaturalem ad providentiam sui corporis ministrantem sive calorem naturalem, ut quidam nominant, et ad motum corporis et ad nutrimentum et ad mobilitatem subministrantem sibi. Rationalem vero separatam esse dicimus; quod quidem si demonstratum fuerit, inde incorporalis essentiæ manifestabitur, illo prius sumpto a nobis, quia si habet sine corpore operationem anima, omnino ibi et essentiam habebit separatam. Si ergo proprium animæ rationalis virtus, per quam et irrationali dominabitur et principatur vitæ, proprium autem ejus diligens eorum quæ sunt scientia, quod quidem est divinorum et intelligibilium; per utrumque enim philosophi digni sunt et circa contemplationem et circa actum, philosophari autem nihil aliud quam et vitam mundam habere et incontaminatam materia et scientiam eorum quæ vere sunt non errantem. Scire autem ea quæ sunt nescientes prius semet ipsos impossibile. Necessarium autem est cognoscentes se ipsos naturam incorporalem habere familiariter ad id quod cognoscendum est habentem; nullum enim corporum se ipsum cognoscere consuevit, neque omnino converti ad se ipsum. Omnis autem cognoscentis est converti ad cognoscibile, et propterea se ipsum cognoscentis ad se ipsum cognitivam operationem habere conversam. Clarum sic necessario separatam essentiam habere ab his quæ appetimus purgando : quomodo enim purgativam virtutem haberet unquam anima corporalium passionum, si in corpore essentiam haberet positam? nulla enim purgatio corruptionem vellet purgato accedere, dum sit ablatio

quæ ipsa correxit. — 6 *consisterent* a pr., quæ ipsa correxit. Deinde legendo præteream vocalem *si* et hic et lin. 8; nam imprudens interpres latine transtulit *ἄν* indicativis imperfectorum subjunctum. — 12 *majus* a pr. m.; non recte sec. *magis*. — 31 *pervenit*, διέρχεται. — 39 ενδελεχισα codex, in margine glossa antiqua : *perfecta xtas*. — 40 *xerit* a sec. in rasura paullo angustiore. — 41 *sed* : observa τὸ ἠθικὸν in græcis Prisciani : εἰ δέ τις....., ἀλλ' ἐννοείτω. Eodem modo locutus est in Quæst. III, p. 565, l. 16. — 43 *teterit* a sec. in rasura. — 44 *neque* in fine lineæ, *tamen* in margine scriptum eadem m., quod abesse malim. — 46 *connaturalem*, σύμφυτον. — 47 τὸ θερμὸν ἔμφυτον. — 48 *quidam n* cum vacuo spatio vel elutis diligentissime literis; *ominant* a sec. est. — 49 post κίνησιν fortasse τροφὴν καὶ φοράν. Sed res poscit αἴσθησιν potius quam *mobilitatem*. — 54 *ibi*, in corpore. — 55 *Si*. .. Apodosis sequitur demum lin. 82. — 57 *principatur* incertum a pr. an a sec. factum ex *principatus*. — 61 *actuum*, ut videtur, a pr.; litera una ante *m* erasa. — 67 *familiariter*, οἰκείως. — 69 *consuevit* a sec. in rasura 11 literarum Verbo *consuevit* noster reddit græcum πέφυκε, ut a pr. scriptum esse potuerit *natura habet*, quæ sunt 11 literæ. — 70 ἐπιστρέφεσθαι frequens Platonicis. — 75 *purgando*, literæ *ndo* in ras. angustiore, ut *purgari* fuisse videatur, τῷ καθαίρεσθαι pro τῇ καθάρσει. — 79 *accedere* a sec. in ras.

eorum quæ contra naturam sunt alienorum. Si ergo philosophans solvitur corporalibus vinculis anima, clarum sic et corpore secundum naturam alienari. Inseparabile enim materiâ impossibile impassibile fieri ad materiam, nullo eorum quæ sunt operationem habente meliorem propria essentia. Ex his autem ambobus clarum quia philosophari et incorporales nos esse manifestat et materia segregatos, per cognoscibilem quidem speciem incorporales, per vero secundum virtutem vitale materia separatos; per utraque autem animam viventem incorporalem vitam et corporibus separatam. Sic ergo colligendum : philosophans anima et se ipsam cognoscit et quæ sunt ante se separata corporibus. Omne se ipsum cognoscens et corporibus separata, per se ipsum quidem cognoscere incorporale est, per vero separata corporibus est separatum. Igitur philosophans anima et incorporalis est et separata corporibus, et consequenter neque solvitur neque cum corporibus perit. Quoniam itaque omne quod separata cognoscit et se, id ipsum est et conversum : igitur in se ipsum omnino est separatum. Non enim potest cum corpore eandem habere operationem, dum non sit omnino ad se ipsum conversum. Sic ergo apertum : rationalis anima separata est ut ad se ipsam conversa. Et per alia quoque plura ostenditur segregatas operationes corpore habere animam, aliisque per somnum apparentibus et super futuro et omnino *aliis, et quia corpore vigilante illuminationes ei fiunt divinarum operationum quasi familiariter habenti ad eas, et prophetiæ futurorum nihil sensus vel corporalium indigentes phantasmatum, sed propriam quandam et separatam omnino corpore operationem animæ inde procedentis. Si autem et essentia et intellectualibus operationibus separata corpore anima, huic quoque omnino consequens est incompositum et simplex et uniforme, eo quod corporum quidem compositio ex materia et forma, id est elementorum conformationis contemperantia, incorporalis vero substantia his superponitur, et dum sit per se ipsam uniformis et non mixta per essentiam aliis, pulchre incorruptibilis est. Si enim omne compositum solubile, quod autem solubile et corruptibile, relinquitur, animam incompositam existentem neque solubilem esse neque corruptibilem, sed incorruptibilem ut simplicem. Ex hac autem necessitate rationis et immortalem et id ipsum differentibus quidem ostensum est ab his qui in hæc solliciti erant instrumentis.

[*Spatium vacuum recipiendo titulo.*]

Tres autem sunt maxime connexæ rationes secundum animam immortalitatis et incorruptionis. Et prima quidem quæ ab operatione adquiritur animæ, habens sic : Anima cuicumque adest corpori, vitam semper ei infert. Omne autem vitam semper inferens non contrarium receperit vitæ. Etenim si semper eam infert, semper eam habet secundum essentiam et naturaliter : nullum autem eorum, quæ sunt quidem ab eo quod vere est, potest accipere corruptivum secundum essentiam et connaturaliter sibi unum existentis. Contrarium vero omnino contrarii corruptivum est. Anima igitur contrarium ejus quam semper infert vitæ nunquam receperit. Contrarium autem vitæ mors : non ergo recipit anima mortem, ac per hoc immortalis. Addidit autem quidam quondam sapientum, magnus inquam Plotinus, et quod eo majus : Si igitur neque ipsam quam infert vitam anima potest iterum recipere, multo magis contrarium vitæ, ipsam mortem. Habens enim ejus

— 84 *fieri a materia* a pr., eadem m. correctum. — 88 *oscibilem* a sec. in ras. Fuerit *cognitivam*. — 3 adjiciam potius *in se ipsum* [*conversum*] quam ex præcedenti intelligam. — 4 *eandem* a sec. in ras. paullo angustiore. Prima litera pedem sub versum protendit, quasi fuerit *parem*. — 5 *sit*, scilicet corpus. — 9 *re animam* a sec. in rasura scripta. Deinde tres literæ elutæ, quibus pr. m. imposuit *Aliisq.* Hoc si recte positum, ad sequentia referendum est : ἄλλοις τε καθ' ὕπνον φαινομένοις καὶ τοῖς περὶ τὸ μέλλον, καὶ ὅλως τοῖς ἀόλοις, quibus (ut est apud Plotinum) τὸ νενοῆσθαί ἐστι τὸ εἶναι. Sic emendabam importunum istud ἄλλοις, *aliis* lin. 11; sed proxime sequentia opponuntur illis *per somnum apparentibus*, ut aliud quærendum esse pateat quod nunc non succurrit. *Illuminationes*, ἐλλάμψεις. — 14 *fantasmatum* cod. — 15 ante *propriam* vel in latinis *per* (p cum lineola per pedem) omissum est, vel erat in græcis ΑΛΛΑ [ΔΙ'] ΙΔΙΑΝ. — 16 προερχομένης, exeuntis. — 17 *et ex essentia* a pr., deinde *ex* erasum. — 21 *eliment.* cod. — 23 *et* a sec. illatum. — 30 *et id ipsum* a sec. in ras. Primæ nihil quicquam eruas. Equidem scriptum fuisse puto : Ἐκ ταύτης δὲ λόγου ἀνάγκης καὶ ἀθάνατον (εἶναι) κατὰ τὸ αὐτὸ διαφόροις μὲν δέδεικται etc., sive capias : secundum vel per idem illud quod probatum est, esse eam incompositum et simplex; sive : simili modo. Interpres reddit καὶ ἀθάνατον καὶ τὸ αὐτό. De αὐτοόν vel αὐτοέν hoc loco cogitari non potest. — 32 *instrumentis*, κατασκευαῖς? — 36 τῆς κατὰ ψυχὴν ἀθ. — 43 *vere*, syllaba *ve* in rasura. — 48 inter *vitæ* et *nunquam* duæ literæ erasæ. — 53 *iterum*, πάλιν, vicissim (a corpore).

causam connaturalem, nihil indiget vitæ quam corpori dat, dum sit umbra ejus quam in se ipsa secundum essentiam habet vitæ. Etenim omnino nihil causalium indigens est causativi, meliores habens semper virtutes his quas causativo largitur: quoniam et ignis non iterum receperit caliditatem quam a se calefactis infert (connaturale enim habet), ac per hoc multo magis neque frigiditatem quæ est contraria, et gravitate etiam connaturali, caliditati: et omnino omne quod semper infert qualemcumque speciem neque quod infert receperit neque contrarium illius.

Secunda vero ratio: annon oportet tale proloquium prius accipere? Omne quod sua malitia non corruperit, hoc ab alterius cujusdam corrumpi impossibile est. Non enim, ubi proprium bonum est, ipsum corruperit unumquodque: nam quod a continente est, ipsum salutare est, neque medium ambobus, quod quidem est neque bonum neque malum. Relinquitur dicere sic, solummodo uniuscujusque corruptivum uniuscujusque malum. Et hoc autem accipiendum sic: animæ malitia major est morte corporis; malitiæ autem animæ sunt indisciplinatio, intemperantia, injustitia, timor, et quodcumque tale. Anima vero has habens malitias non corrumpitur ab eis, neque ejus macerant vitam, quod quidem est in corporibus corruptibilibus: sed irrationale quidem magis in eis vivit et tenetur; rationale vero vivit quidem similiter in se, quæ autem sunt propter indisciplinationem, minus cognoscit. Itaque qui omnem habent qualemcumque malitiam, non infirmantur, sed magis quasi a se ipsis firmati et ad actiones commoti sunt magis contrariorum. Non igitur animæ malitiæ corrumpunt eam. Omne autem quod non corrumpitur a sua malitia, incorruptibile est. Igitur anima incorruptibilis est.

Tertia autem ex causali circumfulsam approbationem habet. Quod enim a se ipso movetur, causale immortalitatis ostenditur animabus, secundum essentiam in eis existens et quasi factivum immortalitatis causale. Quia vero a se movetur anima ostendendum sic: Anima et vita est quasi aliis eam tradens, et per totam se ipsam vivit, quippe in se ipsam operans et ad se conversa. Quod enim aliis vitam præstat, illud prius per se ipsum vivit, et secundum quod est vita movet. Omnis enim hoc vitæ proprium, quoquo modo movere; secundum vero quod vivit movetur. Omne enim participans vitæ, eo vivere movetur. Ex utrisque ergo factum est anima movens et motum, et ut totum ambo. Per totam igitur se ipsam et vivens est et vita. Eandem enim essentiam habens et operationem totum est operatio prius in se ipsam operans et tota in totam se ipsam intrans, dum sit ipsum quod per se movetur et operans, et est hîc simul utrumque operatio una. Operatur enim in se ipsam et causa aliis est motus. Se ipsam primo movet: separata enim causalia primum suimet sunt causa, et sic causativorum. Anima igitur vitalem habens motum simul movet essendo vita et simul movetur vivendo. Quod vero movet se et movetur a se ipso, pure est a se ipso motum. Quod quidem in solis est incorporalibus et separatis essentiis, quale est anima. Ipsa enim est ut vere quod a se movetur. Dat vero participanti corpori phantasiam per se motæ vitæ, ac per hoc animæ nota figurativa et veluti quædam definitio ipsa per se motio, quippe per se subsistens et per se cognoscens. Dicendum ergo in brevi collective: Omne animæ participans vivens est; omne vivens proprium motum participat; omne igitur animæ participans proprium motum participat. Sed quoniam animæ ratio est præstare propriam motionem quibus assit, omne autem quod quandam formam efficit ipsum primo est quod participantibus infert: anima igitur primo est quod per se ipsum movetur. Hoc autem dicimus de sola rationali: irrationalis enim, quasi phantasiam propriæ motionis habens, cum alio et non per semet ipsam est a se mota. Si enim esset per se ipsam a se mota, nihil in movendum se ipsam indigens corporis, haberet separatam corporibus essentiam, sicut habet operationem separatam. Omne enim quod sine corpore operatur, et corpore

— 66 post *illius* erasæ 8 vel 9 literæ, haud dubie quo sequentia per novam lineam et insigniore litera incipiant, ut incipit etiam tertius locus, l. 93. — 67 *proloquium*, προλογισμόν. — 79 *quodcumque*: sic (ut semel dicam) prima manus ubique; altera corrigit *quodcunque*. — 86 *malitiam..... nfirmantur* a prima, 5 vel 6 literis erasis; sec. *non i.* — 87 scripsi *firmati*, ut res postulat; cod. *infirmati*, correcto *infirmitati* quod m. pr. scripserat. — 92 περιλαμπῆ vel περίλαμπρον ἀπόδειξιν, nec cogitandum de *circumfultam*. — 1 *quippe* a sec. in ras. paullo latiore. — 6 *vitæ* a sec., *vita* a pr. *Eo vivere*, τῷ ζῆν. — — 22 *ut vere*, ὡς ἀληθῶς. — 25 *diffinitio* cod. In græcis erat τύπος καὶ οἷόν τις ὅρος. — 26 *quippe per* (compendio) a sec. in rasura angustiore. Prima haud dubie scripserat *ut per* (sine compendio, ut scriptum præcedens *per*). — 37 *proprie* codex.

est separatum, ut non quod est inseparatum habeat meliorem operationem essentia. Non igitur per se ipsam irrationalis, sed cum corpore est a se mota : et ex eo ergo quod movet se ipsam rationalis anima et movetur in se ipsam a se mota approbata est et nota figurativa sit et veluti quædam definitio ipsius est per se mota subsistentia. Movetur autem et movet et intelligens et tractans et æstimans. Etenim motus a se motus nullus passivorum est motuum : illi enim eorum quæ ab alio moventur sunt ; hic vero subsistentiæ incorporalis. Movetur quidem et in motus corporales rationalis anima non corporaliter, sed et eos per se mutabiliter, utpote in generationem et corruptionem, augmentum et minorationem, et mutationem et eam quæ secundum locum est transmotationem : * fieri enim videtur ab eo quod non est, quod quidem est sensibilium, in id quod est, prolata per meliorum et intelligibilium notitiam et susceptionem. Videtur quoque corruptionem participare ab eo quod est in id quod non est translata : meliorum enim notitiam perdit infirmata, et corporalibus criminibus data videtur participare per hoc corruptionem. Atqui et bono et pulcro et sapienti dicimus augeri animæ oculum conversum ; malo vero et turpi * et contrariis corrumpi. Et mutationibus subsistit, per malitiam et virtutem qualitatibus transmutata locales etiam motus. Nunc quidem enim in terra corpori cum sit connaturalis alligatur, ab eo vero alienata ad ordinatos ei locos redit. Sic igitur facit et corporales motus a se ipsa motata. Sequitur autem propriæ rationis motionem et perfectum esse et per se sufficiens, quasi suimet solius indigens, non autem alterius ad motum.

[*Spatium recipiendo titulo.*]

His igitur rationibus ostendentibus animam essentiam incorporalem esse et simplicem, nullam quis recipiat differentiam in existentibus animabus in corporibus. Qualis enim fieret alteritas simplicis et secundum essentiam qualitate carentis ? Animarum igitur ut per se ipsas motarum secundum essentiam indiverse habentium ad se invicem pulcre differentia in qualitatibus erit : ea quidem ex virtute, ea vero ex malitia cognoscitur : ac per hoc eas quidem majores consequi dignitates a deo, eas vero malitiam quæ meliora sunt prohibendi. Formæ quidem corporum differentiam habent non a rationali anima, sed ex parentibus et ex locorum et aerum inæqualitate. Quod quidem et in aliis animalibus, et omnino his quæ sunt in generatione et corruptione, manifestatur valere quasi compositione corporum ad exteriores vel etiam connaturales causas variata. Neque igitur anima convertit corpus ad differentes formas, neque ab ipso convertitur, dum sit omni conversione superior propter propriam simplicitatem. Etenim in omnibus animalibus forma quidem uniuscujusque eadem est naturæ, sicut hominis et equi et leonis et aliorum, et non excesserit unquam et uniformitate et connaturalitate, qualitates vero convertunt per singula eas quæ sunt in parte differentias, ex quibus recipiuntur, sicut homines inter se invicem differunt et aliorum unumquodque animantium et inanimantium, ita ut et compositorum mixtura causa quodammodo sit diversæ corporum qualitatis.

[*Spatium recipiendo titulo.*]

Hinc inferre oportet et quod residuum est

48 sive *sit* sive l. 49 *est* delendum. — 49 *diffinitio* cod. — 51 πραγματευομένη καὶ δοξάζουσα? — 52 *mortuum* cod. a pr. — 56 *et ..eos* cod., duabus literis erasis, *ip*, quantum in vestigiis cernitur, ut *ipsos* pro *eos* scribere voluisse videatur. — 59 quanquam rarissimi sunt in egregio hoc codice librarii lapsus, hic ego lapsum arbitror et *ferri* scribere debuisse. — 63 *corruptionum* codex, item lapsu (neque enim pluralis erat in græcis), sed recte lin. 66. — 69 *et contrariis* aliquatenus forsitan defendatur argutiis, sed scribendum *e contrariis*, ἐκ τῶν ἐναντίων. Ibidem scribas etiam *Et* [*in*] *mutationibus subsistit* : proclive nimirum erat legere καί ubi græcus librarius exaraverat vel debebat κάν.— 71 μεταβληθεῖσα καὶ τοπικὰς sive κατὰ τόπον μεταβολάς, vel similiter. Nam aperte jungenda quæ sic posita sunt in cod. : *transmutata. Locales etiam motus. Nunc* etc., cum his majusculi. — 87 post *quidem* duæ literæ erasæ in fine versus, *ex* eadem manu sequentis initio præmissam. — 3 *est* inter lin. ead. m. — 4, 5 τοῦ ἑνοειδοῦς καὶ τοῦ συμφύτου. Suspicor autem errorem subesse verbo *convertunt*, quomodo reddere solet ἐπιστρέφουσιν, sed poscitur αἱ δὲ ποιότητες ἐπεισφέρουσι καθ' ἕκαστα (scil. τῶν ζώων) τὰς ἐν μέρει διαφορὰς, ἐξ ὧν... an διαλαμβάνονται? quibus secernuntur quæ dicimus *individua* sive singula. Ceterum incerta valde res est in verbo *recipiuntur*, quo alibi reddidit ἀπολαμβάνω. — Scripta hæc (ut in tanta nunc ambiguitate) delere nolebam postquam incidi in sequentis paginæ locum hunc, lin. 63 seq. : (*incorporales essentiæ*) *convertunt illa in quibuscumque sunt* IN *operationem jux secundum eas est*. Hinc probabilius fit in nostro loco excidisse voculam *in* ante *eas differentias*, et deinde ἐξ ὧν καταλαμβάνονται (intelliguntur illæ ipsæ ποιότητες singulorum).

quæstionis : quomodo anima cum corpore est et per qualem speciem adunationis sive mixturam sive compositionem seu etiam aliam quandam connaturalitatis formam. Videmus enim omnem essentiam acceptam in unius cujusdam substantiam, animalis fortassis aut corporis, si prius aliunde transmotata et corrupta, sic committitur in unius substantiam. Non enim inest intelligere et simul salvatam incorruptam et ad substantiam alicujus unius commissam. Si enim corrupta sint unita, unam perficiunt substantiam ; si vero salvari possunt, etsi fortassis nos lateat, non videtur connaturaliter in unam substantiam uniri, sicut mixtum ex vino et aqua, siquidem olearis spongia repellit puram ex mixtura aquam, et papyrus similiter. Per hoc coaptari æstimandum sibi invicem, sed non uniri naturaliter. Tale igitur mirabile in anima, quomodo id ipsum et miscetur alteri, sicut ea quæ sunt concorrupta, et manet sui salvans essentiam, sicut ea quæ sunt apposita. Natura enim ista incorporalium : etenim eorum quæ sunt immaterialia mixtura non efficitur cum corruptione, sed improhibite per omnia implent se habentia opportune recipiendo, et per totum perveniunt sicut incorrupta sibi invicem, et manent incommixta et incorrupta. Incorporalis enim essentia et sui est unifica in impertibilitatem et cuicumque proximaverit corpori ad contemperationem, ex qua et particulæ corporis sibi invicem uniuntur. Manet ergo inconfuse unita, ac per hoc impertibilis quidem natura, partita vero connaturalitate quæ est ad corpus. In his enim quæ illuminant, utpote lucerna posita, solummodo lux aera quodam modo afficit, ipse vero ignis in candelabro tenetur : in essentiali autem incorporali vita animatum quidem corpus fit illuminatum ab ea, verum tamen non miscetur in unum, sicut ignis, sed est ubique corporis, non ut aliud in alio per appositionem coaptatum, sed inconfuse unitur et per totum diffusa est, manens quidem perfectissime incorruptibilis ut incorporalis. Si vero in corporibus non recipiunt talem unitatem fieri mixtorum, sed id ipsum ostendunt existentem mixturam, non est impossibile, sed, quia incorporalis, anima impassibilis est malis intrantibus obaudiendo corporibus in mixturis. Incorporales enim essentiæ corporibus uniuntur et manent inconfusæ, unumque cum alio factæ et per se ipsas unum salvatæ, et tamen convertunt illa in quibuscumque fiunt in operationem quæ secundum eas est : sicut sol in lucem aera convertit, et ignis proxima calificat ; lux vero unitur quidem aeri, sicut ea quæ sunt concorrupta, et inconfusa manet ad eum. Propterea et incorporalium operatio essentiatur et roboratur in se ipsa, implens facile ad totum quæ se opportune recipiunt. Neque enim, sicut flamma accenditur θρυαλλίδι, ita et anima corpore, sed unitur quidem ut alligata flamma, absoluta vero est ut numerus numero appositus, et neque sic tacta additur ; caret enim magnitudine : neque ut in sacco concluditur ; plus enim quam mensura : sed quædam ineffabilis est unitas eo qui secundum sensum est sermone et phantasia ; recipitur vero secundum solam intelligentiam. Hujus enim universitatis factor, qui etiam intellectuales substituit essentias, *id est natura eorum quæ sunt ex eo occasiones accipit, creat etiam animam per unumquodque corpus et eam univit ei ad illuminandum et

— 15 *sive* eadem ut videtur manus posuit in locum unius literæ erasæ, altioris quidem, haud dubie ἴ (*vel*). — 19 *fortasis* (sic) a sec. in rasura : τυχόν. In sequentibus expressi primæ m. quam erui scripturam. Sic enim sec.: *si prius ab alio transmotatam et corruptam sic* (hic *in* erasum) *unius substantiae.* — 21 *intelleg.* a pr. — 26 δοκεῖ hic pro plurali erat. — 28 *spongea* cod. Deinde ἐξηθεῖ et ἐξωθεῖ confusa. — 29 *papirus* cod. — 37 *oport.* cod. — 51 *miscetur*, scil. anima. — 54 *defusa* cod. — 59 *inpass.* cod. — 60 *obaudiendo* incertum primane an altera manus. Scriptum erat *ad obaudiendum.* — 67 δέ hic reddi debebat *sed inconfusa.* — 69 *essentiatur*, syllaba *tur* a sec. in rasura altius elata, ut *lis* fuisse videatur. — 70 *qu..* (a sec. *ae* in ras.) *se oportune recipi.* (a sec. *unt* cum compendio in angustissima ras.) Prima igitur *quod se op. recipit*, recte emendatum. — 71 ΘΡΥΑΑΛΙΔΕ a sec. in ras.; in margine : ΘΡΥΑΑΛΙC *est stuppei candelabri ardens summitas.* — 72 *alligata*, ἐναρθεῖσα? — 74 *tacta additur* a sec. in rasura. — 76 mireris hic πλέον γὰρ μέτρου, mensuram excedit, vel [τούτου] τοῦ μέτρου, mensuram corporis, utpote quæ τόπῳ οὐ περιγράφεται. Sententia apparet, in verbis hæreo. — 79 *intelleg.* a pr. — 80 *qui* in marg. eadem m. — 81 *id est* a sec. in rasura trium literarum. — 82 in *accipit* ultima litera *t* a sec., ut videtur, posita est in loco eluto potius quam raso duarum literarum. Quæ talia fuisse puto : Τούτου γὰρ τοῦ παντὸς ὁ ποιητὴς sive δημιουργὸς, ὁ καὶ τὰς νοητὰς ὑποστησάμενος οὐσίας (καὶ ἡ φύσις τῶν ὄντων ἐκ τούτου sive ἐντεῦθεν τὰς ἀφορμὰς λαμβάνει), etc.; nam eorum quæ sunt in rerum natura causæ et formæ repositæ sunt in intellectualibus, ex doctrina Platonicorum. Sic mirum illud atque importunissimum *id est* explicari posse videtur : quod per παρένθεσιν dixerit Priscianus, interpres cum principe enuntiato conjunxerit, ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς... καὶ ἡ φύσις τῶν ὄντων, idem utroque vocabulo significari existimans et καί exponens potius quam vertens. Sed τῶν ὄντων refertur ad ἀφορμάς.

vitam. Quia enim unitur, compassibilitas declarat; quia vero non concorrumpitur, ostendit segregatio facta per somnos. Redit enim pulcre in se ipsam anima et solum veluti per vaporem extenuatur corpus vitaliter, sicut in cinere flamma occulta. Incorporalia igitur et corporibus et per eandem ἀναλογίαν incorporalibus aliis unita et commisceri possunt et segregari, ac per hoc mixtura corporaliter non facta, sed secundum compassionem et similitudinem, ad illud inclinat. Inclinatio enim æstimatur mixtura, sicut etiam in consuta distantia, non tamen essentiæ corruptio. Per hoc igitur anima corpori miscetur salvans sui essentiam et operationem incorruptibilem.

[QUÆSTIO SECUNDA.
DE SOMNO.]

Secundum interrogatorum capitulorum de somno et ejus natura; et si secundum unam an secundum duplicem accidit animam; et utrum calidus an frigidus est somnus. Habet autem capitulum sic: Et hoc quoque, quid est somnus et qualis naturæ? et quid dormire, quidque vigilare? Quoniam enim, cum homines dormiunt, in ipsa soporationis hora videtur in illo corpore anima per quasdam quidem partes actualis, et per quasdam silens et inactualis: et inactualitatis quidem est non sentire quid neque scire, sive pedum et manuum actiones recipere; actionis vero partes sunt inspiratio, et respiratio, et visiones et somnia et phantasmata videre, et digerere, et corpus quietum facere. In eadem quidem hora sic apparet quasi duplicem habere animam, eo quod secundum quædam quidem mortuo proxime sit, secundum vero quædam viventi; et quomodo si sit hoc possibile, dimidiam quidem partem animæ vivere et vigilare et agere; dimidiam vero mortalem et sopitam et inactualem? Si autem animæ hominum in corpore non simplices, sed duplices, quomodo possibile duas animas in uno corpore esse? Si enim possunt duæ animæ in uno corpore esse, * tamen præclarum quia una ab altera segregata est et actione differunt, una quidem anima illa erit sopita et laxa et inactualis, altera vero semper vigilans et agens, inspirans et respirans, et digerens, et corpus quiescere faciens: si vero non præclarum quia altera ab altera differt et natura et actu, et si actuale quidem unius animæ in corpore inhabitationem ostendit, * quam alterius animæ aliquando quidem inactuale, aliquando vero actuale, deliberarit quis, utrum in tempore actuali in corpore erit an extra: siquidem sicut actionis tempus ostendit in corpore habitationem, sic tempus otii contrarium.

Cum his etiam hoc deliberandum, quia somnus calidus est aut frigidus. Si enim calidus, ob quam causam sitim restringit et humiditatem auget? si vero frigidus, quare cibos in digestum ducit, et corpus calificat, et sudores recipit? Et si somnus quidem unius cujusdam naturæ est, quare duo quædam natura differentia a se invicem facit? Si vero duplicis naturæ est, calidæ et

---

— 84 *compasib.* cod. — 87 in græcis aliquid vel corruptum erat vel omissum : καὶ (ἡ ψυχὴ) μόνον ὡς δι' ἀτμὸν (?) ἀπολεπτύνεται τὸ σῶμα βιωτικῶς, οἷον ἐν σποδῷ φλὸξ κεκρυμμένη. De anima loquitur, et *corpus* per appositionem jungendum cum eo quod latet in *per vaporem*, quem excludit comparatio altera. — 90 ΑΝΑΛΟΓΙΑΜ cod. — 93 *compassionem* cod. — 95 *consuta distantia* haud dubie ex re musica est petita, et inde explicanda, de *consonanti* διαστήματι. Græcam vocem non inveni. Simile hoc *harmoniæ præstabilitæ*.

QUÆSTIO II, sine titulo. — 6 *dormi* a sec. in ras. — 9 et 10 bis a pr. *quaedam*, a sec. *s*. — 10 *silens*, ἠρεμοῦσα. Etiam ἀργίαν apud Aristotelem reddit *silentium*. — 15 cod. *degenere* a pr., *degerere* a sec. — 18 *proxime*, ἐγγυτάτω. — 19 omitte *si*. Reddidit πῶς ἂν εἴη. Deinde *dimediam* a sec., recte a pr. — 20 *vigelare* cod. — 21 *dimediam* cod. — 25 *due* cod. Deinde post *tam* duæ literæ erasæ, *en* potius quam *est*. Non debebat mutari in *tum*. Huc enim referuntur sequentia l. 30 : *si vero non præclarum*, et dilemma posuerat Priscianus, fortasse per εἰ μὲν οὖν, quod μὲν οὖν est ubi reddi possit *tamen*. — 29 *vigelans* et *degerens* cod. — 30 *Si vero non* a sec. in angusto spatio, in quo eluta 4 vel 5 literæ. — 33 *quam* ita scriptum ut *a* in ras. sit a sec., priores literæ atramento iterum inductæ. Sententia aperta, sed verba negotium facessunt. *Inhabitationem* Græcus ἐμμονήν potius quam ἐνοίκησιν dixerit, de anima quæ in corpore tam dormienti quam vigilanti constanter operatur et semper in eo manet. *Quam* videri posset ἢ pro μᾶλλον ἢ dictum, sed in tali loco comparativus exprimi debet. Accedit quod in sequentibus, ubi de altera anima agitur, *deliberarit quis utrum* etc., desideratur subjectum : quæ res credibile reddit hæc ad alterum membrum pertinuisse, sic fere : *propter* vel *circa alterius animæ aliquando quidem inactuale, aliquando vero actuale, deliberarit quis, utrum* etc. (ubi *ea* facile suppletur). ut interpres pro ΠΕΡΙ legerit ΗΠΕΡ, ἢπερ, uncialibus scripta, quod non raro factum. Sed alii in benigniore otio hæc rectius dispicient. — 35 *utrum* a sec. in rasura 3 vel 4 literarum. — 36 mihi sententia postulare videtur *tempore inactuali*. At hic iterum hæsit interpres : post *eri* rasura lata 12 vel 13 literarum, cui sec. imposuit *t an extra*. — 41 codex *umiditatem* tantum non ubique. Noli cogitare de *restinguit*. Glossaria : καταστέλλω, *restringo*. — 42 *degestum* cod.

frigidæ, deliberandum quæ partes caliditatis et quæ frigiditatis.

Et hoc autem oportet dicere, quare, somno ex natura corpus quasi solvente, actum quendam validus facit; veluti enim fortiori stomacho facto, cibos abundantius digerit. Hoc autem sic deliberandum, quia si somnus omne corpus dissolvit, itaque et stomachum simul dissolvit et mollificat, aut non; et si quidem solvit, quare cibos abundantius digerit; si vero non solvit, quomodo totum corpus solvit, stomachum autem non?

[*Spatium recipiendo titulo.*]

Oportet itaque nos et hîc quæ veteribus sapientibus dicta sunt sæpe et in multis congregare, et discernere, utrum passio est animæ somnus an corporis, an communis utriusque : quod est verum, eo quod circa sensum efficitur, commune autem corporis animati sensus : et est quidem somnus in modum quendam sensûs et immobilitas et vinculum, vigilia verò remissio et solutio. Si itaque sensivæ partis passio est somnus, proprium autem αἰσθητήριον inest et commune genus per omnes sensus, porrigens ipsis αἰσθητηρίοις convenientes virtutes; primum autem et proprium αἰσθητήριον quasi spiritum materialem porrigens cor esse dicimus, ex quo principium motus et proprii sensus : manifestum quia circa ipsum utraque efficitur naturaliter passio somnique et vigiliæ : non enim dixerimus somnum privationem vigiliæ esse, sicut sanitatis infirmitatem et cæcitatem visus, et his similia. Quæ enim secundum privationem inducta sunt, contra naturam sunt, nocentia et minorantia eorum quæ secundum naturam sunt essentiam et operationem : somnus vero in salutem animalis a natura inventus, non minus evigilatione secundum naturam est, causaleque propter naturam faciendi. Si autem bonum est requies omni usitato quidem moveri, non valenti autem continuatim et semper motum habere, quippe si malorum non obliviscetur, corrumperetur. Utilis itaque et necessarius in salutem somnus : igitur et naturalis. Si enim necessarium est animal esse et salvari secundum sui naturam, cooperabitur ad salutem sibi omnino utrumque naturaliter et vicissim evigilantia et somnus.

Ostenditur autem et aliter somnus esse naturalis cum delectatione essendo et neque nocendo aut contristando, sicut privationes habitudinum. Nullum enim causale salutis naturæ contra naturam, neque sic delectabiliter et utiliter sicut ea quæ sunt secundum naturam. Somnus itaque insensibilitas quædam est naturalis et communis passio animæ et corporis, quoniam et communis eorum proprii sensus motus. Manifestum quoque et illud, posse prædictis ut conceditur particulis animæ separari nutritivum in habentibus animam corporibus (et quia hoc poterit extra esse alia sicut in surculis), eaque quæ sunt sensuum et aliarum animativarum virtutum quasi in corpore factarum nihil sine nutritivo posse operari, ut hinc sit clarum quia sensibus per somnum silentibus somnus circa nutritivam partem animæ operatur, non indigens ad hoc æstheteriorum motus.

— 51 post *fac* rasura 5 literarum; *it* a sec. Malis *validius*. — 52 codex *habund.* tantum non ubique. *Degerit* idem hic et l. 56. — 53 *si* a sec. inter lineas. Deinde post *desolu* rasura 3 vel 4 literarum; *it* a sec., quæ et *t* posuit super *de*. Sequenti versu *dissolvit* etiam prima. — 65 *et vinculum*, καὶ οἷον δεσμός Aristot. — 67 ΑΙCΘΗΤΗΡΙΟΝ a sec. in rasura quæ tribus literis hoc spatium excedit. Glossa marg. manus secundæ : Αἰσθητήριον *quasi* ΑΙCΘΑΙCΕΩC ΘΗΡΙΟΝ (sic), *id est sensus custodia*: *sunt enim speciales corporis partes, in quibus veluti propriis sedibus singuli inhabitant sensus, ut oculi auresque et id genus.* — 67 *commune genus*, κοινὸν μόριον Aristot. — 68 ΑΙCΘΗΤΗΡΙC (sic) a sec. in ras. paullo latiore. — 69 *et proprium* (κύριον Aristot.) a sec. in marg.; a pr. positum fuisse videtur post substantivum insequens, quod sec. posuit in ras. 7 vel 8 literis latiore. — 77 *contra* a sec. in marg. adjectum. — 78 *minora* a pr. m., quæ ipsa, ut videtur, inter lin. addidit *ntia*. — 80 *salute* cod.; σωτηρίας ἕνεκα Aristot. — 81 *evigel.* cod. — 83 a pr. per lapsum *omnibus itato;* erasum *b*. *Usitato*, πεφυκότι Aristot. — 85 *quippe* usque ad *corrumperetur* a sec. m. scripta in ras. multo angustiore, ferme 25 literarum. Nihil horum apud Aristot. — 90 *evigel.* cod. — 3 *par* a pr., *ticulis* a sec. in eluto loco 5 literarum. Jure mireris hæc : *prædictis ut conceditur*, quippe vix levissime subindicatis, minime expositis. Videntur ex Aristotele imprudentius arrepta, cap. 1 : διωρισμένων δὲ πρότερον ἐν ἑτέροις περὶ τῶν λεγομένων ὡς μορίων τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ μὲν θρεπτικοῦ χωριζομένου τῶν ἄλλων ἐν τοῖς ἔχουσι σώμασι ζωήν (sic), quæ vides prope ad verbum relata. — 4 *putuerit* a pr., eraso *u*. Δύναιτ' ἂν in græcis fuisse credibilius quam δυνήσεται. Sequentis membri infinitivus *posse*, ad *Manifestum* ille referendus, et ipsa sententia hæc παρέν θεσιν esse suadent : per *et quia* reddere poterat καὶ γάρ vel καὶ δή. — 5 *alia* a sec.; a pr. *alio*.. cum ras. duarum litt., haud dubie *ru*. *Surculis*, φυτοῖς Aristot. — 7 *nutriuuo* cod., cum *t* super medio *u*, ead. m. — 9 *somnium* cod. a pr. *Silentibus*, ἡσεμεῖν Aristot. — 11 *aistheo*-

[*Spatium recipiendo titulo.*]

Causa autem somni animalibus est extrinsecus intrans esca, et intrinsecus humidorum et calidorum superabundantia consistens ex quibusdam causis. Ex tali enim esca in receptivis existente locis vaporatio efficitur in venas, et inde in caput emittitur. Necessarium enim, quod compellitur, usque ad quoddam compelli, deinde reverti et transmitti; calidum quoque uniuscujusque animalium ad superius consuevit levari, et ibi cumulatim gravatas materias ab ipso accidit iterum reverti et deorsum ferri et refrigerare calidum quod circa cor est. Tali autem refrigeratione facta somnus inducitur. Humiditatis enim vapores usque ad superiora implentes circa cerebrum in quod cumulantur, quod est frigidissimum omnium quæ sunt in corpore, aggravant caput et palpebras, et dormire faciunt. Cum vero fluxerint deorsum et reversione illud calidum in ipsum cor compulerint, tunc abundantia humidæ escæ refrigerat calidum quod circa cor est, sicut superposita multa ligna igni refrigerare faciunt, et tunc dormire præparat. Efficitur enim somnus corpulento sublevato a calore per venas ad caput; et dum superatur ex abundantia gravatum, iterum repellitur et deorsum fluendo gregatim infirmari facit naturalem cordis calorem. Digestione autem facta et somnus conquiescit: quamdiu enim indiscretus est sanguis post escæ affectionem, somnus fit; discreto vero sanguine et puriore ad superiora collocato, turbulentiore autem partibus quæ sunt deorsum insidente, resurgit animal ex escæ gravitate absolutum. Causale ergo dormiendi est a corpulento sublevato a connaturali calido pressura cumulata ad primum et proprium αἰσθητήριον. Somnus enim primi αἰσθητηρίου defectus ad non valendum secundum propriam caliditatem operari, ex necessitate quidem animali factus pro salute: salvat enim requies. Sed sicut superintroducta esca somnum facit abundantia humiditatis, sic et conceptio facta interius sive a lassitudinibus sive etiam infirmitatibus: concipitur enim ex labore veluti quædam esca indigesta, si non quædam frigida sit abundantia, quod et infirmitates quædam faciunt, quæcumque ex abundantia calidi et humidi fiunt. Tali igitur indigesta esca inflante ex calore et repulsa deorsum cumulatim et calorem refrigerante efficitur dormire: eadem enim et ibi humidorum ascensio et iterum refluxio. Dormire igitur est refrigeratio; causalia autem dormiendi calida, quia synodus quædam est somnus intus calidi et compressura naturalis; ac per hoc accidunt dormientibus corporalia quidem talia: tunc equidem graviora et humidiora esse corpora et algidiora et tunc solummodo corporis in similitudinem; neque fieri fluxum sanguinis sed breviorem et pigriorem, plus quoque quam evigilantes inspirationem et respirationem. Spiritualia vero, tunc somniari et recordari sine omni sensu vel intelligentia phantasmatum, et dormientes quam vigilantes contemplantiores esse et invenientiores verorum. Graviora igitur corpora fiunt dormientium propter quietem: veluti enim defectus spiritus ex membris fit concumulato calido ad id quod intus est: spiritus enim et calor corpus extendunt, solutionem vero humi-

teriorum a sec. in rasura duabus tribusve literis latiore. — 13 *æsca* codex tantum non ubique. — 16 *vaporatio* a sec. in rasura; ἀναθυμίασις Aristot. — 18 *compelli*, ὠθεῖσθαι Aristot. — 20 *consuevit*, πέφυκε Aristot. — 21 *ibi* a sec. in rasura 5 literarum. — 25 *circa*, τὰ περὶ... — 28 *dormire*, νυστάζειν Aristot. — 33 *enim* inter lin. a pr. — 36 *gregatim*, ἀθρόον Aristot. — 37 *infirmari facit*, ποιεῖ ἐξαλυνατεῖν Aristot. In cod. *infirmari recepit facit*, sed medium vocabulum sex punctis subnotatum. Deinde idem *Degest.* — 40 *post escæ affectionem*, μετὰ τὴν τῆς τροφῆς προσφοράν Aristot. — 44 seqq. τὸ αἴτιον τοῦ καθεύδειν... ἡ ὑπὸ τοῦ σωματώδους τοῦ ἀναφερομένου ὑπὸ τοῦ συμφύτου θερμοῦ ἀντιπερίστασις ἀθρόως ἐπὶ τὸ πρῶτον αἰσθητήριον Aristot. — 45 *præsura* cod. — 46 αἰσθ. a sec. in ras. — 47 AICΘHTHPII (sic) a sec. in ras. Aristot.: ὁ ὕπνος... τοῦ πρώτου αἰσθητηρίου κατάληψις πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἐνεργεῖν, ἐξ ἀνάγκης μὲν γινόμενος, ... ἕνεκα δὲ σωτηρίας· σώζει γὰρ ἡ ἀνάπαυσις. — 52 *conceptio*, κατάληψις, quod satis apparet cur aliter reddiderit lin. 47. — 54 *indegesta nisi q.* a pr. m.; a sec. *si non q.* Aristot.: ὁ μὲν γὰρ κόπος συντηκτικὸν, τὸ δὲ σύντηγμα γίνεται ὥσπερ τροφὴ ἄπεπτος, ἂν μὴ ψυχρὸν ᾖ. — 55 et 56 cod. *abund.*, sine h. — 56 ὅσαι ἀπὸ περιττώματος ὑγροῦ καὶ θερμοῦ Aristot. — 57 *indegesta* cod. — 59 *afficitur* codex. — 60 post *et* litera erasa et ex duabus reliquis *ibi* a sec. fictum. Vestigia scrutanti patet *hic* fuisse scriptum. — 62 σύνοδός τις τοῦ θερμοῦ εἴσω καὶ ἀντιπερίστασις φυσικὴ Aristot. — 65 *quidem* initio versus, cui sec., ut videtur, præposuit *c.* — 67 *in* inter lineas adjectum a sec. Quamquam *solummodo corporis* capi potest de specie inanimati corporis, equidem arbitror in gracis scriptum fuisse τότε μόνον πτωματοειδῆ, cadaveri similia; quod interpres non intento satis oculo legerit σωματοειδῆ. — 68 *sed breviorem*, ἀλλ' ἡ βραχυτέραν, exiliorem. *Plus*, ob calidum intus calidum, τοῦ ἐκπνεομένου, ut ait Aristoteles, ὄντος θερμοῦ, τοῦ δὲ εἰσπνεομένου ψυχροῦ. — 69 *vigel.* cod. — 70 *vero*; redi ad lin. 64. — 71 *fastamentum* (sic) cod. — 72 *vigel.* cod. — 75 *membris* cod.

ditas et gravitas sequuntur, levigantia dum deficiunt : spiritus enim et calor inflans in toto corpore facit illud levius. Ex eadem quoque causa algidiores fiunt dormientes : calore enim relinquente et concumulato ad id quod intus est, necessarium refrigerari ea quæ sunt extra, et sic rigidiores fiunt, et ob hoc sanguis incrassatur. His consequens est et digeri escam facilius et somnolentos incrassari corpus : etenim circumpressum calidum et totum interius cumulatum digerit facile et cito, ita ut et nutribiliora et pinguiora corpora sint : hoc enim a nullo evigilantium sensu impeditur. Spiritus operans per suum naturalem impetum facit motationem escæ : unde turbulenti somni ad digestiones non sufficiunt. Per vero in ea quæ intus sunt caloris collectionem pallidiores sunt dormientes ; (formositatis enim incrementum in sanguine caliditas facit ;) per hoc vero et sudant magis dormientes. Refrigeratio enim eorum quæ extra sunt facta est, calidum vero in unum locum intus conglobatum cito solvit carnem et plus facit vaporationem ; soluta vero vaporatione humiditatis sudor demittitur factus non ex toto corpore, sed circa pectus et collum et caput : pedes vero calidi dormientium ; caliditas enim intus impetum facit et in id quod est deorsum. Fit autem et solutio ex somnis caliditate intrinsecus humidis similiter solutis. Spiritus enim in dormientibus non distentus in totum corpus solvit residuum. Hæc autem accidunt somnis differenter ad ætates et naturas et tempora et horas ; adhuc etiam a locorum causa, sicut et ex aliis modis, quos non est nunc opus enumerare, quæstione ostensa, quia ad somnum humiditatem oportet calidam inesse, et eandem cumulatam intus, ex qua facile esca digeritur.

Utrum vero calidus an frigidus accipiendus sit somnus, ex hoc est intelligendum. Digerendo enim et nutriendo magis est calidus : si vero refrigerari facit quod est extra, multo frigidus intelligendus sit, et quia a dormiendo dum resurgimus, sapientes efficimur, procedente vero hora minus : intelligentia enim per refrigerationem, remissio vero ex caliditate, somnusque ex hoc frigidus, ita ut magis etiam corpus refrigeratum in tempore post somnum sit. Veruntamen æque est dicendum quia, sicut ipse somnus discernitur per partes quasdam quidem ex calidis, ut eæ quæ sunt intus, quasdam vero ex frigidis, ut ipsæ extrinsecus, talis attribuenda est ei natura. Tanta igitur de natura somni dicta ostendunt neque duplicem alligari animam dormientibus animalibus, inactualem quidem actualemque, neque unam in utrumque per medium divisam.

Ex his vero occasionibus et tertium discutietur capitulum habens sic :

[QUÆSTIO TERTIA.
DE SOMNIIS.]

Et hoc autem : Quid est visio et unde fit? et, si notitia animæ est, an dii an dæmones ostendunt ei? Si enim notitia animæ est, quare in tempore velut ignorantiæ et insensibilitatis dum sit ipsa, circa ea quæ futura sunt fortior et potentior est ; unde et prophetias quasdam dicunt quidam ; invigilando vero ipsa animæ notitia circa futura eandem firmitatem non habet, neque prophetat? Et si visio ab animæ notitia est, quare per somnium notitia veluti auditus, et visus, et gustandi sensus est? siquidem somniatim accidit comedere quædam et veluti sentire nos gustum visibilium ciborum ; ea vero vigilantis usque ad opinionem solummodo ; extra visionem vero nullum sensum

— 80 *causam* cod. a pr. — 85 *degeri* cod. — 86 *incrasari* cod., sed recte l. 84. — 88 *deg.* cod. — 89 *evigel.* cod. — 92 *degestiores* a pr., *n* a sec. — 93 *caliores* (sic) a pr. — 94 seqq. *Form.* usque ad *dormientes* in imo margine suppleta a pr.; exciderant ob ὁμοιοτέλευτον. Est *Formosita ..... in* a pr., cum rasura 8 literarum, cui sec. infersit *tis incrementum*, super lineam supplens *enim*. Prima haud dubie scripserat *Formositatem enim in* etc., quæ videri potest transtulisse εὐειδὲς γάρ, quum altera, accuratius inspecto codice, invenerit εὐειδέστερα γὰρ τὸ ἐν αἵματι θερμὸν ποιεῖ (τὰ σώματα, quod hic facile subintelligitur). — 99 et 1 *vaporationem* et *vaporatione* a sec. in ras. Jam supra voc. ἀναθυμίασις interpretem primum fefellerat. — 1 *umiditate* a pr., *is* a sec. — 11 *sicut et* a sec.; *sic etiam* a pr.; nimirum prima lineolam ponens super *c*, altera super *et*. — 12 *quæstio* a pr., *ne* inter lin., fort. ab ipsa. — 15 *deger.* cod. — 17 *intelleg.* a pr., et mox l. 20. Ibidem cod. *Deger.* — 19 *mullo* : an hic Priscianus, post μᾶλλόν ἐστι θερμός, dixerit πολλῷ γε ψυχρός, haud iterato μᾶλλον? — 20 *quia a dorm.* a pr.; perperam sec. *a* erasit. — 26 *æquæ* a pr. — 29 *ipsæ* a sec., *ipse* a pr. — 31 *alligari* a sec. in rasura paullo latiore. Fortasse ἐνδεδίσθαι prius legerat ἐνδεδόσθαι, facillimo in uncialibus lapsu.

QUÆSTIO III, sine titulo. — 9 *ab* a sec. illatum inter lin.; prima et ipsa recte. — 13 *vigel.* cod. (non l. 7.) — 14 a pr. *solummodo..... nullum*, sex literis erasis, cui rasuræ angustæ sec. imposuit *extra visionem vero*. Hoc dicit, ni fallor : extra visionem cogitatio mentis vigilantis nullo

adhibet notitia. In hunc modum et de auditu et visu est dicendum.

Considerantes igitur quid est visio et unde, et quo modo somnia fiunt, dicimus sic. Non est passio sensus somniari : impossibile enim dormientem et conniventem videre aut aliquid omnino sentire; sed neque intelligentis et opinantis partis est animæ, quia nihil intelligi vel opinione conjici sine sensu possibile apparentium sensorum per somnos. Igitur manifestum quia sensivæ partis est somnium, cujus quidem et ipse somnus. Non enim alia quadam parte animalium est somnus, alia vero somniari, sed eadem, dum phantasia ex sensiva sit. Est enim phantasia motus ex facto sensu secundum operationem. In somno vero phantasma somnium dicimus, apertum quia sensivæ quidem partis est somniari : illud itaque phantasticum est. Clarum quoque quia sensibilia per unumquodque αἰσθητήριον sensum inficiunt et facta ab eis passio non solum operantibus sensibus inest æstheteriis, sed etiam transeuntibus jam et cessantibus, veluti si quid motum fuerit ab altero, non adhuc vero movente tactu ipsum, manet motum ita ut movebatur altero, et aliud iterum secundo movetur : in hunc modum et sensus secundum operationem motatio quædam dum sit, præparat passionem non solum sentientibus adhuc æstheteriis, sed etiam sentire cessantibus inesse et multum et profunde; veluti cum est color, visum immittentes tempus multum, deinde transmotantes in aliud, tale videmus secundum in quodcumque transposuerimus visum, qualis ante accepti erat color; et ad solem quoque aspicientes aut ad aliud quid clarum hoc patimur : conniventes enim oculos primum quidem colorem eundem videmus, deinde quod apparet nobis in rubeum motatur, et iterum visui fit purpureum, usque dum in nigrum veniat colorem et sic evanescat. Hoc autem accidit et circa auditum et aliorum æstheteriorum unumquodque. Manifestum igitur quomodo extra sensibilibus recedentibus remanent quædam sensorum in æstheteriis, et horum quædam quidem confusa, quædam vero magis discreta. Per hoc ergo non solum vigilantium motus a sensibilibus facti qui extrinsecus et qui ex corpore insunt, remanent etiam sensibus jam transeuntibus, sed et cum dormimus : magis enim tunc apparent, eo quod interdiu quidem expellantur et evanescant intelligentia et sensibus operantibus, sicut minor ignis a majore et parvæ passiones a magnis; noctu vero propter sensuum silentium et infirmitatem operandi supercrescunt etiam parva, et accidit eosdem motus fieri continuatim, sæpe quidem similes, sæpe vero dissolutos in alias figuras per subjectæ materiæ resultationem, ac per hoc neque post escam continuo, sicut neque infantibus somnia apparent, quomodo in humido perturbato nulla umbra apparet, vel etiam perturbata videtur; silente vero humido pura apparent in dormiendo phantasmata et reliqui motus qui a sensibilibus accidunt. Itaque et melancholicis et febricitantibus et inebriatis visiones turbatæ apparent, inflatione vero sedente et sanguine discreto * tantus salutaris sensorum motus ex unoquoque sensi-

---

sensu ita afficitur, quasi ipsa cummaxime eo sensu uteretur, dum in somnis *animæ notitia* ἐναργὼς audit, videt, gustat, etc. — 15 *adhibet* a sec. in ras. — 17 *quidē* a pr., sed puncto post *d* posito sec. indicat legendum *quid est*. — 20 *conuenientem* a pr., unde sec. *coniuentem*, Aristot. μύοντα. — 21 *intelleg.* cod. — 22 *intellegi* a pr. — 28 *phantasia ex sensiva*, Aristot. ἔστι μὲν τὸ αὐτὸ τῷ αἰσθητικῷ τὸ φανταστικὸν, τὸ δὲ εἶναι φανταστικῷ καὶ αἰσθητικῷ ἕτερον. — 29 seq. ἔστι δὲ φαντασία ἡ ὑπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως γινομένη κίνησις Aristot. — 31 *fantasma* (sic) cod. — 32 *illud itaque* a sec. in rasura 7 literarum. An prima scripserat *quatenus?* debebat certe, Aristot. : φανερὸν ὅτι τοῦ αἰσθητικοῦ μέν ἐστι τὸ ἐνυπνιάζειν, τούτου δὲ ἢ φανταστικόν. — 33 *fant.* cod. — 34 αἰσθ. a sec. in ras. Deinde eadem *sensum*, prima *sensus*. Aristot. αἰσθησιν ἐμποιοῦσιν. — 36 *aistheteriis* a sec. in ras. *Transeuntibus*, ἀπελθουσῶν Aristot. — 37 *et* inter lin. ead. m. — 38 *movente tactu ipsum* scribendum esse putavi, codex *tactum*. Aristot. : τοῦ κινήσαντος οὐκέτι θιγγάνοντος. — 39 *motum* inter lin. adjecit sec. — 41 fort. *mutatio*. Aristot. : ἐπειδή ἐστιν ἀλλοίωσίς τις ἡ κατ' ἐνέργειαν αἴσθησις. — 43 *aistheteriis* a sec. in ras. paullo latiore. — 44 *multum* : error interpretis, καὶ ἐν βάθει καὶ ἐπιπολῆς Aristot. — 45 *dolor* a pr., quæ ipsa correxit. — 50 *coniventes* cod. — 52 *rubeum*, φοινικοῦν Aristot. — 53 *porpur.* cod., πορφυροῦν Ar. — 55 *aistheteriorum* a sec. in ras. paullo angustiore. — 56 *extra*, θύραθεν Aristot. — 57 *aistheteriis* a sec. in ras. — 64 *expellantur*, ἐκφαίνονται Aristot. — 65 *min* a pr., sequente rasura 4 literarum, cui *or* imposuit sec. Vestigia rimando intelligitur fuisse *minimus*. Aristot., παρὰ πολὺ πῦρ ἔλαττόν. — 67 *silentium*, δι' ἀργίαν τῶν κατὰ μόριον αἰσθήσεων καὶ ἀδυναμίαν τοῦ ἐνεργεῖν Aristot. *Supercrescunt*, ἐπιπολάζει καὶ τὰ μικρά idem, sed alio hic verbo usus esse potest Priscianus. — 70 seq. διαλυομένας εἰς ἄλλα σχήματα διὰ τὴν ἀντίκρουσιν Aristot. — 73 *umbra*, εἴδωλον Aristot. — 74 *perturbata*, διεστραμμένον πάμπαν Aristot. Ibid. *silente*, ἠρεμήσαντος Ar. — 75 *fant.* cod. — 78 *turbatæ*, ταραγμέναι Aristot. — 79 corrige *tantum*. — 80 seq. σωζομένη τῶν αἰσθημάτων ἡ κίνησις ἀφ' ἑκάστου τῶν αἰ-

bilium consequentia et ordinata facit somnia.

Sciendum autem esse ex his quæ per diem fiunt aut causam aut signum aut consequentiam et conveniens. Causa quidem sunt quæcumque ad iter agendum naturaliter insunt et ad intelligentiam movendi in operationem utiliter apparentia; signum vero quod secundum motum nocturnalium phantasmatum factum; conveniens autem cum ex quadam fortuna ea quæ cum die fiunt, consequuntur. Motus quoque per diem, parvi quidam dum sint, majoribus evigilativis motibus demoliuntur, sicut diximus; in dormiendo vero contrarium : etenim parvi magni videntur esse, clarumque in accidentibus per somnos; æstimant enim fulminare et tonare parvis sonitibus in corporibus factis; similiterque melle et dulcibus undis frui brevi phlegmate defluente, et ingredi per ignem et calefieri (aut etiam in aquam immitti) parva nimis caliditate (aut etiam humiditate) facta circa quasdam partes. Videtur quoque esse mirabile quia eorum quidem quæ in somnis fiunt phantasmatum resurgentes recordamur, eorum vero quæ agimus vigilantes nullam in somnis phantasiam aut memoriam habemus. Causa autem, quia memoriæ fiunt aut eorum quæ sentiuntur aut phantasia videntur. Neutrum autem per somnos accidit : dormientes enim non sentimus et eorum quæ secundum veritatem aguntur nullum est phantasticum; itaque consequenter neque somnium. Sunt autem eorum quæ per somnos fiunt quædam non solum ex phantasia quadam, sed et passione alia : sicut esurientes aut sitientes aut etiam saturati esca* vident manducare. Si vero phantasmatum aliquando memoriam habent dormientes, sed quæ ab eis acta sunt ignorant : neque enim quoscumque alios motus evigilativos movent per somnum aut recordantur, utpote conversiones, mentis excessus, afflictiones et alias motabilitates. Multis namque particulis operantibus sentire apparent gustu et tactu et auditu et æstimant sitientes ad fontes currere et consequenter aliis passionibus impetum facere. Apte vero et secundum tempus aut corporis qualemcumque et positionem et recubitum somnia fiunt turbulentiora aut magis pura. Circa enim ver et autumnum turbida et falsa, veluti ab ipsa*continuo esca, matutina vero, cessante jam perturbatione, pura; et iterum qui sunt supini somniantur, proni vero dormientes bene collocantur, id est minus somniantur.

Et hæc quidem et plura alia quisquis ostendere potest communioni animæ et corporis tradens sensibilis phantasiam et omnino somniari, siquidem oportet hæc quidem naturalibus rationibus de anima sic incorporali et diviniori intelligere : etenim et vacantium naturalibus quidam ad hoc unum intendebant, non solum a sensibilium susceptionibus, sed etiam ab ipsa anima causas esse somniorum, eo quod futura consuevit prævidere,

---

σθητηρίων ἐρρωμένα τε ποιεῖ τὰ ἐνύπνια Aristot. Hic igitur locus alteram manum effugit, quæ *unaquoque xsthetiorum* reponere debebat; simul hinc apparet quid scriptum primitus fuerit in tot locis quæ secunda recte correxit. Non opus memorari quam male verterit σωζομένη, ut sententiam adjuvare voluisse videatur addito *tantum*. — 82 *ex his*, τούτων, sive potius τῶν μεθ' ἡμέραν γινομένων, quod reddendum erat *horum*. Alterum rem prorsus pervertit. — 83 *consequentiam et conveniens*, σύμπτωμα apud Aristot. — 84 ad 88, hæc quid sibi velint intelligitur ex Aristoteleis : ἐνιά γε τῶν καθ' ὕπνον φαντασμάτων αἴτια εἶναι τῶν οἰκείων ἑκάστῳ πράξεων οὐκ ἄλογον· ὥσπερ γὰρ μέλλοντες πράττειν, καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ὄντες, ἢ πεπραχότες, πολλάκις εὐθυονειρίᾳ τούτοις σύνεσμεν καὶ πράττομεν (αἴτιον δ' ὅτι προωδοποιημένη τυγχάνει ἡ κίνησις ἀπὸ τῶν μεθ' ἡμέραν ἀρχῶν), οὕτω πάλιν ἀναγκαῖον καὶ τὰς καθ' ὕπνον κινήσεις πολλάκις ἀρχὴν εἶναι τῶν μεθ' ἡμέραν πράξεων διὰ τὸ προωδοποιῆσθαι πάλιν καὶ τούτων τὴν διάνοιαν ἐν τοῖς φαντάσμασι τοῖς νυκτερινοῖς. Οὕτως μὲν οὖν ἐνδέχεται τῶν ἐνυπνίων ἔνια καὶ σημεῖα καὶ αἴτια εἶναι. — 88 *fant.* cod. — 89 *furtuna* cod. — 90 *consequuntur*, fortasse ὅταν ἐκ τινος τύχης τὰ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ γινόμενα ἀκολουθῇ, visis congruant. Sic malim quam altero modo accipere. — 91 *mo.bus* a pr. (*morbus?*), *ti* a sec. Aristot. : λανθάνουσι παρὰ μείζους τὰς ἐγρηγορικὰς κινήσεις. — 94 *clarumque* scripsi : δῆλον δ' ἐπὶ τῶν συμβαινόντων καθ' ὕπνους πολλάκις Aristot.; *clareque* cod. — 95 *estimantur* codex. Errorem interpretis corrige ex Aristotele : οἰονται γὰρ κεραυνοῦσθαι καὶ βροντᾶσθαι μικρῶν ἤχων ἐν τοῖς ὠσὶ (ab interprete habitum pro compendio voc. σώμασι) γινομένων. — 97 *undis*, χυμῶν Aristot., idemque ἀκαριαίου, *brevi*. Cod. *flegm.* — 98 seq. quæ parentheseos signis circumdedi, Priscianus addidit Aristoteleis. — 1. Sequentium nihil petitum ex Aristotele, ut credibile sit esse Theophrastea ex libro *de Somno et somniis*, quo in hac scriptione usus est Priscianus. — 3 *fant.* cod. — 4 *vigel.* cod. — 6 *habens* a pr., *habemus* a sec. — 13 *fant.* cod. — 15 corrigendum *videntur*. — 16 *sed*, conf. p. 555, n. 41. — 18 ponendum erat *moventur*, κινήσεις ἐγερτικὰς κινοῦνται. — 19 *conversiones* ambiguum; fortasse μεταβολάς, mutationes mentis et consilii; nam plerumque mentem quæ prius erat somniamur, non recens mutatam. — 20 *mentis excesus* (sic) a sec. in ras. angustiore 8 ferme literarum; ἐκστάσεις? — 21 *nanque* a sec. *Particulis*, μορίοις. — 24 ὁρμᾶν? — 29 *cesante* cod. — 30 *sopini* cod. — 34 *tradens*, προσνέμων, ἀνατιθείς, nisi forte dixit ἀποδιδούς. Ante *sensibilis* aliquid erasum; vestigia *et* ostendere videntur. — 37 *sic*, an imprudens οὕτως legerit ubi erat οὔσης? — 39 non satis video quare *ad hoc* UNUM : unde suspicor interpretem

et quæ a se agenda sunt aut aliter accessura præsignificare. Separata enim corpore melioribusque operationibus et virtutibus cumulata, præclarum quomodo per se ipsam facta et a nullo corporalium perturbata contemplatur pure, et præ oculis facit futurum. Unde et provida per somnos est : non autem hoc fieret, nisi etiam cum corpore unum esset animal, et sine corpore unum quiddam esset anima : salvat quidem suam essentiam, unita vero corpori, et consequenter separata, ad naturalem sic unitatem constituendam. Si autem per somnos rigida membra tegimus et digitum stringimus, abstrahere quodam anulum volente, velocem oportet per hoc arbitrari ad illam partem consensum animæ : plaga enim aut clamore insultante insilit tota corpori et induit illud pulcre propria virtute, relicto eo quod * parvum est, et per illam movetur partem naturalis et tota operando, quasi non partita in ipso, * et partitis quibusdam distinctionibus totius virtutis utitur. Dormit ergo universo corpori, et digito vigilat ad tangentem et adtrahere festinantem, eoque timide tangente ad illam partem vigilavit. Si igitur segregatur corpore in somnis, digna fieri potest deo missis visionibus (et nunquid hoc videtur Aristoteli et quibusdam ex illius schola), et a deo missas operationes et virtutes accipit, quas pulcre habet et facile commixta intellectualibus. Unde et sine somnis anima corporalibus purgata intellectuales habet receptiones et cum divina quadam operatione prævidet futurum.

[QUÆSTIO QUARTA.

DE TEMPESTATIBUS ANNI.]

Et hoc autem deliberandum, quare per unumquodque climatum sint IIII conversiones solaris anni : vernalis, et æstiva, et autumnalis, et hiemalis; et his in una distinctione temporis factis, diei et noctis magnitudo et brevitas, et aeris perturbationes, et nimbus, et caliditas et frigiditas per unumquemque locum et clima differt et variatur. Plures enim pluviæ per boreas partes in hieme fiunt, in australibus vero partibus in æstate. Est autem et in una regione aut loco cognoscendum, ubi altitudinis quidem aut profunditatis aut austri aut aquilonis nulla habetur differentia, aeris vero perturbationes et imbres in plus et minus caliditate aut frigiditate differunt.

Primum redarguere oportet de quæstione minus acute scribentes; neque enim IIII anni motationes dixerit quis conversiones nominans, sed magis horas vocant veteres sapientes, quamvis quidam in abusione conversiones vocent eas non proprie; et per unumquodque septem climatum non invenerit quis quattuor horarum alienationem et continuitatem per tempora factam. De approbatione autem horum hæc oportet anticipare per contemplationem. Conversio enim est proprie tempus per quod sol ab aquilonalibus ad australia, aut ab australibus ad aquilonalia, incipit transmigrare, ac per hoc circulos facit qui dicuntur tropici. Tropici enim sunt cycli in quos veniens sol et oriri incipiens, conversiones facit : æstivus quidem in quo factus sol et incipiens ab æstivo ortu, æstatem facit; hiemalis vero in quo hiemali oriens ortu, facit hiemem; medius autem horum æquinoctialis cyclus, in quo factus sol utrumque æquinoctium facit. Est enim vernale æquinoctium, quod sol perficit ab hiemali tropico particulatim in æquinoctialem ve-

---

πρὸς τοῦτο ἐνάτεινον divisisse in ἓν ἔτεινον. — 45 *per se ipsam*, καθ' αὕτην, sola. — 54 *stringimus*, σφίγγομεν. — 57 *insultante* facile crediderim fuisse ἐπιπεσούσης ex iotacismo scriptum ἐπιπαισούσης. Neque *clamor* est hujus loci, κραυγή vel βοή : quidni πληγῆς ἢ βολῆς? — 58 *parvum* non intelligere me fateor, et interpretis errorem subesse persuasum habeo. Videant alii. Somniabam ἐκλιποῦσα τὸ ὀλίγου ὄν, relictis visis quæ jam parvi pretii sunt animæ, periclitante corpore suo. — 59 *naturalis et tota* ; fuerit φύσει καὶ ὅλη, et interpres aut minus attentus legerit aut scriptum invenerit per dittographiam φυσικὴ καὶ ὅλη. — 60 post *ipso* distinctum in codice : ὅλη ἐνεργοῦσα, ὡς μὴ μεμερισμένη sive μεριστὴ, ἐν αὐτῷ, scil. τῷ μέρει, ni fallor (ut *ipsa* reddendum fuerit), potius quam τῷ σώματι. Quamquam dubitari potest annon præstet *in ipso* referri ad sequentia, quorum cum præcedentibus junctura obliterata varie potest concipi. — 61 μερικαῖς (quod interpres fortasse legit μερισταῖς, confusis IC et CT) τισι διαιρέσεσι τῆς ὅλης δυνάμεως χρᾶται. — 64 *timide*, εὐλαβῶς. — 66 *et nunquid*, an μήποτε, fortasse? Sic autem Aristoteles : Θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια,... δαιμόνια μέντοι. Cujus secta si negat a deo mitti visiones, fortasse tamen non negaverit *dignam* fieri posse animam cui divinitus mittantur. — 71 *receptiones*, καταλήψεις. — 72 *operationem* a pr.

QUÆSTIO IV, sine titulo. — 2 *quoque climadum* cod., quod correxit Quicherat. *Conversiones*, τροπαί. — 3 *versalis* (ut videtur) a pr., ab ipsa correctum. — 4 *factis*, γινομένων. — 8 *boreas*, βόρεια, sed haud dubie mutandum in *boreales*, quo alibi utitur constanter. — 12 *nulla habet differentiā*, sic codex, quum lineola deberet super ultima litera verbi *habet* poni; sic enim melius quam *nullam habet differentiam*. — 22 *alienationem*, ἀλλοίωσιν? — 27 *ad aquilonia* a pr., ab ipsa, ut videtur, correctum. — 30 *conversationes* a pr

niens; autumnale autem, quod ex æstivo tropico transcendens in æquinoctialem cyclum facit. Duabus igitur, ut dixeram, existentibus conversionibus et duobus tropicis cyclis, unus quidem est cyclus æquinoctialis, duo vero per eum æquinoctia fiunt. Per hanc ὑπόθεσιν, id est quæstionem finitam, dicimus duos quidem tropicos cyclos a conversionibus denominative vocatos παραλλήλους, id est similes sive consequentes, medium vero æquinoctialem.

[*Spatium recipiendo titulo.*]

Sciendum autem, quicumque terram rotundiformam dicunt esse, quinque zonas in terra subponunt : duas quidem utrimque extremas inhabitabiles ab excellentia concretas et frigidas vocabant : sub ipsis enim sunt polis, qui utrimque extremitates sphæræ obtinent, merito longe remotæ sunt ex via per quam sol iter facit. Mediam vero harum quinque ardentem, quasi sub ustione flagranti inhabitabilem a tropico pervenientem in alterum tropicum; duas autem solas esse habitabiles, quarum utraque ponitur παράλληλος inter unam gelidarum et mediam ignitam* quasi extremitatibus accipientes concretum et calidum aera qui in ipsis est temperando; et boream quidem habitari a nobis, austrum vero ab aliis nobis oppositis. Itaque ad positionem zonæ potest idem tropicus aliis quidem hiemalis esse, aliis vero æstivus. Tropico ergo habente talem nominis proprietatem, id est continente motationem secundum horas, dixerit quis, quattuor discerni et impleri annum. Sunt autem solæ IIII anni horæ, quantum aiunt plurimi, etsi quidam duas solas dixerint vel III, alii vero etiam plures quam IIII : qui autem IIII eas definiunt, duplas esse virtutes uniuscujusque horæ dicunt, et veris quidem, quod a zephyro ad æquinoctium hiemale, ver esse frigidum simul et humidum subsistens, quod vero reliquum, ver album, humidam et calidam habens virtutem; æstatis autem quoddam quidem quasi vernale usque ad æstivam conversionem calidum esse et humidum, quoddam vero autumnale calidum et siccum; autumni vero æstivalior quidem portio sicca est et calida, subhiemalis autem sicca et frigida : hiemis quoque prima quidem frigida et sicca, ultima vero frigida et humida. De horis quidem tanta quisquis notare potest utiliter.

His igitur ita definitis considerabimus etiam ea quæ sunt de dierum differentia, primum quid est dies manifestantes. Dicitur enim dies tripliciter, aut secundum corpus aer a sole illuminatus, aut secundum ab ortibus in occasus tempus extentum, in quo centrum solis ab ortu in occasum pervenit, id est tempus a quo sol incipit superare horizontem usque dum totus occidat. Dicitur quoque diei et noctis tempus dies. Annum itaque unum sic CCC LXV dicimus dierum et partis alicujus ex ambobus comprehendentes tempus.

Horizon autem dicitur circulus dividens manifestum mundi ab occulto, et extremus visibilis hemisphærii quod supra nos est circularis finis, in campum pelagi undique nihil omnino obsistente, ita ut in circulari plano ambiat et resecet mundi manifestam sectionem, ad veritatem quidem minor hemisphærio, ad visum vero hemisphærium. Ad solem quoque, ortus et occasus, dicitur quadrupliciter. Horizonte enim diviso tropicis cyclis in ortus et occasus, aquilones et meridies, est quidem orientalis ad solem locus per orientale hemicyclium receptus; transitus ejus ab æstivo ortu in hiemalem ortum divisus ab æquinoctiali ortu : occasus autem per diametrum, cui locus ab æstivo occasu in hiemalem, medium habens æqui-

---

43 ΥΠΟΘΕCΙΝ cod. — 46 ΠΑΡΑΛΛΗΛΟC cod. — 51 *utrimque* scribendum erat; *utrumque* a pr., *utrunque* a sec. — 53 item *utrumque* a pr., *utrunque* a sec. *Sunt*, in græcis οὖσαι potius quam εἰσί. — 54 a pr. *longue*, sic, non *longae*. — 56 *harum* .u. cod., cum glossa marg. *quinque* a sec.— 57 *a tropico* ponendum erat; codex *aut tropico*, ortum ex *ab trop.* — 61 in græcis hic putarim non tam ὡς vel οἷον scriptum fuisse quam ὧν, sic fere : ὧν ἀπ' ἰσχατιῶν λαβοῦσαι πηκτὸν καὶ θερμὸν ἀέρα τὸν ἐν αὐταῖς κερανύουσι vel κερανν. quod — σαι legit interpres. — 73 *diffiniunt* cod. — 83 hic codex *humida*. — 85 *diffin.* cod. Deinde *ea* inter lin. illatum a pr., quæ prius ibi scripsisse videtur *eadē*, deinde priores tres literas erasit. — 89 in græcis fuerit ἢ κατὰ χρόνον τὸ ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν εἰς τὰς δύσεις ἐκτεινόμενον. Interpres legit χρόνον τόν... et ob articuli in latinis defectum transposuit. Etiam τόν scripsisse potest Priscianus, sed ut indicavi intelligendus. — 92 *ortis.* codex fere ubique. —95 inter *alicujus* et *ex* erasæ 7 vel 8 literæ. Vestigia acerrime urgendo vix cernas quiddam quasi *alicunde*, ut cogitari possit de ἑκατέρωθέν ποθεν, partis alicujus ab utrolibet sumptæ, sive die sive nocte. —96 *circulus* a sec. in vacuo spatio scriptum. —99 *in campum pelagi* : videatur hic Priscianus, ut Plotinus, imo Græci omnes, homericis vocabulis usus esse, veluti κατ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης, quæ virgilianis reddiderit interpres. — 2 in fine versus *min-*|, ut nescias plane utrum voluerit, *minus* an *minor*. Est ἐλάττων, non ἔλαττον. — 4 *Ad*, nova sectio in cod. inchoatur. Deinde ita distinxi ut *solis* scribi non sit opus; quamquam in græcis omnis literulæ res est. — 8 *receptus*, ἀπολῃφθείς sive ἀπειλημμένος? —

noctialem occasum; aquilonales vero partes horizontis sunt a manifesto polo, meridianæ autem et australes e contrario ab occulto positæ sunt polo.

Omnis enim sphæræ intelligunt duas extremitates quæ dicuntur poli : unam quidem ad borealem partem, alteram vero ad australem positam : deinde accipientes quasi lineam inchoantem a centro borealis poli, et eandem in centrum australis poli oblique ducentes, axem nominant, circa quem omnem circulariter dicunt volvi sphæram, utroque polorum veluti signo et centro quodam immobili manente, ac per hoc inclinatam faciunt axis lineam : quia aiunt borealem quidem polum sursum positum et nobis semper manifestum, australem vero deorsum et semper occultum, et veluti ex superioribus partibus tractum axem usque inferiores flexum esse et non per rectam extendi lineam. Borealibus itaque sursum positis, quoniam zodiacus cyclus obliquus per tropicos, tangitur quidem utrisque per tropica signa, occasu vero et ortu bis æquinoctialem secat cyclum per æquinoctialia signa, per utramque horizontis partem, orientalem scilicet et occidentalem, et hinc multum quidem borealibus distat, australibus vero appropinquat. Propterea etiam inæqualitas locorum contraria fit : aiunt enim inclinari mundum ab arcturis ad meridiem, non inclinato secundum essentiam mundo et erecto, sed a nobis secto horizonte aliter alios habitus juxta ambitum astrorum accipiente. An magis dicendum quia inclinari dicitur mundus, non secundum veritatem, sed secundum phantasiam nobis. Divisum enim ab aspectu nostro hemisphærium obliquam limitantem sectionem habet, ab arcturis ad meridiem inclinatam juxta ambitum ætheris, quoniam tunc totum cœlum rectum est et indevexum. Utriusque igitur poli positione sic apparente et dicta, quoniam et sol zodiacum transiens necessario secundum illius obliquitatem etiam ipse obliquum facit meatum, ita ut et plus distet borealibus partibus, ac per hoc etiam diebus differentiam efficit : mensuratum enim noctis atque diei spatium totas XXIIII horas colligit. Differenter vero secundum positionem locorum accipitur : apud enim quos est maxima dies horarum æquinoctialium XXIII, aquilonalior ordo solis in quinque vel sex dies super terram circum polum vehitur per æstivum tropicum cyclum. Dicitur autem nox eis fieri usque ad unam horam, apud quos arcticus est æstivus tropicus; sicut juxta Thylen insulam scribunt per diem et noctem solem super terram ferri : eos enim qui dicunt semenstrem diem noctemque æqualem, aut etiam quædam borealium partium nunquam illuminari solaribus radiis, rationibus aliis demittimus.

Recurrendum autem ad ea quæ contemplati sumus : extremitatibus enim, ut ostensum est, gelidis et media zona flagrante et ex necessitate inhabitabili manente, non dixerit quis per unumquodque clima quattuor horas anni salvari, etiamsi nostram habitabilem intelligat : primum enim et secundum clima per Meroen et Zoenen ardenti proximum, sicut et septimum frigidæ et gelidæ, tali privantur quattuor horarum temperantia et motu ; sed si quis brevem dixerit fieri et apud eos alienationem, sole eam operante, eo quod omnium motuum et alienationum quæ sunt circa ornatum terræ ipse causalis est secundum rationem : ipsa enim ab eo caliditas propria quidem contemperans, aliena vero discernens, et totum movens, omnia transfert. Quoniam itaque ostensum est solem distare a polo borealium partium, colligitur omnino et frigidissimum esse quod continetur in ipsis locis, ut congelari aera et neque aquam pluvialem descendere neque spiritum fieri : frigore enim valde aera incrassante, sine flatu et serenus aer efficitur et congelata pluviarum multitudine in silentio defertur nix, et hoc accipiendum est ex Ponto et aliis locis in quibus sunt regiones frigidæ. Propter enim nimietatem rigiditatis spiritus quidem hieme non fiunt, neque aquæ multæ, nix vero et maxime per locos in interiore aere perpetua efficitur. Brevi aere jam tonat et fulgorat et spirituum multitudine quasi fixa quiescente et humiditate deficiente a solis calidi-

13 post *polo* spatium vacuum 4 literarum. — 18 *liniam* codex, iterumque lin. 29, sed lin. 24 *lineam*. — 42 *accipiente* scripsi; *accipientes* cod. — 55 *spacium* cod. — 58 *ordo*, τάξις. — 66 *numquam* a pr. — 67 scribam *dimittimus :* ἄλλοις λόγοις ἀφίεμεν, quod Posidonium sapit. — 72 et 76 *quatuor* cod., sed alibi ut posuimus. — 73 *et* a sec. m. inter lin. — 74 *Zoenen*, Syenen. — 77 *sed si quis dixerit*, λέξαι δ' ἄν τις, ut supra, male expresso ἄν. Minime enim credibile apodosin inesse vocibus *secundum rationem* l. 80, κατὰ λόγον (ἂν εἴποι). — 86 *in i... locis* a pr., spatio vacuo vel diligenter eluto, *psis* a sec. Malis *illis*. — 90 hic non absonum certe σιγή, quæ de ventis quoque dicitur. — 93 *neque a....* a pr., spatio vacuo vel diligenter eluto, *quæ* a sec. — 95 *aera* a pr., *aere* a sec. Ignoro quid sibi velit *interior aer* : suspicor *per locos in interiore* TERRA, procul a mari, ad quod

tate. Virtus enim frigoris ad imbrium descensionem et collectionem spirituum indiget cujusdam commensurationis ex calore ad eorum generationem, frigidum vero summe, sicut et igneum, neque ad ventos neque ad pluvias opportunum. Non igitur borealibus partibus pluvias quis in hieme, et australibus et valde igneis in æstate distribuerit : juxta vero solis distantiam aut propinquitatem tales discerni dixerit motationes. Itaque in una atque in eadem regione consequens est invenire parva distantia frigoris atque caloris statum.

[QUÆSTIO QUINTA.

DE MEDICINA.]

Quintum capitulum habet sic. Et hoc, quare, infirmitate aut passione ex frigiditate aut caliditate facta, qui patientem visitant medici consone ex frigiditate aut caliditate pronuntiant esse, in curando vero et in medicaminum temperantia dissone habent, et alter alterius medicaminis oblationem corrumpentem et contrariam arbitratur esse, alter vero opinionis suæ auxilium afferens, curat patientem? et si quidem medicamenta contraria sunt sibimet et non resecant infirmitatem, quare illorum auxilio laborans sanus efficitur? si vero patienti medicamenta causa sanitatis non sunt facta, sed per eventum, quæ utilitas medicinæ? si autem medicamina causa sanitatis fuerunt, quærendum quia medicamina et auxilium contraria fuerunt sibimet, aut non : si enim contraria erant, quare, auxilio contrario oblato, non contraria perficiuntur? Et hoc, quodam medicamine valde frigido existente et cum altero minus frigido mixto, quæ in frigiditate debet facere, mixtum minori frigido plus facit; si enim, quando semel substitit eodem pondere vel etiam mensura medicaminis æquali frigiditate et pondere. Hoc ipsum autem et de calidis medicamentis rationem habet deliberandi.

Videtur autem nobis non multo dignum præcepto. Si enim confitemur omnes hujus medicinæ artis regulas sane habere, et in ipsa rationum consonantiam immotabilem esse, accipimus quoque et medicinæ disciplinatum æqualiter habentem secundum artem omnes adunare et discernere diligenter in se ipso rationes disciplinæ et ex ea adversus medicorum dissonantiam. Disce quidem multitudinem, sed unum et eundem intellige artificalem, sicut etiam unam esse medicinæ disciplinam. Non amplius de differentia sanitatum aut etiam adhibitione medicaminum convenientium et consequentia cum laborantibus disceptabis undique extincta, ut æstimamus, sed artificalis medicus diligenti cognitione per se ipsum utens disciplina et experimento, medicaminum cognoscet differentiam, sicut etiam unamquamque intelligentiarum, quandoquidem aera et locos [et] aquarum alteritatem cognoscit et proficit infirmitatibus naturaliter et qualitatem calificantium et refrigerantium et mediam temperantiam habentium noscens et quantitatem uniuscujusque ponderans et quæ sit virtus * armorum mixtorum ad alia et per se ipsa datorum, et per nullum tempus aut modum propriis obstabit et ad semper fluentem corporum materiam et motabilem coaptans uniformes curationes, aut etiam speciebus commixtas in mensura quadam et pondere definito indigentibus addens.

[QUÆSTIO SEXTA.

DE MARINIS ÆSTIBUS.]

Et hoc quoque : quare Rubrum mare per singulas noctes diesque, est quidem quando redundat, estque quando recessum expectat, et

---

nix rarior. — 3 *oport.* cod. — 6 *distribuerit*, διανείμειε. — 10 *statum*, κατάστασιν.

QUÆSTIO V, sine titulo. — 7 a pr. m. fortasse *et ei contrariam* scriptum fuit, sed res incerta. — 14 et 15 *fuerunt* cod., non *fuerint*. — 21 *quando* a sec. in ras. paullo angustiore. Deinde *substetit* a sec. Male habitam phrasin medicis apud nos assiduo φιλολογοῦσι curandam reliquo. — 23 *æquali* a sec. in ras. — 26 *præcepto*, παραγγέλματος? — 27 cod. *oms* linea longa superducta, quod indicat et *omnis* et *omnes*. Item l. 31. — 33 *adversus*, ἀντικρυς? — 35 *artificalem* cod. hic et l. 40. — 38 *cum* inter lin. inseruit sec. m. De *consequentia* ambiguus hæreo. Insequentia fuerint τοῖς κάμνουσι διαλέξῃ τὰ πάντοθεν ἀπεσθηκότα, ὡς οἰόμεθα. — 40 *delig.* cod. — 42 post *etiam* litera una erasa, quantum ex vestigiis dispici potest, compendium *pro*. — 43 *in* a pr., *telligentiarum* a sec. in rasura paululo angustiore. — 44 *et* inserui. — 48 *armorum* aliquid monstri alit. Conjiciebam ὅπλων versum esse pro ὀπῶν, succorum herbarum. Audi Theophrastum : τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν (μέρος τῶν φυτῶν) καλοῦσί τινες ἁπλῶς ἐν ἅπασιν ὀπόν, ὥσπερ καὶ Μενέστωρ· οἱ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις μὲν ἀνωνύμως, ἐν δέ τισιν ὀπόν, καὶ ἐν ἄλλοις δάκρυον. — 54 *diffinito* cod. Deinde *adducens* a pr., postea uc erasa.

QUÆSTIO VI, sine titulo. — 3 *exspectat* : in græcis fortasse cum leni nec ineleganti variatione structuræ ἔστι μὲν ὅτε πλημμυρεῖ, ἔστι δ' ὅτ' ἀμπωτὶς ἐκδέχεται.

redundantia quidem lunaliter quantum differt in plus et minus, et neque in redundantia augetur, neque in minoratione privationem aquarum dicunt fieri; neque iterum redundantia ventorum necessitate, neque recessus illorum silentio efficitur : et hoc quoque manifestum, quia maximis fluminibus semper influentibus et refluxu non existente, nulla adjectio maris aquarum apparet.

De accessu per Rubrum mare et recessu, et per exteriorem Oceanum talibus factis passionibus vel in aliis maris nostri partibus, multa quidem differenter dicta sunt a veteribus : qui autem videntur ex omnibus collegisse talis passionis causas, Stoicus est Posidonius Assyrius et ei consentientes, quorum et Arrianus approbat sententiam. Dicunt enim moveri exteriorem Oceanum ad lunæ ambitum, compati vero interius mare : juxta columnas enim Herculis solummodo conjunctum quasi portus pelago, compassione afficitur et alios motus speciales accipit. Declarat quoque Oceani passionem juxta Siciliam fretum quater motum ad lunam : oriente enim ipsa [luna] usque ad medium cœli terminum fertur ab occasu in ortum et dicitur κατιών; a Tyrrhenico enim pelago in Sicelicum defertur usque ad Tauromínium Κοπρίας. Luna vero a medietate cæli descendente, revertitur termino ipse orientis in occasum fluens, et dicitur ἐξιών; est autem infirmior primo; etenim ille cum multo fertur fluxu, ut consequens, ab Herculeis columnis Oceani cum multa velocitate propter strictam viam regione imprimente. Iterum vero luna ab occasu in contrariam cæli subterraneam medietatem progrediente, elevatur accessus κατιόντος, ab opposita autem cæli medietate ad ortum abeunte, redit iterum termino ἐξιών factus.

Hoc autem et circa exterius mare fit, motatum quater in toto ambitu lunæ : et quidem, circa cæli medietates et processiones, ejus accessus, circa vero demissiones et descensiones lunæ in horizontem, recessus accidit. Observata vero est eadem passio in sinibus, et per Rubrum mare meridiei, et aquilonis Hyrcanii maris, et adhuc apud Gadiros.

Non solum vero circa lunæ cælestes medietates generatio accessuum observata est, sed etiam quia circa plenilunia et coitus validissimi fiunt in menstruo tempore; circa vero dimidietates minimi. Movent quoque et alia humida impetum, non quidem ab eadem causa neque juxta compassionem astrorum. Chalcidicus enim εὔριπος, id est aquæductus, septies in die impetum facit; Hellespontus quoque, propter multitudinem in Euxinum pontum intrantium fluminum, aliquando aliter movetur. In Syracusis autem Siciliæ fons Arethussa ex quinquennio, ut arbitrantur quidam, juxta olympiadum positionem movetur. Fit quoque exterius etiam magni maris passio, ita ut accessus in multum epiri et insularum egrediatur usque stadia septingenta, sicut scriptor ait Strabon, ab ipso Posidonio accipiens, in tantum ut etiam in mari campis in XXX stadia in profundum coopertis ex redundantia, jam ibi etiam insulæ recipiantur; redeuntem vero relinquere cito loca sicca occupata interim ab aqua et internavigata.

— 4 *quantum*, ποσόν. — 14 *occeanum* cod. tantum non ubique. *Factis*, γινομένων. — 18 *pasidonius assirius* cod. — 22 *columnas ei hercolis* cod. Scripsi *enim*, quod sequentia postulant. — 24 *afficitur* posui; *efficitur* codex. Jam supra semel vidimus *efficitur* scriptum, ubi sententia suadebat *afficitur*. — 26 *fretum* a sec. in ras. paululo latiore; fuisse *porthmus* ex primæ et ultimæ literarum tenuibus vestigiis efficitur. Deinde *motus* a pr., *motum* a sec. — 27 vox *luna* in codice leniter erasa. Deinde *medii* a pr., *medium* a sec. — 28 *terminum* a sec. in ras. Strabo : λήγει ὅταν συνάπτῃ τῇ μεσουρανήσει ἑκατέρᾳ. Plura noster ex Posidonio excerpsit quam Strabo I, p. 55. — 29 *a terrenico* codex : τὸν ἐκ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους εἰς τὸ Σικελικὸν καταφερόμενον (ῥοῦν) Strabo. — 30 ΚΟΠΡΙΑΕ codex. Singulari numero Κοπρίαν Strabo appellat hanc ᾐόνα τῆς Ταυρομενίας. Ex nostro loco apparet etiam plurali vocatum fuisse τὰς Κοπρίας. In urbis vocabulo librarium fefellit græca declinatio *Taurominiu*, Ταυρομενίου, et sic corrige. — 31 *reverlitur termino*, et mox l. 40 *redit iterum termino*, ignoro quid græce sonaverint; an ὁριστῶς? — 32 *ipse* a pr., nimirum *porthmus*. Secunda *e* puncto subnotavit et *um* superposuit, hæsitans ob masculina sequentia. Deinde in græcis [ΑΠ'] ΑΝΑΤΟΛΗΣ priores literæ exciderint, aut ex verbo pendebat genitivus. — 33 *ille* pr.; iterum sec. *ud* superscripsit, hic ne subnotato quidem *e*. — 35 et 36 hic manifestum mihi videtur genitivos fefellisse interpretem, qui *Oceano* et *regionis* vertere debebat. Hujusmodi enim fuerint græca : ἀφ' Ἡρακλείων στηλῶν τοῦ Ὠκεανοῦ σὺν πολλῇ τῇ σφοδρότητι διὰ τὴν στενοπορίαν τοῦ τόπου ἐκρεῖοντος. — 39 *cationtis* cod. — 45 *demiss.* cod., non *dimiss.* — 48 *meridei* cod.; et mox *hircanii*. — 53 *demedietates* cod. — 56 *calcidicus enim* ΕΥΡΙΠΠΟΣ cod. — 58 *hellisp.* codex. Etiam Strabo I, p. 55, post Chalcidicum πορθμὸν in hac re memorat Hellespontum, sed aliter de eo refert, quippe ex Hipparcho. — 60 *siracusis* cod. — 61 sic cod., *Arethussa*, quod intelligitur cur non mutaverim. — 62 *olimp.* cod. — 64 *epiri*, ἠπείρου. — 66 *possid.* cod. Strabo III, p. 174. — 67 τῶν ἐπὶ (non in) θαλάττῃ πλῶν Strabo. — 69 *recipiantur*, ἀπολαμβάνεσθαι Strabo, apud quem proxime sequentia non exstant. — 70 *interim*, τίως.

Per singulos itaque dies duplices recessus et accessus, ut diximus, in ordine respondentes fiunt. Accessus vero qui per singulos menses fiunt, multo eos qui per singulos dies fiunt, supergrediuntur : in dimidiata enim luna aqua minus intrat, et similiter minus egreditur; coeunte autem ea soli et iterum plenilunio, tunc in magnum mare exaltatur, et cum velocitate multa apparet affluens, et in multum terræ egreditur. Habet quoque ratio et in unoquoque anno hoc ipsum significare sic : circa utrasque quidem conversiones minus aqua et tardiori fluxu intrat; circa vero æquinoctia tale quid pati, sicut et circa plenilunia et coitus videtur factum ; neque quidem ad ipsum lunæ ortum continuo principium fit accessus, sed paululum luna ascendente; neque iterum cum eadem diligenti cœlesti mediete acumen accessus, sed paululum inclinante in aliam partem luna; et paulo post iterum redit, usque dum signum occasus luna superet. Deinde manet tantum temporis in ipsa statione, quantum luna contingat ad ipsum occasum; et adhuc magis tantum, quantum mota sub terram signum transcenderit horizontis. Idem quoque habitus sub terra sideris motus et fluxus redundantiæ et recessus observatur juxta lunæ excellentiam ab uno signo horizontis; sed novilunio et plenilunio in magnum accessus fiunt, sed secundi a coitu vel plenilunio. In id ipsum in eis annualis fit ratio. Sicque, quæ sunt accessus, in ordine proveniunt, ita ut etiam terminos reditus *aquæ ingrediatur in se incipiens refluere et consequenter regredi in terram. In tantum vero aqua egreditur, ut etiam magna flumina in aliam partem convertat. Et hoc aiunt Rhenum, a Celtis currentem fluvium, et alios iterum in Hiberia et Bretaniis sustinere. In Bretania enim fluvium qui dicitur Tamessa, in quattuor dies a mari repletum, ex redundantia converti dicunt, ut et videatur a mari fluens redire, in alias partes.

Horum igitur causas requirens Stoicus Posidonius, ut et per se ipsum explorator factus hujusmodi reciprocationis, discernit magis causam esse ejus lunam, et non solem. Solis quidem enim ignem sincerum esse et summæ virtutis; itaque vapores quantoscumque a terra et mari sublevat, eosdem mox ab igne demolitur : lunæ vero ignem non sincerum, sed infirmiorem esse et imbecillem, ac per hoc fertiliorem quidem in ea quæ sunt in terra ; consumere autem quæcumque infert non potest, sed solummodo elevare humida et fluctificare, submoventem quidem ea a caliditate, non autem minorantem et infirmitate caloris et majori humiditate (unde etiam putrescunt magis quæcumque a luna calificantur) : quoniam et aqua in lebete calefacta mensurate primum intumescit et extollitur * fusa, imposito vero igne incessanter consummata subsidit; atqui et magnum mare a sole quidem æqualiter pati quæcumque in lebete aqua nimio igne; a luna vero, quæcumque ab infirma et prima caliditate. Sic quoque circuire cum luna undam maris, veluti ab ipsa exaltata, et sic infirmata redundare, respiciente autem in occasum coinclinare, hocque ipsum facere et sub terram luna abeunte per singulos dies. Menstrualis quoque * grate influxionis

---

— 76 *demediata enim* (non *autem*) codex, διχοτόμῳ. — 84 sic codex, non *æquinoctiale quid*. — 87 accuratius Strabo ex Posidonio : ὅταν (ἡ σελήνη) ζῳδίου μέγεθος ὑπερέχῃ τοῦ ὁρίζοντος. — 88 *cum* a sec. in ras. duûm literarum; deinde a pr. *deligentia*, ultima lit. erasa; ἀκριβεῖ. Eadem pr. *cælestis medietatis*, quod sec. mutavit. — 91 ap. Strab. ἕως ἂν ζῴδιον ὑπερέχῃ τῆς δύσεως ἡ σελήνη, quæ verba Posidonii et Prisciani male construxit interpres. Secunda etiam diminutivo reddendum esse ζῴδιον credidit et *signum* mutavit in *sigillum*. — 92 a pr. *in... ...one*, sex fere literis erasis; *ipsa stati* a sec. Debebat *eadem :* ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει Strab. — 93 *contingat*, συνάπτει Strabo. — 95 *signum transcenderit horizontis* eodem errore laborant quo lin. 91 : ὅσον κινηθεῖσα ὑπὸ γῆς ζῴδιον ἀπόσχοι ἂν τοῦ ὁρίζοντος ap. Strab. — 97 *excellentiam*, ὑπεροχήν, et *ab* ad horizontem pertinet, non ad signum. Aliis verbis Strabo. 1 Κατὰ τὸ αὐτὸ etc. — 2 τὰ τῆς ἐπιβάσεως. — 4 corrigendum puto *aqua*, et sequenti versu *regredi a* vel *e terra*. Facilis error in unciali scriptura, EIC, EK. — 9 in *bretaniis* punctum sub *n*, casu quidem illatum. — 12 distinxi, nam *in alias partes* haud dubie pertinet ad *converti*. — 13 *possid.* cod. — 15 *descernit* a sec. — 19 *demolitur*, ἀφανίζει : sic vetustissimum Onomasticum gr.-lat. — 20 *imbecilem* cod. — 22 *quæcumque* junge cum *humida*. — 23 *elivare* cod. — 29 *intum* a pr., sed altero ductu literæ *u* in ras., deinde *escit* a sec. in ras. Deinde *imposita*, ultima lit. puncto subnotata et *o* superposito ead. m., ut interpretem dubitasse videas. In græcis fuisse suspicor καὶ ἐξαίρεται, χύδην ἐπιτεθέντος δὲ πυρὸς etc., *copiose addito autem igne;* sic ὑποτεθέντος non erit necessarium. Apparet quid interpretem fefellerit. *Igne* carere non potest additamento. — 32 *aqua animo igne* pr., fortasse ab ipsa correctum. — 35 nota superposita ad *infirmata* refertur quod mire antiqua aliqua m. in margine scripsit *infirmitta* (sic). Si recte habet (de quo dubites) verbum *redundare*, aliter ac supra, hic est παλιρροεῖν. — 38 locus difficillimus. A pr. m. : *quoq.* (sic *quoque* scribere solet) ..... *grat..*, cum rasuris priore quinque literarum, altera duûm; sec. *grate*. Multa investigatione tandem cognovi primam scripsisse *verbi gratia;* de postremo non dubitandum, priorum vestigia *r.. oi* certa, item particula literæ *e*, et summæ literæ *b* aliquid reliquum ; præterea spa-

in magnum procedentis causa, eo quod et lunæ respondent quæ sunt virtutis. Unde in plenilunio et coitu extollitur maxime unda, quoniam et lunæ tunc magna adest virtus : in plenilunio enim totum ejus in terram conversum a sole illustratur, in coitu autem illuminata desuper a sole æqualem in ea quæ sunt in terra virtutem plenitudini præstat. Dimidiatæ vero obscuræ ad maris passionem. Similiterque et sub terram abeunte unaquaque luna nihil minus adest fluctus in ordine, et quidem a luna eadem ratione exertus. Et causam esse ait confluxum fieri etiam circularem aquæ naturam; itaque unda quasi in figura semicyclii elata sequitur lunam. Similiterque per annum venientis accessus luna in æquinoctiis causa est : in utrisque enim sole existente in Ariete aut Brachiis, et lunæ in eadem hora magna est virtus coeuntis soli; ac per hoc, si in alterutra æquinoctialium formarum sit plenilunium, ducente in eà quæ est e contrario. Magnum quoque mare æquinoctiali maxime diffundi cyclo confitetur. Luna namque tunc coeunte soli aut plena existente et super verticem pelago imposita unda maxime elevatur : quando vero alia signa obtinet sol, tunc veniens in Arietem aut Brachia luna neque plena est neque soli coit. Posse autem hoc ipsum et horam anni ex natura lunæ : calida enim est et humida, et hac virtute extollitur unda Juxta hoc quoque hiems quidem humidum sequitur, æstas vero humido contrarium; ver autem et autumnus humidum mensurate et calidum : itaque et luna his simillima. Atqui adulta redundantia meridiante luna, addeturque adhuc magis terminum supergressa medium : utrinque enim statione magis copula lunæ fortiores sunt. Unde et secundam a coitu luna ducens, et æqualiter a plenilunio major unda extollitur magis quam priusquam moveretur in nova utrisque intulit, eo quod nondum quidem alienatur longe, in magnum mota virtute. Ipsa autem in id ipsum statio causali fortior in magnitudinem operis novæ constituta est : hanc itaque quantum advenit veris causam veteres et accessus et recessus pertransibant.

Quare vero per singulos dies fluminibus ruentibus innumerabilibus et magnitudine ingentibus nullo modo mare efficitur plus, neque hoc quidem inconsequens ignorasse quosdam, non tamen difficile inspicienti videre. Ipsa enim multitudo aquæ in latitudinem disposita et in cumulum non pari tempore exsiccatur, sed differt tantum ita ut illa quidem per totum diem * lunarem, illa vero in mare inmissa evanescat velut si quis super mensam magnam distenderet aquæ cyathum : simul enim sentientibus evanescet. Hoc autem

---

lium examussim respondet. Sensus est : καὶ τῆς μηνιαίας δὲ [εὔλογον] εἰσροῆς εἰς μέγα προβαινούσης τὸ αἴτιον. Quærenda vox græca, in qua corrector *grate* adverbium agnoscere poterat, nisi quidem imperfectam reliquit correctionem suam. Primam manum antequam vidissem posse explorari, cogitabam de ἐν εὐχερεῖ, *facilis* (cognitu), quod non raro in εὐχαρεῖ corrumpebatur, velut ap. Oribasium, ubi L. Dindorfii conjecturam firmarunt codices Bussemakeri vol. I, p. 182, 4. — 40 *respondent* a sec. in ras. paullo angustiore; etiam *e* præcedens a sec. est; pr. scripsit *luna*. — 44 ad *desuper* illa manus, de qua ad l. 35, in margine scripsit *novæ* ut glossam. — 45 *prestat* cod. — 46 *de medietate* a pr.; *demediatæ* a sec. Quæ deinde *obscuræ* scripsit in rasura; fuerit ἀμαυραὶ πρὸς... — 47 *unaquæque* codex. — 49 *excerptus* a sec. in ras., deinde erasis duabus literis *exertus*. Videatur in ἐξαρθέν prius conspexisse ἐξαιρεθέν. — 50 τοῦ σύρροιαν γίνεσθαι sive potius ὁμορροήν, quod in vetustis lexicis ignota auctoritate affertur. De consentiente motu lunæ et maris loquitur, et aptius vocabulum græcum quærebam. — 53 *utraque* a pr.; sec. scripsit *in utrisque*, fortasse ut clarius redderet ἑκατέρᾳ. — 55 *ac* a sec. m. illatum. — 56 *hoc*.... (rasura 11 literarum) *æquinoctiali*... (ras. 12 litt.) *plenilunium*. Cetera in illis rasuris posuit m. sec. Ex sequenti versu intelligas, in ὑσημεριῶν σχημάτων interpretem primum vocem *schemata* retinuisse : ibi enim prima m. scripserat *in eo quod est*, altera correxit *in ea quæ est*. — 59 *nanque* a sec. in ras. — 61 *impositio* codex. — 64 *potest* pr., a sec. mutatum in *posse*. Deinde pr. *et in hora*, sec. *et horam*, eraso *in*. — 70 hinc per undecim versus interpres ipse multo plura quam alias usquam retractanda sibi esse putavit, ut jam arduum sit græca in his aliquatenus dispicere; mihi vero ne otium quidem suppetebat. Post *luna* distinctum, deinde erasis literis fere sex *turque* a pr.; *adde* a sec. in ras. — 72 post *medium* nulla distinctio; post *utrinque* sex septemve literæ erasæ, *enim statione* a sec. Deinde *copula* item in ras. a sec. — 74 *ma*.... a pr., cum rasura 4 aut 5 literarum; sub *a* conspicitur extremi ductus literæ *x* vestigium, ut fuerit *maxima*. Sec. *major*. — 75 post *magis quam* ferme 14 literæ funditus erasæ, post *priusquam* aliæ ferme 13, cui rasuræ sec. m. imposuit *moveretur in nova utrisque intulit*. — 77 post *mo* rasura 5 literarum, cui sec. imposuit *ta*. Forma rasuræ respondet voci *movetur*, et sub *t* secundæ cerni videtur *u*. — 78 *statio* a sec. in ras. — 79 *novæ* a sec. in ras. — 80 *advenit* a sec. in ras., in fine versus; initio versus sequentis *veris* a sec. in rasura 6 potius quam 5 literarum — 85 *consequens* pr., initio versus, cui sec. præposuit *in*. Exciderat propter *quidem*. — 89 bis a pr. *illud*, a sec. mutatum in *illa*, item nox *inmissum* a pr., quod eadem sec. correxit. Priscianus τὸ μὲν... τὸ δὲ... haud dubie referebat ad ὕδατος, non ad πλῆθος, noster corrector, quanquam necessario, ambiguitatem reduxit. (Sic lin. 98 paginæ sequentis item *evaporato* pr., de aqua.) Deinde *lunarem* a sec. in rasura duabus fere literis latiore. Sed *lunari diri* non est locus. Ni fallor, Priscianus dixit τὸ μὲν δὲ ὅλης τῆς ἡμέρας εἰλῇ ἡλιακῇ, τὸ δὲ εἰς θάλασσαν κατενεχθὲν ἀπατᾶζεται ὡς ἂν εἴ τις etc., interpres autem, adhærente *s* præcedenti voce, in σειληλιακῇ conspexit σελ[ή]νιακῇ. — 91

et circa flumina accidit : continuatim enim fluentibus et cumulatim semper quod advenit in silentium et latum locum cito exsiccatur et occulte: multis enim vaporibus sursum ductis de mari et aliis sideribus et sole, adveniens aqua ex fluminibus non est major evaporata, eo magis et influens siccatur multitudine et calidissima virtute salsitatis.

Salsum enim esse mare causæ quidem dictæ sunt crebræ differenter. Plures autem aiunt minutissimum quidem ejus et dulcissimum sursum duci per levitatem per singulos dies, et ferri discretum et vaporatum in superiorem locum, ibique iterum consistere per frigiditatem, iterumque deferri ad terram : salsum vero remanere propter gravitatem, sicut in corporibus animalium. Etenim in eis esca intrante * dulcedinem escæ humida substantia et quod superfluum apparet amarum et salsum, ita ut etiam sudores tales sint : dulce enim et potabile ab insita caliditate tractum in carnes et aliam constructionem venit partium, ut unaquæque consuevit. Quia vero est in mixtura dulcedinis salsum, potest etiam hinc accipi : si enim quis saccum formans cæreum in mare immiserit, prius circumligans os tantum ut non infundatur * mari, tunc intrans aqua per cæreos parietes fit potabilis et veluti per colatorium quod crassum et terrenum secernitur, et quod facit salsuginem per commixtionem; et si juxta mare in litore foderit quis fossam, omnis in ea percolata aqua ex mari per occultas terræ venas potabilis efficitur. Satius vero dicere, ipsum sic creatum fuisse a deo, sicut et aliorum elementorum unumquodque propriam habet naturam. Itaque etiam mari connaturale esse salsum pro omnium salute in terra animalium, ut non putresceret omnino : quod quidem videmus evenire in quibusdam lacubus et aliis consistentibus potabilibus aquis. Quod enim circumstat facile ab humidiori vapore corrumpitur spiritibus in plus convecta putredine; et mare quoque partim quidem separatum cito putrescit, omne autem nequaquam. Itaque et hoc provide in mari factum est.

Natura autem aquarum est talis, et non solum in magno mari, sed etiam in aliis pluribus locis: declarat hoc et lacum talem narrando, in quem si quis immiserit ligans hominem seu jumentum, supernatare hoc, inquit, non tamen mergi aut etiam discindere aquam : esse autem amarum sic lacum et salsum, ut nullum nutriat piscem; vestimenta vero lavare, si quis excusserit humectans. Manifestum itaque quia salsugo facit quoddam corpus crassum, et terreum est quod inest. Est autem lacus quidam [alter] in regione Palæstinorum qui dicitur a multis Asphaltitis, quem etiam

---

destenderet cod., superposito *i* a sec. — 94 post *semper quod* rasura ferme 18 literarum, cui sec. imposuit *advenit in silentium*, id est, ut vidimus, ἠρεμίαν sive ἀργίαν. — 98 *evaporato* a pr., correctum a sec. Certum fere est Priscianum scripsisse καὶ μᾶλλον ὅτι, interpretem legisse καὶ μᾶλλον ἔτι, neque enim omisisset *quod*. — 3 *minutissimum*, λεπτομερέστατον. — 5 *descretum* cod., *i* a sec. superposito. — 10 hic in *æsca* m. sec. erasit *a*. Deinde sic a pr. : *dulci*..... (rasura 9 fere literarum) *mida*... (item 2 vel 3 literarum) *substantia*. Secunda *dulcedinem a* (hoc erasum) *escæ umida subst*. Tenuia vestigia indicant primam scripsisse *dulcia*, postea *umida est substantia*. Quamquam suspicor excidisse aliqua in græcis (non enim neglecta esse ab interprete, qui bis hæc tractavit), et secundæ m. accusativus *dulcedinem* maxime mirabilis est, tradita tamen urgendo hujusmodi sententiam elicui : καὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς τῆς τροφῆς εἰσιούσης τὰ γλυκέα τροφώδη ὑγρά ἐστι [τῇ] οὐσίᾳ, τὸ δὲ περίττωμα φαίνεται πικρὸν καὶ ἁλμυρόν. Τροφώδη ὑγρά dixit Aristoteles Probl. III, 6, p. 28, 21 Sylb., ibidem comparandus II, 3, ubi rem, de qua hic Priscianus agit, satis explicat. — 13 *ab insita* a sec. in ras. 13 ferme literarum : ἐμφύτου, prima autem posuerit *a connaturali*, συμφύτου. — 15 *consuevit*, πέφυκε. — 16 *in m*... (rasura 4 literarum) *dulcedine* a pr.; *in mixtura dulcedinis* a sec. Prima scripserat *immixta* vel *immixtū duleedine salsum*. Quæ redeunt eodem. — 17 sic, *caereum*. Rem ignoro. — 18 *circunligans* a sec. — 19 *infundantur* cod., punctis notato *n*. Non intelligo nisi scribatur *mare*. — 21 *crasum* cod. — 23 *et quasi juxta* a pr., deinde *qua* erasum. Ibidem cod. *fosam*. — 26 in *sicut* postremæ 3 literæ atramento iterum inductæ, eodemque *et* in rasura. — 27 *eliment*. cod. Deinde a pr. *habens*, quantum quidem ex tenui vestigio colligitur; *t* a sec. in ras. latiore. — 28 *lta quæ*, ut videtur, a pr. — 30 *putresceret omnino* a sec. in rasura. — 32 *Quod circumstat*, τὸ περιέχον? Pertinet enim hoc incisum ad illa, *pro salute omnium animalium*. — 34 *in plus convecta*, an τοῖς πνεύμασιν ἐπὶ πλέον συμφορηθείσης (sive συνδιαφορουμένης) τῆς σήψεως? ut σύν referatur ad πνεύμασιν, quæ putredinem stagnantium aquarum secum latius differunt. — 40 *lacus* a pr., *lacum* a sec., quæ sequentia *talem narrando* imposuit rasuræ paululo latiori. — 42 *supernatat* a pr., ut videtur; *re* sec. in ras. angustiore. Ab eadem est *inquit* in ras. æquali. — 45 *vestimento* mutatum in *vestimenta*, subtiliter, ut vix cernas. Deinde *excuserit*, superposito *s* altero. Priora de aqua δυσώδει καὶ διαπίκρῳ etc. narrantur (Diodor. II, 48; XIX, 98) de Asphaltitide lacu, cujus infra nominatim mentionem facit Priscianus; sed hæc de *Ascanio lacu*, cujus οὕτω νιτρώδές ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος δεῖσθαι, Aristot. Mir. ausc. c. 53 (54). — 47 *crasum* cod. — 48 uncis inclusi *alter*, quod sec. m. in margine adjecit, de suo, ut credibile est, quum jam supra de hujus lacus natura injecta fuerit mentio, quamquam οὐκ ὀνομαστί. Ibidem cod. *parestinorum*, posito *l* super priore *r* eadem manu. — 49 *asfaltistis* (sic) codex.

Mortuum vocant mare, quasi nihil vivificans in se : ab eo bitumen nascitur. Et circa locos alios ubique terræ fluxus naturaliter sunt salsi fluminum seu fontium, quidam vero calidi et cursiles.

Horum igitur omnium causam dixerit quis con- naturalem et unitam seu ingenitam naturam igniş : ardens enim terra eo magis et minus varias recipit formas fusionum et quibusdam talibus implentur virtutibus, per quas aquæ colatæ sive dulces sint motantur, sive etiam per se natura- liter ex talibus nascuntur fusionibus, et quædam quidem acetæ fiunt, quædam vero amaræ, et iterum aliæ ferventes igne et cursu. Et horum historia plena ex differentiis testata locorum, sicut et ille puteus qui dicitur esse in regione Cisia Persicæ talis : quod eo exhalat variam effert speciem : est enim bituminatum oleum quod vocant νάφθαν, aqua * vero, ita ut tales differentes sint haustus.

SEPTIMUM CAPITULUM HABENS SIC.

Et hoc quoque : Quare grave in aere et ignis in humiditate subsistit et receptionem habet? Videtur enim in aere ignis cum humiditate, et casus cujusdam gravis ex aere fit, et hoc ipsum am- biente in aere solida crassitudine. Per aera enim purum et vacuum solida crassitudine esse potest unumquodque animal, inspirationem et respirationem habendo et a loco in locum transeundo; et omne quodcumque a terra in aera projicitur, iterum in terram resolvitur; et non videtur quid in aere, quod potest grave quid aut crassitudinem sustinere : sæpe vero et puro aere nubs subito videtur, ex qua pluvia multa descendit; et ignes de cœlo, aut fulmina, aut grave quid sæpe cadit ad terram. Et in aere, intus nubibus et pluvia, ignis effulgorat, et lux videtur, et sonitus magni et terribiles, quasi quædam gravia et firma, cum multa et supereminenti virtute inter se invicem collisa, ex aere audiuntur; et in circuitu quoque nubium, tanquam a quadam parva distantia, sol et purus aer, et neque connebulatio, sed neque spirituum motus, sic est, ut possit cognosci quia nubes et pluviam non ex alio loco spirituum necessitas intulit, sed ex ipso aere velociter turbato apparuerunt, et ipse gravis cujusdam casus et crepitus ex ipso aere facti sunt; et hoc quidem præclarum, quia nubes talem soliditatem et virtutem vel crassitudinem non habent, ita ut gracili saltem cuidam gravi in aere resistat et deprehendat.

Argumentum quoque etiam ex hoc, quia in montanis sunt loci ita, ut sæpe quidem supra montium cacumen sole existente et puro aere et nubibus ibi non existentibus, inferius et in planis connebulatio et pluvia in eadem hora sit. Cum vero a cacumine montis in illo loco, quo principium connebulationis est, apparuerit quidam vapor, id est humiditas, invenitur nubs illa, quantumque progreditur quis interius con

— 57 *fusionum*, scilicet ὑλισμῶν, ut ex sequentibus appareret. Et Philoxenus in glossario tribus locis hac voce vertit ὑλισμόν. Deinde corrige *impletur;* minus probabile pluralem ad *formas* referri et *at* redditum esse quasi καί. — 59 sic pro *mutantur*. — 63 διαφόρων potius quam διαφορῶν voluisse videtur Priscianus. — 64 *Cisia*, vide Herodotum VI, 119. — 65 *exalat* cod., superposito *h*. — 67 ΝΕΦΘΑΝ codex. Declinationem ὁ νάφθας etiam Suidas testatur. In proxime sequentibus erratum est : Herodotus narrat τοῦτο τὸ ῥέαρ παρέχεσθαι τριφασίας ἰδέας, nimirum ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον, Posidonius autem (fragm. 62, ap. Strab. XV, p. 743) naphtha album sive sulphur liquidum, et nigrum naphtha sive asphaltum liquidam. Ex Posidonio sua ducens Priscianus : ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀσφαλτῶδες ἔλαιον ὃ καλοῦσι νάφθαν, τὸ δὲ ὕδωρ, ὥστε etc., ut videatur in his verbis, τὰς μὲν εἶναι θείου ὑγροῦ (apud Strabonem), transilivisse θείου, aut alio modo in hunc errorem incidit. Altera manus voculam *vero* punctis subnotavit et *quoque* superscripsit; pejus etiam *ita ut* (quod in rasuræ vestigiis agnoscitur) eadem mutavit in *itaque*, intactum relinquens quod sequitur *sint*.

QUÆSTIO VII, hoc titulo a sec. m. — 2 hic cod. *humid.*, sed 3 ut solet *um*. — 4 verba *et hoc ipsum ambiente in aere solida crassitudine* non extricavi. Sententia postulare videtur, καὶ τοῦτο, οὐκ ἀνεχούσης αὐτὸ ἐν τῷ ἀέρι πυκνότητος, non περιεχούσης. Sic in aqua sustineatur gravia, sed aer οὐ δέχεται, inquit Aristoteles, τὴν πύκνωσιν ὕδατος. Ex sequentibus satis apparet vocabulo *crassitudo* interpretem non reddere πάχος, sed πύκνωμα, πύκνωσιν, στεγνότητα, στερεμνιότητα, παγιότητα, *solida* ut ipse videatur addidisse, non expressisse adjectivum græcum. — 5 seqq. Hæc afferuntur ut probetur aer prorsus esse liquidus. — 10 malis *revolvitur* : sed quid si in græcis fuit διαλύεται? hoc enim facillime deveniri poterat ex διελύθησαν ἐκ' οἴκου et similibus. — 12 *nubs*, sic. — 14 *quid* cod., non *quod*. — 20 *quoque*, hinc nova pagina (versa) eadem manu, sed eo atramento quod adhibet secunda. — 21 *connebulationis* a pr., deinde ultima erasa. — 22 in *spirituum* extremæ 3 literæ in ras. ead. m. Deinde ante *ut* tres literæ erasæ, quæ ex tenui et ambiguo indicio *sic* fuisse colligas. — 29 *causdam* a pr., deinde *us* erasum. *Resistat*, scil. ea soliditas, *et deprehendat*, καὶ κατέχῃ. — 34 post *inferius* rasura 5 vel 6 literarum : cujus vestigia rimatus vix dubites fuisse *autem*. — 38 *nubs*, sic. — 39 *con*, his literis pagina finitur. Sequenti alia incipit manus, sed ejusdem prorsus ætatis. Dubitari sane possit an non sequentia ad eandem pertineant quæstionem; non multum enim abludunt ab incepto argumento. Verum novam quæstionem hic agitari, cujus ultima modo pars superest, codicis conditio persuadet; nam quibus constat ille quaterniones omnes sunt integri,

[*Deest quaternio unus vel plures.*]

sura ipsa scintillæ tunc fiunt quæ vocantur faces et lampades, et iterum quæ videntur extentæ stellæ ex quibusdam talibus arsuris. Inflatio enim ex motu ardens videtur hæc gignere : quando vero a consistente per geliditatem aere comprimitur et expellitur calidum, est horum meatus projectione quadam magis, sed non ex arsura. Sicut enim sub lucernas posita inflatio a flamma quæ desursum est accendit deorsum lucernam, et cito ignis attrahitur fumo accensæ summitatis candelabri violenter attractus; sic quoque et sursum factas efflagrationes æstimandum compressas projici deorsum cum vi, sicut ex digitis nuclei olivæ compressi violenter projiciuntur : etenim ipsi grave habentes videntur sæpe sursum violenter ex digitis pulsi; deorsum vero projiciuntur exusta in aere, eo quod densitate compelluntur ea, et deorsum projiciuntur violentius. Per hoc etiam fulmina et qui dicuntur ex nubibus venti et talia omnia feruntur deorsum. Etenim naturaliter sursum fertur omne calidum : contra naturam itaque ignea arsura repellitur deorsum. Per positionem vero inflationis, utcunque eventus sit positus latitudinis et profundi, sic fertur aliquando quidem sursum, aliquando autem deorsum, aut etiam oblique; maxime vero in obliquum depelluntur. Per hoc duobus meatibus feruntur quæ feruntur, vi quidem deorsum, natura vero sursum : per hoc etiam discurrentium stellarum meatus plurimus obliquus fit, eo quod vero juxta terram sint; et velocitas eorum similis his quæ nobis projiciuntur est, ita ut etiam videantur multa velocitate præterire tunc solem et reliqua astra.

Hoc quoque ipsum accidit et circa eos qui dicuntur turbines. Fit enim turbo cum segregatus spiritus ab aliqua nube offenditur et circumvolvitur circa nubem circulum faciens et circa illam corroboratus ita ut et quandam partem arripiat nubis, eo quod non possunt a se invicem segregari. Per hanc igitur collisionem evectus oblique in terram fertur, et quæ moventur ab eo convertens in circuitu movet. Propterea etiam sæpe convertens quædam eorum quæ in terra seu in mari sunt, in altum sublevat, exitum non inveniendo in se ipsum iterum reflectens. Unde ex mari sæpe quidem aquam abstrahit. Jam vero ibi naves advenientes sublevat aquarum tractu accipiens in altitudinem, ex terra quoque lapides et alia, sæpe etiam animalia sublevat. Hæc autem ad paululum erepta deferuntur iterum sicciora facta propter ariditatem sustollentis ea spiritus.

Quia vero ignis de cœlo et cometæ et unumquodque ignitorum ex arida inflatione fiunt circa nostrum aera, demonstrat visibilium aspectus et maxime fulminum differentiam habentium et concursum et impetum, sicut etiam nomina : tanta enim quædam eorum utuntur nimietate velocitatis, ut quædam quidem repercutientia et solida urant, quædam vero rariora et subtiliora transgressione custodiant illæsa : etenim aliquando per parmam veniens æs quidem ejus propter repercussionem conflavit, lignum vero illæsum custodivit : spiritus enim urens fulmen. Et aliarum quoque passionum in aere consistentium inest videre substantias ex spirituali inflatione, utpote sit de tonitru dicendum et fulgoratione : nubibus frequentibus et convenientibus evecta inflatio offendens violenter in eis facit plagam, cujus sonus vocatur tonitru; collisione vero facta contritum in eis igneum exprimit fulgorationem. Sic prius quidem tonitru fulgoratione fieri, apparere autem priorem fulgorationem, eo quod visus auditum præcedit circa propriorum sensi-

---

ut sedecim minimum paginas excidisse certissimum sit. — 40 leg. *arsura*. —41 *extentæ*, haud dubie dicit διάττοντας, infra l. 68 *discurrentes*, διαθέοντες. — 42 *Inflatio*, ἐμπνευσις. — 45 *est* in rasura quinque minimum literarum. Erat fortasse *existit*. — 46 *sed non ex* a sec. in ras. 6 vel 7 literarum. Fuerit *quam ex*. — 47 corrige *sub lucerna*. Priscianus fortasse posuerat (ἡ) λυχνία, sequenti versu λύχνιον, ut illud pro plurali haberet interpres. — 49 in *accensæ* erratum est, ni fallor : debebat enim aut : *fumo* (inferioris lucernæ) AB vel EX *accensa summitate violenter attractus*, aut : *fumo* EXTINCTÆ lucernæ deorsum tractus. Accuratius in hæc inquirendum. — 52 et 55 *degitis* a sec., *dig.* pr. — 56 *ea*, τῇδε. — 57 *Per hoc*, κατὰ τοῦτο. — 62 *utcunque*, sic deinceps scribitur, quod in præcedentibus sec. m. inferebat pro *-mque*. — 62 *eventus*, τὸ συμβαῖνον? — 63 an non *altitudinis?* Minus attentum oculum fallere poterant (E)ΥΡΟΥϹ, ΥΨΟΥϹ. — 69 *vero*, τῷ ἀληθεῖ? — 70 in superiore parte compendii *et* ductus aliquis, vagus potius, ut opinor, quam *etiam* indicans. — 74 *quoque ipsum* a sec.; *ipsum quoque* a pr. — 91 *propter* a sec.; *p* compendiarium a pr., quod ex rasuræ ambiguis vestigiis *pro* potius quam *per* fuisse conjicio. — 95 διάφορον adjectivum substantive ceperit, sive potius διαφορότητα legerit quod debebat διαφορώτατα, quippe talia etiam in uncialibus codicibus nonnunquam compendiose scribuntur. — 6 *utpote sit*, οἷα δὴ ἂν εἴη? Sic vetustissima glossaria. Deinde *dicendum* a sec. in ras.; cujus initio conspicitur vestigium literæ *s*, ut fuisse putem *sciendum*. — 14 *circa priorum*

næc duo animal et quæcunque ex terra germinantur; sicut enim materia per unumquodque germen et animal propria, sic et esca et principium est. Fere enim utpote connaturalia sunt hæc sibimet, conversationes vero et formas differentes sic omnino regiones faciunt, dum non sint similes, et quæ extrinsecus superveniunt, etsi quædam salvant prioris similitudinis vestigia et magnitudinis. Quia vero plus esca et disciplinæ mos, simul [etiam] natura aeris perficiunt magna ad virtutem et furo[rem e]t corporum formas, adhuc etiam ad intellectum et prudentiam, signum fortassis sit naturaliter continuo differre per regiones, et quosdam quidem sapientes et dextros, quosdam vero vasorum quorundam repertores. Proficiunt quoque et urbanitates et leges ad disciplinam vitæ; etenim qualibuscunque quis moribus nutritus fuerit, talis erit consuetudo per singulas civitates et vicos; quædam vero et per proprias naturas priorum. Similes enim faciunt imitatio et connutritura supervenientes anticipantibus, quoniam et in domu hoc fortasse sit non commixta aliis : ea enim solummodo habebit quæ sunt naturæ et quæcunque a parentibus accepit unusquisque, et si quidam horum sint vetustiores et multi originem inde habent, solam regionem aut etiam disciplinam nominantes quasi hinc occasionum et seminum naturales eis insitorum motus et formas. Itaque causæ mutationum naturales sunt et politicæ ad varietatem sufficientes per se ipsam quidem utraque; adhuc vero magis in mi[xtura] inter se ipsas. Acceperit et hoc quis ibi ad differ[entiam : ...]ta quidem enim in montanis aridiora et minus terrena sive bene spirantia consistunt et densant corpora et partium unumquodque rectum faciunt et non perversum, neque ab ulla aliena virtute prohibitum. Propria enim est ad singulos quosque commoderatio per horas oppositas et simpliciter angulares. Respirans enim aer qui est purus, maximum in hoc dat momentum, quanto quidem eo et plurimo utimur et ad potentissima vitæ. Adhuc quoque et efficaciora et mobiliora accidit in montanis esse animalia et differen[iam] habere circa corpus et animam : fortiora enim sunt et furoris magnitudinem simul aeris mixtura per circumstantiam recipiunt : coauget vero quoquo modo et labor et quod non indigent escæ multæ, in planis autem e contrario hæc habent contra qualemcunque causarum effectum. Homines itaque et reliqua animalia transferentes in locos alios con... .... differentiam habemus : alii enim in quibusdam locis .....ores et stulti, et esca graviori non facile perfecti fiunt et mediocriores et mansueti et plus ad escam opportuni : talia autem cooperantur et ad fortitudinem, et iterum ad formidinem vel timorem, aut ad mobilitatem et pigriorem statum : anomalum enim naturales faciunt causæ adjecta etiam disciplina. Itaque liberales esse videntur etiam otiosi, ad lucrum et negotia ineruditi, et statum in anima firmum habent; ferociores vero et duri et ad iter agendum opportuni, habentes simul ingeniosum et velox ad motum.

[P]er hoc etiam seniores magis stabiles sunt et rationabiliores cum prudentia; mores vero juvenum mobiles et velociores. Facit quoque quiddam ad transmutationem et corporum velocitatem aut motum et paupertatis indigentiam et divitias. Ex naturalibus vero causis color et formæ speciositas comparatur. Etenim quidam ex albis nigri fiunt, alii vero ad ruborem et

— 58 *et* post *æsca* inter lin., eadem, ut videtur, m. — 65 sic pagina præcedente lin. 30 : *inæqualitatis morum*, *simul etiam formarum*. — 66 *furorem*, τὸν θυμόν, etiam infra lin. 99. — 67 *fortassit* cod., et a sec. superius *is* illatum inter *ss*. — 70 *vasorum* a pr., *vassorum* a sec., σκευῶν. — 71 *urbanitates*, πολιτεῖαι. — 75 *prior* cod. cum linea superducta literæ *r*, sed solito illa tenuiore. Sequentia tamen postulant *priorum*. — 82 *nominantes quasi hinc*, ὀνομάζοντες ὡς ἐντεῦθεν. Si recte cepi sententiam, fuerint fere ejusmodi, ὀνομάζων τις ὥρισεν αὐτόθεν τῶν ἀφορμῶν etc. — 83 *naturales*, φύσει? — 84 *molat*. a sec. — 85 *politicæ* a sec. in ras. duabus ferme literis latiore. Sic lin. 71 πολιτεῖαι eum fefellerant. — 86 literæ *x* extrema pars sub *i* conspicitur. — 88 incerti spatii lacuna, ut in fine versus, 5 ad 8 literarum. De aere loquitur, ut scribere non potuerit *elementa*, nec *pneumata* dixit usquam. — 89 *consistunt*, συνιστᾶσι? — 90 *partium*, μορίων. — 91 *perversum*, διάστροφον vel similiter. — 94 mirum *respirans aer* : an brevitatis studio nonnulli græce dixerint ὁ εἰσπνοὸς et ἐκπνοὸς ἀήρ? — 95 noli mutare in *quandoquidem*; est ὅαφ γε. — 97 *efficatiora* cod. — 99 *furoris*, vide supra lin. 66. — 1 ante *per* duæ literæ erasæ, *ee* linea superducta (*esse*) vel *ex* potius quam *et*; est valde ambiguum Περίστασιν. — 4 *e contrario*, ἐμπαλιν, sed *contra*, ἐναντίον ac fortasse ἐναντίων... αἰτίων. — 6 post *con* lacuna quinque literarum. Scripserim *congruam*. — 8 lacuna 6 vel 7 literarum, fortasse *hebetiores*. — 9 non dubito quin corrigendum sit *faciles*, *perfecti* etc.; sequitur enim oppositum, *plus ad escam opportuni* : τῇ βαρυτέρᾳ τροφῇ οὐκ εὐκολοι. Deinde *mediocres* a pr., cui sec., ut videtur, inter lin. intulit *ior*, μετριώτεροι. Etiam hinc et ex l. 8 probabile fit, quod supra dixi, talia compendio scripta fuisse in codice Prisciani. — 10 *oport.* cod., item l. 17. — 19 sic in codice sectio, non impleto versu præcedenti. — 22 *transmot*. a sec. — 23 corrigendum puto *et paupertatis*



cam. Simile quoque et quod circa Cretam [fi]t : illic enim circa Cyloniam civitatem usque Eleuthernen [su]nt solummodo cervi et singulares et viperæ et attagines : vide aliam * omorynyson : nullum horum ingreditur, sed alia nutrit animalia, lupos vero aut vulpes aut quid majorum et malefactorum nullo modo, neque mordacium et nocivorum reptilium præter φαλλάγγια, id est araneas morsu nocivas. Translata autem quædam animalium in alias regiones æqualiter quidem perma[nen]t et nutriuntur, fortassis vero deficiunt non administrantia mutationis superfluitate : superabundantia enim corruptrix est omnium. Si vero omnino transmutata potuerint manere, non jam salvificant eandem sic per omnia membrorum augmentationem, neque totius formæ affectum. Propterea etiam hanc quidam occasionem inveniunt qui habitant in extremis transmutati locis, utpote aquilonem et meridie[m], ortum et occasum. Itaque singuli quique eorum simil[es fi]unt his ad quos transmutati sunt. Magna enim distan[tia] Æthiopis et Scythi, et iterum Celti et Libyes Indique et Arab[is] : sed mutat et transfert tempus naturas etsi Græcos ubique habitantes : etenim hic mutatio non prius sinitur ad conversationes fieri.

Ex his itaque omnibus manifestum quomodo natura bene formata et secundum corpora et animæ operationes et virtutes, transmutationes vero per regiones singulas temporis quidem indigent convenientis locis non tantum, sed et resessionis in locorum pro..... : ob hoc etiam quidam priorum in eis manent et salvant formas. Optimus autem omn[i]um Hippocrates, sapiens me[dicina]e notitiarum, disserit de talibus in his quæ ait de aere, locis [et aquis,....d]icens differentiæ morum et modorum magnitu[dinem et f]ormæ et corporum crassitudinis, eorumque quæ sunt per unumquenque aera, et mixturam horarum, locosque et aquarum [qu]alitatem et circa homines et reliqua animalia et ger[mina] et semina et omnino nascentium unumquodque : ex mix[tu]ra enim aeris et locorum et aquarum parvæ aut mag[na]e [fiu]nt mutationes.

VIIII KAPITULUM [DE VENENO REPTILIUM.]

Et hoc autem : quare omni corpore animato ex IIII elementis composito, solummodo in reptilibus animalibus quædam mortifera venena inveniuntur? et in ipsis quoque, dum sint similia genere, non habent. Hæc de reptilium differentia generationis quæstio, et hoc, cujus gratia creata sunt hæc ad mortem aliorum et impedimentum.

Nihil aliud [hîc] fortassis scrutandum præter causas ex quibus volens hujus [u]niversitatis constitutor animalibus variis terrenis, et volatilibus et aquatilibus, adhuc etiam germinibus et herbis, et lapidibus, differenter compositis habentibus virt[utes, om]nem sensibilem ornavit locum. Causa..... nascentium sunt, et unde horum quædam quidem sibi t..... passi

Cetera desunt.

---

quinque literarum capax. — 92 *Cyloniam*, confusis Δ et Λ, Κυδωνίαν. — 93 *singulares*, μονιοί. — 94 *attagines* cum gl. in marg : « *avium species.* » — Ibidem *omorynyson* codex, in margine gl. : « *Insula græce nysos dicitur.* » Alia manus est præter duas codicis, de qua addas observata ad initium Quæst. IX. Vix aliud fuerit quam τὴν ἄλλην ὁμοροῦσαν, *ceteram vicinitatem*, neque putem in græcis exstitisse νῆσον. Interpres, proprium nomen esse opinatus, unum ex frequentibus illis in *nesus* terminatis somniabat. — 96 *aut vulpes* a sec.; *et v.* a pr. — 3 *administrantia*, διοικοῦντα, quod vertendum erat « cibos digerentia et (ut loquuntur) assimilantia. » Deinde m. pr. *ad mutationis superfluitatem*, πρὸς τὴν τῆς μεταβολῆς περισσότητα? Secunda ablativo. In *superabundantia* inter lin. *h.* — 6 *salvificant* a pr., *iu* punctis notato. — 13 sic, Σκύθου. Deinde *libes* a pr., ab eadem, ut videtur, mutatum in *iybies*. Debebat *Libyis* vel *Libyos*. — 15 *grecos* cod, fortasse lapsu pro *Græci* 3 (*sunt*) : quamquam hæc etiam aliter accipi possunt. — 16 in *hic* error latere videtur, cetera autem sana esse : καὶ γὰρ ἐνταῦθα (?) ἡ μεταβολὴ (nimirum ἡ μετοίκησις) οὐ πρότερον ἔσται εἰς συναναστροφὰς ἀποβαίνειν. — 23 in fine versus exciderunt literæ 4 ad 6 vel 7. An erat *propriis* ? ἀποκαθίσεως ἐν τόπων τοῖς οἰκείοις? — 25 *Optimas* a pr., ab eadem correctum. Deinde *hyppocr.* a sec. — 26 hæc examussim implent spatium lacunæ initio versus. — 27 lacuna ferme 13 literarum. Scripserit *locis*, *aquis*, sine *et*, ut in Prœmio. — 31 *locisque* a pr. Deinde literæ *u* pars superest.

QUÆSTIO IX, sine titulo. VIIII KAP. (lineola superductum) posuit recentior illa manus quæ glossas scripsit supra memoratas et, ut jam apparet, truncato demum codice exaratas. — 2 *elymentis* cod. — 8 post *aliud* lacuna trium litt. in codice. — 12 malis *compositas*. In tot ablativis facilis erratio. — 14 exciderunt in fine versus literæ 10 ad 13. —15 post *sibi* conspicitur vel dimidia littera *t* vel compendium *et*. Hinc exciderunt 6 vel 7 literæ. Verbo *passi* ultima pagina finitur.